

R-9599

NEKYOMANTIA STEPH. FORCATVLI IURISCONSULTI,

SIVE,

De Occulta Iurisprudencia, Dialogi.

In quibus excitati Magicis artibus Iurisconsulti, leges varias atque selectas noue, verè, & euidenter explicant.

OBSERVATA IN PRIMVM DIALOGVM.

- | | |
|---|--|
| 1 Quenam sint dextra partes mundi, aduersus Aristotelem & Bartolum. | 21 Lex regina rerum etiam diuinarum. |
| 2 Sol Oriens Occidente dignior est, & quid sit solem aspicere in iure. | 22 Dii puniti in tartaro & in caelo. |
| 3 Legatum hostium pulsare, nefas est: iure gentium, modo in habitu digno sit. | 23 Lex summo Deo non praeficitur. |
| 4 Orator à legato an differat, & legati insignia & securitas. | 24 Quid sit fatum, & de fato nonnulla. |
| 5 Inyere terram mortuis, quid sit. | 25 Intellectus l. ij. C. que sit long. consuet. |
| 6 Lucus unde dicitur, & an sit in eo antiphrasis. | 26 An intra ciuitate sepelire liceat, iure civili. |
| 7 Vbi lucus est, ibi religio aliqua olim putabatur. | 27 Cenotaphion quid sit, & an sit religiosum. |
| 8 Intellectus l. id quod. S. fi. ff. de peric. & comm. rei. | 28 Interpretatio l. instansum. S. fi. & l. sed diu. ff. de iur. diu. |
| 9 Cupressus arbor sepulcralis, cur eadi lege prohibetur. | 29 Solonis sepulcrum, & aues monumentaria. |
| 10 Intellectus l. ij. de cupress. lib. xj. C. | 30 Natalem defunctorum diem colebant antiqui. |
| 11 Cerua duae candidae apparuerunt, quod iure capientis non fierent. | 31 Intellectus l. cum quidam. ff. de annu. leg. |
| 12 Legum origo quando fuit: & earum series longa traditur. | 32 Variorum iurisconsultorum sepulcra, & de bustis quapiam. |
| 13 Cain primus ciuitatem condidit, & an leges dederit. | 33 An inscripta sepulcris disponant. |
| 14 Ceres legum inuentrix ante Mosem ipsum. | 34 Intellectus l. vel qua S. liberi. ff. de relig. & l. monumentorum. C. eod. |
| 15 Geminum. f. cur Digestorum nota sit. | 35 Vbi caput inhumatum est, ibi verum esse monumentum. |
| 16 Notis olim vsos iurisconsultos. | 36 An rectè dictum sit proæ. Instit. maiestatem armatam legibus. |
| 17 Leges xij. tabul. in ebore primum scriptas. | 37 M. Sempronius Iurisc. magia tabulas posuit, eum de herbis multa ad ius pertinentia. |
| 18 Solonis leges in ligno. | 38 Specus mysterijs Magicis apta. |
| 19 Nerua iurisc. xvij. atatis anno mirus. | 39 Vnde necromantia & necyomantia dicatur. |
| 20 Deos etiam saeminas olim dictas. | 40 Vis Magicæ & carminum maxima. |
| | 41 Traducere fruges quid sit Virgilio, & quid sint traduces in iure. |
| | 42 Magia euentus describitur, & Iurisconsultorum collocutio. |

INTERLOCVTORES.


CALLIDEMVS, & HEPHÆSTION.



IRARI soles, ô Hephæstion, quod ego iurisperitus heri natus, & vix iurisprudencia sacris initiatus, graues iuris ciuilis locos, eruditè supra ætatem enarrare soleam. eoque nomine magna apud te videor iniuisse gratiam. Ego verò ingenuam istam benignitatem, qua præditus es, multis nominibus habeo commendare: quod non obesse credis doctis hominibus, quia viuunt. & vtrique is pluribus abundat virtutibus, qui a deo alienas admiratur. Carterum, ne quid ego taceam amico non vulgari, non est, quod mea eruditionem mireris diutius: cum ad eam, non magis labo-



UNIVERSITY




2 400 40 *Stahli* MADE IN SWITZERLAND

NEKYOMANTIA STEPH.

FORCATVLI IURISCONSULTI,

SIVE,


De Occulta Iurisprudencia, Dialogi.



In quibus excitati Magicis artibus Iurisconsulti, leges varias atque selectas nouè, verè, & euidenter explicant.

OBSERVATA IN PRIMVM DIALOGVM.

- | | |
|---|--|
| 1 Quenam sint dextra partes mundi, aduersus Aristotelem & Bartolum. | 21 Lex regina rerum etiam diuinarum. |
| 2 Sol Oriens Occidente dignior est, & quid sit solem aspiciere in iure. | 22 Dij puniti in tartaro & in caelo. |
| 3 Legatum hostium pulsare, nefas est: iure gentium, modo in habitu digno sit. | 23 Lex summo Deo non praeficitur. |
| 4 Orator à legato an differat, & legati insignia & securitas. | 24 Quid sit fatum, & de fato nonnulla. |
| 5 Injicere terram mortuis, quid sit. | 25 Intellectus l.ij. C. que sit long. consuet. |
| 6 Lucus unde dicitur, & an sit in eo antiphrasis. | 26 An intra ciuitate sepelire liceat, iure civili. |
| 7 Vbi lucus est, ibi religio aliqua olim putabatur. | 27 Cenotaphion quid sit, & an sit religiosum. |
| 8 Intellectus l. id quod. S. fi. ff. de peric. & comm. rei. | 28 Interpretatio l. tantum. S. fi. & l. sed diuis. ff. de iur. iur. |
| 9 Cupressus arbor sepulcralis, cur eadi lege prohibetur. | 29 Solani sepulcrum, & aues decemanae. |
| 10 Intellectus l. ij. de cupress. lib. xj. C. | 30 Nat alem defunctorum diem colebant anti qui. |
| 11 Cerua duae candidae apparuerunt, quod iure capientis non fierent. | 31 Intellectus l. cum quidam. ff. de annu. leg. |
| 12 Legum origo quando fuit: & earum series longa traditur. | 32 Variorum iurisconsultorum sepulcra, & de bustis quapiam. |
| 13 Cain primus ciuitatem condidit, & an leges dederit. | 33 An inscripta sepulcris disponant. |
| 14 Ceres legum inuentrix ante Mosem ipsum. | 34 Intellectus l. vel qua S. liberti. ff. de relig. & l. monumentorum. C. eod. |
| 15 Geminum. f. cur Digestorum nota sit. | 35 Vbi caput inhumatum est, ibi verum esse monumentum. |
| 16 Notis olim vsos iurisconsultos. | 36 An rectè dictum sit proae. Instit. maiestatem armatam legibus. |
| 17 Leges xij. tabul. in ebore primum scriptas. | 37 M. Sempronius Iurisc. magia tabulas posuit, tum de herbis multa ad ius pertinentia. |
| 18 Solonis leges in ligno. | 38 Specus mysterijs Magicis apta. |
| 19 Nerua iurisc. xvij. atatis anno mirus. | 39 Vnde necromantia & necyomantia dicatur. |
| 20 Deos etiam feminas olim dictas. | 40 Vis Magiae & carminum maxima. |
| | 41 Traducere fruges quid sit Virgilio, & quid sint traduces in iure. |
| | 42 Magia euentus describitur, & Iurisconsultorum collocutio. |



INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, & HEPHÆSTION.



IRARI soles, ô Hephæstion, quod ego iurisperitus heri natus, & vi iurisprudenciæ sacris initiatus, graues iuris civilis locos, eruditè supra ætatem enarrare soleam. eoque nomine magnam apud te vi deor iniuisse gratiam. Ego verò ingenuam istam benignitatem, qua præditus es, multis nominibus habeo commendare: quod non obesse credis doctis hominibus, quia viuunt. & vique is pluribus abundat virtutibus, qui ad eò alienas admiratur. Cæterum, ne quid ego taceam amico non vulgari, non est, quod mea eruditionem mireris diutius: cum ad eam, non magis labo-

re & vigilijs, quàm repente quodam numine, perductus sim. **HEPHÆSTION.** Qui sic forsitan nactus es libros fatales, ex quibus nouam accepisti iurisprudentiam. idque nonnullorum hodierno exemplo, qui secuti legis Corneliae, constitutionibus nullo autore habito sine vlla modestia aduersus Modestini iurisconsulti sententiam falsò vtuntur. l. si. Ad legem Cornel. de fall. nec exilium metuumt vel suspendium, fredi tantum soricum aut tincaram auctoritate ac præiudicio. ab his enim prærofa volumina, nescio quæ proferunt tanquam morderam nota regia percussam: cum sit valde reprobata, & opificibus suis, ex legum præscripto, tam mortifera quam soler esse iuuenem ingenijs, ac codicibus huiusmodi impostura iam passim deprauatis. sed age, tunc, quod abominor, hoc pacto tibi videris eruditus, vt ferunt Marfyam, cum Mineruæ tibias inuenisset, protinus euasisse musicum? **CALLID.** Imò nihil vnquam peius odi nugacibus viris, qui errores veterum librariorum non suos insectantur: vt hoc fuco facto instar Coccycis improbi alitis oua sua alienis nidis supponunt. Emētitas voces veris subiciant, re ipsa legum autores non interpretes. **HEPH.** Quod morantur cœlites Zalcucum Thuriorum Legislatorem ab inferis reducere, merito his ridiculis enarratoribus restitutum: cum nec principibus ciuitatum ignouerit, quominus legem antiquam moturi pro noua statuenda laqueum in collo haberent, occidendi scilicet, si lex noua inueniretur deterior. **CALL.** Bene igitur mecū actum arbitror, quia Iurisprudentum suauissimo potitus sum colloquio. **HEPH.** Mirum, ecquis amabo Mercurius te illo perduxit aut quis reduxit? habuisti Orphei citharam, Herculis clauam, vel Sibylla potius duce factum extitit, vt posses,

Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre Tartaras

CALLID. Imò verò ipsos ad me venire compuli occulta vi carminum, qua possum manes elicere, Solem extinguere, orcum illuminare, elementa committere, &

Sistere aquam flumij, & vertere sidera retro.

HEPHÆST. Cauendum tibi est, ne talia cuius temere effutiantur. hoc enim silentium vitæ periculo sanxerunt leges, quæ fieri posse, mira & prodigiosa quæcunque narras, ostēdunt, dum manes alliri in alienam perniciem, & cætera eiusmodi miraculi plena fieri prohibent. l. multi, & l. eorum. C. de malefic. & math. Sed non est, quòd mihi diffidas, quem in rebus incertissimis certum aliquando expertus es, vt pote cum te constanter amauerim, & amicitia nostræ fructum solam putauerim amicitiam sine quaestualio. **CALLID.** Sic est, & præterea non libenter tanto bono fruor solus. **HEPHÆST.** Columnam conuenires aliquam, opinor, magiam ruam narraturus, potius quàm tibimet scires. **CALLID.** Rectè conijcis, accipe igitur. Idibus Februarijs, cum deo piè & religiosè fecissem, vastas adiuui solitudines, cogitabundo ardea à dextra cecinit. probatum ab Homero augurium. nam & ad dexteras mundi partes concesseram. **HEPHÆST.** Iueras ergo occidentem versus, † cum Tuscorum vetus disciplina, quam Varro secutus est, dexteras mundi constituerit in occasu: quia cali eò cursum agant, errantibus syderibus contrarium. **CALLID.** Noui permultas de hac re sententias. ego autem illis assentior qui in meridie dextram ponunt, qui ferè sunt augures. meminit Titus Liuius lib. 1. ab vrbe condita: facit quòd cum homo dignissimum sit animal, l. iustissimè. ff. de edil. edict. solem orientem intentus aspicit: quem Plato imaginem dei in mundo conspicuam appellauit. Assyrij, vt deum summum & maximum, adorauerunt, Adad, id est Solum vocantes. Cicero duce & principem signorum reliquorum dixit. Inde est, quòd solem aspiciere non est aliud, quàm nasci, & viuere. l. cum inter. C. de fideic. lib. & quòd homo faciem habere dicitur effictam ad similitudinem cœlestis pulchritudinis. l. si quis in. C. de pœn. nam duas habet faces & lumina non alternis, vt in Sole & Luna videmus, sed perpetuò micantia. vnde lege Longobardorum tit. de plagis & compositionibus lib. 1. qui alteri oculus effoderit, de occiso tenetur, & duplo amplius, si vnicum habeat, ille qui tam atroci afficitur iniuria, & longa morte post victurus est. Inde Theognis ait, optimum esse homini non nasci,

Μηδ' εσιδεν αυγας θεος ηελις.

neque aspiciere radios celeris solis. & Ecclesiastes cap. 6. vbi de auaro locuplete loquitur. Non vidit solem, inquit, neque cognouit distantiam boni & mali, etiam si duobus annorum mēibus vixerit, & hoc ideo, quia dignitati hominis hoc tribuit Deus, vt præ ceteris animantibus cœlum suspiceret & solem. Vnde qui carceris tenebris impediuntur lucem intueri, communi aut vitæ non intelliguntur frui. l. omnes. C. de pœnis. Quare euenit, vt solem aspiciens, meridiem dextra ostendat, sinistram, septentrionem, si modo, sicut sum præfatus, in orientem conuersus sit. Idque naturaliter euenit. vnde Persæ, qui solem Mithræ nomine colebant, religionis causa. † Nimirum sol oriens seipso occidente dignior est, & effectu potentior;

tentior, vt gemmis Indicis, & odoribus Arabicis ostenditur. l. fin. §. diui. ff. de publican. & rei cuiusque potissima pars est principium. l. j. ff. de orig. iur. accedit quod terræ longitudinem Ptolomæus lib. primo cap. 6. ab exortu ad occasum statuit, vbi longiore spacio incolatur quam à Septentrione Austrum versus. sed & Geometræ, quorum est Aggeus Vrbicus, Decinnanum limitem ab Occidente traxerunt in Orientem. Cardinem vero à Meridiano in Septentrionem: sed illum potiore duxere in statuendis limitibus. Adducetur præterea concinna similitudo à fonte fluminis: eò magis apta quòd Heraclitus, Solem, fontem lucis est solitus appellare. ecce, sicut in fonte ipso vnde flumen scaturit nemo dixerit dextram partem esse, læuam in mari, sed fontem ipsum dicet esse caput, l. seruitus. ff. de seruit. rustic. præd. ideo quia facies hominis fontem intuetur. In ripis autem fluminis vtrinque dextram & sinistram constituet. l. refectionis. §. si. ff. communia prædi. Hinc liquet decipi Bart. qui in tractat. de insula. §. quòd si ex vno, dexteras mundi in oriente, sinistram in occidente putauit, autore vsus Aristotele, quem, nisi vrgeret veritas non reprehenderem. Sed iam audi, qui d in dextris huius orbis regionibus, mihi postea acciderit: Syluam ingressus sum, vastam, squalentem, & secretam, in qua possent cerui cornua (vt aiunt) abijcere, nullum vidi humanæ culturæ vestigium. nullus venit obuiam, quo cum de natura loci conferrem, præterquam eques quidam, genere Ethiops, vt ex colore deprehendi, statura pumilio, gibberus, chlamyde muricea vestitus, quæ tota auro intertexto resurgebat: qualem ferre, his solis permissum est, qui à principum ministerio sunt. l. ij. de vestib. olob. lib. xj. C. Ille equo ferocissimo infidebat. Cœpi rogare hominem, quam ob causam eò secessisset. obmutuit, equum subinde calcantibus concitans. tandem mihi sapius detinere nitenti, Græcè & proteruè hoc pronunciauit: *αρεσβεως & τριπλετου & δδ & βελζεραι*, hoc est, orator nec ceditur, nec violatur. † quæ sententia posita est in l. si. ff. de legation. vbi, iure gentium, qui legatum hostium pulsauerit, hostibus deditur. atqui ius hoc feciale erga legatos seruandum, primus Ancus Martius Rex ab Equicolis Romam transfulit: considerans, opinor, ægrè ad pacem & inducias veniri, nisi interpretibus securitas illibata concederetur. Suidas adijcit Athenis pestem græcum ingruisse ob violatos, atque vrbe excedere iussos, Xerxis Persarum Regis legatos. & Lacedæmone itidem, quia eos in puteum ipsi ciues coniecissent. Sedatamque mox calamitatem, cum Bulis & Sperchis dediti vltro ad Persas ascenderunt, pœnas daturi. quod obrinet, si modo legatus pulsetur, aut verberetur in ornatu congruo. l. 4. C. de iniur. l. item apud. §. si quis virgines. ff. eod. ideoque legatis habitus & insignia quædam præcipua conceduntur, ne cogantur obuij hostes de illis diuinare: cum in delictis animus offendentis potissimum spectetur, vt Vlpianus eleganter explicat. l. diuus. ff. de fideicomm. plane ijs qui se esse legatos hostium prædicant antequam offendantur, eadem fides publica præstabitur. Is autem, qui legatos nostros violauerit, lege Iulia de vi publica tenetur. l. lege Iulia. ff. ad leg. Iul. de vi publ. vbi obitet notò hoc ius esse singulare, vt vis publica sine armis fiat. §. recuperandæ. de interd. Fauore scilicet legationis. Sane idem iuris est de oratoribus. † Orare, inquit Festus, pro agere, antiqui dicebant, vnde oratores & ij, qui nunc quidem legati, tum verò oratores, quòd reip. partes agerent. sed nec frustra in d. l. lege Iulia, videtur expressisse legatos & oratores. Idcirco puto legati nomen, generalius esse quàm oratoris. vt hic tantum sit, qui pacem aut inducias aut aliquid simile petiturus mittitur. Terentius in Hecyræ prologo:


Orator ad vos venio, ornatu prologi, Sinite, exorator ut siem.

Vbi Donatus ait: oratore audire oportere ius gentium est. Virg. xj. Æneid.

Oremus pacem, & dexteras tendamus inermes.

Nunc ad legatum redeo, qui dextra manu fasciculum herbæ ferebat, quam Dioscorides lib. 11. 11. peristereon nominat. Latinis sacra herba dicitur, siue verbena, ex qua antiquitus sagmina fiebant, hoc est, herbæ, quas legati pop. Ro. ferebant, ne quis eos violaret. sicut legati Græcorum, ea, quæ vocantur *κρηυκεα*. l. sanctum. ff. de rerum diuisi. Plin. lib. xxij. cap. 11. vbi perbelle notat. legati vero Latinorum & prætorum Gallorum ramum oleæ, quam ideo paciferam Virgilius appellauit. verum qui falsis legati insignibus securitatem nactus deprehenditur, lege Cornelia pœnas luit. l. eos. §. si. ff. de falsis. tamen Valerius laudet superiorem Africanum, quod nauem Carthaginensium inuiolatam dimisisset, quia se dicerent legatos ad eum missos, vitandi periculi gratia. huius rei religione motus, nanum vltro abire permisi, ad reliquum itineris accinctus, donec nox intempesta cogeret me de receptu cogitare. tunc mirus horror animum meum incussit, quia vndique vani audiebantur strepitus, & voces suo corpore nudæ, & crebri securis ictus in præduras arbores.

Pinus proceras peruertunt, omne sonabat



Arbustum, in fremitu syluæ frondosæ. vt inquit Ennius.

Quis non interim metuesceret? dicam ingenue, septies me pœnituit suscepti itineris: præcipue cum sæpe multumque dubitarem, vbi me illa nocte componerem. Tandem procul à via prætoria, vidi vestigia, nescio quæ, veteris & infracti ædificij, vbi nihil non dirutum erat, præter vnum aut alterum parietem, qui vitium quoque facere videretur. nam & intrò plurima hedera traiccta serpserat. Ibi parumper quieui, fessus de via & arctissimo somno complexus: quoad in medio ipsius noctis vmbilico vox huiusmodi exaudita est:

Eripe me his, obsecro, malis, aut tu mihi terram

Inijce, nanque potes, portumq; require, viator.

Agnoui versus ex v. Æneidos, nonnullis verbis immutatis. & conieci vmbra esse, carentem honore sepulturæ. † nam iniicere terram, poëtæ nihil aliud est, quam sepelire: & quod Iuriconsultus ait l.ij. ff. de in ius voc. iusta facere. quoniam iure Pontificio, in locum, quo quis sepeliebatur, glebula terræ ter iniiciebatur. rogabat autem, portum mortuo requirere, quia apud Ennium, sepulcrum, portus dicitur corporis. versus hi sunt citati primo Tuscula. quæst.

Neque sepulcrum, quo recipiat portum habeat corporis

Vbi, remissa humana vita, corpus requiescat à malis.

In eo enim mortui domum & sedem habent. l. qui sepulcr. C. de sepulcr. viol. l. si quis eo. ff. de relig. & sumpt. fun. Virgilius lib. v. 1.

Sedibus hunc refer ante suis, & conde sepulcro.

Reputavi confestim mecum summam esse rationem, quæ pro religione faceret. l. sunt personæ. ff. de relig. quare mortuum decreui suo donare funere. deinde, quia Luna pernox erat, quæ (vt scis) viarum dea putabatur, Genium, quocumque duceret, secutus sum. iuimus per auia & asperos anfractus itineris, dum ventum est ad locum, septum vndique colle perpetuo, vbi ego genio innoto rite parentaui, aggere pijs Manibus dedicato, non immemor Atticæ legis, cuius Ælianus meminit libro variæ historiæ. 5. cap. 14. si quis, inquit, cadauer hominis insepultum incidat, terra omnino obruat, & sepeliat ad occasum spectans. verebar autem ne parum magnifice parentarem, cum sit contumelia quædam pauca in hominis clari & opulenti funus impendere. l. at si quis. §. iudex. ff. de religiosis & sumptib. funer. † Ad teli fere iactum, fuit lucus opacus, in quo vere seruabatur illa antiphrasis, quam notat Accurs. in l. id quod. §. si. ff. de peric. & commod. rei vend. vbi dicit, lucum dici, quia non luceat. vt Vlpian. in l. j. ff. de mil. testam. militem à mollitie, quasi minimè mollem. talem proceræ & densæ cupressi faciebant. tunc subijt animum religionis recordatio. † nam Seruius, in illud Virgil. primo Æneidos:

Lucus in urbe fuit, media lætissimus umbra.

notat, vbiunque locum ponit Virgilius, sequitur consecratio. dicitur, inquit, Lucus, quòd non luceat, & non quòd ibi sint lumina, causa religionis. hinc increpatur Rex Israël Achaz, quod in Lucis ritu peregrino sacrificaret lib. Regum 4. cap. 16. & Diana eadem quæ Lucina dicta fertur à Lucis, quos frequentabat. Plinius lib. 16. cap. 44. hoc asserit. nec tacet Ælianus lib. 5. Variæ historiæ cap. 17. tanta superstitione Atheniensibus sacrum fuisse Heroum lucum, vt si quis vel paruam ilicem excidisset, morte multaretur. inde illud in xij. tabulis quod Cicero refert lib. 2. de legibus: constructa à patribus delubra habento: lucos in agris habento.

† hinc pendet intellectus l. id quod. §. si. ff. de peric. & commod. rei vend. vbi in mensuram agri venditi non cedunt viæ publicæ, limites & Luci, qui fundum tangunt, eò quod Luci sacri sunt, non iuris priuati: quare in modum agri non venient. l. littora. ff. de contr. empt. 9 *Н Е Р Н.* Lucum talem mœsta quadam religione insignem esse oportuit: † quia cupressus arbor sepulcralis est, & Diti sacra. olim, teste Plinio, funebri signo, ad domos ponebatur, quippe eadem cæsa non repullulat. † Ideo suspicor in l. j. de cupress. ex luco Daph. lib. xi. C. multari libra auri, eum, qui vendiderit, aut emerit cupressum ex luco Daphnes, in Syria, vel Perseidis, in Ægypto. & tamen de Lauro nihil simile sancitum est. Constat autem ibi plurimas esse Laurus, vt nomen *δελφύνη* indicat, sed laurus cæsa regerminat, cupressus verò non. & ideo cupressum cædens grauius plectitur. facit l. ij. C. eod. Strabo lib. x. v. 1. refert in luco Daphnes fuisse asyllum Apollinis & delubrum Dianæ. *C A L L.* Plane in luco, cuius mentionem feci, delubrum fuit vetustissimum, de quo satis multa nunquam dici possent, cum mirabilia eius opera, vix animo concipi possint, nec ab iis ipsis, qui viderunt, pro merito enarrari. non habet Pantheon Ioui vltori Romæ, à M. Agrippa consecratum, quo se huic conferat.

Nondum ad templum perueneram, cum ceruæ geminæ lacte & hilio candidiores, nò procul apparuerunt. *Н Е Р Н.* Talis quòdam fuisse fertur fatidica illa cerua *Qu.* Sertorij in Hispania.

pania. *C A L.* † Altera ocyssimè profugit, alteram, velut cicurem, prehendi, & collum eius blandissimè tractaui, quod circumdabatur monili aureo, cum hac inscriptione: *DIANA PHARETRATÆ SVM, ME SINITO, REDIBO.* hoc est: animum habeo ad Dianam meam redeundi, nec fiam accipientis. l. naturalem. §. ceruos. ff. de acquir. rer. dom. Similibus quondam ornatibus, Alexandrum magnum ceruas emisisse, proditum est. Pantheram quoque in Pamphylia captam cum aureo torque, & hac circa collum inscriptione: *REX ARSACES DEO NISÆO,* Philostratus prodidit. Iam ad delubrum redeo: cuius vestibulum satis mihi ostendit, quale & quantum spectaculum aditurus essem. Ante ostium stabat columna Attica, altitudine pedum x x v. quaternis angulis, pari laterum interuallo. Fuit autem solida ex Iaspide sanèque virente, super columnam vidi statua iustæ magnitudinis, ex Amethysto violacæ coloris, qui Ianthinus dicitur, in l. si cui. §. si. ff. de legat. iij. tanta solertia elaboratam, vt sicunde sermonem audieris, statuam loqui credas. Certè ego ter Prometheum optaui, qui flamma cælesti tam lepidæ statuæ vim loquendi inderet, sicut & ipsa muta quidem artificis ingenium prædicabat, non paruæ rei more sequentis prælagio. In basi scriptum hoc fuit: *LEGIFERÆ CERERI D.* Vnde conieci, magnæ Cereti dicatam fuisse: nam & spiceam coronam gerebat. *Н Е Р Н.* Dic meliora, Callideme. eccuinam fœminarum concessum legisti, legem condere: cum à publicis quibusque negotijs reiecta sint? l. ij. ff. de reg. iur. & lex consultum virorum est. l. j. ff. de legib. quod ad eò verum est, vt ne in foro quidem patrocinari possint, propter Licinij Brutionis vxorem, C. Afranium, quæ causam edicto dedit, eò quòd inuerecunde postulans, iudicem inquietaret. l. j. §. sexum. ff. de postul. *C A L L I D.* Quòd si rerum potirentur mulieres, viros, opinor, à Repub. abigerent. Plato vtique in suam Remp. mulieres introduxit. & prima Ceres leges tulisse creditur, vel Maronis testimonio lib. 4. Æneid. ex quo illorum nugæ arguuntur, qui legum originem ad xij. tabulas referre solent. † Vereor ego vt si quis rem totam penitus consideret, ad Cain legum principia reuocare possit. † Ille enim primus omnium hominum ciuitatem condidit, nomine Enoch. Genes. 4. cap. cum, vt quidam ferunt, in orientem profugisset. Constat autem leges statim cum ciuitatibus conditis latas fuisse. §. singulorum. de rer. diuis. Instit. imposibile cum sit, ciuitatem sine lege esse, vt corpus sine viribus & sanguine, propterea Demosthenes dicit, (vt recitatur in l. ij. ff. de legib.) quòd lex est, *πόλεως σωθῆναι κοινή.* hoc est. ciuitatis compositio communis. vel fortasse Cain, quia malus esset, ciuitati conditæ nullas leges præstituit. vnde magna seges discordiæ inter homines, quoad cælestis aliquis genius ipsos legibus composuit, Astræa forte, iuxta Aratum, virgo aureo seculo inter mortales versata. quod non respuit Theophilus in §. sancte. de rerum diuis. atque inde muros sanctos & leges sanctiones vocatas autumat, post illam siue fœminam siue deam Moses Hebræis leges à Deo accepras promulgauit. can. Moses. 7. dist. quas Ptolomæus Philadelphus Rex in græcam linguam transferri curauit petitas per legatos à summo Iudæorum Pontifice, vt scribit Philo in lib. 2. de vita Mosis. ex hoc fonte hausit suas Minos Rex Cretensium cum Ioue instar Mosis colloqui creditur Homeri autoritate. post Licurgus Lacedæmonium, dum Ioue instar Attici. ab hoc depromptæ leges xij. tabularum Rom. sed ante illas (vt est in l. 2. de origine iuris) Romulus & Remus, vrbe primum condita leges tulerunt. l. si. ff. de rer. diuis. nanque cum difficile sit paucos homines diu consensum eundem habere, litem si vnus. §. principa-liter. ff. de recep. arbi. comodum, & fere necessario, inter plurimos ciues lex præfigitur. Quoniam autem leges illæ vetustissimæ ignorantur, propter immensam antiquitatem, vel quòd tales latæ fuerunt, vt indignæ sint prorsus hominum memoria, factum est, vt legum origo prima, ad varios pertinere visa sit, ex varietate gentium, quibus latæ sunt. Si poëtis credimus, post Astræam (vt breuiter superiora complectar, & explanem) leges prima tulit Ceres, cui propter singulare, & plusquam virile ingenium, immortalitatem etiam ascripserunt. Ouidius lib. v. Metamorph.

† Prima Ceres vnco glebas dimouit aratro:

Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris:

Prima dedit leges.

Idque Græcis, circa Iacob & Esau fratrum ætatem, atque ita mulier Regina hominibus dulcem animi & corporis escam suppeditauit post eam, Hebræis leges scripsit Moses. leges dico ciuiles, quas quidam frustra diuinas solent appellare: nam illæ solæ diuinæ sunt, quæ in decem præceptis Exod. cap. x x. habentur. vt Non erunt tibi dij alieni. Non occides, & similes à fonte naturæ manantes, & ferè natæ nobiscum, à quarum obseruatione nec sexus nec rusticitas excusat. l. venia. C. de in ius vocan. ciuiles autem innumeras idem Moses tulit ad politicum ordinem populi duræ ceruicis, nam illud Exodi cap. x x i. reddet oculum

pro oculo, animam pro anima. & si quod est non dissimile, exemplum est sanctionis durissimae. Cum nulla sit lex acerbior Talione. ut ostendit Phavorinus, apud Aulum Gellium, lib. xx. cap. j. §. poena. de iniuri.

Elapsis trecentis, plus minus, annis, in Latio leges tulit Aeneas, Iustiniani testimonio. §. j. ut proponat. nomen imperat. col. v. nam Troiani profugi, & Aborigenes populi, genus hominum antea agreste, sine legibus & imperio, in vnam ciuitatem coaluerunt, & finitimos populos bello tentauerunt, cum facti essent opulentiores, teste Sallustio, demum leges sibi constituerunt. Multo post Aeneam, cum fluxissent anni circiter triginta & quadringenti, ut ait. C. Sempronius in diuisione Italiae, Romulus primus Rex Romanorum leges quasdam tulit, d. §. j. ut propo. nom. quae curiae dictae sunt, quod a triginta curijs Rom. scitae essent. l. ij. ff. de orig. iur. Post illa tempora, Draco & Solon leges tulerunt Atheniensibus. l. quod ait. ff. ad leg. Iul. de adult. Draco antiquior, Tarquinij Prisci, quinti Romanorum legis, aequalis fuit. Solon, sub Seruio Tulio, rege sexto, floruit. hic leges sanctissimas scripsit. Quapropter, post exactos reges, Romani in Graeciam decemuiros miserunt, qui leges Solonis peterent. qui redeuntes decem tabulas, in quibus leges Solonis scriptae essent, primum proposuerunt. & duabus sequenti anno additis, leges XII. tab. dictae sunt. l. ij. §. exactis. ff. de Orig. iur. Quae iura postmodum subsecuta sint, meum non est explicare. cum abunde contineantur in l. ij. ff. de orig. iur. **HERH.** Tæderet etiam me prolixioris orationis, nisi reliquam templi structuram prosequeretur, ex qua ego mirifica voluptate perfundor. **CALID.** In epistyllo & superiore templi limine, scriptum erat, literis vncialibus: **BRVAXIS ET LEOCHARIS.** **P. S. F. HERHÆST.** Mitum est, temporis violentiae restitisse opus. nam hi, vna cum Scopæ & Timotheo, sepulcrum Mausoli regis, in Caria cælauerunt, Olympiadis centesimæ anno secundo. **CALIDEM.** Ibidem prominebant notae quaedam celebres: inter primas F. geminum, quo nunc vulgo *digestorum* libri designantur. vtrumque enim FF. fabre factum significat *prisco* more. ¶ quia *digestis* componendis summa *ais*, labor, & industria adhibita fuerint. l. i. §. cum itaque de veter. iur. enucle. C. & §. quod caelesti. vbi liquet Pandectas in sinum suum civilem disciplinam omnem cluisse, & inde nomen eliciuisse Graeco significato.

16 Notis autem utebantur antiquissimi iurisperiti, ut indicat M. Manilius Astronomicus lib. 4. de eo loquens qui sub Librae signo genitus fuerit.

Hinc etiam legum tabulas & condita iura

Novetur, atque notis leuibz pendentia verba.

Et licitum sciet, & vetitum qua poena sequatur.

nam quamuis Iustinianus notas reiecerit à iuris voluminibus. §. pe. proemi. ff. tamen vsus lege quauis potior in nonnullis verbis notas retinuit, aut pro notis elementa aliquot, quae à notis Pedius separat. l. sed quum patrono. §. si. ff. de bonor. possess. nempe in ijs quae sepiissime scriberentur, atque ita procul ab ambiguitate manerent, ut in Coss. Imp. ff. & similibus **I. D. C.** id est, iuris dicundi causa. quas notas, seu verius literas, passim pro templi parietibus contemplabar tam in discretis lapidum commissura iunctis, ut prope eadem matrum videretur compages: tametsi ipsorum splendor picturis exquisitis vinceatur: praesertim Hermodori Ephesij patria corruptissima exulantis imagine, licet vultu maestiore: non enim honori picturae temporis prolixitas detraxerat. hic autor fuit, ut Romani leges Solonis à Graecis ciuitatibus peterent. l. 2. ff. de orig. iuris quas mox interpretatus est, teste Plinio lib. 34. cap. 5. & Heraclitus ille Physicus dixisse fertur à Tullio lib. 3. Tusculanarum quaestionum vniuersos Ephesios morte multandos, quod cum expellerent principem ciuitatem Hermodorum ita locuti sint: nemo de nobis vnus excellat, sed si quis extiterit, alio loco, & apud alios sit. Planè multum me refecit conspectus. X. tabularum, quae primum è Graecia per legatos allatae perferuntur; ut lex xij. tabularum appellaretur erant autem eburnae, ut verè Pomponius iurisperitus scripsit. non aereae, ut Linius audet asserere: & adhuc oleo delibatae spectabantur, cuius ea vis est ut ebur à carie vindicet: ob id simulacrum Saturni oleo plenum extitit. sed decepti sunt hi scriptores eo quo vsus aereis legibus constitutionibusque publicis describendis olim vsurparetur. l. qui tabulam. ff. ad legem Iul. peculatus. l. 2. de frument. vrbis Constantinop. lib. xj. C. nam & Halicarnassens lib. x. notat leges xij. tabul. à Decemvris in foro incisas fuisse aereis columnis non vero allatas aereis literis. quia molestum fuisset aere graue tam longo itinere perferre. ideo electam eboris materiam leuam, decoram, & libris assuetam antiquitus. l. librorum. ff. de legat. 3. Vopiscus in Tacito Imp. refert senatusconsultam, quae ad principes pertinerent Romanae libris elephantinis describi solita, & condi in Vlpia bibliotheca. Solon simplicius in ligno leges suas incidere, ut arbitror, pertinet illud Pittaci sapientis à Caeo rogati quodnam esset maximum imperium, ligni, inquit, vasis, legem

legem nimirum innuens apud Laertium. Dici non potest quatum ego accensus fuerim Neruarum iurisperiti imagine, qui xvij. aetatis suae anno publice de iure consulentibus respondit & feliciter. l. j. §. pueritiam. ff. de postulan. non magis vti que ingemuit Iul. Caesar visa Gadibus in templo Herculis Alexandri Magni effigie. pudebat me quod paulo serius mearum disputationum ac lucubrationum specimen edidissem. Ara orientem versus aedificata fuit ex solida Iaspide supra solum tessellis vermicularis stratum & vario emblemate figuratum, frondibus & bestijs ad viuum apparentibus. ara vero nullo signo premebatur, sed huiusmodi inscriptionem habebat in frontispicio: **DEO IURISPRVDENTIAE SACRVM.** me suspensum faciens, vtrum deo Iurisprudentiae praesidi dicata esset, an magis ipsimet Iurisprudentiae, quae deus diceretur: cum veteres in arcanis deos etiam foeminas vocauerint ut Lelbij Venerem teste Palephato: & Virgilius lib. 7. Aeneidos:

Nec dextra etiam deus absuit.

nam & carent sexu numina, cum non egeant generatione, utpote immortalia. quod si non est numen ipsa Iurisprudentia, negari certe non potest quin sit notitia rerum diuinarum & humanarum & scientia iusti atque iniusti. l. x. ff. de iustitia & iur. nam de rebus sacris & religiosis multa sanctissime ius civile constituit, ut interpretatur idem definitionis autor Vlpianus in l. i. ff. de interd. ideoque Chrysippus stoicæ sapientiae princeps legem vocat reginam rerum humanarum ac diuinarum *ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεύς, γαίωνα τε καὶ ἀνθρώπων* *ὡρα* *ἡμετέων*. l. 2. ff. de legibus, fuit enim vetus persuasio deos astringi legibus, postquam Orphico placuit deorum perituria Iui in tartaro nouem annorum milibus, ut ait Seruius explicans illud Virgilianum lib. 6. Aeneidos:

Ipsa deum poenas docuit.

Hesiodus quoque in Theogonia notauit Parcas insectari hominum ac deorum transgressiones:

Αἰτ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε ὡς ἐπιβασίας, ἐπέπρασαι.

nec abhorret Esaias cap. xij. memorans Luciferum è caelo precipitatum propter lesam caelestis Regis maiestatem. ut liqueat, summum deum iustitiae diuinae praesesse, nec peccare, nec puniri ipsam, & falsum, esse id quod Iupiter dicit apud Ouidium:

Me quoque fata regunt.

quem secutus Alcibiades lib. disfunctionum 4. cap. 14. retulit ad fatum dominatum regium legis rebus humanis & diuinis imperantis, sed perperam: non enim dixit Chrysippus legem dei reginam, sed rerum diuinarum, nec ignorauit deum fato praesesse. quineriam quod ait Manilius: *Fata regunt orbem.* non recipitur à iurisperitis, qui delinquentes eo magis puniunt, quo voluntate peccant non necessitate: & propositum ab imperio & à casu distinguunt. l. respiciendum. §. si. ff. de poenis. nec fatum pluris faciunt quam casum praeter voluntatem. l. quæret. ff. de verb. significat. l. 33. §. *dama*. ff. pro socio. quod si casum fortuitum atque improuisum fato ius ascribit duntaxat, & impune cedere sinit. l. i. C. ad leg. Cor. de sicar. ergo reliqua quae consulto agunt homines, extra fati necessitatem sunt, & in cuiusque arbitrio ac prudentia versantur. E media templi testudine de cathena aurea pendebat lychnus argenteus in malum punicam formatus, fulgens igne inextinguibili, qualis à Vestalibus ex praescripto xij. tabularum custodiebatur. qui perfecti, ut de plano legerem hunc versiculum:

Non cessit ratio nec cedit moribus, aut lex.

Protogenis qui floruit olympiade cxij. picture interlucet depræoptus ex. l. 2. C. quae sit longa consuetudo, sententia hæc suspecta ijs erit, prima facie, qui norunt luctari consuetudinem & legem, & eam vinci ab altera quae sequetur: imo consuetudini aliquanto plus tribuendum, quia sine scripto, tacito populi consensu vigeat. proinde sic libuit interpretari. l. 2. C. quae sit long. conf. ut si quidem casus aliquis emerferit nulla lege expressim terminatus, nulla itidem consuetudine atque ita à simili definiendus ut admonemur. l. non possunt. ff. de legib. l. de quibus. vers. & si qua. eod. tunc in dubio potius sequendum exemplum legis quam motis. hoc apertissime probatur in l. quod non ratione. ff. de legib. si modo lex simile quiddam cauerit ei de quo dubitatur: aliàs consuetudini potius subsequendum veniret, praesertim scripta, atque ita legis amulæ, ut in feudorum tractu. cap. 1. de feudi cognit. vix enim feudi extat vestigium in iure Rom. non dubito. ff. de captiu. alibi verò lex imitanda esset. l. i. ff. de vsuris: quia lex, quae sit consilio virorum prudentum, l. j. ff. de legib. in dubijs praesumitur aequior more, qui fulcitur tantum incerto vsu multitudinis. l. de quibus. ff. eod. cap. j. §. si factam. si de feudo sit content. inter domin. & agn. consuetudo populi multorum capitum composita arbitrio ratione plerumque remota, non iuste exaquetur legi, quae est opus principis. l. si. C. de legib. in quem populus vltro omne transfudit imperium. l. j. ff. de confit. princip. ita

vt videantur mentes civium plurimorum in vnum regem præcipuum confluisse, & delicias selectæ sapientiæ contribuisse. *Н Р Н.* Ad istud pertinere videtur. l. iij. §. diuus Hadrianus. ff. de sepulcr. viol. † Vbi ex rescripto D. Hadriani. nefas est mortuos in ciuitate sepelire, licet lege vel statuto municipali alicubi aliter obseruetur. Verum hoc ipsum magna ratione nititur. puta, uia lex fuit generalis, statutum autem speciale, ideo specialiter etiam valere debet, quædiu statuto nihil posterius derogauit speciatim aut generaliter. quod si lex & consuetudo generales sint, tunc vt quæque posterior est, ita fortior. d. l. de quibus. ff. de legib. l. omnes de decuri. lib. x. C. auth. cassa. de Sacros. Eccles. vbi legis Machera improbam consuetudinem secat. ecce, ne à sepultura discedam, ante legem x i i. tab. non minus in vrbe, quàm in agros inferre licebat mortuum. Virgil. xj.

*Et corpora partim,
Multa virum terra infodiunt, aduectaq; partim,
Finitimos tollunt in agros, urbiq; remittunt.*

Sed lege deinde obtinuit, ne intra vrbe mortui sepelirentur. d. §. diuus. & l. mortuorum. C. de legib. & sumpt. fun. & Cicero lib. 2. de legib. in vrbe inquit, sepeliri lex vetat, idem & in loco publico ex decreto pontificum. cæterum ideo puto, ommissa Accursij sententia, non constituisse statutum municipij de mortuis in vrbe sepeliendis contra legem generalem imperatorum, quoniam imperatoris rescripto singulari nouissime cautum fuit, vt priscorum Cæsarium rescripta generalia extendatur vi prohibitionis ad expugnationem statuti cuiuslibet specialis præcedentis: & nihil ibi de consuetudine tractatur. *C A L L I D.* Opportunè in sepulcrorum mentionem incidimus, de quibus non pauca dicere conuenit. quandoquidem postica delubri egressus, veni in Polyandrium amplissimum, sepulcris cenotaphijsque Iuriscōsultorū insignis. † sunt autè cenotaphia honoraria sepulcra, & inanes tumuli, in memoriâ defunctorū, cuius corpus alibi inhumatum est, dicati. l. monumentum. ff. de relig. & sumpt. Cenotaphium religiosum esse duxit Martian. in. l. in tantum. ff. de rer. diuisi. nifus Virgil. autoritate lib. i i. Æneid.

*Libabat cineri Andromache, manesque vocabat
Hectorum ad tumulum, viridi de caespite inanem
Et geminas causam lacrymis sacrauerat aras.*

Alciatus lib. Parerg. x. cap. x i i. ob geminas aras sacrum fuisse coniecit. quia & aras sacra dicuntur à poëta, non tumulus. Cæterum cum nemo priuatus sacrum facere possit, l. in tantum. §. sacra. ff. de rer. diui. ab Alciati intellectu libens discedo. & sic Virgilium interpretor, † vt Andromache, ex officio, aras geminas marito sacrauerit, voto, non effectu. nam hoc præcedentibus versibus innuitur eam omnia ad imitationem veri sepulcri Troiani effinxisse. cum ait Virgil.

*Ante urbem, in luco, falsi Simoentis ad undam,
Libabat cineri Andromache.*

Est enim non insolens hæc locutio autoribus, vt factum dicant, opinione faciētis accepta, licet effectus nullus secutus fuerit. l. 3. C. de iudeis. vbi Synagoga religiosa dicitur, puta, Iudeorum existimatione, licet falsa. l. 17. §. iam autem de excusati tutor. ff. sic is dominus vocatur qui putatur falso. l. si quis cum. ff. pro emptor. & creditor. l. creditori. de legat. 3. Aut illa aras sacrauerat, id est dedicarat, vt idem Virgilius alibi:

*Iniecere manum Parca telisque sacrarunt
Euandri.*

Et aliquè dicimus alij tollere & eripere vtilitatē, & suam conditionē meliorē facere, quādo id conatur, licet sibi noceat nō alij. §. huic autē. de actionib. Quod si percepisset Martianus in d. l. intatum. §. si. à. D. D. fratribus reprehensus nō fuisset in l. sed diui. eod. tit. nec falsò Virgilij versus induxisset. qui enim religiosū erit *κενοτάφιον*; cum vnius sepultura sepulcra plura efficere non possit. l. cum in diuersis. ff. de relig. & sumpt. funer. l. vel quæ. §. si. eod. l. iui per tot sepulcra mæstus, ob fatum virorum nobilium, qui iam non aliud, quàm cinis & vmbra essent. solatium tamen capiebam ex operibus clarissimorum artificum. † vidi Solonis sepulcrum, quod ferè tale fuit: stabat pyramis Adamantina altitudine C. & x v. cubitorum, stellata aureis guttulis, cū huiusmodi elegio: *NE PROPERA VIATOR, HIC SITVS EST SOLON, SOLVS SEPT. LEGIS. OLLI REIP. SERVATORI IVSTA PERAGITO, ET MANES RITE PROPITIATO.*

Н Р Н. Verisimilia recitas, nam sapiens hic lessò, id est, eiulatu sepeliri pulchrū putauit. cuius est illud Marci Tullij, primo Tuscul. Quæst. vel potius Ennij:

Mors mea ne careat lacrymis, linguamque amicis

Macrorum,

Macrorum, vt celebrent funera cum gemitu.

C A L L I D. Mirum est tantum virum, tam moli honore carere noluisse: sed verisimile est à poëta hoc affectu, nam Solon, vt est apud Tullium lib. 2. de legib. sumptus & lamentationes funerum minuere studuit: qui tamen obiurgatus aliquando, quod defunctum flet filium, cum nihil proficeret, ob hoc ipsum, inquit, illacrymor, quod nihil proficere, sicut auctor est Laërtius de domestico luctu duntaxat loquens. Sed quid amplius viderim, auscultes. Aduolarunt x. aues pauis paulò minores, sed longè pulchriores. hæc circa pyramidem sepulcralem volitare non desinebant. aureo caruleoque colore fulgentes, vt suspicarer totidem phœnices esse, quicquid iactet oriens. rostro sese inuicem prouocabat, dulciter lamentantes, & concinentes melos dulcissimum. sic solent aues, quæ dicuntur Memnoniæ, ex Æthiopia in Memnonis Auroræ filij tumulum, quod iuxta Ilium est, quotannis reuolare. Ouidius in Elegijs:

Quid properas Aurora: mane sic Memnonis umbras.

Annua solenni cede parentet auis.

Nimirum, vt reserui, etiam decem aues, quas prædico, anniuersarium funus Solonis manibus ducunt. In memoriam x. tabularum, quas Romani, ex illius legibus acceperunt. d. l. iij. ff. de orig. iur. Idque annuo more faciunt, eo die, quo ipse natus fuit, † quia veteres eorum, quos viuos valde coluerant, soluerunt natalem diem celebrare. quare plerique Epicuri sectatores, natali eius, vicesima luna, sacrificabant, feriasque omni mense custodiebant & Horatius ob lætitiā conuiuij exhibendi natali Mæcenatis lib. 4. carminum:

Iure sollempni mihi sanctiorque

Pene natali proprio, quod ex hac

Luce Mæcenæ meus affluentes

Ordinat annos

consequerentur quoque prius eo die liberalitate decora vti. l. sed si vir. §. pe. ff. de donati. inter vir. nec defuit Epiphanius pius autor, qui asseruerit primum Christi signum aquam in vinum verrentis in Cana Galileæ, expletis. x x x. annis factum ipsa suæ natiuitatis die. Plinius iunior scribit Silium Italicum Virgilij natalē religiosius quàm suum coluisse. † Hinc notat Marcellus in l. cum quidam. ff. de annu. leg. cum quidam decurionibus diuisiones dari voluisset, die natalis sui, testatorem, non de vno anno sensisse, sed de perpetuo legato. Accursius, natalem diem, non tam natiuitatis esse vult, quàm mortis. quasi, inquit, nunc nascatur ad gloriam. Hic bonus homo somniat. morte enim soli nascuntur, qui virtute clari extiterunt. §. j. Inst. de excus. rur. Quod si diues sordidus testaretur, iam diceremus d. l. cum quidam. non habere locum. quod falsum est. Quapropter puto, si quis in diem natalis sui aliquid legauerit, annum in dubio legatum esse. ratio est. quia bis nemo nasci potest, vt Bacchus in fabulis. & præterea, ille sermo de futuro interpretari verè non potest. quare legatum in memoriam factum censetur. Sed si quis in diem mortis suæ diuisiones dari voluisset, semel tantum deberentur, in morte: non ideo quod mors iterari non potest, vt coniecit Bartol. sed quod mors in futurum eueniet. nec vt natiuitas præteritum inueniet, si non quotannis destinauerit. l. liberris. §. si. de alien. legat. ff.

Innumera percurri epitaphia, fatigatus magis quàm satiarus eorum lectione. † Non omisi Pomponij, Vlpiani, Pauli, Marcelli, & aliorum monumenta. quæ ferè de lapide Cherinite constabant: qui corpora à putredine vendicat. fragrant myrrha, costo & cedrino liquore. Necnon pineis ramusculis complexu læto ac videnti placebant, quamuis scribat Plinius feralem arborem primum funebri indicio rogis & ante fores poni solitam, que vulgo picea vocatur, vt selinum herbam ipsis sterna sepulchris, priusquam mortui conderentur, Suidas tradit. Agnoui titulum, L. Cælij Antipatri, qui historias conscripsit, & plus eloquentiæ, quàm iuris scientiæ operam dedit. l. ij. §. post hos. ff. de orig. iur. idcirco multis alijs posthabuit. Aduertant hi qui sententiæ graues Bartol. & aliorum eiusdem ordinis contemnunt, vel potius nesciunt & exiles quosdam orationis flosculos audent sensus fructui antepone. faxit deus, vt superbam negligentiam in melius mutet. Iuliani arcam lapideam cognoui, ex illa inscriptione: *καὶ τὸν ἕτερον πῶδα ἐν τῇ σαρῶ ἐχὼ θεομαθεῖν π βουλῆ πτω.* l. apud Iulianum. ff. de fideic. lib. sarcophagus lapis videbatur: de quo in l. funebri. ff. de relig. in quo condita corpora, quadraginta diebus absumuntur. Vnde etiam nomen inuenit. Præcellerat reliquis Papiniani monumentum, inferiore parte solida turris, de Alabastrite: superiore de porphyritico, recto & fastigio exornata. per angustum aditu. intus in stylopode argenteo incisum legi: *PROH DOLOR, PRÆFECTE ÆMILI, INSONS FVISTI, VALE. & paulò inferius:*

Iustitiam vitæ proposuisse iurat.

& iterum:

Iste tulit leges fortiter atque necem.

Ob id, opinor, quod occidi maluit Æmylius Papinianus præfectus prætorio, quam sæpe rogatu Bassiani Caracallæ sæuisissimi Imperatoris parricidium oratione diluere. occiderat enim ille Gerā fratrem amabilem: nec tam facile excusari poterat nefas quā committi. vnde accedente mirabili iuris scientia meruit ut in Codice Theodosij in tit. de responsis prudentum inserta sit sanctio Theodosij & Valentini Augg. qua cauetur, ut reluctans inuicem iuri prudentum responsis, id præferatur, alijs quod à Papiniano manuerit. si non lex alia, propenderit in diuersam Papiniano sententiam posteriorem. l. 1. §. sed neque, de veter. iure enucl. plane circa tam celebre monumentum cum autore mortuo adhuc viuente & admirandum nitebant portiones ex vario marmore constructæ, de more sumptuosæ antiquitatis. l. pergit. C. de sepul. vio. et si sacræ non sint. l. funeris. §. si. ff. de relig. & sump. fun. Ferebar attonitus, ad tantam claritatem operum, & me rerum nouitas fatigari non patiebatur. tum maximè, cum incidi in sepulcrum, mirum dictu, ex nitidissima crystallo. In arcæ medio vrna aurea videri facile poterat, operculo cætrato ornata. tum sceptrum, cum pretioso diademate. nam perfaciliter materia visum admittebat, ut quæ transluceret. & nota est verus simplicitas, quæ cū talibus ornamentis defunctos sepeliebat. l. at si quis. §. idemque. ff. de relig. iuxta vrna tunica regia funebris spectabatur, nondū & deus annorū violentiæ, cū restitisset flammam: nimirū facta ex lino iudico, textu difficili, & cōburi nescio, id eoque fauillā corporū à reliquo corpore secernit, vnde asbestinū vocatur bysinolino Achaia pretiosius, de quo in l. fin. §. diui. ff. de publ. protinus suspicatus sum Numæ Pompilij Regis Romani sanctis cineres ibi conditos, sed paulo post in mentem venit eum non combustum, sed inhumatum fuisse: & eius corpus, post multa secula à Cn. Terentio in Ianiculo, in arca lapidea inuentum. Adde, quod comburendi consuetudo Syllanis demum inoleuit temporibus, & rursus desijt. ille enim primus è patricijs Cornelijs igni cremari voluit talionē forte metuens, ut qui Marij reliquias ad Anienem sitas dissipari iusserat. plane ratione non caret incensio propter animum ignei vigoris, sicut & humatio, qua terræ corpus redditur, & velut sinu matris obducitur. sicut vel à principio nisi in humido habitare non potuit, & in sanguine, ut D. Augustino placet. can. Moyses. 32. q. 2. Hinc est, quod in l. pro hærede. ff. de acquir. hæc. lego iusta fecit, vel sepeliuit. non, busta fecit, sicut in l. ij. ff. de in ius voc. bustum enim propriè de combustis, & non de sepultis dicitur. ut vtrouque Accurs. Thales Milesius grauis Philosophus, qui originem rerum aquæ debere dicebat, sepulturam probabat. Heraclicus, qui igni, bustum & cineres. l. 1. ff. de cadaueribus punitor. HEPH. Quo modo se habebat tanti monumenti inscriptio? CALLID. In hunc modum: H. M. REG. H. N. S. id est, hoc monumentum regum hæredes non sequuntur. Non procul ab eo, fuit aliud sepulcrum minore fastu operis, inter densissimas arbusculas delitescens: cum hoc titulo: P. CALPHVR. FISCIPATRONVS, SIBI LIBERTIS Q. EX TABVLIS, FIERI IVSSIT. HEPH. † Quorsum tot inscriptiones, cum legibus comparatum sit, ut nullius sint momenti? l. vel quæ. §. liberti. ff. de relig. Libertis aptem, inquit Vlpian. nec sepeliri, nec alio inferre poterunt, nisi hæredes extiterint patrono: quanuis quidam inscripserint, monumentum sibi liberti (que suis fecisse, CALLID. Imò nihil refert, qua in materia voluntas testatoris inscripta sit, ære, ligno, aut lapide: quia æquè seruari debet. l. 1. ff. de bo. poss. sec. tabul. nimirum & Vlpian. in d. §. liberti. † probat inscriptum quale sit sequi oportere, si modo rectè accipiatur, cum ait: quanuis quidam inscripserint, & c. Nam ille §. liberti: hoc habet, quod si patrem monumentum sibi instruxerit, in illud liberti non sepelientur, nisi hæredes instituti sint. Videbatur secus, inquit tacitè Vlpian. ex eo quod multi solent inscribere, se sibi libertisque fecisse. arg. l. cum auus. de cond. & demonstr. & ex eo, quod cotidie exprimi solent, coniectura colligitur. l. nō solum. §. morte in fi. de oper. noui. nunciat. ff. si modo perpetuo exprimitur, non si quandoque proinde concludit ibi, duntaxat habere locum, ut liberti quoque inferantur, si nominatim inscriptum sit, non aliter. Soluamus nodum, hoc non minus inextricatum, ex l. monumentorum. C. de religio. vbi monumentis inscripta, iura sepulcrorum non transferunt, neque dominium loci puri. Hic mihi videtur syncerus intellectus, ut inscriptio monumenti non transferat ius aut dominium, viuente illo, qui inscribi iussit, sed illo præmoriante secus. & ita vim habeat vltimæ voluntatis obseruati dignissime, si Homero credimus, qui illiados. 16. in funere Sarpedonis Lyciorum Regis sepulcrum & titulum tanti facit, ut hunc honorem solum dicat esse mortuorum: τὸ γὰρ ἔλαος ἐστὶ θανάτων Solon præterea ex mutis sepulchris Salaminam iure ab Atheniensibus possideri persuasit, effosis illorum quibusquam, vbi cadauera ritu Attico ad solem

solem orientem conuerterentur, insuper insculpta ostendit familiarum nomina, tunc nemini dubium fuit, teste Laërtio, Salaminam ad maiores Atheniensium pertinuisse. de Megara simile recensuit Ælianus lib. varia historia. 7. cap. 19. nec inscriptioni testes desidero licet secus in. epistola fideicommissi. l. & in epistola d. de fideicommissi. quia inscriptio sepulcri palam omnibus viatoribus ostentatur. l. x. §. 1. de institor. actio. Nouissimè accessi ad sepulcrum, quod Myrō Lycius Polycleri discipulus, ex ære Cyprio elaborauerat, & arte, magisque materia nobilitauerat, his verbis incisis: Η Ο C C Ε C Α Ρ V T Ε S T, Ο Λ Ι Ι Σ Α C Ρ V F Ι C Α. Vnde facile fuit cōiectu, ibi caput humanū conditum extitisse, suo secretum à corpore: ut intelligeretur, † ibi verum sepulcrum esse potius, quàm vbi corpus esset. etiam si totus homo minutus in partes concisus esset ut de Orpheo legitur, quem Træssa mulieres dilacerarunt capite in Hebrum fluium proiecto, & mox cum lyra Lesbum perlato: adeò vatem seu potius legumlatorem gens effera oderat. eo pertinet. l. cum in diuersis. ff. de religio. si quidem caput, quod animum velut arx quadam continet, excellit, & facies ad imaginem cælestis pulcritudinis figurata. l. si quis in metallum. C. de pœnis inde Pallas ex Iouis capite nata fingitur: & in memoriam pristinae dignitatis plus capiti tribuitur, sicut reliquo corpori animæ hospitiæ ornata nobilitatō. l. 14. ff. de decur. vnde dixit Heraclicus homines esse deos mortales. Denique caput est ex quo cognoscimur. d. l. cum in diuersis. & corpus, capite exempto, sine nomine superesse cecinit Virgilius. Q. Curtius lib. v. 11. addit Parmenionis ducis nobilis, in Alexandri necem suspecti, capite ablato, corpus tantum sepulcrum, sine nomine. Peracto nondum vnus stadij itinere, deueni ad arcem editissimam & præaltam, quæ cum nubibus agere posset, finium regundorum, visu fuit horridior:

Dirarum nidis domus opportuna volucrum.

Hanc metam extremam Polyandrij esse duxi. Ianua ferreis foribus & seris claudebatur, qua Eurum aspicit. exaudiui voces terrificas velut leonum rugientium, & aquarum in præceps cadentium. ferunt ibi Iuris ciuilibus inexplicabilem labyrinthum esse, à quo nec cum huius glomere Thefeus exeat. Ante arcis ianuam, erectus erat obeliscus ex Alabastrite damasceno, accedens radiorum Solis similitudini, cum huiusmodi circa plinthum inscriptione:

Et leges armis constant, & legibus arma.

Desumpta ex §. j. proce. Instit. † vbi leges & arma ita principem decet, ut alterum alterius ope indigeat, teste Sallustio. idque non ambiguit veteres significarunt, cum Palladii virginis alioquin amabili lorica & tella tribuerunt: ad quam Solon legum suarum inuentum retulit Athenis, non ignarus sapientiæ deæ & sapienti iudici armatam manum conuenire. l. qui restituere. ff. de rei vendicat. & delicias veræ sapientiæ in legum scientia occultari. l. r. ff. de Instit. & iur. Quare maiestatem principis legibus armatam esse oportet: quanuis quidam grammaticis eo arrogantia de more processerit, ut perperam dictum putet, armari legibus. Cornelius Tacitus in dialogo, de Claris oratoribus, de eloquentia forensi, hoc modo loquitur: Quid autem tutius quàm exercere artem qua semper armatus, præsidium amicis, opem alienis, feras? Cicero pro domo sua, magistratus armari religione deorum immortalium, scribit. & aduocati patrocinio tanquam armis, Remp. defendunt. l. aduocati. C. de aduoc. diuersi. iudicio. Demisi oculos, & adhuc legi sequentia: Ε Q V V S Α C Ε Ρ Α Μ Β Ι Ο V V S, & mox illa: Ο Μ Ν Ι Α, V T Ι S V N T, R Ε C Τ Ε R Ι Τ Ε Q. L Ε G V Ν Τ Ο R. Voluebam idē tūdem animo, quānam mihi legenda exactius proponerentur, tandem in dextro equi latere vidi fores, quibus apertis, feceram enim illud gradum, non hostes armatos inueni ut Troiani olim in equo Epei, non corpus hominis demortui, ut Gyges Lydius in fabuloso Platonis equo: sed aureas tabellas duas Ebeno inclusas, & positas à † M. Sempronio Iurisconsulto, qui post App. Claudium floruit, & quem Pop. Rom. σοφόν, id est sapientem, si Pomponio credimus, appellauit. l. ij. §. iuris. ff. de orig. iur. ed. ut arbitror, quod non tantum iuris scientiam calluit, sed etiam magiam, & occultas disciplinas. nam & legislatores prisca incantare plerique nouerant, ut de Zamolxi Scythia Plato notauit. studiose verò prouidi, ne vnum quidem apicem præmitterem: metuens mihi, si quidem à præscripta formula desciscerem ut olim in forensibus actionibus causa cadebant, qui vel syllabam vnam omisissent. l. 1. d. de formulis & impetrati. maxime cum constet Tullum Hostilium Regem Rom. Iouem dum carmine euocat, ictum fulmine, quia ex Numæ libris quadam parū ritè fecisset. proinde cunctas notas literasque sigillatim animo complectens, abiui in semitam à leua, nullis tritam hominum vestigijs. herbae vbiq; germinabant, potissimum noxiæ: Cicuta, quæ propter vim frigidam venenum est, publica Atheniensium pœna, cum rei illam sorbere iuberentur exemplo Socratis, nunc prohibita. l. aut facta. vers. proinde. de pœnis. & Aconitum, quod ex spumis Cerberi natum poëta fabulantur. tum Mandragora, quam Columella,

lib. x. semihominem vocat, quod vulgo eius radix, homini ad similes existimetur.

*Quamuis semihominis vesano gramine facta,
Mandragora pariat flores, maestamque Cicutam.*

Meminit Iurifconsul. in l. eiusdem. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & venesi. & quia vidi pleraque signa, statuaque prægrandes ex solido ebore, illico conieci verum esse id quod Discorides adnotauit, radice Mandragoræ molliri ebur vnà decoctum, adeò vt formam quam velis accipiat. In summa, terra illa ferax est talium seminum, gignens, vt ager Pharius apud Homerum *Odyssæa* 4. *φύμαλα πολλά μὲν ἐστὶν, πολλά δὲ λυγρὰ.* hoc est, multa venena bona quidem, multa verò tristia. l. qui venenum. ff. de verb. signific. † Traxi, non parum lassus, vestigium ad specum, visu profectò, quàm dictu, horridiorem. cum densa arborum congeries nemoroso frondium orbe complectebatur Iurifconsultus, in l. j. §. specus. ff. de riuis. specum à despiciendo deduxit, in hoc autem nihil penitus despici poterat, præter muscum & saxa temere posita, ne quid deesset speluncæ imagini, quale fertur sanū subterraneum Trophonij in Lebadia.

*Tunc mihi frigidus horror
Membra quatit, gelidusque coit formidine sanguis.*

In specum non descendi, nisi prius implorato Dei Opt. Max. præsidio, qui res desperatas mortalibus, ad finem perducere potest. l. j. §. quod nemo. C. de vet. iur. enucl. si enim in sacris Eleusinae Cereris, præco prædicere consueuerat, ne quis rem diuinam deæ faceret, quem conscientia remorderet scrupulus: multò diligentius cauendum mihi fuit, ne sacra Iurisprudentiæ contaminatus inirem. Itaque deum oravi, in cuius conspectu sydera munda non sunt. C. principium. §. sicut. de pœnit. distinct. ij. mox pleraque verba submarmararij peregrina omnino momenti maximi: cum etiam Christus Marci cap. 5. suscitans filia principis Synagogæ Talitha cumi, Caldeo ritu, dixerit, id est, puella, tibi dico, surge: sic eam ab orco extorsit. Posthæc igitur in phialam gemmeam lectas aurea falce herbas congesi. præfertim eam, quam Magi vocant cor Osiridis, & alteram, Zoroastris diadema, id est, viuentis stellæ. hoc enim nomine donatus est Cham Noe filius in magicis excellens Persarum & Chaldeorum affectione: cuius meminit Clemens Petri Apostoli auditor lib. 4. Recognitionum. & ausu maleficio & susurris sinistris patri sterilitatem inducens, quàm habuisse debuerat, priusque filium ita impium substulisset, dignum exheredari, quia patri vitium morti nõ ab simile inuita natura induxisset. l. 7. ff. de ædil. edict. l. queritur. §. puer per. eod. tit. Ego vero paulo post nigrae pecudis sanguinem infudi, quo facilius animæ euocari solent, teste

40 Augustino, in c. nec mirum. §. necromantici. 26. q. 5. † Necromantici, inquit, sunt, quorū imprecationibus videntur resuscitari mortui, & diuinare, & ad interrogata respondere. νεκρός enim, Græcè, Latine mortuus: *μαντεία* diuination nuncupatur. ad quos suscitandos, cadaveri sanguis adijcitur: nam amare sanguinem dæmones dicuntur. hæc illè. Nos tamen necromantia, diximus Necyomantiam, dulciore vocabulo, & idem significante. nam & νεκρός mortuus est. & quamuis libros magicos improbatæ lectionis dicat Iurifconsultus. l. cætera. ff. famil. hercisc. non possum tamen non fateri me his sacris adiutum, nihilque nisi pium & bonum retulisse, tanquam ex magiæ veneno salubre quiddam legerem. l. quod sæpe. §. i. de contrah. empt. quid enim non carmine perficitur? teste Virgilio.

Carmina, vel cælo possunt deducere Lunam.

Cleonæ ius redditum est in illos quibus cura delegata erat prouidendæ tempestatis, quòd eorum negligentia vineæ aut se getes vapulassent, Seneca testante lib. 4. naturalium quaestionum cap. 7. debuerant enim cum aère pacisci, & grandinem cantu redimere, siue is melo constitit, siue nudo murmure. nam nondum res dubitatione caret, cum canoræ hominis voci pacandi feras vim plerique tribuant, & procellas sedandi: ne omnino fabulosum videatur, quod de Orpheo legitur, quem alij, vt iam dixi legum datorem malunt, non citra thara feras & saxa allicientem, sed ferina & agrestia mollientem pectora iustitiæ præceptionibus: cum lex compositio sit totius ciuitatis, seu ciuium, si mauis. l. 2. ff. de legib. l. 2. de rebus dub. Apud Homerum, Vlysses profluuium sanguinis sistit carmine. multi, cum prædicatione, in morbis se adiutos incantatione testantur. l. j. §. medicos. ff. de var. & extraord. cog. di. Tutelares ciuitatum eadem euocabantur. l. sacra. §. j. ff. de rer. diu. Eadem vidit Virgilius.

*Sæpe animas imis exire sepulchris,
Atque aliò satas vidit traducere messes.*

41 † Quibus verbis ostendit fruges excantatas in alium transferti agrum, inde, vt ait Plinius, lege x i j. tab. pœna præfixa fuit aduersus eum qui fruges excantasset, & qui malum carmen incan-

incan-

incantasset. Traducere vites Iurifconsul. & agricolationis gnaris est, vites in arborem proximam transmittere, vt ibi fulciatur, & sustentetur. l. si duo. §. item videamus. ff. vti poss. si actor, inquit, vicini tui ex fundo tuo vites traduxit in suas arbores. Traducitur & vitis, cum deprimitur, & porrigitur ad alium locum. vt l. si vitem. ff. quod vi aut clam. quod non intellexit Accursius Traducere appellatur vites quæ traducuntur, Columell. lib. i i i. cap. x x i x. inde quarunt theologi, an animam velut ex traduce, vt semen ex semine, propagetur. enimvero, ne longius orationem à magia traduxisse videar, † testor deos atque homines, me voti compotem extitisse, non minus plausibili quam periculoso successu: eo quod genij aliqui me territabant lurido vultu, & imagine maiore, assuetis: sed refocillabant animam meum formulæ Salomonis ad propulsandam vim demonis instituta, teste Gratiano can. i. dist. 21. quare his fretus

*Rata verba fudi, rumpitur cæcum cahos,
Iterque populis Diuis, ad superos datur.*

& paulò post: idem Seneca in Oedipo:

*Torum nemus
Concusit horror, terra se retro dedit,
Gemitque penitus*

vt forte non frustra dixerit Pythagoras apud Laërtium terræ motum esse conuentum motuorum. sed ego fabulæ magicæ catastrophem explicare festino, complectorque animo etiãnum venientem licet inuitum, Papinianum, Paulum, Vlpian. Modestinum, Africanum, Scauolam, Alfenum, Iulianum, & certatim reliquos, quorum responsis Pandectæ cumulatissimè refertæ sunt. & cum eis *δαίμονα*, cuius nomen exprimere nefas duco; vt Romani Dei nomen, cuius tutelæ vrbis credita putabatur, ne ita facile euocari possit, vt Plutarchus ait in problematis. iuuat eum. l. ix. §. i. de rerum diuis. ff. *НЕРНАЕС*. Sic olim Egyptij Mercurium Nilo patre genitum nunquam nominauerunt, obstricti religione. si creditur Ciceroni lib. 3. de natura deorum: sicut nec Hebræi, nisi raro, *יְהוָה*. Et nympha quædam bouem illico exanimauit, cui dei nomen in aurem insurrarat, vt refert Staij interpres Placidus. sed, obsecro, quales tibi tunc visi sunt? *CALID*. Non squalida umbra, non ore liuido, non cultu incomposito: sed, superante gratia, perpulchri. Caput eorum fertis laureis inauratis cingebatur: Toga coccinea ad purpuram accedebat. l. si cui. §. si. de leg. iij. præter limbum, qui tenui auro splendebat. omnia, in omnibus, arcano quodam nitore placebant, vt stuporem ego, dubitans, vbi nam totam reliquissent mortem. Tum Papinianus præfectus ordinis, sic exoritur est: Cur nos, Callideme, à media quiete, inquit, reuocasti? Cur nobis æternum inuidisti silentium? nunc ignoras ea quæ Plutarchus retulit in libro de demonio Socratis, vocem videlicet editam cuidam euocanti amici manes, *τὰ ἀκίνητα μὴ κινεῖν*. id est, ne moueret non mouenda, & quieti dedita perpetuæ? remet circumspice, heu me, quàm palles. debueras, cum maleficas herbas legeres imitari Medeam in Sophoclis tragœdia (*ριζότομοι* hæc inscribitur) ne videlicet noxio odore lectæ plantæ perimereris, faciem auertere. Scis, Papiniane, respondi, Ius ciuile, à multis per, nescio quos, cereos, fictos & adulterinos intellectus vexari. certa nusquam interpretatio, condere leges mihi videntur doctores, in illis repetitionibus (sic vocant) in quibus nihil magnum præter ipsas. nil non millies reperitum, id est, transcriptum, sed impostores hi, aliena sibi furtim ascribunt. & (vt reliqui fures) alienis poculis ansas mutant. Quo factum est, vt ego percipiam, de tota re certior fieri, & à turba sacrosancta instrui neminem vestrum neglecturus, tum quia *πλείων ἢ πλεόνων μελέτη*. id est, plus potest multorum industria, vt Hesiodus scripsit: tum quia vobis omnibus æque Iustinianus autoritatem impertuit, admonens plerumque à deterrimis viris pollentiores aliqua in re superari. l. i. §. sed neque. C. de veter. iur. enucle. Vos igitur etiam atque etiam vehementer rogo, & obtestor, vt qui legum autores fuistis, nunc sitis interpretes, iuxta l. ex facto. ff. de vulg. Obtestor vos, inquam, per vastum cahos, à deo summo perfecte digestum, per elementorum vnanimè dissidium, per Solis clara, per Lunæ commodata lumina, per cali motus assiduos, per amœnum Elysum, per orci nigra habitacula, per sancta iuris mysteria, ob quæ vos sacerdotes dicimini. non vt quæcunque dicetis à Ioue Hammone relata putem protinus. nõ enim sum nescius, quid Sauli regi obuenerit, quòd Samuëli suscitato nimium crediderit. Tametsi Artemidorus acer somniorū interpres, mortuos omnium maximè fide dignos dicat. quia nec sperent quicquam, neque reformident. Ecquid vobis deperibit, si lege vel autoritate vetustiore, vestram doctrinam fulciatis: odi pessimè illud Pythagoreorum, *αὐτὸς ἔφα*. & is sum, qui probabilem rationem expetam, vsurus posthac, vbi libuerit. hæc ego: at illi

*Ocyus incubere omnes, pariterque laborem
Sortiti.*

Primus autem dicendi locus, velut tacito aliorum consensu, Papiniano cecidit.

OBSERVATA IN SECVNDVM DIALOGVM.

- | | |
|--|--|
| 1 <i>Legis definitio. l. j. ff. de legibus. explicatur.</i> | 6 <i>Aureo seculo leges non vsitatas, & mox propter bonos quoque latas fuisse.</i> |
| 2 <i>Iurisconsulti propria tantum definire solent.</i> | 7 <i>An ob fortuita delicta quis puniatur.</i> |
| 3 <i>Tripliciter lex accipitur.</i> | 8 <i>Sponsio quid significet in legis definitione. & quid sit sponsionem facere.</i> |
| 4 <i>Quid sint priuilegia, & unde dicta: & quid sit ius singulare.</i> | |
| 5 <i>Viris non feminis legem condere licet.</i> | |

INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, PAPINIANVS, MAVRITIANVS.



VIDES, inquit Papinianus, ô Callideme, draconem huc cursim aduentantem, qui non minus est conspicuus, gemmea oculorum acie, & squamis aureis, quam ille, quem inter vtrunque Arctô, poetâ locauerunt? Hunc scito delubri, quod illic vidisti, accolam, & velut aditu esse. Iurisprudentiæ sacer est, in memoriam Draconis Græci legislatoris dicatus, qui Ægina, in theatro occubuit, à plebe malè affectus, & vt est apud Suidam. coniectis vestibus ac perasis obrutus, sed grati populi ac plaudentis lasciuia potius quam indignantis dolo. licet Draco Athenis leges duras tulisset, quas dicebatur scripsisse sanguine, ex quo à Solone mitigatæ sunt potestæ. §. sed ius quidem. Instit. de iur. nat. Sape fera mansueta fauum mellis è manu mea accipit, vt olim draco aurei velleris custos, de quo Medea sic ait, apud Valerium Flaccum lib. viij. Argonauticô n:

Mella dabam, & nostris nutribam fida venenis.

Quin tu potius, inquam, abire sinito: ne mihi ignoto pauperiem faciat. & cum otiosi simus, è re magis esse puta, si pauca de legis definitione, quæ est in l. j. ff. de legib. disserere, vt omnia soles, referas. PAPINIANVS. Sic, nisi me fallit memoria, definitiui: † Lex est commune præceptum, virorum prudentium consultum, dilectorum, quæ sponte, vel ignorantia contrahuntur, coërtio, communis Reipublicæ sponsio. Legem voco commune præceptum. duplici consideratione, hoc est, tam ex parte concedentis, quam ex parte recipientis. Nam primum, quicumque legem ferat, nihil agit, nisi publica persona sit. qualis est princeps, in quem populus omnimodam potestatem contulit. l. j. ff. de constit. princ. qualis est Consul, Prætor, Ædilis, Senatus & similes §. lex est. cum §§. seq. Instit. de iur. nat. gent. Iam verò ex parte recipientis, legem esse commune præceptum, plusquam certum est. quia leges populo & Reipub. promulgantur, nec singulas tantum personas vinciunt. l. leges vt generales. C. de legib. l. iura. ff. eod. Accursius, hominis ingenium, paruifacit nostram definitionem, & in d. l. j. ff. de legib. descriptionem potius esse contendit: quia, inquit, quædam sunt leges quæ communia præcepta non sunt. vt l. j. in fi. ff. de const. princip. quando, verbi causa, princeps cuiuspiam aliquid indulget ob bene merita, vel cum ob delicta pœnam irrogauit: quod quidem personam non egreditur. Cæterum scire debuit Accursius. † nostrum non fuisse legem impropiam definire. multæ enim, imò omnes definitiones, in iure subuerterentur, si eisdem, etiam impropiè sumpta, comprehendere oporteret: vt ecce, homo animal rationale est. num putabis hic contineri hominem syluestrem, Faunum, vel Saryrum? minimè. Atqui scire debemus † legem tribus modis sumi à iurisperitis: primo, perquam propriè, vt sit vtrunque commune præceptum. d. j. ff. de legib. Secundo, prorsus impropiè, vt §. disponat, in auth. de nupt. col. iij. l. j. §. si conueniat. ff. de positi. Tertio, ex parte propriè, ex parte verò non, vt l. j. in fi. ff. de constit. princ. quia nemo nescit legem à principe, vel senatu in priuati gratiam ferri posse: & ita is, qui talem legem fert, publica persona est: qui accipit, priuata. vt l. fi. ff. de legatio. & apud Liuium, lib. v. ab vrbe condita, lex de reuocando in urbem Camillo. l. postliminij. §. fi. ff. de captiu. & postlim. † Sed huiusmodi leges priuilegia magis sunt. Cicero in Paradoxis: Familiarissimus tuus Cornificius de te priuilegium tulit, vt si in opertum Bonæ deæ accessisses, exulares. Clodium alloquitur. prius enim dixerat: sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exul? Priuilegia dicta sunt, quasi priuata leges. quia veteres,

res, priua, pro, singula, vsurparunt, teste Nonio, & A. Gellio, lib. x. noctium Attic. cap. x x. vbi ostendit, priuilegia non veras esse leges, eo quòd non cadant in definitionem, quam dederat Atticius Capiro, cui, lex est generalis iussus populi aut plebis, rogante magistratu. melius ergo Gellius, quam Accursius, qui maluit nos reprehendere, quam, quid esset lex, discernere. Planè quòd Gellius ait, priuilegia dicta esse, quasi priua iura, & singula, vel pro singulis lara, simile veri est can. priuilegia. 3. distinct. hinc illud apud Tullium lib. 3. de legib. ex tabulis xij. priuilegia ne irroganto, sunt enim odiosa, quia desciscant à communi lege, licet ex causa aliqua, potest tamen (nisi fallor) & aliter res hæc accipi, vt dicantur priuilegia, quia legem communem priuent, in specie, qua feruntur: vel quòd priuata sint à ratione legis communis. Apuleius, in lib. de Deo Socratis: Cæterum, inquit, profanæ philosophiæ turba, imperitorum vana, sanctitudinis priua, veræ rationis inops. Lucretius, lib. iij.

*Nec repentis iter cuiusuisque animantis
Sentimus, nec priua pedum vestigia quæque.*

Priua pedum dixit animalia, priuata pedibus. vbi olim malè legebatur, prima pedum. Si tamen velimus subtilius rimari, apparebit priuilegio non nihil esse generale: nempe cum vni homini concessum cæteros latè afficiat, qui ab eo exclusi eidem parere tenentur. Vt cunque sit, priuilegia discedunt à iuris communis regulis, & nihilominus iusta sunt: quia propter singularem rationem, nouè suborientem eduntur. d. l. j. in fi. de const. princ. vt cum propter immane flagitium exquisitior pœna inuenitur, vt posteritati exemplo sit. l. aut facta. §. fi. ff. de pœnis. quia lex generalis pœnas barbaras & nouas aliàs excratur. d. l. aut facta. in princ. & l. vnic. C. de emend. seruo. Econtrariò similiter fieri solet, cum ob singulare artificium eximiamque eruditionem delinquentis, pœnæ remittuntur, & leniuntur, arg. l. postliminij. §. fi. ff. de capt. & postlim. vbi pro Menandro iuriscons. qui libros de re milita. scripsit, capto ab hostibus, lex lata est, vt ciuis Romanus esset, quia ius apprimè callebat. & de altero Menandro. l. pe. C. de aduoc. diuer. iudicum. l. doctitij. l. neque Dorotheum. de decur. lib. x. C. de nique pro reditu Ciceronis in urbem, oratorum sine controuersia principis, legem latam accepimus nemo his inuideat, cum Athenienses decretum fecerint in vnius muli gratiam apud Plinium lib. 8. cap. 4. ne ab incerniculis tritici arceretur fenex, vulgo adducebatur. l. ad bestias. ff. de pœnis, vbi ob insignem peritiam damnati ad bestias aiebant leuati pœnam consulto principe quod vtrique verum licet sit, tamen ibi Paulus sensit damnatos ad bestias in prouincia traduci Romam solere, si princeps Romanus Consultus ita rescribat ad excellentiam & robur condemnati publico conspectu digni. vt palam pugnet iuuenis cum feris in circo. l. aut damnus. §. quicumque. ff. eod. atque ita supplicio tristi sit voluptati popularibus. nam priuilegium ratione fulcitur, licet dicatur contra rationis tenorem. l. ius singulare. ff. de legib. & ibi propter vtilitatem statuitur, idest, ob vtilitatè aequitati iunctam. l. peregre. §. quæsitum. ff. de acq. poss. interim contra tenorem rationis communis, qua lex debet esse generalis. l. iura ff. de legib. sed ratio legis publicæ superatur ab exceptione priuilegij fortiore ratione fulti: & ita legem confirmantis §. vt autem de non alien. rebus eccles. col. 2. Definitio ait, lex est virorum prudentium consultum. † quia mulieres leges condere non possunt. Quòd si Ceres, si Semitamis, si Dido, leges tulerunt, earum potestas iam pridem obliterata est. nam etsi iudicio non careant mulieres, tamen mores nostri, earum statuta non recipiunt. l. cum prætor. in fi. ff. de iudic. l. fi. C. de arbit. neque ob aliam causam, Hercules cum Hippolyte & Amazonibus bellum suscepit, quàm, quòd indignum putabat gentem esse, cui mulieres impetarent. MAVRITIANVS. Rideat metirò aliquis Iustinianum, qui in §. hæc autem. vt iudic. sine quoquo suff. fiant. col. ij. cum consilio Theodoræ coniugis, se feriam constitutionem emisisse gloriatur. PAPIANVS. Nil miror, cum huius hominis constitutiones pleræque muliebres quiddam sapiant, propter inconstantiam, qua supra modum laborauit vel forte mulieribus regio honore ingenioque præditis non est inuidendum ius legis condere, cum virilem habeant spiritum, nec a definitione arceantur: qualis fertur Ægeria, qua dictate Numa Pompilius leges dedit Romanis. nam, vt omnes scitis.

illa Numa coniunx consiliumque fuit.

vt ait Ouidius lib. Fastorum. 3. cap. dilecti de arbitris. Vt ad rem veniam, tantum abest mulieribus licere legem ferre, vt ne viris quidem temere liceat, nisi iis, quorum virtus & scientia probata est, quia in d. l. j. de legib. dictum est, lex est virorum prudentium consultum. tales sunt Iurisconsulti, Consules, Prætores, Ædiles, Senatores, vt Imperatores ræcam, qui omnes, quanuis iniqua sanxerint, legem & iura tulisse dicuntur, quia non tam quod factum est, quam quod fieri debet, attenditur. l. pen. ff. de iust. & iur. aut certe, & mulieres & infantes quoque reges successione sceptri leges dant populo auctoritate maiestatis, non verò suæ

mentis & iudicij fiducia, cum prudentes adhibeant in consilium & legum veterum peritos, aut adhibere debeant, ne quid temere abrogetur. Sequitur in eadem definit. delictorum, quæ sponte vel ignorantia, contrahuntur, coërtio. Idem dicitur in l. ij. ff. de legib. ex Demosthene, quod scilicet, Lex est vltrix delictorum voluntariorum, & non voluntariorum. & de voluntarijs quidem perspicuum est: ad hoc enim potissimum latae sunt, vt metu pœnæ terreat. l. j. ff. de iust. & iur. toto tit. ff. de pœn. propterea Hesiodus, Astræa ad latus Iouis collocat, criminum pœnas exigentem. vt qui plectitur melior fiat, vel alijs exemplo sic sicut ait Plato in Gorgia. l. aut facta. §. si. ff. de pœn. l. facularij. §. sunt quædam. de extraordin. crim. ff. †. Quare aureo seculo, quo nulli delinquebant, nullæ leges erant. Ouidius primo Fastorum:

*Proque metu, populum, sine vi, pudor ipse regebat.
Nullus erat iustis reddere iura labor.*

Cœpit autem ætas aurea sub Ogyge, ante Ninum annis ferè ducentis & quinquaginta, vt Xenophon ait, & post eum Q. Fabius Pictor, in lib. de Aureo seculo, & M. Cato in Originibus, nullo, inquit, vindice, aut metu, sed sua sponte retinebant fidem aut rectum. vnde verum est quod vulgo dici solet, bonas leges ex malis moribus ortas esse, & propter malos homines malas vel mulieres latas fuisse. §. quia vero. vt sine prohib. matt. col. 7. cæterum ipse arbitrator & propter bonos quosque latas leges: nonne illi faciant iniuriam, sed ne patiantur auth. habita. C. ne filius pro patre. l. 4. C. de defensorib. ciuit. & tertio ne boni à sese degenerent spe impunitatis proposita. sapius etenim è bonis mali efficiuntur quam è diuerso. vnde iustitia constans voluntas definitur. Tum quarto lex bonis præfigitur, vt præmia capiant virtutum. l. i. de iustici. & iur. l. 4. C. ad legem Iul. repetund. † Non voluntaria delicta puniri, probat Accurs. in d. l. j. de legib. per. l. scientiam. §. si quis cum aliter. ff. ad leg. Aquil. l. respiciendum. §. delinquent. ff. de pœn. vbi sobrius dat pœnas eorū, quæ impetu per ebrietatem admisit, licet leuiore. l. omne. §. per vinum. ff. de re milit. & alibi passim hoc ipsum ostenditur, præsertim in d. l. respiciendum. §. si. Casu inquit delinquitur, cum venando, telum in feram missum, hominem interfecit. sic Telegonus Vlyssis & Circes filius, patrem peremit. sic Cephalus Procridem uxorem, Pandionis filiam imprudens, cum feram esse putaret. Ergo fortuita delicta puniuntur arbitrator. maximè cum quis operam dabat rei illicitæ, vt l. eum qui. §. si iniuria. ff. de iniur. quia culpa præuenit casum, vt l. si purator. ff. ad leg. Aquil. cap. continebatur. de homic. vt in ebrio bibace fingi potest, vt dixi, qui re bona perperam vsus est. Quod si dabatur opera rei licitæ, non punitur delinquens. C. dilectus. cod. tit. l. item apud. §. interdum de iniur. ff. hoc est, non punitur in totum, seruato iuris rigore, & pœnis constitutis, sed tamen de damno illato conuenietur. l. scientiam. §. si quis cum aliter. ff. ad leg. Aquil. nec dubito quin fortuitum homicidium, qualem qualem expectet coërtionem. l. absentem. §. si. de pœnis. l. i. C. ad leg. Corn. de sicar. nec in Gallia vllum impune cedit, merito quidem ne homines studeant fingendis casibus in fraudem legis, & quod fuit consilij, imputent fortunæ excusatrici. vnde in lege prisca indulgentior erat iudex ei qui eadem fecisset. si telum, inquit, manu fugit, potius quam ierit vt scribit Cicero lib. 3. topicorum. Nouissimè in definitione, lex dicitur communis Reip. sponso. quoniam, inquit Accurs. fiebat per sponsonem populi rogante magistratu. §. lex est. institut. de iur. nat. gent. facit l. ij. ff. de sponsal. quod si verum est, mea definitio legem strictè comprehendit, cum à consule tantum ferrur, vel tribuno plebis, quia tunc populus siue plebs rogatur: senatus consulta, constitutiones principum, edicta prætorum, quæ sine dubio leges sunt. l. non ambigitur. de legib. ff. l. ius autem. ff. de iust. & iur. l. j. de constit. princ. in hac definitione non continebuntur, quia cum fiunt, nulla rogatio interuenit. qualem habuit lex Falcidia rogata à C. Falcidio tribuno, vt scripsit Dion Cassius lib. 48. & l. i. ff. ad leg. falc. hinc dicimus abrogari leges & derogari eiisdem. l. derogatur. ff. de verb. sig. **M A V R I T I A N V S.** † Tu, nisi me fallit animus, Papiniane, sponsonem aliter accepisti, nempe pro communi consensu, quia omnes homines tacitè consentiant legibus quæ semper iustæ præsumuntur. l. pen. ff. de iust. & iur. lex est, inquit Aristonius Sophistes, inuentum & donum deorum, communis verò ciuitatis consensus, & rerum tam diuinarum, quàm humanarum coërtio. hoc iuuatur auctoritate Demosthenis, in l. ij. ff. de legib. Vel, lex est communis Reipub. sponso. id est, pignus & firmamentum, quo interposito, Respub. tutior efficitur. nam, sponso, Latine loquentibus, est pignus, à duobus depositum & sequestratum, vt cum ipsi certent de victoria, ei, qui vicerit, reddatur. l. si rem tibi. §. si. ff. de præsc. verb. l. iij. ff. de alex. lusu. & aleat. Sallustius in Iugurthino, de Carthaginensibus & Cyrenensibus loquens: Per inducias sponsonem faciunt, vt certo die legati domo proficiscerentur. Quo in loco inter se obliuij fuissent, is communis

vtiusque

vtiusque populi finis haberetur. Lex igitur est sponso, & tertium quiddam quod ciues inter se componit & tutiores reddit, l. nullus. C. de Iudæis. præmiumque dans victoribus, hoc est, ijs, qui bene egerint: iis qui male, pudorem, aut pœnam. l. j. ff. de iust. & iure & quemadmodum creditores redduntur tutiores pignore, sic resp. lege. in simili significato pignus accepit Cicero lib. x. ad Atticum cap. pe. hoc, inquit, post me Pompeio accidit, vt nos duo quasi duo pignora Reip. retineri videremur. & Camillus apud T. Liuium lib. v. ab vrbe condita: quid, inquit, de æternis Vestæ ignibus signoque, quo imperij pignus custodia eius tēpli tenetur, loquar? præterea lex est sponso, id est, fideiussio quædam accedens præmijs ex virtute promissis, ex supplicijs quæ minatur fontibus iustitiam. sponso rem scimus fideiussorem appellari. §. i. de fideiuss. coll. i. & Lycophroni sophistæ idem placuit, vt inter ciues lex fideiubeat ἐγγυητής ἀλλήλοις τῶν δικαίων. vt citatur ab Aristotele lib. 3. politicorum.

OBSERVATA IN TERTIVM DIALOGVM.

- | | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | Quod pactum, contra substantiam contractus valet, & quid sit substantia, natura, quid accidens. | 2 | Intellectus l. cum precario. ff. de precar. |
| 3 | Idem est dicere in calendis, vel usque calendis. | 4 | Precario tempus præfigere prodest. |

INTERLOCVTORES.

V L P I A N V S, C E L S V S.



VERISIMILIA sunt, quæ audio. sed restant adhuc non pauca dicenda de legibus. **C E L S.** Ergo sicut in fabulis, quicquid tangit Midas aurum fit, ita quicquid nunc loquemur, legem sapient. **V L P I A N.** Illi de legibus publicis egerunt, nos de priuatis tractemus, & de pactis, ex quibus leges dantur contractibus. l. j. §. si conueniat. ff. depositi. l. legem. C. de pact. & † intantum euecta est pactorum & lex, vt contra substantiam contractus valeant contra formam, contra naturam denique. **C E L S.** Quid superest nisi vt etiam celum tangerent digito? **V L P I.** Primum membrum propositum ostendam, deinceps sequentia. Substantia est, quæ rei essentiam præbet. illam ὑπόστασις vocat Theoph. in. §. si institut. de fideicom. hanc Iurisconsultus ἕσται, in l. in venditionibus. ff. de contrah. empt. inde fit, vt materia rei plerunque voceimus substantiam, quia sine materia res non sit. l. sequitur. §. si. ex lana. ff. de vsucapi. In pactis substantia est, consensus & res, in emptione, consensus, res, pretium. l. j. §. conuentionis. ff. de pact. l. pacta conuenta. ff. de contr. empt. nam consensus est quædam generalis substantia omnium conuentionum, præterquam singulæ peculiarem sibi habent substantiam, per quam aliæ ab alijs secernantur. l. obligationum substantia. ff. de actionib. proinde substantia necessario exprimi debet, vt in emptione pretium cum re: in locatione, merces nummaria: in mutuo res ponderis, numeri, vel mensuræ. Natura autem conuentionis ipsam vltro sequitur, licet non exprimat, vt Euictio rei venditæ, & periculum eius de. l. ex empto. de acti. empt. ff. l. necessario de pericul. rei ved. nisi natura pacto tollatur. l. Lucina in principio. ff. depositi. l. pacta. ff. de contrah. empt. sic natura ponitur. l. quoties. i. §. si. de seruit. Si quid vero adijcitur à contrahentibus vltra naturam conuentionis, id appellatur accidens: quod fit pactis in continenti positum, quæ coherent contractui. adeo vt pars eiusdem censetur. l. fundi. ff. eod. l. si sterilis. §. si tibi. ff. de acti. empt. nam etsi huiusmodi accidentia veniant extrinsecus, tamen contractui ferruminantur, & ipsi legem & formam dant. l. i. §. si conueniat. depositi. ff. arqui naturalia ex potestate mera contractus proueniunt, & adminicula vocantur. d. l. pacta. de contrah. empt. id est, adiumenta vt contractus facilius sortiatur effectum l. i. §. i. ff. si vsuffr. per. Columella lib. 10. cap. 10. ideoque, inquit, hæc velut adminicula studiosis promittimus non profutura se sola sed cum alijs. Substantiam dixi pacto tolli posse. Exemplum tale fit: Tolle de contractu emptionis pretium, remanebit contractus innoctatus, si res non pecunia data sit. l. insulam. ff. de præscr. verb. l. pen. C. de rer. permur. Itaque quod dixi, pactum valere aduersus substantiam contractus, sic accipiendum venit, vt aliquo modo valeat, non tamen perfectè, atque valuisse, non læsa substantia. Idque verum est, non solum cum mutatur substantia, verum etiam si tollatur. vt si vendo domum, & conuenit vt nihil mihi detur, loco pretij, nam hoc casu contractus emptionis, fiet donatio. l. si donationis. C. de contrah. empt. l. empti. eod. tit. nisi fraus legi fieret. quia forte donatio vetita sit inter eas personas, quæ venditionem simulant vt in. l. 38. ff. eod. l. vbi. de don. caus.

mort. Ita euenit, vt cum per pactum substantia mutetur, vel tollatur, negotium in aliud genus contractus transeat, quod vtiq; verum est, si commodè illud euenire potest. Nam si contractus, cuius affecta, vel sublata est substantia, in alium transire non possit, nullus statim efficitur: vt si conuenierit, vt tibi darem mutuum sine re, quæ consistat in pondere, numero, vel mensura, vel quauis alia re, frustra facio. l. rogasti. §. si tibi. ff. de reb. cred. vbi doctores solent vti illa hyperbole, quod citius sydera de caelo caderent, quam mutuum sine re fieri possit. quia re contrahitur. §. j. instit. quib. mod. re contr. obl. Quia si darem equum vel librum mutuum, vt alium mihi reddas, substantia mutui ægrotat, cum equus & liber in genere suo functionem non recipiant. l. ij. §. mutu. ff. si cert. per. non tamen inutilis erit conuentio, sed migrabit in contractum innominatum. glof. in d. §. mutui, & erit, do vt des. c. r. l. s. Vera prædicas, si modo generalis substantia reuocatus non deficit, nempe consensus, nam actum tunc prorsus est de toto negotio, velut puncto corde conuentionis letali vulnere. l. in venditionibus. ff. de contrah. empt. atqui peculiari substantia offensa transimus in aliud conuentionis finitimæ genus, vt asseris. §. si. de mandato, in institution. optem hæc persuaderi vulgo & doctis quoque, qui argutè fortasse dicerent in d. l. insulam. ff. de præscrip. verb. non esse pactum contra substantiam venditionis, sed vnicum venditionis contractum peccantem in sui substantia, quibus amplius ostentarem depositum integrum, sed adiecta promissione mercedis nummariæ, ideoque migrare in locationem. l. si vt recto. §. 2. ff. commodat. l. 1. §. si quis seruum. ff. deposit. cur non illico annuunt illi homines? † qui in nostra l. cum precario. ff. de precar. probari clamitant, Pactiones contra substantiam contractus ini-
 2 tas non valere: & in dando precario conueniri non posse, ne ante certum tempus reuocari possit. sed nec ibi hoc probatur, neque ego censui: quin potius puto rectè pascisci posse, ne precarium ante calendas Martias reuocetur. quia licet vt precarium non valeat negotium, vt commodatum tamen valere poterit, cuius ea natura est, ne ante finitum vsu reuocetur. l. in commodato. §. sicut. ff. commod. Amplius dico valere tale pactum, ne vnquam reuocetur precarium. arg. l. vbi ita donatur. ff. de donat. caus. mort. nam si res tota donari potest simpliciter, cur non & precario concedi in perpetuum? l. cui ius donandi. de reg. iur. cum precarium sit species donationis. l. interdum. ff. de precar. Et hoc quidem verum est, si expressum fuerit, ne vnquam reuocetur, tam ex parte concedentis quam accipientis. alioquin si simpliciter dictum esset, concedo precario sic, ne vnquam reuocem, nihilo secius morte accipientis reuocaretur: eo quod natura sua ad hæredem accipientis non transit. l. cum precario. in fi. ff. de precar. adde quod verba ista, perpetuum, semper, & similia, vitam tantum complectuntur, & nullum tempus vltierius. §. j. institut. de pat. potest. glof. ibi, in verbo indiuiduam. l. j. ff. pro socio.

Supereft, vt videamus, quid sibi velit nostra. l. cum precario, quæ hætenus vim passâ est sic verba se habent: Cum precario aliquid datur, si conuenit, vt in calendas Iulias precario possideat: nunquid exceptione adiuuandus est, ne antè ei possessio auferatur? Et nulla vis est huius conuentionis, vt rem alienam, inuito domino, possidere liceat. hæc ego. Pactum ita
 3 fuerat: do vestè precario vsque ad calendas Iulias. quia † idè est dicere, in calendas, vel vsque calendas. l. notionem. §. si. ff. de verb. sign. verb. in præsentia. l. v. ditor, in fi. ff. de iudicijs. In proposito, qui acceperat precario, dicebant non posse auocari vestem concessam, ante calèd. Iul. & pactum in suum fauorem trahebat. Qui autem concesserat, dicebat pactum secum facere. hoc est, vt ante quidem calend. Iul. reuocari posset precaria vestis, sed ideo interpositâ conuentionem, ne vltra calendas precarium teneret. & hic obtinuit quia nulla est vis huius conuentionis, puta, do precario in vel vsque calendas, vt, qui accipit, possideat inuito domino. quin facultatem reuocandi ante calend. habeat. & sic fit interpretatio, in casu dubio, pro concedente. l. 1. §. pe. ff. deposit. proinde, Vlpiane optime, subiunxi ego in. d. l. cum precario. precarium transire ad hæredem concedentis reuocaturum cum primum libuerit, non ad accipientis, vt ostendam aliud in dantis successore, aliud in accipientis seruari: sicut quoque dans & accipiens dissimili iure censentur, quando tempus adijcitur precario. sed nec ad concedentis hæredem penetrat, quando ad tempus concessum fuit ab eo, qui interim moritur. l. certe. ff. eod. quia voluntas morte finita censetur & tempore. l. qui ad. ff. locat. & sic magis ac magis patet, quantum profit temporis in precarium adiectio. Vtgebir acutulus aliquis, & dicet, † quid prodest adijcere tempus precario, cum finito tempore per tacitum
 4 consensum concedentis, non expressim reuocantis, duret? l. in rebus. §. si. ff. de precar. cui obiectiõni pulchrè satisfecisti, ô Vlpiane. in l. certè quia si dominus, qui concessit, furete cœperit vel decesserit, precarium ad tempus concessum, tempore ipso finitur sed transit ad hæredem concedentis vt aliàs. d. l. cum precario in fi. non accipientis. quia vt diximus, accipienti

ipienti in precarium minus fauetur, nam sapit hoc donationem. l. 1. & l. interdictum. ff. de precar. ergo. l. So. de re iudicat. ff. v. l. p. Verissimus est intellectus l. cum precario. & iuribus consentaneus. proinde valebit illa conuentio expressa, quæ habet, Ne precarium ante destinatum diem repetatur. licet, in dubijs, pactum pro domino explicetur. expendo sicutuâ l. cum precario. quæ dicit indignum esse, vt inuito domino, aliquis rem possideat precario: neque enim, vt particula finem notat, sed pergit negare quod semel negatum fuerat, putâ nullam esse vim conuentionis sic. l. 1. in fi. ff. de requir. reis. l. 2. ff. de procuratorib. vbi eadem phrasîs patet. iuuat precarij concessiõnem ad prælongum tempus. l. quæsitum. §. pe. ff. de precar. igitur, domino volente, id indignum non erit. imò æquissimum. §. per traditionem. Institu. de rer. diu. videri concedens, si in perpetuum dare voluerit. l. si creditor. §. si. ff. de distract. pign. l. vbi ita donatur. ff. de don. cau. mor. vbi donari potest causa mortis, cum pacto, ne sit vnquam reuocatur: cum tamen interim negotium nomen donationis causa mortis obseruet. l. si alienam. §. si. eod. & effectum simplicis & irreuocabilis donationis.

OBSERVATA IN QUARTVM DIALOGVM.

- | | |
|---|--|
| 1 Quæ pacta sint contra effectum contractus. | emp. |
| 2 Quid sit pactum transformatiuum: quid transformare. | 4 Pactum contra naturam contractus valet. |
| 3 Explicatur l. cum manu sata. §. si. de contrah. | 5 Probat in l. Titius. de præscr. verbis. non esse pacta transformatiua. |

INTERLOCVTORES.

P A V L V S.



E pacto transformatiuo non nihil adducere in animo est: nisi forsitan auribus vestris, infima auricula mollioribus, id verbum non satis aridit. nolite quæso respicere

*Multa, nouis verbis præsertim cum sit agendum
 Propter ægestatem linguæ, & rerum nouitatem,*

& quam probatissimi auctores transformari corpora dixerint: tamen si nos eo verbo nunc vtemur significaturi non conuersionem quæ fit in forma sine solennitate negotij, sed in substantia prorsus ignoscite igitur conuentioni transformatiue vt ait Lucretius. & l. natura. ff. de præscri. verb. † Huiusmodi pacto locus est, quotiescunque conuentione tollitur effectus contractus. nam conuentio quæ sequitur, velut Circe quædam, facit, vt repente contractus vel negotium præcedens aliud efficiatur. Parum, hercule, abest, Vlpiane, quin asseram neque in precario, si conuenierit, ne vnquam reuocetur, neque in donatione causa mortis, si idem conuenit, pactum interponi contra substantiam, sed verius contra effectum. quippe cum reuocari, vel non reuocare precarium, non sit substantia ipsius, sed magis effectus, vt possit arbitrio eius, qui cõcessit, reuocari. l. j. ff. de precar. Sic in donatione causa mortis, res, quæ donatur, & clausula causa mortis, de substantia iurr. l. Seia. §. si. ff. de don. cau. mort. effectus autè quidam eiusdè est, vt possit reuocari, sicut & legata & fideicommissa & reliquæ vltimæ voluntates. l. iij. ff. de adim. leg. & saltè reuocatio potius ad naturam spectat quàm ad substantiam, neque immutat contractum sed stringit paululum cap. 1. de feud. non habent. prop. naturam in Feud. de feudo obiter loquor, amici, quia donationi beneficioque finitimum est, & beneficiu vocatur vt scitis. nihil probo in perspicuis, sed redeo ad institutum vltimorum iudiciorum suapte natura reuocabiliu. in quorum quidem albo donatio causa mortis depicta est. l. vnic. §. si. C. de cad. toll. † Dixi conuentionem quæ effectum rei tollit transformatiuam esse, & sic precariu in donationem vel commodatum ire: donationem causa mortis in simplicem, sublato vtriusque effectum, per pactum. Porro transformare quid aliud est, quàm in aliam formam reducere. l. æquissimum. §. sed neque de usufruct. vt cum ex deposito sit mutuum. l. cerri. §. si. ff. si cert. per. quod Iuriscon. in l. mulieris. ff. de verb. signific. dixit transfigurare. sic apud Virgilium 7. Æneid. Alecto

— Furiatia membra

Exiit, in vultus sese transformat aniles.

Apud Ouidium 3. Amor.

Iuppiter aut in aues, aut se transformat in aurum.

Exemplum pacti transformati etiam dari potest † in l. cum manu sata. §. si. ff. de contrah. empt. vbi, si rem vendidi, cum pacto, ne rei dominium transferatur in locationem, vel

aliud genus contractus, quod sit de vicinia emptionis. ecce ibi nec res, nec pretium, nec consensus abest: ergo pactum contra substantiam non est, propter translationem dominij, quo res nostra fit, impeditam. l. 3. ff. de actionib. multominus contra naturam, cuius rationem inducit. l. ex empto. de actio. empt. Sed verius est contra effectum duntaxat. quia effectus est, ut re tradita, fiat emptor dominus. §. per traditionem. inst. de rer. diu. Miretur nemo, quod quia dixerim pactum ibi non esse contra naturam, cum si tantummodo naturae contractus repugnaret, formam aliam non acciperet, & hoc est quod superius dicebat Vlpianus, pactum contra naturam valere. l. iurisdictionum. §. ut puta. ff. de pact. l. j. §. si conueniat. ff. de pos. l. Lucius. eo. l. pacifici. ff. de pact. l. si vnus. §. pactus. in fi. eod. Itaque in vendendo, caueri poterit, ne venditor de euictione conueniatur. l. pacta. de contrah. emp. sed hoc ita temperandum est, cum distinctione. l. emptorem. §. si. versic. ibidem. ff. de act. empt. si enim vendebam rem, quam certo sciebam alienam, & dominum repetiturum non ignorabam, incidere in prohibitionem. l. cum manu sata. §. fin. de contrah. empt. praeterea inuitaret ad dolum futurum, qui pacto remitti nequit. l. tenetur. §. si. de actio. empt. d. l. si vnus. §. illud nisi forte emptor audax alienam sciens compararet. l. si fundum. C. de euictionib. plane substantia mera numquam dissimulari potest vel negligi: imo translatio dominij in emptione, cum res aliena à non domino emitur: vel cum quis rem suam emit quo magis sua sit, sine turbatione iniusti possessoris. l. 34. §. rei suae. ff. de contrah. emp. item in. l. qui tabernas. ff. eod. cum quis emit superficiem in loco publico. nisi dicamus dominium iuris emi: nam est quoddam iuris dominium. l. 3. ff. si v. sup. petat. sed profecto minus verum est hoc genus dominij. l. si. ff. de superficieb. dissimulatur quoque dominij translatio cum emitur res velut sub alea periculo emptoris. d. l. emptorem. §. si. vel, ut attigi, cum ipse plus a quo confidens, sciensque ac prudens rem alienam à non domino comparat, iure sibi nulla praestanda euictione. d. l. si fundum. C. de euict. omitto hic, quae nugantur aliqui de duplici natura contractum, quam commentum sunt nullis legum auspicijs. vna enim duntaxat inuenitur tacite comitans eos, etsi nihil de ea exprimat. l. cum quid. ff. si cert. petat. l. contractus. ff. de regul. iur. d. l. ex empto. de acti. empt. sed illos excusabit Aristoteles, qui, ut ait Cicero. i. libro. Tusculan. quintam naturam asseruit ultra quatuor elementa, ex qua sit mens hominis. Non omittam illud, quod vbiunque non effectus, sed substantia, offenditur pactione, non proprie est transformatio, sed abusus nominis. l. insulam. ff. de praescrip. verbis. vbi venditio vocabatur, quae non erat venditio, sed innominata conuentio. sicut si darem mutuum vinum, ut olei metretas redderes. quia quod dicitur dari mutuum, est conuentio innominata. gl. l. ij. §. mutui. ff. si cert. per.

5 Incebit doctorum opinio, qui in l. Titius. ff. de praescrip. verbis. pactum transformatiuum finxerunt, cuius sic se habet species: Titius x x x. dedit Sempronio, pactis, quae frustra putantur transformatiua, adiectis, ut scilicet Sempronius ex rebus, id est, ex v. furis semisibus, eius pecuniae tributum solueret ciuitati, cui Titius annum debebat. secundum pactum fuit, quod si tributum minus esset v. furis, tunc reliquum v. furarum redderetur Titio. Tertium, ut si maius esset tributum v. furis, de sorte tunc praestaretur reliquum tributum. Quartum, quod si tributum & v. furis & sorte maius esset, tunc Sempronius ex sua pecunia tributum impleteret, repetiturus à Titio. quatuor haec pacta sine stipulatione intercesserunt. Dubium fuit an principalis contractus, nempe datio x x x. esset mutuum, an quiduis aliud potius, in bonae fidei conuentionem inclinans. quia si mutuum esset, stricti iuris esset, & solo pacto, sine stipulatione, v. furarum non deberentur. l. quanuis. C. de v. fur. Tandem inclinatur Aphricanus mutuum non esse, quia in eo conueniri non solet, ut fors ipsa minuatur, prout conuenit quarta pactione. Praeterea pecunia mutua perit accipientis periculo. l. incendium. C. si cert. petat. hic autem dantis periculo peritura esset. Verum quia an mandatum sit, dubium est, cum Sempronius negotium gerat Titij, deciditur praescriptis verbis agendum esse, quae tamen bonae fidei naturam imitabitur. ut l. iij. §. pe. de praescrip. verb. & ideo v. furarum nudo pacto debentur. l. cum quidam. §. ex locato. ff. de v. fur. Quis vsque adeo lynceus est, qui pactum transformatiuum hic videat, sed declaratiuum potius, cum principale negotium continens dationem x x x. certam formam nunquam habuerit, & x x x. tam mandati vel constituti nomine, quam mutui dari possint? quamobrem pacta, quae sequuntur, non transformatiua, sed declaratiua dici debent. quia in dubio declarant, quam ob causam datio x x x. interuenierit. quod si quis obijciat pacto legis commissoriae, aut in diem additionis, quibus res inempta sit laedi substantiam rei & pretij, nec tamen contractu transformati. l. sed & Celsus. §. si fundus. ff. de cont. emp. l. 2. C. de pact. inter empt. dicam contractum venditionis pure habuisse substantiam perfectam, sed pacto adiecto factum ut sub conditione resoluatur. l. r. de lege commissor. ff. & pacto data est noua ferè natura contractui quae ipsum possit quandoque dirimere

dirimere, sicut mors est naturalis homini. & iam ex superioribus persuasi pactum contra naturam negotij valere modo non inducat dolum aut vim futuram, aut superbam inaequalitatem. l. si non. §. si. ff. pro soci. aut rixarum materiam communionem rerum perenni. l. in hoc. §. si conueniat. ff. communi diuid. l. cum pater. §. duscis. ff. de legat. 2. & in summam, pactio contra bonos mores nihil proficit.

OBSERVATA IN QVINTVM DIALOGVM.

- | | |
|---|--|
| 1 Acceptilatio in forma deficiens, ut pactum valet. | fectu forma, non vitiat. |
| 2 Maior est defectus materiae, quam forma. | 6 Stipulatio inutilis intercedens negotio alterius tantum partis obligatorio, ut pactum non valet. |
| 3 Explicatur l. si vnus. §. si. ff. de pact. | 7 Si non valet quod ago, ut ago, valet, ut potest: quomodo accipiatur. |
| 4 Stipulatio, cui forma deficit, ut pactum non valet. | 8 Declaratur l. j. ff. de iur. codicill. |
| 5 Stipulatio interueniens contractibus alijs, de- | |

INTERLOCVTORES.

PAVLVS, CELSVS, NERVA.



VOMODO pactum contra formam contractus fiat, dicere non habeo, sed has vices Celso meo libenter cedo: CELSVS. Ego verò non admodum bonus Paris sum, qui de forma iudicium faciam, ideo Neruae, qui Nireus vel Hyacinthus quispiam mihi videtur, cursu lampadem trado. NERVA. De forma igitur, posteaquam iubetis, dicam aliquid, non de qua olim in Elide certamen fuit, quoniam ea curiositas viris indigna est, sed de forma disputabo, quam tanti fecerunt iuris interpretes, ut illa deficiente, actum de toto negotio existimeret. & hoc est, quod in dies inualescere videmus, in scholis maximè, stipulationem aut acceptilationem in forma peccantem, nec quidem ut pactum valere. quod ego non possum indifferenter admittere, sed sic distinguendum arbitror, si quaritur de conuentione liberatoria, qualis est acceptilatio, illa sit regula, quod acceptilatio in forma peccans, ut pactum valet. Potest hoc probari. l. an inutilis. de acceptil. vbi dicitur, quod acceptilatio inutilis ratione consensus, ut pactum non proficit, quod aequissimum est, quia pactum etiam sine consensu nihil operatur. l. r. §. conuentionis. de pact. ergo si acceptilatio, non consensus defectu, sed aliàs formae, inutilis sit, ut pactum proderit, quia in ea remanet consensus, ex quo pactum gignitur. l. j. ff. de pact. Sed probemus vrgentius hoc modo: plus nocet defectus materiae, quam formae. l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhib. vbi Iurisc. notat, mutata forma, prope interimi rei substantiam, hoc est, materiam. l. sequitur. §. si ex lana. ff. de v. cap. viden, qualiter tantum sit materia, ut forma eius tantum imitatrix sit, licet interdum pretij seu aestimatio formae materiam auri aut lapidis passim superet & l. mulieris. §. 1. de verb. signific. quia pretio non mouemur. l. & si non. §. si. de auro legat. ff. nec aliud vult. d. §. si quis. expensa dictione, prope, ut l. in venditionibus in fi. ff. de contrah. empt. planius adhuc in l. inficiando. ff. de furtis. raece igitur. l. non omnes. §. a Barbaris. de re milit. l. liber. 2. de verb. oblig. quasi velit, quod interempta materia sine substantia, res omnino interuersa sit, mutata autè forma, idè penè dicendum sit: non igitur in totum idè erit, quod euidentiam non paruam obtinet. nam licet dicatur in l. mulieris. ff. de verb. & rer. signific. plerumque plus esse in artificio, quam in re, nemo tamen in tantum icuius est, qui non fateatur minus deliquisse illum, qui tabulam pictam aboleuit, quam qui combustit. & hoc innuit d. l. mulieris. de verb. sign. cum inquit, Res abesse videtur, si forma absit. ergo non verè abest, sed quodam modo abest: nec dimouet me hinc l. labeo. r. ff. eod. vbi scyphi vel tabulae pictae pretium in arte non in substantia est, quia ibi Accusius, non, pro non tantum explicat. l. 13. de manum. s. vind. tunc autem verè abet, cum corpus & materia perimetur. Quintilianus lib. 2. cap. 20. denique, inquit, natura materiae, ars doctrinae est. haec fingit, illa fingitur: nihil ars sine materia, materiae sine arte pretium est. ars summa materia optima melior. Quare cum grauius sit peccatum in materia deficiens, ad pactum facit. l. si accepto latum. ff. de acceptil. & ita fatentur doctores probatissimi, quod per l. si vnus. §. fin. ff. de pact. Quis igitur non iam persuasus erit, acceptilationem forma deficiente inutilem, pactum esse? Non possum non hoc dicere de d. §. si. l. si vnus. ff. de pact. quod non minus probat acceptilationem inuti-

lem forma pactum esse, quàm materia: quia generaliter loquitur, & vtriusvis ministerio tā proficiet, quantum pactum de non petendo tacitum, ne à verbis Iurisconsulti discedam. Si agamus de obligatoria conuentione, cuiusmodi est † stipulatio, si forma deficiat, nihil omnino valet, nec vt pactum quidem. l. j. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. l. j. §. eum qui. ff. de const. pec. ratio est, quia magis fauent iura reis excipientibus, quàm iis, qui agunt. l. Arrianus. ff. de act. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. ita euenit, vt acceptilatio inutilis proficit, stipulatio nõ proficit. Quod dixi, † stipulationem sine forma nullo modo valere, limitatur, ne porrigatur ad eam stipulationem, quæ fit super contractu, qui etiam sine stipulatione consisteret. vt ecce, emptio, item locatio solo consensu perficiuntur. §. j. instit. de oblig. ex conf. fac. emptio- nem vel locationem factam consensu stipulationis, cuius forma vitata est, vt pactum vti- que valebit. l. si stipuler. §. si. ff. de verb. oblig. secus, vt dixi, si stipularer super conuentione innominata. d. l. j. §. si quis ita. de verb. oblig. Ego magis (vt nonnihil addam) † valebit emptio locatiõue facta per stipulationem inutilem, quia vltro citroque obligat, non sola stipulatio, in emptione vel locatione neuter alterutro magis grauari presumitur, quia vtrin- que aliquid proficiscitur, secus in stipulatione, in qua solus tenetur, qui promittit. Idem iu- ris in donatione quæ stipulatione fieri solet. l. si quis. §. si. C. de donati. Atqui in mutuo sus- cipiens non debet aliena cum iactura dirari, & frustra causatur. stipulationem inutilem, cū re ipsa auctiorem se intelligat. l. certi. §. quoniam. de reb. credit. sic rei vinculum incolume superest, cum verborum ventus euauerit. Et hac consideratione responderem cuidam ob- iectioni, quæ fit de l. j. §. eum qui. ff. de const. pec. vbi stipulatio inutilis non valet vt consti- tutum, cum tamen constitutum, per se, nudo consensu valeret, vt emptio. §. de constituta. Inst. de act. Sed constitutum solius constituentis obligatorium est, emptio emptorem & vē- ditorem æquabili vinculo colligat. Ea quæ superius adduximus satis ostendunt, non esse

7 indistinctè verum, quod vulgò dicitur, † Si non valet quod ago, vt ago, valet vt potest. l. si ram angusti. ff. de seruit. quia cum delectu admittendum est, habita ratione negotij, de quo agitur. Quanquam fateor regulam d. l. si tam angusti, naturalem rationem habere propter loci manifesta demonstratione, cuius ibi mentio fit. ita vt de vi vocabuli non possit quæ- stio superesse cū locus aperte digito demonstraretur deinde via quæ est. v i i j. saltem pedū, facile in actum aut iter transire poterit longe angustiùs l. i. ff. de seruit. rustic. non è diuerso.

Sic omnia satis

In peius ruere, ac retro sublapsa referri:

vt ait primo Georg. Virgilius. Hinc tutor inutiliter datus, facile in curatorem degenerat. l. pater. §. conditionum. ff. de cond. & demonst. non curator, in tutorem. l. tutores. §. j. de admin. tut. quia plus est in tutore, quàm in curatore, cum ille personæ, nedum bo- nis, detur. l. cum plures. §. si. ff. eod. hic tantummodo bonis. l. in copulandis. C. de nupt. Nihil dissimile contigit figulo illi Horatiano, qui amphoram incipiens vrceum fecit. Licet enim amphoram non fecerit, vrceum fecisse nemo negabit. & qui acceptilationem facere destinarat, pactum fecit. l. si accepto latum. ff. de acceptil. Quandoque propter ne- gotij grauitatem non obtinet d. l. si tam angusti. vel. §. fin. inst. de adopt. & tunc lex ferè sole: nominatim vetare, ne actus nisi perfectus admittatur. l. prolata. C. de senten. vel

8 quia non habet aliud, in quod migret commode iudicis sententia. Excipitur præterea † in l. j. ff. de iur. codicill. vbi testamentum imperfectum, in codicillos non transiit. ibi tamen so- leo expèdere illud, nec voluit quasi codicillos id valere. verba Vlpiani sunt iudicantis, quòd si euidenter de testantis animo aliter possemus suspicari, aliter etiam iudicandum esset. l. co- dicillis. §. si. ff. de leg. ij. nam verba reijcientis scrupulosa iuris solennia ostendo aut dispo- nentem voluisse quouis modo valere quod relinquebat. l. ex ea. §. i. ff. de testam. Nec obeft. l. si. ff. de iure codicill. vbi testator palam voce hæredem nuncupauerat, deinde legata tabu- lis scripserat: nec clarius expresserat, vt codicillari iure dispositio niteretur, tamen magis co- dicilli existimantur quam testamentum, nisi dicam non esse codicillos quidem, sed magis quam testamentum, & sic neutrum, vt eleganter dixerò de imperito aliquo homine, non esse illum poëtam, sed poëtam magis quam oratorem. quia plerumque mista neutri speciei simplicium attribuuntur. l. 4. ff. de legat. i. vbi de electo quod ex auro & argento constatur, quæritur. Igitur ea dispositio, quæ tertiam speciem nequit efficere, peribit. l. si quis cum, de testam. ff. quia instarcentauri biformis monstro similis est. sic negatiue non est magis hoc quam illud, id est, neutrum est. l. §. de officio præsid. ff. quia testator hæredem habere voluit, non alium successorem, vt ostendit facta hæredis institutio. l. non codicillum. C. de testa. At dum explorata est voluntas testantis, eam lex vltro sequitur. l. Scæuola. ff. ad Trebell. vbi de substitutione directa in codicillis facta tractant migrante in fideicommissum: semper enim

enim testator de codicillis cogitauit, cum iam testamento præcedente hæredem instituisset.

OBSERVATA IN SEXTVM DIALOGVM.

1 *Explanatur l. creditor. ff. de solutio.*

2 *Metalli appellatione venire alumen, calcem, sulphur, & similia.*

3 *Metallum vnde dicitur.*

4 *Cur aurum excellit.*

5 *Aurum obrysum quale sit.*

6 *Pecunia illicita, quanam est.*

7 *Argentum pustulatum quare sic vocetur.*

8 *An in lin. naue saupheli. ff. loca. argentum pustulatum legendum sit.*

9 *Purum argentum, quod nam sit.*

INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, FLORENTINVS, SCÆVOLA.



OTVS mirificè recreatus sum istis legum conciliationibus, quæ veri- similitudine sua nuncunt. complures videas, qui quoties leges inuicè repugnantes vident, ne parum multa scire videantur, scribunt ea etiã quæ nihil ad ius, nihil ad rem, faciunt, & lectionem peregrinam quæ- runt, veram expungunt. FLORENTINVS. Verba, qualiacunque cõ- iectura obtulit, sufficiunt. vt videre licet in l. creditor. ff. de solut. † Creditor, inquit Scæuola, oblatam à debitore pecuniam alia die acce- pturus, distulit, mox pecunia qua illa Respub. vtebatur, quasi erosa, iussu præsidis sublata est, respondi, hoc casu, creditoris detrimentum non esse. Quid sit erosa siue herosa, pecunia quæritur, & nescitur. Alciatus lib. Dispunc. ij. cap. x x v. legitur *ερανος*. Si- gnificat eranos Græcè, mercedè, tum etiã, inquit, collatione pecuniæ vice cuiusdè tribu- ti indicat. Lepida est hæc diuinatio, quæ si vera esset, (tameñ *ερανος* collationem publicam pecuniæ fuisse non distat, Theophilo attestante. §. per traditionem. de rer. diuisi.) iam periculum non debitoris, sed creditoris esset, quòd iussu præsidis sublata esset, qui principè in prouincia refert. l. iij. de offic. præf. ff. nec dubium est quantitatem pecuniæ oblatã cre- ditori in mora existenti perire. l. qui decem. ff. de solut. Verus lectio est, in d. l. creditor. pec- unia qua respub. illa vtebatur, quasi erosa, iussu præsidis sublata est, id est, erat quidem pec- unia alioquin proba & qua Respubl. communiter vtebatur, sed erosa erat, id est, non iusti ponderis: ideo quòd rasa esset in circulo. ita in l. quicumque. ff. ad leg. Corn. de fals. vbi de- bitor hic qui pecuniam raserat, falsi reus erat. Iure igitur præses sustulerat pecuniam. Et in codice Theodosij libro 9. tit. 18. extat constitutio contra illos, qui nimium intra circulum ef- formauerint, solidos, vt inde pondus minutum fuerit. vbi quaque atrofax in nummis men- sura mentio & pœna capitalis statuitur. ne erosa pecuniæ frustra meminerit Accursus in d. l. creditor. sed erosa debuerat. l. ij. ff. de oper. public. in fi. Nihil igitur erat imputandum cre- ditori, si pecunia falsa à præside sublata fuit, secus si reproba non fuisset. l. si solutus. ff. de soluti. l. pe. §. si. ff. locat. nam respicitur vtri culpa debeat imputari, præsertim cum res qua de agitur à magistratu capitur. l. lectos. ff. de pericul. rei vendit. & in d. l. creditor. exitus inter- pretatus est tandem iure distulisse creditorem solutionem oblatæ pecuniæ obtutu ipso sus- pectæ, nec sine dolo debitoris, qui facile culpam creditoris delere posset. l. item si. §. si. ad leg. aquil. s. c. æ v. Si quisquam putet me aliter in l. creditor. sensisse, decipitur. obiter de pecunia & metallis dicamus aliquid. † Metallum nomine continetur generaliter quicquid è terra gignitur & eruitur, aurum, argentum, æs, alumen, creta, marmor. l. sed si pecunia. §. si. ff. de verb. eor. qui sub. tut. ibi: si lapidinas vel quæ alia metalla pupillus habuerit, styperia, vel cuius alterius materia, vel si cretesodinas vel argentifodinas vel aliud simile. styperia autem alumen est. de sulphure in l. æquisimum. §. proinde. ff. de vsufr. Apuleius lib. ix. de Asino aureo, sulphur viuax metallum appellat. Plinio lib. x x v i i. cap. v i i. metallum di- citur lapis pretiosus fossilis. & lib. x v i i. cap. x i. creta metallum vocatur, vt iuriscon- sulto. l. aut damnum. §. in calcariam. ff. de pœn. in calcariam, inquit, vel sulphurariam dam- nari solent, sed hæ pœnæ metalli magis sunt. Accurs. non intellexit quid esset calcaria, & ri- diculò interpretatur. calcaria verò locus est vbi calx coquitur. † Metallum dicitur, quia

3 *αλλον μετα δ' αλλον* inueniatur, id est, aliud post aliud. alludit Plin. lib. x x x i i. cap. v i. Vbiunque, inquit, vna inuenta vena est, non procul inuenitur alia: hoc quidem & in om- ni materia, vnde metalla Græci videntur dixisse. † Metallorum potissimum aurum est, Co- 4 lore autem argento inferius est, vt idem Plinius ait lib. x x x v i i. cap. i i. quoniam argen-

excus. tut. idest, eos qui lapsi facultatibus, cum sua prodegerint, aliena verisimiliter inuadent, postque modici patrimonij facti sunt, vt ipse perbellè loquitur. **P R O C.** Quoniam verò tota diues & pecuniosa est nostra oratio, sacculum offero, in quem pecuniam recondas, siue follem. follis enim & crumena siue sacculus idem significant. l. cum seruus. ff. de condit. & demonst. Lampridius in Heliogabalo: Et enim centum aureos & mille argenteos & centum folles æris dedit, & alia talia, quæ populus tam libenter accepit, vt eum postea imperare gratularetur. † Olim Arcadij principis ætate, præturam ineuntes magistratus, à popularibus, follem, clauem & glebam, accipiebant, in fœderis & recognitionis symbolum. vel, vt Galli aiunt, in hommagium, quod verbum ab *oua* Græco verbo descendit, id est, iuro: quia clientes, siue, vt sic dicam, vassalli iurant prætare domino siue patrono sex, tutum, honestum, utile, incolume, facile, possibile. c. vnic. de form. fidelit. Anxius ille honor offerendi clauem, follem, & glebam, sublatus est. l. ij. de prætorib. & honorib. prætor. libro x i i. C. Sed ne quid antiquitatis ignoretur dicemus, quod per follem seu crumenam, omnem pecuniam prætori offerre se simulabant, & collationem se facturos æris tacitè pollicebantur, per clauem, mobilia omnia offerebant, rubr. eod. titul. de prætorib. quia clavis traditione, res inclusæ tradi censentur. l. clauibus. ff. de contrahend. emptio. glebæ oblatione, veniebant immobilia: quia per glebam, fundus olim designabatur, secundum A. Gellium, libro x x. noctium Atticarum, cap. ix. vbi describit, quomodo fundum vendicantes, vnicâ glebam ad prætorem deferebant, quasi totum agrum vendicaturi sicut in Gallia donatio fundi fiebat modico terræ friatæ dato cap. 2. de consuetud. Scio Alciar. eodem titulo libro x i i. C. aliam interpretationem longius repetitam adduxisse, sequatur, qui maluerit.

OBSERVATA IN OCTAVVM DIALOGVM.

- | | |
|--|--|
| 1 Posthumus unde dicatur. | 8 Verbum, induco, quid significet. |
| 2 Posthumus nunquam est, qui viuo patre nascitur. | 9 Declaratur §. nunc de lege Velleia. |
| 3 Intellectus l. iij. vers. sed & ij. ff. de iniust. testa. | 10 Prætor posthumos prorsus alienos vocabat. |
| 4 Qui posthumi l. x i i. tab. potuerunt institui. | 11 In legatis prætor non fauit alienis posthumis. |
| 5 Cur olim alienus posthumus non poterat institui. | 12 Explicatur §. posthumus. & §. Posthumus. Inst. de lega. |
| 6 Cur alienus posthumus incertior suo. | 13 Non est differentia inter suum hæredem & suum futurum. |
| 7 Quo modo Gallus Aquilinus alienus posthumus institui voluit. | 14 Intellectus l. pen. ff. de lega. primo. |

INTERLOCVTORES.

SCÆVOLA, CAIVS, CALLIDEMVS, PAVLVS.



DOSTHVMVS † is est, qui post patris humationem nascitur. probatur l. nomen filiarum. ff. de verb. significat. id est, sepulturam. l. locum. §. purus. ff. de relig. & sumpt. func. Aulus Gellius lib. no. Atticarum. ij. cap. x v j. explicans illud Virgilianum:

*Primus ad auras
Ætheries, Italo commistus sanguine surget
Sylvius, Albanum nomen, tua posthuma proles.*

Nā cōstat ex analibus Syluiū post Æneæ mortē natū fuisse. **CAIVS.** Sed quorsū tā subito de posthumis? **SCÆV.** Quia tu de auro & opibus agebas, posthumorū tractatum, qui verè aureus est, adsuere volui. **CAIVS.** Planè tu ferreū interpretè te præstitisti in l. Gallus. ff. de liber. & posth. s c æ v. Nemo reprehendit Heraclitum, quod de obscuris obscura dixerit: nunc tamen, in Callidemi gratiam, omisso prisco dicendi more, de re tota dicam apertius. † Posthumum vulgus dici putat eum, non modò qui post mortem patris nascitur, sed etiam si viuo patre post testamentum. harum partium fuit Alciar. in l. nomen. ff. de verb. signifi. & lib. Paterg. viij. cap. x i j. inducitur l. iij. §. posthumos, de iniust. test. vbi nil horum probari potest. Vlp. ait in d. §. posthumos. Posthumos autem dicimus eos duntaxat, qui post mortem parentis nascuntur. Sed & ij, qui post testamentum factum in vita nascuntur, ita demum per legem Velleiam rumpere testamentum prohibentur, si nominatim sint exheredati. vides versic. sed & ij. nihil minus quàm probari, id quod doctores hæcenus existimantur, vt scilicet, qui nascuntur post testamentum patris viuo

eodem, posthumi sint. Proinde expediuit scire, quod quoties legis Velleiæ sit mentio, nepos nascitur post mortem patris. §. nunc de lege. d. l. Gallus. de liber. & posth. nam nouissimus omnium Iulianus fecit illam extentionem, vt & natus filio, institutus censetur. §. si. d. l. Gallus. † Quam ob rem versic. sed & ij. d. ij. de iniust. testa. sic accipi debet, vt posthumus nascatur quidem post testamentum aui testantis & viuentis, sed post mortem filij, qui est pater respectu ipsius posthumi. sic enim euenit in lege Velleia. l. posthumorum. §. si. ff. de iniust. rupt. testa. idque liquet ibidem ex eo quo D. Marcum decreuisse Vlpianus ait, vt idem in posthumo quod in filio seruetur: innuens posthumum ad nepotem referri aui testantis, sed natum mortuo filio. Si qui casus inueniatur, sunt autem plerique, in quibus posthumi nomen ad natum in vita patris extenditur, vt d. l. ij. §. pe. ff. de iniust. test. l. si quis ita. §. si. de testam. tutel. hoc fiet per extentionem, magis voluntate testatoris inspecta, quàm proprietate vocabuli. l. qui filiabus. ff. de leg. pri. vt dicitur vel certe est falsa demonstratio, quæ nihil vitiat in testamentis. l. falsa. ff. de conditi. & demonst. puta, quia lex vocat plerumque eum posthumum, quem testator sibi instituit velut nasciturum à morte sua, vt sunt timidi testantes: & contigit protracto morbo præter expectationem edi infantem etiamnum viuo testante. l. posthumus. ff. de iniusto testam. & d. l. 3. §. pe. ff. eod. atque sic spectatis opinionem interpretum, quasi rutam syluestrem comedisset, abortum fecisse, nec quicquam vrgere ex. l. 2. C. de posthum. hæredib. atqui si conditionis ritu venter institueretur, si posthumus esset, non vocaretur is qui patre viuo lucem aspiceret. l. posthuma. ff. eod. & putet in d. l. nomen. de verb. signif. at super alium in me tollitis propter. l. qui filiabus de leg. 2. vbi inter filias non est posthuma demonstrata, nisi cuius mentio facta sit. quia semper eius mētio est, nisi contrarium probetur. l. dotem. ff. de iure dot. sic intelligitur. l. qui quartam. §. si. de leg. 1. vel in. d. l. qui filiabus. subintelligitur dictio, maxime, vt. l. 1. C. de condit. insert. nam si dans tutores testamento filiabus, non censetur neglexisse posthumam, cui tamen legitimum aut datiuus tutor. aliàs subuenire posset, quanto magis in legato aut hæreditate nascituræ puellæ subuenietur, in quibus non expectatur aliud remedium? Quomodo autem & † 4 quinam posthumi potuerint institui, videamus: præfati interim, quod lege x i i. tab. amplissima & libera nimis fuit testandi facultas. l. verbis. ff. de verb. signific. non tamen adeò effrenis, vt quiuus posthumus posset institui, nisi qui contemplatione ipsiusmet testatoris dicebatur posthumus: hoc est, filius & suus hæres. alienus autem posthumus non poterat institui, veluti nepos ab auo: qui, vt ostendi, non potest vocari aui posthumus. & ita leg. x i i. tab. vetitum fuisse refert Theophilus in §. j. instit. de bon. poss. † Cur autem non posset 5 alienus posthumus institui iure antiquo, ratio in promptu est, quia erat incertus, vt colligitur ex serie. §. incertis. vsque ad §. posthumo quoque alieno. instit. de legat. nam cum plerumque de incertis personis & de legatis in eas non faciendis statuisset Imperator, addidit in §. posthumo. alieno quoque posthumo inutiliter antea legari solitum. perinde atque dicat, quod vt alijs personis incertis, ita posthumo alieno non licuisset legare, tanquam incerto. hoc enim implicat particula, quoque, nec dici potest quod posthumum suum implicet, quia vis eius particulæ est vt maiora implicet, sed de alieno minus est dubij quàm de suo, vt mox dicam: & Theophilus in d. §. posthumo. Græcè & copiosè ostendit solam incertitudinem 6 posthumi alieni institutionem impediuisse, nimirum incertus est an nascatur, & sexus magis dubius, maxime verò numerus. l. cum inter. C. de fideic. liber. apertius in. l. vbi. §. illud. ff. de verbor. oblig. † Non sunt audiendi qui hanc rationem non admittunt, quasi eadem 6 incertitudo versetur in suo. agetum fareare similem in suo posthumo incertitudinem: ius tamen facilius eam in suo, quàm in alieno tolerat, & dissimulat. Cum ad eum ab intestato aliàs veniret hæreditas, arg. l. cum alienam. C. de legat. l. hac consultissima. §. si quis. C. de testa. apertius adhuc in. l. j. de ijs. qui sibi ascribunt. C. Item, in alieno posthumo plus occurrit dubitationis an pregnans sit nurus, & an nasciturus nepos, cum multa accidere possint abortum inducentia, in proprio verò, hoc est, in filio, quotusquisque paterfamilias, à verisimili, non erit (nisi supinus & deses est) certior, multiplicibus indicijs: quia vxor in cibis fastidit, quia dolore & vertigine capitis angitur, tumores præteream, sed quid? vos ridetis, at non is qui rectè statuit non esse pretiosiore ancillam quod vterum gerat. l. 9. ff. ad legem Falcid. tamen marito fuerit vxoris pactum asserenti etiam ea inficiante. l. j. §. post editum. ff. de ventr. inspi. talia fuerunt Hæctoris, Alexandri, & Cæsarem superba, si visum est superis, initia. Vno casu non fuit permittum posthumum velut suum instituere, cum ex ea sperabatur, quæ vxor esse non poterat, vt Vestalis vel consanguinea. l. si quis posthumos. §. pe. ff. de liber. & posth. quod & in quouis posthumo seruandum est. §. posthumus. inst. de legat. adde l. placet. ff. de lib. & posth. † Secundum tempus institutionis posthumorum fuit ex in- 7 d ij

ductione Galli Aquilij. l. Gallus. de liber. & posth. ff. in quam nostri extant commentarij, horrida quadam doctrina venerabiles. Gallus ita posthumi institutionem induxit, vt in nullo legem x i i. tab. offenderit. nam quia lex x i i. tab. institui suum non vetuit, Gallus alienum institui permisit, relata in id tempus institutione, quo suus inuenietur, quasi sub conditione, si suus nasceretur. sic se habet formula d. l. Gallus. Si filius meus me viuo moriatur, tunc si quis mihi ex eo nepos, vel quæ neptis, post mortem meam, in decem mensibus proximis, quibus filius meus morietur natus nataue erit, hæredes sunt. hoc est, instituo nepotem posthumum, qui nasceretur post mortem filij mei & meam, præmorte tamen filio vtri que, tam nepoti quam auo: quia prius debet mori filius, deinde auus, postremo nasci nepos intra x. menses à morte filij, ne qua sit sinistra suspicio. Dubitant nonnulli, vtrum Gallus hoc primus inuenerit suo Marte, an eliceret ex sententia legis x i i. tab. certè vtrunque significare potest † verbum, induco, vel nouè introduco, vel elicio & per interpretationem porri go. prioris significatus testis Iustinianus. l. generaliter. C. de institut. & substi. Lactantius lib. j. Colitur Stercutius qui stercoreandi rationem primus induxit. Varro primo Ety mologiarum: Quoru s quis que iam seruos habet priscis nominibus: quæ mulier suum instrumentum vestis atque auri veteribus vocabulis appellat: sed inductis non tam irascendū quam huiusce prauitatis patronis. Cicero primo Tuscul. quæstionum: Sin autem est quinta quadam natura ab Aristotele inducta. l. lex naturæ. de stat. homi. l. si. ff. de iure fisci. l. pro perandum. §. huiusmodi. C. de iudic. De posteriore significatione exempla sint. l. Gallus. §. si. ff. de lib. & posth. l. quidam. §. cum igitur. C. de necess. serui. hæ. l. j. §. ad eos. ff. ad leg. Falc. Puto mediam viam sequendam esse, vt primus quidem Gallus induxerit, sed remedio introducto, quo se legi x i i. tabularum accommodaret, differendo institutionem in tempus suauitatis. arg. l. ij. §. si. ff. de usufruct. ea re quæ vsuf. † Tertium tempus fuit legis Velleiæ, quæ voluit posthumum institui qui suus esset, cum nasceretur, vel etiam cum testamentum fieret. l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. vbi duæ ponuntur species à lege Galli discrepantes: cum enim Gallus posthumum institueret, qui mortuo patre, & mox auo nasceretur. Velleius de eo, qui viuo auo natus sit, cauit: quod dupliciter eueniet, aut cum iam mortuo filio instituitur nepos nasciturus post mortem aui testantis. aut cum tempore testamenti viuus quidem filius, sed instituitur nepos, qui nasceretur mortuo filio, adhuc tamen viuento auo. Itaque, vt dixi, expresse in d. §. nunc de lege. non solum illud primo capite notauit, si nepos eo tempore instituitur, quo filius non sit, verum etiam si viuo patre, quidam libri habent, si viuo patre nascatur, sed verbum, nascatur, quod in textum irrepit, reiiciendum est. quod si placet, nobis inuitis, legere, expone, viuo patre, id est, auo, qui est pater filij mortui ante natum posthumum sicut alibi mater vocatur filia eadem testatoris. l. cum pater §. à filia. ff. de leg. 2. Secundum caput legis Velleiæ nihil habet scrupuli, de illo agitur in §. etiam. d. l. Gallus. Quartum tempus sit casus difficilis Iuliani. §. si. d. l. Gallus. vbi tractatur de institutione posthumi: qui verè non potest dici posthumus, cum nascatur auo & patre viuentibus. quare opus fuit dexteritate Iuliani ad eum compingendum. Duo tempora quæ restant, posthumum in totum alienum vocant. Alterum fuit in leuitate iuris prætorij, † nam prætor edictum proposuerat in gratiam posthumi penitus alieni, ex amico forsitan nascituri: verum quia prætoris officium annuum erat, non sine decreto & causæ cognitione solebant hoc genus posthumi admitti: nec passim, sed cum prætori videbatur, re inspecta. §. j. instit. de bon. posses. arg. l. si quis. ff. de relig. Non omitto, quod † licet prætor in hæreditate faueret his posthumis, in legatis non fauebat. Ideo forsitan quod maius in hæreditate periculum est, & cautius agendum. l. j. §. sed & si quis. ff. de Carb. edict. Præterea diruta institutione, legata corruunt, non è contrario. l. proximè. ff. de his quæ in test. del. Quod autem adiuti fuerint posthumi in institutione, non in legatis, manifestò liquere potest ex §. posthumo quoque. iuncto. §. posthumus. Inst. de legat. in illo dicitur, quod posthumo alieno antea inutiliter legabatur, id correctum est in §. sed nec huiusmodi. eod. tit. per Iustinianum. Atqui in §. posthumus ostenditur, quod antea posthumus alienus poterat institui, & nunc potest. Intellige, ex prætoris beneficio. §. j. instit. de bon. posses. Quod in d. §. posthumo. de posthumo merè alieno & extraneo agatur, non de quo in l. Gallus. qui speratur suus futurus, & quem semi suum rectè dixeris, ex verbis. §. ostenditur. † Ideoque, inquit, ex emancipato filio conceptus nepos posthumus erat extraneus auo. si quidem talis posthumus penitus extraneus est. §. illud. Instit. quib. mod. ius patr. & d. §. posthumo. est autem, inquit, alienus posthumus, qui natus, inter suos, hæres testatoris futurus non est. id est, qui si nasceretur viuo testante non esset suus l. posthumo. C. de collat. atque ita natus non est futurus hæres inter suos, vt nepos conceptus ex emancipato filio. Non enim est differentia inter hæc nasci suum, vel nasci

ei inter suos, sicut nec esse libertum, vel inter libertos. l. falsa. §. j. de cond. & demonst. §. sin verò filiorum. in auth. de nupt. col. 4. nisi que inter suos nasci crebrius dicuntur nepotes, sublato filio è medio. §. sunt autem de bonor. poss. Sic † non differunt, nasci suum, vel nasci suum futurum, vt falsò coniecit Marius Salomonius in d. l. Gallus. qui plus voluit esse in suo futuro, quam in suo hærede simpliciter: quia ille, inquit, est, qui viuo parente suus nascitur, hic qui mortuo. Vlpianus contra in l. j. §. toties, & §. sed & si quis. de vent. in poss. mitt. potuit in hoc hallucinari Salom. vt in differentia illa, quam assignat de eo quod dicitur, nasci suum, vel inter suos, vel nasci seruum, vel inter seruos, quam ineptissimam deprehendi, præterque quod, vt ostendi, in d. §. posthumo. non sensit Iustinianus quicque de nato inter suos, sed de hærede futuro inter suos, sic, vt Pindarus in Pythijs ode xi. Orestes Ægistum inter caecos locauit, *ὄρεστε ἐν φωνάϊε*. id est, cæcidit. vt interpres admonuit. Sextum tempus fuit Iustiniani constitutio, quæ non extat, quæ omnem posthumum institui permisit, sine prætoris opera. §. j. Instit. de bon. poss. & tam institui, quam legatum & fideicommissum accipere. §. sed nec huiusmodi. Instit. de legat. In hoc differabat ius prætorium à constitutione, quod non passim, sed cum causæ inquisitione posthumum recipiebat in hæreditate, constitutio verò, sine decreto, etiam in legatis & fideicommissis. c. a. l. l. Audiu quosdam, qui septimum tempus constituerent in Pauli responso l. penul. ff. de leg. j. vbi posthumus alienus hæres legitimus esse potest. id est, ab intestato. l. iij. §. de illo. ff. pro socio. s. c. a. v. De his temporibus, vt reor, dici poterit, quod de Pleiadibus cecinit Ouidius in Fastis:

Quæ septem dici, sex tamen esse solent.

Nam Paulus in d. l. pen. de testamentaria successione agit, quæ quoque dicitur legitima. l. lege obuenerit. ff. de verb. signific. non de successione ab intestato, quia in d. l. penul. disputatur de voluntate defuncti testamento scripta. Sed in hoc hæsit ipse circa d. l. penul. quod si ex Galli Aquilij sententia, posthumo alieno legari & fideicommissi potest, Iustinianus ignoranter, aut certè arroganter, idem constituisse gloriatur tam. §. j. de bon. poss. instit. quam in §. sed nec huiusmodi. de legat. cum hoc modo Paulus scripserit in d. l. pen. ff. de leg. j. Hæredi posthumo fideicommissum dari potest, sola enim voluntas seruatur in fideicommissis, & obrinuit sententia Galli, alienos quoque posthumos, legitimos nobis hæredes fieri. p. a. v. l. Respondi ego † idem prorsus ante Iustinianum in l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posthu. vbi posthumus ex nepte nasciturus rectè instituitur, nullo casu futurus in aui potestate: quia qui nascuntur, patris non matris familiam sequuntur. l. familiæ. ff. de verb. sign. Vlpianus quoque extraneo posthumo hærede instituto matrem mittit possessionem respondit, si aliunde se alere nequeat. l. extraneo. ff. de ventre in poss. mitt. Respondi præterea in d. l. pe. sequutus seriem. l. præcedentis in §. si. eiusdem tituli, vbi de legato posthumo præstando tractatur non hæredi posthumo fideicommissum dari posse, sed, hærede posthumo, ablatiuo absoluto, id est, si quis posthumum hæredem instituerit, ab eo legare poterit, vel eum grauari de fideicommissio. verum si quis antiquæ lectioni (ne detur causa temere immutandi) additus fuerit, eamque religiose obseruet, dubium relinquet quidnā noui Iustinianus induxerit. si iam, vt dixi, extraneo penitus posthumo hæreditas impune relinquebatur, siue ex expressa Galli sententia siue ex ea quæ colligeretur tractim ex mente ipsius. quoniam ipse de alieno posthumo expresse agebat, qui talis esset tempore testamenti, sed futurus suus cum nasceretur. forte Iustinianus desuetudine oblitteratum hoc restituit, iudicibus non nisi ex decreto suo legata posthumo extero concedentibus iuxta. §. i. de bon. poss. vel forte cum antiquitas de hæreditate tantum & fideicommissio cauisset, imperator ad legata rectè posthumo relinquenda porrexit. sed hoc displicet propter. l. quidam. §. si. cum l. seq. ff. de reb. dubijs.

OBSERVATA IN NONVM DIALOGVM.

- | | |
|--|---|
| 1 In formula Galli Aquilij filium verbis institutum. | tutionem. |
| 2 Declaratio l. Gallus. §. idem credendum. | 4 Cur verba illa, si filius me viuo moriatur, non instituant. |
| 3 In formula Galli, requiri expressam institutionem. | 5 Explicatur §. in omnibus. d. l. Gallus. |

INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, AFRICANVS, PAPINIANVS.



ST, qui Gallum Aquilium fugillet, quod aperte de filij institutione non scripserit: quamuis virum hunc Senatus obseruauerit: statuam mortuo, pro rostris posuerit. l. ij. §. Seruius. ff. de orig. iur. doleo, quia, vt nepoti succurreret, filium incautus omisit, contra l. iij. §. si cum omnibus. versic. nam illud. ff. ad Sylleia. A P H R. Iam in hunc detractorum audire videor, Virgilianum illud dici ab Aquilio

*Quid miserum Aenea laceras? iam parce sepulto,
Parce pias scelerare manus.*

Num tibi videor de iure ciuili male meritus? quid me vituperas? doli formulam composui. Aquilianam stipulationem introduxi: denique posthumorum institutio noster labor est. C A L L. Esto, non tamen ab re dubitatur, an filius sit institutus, sub verbis illis, si filius me viuo moriatur. tu, si potes ne cuncteris, sed me ab hoc dubitationis eripe. A P H R. † Quod filius censetur per illa verba institutus, prima facie facit, quod sine institutione testamentum non est. l. j. in fi. ff. de vulg. atqui verisimile non est Gallum omisisse in formula, quod est praecipuum: praesertim quod formularum cocinnatores copiosi, ne dicam superflui, in illis condendis esse soluerunt. Cicero in quadam epistola ad Seruium Sulpitium Galli discipulum. l. ij. §. Seruius. de orig. iur. Non parcam, inquit, operam, & vt vos soletis in formulis, sic ego in epistolis de eadem re, alio modo dicam. Secundo facit illud Vlpiani, vulgatum certe, in l. cum in testamento. ff. de haered. instit. vbi, duos gradus haeredum esse ait. ibi, si filius me viuo morieretur, tunc nepos ex eo, post mortem meam natus, haeres esto. igitur institutio prioris gradum faciebat. Tertio proderit vt cuncte nostrum illud in l. si mater. §. j. ff. de vulg. ibi, si filius, inquam, & nepos haeres instituantur, vt Gallo Aquilio placuit. † Quarto additur. l. Gallus. in. §. idem credendum. ff. de lib. & posth. vbi, si filium & nepotem ita vocauerim iu testamento, si filius & nepos me viuo morientur, tunc quicumque pronepos, post mortem meam, in decem mensibus, proximus; quibus nepos morietur natus erit, haeres esto. recte testatus sum, dummodo, inquit Scæuola in fin. §. prius nepos, & deinde filius decedat, ne successione testamentum rumpatur. hoc est, ne mortuo prius filio, nepos se praeteritum videat, & rumpat. ecce nepos fuit praeteritus solus, per verba illa, si filius & nepos me viuo, nō filius, neque rumpet testamentum. Apertissimi iuris est igitur, filium institutum fuisse, nepotem non fuisse. Differentiae ratio sit, quod plus semper filio, qui in primo gradu rerum potitur, tribuit lex, quam nepoti. l. sed & si. §. j. ff. de haered. instit. l. iubemus. §. fin. C. ad Trebell. idcirco lex, morte solius nepotis actum confirmat, arg. l. qui soluendo. ff. de haered. instit. Applausi non semel huic sententiae, quae nunc omnino displicet. C A L L. An eandem improbare conaberis? A P H R. Dicam quod Medea Iasoni Theſſalico in Ouidij Tragedia,

Seruare potui, perdere an possim rogas?

3 Serio nunc asseram, † in formula Galli necessariam esse expressam institutionem, & nequam: comprehendi verbis illis, Si filius me viuo moriatur. & si quis erit textus, qui nihil de institutione apponenda referat, ita temperandus erit, si modò filius expressim instituat. nō enim credidit Gallus, tam fatuum testatorem fore, qui nepoti consulturus filij obliuiscatur. sic accipiendum est illud Vlpiani. l. cum in testamento. ff. de haered. inst. l. si mater. §. j. de vulg. l. potest. eod. & quod dicitur, in formula Galli plures esse gradus, sic demum verum est, si communi iure fiat & iactis antea subitè fundamētis, arg. l. ij. ff. de iurisd. omni. iud. At quod institutio filij necessariò sit exprimenda facit l. Gallus. §. qui dam recte. ff. de lib. & posth. vbi recte procedit formula, etiam si nihil exprimat testator de morte filij. Igitur verba illa, si filius me viuo moriatur, institutionem non operabuntur. quid ergo? nempe nominata filij institutio, hoc modo: filium instituo, & si quis nepos post mortem meam nascetur, haeres esto. id est, si filius me viuo moriatur. Secundo, vt rem consulamus propius, noui ego conditiones posse disponere, aut certe efficere, vt sit utilis Titij institutio haec, si filius non sit haeres, Titius sit haeres: cum constet intestato sibi succedere voluisse priore loco filium. l. si quis ita. ff. de haered. instit. l. fideicommissa. §. haec verba. ff. de lega. iij. & fateor, si velis, quod haec verba, Si filius haeres non erit, filium instituunt: si non mens testantis refragetur. cum in dubio haeres ex testamento vocatus sit. l. 3. C. de impuber. & alijs subst. ratio est, quia & illa, Filius haeres, sit, meram institutionem habent. † sed illa, Si filius me viuo moriatur, institutionem non sapiunt, in conditione: quia pura non instituerent, puta, si testator simpliciter dixerit, filius me viuat. quid enim hoc verbum, viuo, habet institutionis: nihil profecto amplius quam verbum, si in pupulari aetate decesserit, quod minime instituit impuberem. l. 2. §. si. de vulg. subst. Hoc si expendisset Alciatus, post Bart. non iudicasset, filium abundè

ab

ab intestato vocatum videri. O Iurisprudencia, quam inspidum esset Galli consilium, si nepos foris nasciturus vocaretur ex testamento, & filius iam natus, cuius partes potiores & natura & legibus sunt, ab intestato. Sed quid ego coniecturis vtor, † cum §. in omnibus. d. l. Gallus. euidentissimè demonstrat, in omnibus speciebus, de quibus satis dixerat interpres formulae Scæuola, illud obseruandum esse, vt filius duntaxat, qui est in potestate, ex aliqua parte sit haeres institutus: nam frustra exhaeredabitur post mortem suam. quid potest esse apertius: quanquam sunt qui dicunt in d. §. in omnibus. filij expressam institutionem requiri duplici contemplatione: quia, inquit, respectu exhaeredationis requiritur institutio, ac si diceretur, filius instituendus est, non exhaeredandus. quod quidem euenit, si expressè non exhaeredetur sed vocetur per illa verba, Si filius me viuo moriatur. Præterea addunt ibi filium ex aliqua parte institutum. partis autem adiectio nominatim faciendae est, ne si simpliciter dictum sit, si filius me viuo moriatur, in solidum sit haeres. forte vt video in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de oper. noui nunciat. atque, medijsfidius, ita parum nos iuaret. d. §. in omnibus. in princip. & verbis illis, si liberi haeres instituantur. longius non prosequar: interim non omittens id, quod scriptum est, nam frustra exhaeredabitur post mortem suam, huius sensus esse, quod nisi aditione haereditatis confirmetur exhaereditio, nullius est momenti. l. filium. §. sed cum exhaereditio. de bon. poss. cont. tab. itaq; si dicamus in hunc modum, filium exhaeredo, & si me viuo moriatur, nepotem, qui post mortem meam nascetur, instituo, differtur exhaereditationis confirmatio post mortem filij exhaereditati: ostendo, nam nepos institutus est post mortem filij, aditionem igitur nepotis post mortem filij expectantes, videmus manifestissimè exhaereditationem antea nullam fuisse, vt. l. si ita. §. si. ff. de lib. & posth. P A P I N I A N V S. Si meum esset inter vos istud controuersia componere, arbitraretur in Galli formula esse necessariam praecedentem filij institutionem: item non necessariam: nec ex eodem fonte dulce & amarum temere educo; sed tunc non est necessaria institutio filij, cum postea contingit filium patri testatori praemortui, secus si superstes ei fuerit, ita ex euentu venit fortuna iudice lis dirimitur. l. etiam. §. libertus. de bonis libert. ff. l. posthumus. ff. de iniust. testam. hoc ita, si filio nepos substituitur. vel extraneus patronus cui debetur portio: hoc enim casu perpetam conceptum testamentum secus, si penitus nullo prospero euentu rescitur. l. si quis cum. §. si. de vulg. ff. neque aliud fensi in l. cohæredi. §. si. ff. eod. vbi non statuitur aliquid de institutionis defectu, sed an parti substitutus torum consequi possit cum pupillo nemo cohæres fuerit. quod magis est.

OBSERVATA IN DECIMVM DIALOGVM.

- | | |
|---|--|
| 1 Facilius toleratur filij nascituri praeteritio, quam iam nati. | 4 Intellectus d. l. posthumus in princip. |
| 2 Intellectus doct. in l. posthumus. §. idem & circa. ff. de iniust. test. reprobantur. | 5 Edictum perpetuum à Sal. Iuliano compositum. |
| 3 Verus intellectus d. vers. idem &. | 6 De qua bon. poss. agatur in d. l. posthumus. |
| | 7 An aliàs praeteritio filij rumpatur testamentum. |

INTERLOCVTORES:

VENVLEIVS, VLPIANVS.



VANVS vulgò comparatum sit, in tantum fauorabilem esse posthumorum causam, vt iam natis, per omnia, conferendi sint, l. qui in vtero. ff. de stat. homi. in vno differre negabit nemo. Filius natus praeteritus rumpit testamentum, etiam si viuo testatore decesserit. §. j. Inst. de exhaered. lib. l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posth. sed si is, qui in vtero est, praeteritus sit, & viuente testatore decesserit, testamentum illatum remanet: si non subtilitate iuris, saltem equitate. l. posthumus. ff. de iniust. test. illa ratione, † quia magis impurandum est ei, qui natum praeteriuerit, quam qui nasciturum, cum multa accidere possint, ne nascatur, abortiois poculo. l. Cicero. ff. de poen. vel aliter, nam sternuifese, vel oscitasse, grauidis letale est, Plinius lib. v. r. cap. v. r. dij boni, quam sunt friuola hominum initia, quantumque imbecilla! Vnde Sophocles, in Aiace:

Ἄνθρωπος ἐστὶ πνεῦμα, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. id est,

Homo est status, & umbra solummodo.

Fatebor vtique in fouendo alendoque ventre, quoad in lucem producat, benigniores nos

esse debere quam in puero mittendo in possessionem, qui iam viuit & certus est nec ita facile periclitatur: sed in paternis bonis largiendis, plus nato quando nascituro sub incerto concedimus. sicut vitem recenter satam mollius fouemus: vbi coaluit magis diligimus. ac dicit quispiam prisca lege mitius actum cum posthumo quam cum iam nato: cum ille exhaereditari nequiret nisi legatum testamento patris accepisset: iam natus autem sine delectu exhaeres fieret. dicam ego antiquatum hoc genus differentiae vt neptum, vel idea ratione subnixum, quod in vtero existens ingratitude inculari verisimiliter non potuit.

Et licet iam natus homo in stabili conditione non sit, tamen nascituro fortior putandus est. argu. l. patre furioso. ff. de ijs, qui sunt sui vel. Quid vtor inductionibus, cum hoc scriptum sit in l. iij. §. ex his apparet. ff. de iniust. test. vbi, alia est causa posthumorum, alia superstitum, hi semper rumpunt, hi, si nascantur. quibus verbis confutatur, qui loco, posthumorum, posterorum, legere ausi fuerunt. Obesse videtur huic differentiae Vlpianus in d. l. posthumus. versic. idem & circa. ff. de iniust. test. vbi indicat idem dicendum de filio iam nato praeterito, qui viuo testatore decessit, vt scilicet non rumpat benignitate iuris. Idem & circa iniustum, inquit, & irritum testamentum erit dicendum, si bonorum possessio data fuerit, ei, qui rem ab intestato auferre possit. † Alciatus mutum temporis consumpsit in referendis & refellendis doctorum opinionibus. Parad. l. i. cap. v. i. tandem sentit in d. versic. idem & non agi de filij viuentis praeteritione, sed de testamento iniusto, id est non solenni, & irritum, id est, ex quo non est adita haereditas, iuxta l. j. ff. de iniust. test. sed d. l. j. mihi verius videtur exempla, quam veras significationes ponere: cum tam iniustum, quam irritum aliter passim vsurpantur. l. iij. §. ex his. ff. eod. tit. item irritum aliter fit, quam non adita haereditate. l. si quis filio. §. irritum. eo. tit. Bartolus, quem velut oraculum obseruant omnes, & cui tantum tribuo, quantum cuiquam concedi potest, d. versic. idem. & sic accipit, vt de filio viuo praeterito loquatur, qui testatori praemoriatur, & tunc conualeat testamentum, modo si venientes ab intestato sint haeredes instituti. Verum hic intellectus ex diametro repugnat. l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & posthu. vbi nepos praeteritus & viuo auo mortuus rumpit testamentum, & tamen ibi erat institutus pronepos proximus venientium ab intestato. Praeterea d. l. posthumus. in fi. non precise dicit testamentum conualescere, & bonorum possessionem dari ei, qui rem ab intestato auferre possit. sed sub conditione, si bonorum, inquit, possessio data fuerit.

† Vis dicam quid sibi velit d. §. idem & circa. hoc certe, quod iniusto irritoue reddito testamento, nihil ex eo debetur legatorum seu fideicommissorum, quando quidem de his erat questio. d. l. posthumus. versic. idcirco. nisi in casibus, in quibus iura permittunt bonorum possessione ei, qui ab intestato venire possit. speciem esse videas in l. si duo. ff. de lega. praest. filium habeo in potestate & emancipatum: illum praeteriui, emancipatum vero institui, qui ex persona fratris praeteriti bon. possessione contra tab. intentare potest, & reducere ad causam intestati: quod si fecerit, legata & fideicommissa omnibus praestabit, quia plena voluntate testatoris fruitur. Et eo magis adhuc intellectum moueatur, quia tam d. l. posthumus. quam d. l. si duo. Vlpian. autor est: vtroque ijsdem ferè verbis vsitur. nam vt in l. posthumus, dicit si bon. possessio data fuerit ei, qui rem ab intestato auferre possit: ita in l. si duo. quia, inquit, ei rem auferat, qui praestaturus non erat, si solus esset. id est, filio in potestate praeterito. Praeterea hic & illic controuertitur de praestazione legatorum, & in l. si duo. in fi. dubium est de casu, in quo emancipatus petebat bon. poss. secundum tabulas, cum ab intestato posset venire, petita contra tab. bon. possessione, facit. l. si post mortem. §. si. ff. de bon. poss. contra tabul. v. l. p. † Scopum, ita me deus amet, attigisti, & ex animi mei sententia re explanasti. Venio ad principiu meum. l. posthumus. vbi, quo casu posthumus praeteritus, viuo testatore natus, decessit heres scriptus bon. possessionem secundum tabulas accipere potest, vt imperator noster (id est D. Alexander Seuerus) & Diuus Hadrianus rescripserunt.

Quae sit ibi bon. possessio ambigitur, & vtrum praetoria sit, an civilis ex principum constitutione. † Ad hoc praefari necessarium est, quod Saluius Iulianus summus Iurisconf. qui fuit D. Hadriani tempore, vt Aelius Spartianus scribit, edicta praetorum collegit omnia, quae prius solebant annis singulis mutari, cum annuo praetoris imperio. §. j. Instit. de perpet. & temp. actio. Collegit autem duntaxat acquisitima, & quae aeterna obseruatione digna putauit, inde factum est edictum, quod appellatur perpetuum, ad differentiam eius, quod annis singulis mutari fueuerat. §. j. de perpetuis & temp. actionib. l. edita. C. de edend. quod & saepe & perpetam pro generali Accursius exposuit, vt in l. i. ff. pro socio. In edictis perpetuis, verisimile est non nihil de bon. poss. danda propositum fuisse, quoniam haec partes praetoris sunt. §. j. Instit. de bon. poss. Caterum Iulianus edictum perpetuum componens, sibi ipsi non satisfecit, & multa in illo deesse libris suis scriptum reliquit, de quibus, quoties dubitaretur

tur, consulendum esse Hadrianum tum Imperantem dixit, prout latius habetur in l. ij. §. sed quia diuina. C. de vet. iur. enucl. vt dubium non sit, quin praeter edictum praetoris, D. Hadrianus hoc ipsum constituerit circa posthumos. † Nec de hac bon. posses. specialiter praetor edixerat, quia ex constitutione principis concedebatur. l. ij. §. si quid igitur. versic. & non ipse. C. de vet. iur. enucl. l. vnic. in fi. ff. vt ex legib. & senatusc. bon. poss. detur. Attamen non inficiabor, quin praetor generaliter in edicto praescripserit, daturum se bon. possessionem septimam extraordinariam, qualis iure ciuili inuenta esset. §. septima. inst. de bon. posses. d. l. vpic. vt ex leg. & senatusc. bon. poss. detur. ff. Vtrum autem ea bon. poss. plus praetori, an legi debeat, nolo multis disputare, vt qui putem edictum siue constitutionem specialem d. l. posthumus. iuri ciuili deberi, decretum vero, quo quis ad eam capiendam admittatur, praetorio. quare in reliquis bon. poss. expetitur. l. fi. C. qui admitt. quia praetor ait, vt lege dare oportebit, ita dabo. d. l. vnic. vt ex legib. ff. id est, decretum interponam postquam lex vult. in versic. fi. l. posthumus. de bon. possessione communi & ordinaria quaeri puto. † Superius dicta obtineant, de liberis praeteritis, & testatori praemortuis. Si vero posthumus viuat tempore mortis, licet breui postea decesserit, rumpit. l. Lucius. ff. de iur. fidei. Si praeteritus testamentum probet, stat benigne, subtilitate iuris minimè refragante. l. filio. ff. de iniust. rupt. test. Iure nouissimo, ex causa praeteritionis, sola institutio nulla est, reliqua capitula non violantur. auth. ex causa. C. de lib. praeter.

OBSERVATA IN XI. DIALOGVM.

- | | |
|--|---|
| 1 <i>An edictalis & decretalis diuersa sint bon. possessionis species.</i> | 5 <i>Diuersa qualitates non mutant subiectum.</i> |
| 2 <i>Edictalis a praetore viuo datur.</i> | 6 <i>Nominis varietas rem ipsam non mutat.</i> |
| 3 <i>An decretalis vere sit bon. possessio.</i> | 7 <i>Declaratur l. vnic. §. sed & si. ff. de tabul. test.</i> |
| 4 <i>Hodie decreto non est opus in bon. poss.</i> | 8 <i>Dictio, Alius, aliquando subintelligitur.</i> |

INTERLOCVTORES.

IULIANVS, LABEO, CALLIDEMVS.



VNC tractemus quaedam, quae perpaucis lapidibus ab ijs quae Vlpianus dixit, remota sunt, de praetoris edicto & decreto, ex quibus duae bon. possessiones proficiuntur, quarum altera edictalis, altera decretalis nuncupata est. Communis opinio, cum qua non minus sponte circumagimur. quam Heliotropium cum sole, † edictalem & decretalem diuersas esse vult bon. possessionis species. I. A. B. Mihi magis arridet contraria sententia existimantium, vnam esse bonorum possessionem, quae semel edictalis sit, cum praetor eam ex edicto suo defert. l. j. §. sed est. ff. si tab. testa. nullae extab. l. cum quidam. §. idemque. ff. de acquir. haer. Eadem vero bonorum poss. decretalis mox vocatur, cum praetor decretum interposuit, vt l. fi. C. qui admitt. l. i. §. decretalis. ff. de success. edict. verbi gratia: filius emancipatus ad successionem paternam vocatur ex edicto, ex capite, vnde liberi. postquam agnouit bon. possessionem edictalem, hoc est, oblatam ex edicto, per decretum praetoris, dicitur & bon. poss. decretalem consecutus. † Merito dici solet, edictalem a praetore mortuo concedi, decretalem a praetore viuo: qui per decretum cognoscit an admittendus sit, is qui mitti desiderat. & quemadmodum legatum a viuo testatore datum, ab herede praestatur. §. legatum. inst. de lega. neque propterea diuersum legatum est: ita relictum a praetore mortuo, confirmatum a viuo diuersum censerit non est æquum.

Praeterea diceremus duas esse haereditates, quoties in aditione, decreto vtendum est, vt l. ventre praeterito. ff. de acquir. haeredit. l. si infanti. C. de iur. delib. quod longè absurdissimum est. Praeterea edictalis, solum bonorum possessio dici debet. † decretalis enim, bon. possessio non est, quia antequam decernatur, nulla est, & postquam decreta est, multò minus. l. j. §. decretalis. ff. de succ. edict. quia re acquisita haereditas, bon. possessio dici desijt, vt adita haereditas, quae tum patrimonium appellatur. l. sed si plures. §. filio. ff. de vulg. Bart. in l. bona. ff. de bon. posses. Praeterea sequeretur, in multis successibus non esse bon. possessionem decretalem, quoties decretum non est necessarium, vt l. ij. §. dies bonorum. ff. quis ord. in bon. poss. l. iij. §. si causa cognita. ff. de bon. poss. siquidem decretum non aliud est, quam cognitio praetoris & inquisitio, vtrum expediat dari bonorum possessionem, an non. l. nec quicquam.

§. vbi decretum. ff. de offi. proconf. l. j. de constit. princip. sed sapissimè de plano sine causâ cognitione, id est, sine decreto, bonorum possessio permittitur dd. ll. quomodo igitur eueniet, vt bon. poss. quæ decretum non habet, decretalis nominetur?

Præterea ausim re vera affirmare, nullam esse his diebus bonorum possessionem, quæ decretalis dici mereatur. quòd ita sit, probo: Priscis tēporibus tria requisita fuerunt in capiendâ bon. possessione ex edicto delata. Primum, declaratio acceptantis. Secundum, anxia verborum solennitas. Tertium, cognitio prætoris, qualiter oporteret admitti. Duo posteriora sublata sunt, nempe formula conceptorum verborum, & cognitio prætoris, id est, decretum, quod à decernendo, id est, cognoscendo venit. l. j. ff. de constit. princip. & de hac re textus sunt in l. fi. C. qui admitt. euidentius in l. fi. §. sin autem. C. de curat. furio. & §. fi. insti. de bon. poss.

4 Inducam vrgentius d. l. fi. C. qui admitt. vt † decreto opus non esse arguam, vbi Duumviri, qui magistratus municipales sunt, l. fi. C. de iudic. qualicumque testatione admittere possunt petentem bon. possessionem. quòd si decreto opus esset, & indagatio ne sedula, prout antiquitus, nõ perinde possent. l. ea quæ. ff. ad municipal. l. cognitio. §. fi. ff. de off. eius cui man. l. v. l. Magnum progressum fecisti, Labeo, contra receptiorem sententiã, quam ego, vt cum multis insanire, magis quàm ex animo, defensurus eram. LAB. Non delector ego veterum ineptiis, neque longa tempora in veritatem ipsam præscribent. I V L I. Sapis, hercule, & iam pedibus in tuam discedo sententiã. & is sum, qui vnicam tantum bon. possess. etiam ante d. l. fin. C. qui adm. fuisse credam. Sed par est respondere iis, quæ à communi opinione obiici solent. Primum aiunt: edictum & decretum differunt. quis negat? Igitur edictalis & decretalis differunt. bona verba. imo † duæ qualitates diuersæ, diuersum subiectum non efficiunt. vt ecce: Scientia & bonitas diuersæ sunt. num putabis Titium, qui sciens & bonus sit, continuo diuersum à seipso esse? Item: Lalia virgo, cras mulier est. nunquid alia à seipsa effecta est? non vtrique. l. alioquin. ff. de contrah. emptio. sicut & vestis alba mox tincta eadem est. l. sed si ex meis. §. fi. ff. de acquir. rer. dom. quapropter bonorum possessio edictalis, deinde decretalis reddita, non alia efficitur. Nihil dissimile euenit (ne aliunde sumamus exēpla) cum minor vendit prædium, tunc decreto opus est. l. etiam. C. de præd. minor. non tamen duæ sunt venditionem, consensus, & decreti, nec duo soluentur (sic vocant) laudimia. Neque confirmatio prætoris decernentis, vel potius declaratio, nouum aliquid facit. l. qui se dicit. ff. de iudic. l. falsa. §. j. de condi. & demonstr. ad arg.

Rursus obiiciunt quidam, edictalem à decretali, sicut causam ab effecto, differre, vt ab actione obligationem ò delirium! Causa bon. possessionis est proximitas gradus. l. j. ff. de success. edict. propter quam causam prætor ex edicto vocat liberos, agnatos, & deinceps: decreto declarat, vt explicui, nec quicquam constituit. arg. l. sicuti. §. sed si quæzatur. ff. si seru. vend. & à declaratione decretalis appellatur bonor. possessio. nomen mutatur, non res. vt, Marfya amnis, prope urbem Celenas, statim post urbis munimenta, maiore vi excutrens, Lycus dici incipit, idem re, nomine diuersus.

6 † Ex his colligi potest responsio, aduersum eos, qui ex dissimili nomine, rerū diuersitatem esse clamitant. l. si idem. C. de codic. & non expendunt, quòd stipulatio & verborum obligatio, sub varietate nominum, eadem sunt. Idem est de substitutione pupillari, & impuberum. l. quicumque. §. idcirco. C. de hæret. Lucianus Herculem refert, eundem à Gallis vocitatum Ognium. Cicero primo Tuscul. Ino Cadmi filia Leucothea à Græcis, à Latinis Matuta appellatur, taceo, quod omnes scitis testamentum vocari elogium. l. quidam. C. de iure delib.

Iustinianus, qui post bella, victorias & triumphos, se Gothicū, Francum & Atticum inscripsit, non alius subito factus est. CALLID. Quid si effectum vtriusque bon. possessionis diuersum esse cõmonstrem, nõne fateberis diuersas esse species? I V L I. Protinus. CALLID. Edictalis repudiari potest. l. j. §. qui semel. & §. decretalis. ff. de success. edict. I V L I. Iam falsus sum vtranque qualitatem inuicem discrepare, nec ideo idem subiectum bonor. possessionis diuersum est. Sed quemadmodum ridiculus esset, qui diceret, volo hæreditatem oblatam, sed nõlo eam adire: ita, qui bonor. possess. acceptat, sed consulto prætore adire recusat, & hoc est, quod dicitur in d. §. decretalis. quòd decretalis bonorum possessio repudiari non potest. Sed an sit aliqua bonorum possessio, quæ edictalis non sit, quæratur. & vti sit, prima fronte, videtur in l. j. §. sed etsi. ff. si tab. test. null. ext. † vbi Carboniana bonorum possessio non impedit edictalem, quasi ipsa edictalis non sit. Hoc modo soluito: non impedit edictalem, id est, aliam edictalem bon. possess. creberrimè enim, alijs, dictio subintelligitur. l. creditores. in fi. ff. de verb. signific. l. hæc stipulatio. ibi, hæreditas siue ius. ff. vt legat. seu fideicom. l. j. ff. quæ in fraud. cred. v. usufructus vel seruitus, alia videlicet. nam quotusquisque ignorat

ignorat Carbonianam bon. possess. edictalem esse ex tit. de Carbon. edict. sed Carboniana non impedit edictalem aliam tribuentem ius. l. ij. §. si quis ex liberis. ff. ad senat. Tertul.

OBSERVATA IN XII. DIALOGVM.

- | | | |
|---|---|--|
| 1 | <i>Iuramenta propria superstitione facta qualia sunt.</i> | <i>enim. ff. de cond. instit.</i> |
| 2 | <i>Declaratur l. non erit. §. diuus. ff. de iureiur.</i> | 6 <i>Religio & superstitione differunt, & vnde dicta vtraque.</i> |
| 3 | <i>Quanam sit religio publice improbatæ, & explicatio §. sed si quis. d. l. non erit.</i> | 7 <i>Defenditur opinio Ciceronis de religione ab impugnatione Lactantij: & de superstitione.</i> |
| 4 | <i>Iudai vel Sarraceni iuramento an standum.</i> | 8 <i>Religio simpliciter in bonam partem capitur, contra Alciat.</i> |
| 5 | <i>Explicatur l. quæ sub conditione vers. cum</i> | |

INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, HEPHÆSTION.



INIL per Numam Pompiliū dici potuit contra Doctores festiuus, inquit, tum Hermogenianus Iuriconsul. stylo limatulo præditus. Consueuerat is, si quid serio diceret, per Numam iurare. HEPH. Sic Pythagorici, per eum, qui animæ nostræ numerum quaternarium dedit, ex more iurabant, secundum Macrobiū. Alexander Magnus, per Hephæstionem gentilem meum, quem ipse non ita pridem in deos retulerat, C. Caligula, per Drusillam sororem. Demosthenes, per eos, qui in Marathone pro patria occubuerant. Apud Martialem,

*Nullos denique per deos deusq;
Iurat Gellia, sed per vniones.*

Socrates, quem ideo taxauit Aristophanes velut impiū, teste Suida, per canem, vel anserem, platanumve iurabat persæpe, idque pie, vt Apollonius dixit: non quia deos putaret, sed ne per verum Deum iuraret ita Philostratus lib. 6. cap. 9. Ioseph iurauit per salutem Pharaonis. nam veteres per salutem, vel per caput eius, quem charissimum habebant deierabant. liij. §. fin. & l. sequent. ff. de iureiur. l. qui per. ff. eod. Genesis cap. 42. alia exempla tibi varia perferem, nisi hæc ipsa mihi clam subtilissimè scriptores aliqui, quos ego voco sacrilegos propter iurandam religionem, tamen iisdem non verentur de aliorum conqueri plagio. Et † huiusmodi iurandi exempla ex eorū sunt numero, quæ propria superstitione facta Vlpianus 1 vocat. l. non erit. §. diuus Pius. ff. de iureiur. † diuus Pius, inquit, iuriurando, quod propria superstitione iuratum est, non standum rescripsit. Plerique negationem expungunt, vt tali iuramento standum velint. CALL. Vtrumuis verū esse potest, cum tali distinctione: si detuli tibi iurandi conditionem, & tu per numen, quod priuata superstitione colis, iuras, nihil agis. liij. §. fi. ff. de iureiur. quia non per deum iurasse videris, sed per numen quod,

*Vana superstitione veterumq; ignara deorum,
Imposuit.*

vel lex Rhadamanti, qui, vt Suidas scripsit, vetuit nominari deos iureiurando, potius admonuit iurare, anserem vel arietem & similia. vnde est illud:

*λάμπραν ὄμνυσι τὸν χεῖρα, ὅταν ἔξαπατῶ πινά. id est,
Lampon cum aliquem fallit, anserem iurat.*

Si verò nominatim detuli, vt per quoduis numē tibi peculiare iurares, si iuraueris, obtines. l. non erit. de iureiur. tum quia præsumitur, quòd non peierabis, cum tale numen vsque ad superstitionē colas, tum quia respectu diuini numinis iures. d. l. qui per. ff. eod. denique offerendo quasi contraxisse videor. l. ij. ff. de iureiurand. imputetur mihi, qui talem legem iuramento dederim. l. j. ff. quarum rerum actio non.

Sequitur in d. l. non erit. versic. sed si quis. ff. de iureiur. sed si quis illicitū iusurandum detulerit, scilicet improbatæ publicæ religionis, videamus an pro eo habeatur, atque si iuratum nõ esset, quod magis existimo dicendum. Hic videre licet iuramentum etiam delatum & acceptatum non valere, & differre in hoc à superiore, quod valet, si modo ita delatum sit. Ratio discriminis est, quia propriam sibi formam iuramēti indicere superstitionis quidem est, sed indifferens & dignum dissimulatione. cum tunc iusurandum ad cœlestem deum referatur, & eius respectu intercedat.

† Sed quando publicè reprobata est religio, tunc nefas est priuatis illam admittere. plane in altero casu, nempe cum numen est alicubi receptum sed reprobum scelus committitur: quia quiuis per se maiorem iuret, & ipsum veneretur vt testè formidabilem. quare nefas sit acceptari, si Christiano deferatur, vt per Mahumetem impostorem illū, vel per Apollonium magum, iuret, vel per Dianam: quia exhibi laræ sunt id genus religiones. l. nemo. C. de pagan. Fuerunt tempora, Neronis dico & Domitiani, quibus, per Christū iurare, Romano piaculum erat. Tum Vlpianus suspirans idētidem, Fuerunt, inquam, o me miserum, qui veritatem tantam nunquam attigi, & Christianos homines tam malè accepi, eo solum imputandum, quod Imperatori Alexandro fuerim à consiliis, qui à Christianismo non multum abhorrebat, & Christum in Larario habebat præcipuum. collegi namque in lib. de officio Proconf. septem rescripta, vt docerem quibus pœnis affici oporteret eos qui se Christi cultores confiterentur: quod vellem prætermisisse Lactantium in lib. de Iustitia cap. xj. Tunc Hermogenianus, Imò verò, Vlpiane, ista calamitas temporum nostrorum infelicitati magis imputanda est. † Quæro (vt eo vnde digressi sumus redeamus) si Christianus ethnico vel Iudæo detulerit, vt per Iouem ille, vel hic per Mosis numen iuret, an acta proficiat? Accursius in d. §. diuus. standum vtrique credit: homo alioquin nō intelligens in d. §. quid esset propria superstitione iurare. Bartol. non minus in hoc stupidus adhuc apertius decipitur: Iudæo standum censuit, non autem Sarraceno. Ipse in hoc cōmendo Accursij opinionem. nam etsi vtriusque religio improbata sit, verum est Christiani cōtemplatione. l. ij. C. de Iudæ. & d. l. nemo. C. de pagan. sed Iudæi vel Sarraceni respectu ex eodē existimatione, syncera putatur religio. l. in synagogam. C. de Iudæis. can. mouet. §. sicut. 22. q. 1. sic intelligitur. l. 34. §. pe. ff. de iureiur. vbi ex diuersitate personarum dissimiliter iuratur. Hinc est illud Martialis ad Verpū Iudæum:

*Ecce neqas, iurasq; mihi per templa Tonantis,
Non credo, iura, Verpe, per Anchialum.*

Nam dicebant vulgò Romani Anchialum esse Iudæorū numen sanctiss. & in omni iureiur. delectus personarum habendus est. l. 34. §. pe. ff. de iureiur. inde inductum vt tactis sacris re ipsa magis obstringat iurandū, præsertim minorē ætate. l. pe. C. si minor se maior. tametsi omnia Iouis plena sint, & deus nihil non prospicit. H E R M. Antequam à iureiur. & superstitione discedas, aperito mihi, † quod Vlpianus notat in l. quæ sub conditione. ff. de cond. instit. vbi Prætor remittit iuramentum ei, qui sub ea conditione institutus est, si iurauerit, & reiecta conditione hæreditatem capere permittit. sicut euenit in alijs conditionibus, quæ bonis moribus resistunt. C A L L. Ratio redditur in vers. cum enim. d. l. quæ sub cōditione. cum enim, inquit, faciles sint nonnulli ad iurandum, cōtemptu religionis, alij per quàm timidi diuini numinis, vsque ad superstitionem, ne vel hi, vel illi, aut consequerentur, aut perderent, quod relictum est, Prætor consultissimus interuenit. Accurs. mira fingit in re perspicua, & nescit, quidnam sit superstitio, quæ à iurando deterret. at Vlpian. hoc voluit, quod conditio iurandi multis facillima videtur, vt pote qui impij & irreligiosi sunt, qui deos non esse putant, vt Diagoras ἑὸ μάχος, & Lupus & Carbo & Neptuni filius, vt ait Lucilius. quibus (vt dicit Labrax Ieno apud Plautum in Rudente)

Iurandum seruandæ rei, non perdundæ conditum est.

Expedit autem viam periurijs occludi. l. ij. C. de ind. vid. toll. Sunt & alij ad eò superstitionis, vt præ metu diuini numinis, etiam in re vera, iurare nolint, qui licet in quadam culpa sint, c. etsi Christus. de iureiur. tamen remedium à Prætorē accipiūt, prædictis rationibus: ne amittant quod relictum est meticolosi, & remittitur conditio, vt iuri opposita. l. cōditiones. ff. de cond. instit. H E R M. † Ex istis colligere possumus, quantum à superstitione differat religio. nam religio est virtus inter superstitionem & impietatem media. Religiosus nomen vitij fuit, vt complura in ofus nomina. ad quod versus est à Nigidio Figulo citatus:

Religentem esse oportet, non religiosum.

Viderit Nigidius. nam in bonam partem vsquequaque accipi video, vt formosus, officiosus. Massurius Sabinus Iureconsultus Religionem à relinquendo deduxit, teste Aulo Gellio lib. 1111. cap. 11. Lactantius in lib. de vera sapientia cap. xxv 1111. à religando, quia per eam mentes hominum deo religuntur. sequitur Alciat. Parerg. lib. 11. cap. 1111. At ego hæc etyma auerfor, & Ciceronem sequor lib. 11. de Natura deorum, qui à relegendo manasse docet. nam qui, inquit, totos dies precabantur, & immolabant vt sui sibi filij superstites essent, superstitionis sunt appellati: qui autem omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent, retractarent, & tanquam relegerent, dicti sunt religiosi, ex relegendo, tanquam ex eligendo eligentes, & ex diligendo diligentes, & ex intelligendo intelligētes: his enim omnibus inest vis legendi eadē, quæ in religioso. Alterum vitij nomen, alterū laudis. hæc tenus Cicero. † Quem arguit

arguit Lactantius: Non enim, inquit, qui multoties precatur pro filio supersticiosus erit, si semel precari est bonum: & quod sapius bonum sit, eò melius est. Decipitur hic homo, nā baptismate quid melius quid religiosius est tamen rub. C. ne sanct. bapt. itet. & nimia diligentia curiositas est, nimia religio superstitio & puniuntur qui leuibus animis hominum eā instillant. l. si quis aliquid. ff. de pœnis nihil amore coniugati melius: at nimius amator vxoris adulter fere est can. origo. 32. q. 4. Id quod de supersticioso scripsit Cicero, probatur à Fulgentio Placiade lib. Mithologicā primo. qui memorat Syrophanem Ægyptium primū mortalium idolum fabricasse, in memotiam demorui filij, quem pro superstitite coluit. Quod verò idem Cicero de religione notat, confirmatur ex eo, quod verbum, lego, ad sepulturam pertinet Martialis v 111.

Ossa licet quondam defuncti non legat hæres.

Quintilianus lib. v 111. cap. 1111. Infelicissima scemina, nondum extulisti filium, & iam ossa legisti. Religio præterea pro conscientia & iusto metu vsurpatur. l. prætor. de vac. muner. ff. † Religio in bonam partem propria vi accipitur, nam quod ait Alciat. in epist. inter 8 claras. C. de summa trinit. Lucretium vti pro superstitione,

Humana ante oculos sedè cum vita iaceret

In terris, oppressa graui sub religione:

dispiciat dictum esse ab homine impio Epicureo, qui deos esse neget, & omnem religionem funditus euertere conetur. Præterea ibi est adiectio, cum ait, sub graui religione. sed simpliciter per se religio, bonum est, sic venenum cum malum sit, tamē adijci potest venenum bonum. l. quod sæpe. §. j. ff. de cont. empr.

OBSERVATA IN XIII. DIALOGVM.

- | | |
|--|--|
| 1 Declaratio. l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudic. | 4 Pignus iudiciale, à conuentionali differt. |
| 2 Ab intellectu Bart. disceditur. & nouus datur. | 5 In creditum possidere, quid sit. |
| 3 Verbum, malo, ad illa, quorum est electio transfertur. | 6 Explanatio. l. Titius. ff. quibus mod. pig. vel hyp. |
| | 7 In assem vendere, quid significet. |

INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, HERMOGENIANVS, MODESTINVS.



EREO ne nos superstiosè de religione locuti simus, postquam M. Tullius, qui tam fallere, quàm falli nescit, super Religionis etymologia defensus est, narrabo quàm strenuè Hermogenianus iurifcon. Vlpianum defenderit ab iniuria communis opinionis in. l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudic. in quem vulgò sæuimum est. Si pignora, inquit Vlpia. quæ capta sunt, emptorem non inueniant, rescriptum est ab Imperatore nostro, & Diuo patre eius, vt addicantur ipsi, cui qui condemnatus est: addicantur vtrique ea quantitate, quæ debetur. Nam creditor maluerit pignora in creditum possidere, hisque esse contentus, rescriptum est, nō posse eum quod amplius sibi debetur, petere: quia, velut pacto, transegisse de cætero videtur, qui contentus fuit pignora possidere, nec posse eum in quantitate certam pignora tenere, & superfluum petere. H E R M O G. † Ex hoc. §. Bart. & sequaces notant: si post rem iudicatam pignora, quæ vocantur iudicialia, capta sunt, & creditori insolentum simpliciter data, pro vniuerso debito data censentur, nec amplius quicquam petere poterit, etsi pignora minoris sint, quàm debitum. nisi iudex expressisset, se pro parte debiti simpliciter dare. Experiat Bart. an alibi hoc probetur. nam. §. si pignora. in totum cōtrarius est talibus portentis somniorum. Consideremus quod Vlpianus ait, † Addicantur vtrique ea quantitate, quæ debetur, interpretari non in damnum creditoris, sed in fauorem debitoris. hoc est, si pignora plus valeant quàm sit summa, in quàm reus est condemnatus, addicantur pro ea tantummodo quantitate, quæ debetur ex condemnatione, & reliquum pecuniæ, quod superest, debitori reddatur. l. debitoribus in fi. ff. eod. l. fi. §. pen. C. de iure dom. imperi. Hoc infert particula, vtrique, quæ temperatiua sua natura est, & ad sequentia referens. §. certè. Instit. de rer. diuis. l. inquilino. cum. l. seq. ff. de damn. infect. itaque cum dicit, addicantur v. ique ea quantitate, quæ debetur. id est, ita demum addicantur, vt in nullo debitor offen-

datur. In vers. Nam si creditor agitur quando pignorum aestimatio non æquaret condemnationem, & tunc si creditor fuit contentus illis, & maluerit in creditum possidere pro quantitate, quæ debetur, ex contractu fortè crediti, & denuo ex condemnatione, quæ etiam vocari potest creditum, l. omnem. ff. de iudic. eo casu nihil amplius petere potest, quia contentus semel. Hinc elicit Bart. suum intellectum euidenter absurdum, qui vult inuito creditoti pignora pro toto debito cedere. quod falsum est, cum §. dicat, si maluerit, ergo eligere poterat libertiue. l. quod si possessor. ff. de rei vendic. mox subdit: si contentus fuerit, non enim contentus verè habetur, qui coactus est. Præterea nonne subdit Vlpia. quod creditor pignora in creditum accipiens, de cætero transegiſſe videtur: sanè transactio libera esse debet, etiã vera quæ fit lite sub dubia, non modo ficta hæc quæ sententiam sequitur, nec decet eam ab inuito fieri. l. interpositas. C. de transact. proinde particula, nam si, mutant speciem. vt l. ij. ff. quod quisq. iur. Mutat, inquam, in eum creditorem, qui contentus fuit viliioribus pignoribus, & sibi impuret, quod vltro satisfactum sibi putauerit. l. queritur. §. si venditor. ff. de edil. edict. vt qui aliàs non cogere, nec quidem fauore rei sacre. authen. hoc ius, de sacrosanc. eccles. deinde scimus omnes veram transactionem non porrigi ad eas res, de quibus cogitatum non extitit. l. qui cum tutoribus. §. j. de transact. atqui creditor post iudicij longos anfractus victor exultans suum proijcere non præsumitur. l. cum de indubito. ff. de probation. Accedit alia ratio, quia debitoribus noceretur, Bartoli interpretatione, impulsis creditoribus omnia bona debitoris inuadere, dum metuunt, ne non sibi abunde satisfiat capto aliquo condemnati prædio. insuper creditor qui non idoneum pignus accepit vltro ex conuentione, non prohibetur superfluum petere. l. creditor qui non. ff. de reb. cred. quanto minus is qui accepit ex necessitate, cum emptor pignoris in causam iudicati captiuus inuenitur, fraudari debet vero debito. l. si fideiussor. §. j. ff. qui sati. d. cog. igitur prima acceptio vilioris pignoris iudicialis non ei nocet priusquam venundetur, sed altera cum contentus fuit ipso pignore emptorem non inueniente, & in creditum possidere voluit, & in solum omnino capere. l. non omnis. §. si. ff. si cert. pet. vel. Attamen fateor, quod creditor volens, simpliciter accipiens pignora, in totum debitum accepisse censeretur, nisi expressim & tempestiue restitisset: & sibi impropere, quod tacuerit, arg. l. si maiores. C. de transact. eò spectant illa verba, in d. §. si pignora. nec posse eum in quantitatem certam pignora tenere, & reliquum petere. Et eo magis hoc verum, quia in prætorio pignore, quod æque fit iudicis iussu. l. j. C. de prætor. pign. non est fas post pignus constitutum, illud totum pro derelicto habere, vt creditor sit cõtentus eo. l. euenit. de damno infect. ff. Ceterum in creditum ire, sæpe domini translationem significat. l. in naue. ff. locat. & item verbum possidere. l. Rutilia. ff. de cont. empt. & Imperator dicit iure domini possidere, in tractu pignoris. l. j. & si. ff. de iur. dom. imper. C. sic mihi sentire visus est Vlp. in d. §. si pignora. si malit, se ipsum aliter explicet.

Compedes quas ipse fecit, ipse ut gestet faber.

vt loquitur paræmia. C. ALLID. Annuit, vt vides, Vlpianus, sed Modestinus serium aliquid allaturus est, ipsum audiamus. M O D E S T. ¶ Imo ioco dignum, nec alienum à pignoribus. in l. Titius. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. sic à me scriptum memini: Titius Sempronio fundum pignori dedit, & eundem postea Caio Seio, atque ita idem Titius & Sempronio & Caio Seio eundem fundum in assẽm vendidit, quibus pignori dederat in solidum singulis, ibi hypothecariam actionem pro pignore remissam esse respondi. ¶ Quid sit in assẽm vendere, dubitatum est apud Alciat. Parergon lib. 11. cap. xxxiii. & putat non idem esse, quod in solidum vendere, alioquin battologie vitio Iurisconsultus, inquit, laborata cum infra dicat in solidum singulis. Quare secundum eum in assẽm venditionem appellare conuenit, in solum dationem factam per æs & liberam, id est, per imaginariam venditionem, qualem fortè ponit Imper. in §. j. instit. de testam. Verum ego certò scio, in assẽm, & in solidum, idem esse, neque battologia aut vana repetitio vlla est, licet bis dixerim, in solidum, in diuersis tamen negotijs: nam aliud est in solidum vendere duobus simul, aliud singulis in solidum dedisse pignori. Volſius Metianus in lib. de assẽ sic loquitur: prima diuisio solidi, id est, libræ, quod As vocatur, in duas partes dimidias deducitur. vnde ex assẽ, id est, in totum. l. sciendum. §. j. ff. qui sati. d. cog. & Q. Rhemnius Palæmon in libro de pœderibus & mensuris cap. 1.

Nunc dicam solidas quæ sit diuisio libræ

Sive assis, nam sic legum dixerunt periti.

nobiscum facit l. j. ff. de separat. melius in l. omnes. C. de collat. fund. pat. lib. xi. Vbi quo loco prius, ex assẽ, dixerat, subdit mox in solidum, ne nos soli videamur in eo dicendi gene-

re. neque huc pertinet quod Alciatus de venditione, quæ per æs & libram fieret, inculcauit, cum, vt dixi, magis ad antiquorum testamenta faciat.

OBSERVATA IN XIII. DIALOGVM.

- | | | | |
|---|---|----|---|
| 1 | Tria testamentorum genera referuntur. | | an de forma. |
| 2 | In procinctu versari, quid sit. | 8 | Testamentum cur dicatur iusta voluntas. |
| 3 | Classis tam multitudo est hominum, quam nauium. | 9 | Intellectus complures in l. fi. C. de fideic. & tandem verus. |
| 4 | Per æs & libram fiebant olim testamenta. | 10 | Hæres testamentum, ex quo adiuit non potest impugnare. |
| 5 | Quid veniat sub testamenti nomine. | 11 | Explicatio §. fi. Instit. de fideic. hæredit. |
| 6 | Declaratur l. si idem. C. de codicill. | | |
| 7 | An testes sint de substantia testamenti, & | | |

INTERLOCVTORES.

MODESTINVS, CAIVS.



R I A ¶ autem testamentorum genera in vsu antiquitus fuisse, fufissimè Iustinianus tradidit in §. j. Instit. de testam. vnum quod calatis comitijs fieri dicebatur, quo Romani in pace & orio vti solebant, id est, conuocatis comitijs, id est, Romanorum tribubus ad actus creandorum magistratum, quæ comitia dicebantur. Secundum A. Gellium lib. xv. cap. xxxviii. duo fuerunt comitorum genera, alia curiata, alia centuriata. Lex est, inquit Boëtius, in 111. Topicorum M. Ciceronis, quam populus calatis comitijs sciuerit. ex quo liquet Quiritibus de rebus arduis consultasse inter comitia, & priuatis etiam rebus cauisse, & de eisdem disposuisse.

Secundum genus testamentorum in procinctu fiebat, id est, cum Romani accincti essent ad pugnam bellicis temporibus: & quasi morituri de suis rebus disponentes, quem morem obliteratum, dolet Cicero in lib. 11. de Natura deorum. vnde ¶ in procinctu versari, in belli periculo esse, significat. l. vnica. ff. de bon. poss. ex test. mil. Festus ait, procincta classis erat, cum exercitus cinctus erat Gabino cinctu, confestim pugnaturus. quia ¶ vetustius fuit classis multitudinem hominum, quam nauium dicere. Virgil. lib. v. i. Æneid.

Nursia & Hortina classes.

Plutarchus in Coriolano scribit, Romanos testari solitos priusquam clypeos reciperent, & togas præcingerent. addit que sine scriptis fieri consueuisse, coram tribus aut quatuor testibus hærede nuncupato. at L. Florus lib. 3. epitomes cap. 10. tanta formidine exercitum Cæsaris in Gallia contra Arionistum pugnaturi peruasum, vt in castris testamenta & in principijs passim scriberentur. fuit itaque militibus liberum sine scriptis testari. l. diuus. ff. de milit. test. vel cum scriptura in charta, in clepeo, vel puluere, etiam cruore in vagina. l. milites. C. eodem. ceterum, in procinctu factum testamentum dici debuit, paulò antè quam cingere-tur. quia cinctus videretur, qui breui cingendus est. l. penul. ff. de mil. test.

¶ Tertium genus testamentorum fiebat per æs & libram, *ἄλξ χαλκὸς καὶ ζυγὸς*, inquit Theophilus. fieri namque sueuerat emancipatione, id est, quadam imaginaria & ficta venditione. quia hæres designatus, ære modico hæreditatem & familiam morituri emebat, presentibus quinque testibus Romanis puberibus, & eo, qui Libripens nominabatur, qui se cõmodum mediatorem negotio ficto præbebat. hinc, vt Varro attestatur, scriptum erat in veteribus mancipijs, id est, alienationibus, Rauduscule, libram ferito. quia illo modico ære dato, per eum, qui emptor conuentitius erat & hæres, libram percutiebat: vt exploratum sit olim Romanis multum fuisse vsu lancis & æris, in actibus grauioribus. nec id æs signatum erat, ideo enim pondere dabitur, teste Plinio libr. 33. cap. 3. Suetonius in Augusto: Adoprauit domi per assẽm & libram emptos à patre Agrippa: qui enim volebat in se transferri quippiam, puta familiam vel filium adoptiuum, minimo assẽ per fictionem emperitabat libra adhibita in memoriam antiquissimæ venditionis, quæ fiebat, pecunia nõndum signata, rebus in pondere consistentibus metallis maxime, vt alibi explicabitur, atque vtinam exoleti ritus testamentorum non adeo displicuissent, vt minus falso fabricando locus fieret, coram paucis testibus, id est, duobus & parochis vt accepi dixisse Alexandrum pontificem Rom. locus est, opinor, in cap. x. de testament. prudenter quidem, vt ita prouentus ecclesiarum

augerentur, & multis morituris multa suadendi terrore flammaram perennium. Testamē-
 ti caput est, hæredis institutio. l. j. ff. de vulg. in edicto tamen de tabul. exhib. † appellatio
 testamenti, codicillos complectitur. l. j. §. hoc interdictum. ff. de tabul. exhiben. cum in co-
 dicillis institutio non fiat. l. non codicillum. C. de testam. Planè quòd à testamento codicil-
 li differant, nomen differens satis ostendit. l. si idem. C. de codicil. † per quam. l. totos dies
 vociferamur, diuersum esse effectum earum rerum, quæ diuersa habent nomina. sed d. l. si
 idem. non tantum nititur nomini, quàm effectui. neque satis tutum est hoc argumentum. l.
 quæ extrinsecus. ff. de verb. oblig. & ne longius eatur, Testamentum etiam elogium voca-
 tur. l. quidam elogio. C. de iur. delib. elogium autem Græcum est, boni malique testificatione
 significans. l. non dubium. ff. de cust. reo. & Græce testamentum *ἑλθῆναι* appellatur. sicuti
 quoque è diuerso videmus idem nomen non eundem effectum habere. l. ex ea. ff. de postu-
 lan. idque ostendit nomen falcidiae auth. vnde si parens gloss. C. de inoffici. testam. **C A I.** †
 An testes sint de substantia testamenti, magno strepitu in scholis differitur. & putem non esse
 de substantia: quoniam etsi septem testes non interfuerint, tamen à paucioribus institutio
 sciri potest. l. si. C. de fideicommiss. accedit quod testis ritè interest testanti cuius verba
 non intelligit Latinæ linguæ expers forsitam. l. qui testamento. §. si. ff. de testam. vbi ad solē-
 nia duntaxat testes referuntur. quod si quis obijciat modicæ solemnitatis omissionem nihil
 officere. l. j. §. si. ff. de vent. inspi. imo vnici testis defectum è septem. l. si vnus. C. de testam.
 Respondebo, vnus testis vocem paruam esse quippiam, sed alijs additam multum esse. l. j.
 §. si. ff. si quis omis. caus. test. denique quia ex more regionis solemnia facillime mutantur.
 d. §. si. l. j. de vent. inspi. accidit vt Tolosæ duobus testibus testamenta contenta sint, & iure
 canonico cap. cum esses, de testam. præbito falsi fabricandi materia & testatores semine-
 res aucupandi. proinde sola institutio, testamenti substantia iudicari meretur. argumento
 est, quòd si quis codicillos coram septem testibus fecerit, non continuo substantiam testa-
 menti ponit. Porro censeo testes esse de forma testamenti, quæ non minus, quàm ipsa sub-
 stantia necessaria est. l. Iulianus. §. si quis. ff. ad exhibend. nimirum testes, non causa proba-
 tionis in eo numero inseruntur, sed magis ob solemnitatem vt satis innuitur in d. l. si vnus.
 cum in priore parte de teste vno deficient loquatur, mox de litura defectis in testamēto, sed
 ad solemnitatem non spectantibus vt ait. Cur autem hoc lex statuerit, ratio ponitur in l. fin.
 C. de fideicommiss. ne quid falsi in tam celebri actu committatur.

Quare verò septem testes, potius quàm sex aut octo adhibeantur, ratio nulla reddi po-
 test, præterquam quòd hic numerus mediocris est visus legislatori, arg. l. j. §. pueritiam. &
 ibi gloss. ff. de postul. Cum itaque sic lex præscriperit, impunè à forma discedere non vale-
 mus. l. nemo potest. ff. de legat. j. † Consultò in definitione testamenti solemnitas huiusmodi
 prehensa est. l. j. ff. de testam. est, inquit, voluntatis nostræ iusta sententia, id est, solen-
 nis & perfecta. l. quod Seruius. ff. de cond. caus. dat. §. j. Instit. de nupr.

Exhibet negotium. l. fin. C. de fideicom. vbi, qui est fideicommissarius vniuersalis vel
 particularis, si petierit ab hærede relicum in testamento, quod probatur per quinque tan-
 tum testes, vel pauciores, vel neminem, hæres tenetur iurare nihil esse relicum, vel minus
 quàm peratur: nisi iuret, soluere in solidum cogitur. Si verò dicat relicum quidem fuisse
 petitori, sed testamentum defectum in solemnitate contendat, audiendus non est, & solue-
 re compellitur. §. si. Instit. de fideicom. hæred. † Multiplices ad illam. l. fin. quæ testium nu-
 merum è testamentis videtur negligere, feruntur intellectus. est, qui sentiat testatorem ibi
 noluisse testari solenniter, sed ponere duntaxat in fide hæredis. hoc ineptum est: nam si no-
 luit testator solenniter testari, non debuit valuisse tanquam solenne testamentum, sed quid-
 uis esse potius, quàm testamentum. l. codicillis. §. fin. ff. de legat. ij. Præterea non est speciale
 in d. l. fin. quòd fideicommissum in fide hæredis ponatur, sed omnibus fideicommissis com-
 mune est §. j. Instit. de fideicom. hæred. Emergit alius intellectus, quem refert Bartol. in l.
 nemo. ff. de legat. j. in d. l. fin. testator, inquit, stipulatus fuit ab hærede restitutionem fidei-
 commissi fieri, & hæredem spondidisse. sed & diuinat Bartol. futiliter, & à Ias. reprobatur,
 & denique conuincitur verbis in l. si. in princip. & fin. quæ ostendunt non de viuorum actu
 quæri, sed morientium. Præterea in §. fin. Instit. de fideicom. hæred. notatur, quòd si
 hæres fateatur quidem à se relicum, sed ad legis subtilitatem confugiat, affirmans testamē-
 tum imperfectum, non auditur. Ecce de relicto in testamento, non de promisso controuer-
 sia est, & relicum ibidem vocatur, ergo vltima voluntate, non conuentione. l. j. §. fin. ff. de
 tab. exhibend. Antiquiores secundum Accursium in d. l. fin. aliquid modestius, sed æquè fal-
 sum prodidit, nempe id esse constitutum in d. l. fin. in odium negantis, quia relicum fuisse
 se semel negauerat, postea fatebatur relicum vtrique, sed inualido testamento. In hoc pu-
 nirur

nitur mendacium, vt ex quouis testamento soluere teneatur, arg. pro illis. l. fin. ff. de rei
 vendic. l. hæreditatum. §. si. ff. ad leg. Falcid. Hoc ipsum retorqueo: si, vt aiunt, men-
 dacium puniti a quom est, cur commodum mendax refert ex sua negatione? Commodum,
 inquam, vt testamentum minus solenne pro solenni accipiatur, contra l. interdictorum.
 §. fin. ff. de interdict. & releg. Adde quòd in d. si. versic. vel si recusandum. innuitur,
 quòd si hæres confessus fuerit relicum, nihilo fecius teneatur. Non omitto, quòd si hæ-
 res iurauerit non deberi centum, quæ actor petit fideicommissò, sed tantum quinquagin-
 ta nonne saltem illa quinquaginta debebuntur? ita sanè. d. l. si. & §. fin. Instit. de fidei-
 com. hæred. quo casu non negatio, sed confessio iurata, hæredem ad solutionem vrgebit,
 ex testamento, testium numero deficiente. Vt semel dicam, quod sentio. hoc in causa
 est, cur in d. l. fin. & d. §. fin. de fideicom. † ex iniusto testamento hæres teneatur, quia ip-
 se adiuit ex eodem hæreditatem, & ea propter non licet ei alegare in legatarios & fideicom-
 missarios defectum. non enim ferendus est is, qui ex tali testamento captat opima commo-
 da, onera autem respuit. l. vnici. §. pro secundo. C. de caduc. tollend. iuuat maximè l. si
 veritas. C. de fideicommiss. l. non dubium. C. de testam. quid causari poterit hæres?
 nam hæredi, testamenti vitium obijcienti, dicit legatarius: tibi igitur, ô hæres, non de-
 betur ista hæreditas, qua, frueris, sed venientibus ab intestato. hoc est, quod scribitur in
 d. l. fin. C. de fideicommiss. videat, inquit, ne si defectum solemnitatis alleget, amittat lu-
 crum hæreditatis.

† In summam duos casus recipit hic tractatus. prior continetur in d. l. si. C. de fideicom. **II**
 & idem in d. §. si. Instit. eod. vsque ad versic. quod si is à quo. & hoc vult: Si hæres insti-
 turus in testamento minus solenni neget relicum esse aliquid, quod petitur iurare cogi-
 tur, aut pro conuicto tenetur. Secundus casus est in versic. quòd si is à quo. d. §. si. & hoc
 habet, quòd si hæres institutus negauerit aliquando relicum esse, & deinde confiteatur
 relicum, sed in minus perfecto testamento, nihil agit, nec auditur, sed omnino soluere
 compellitur, ex quo adiuit. facit d. l. si. §. cum autem. C. de fideicom. Quia si à principio fa-
 teatur relicum fuisse, iam ostendi ad solutionem vrgeri, in reprobatione intellectus anti-
 quorum.

OBSERVATA IN XV. DIALOGVM.

- | | |
|---|--|
| 1 Patria potestas sacra est. | 3 Declaratur §. si. Instit. de pat. post. |
| 2 Maior est nexu patris & filij, quàm mariti & uxoris & patrie potestatis origo vatri iure nititur. | 4 Num solis Romanis pat. pot. fuerit peculiaris. |
| | 5 An à matre filius aliquid nobilitatis capiat. |

INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, CELSVS filius, CELSVS pater.



STE intellectus verior est Sibyllæ folijs, sed cum nouus sit, quomo-
 do licebit vti? cum protinus ab æmulis audire videar, Hui: Callide-
 mus nouas quærit semitas, veteres vias negligit. CELS. P. Ego non cu-
 ro, sit ne nouum, an vetus aliquid, dum æquè verum sit. CEL. P. Dicâ,
 quod est in Næuij poëtæ Ludo:

Proueniebant oratores, noui, stulti, adolescentuli.

CEL. P. Ego verè retorquebo in te, illud Sophoclis in Antigone, in hac
 sententia:

Ni esses pater, te sapere dicerem haud bene.

Verba Hæmonis sunt Creontem patrem increpantis. Nam non possum libenter audire, in
 recentiores homines conuicia peius dicerem adhuc, sed patriæ potestati assurgere me neces-
 se est, quam sacram leges vocant, ac nexu diuino copulata. l. cum in adoptiuis. versic. cum
 enim. C. de adopt. l. p. C. de offic. prator. hausta à fonte naturæ religione l. liberi. C. de inof-
 test. Inde in sacris esse, dicimus, pro in patris potestate, qua sacra & sancta est. l. si. C. de
 bon. mat. Apud Senecam Tragicum sic Herculem alloquitur Amphitruo:

*Per sancta generis sacra, per ius nominis
 Vtrumque nostri, siue me altorem putas,
 Seu tu parentem: perque venerandos pjs
 Canos, senectæ parce deserta precor.*

Seneca stoicus de filio abdicato loquens lib. v. i. i. Declamationū, naturā iura sacra esse confirmat etiam apud piratas. Facit, quod vir & vxor participes sunt diuinā & humanā domus. l. aduersus. C. de crim. expil. hered. † Sed arctius est vinculum patris & filij, quam viri & vxoris. l. non vt à patre. ff. de captiu. & postlim. rem penitus inspicienti patebit patriam potestatem & multiplici iure descendere imprimis à iure naturali, eo inquam quod cum feris quodammodo commune est propter maris & fœminæ coniugationem, & parentum amorem sobolis in utroque parente: nec sacris nuptiarum consideratis. §. liceat. quib. modis natural. effici. leg. col. 6. secundo à iure naturali quod semper est æquum, ratione subnixum: quo pietati, & gratitudinis admonemur erga de nobis benemeritos, atque sic erga utrumque parentem, ita vt emancipatus filius plusque suus patri teneatur, ideo quia præterquam quod filius est, à manu patris solutus fuit & matri laboriosæ valde obstringatur pietatis respectu. l. j. C. de offic. prætor. l. venia. C. de in ius voc. l. furiosæ. ff. de curat. iure gentium, loco tertio, ab omni natione sancita est hæc reuerentia l. veluti. ff. de iusticia & iure. ac postremo iure ciuili Romanorum mirificè illustrata.

Nam Romani patriā potestatem vrbi ascribunt, & nullibi gentiū ita seruari gloriantur. §. ius autem. Inst. de pat. potest. † Ius autem patriæ potestatis, inquit, quod in liberos habemus, proprium est ciuium Rom. nulli enim alij sunt homines, qui talem in liberos habeant potestatem, qualem nos habemus, caute, inquit Accursus, dixit talem, quasi indicet, quod reliquæ gentes filios habeant in potestate: minus tamen norunt, quam sanctum sit vinculum patris. sic, talem, captat Martianus in l. 2. ff. de offic. procon. socium. ff. pro socio. quales, inquit Accursus, sunt Francigenæ. Cæsar autem, qui rebus Gallorum decem annis interfuit, de Gallorum moribus sic ait: Viri in vxores, sicuti in liberos, vitæ necisque potestatem habent. Quæ verba seruillem penè conditionem inferunt. l. j. ff. de ijs qui sunt sui vel alien. iur. l. si. C. de pat. pot. sed Accursus non de Gallis antiquis locutus est, de Francis potius, qui Pharamonem ducem secuti melioribus auspicijs Galliam exornarunt, à Christo nato circa annū 420. & immanem illam potestatem occidendi substulerunt Romanæ imitricem. Scripsit enim Dionysius Halicarnassæus licuisse Quiritibus filios etiam magistratum gerentes vendere, necare, donec Numa vetuit eum vendi qui consensu patris vxorem duxisset. mitigata fuit sensim hæc licentia patrum, & iure ciuili immutata vel moribus. l. patre. ff. de ijs qui sunt sui. & factum vt patri filius quiduis acquireret vt pro impubere pater testaretur, qui nulla lite forensi pulsari à filio posset. & cætera eiusmodi, quæ nondum florente Accursio sub Friderico. i. i. Imperatore Franci nouerant, anno 1237. vt scripsit Palmerius & Accursus in l. pen. C. de accusat. vix enim centum antè annis Europa intermissum ius à Iustiniāno compositum & desuetudine obscuratum denuo receperat, sub Lothario. i. i. Imp. tunc patria potestas ritu Romano paulatim sparsa est per varias gentes, demum per Gallias: quæ tantum distat à dominica, vt si seruum dominus in actis filij nomine dignatus fuerit, libertate donasse credatur. §. si. de adoptionib. accedit quod ex iure Quiritum pater filium vt rem suam vendicabat l. j. §. j. de rei vendic. ff. Romanorum intelligatur. arg. §. sed ius quidem. Inst. de iur. nat. ob id solum, quod plures eam facerent, quam aliæ nationes. sic Phœnices bellum & literas feruntur inuenisse: Lapihæ equitandi artem, hoc est, in his rebus excelluisse. Plinius Junior in quadam epistola ad Traianum: Rogo inquit de Epigono & Mithridate, ita vt sint in patris potestate, vtque his seruetur ius patronorū. quia non Galli, non Asiaticis ius paternum in liberos, vel patronatum in liberos, non adoptiones, non emancipationes, & tales iuris ciuilibus insidias, tam exactè seruabant. CELSUS P. Cogor tuas nouas interpretationes commendare, Celsè fili, & in eam partem accipio, qua dignum est, quæ in me seuerius dixisti, sicut & illud in l. dedi. §. si quis quasi. ff. de condic. causa. dat. vbi me reprehendis credo, ne quis tibi occasionem præripere. sed ad rem redeo. Mater filios in potestate non habet. l. nulla. ff. de suis & leg. her. hoc admitti satis æquum est, nisi quod potestatem capere licet maternam pro naturali in liberos autoritate geniture, priuilegio ne vexet Accursus locum Vlpiani in l. furiosæ. ff. de curatorib. l. potestatis de verb. signifi. ff. l. j. C. de nupt. sed quid causæ est, quod liberi materna dignitate non nobilitentur. l. libertis. de senatusc. præsertim cum, qui matre libera natus est, liber sit, qui serua, seruus. l. partum. C. de rei vendic. † Ego puto quo ad nobilitatem dignitatis, patrem considerari: quia mater dignitatem non habet, sed mariti radijs coruscat. §. hæc itaque in authen. de consul. col. iij. non igitur confert, quod non obtinet. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. proinde inspicere oportet, pater qualis fuerit, consularis, prætorius, aut cōsularis vel prætorij filia. d. l. liberos. & l. cum legitime. ff. de stat. hom. Quod autē attinet ad nobilitatem sanguinis & generis, mater equè attenditur, quia & certior patre est. l. quia. ff. de

de in ius vocan. quia nemo suum patrem certò cognouit, vt ait Telemachus Odyssæe primo.

— Οὐ γὰρ τοι τις ἐὼν γόνον αὐτὸς ἀνέγγω

Denique veluti semina mandata terræ, bonitatem soli representant, ita liberi ventris, d. l. partum. C. de rei vend. Cicero. i. i. de Natura deorum, Vt enim, inquit, iure ciuili, qui est, de matre libera, liber est: item iure nature, qui dea matre sit, deus sit necesse est. & mox: Si hi, quorum patres dii sunt, erunt in deorum numero, quid quorum matres? opinor etiā multo magis. l. Seuerus. ff. de decurion. Quid. primo Factorum:

Hic fuit Euander, qui quanquam clarus utroque,

Nobilior sacra sanguine matris erat.

Virgil. xi. Æneid.

— Genus huic materna superbum

Nobilitas dabit, incertum de patre ferebat.

tamen non ignoro nobilitatem viris ascribi, eo quod rebus gestis claruerunt quam fœminæ, vnde muneribus publicis honestati, & tamen sanguinis decus ad filias transferunt. & ideo Pyrrhus Rex Epiri pugnator acer de quo in l. j. §. quamuis de postuland. ff. se Achilleidem nominari iussit à materno genere: nam paternum ad Herculem trahebat, vt notat Plinius iunior lib. de viris illustribus. sed immunitas data generi alicuius personæ ad eos qui ex fœminis nascuntur non pertinet. l. i. ff. de iur. immunitat. vt pote cum fœmina sit caput & finis suæ familiæ. l. pronuntiatio. §. si. ff. de verb. signif. quod non puto obtinere, si fœminæ ipsi data eiusque generi fuisset, alioquin frustra detur. l. j. ff. ad municipat. quid ergo aliud sentiendum, quam nobilitate vtrique parenti acceptam referri: quamuis citius nobilitas Materna obliteretur, idem quod in alienam ipsa transit familiam. sed fragilitas quarundam stirpium vel gemmarum non aufert nobilitatem. sic non obest. l. liberos de senatorib. ff. vbi ex filia senatoris natus spectat patris conditionem, tum quia pater familiam constituit non mater: tum quia prouocandè eo sunt vt dignis nubant: denique quod filius cognomine patris censetur eo sunt & origine & domicilio incolatu vt nisi lex specialis deroget. d. l. i. ff. ad municipat. vnde pater hoc ciuile esse non naturale.

OBSERVATA IN XVI. DIALOGVM.

- | | |
|--|---|
| 1 Quæ sit urbana seruitus, quæ rustica. | 7 Interdictum, quod vi aut clam, quando competit. |
| 2 Area urbanum prædium est. | 8 Cæpisse opus, quando dicatur aliquis. |
| 3 Prædium dominans inspicitur in seruitutibus. | 9 Intellectus §. aquæ. de actio. Inst. & 12. |
| 4 Pro seruitutibus duæ actiones competunt. | 10 Pariet vicini meus rectè vocatur. tum explicatio l. j. ff. de seruit. urb. |
| 5 Quibus verbis actio confessoria & negatoria proponantur. | 11 Natura petitur seruitutis oneris ferendi. |
| 6 Species l. si priusquam. ff. de oper. nou. nunciat. | 12 In re nostra seruitus. & 14. |
| | 13 Prætorium quid sit. |

INTERLOCVTORES.

CELSVS, AFRICANVS.



NON est meum, plura de generis Nobilitate dicere, re admōdum instructuosa, considerantibus quantum degeneres liberi quotidie procreentur. multi maiorum titulis & imagini superbiunt, pauci maiorum virtutem imitantur: vt in prouerbiū euaserit. Heroum filios noxas esse. Erit igitur sermo sequens perutilis, non ad personas, vt superior, sed totus ad rem pertinens. De seruitutibus dicturus sum, quæ prædijs ipsis debentur, quas nos sic diuidimus, vt alias rusticas faciamus, alias prorsus urbanas.

† Rusticæ sunt, quæ prædijs rusticis debita sunt: urbanæ, quæ urbanis, id est, ædibus. nam, vt ait glo. in l. j. ff. de seruitut. urb. præd. seruitus nomen accipit à prædio dominante. quare si prædium, quod seruit, sit rusticum, & quod dominatur, sit urbanum seruitus urbana erit. quanquam exemplum Accursus in d. l. j. dicto non conueniat, quod tale est: Ius auertendi stillicidium in tectum, vel

aream vicini, quia vbi vtrunque prædium vrbaniſſimum eſt, pura domus, à qua ſtillicidium auertitur, & rectum in quod auertitur, vel etiam area. l. fundi. ff. de verb. ſignific. vbi Alciat. nimium adhærens etymo, falſò tradit aream propriè ruſticam eſſe: † & μεταφορικῶς tantum in vrbe dici, cum iuriſconſulti tories pro vrbano loco, in quo domus ædificetur poſuerint. vt l. ſi in area. de condic. indeb. Horatius:

Ponendaq; domo querenda eſt area primum.

Sed age, fingamus aream ruſticam propriè dici, attamen in d. l. j. ff. de ſeruit. vrb. vrbana eſſet, quaſi iuncta ædificio, cuius ſtillicidium recipiebat. l. vrbana prædia. ff. de verb. ſignific. l. 1. §. hoc amplius. ff. de cloacis.

- 3 Porro autem quòd † prædium dominans inſpiciatur non ſeruiens, in nominanda ſeruitute, argumento eſt vſusfructus: item vſus & habitatio, quæ ſunt ſeruitutes perſonales, cum tamen perſonæ præſententur à re ipſa, & à prædio. l. j. ff. de ſeruit. Induco etiam l. ruſticorum. ff. de ſeruit. ruſtic. vbi ſeruitus ruſtica eſt, ius aliud tollendi, & officiendi prætorio vicini: prætorium quidem vrbaniſſimum eſt, l. vrbana prædia. ff. de verbo. ſigni. ſed quia prædium, cui debebatur ſeruitus ruſticum planè erat, ſeruitus eſt ruſtica. itaque iter erit vrbaniſſimum, ſi tranſeo per fundum tuum, vt eam in ædes meas aut diuerſorium: ſed ruſticum manebit, ſi per mediam domum meam in pratum tuum. nam mutua vice ruſtica & vrbana ſeruire non dedignantur. l. cum fundis. l. iter. ff. communia prædio. vnde Aquæductus è fonte meo in tuum palatium vrbaniſſimum eſt, vt l. ſi ego. §. j. ff. de publician. quo in loco vrbaniſſimus manet, cum ex agno traducitur in domum alicuius, quæ tamen ſeruit. pura, vt aqua in alteram domum conſuat, licet aquæ caput ruſticum proſus fuerit. nam vbi aliquid ex duobus conſtat, ita vt alterutrum eligi oporteat, reſpicimus potentius non nobilius. l. queritur. de ſtat. homi. atqui potentius eſt id quod dominatur ſeruiente, item reſpicimus non pretioſius è duobus, ſed id cui alterum velut acceſſio eſt. l. etſi non. §. ſi. anni l. ſe. ff. de aur. & arg. † Pro his ſeruitutibus, ſiue vrbane ſint, ſiue ruſticae, duæ actiones proditae ſunt, conſeſſoria & negatoria: illa domino petendi ſeruitutem competit, hæc, neganti, & libertatem aſſerenti. §. æquè de actio. Inſtit. l. ij. ff. ſi ſeruit. vendic. Conſeſſoria quibuſcumq; verbis proponitur. modo concludant pro ſeruitute, item & negatoria, modo pro libertate concludant. Exemplum cõſeſſoriae verbis affirmatiuis conceptæ, ſit: Dico ius mihi eſſe, eundi, agendi, per fundum tuum, vel vtendi, fruendi fundo tuo. † Verbis negatiuis, ſic, Nego tibi ius eſſe me impediendi, quominus eam, agam, fruam. Hoc caſu verbis nego, re & ſenſu aſſerim. l. ſi quando. §. cum in domo. ff. ſi ſeruit. vendic. Exemplum negatoriae verbis affirmatiuis conceptæ, ſit, Dico eſſe mihi ius impediendi, quominus eas, fruere fundo meo. l. vti frui. ff. ſi vſufr. per. ibi vel ius ſibi eſſe prohibendi. Quid aliud euenit, cum cõtendo ius nõ eſſe tibi altius tollendi eðes tuas: nonne conſeſſoria eſt actio, negando cõcepta? quia eðes tuas ſeruas dico. Tale quiddã contigit in l. ſi priuſquam. ff. de oper. noui nunciat. Vbi Aphricanus hoc ſentit. † Finge Titium & Seium vicinas eðes habere, & Titium incipere tollere ſuas, quæ ſeruire iactantur, factis vt par eſt, tigni & materiæ preparamentiſ. quoniam verò nondum opus erat conſummandum, nondum altius ædificatum, Seius ius habebat impediendi, ne altius tolleretur. l. & ſi forte. §. j. ff. ſi ſeru. vend. Idque operis noui nunciatione, conſeſſoria actione, interdico, quod vi aut clam. ſiquid in præteritum extructum fuerit. Nam † interdico, quod vi aut clam, contra opera vi vel clam facta magis pertinet, quàm contra futura. l. j. §. j. ff. de oper. no. nunciat. Cur igitur, inquires, l. & ſi forte. §. j. dicit, quòd tria illa remedia promiſcuè competunt aduerſus ædificantem, id eſt, qui nondum penitus ædificauerat? Solui poteſt, quòd interdico, quod vi aut clam, dabitur contra ædificantem, ſed pro ea parte operis, quæ incepta eſt, pro futuro verò ædificio conſeſſoria agere ſatius erit, vel operis noui nunciatione. † Dixi preparamenta ſufficere, vt l. j. §. cõpiſſe. ff. de pollicit. nec obeſt l. ſtipulatio. §. opus. ff. de oper. noui nunciat. vbi queritur, non de impediendo futuro opere, ſed de facto demoliendo. quomodo enim fiet demolitio ſine facto molimine? vulgo enim ſcitur nihil priuari quod non extiterit. l. decem. ff. de verb. oblig. Succurrit l. j. §. poteſt. ff. de oper. no. nunciat. per rationem l. ſi. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt nec. Nunc recipio me ad l. ſi priuſquam. vbi Seius egerat conſeſſoria actione, initio, antequam opus nouum nunciaret, quia electionem vtriuſque remedij habet. Quòd ſi nunciaret ædificanti, quicquid operis poſtea factum fuiſſet, deſtrueretur antè quàm à iudice audiretur. l. prætor ait. §. j. ff. de oper. noui nunciat. Egerat, in propoſito, Seius conſeſſoria, negatiuis verbis, quia clamabat non eſſe ius Titio eðes altius tollere. Titius proteruus homo perfeuerabat ædificando ſecurus, certè nimium, propter tantam

tam contumaciam in eo punitur, vt de defenſore, actor fiat. nam magnum commodum eſt, ſi quis de actore fiat reus in talibus negotiis. §. commodum. Inſtit. de interd. quocirca, inquit l. ſi priuſquam. Titius contumax ager negatoria, ius eſſe ſibi altius tollendi, & ſic, ſeruitutem Seio non debitam probabit, vel ſuccumbet. In ſecunda parte, verſic. idemque è contrario, demonſtrat Aphricanus, ſimile accidere, ſi agat aliquis negatoria, ius eſſe ſibi altius tollendi, & ſic vicino ſeruitutem non deberi, atque ita vendicat libertatem actione in rem. l. 3. §. pe. ff. de riuis & vicinis non defendit, ſed libertatem actoris impedit. Iudex contumacem in hoc condemnabit, vt caueat, ſe non impediturum, nec vim facturum, nec opus nouum nunciaturum. quia vt iudex poteſt nunciationem factam quouimodo remittere, ita præpedire, l. ſciendum. de oper. noui nunciat. Vnde colligitur (præſertim ex illis verbis eo non defendente) quòd tota l. ſi priuſquam. eſt vltix contumaciæ, vt Nemefis dea, ſuperbiæ. nimirum contumaciam iura valde auerſantur. l. de ætate. §. qui tacuit. de inter. acti. ff. l. locum. §. condemnatio. de tab. exhib. Notare licet etiam, quòd is, qui acturus eſt conſeſſoria, potuit nunciare nouum opus, ob id cauet, non ſe nunciaturum nouum opus. In vniuerſum ex his liquet conſeſſoriam, non ſemper affirmatiuis concipi, nec negatoriam negatiuis, neque iura indulgere ſono verborum, ſed rem ipſam inſpiciere: quæ, ſi ad vnguem diſquiratur, vbi que conſeſſoria aſſerit, negat negatoria. ſicut plerunque euenit in rebus corporalibus vendicatis. l. ſi inter. ff. de excepti. rei iudicat. A P H R I C. Non poſſum non dicere, quod ſentio. Ille §. æquè. Inſtit. de actionib. tuæ ſententiæ contrarius eſt, qui inter conſeſſorias connumerat actionem, qua quis intendit, ius eſſe ſibi ædes ſuas altius tollendi, quam dixiſti effectu negatoriam. Item, inter negatoriam illam deſcribit, qua quis agit, ius vicino non eſſe ædes ſuas altius tollendi, quam ſcimus verè conſeſſoriam. Quid aliud in l. j. ff. de ſeruit. vrb. præd. vbi Caius dicit, iura prædiorum vrbaniſſimum eſſe, altius tollendi, & officiendi prædio vicini? Solutio ad hanc l. j. difficilis viſa eſt Accurf. Ius, inquit, altius tollendi & officiendi, ſunt iura prædiorum, non tamen eodem modo: nam illud eſt ius libertatis, hoc ſeruitutis. nec eſt nouum idem verbum varie in pari loco ſumi. l. j. C. de vſufruct. l. ij. ff. de offic. proconf. Hæc ſunt interpolationes, non ornamenta germani ſenſus, & nodus tam Herculeus, non perinde diſſolui poteſt. nos tum ad d. l. j. de ſerui. vrbaniſſimum tum ad §. æquè. de action. ſolutionem, ſi poſſimus, adferamus. † Non obſtat d. §. æquè. vbi, qui agit conſeſſoria ius eſſe ſibi ædes ſuas altius tollendi, & ſic pro libertate, quia cuique liberum in infinitum pluſquam turrim Babel atrollere. l. altius. C. de ſeruit. l. ſi. §. penult. ff. quod vi aut clam. Reſpondeo, & expono ibi, ſuas ædes, ædes ipſas vicini. citatur ab Accurf. l. ſi arborem. ff. de ſeruit. vrb. in verſical. interdum. Solitus ſum recens adducere. l. ſicuti. §. j. verſic. diſtant. ff. ſi ſeru. vendic. vbi † paries meus, neceſſario exponitur, id eſt, paries vicini, qui meæ domui ſeruit. Et meum dicam, quod mihi iure pignoris obligatum eſt, & vulgo creditor dicit pignus ſuum propter actionem in rem hypothecariam, cum tamen pignus ſit in dominio debitoris. l. Caius. ff. de pign. action. l. pignus. C. eod. auxiliariſ a deſt locus Vlpiani. l. 30. ff. de damno infect. & ſolito hilarior me ideo aſpicit. Præterea, is qui petit ſeruitutem oneris ferendi, ad hoc agit, † vt vicinus altius tollat parietem ſeruientem. l. etſi forte. §. etiam. & l. ſicuti. §. j. ff. ſi ſeru. vend. paries verò, qui tolli à vicino debet, non ineptè meus vocabitur, quia in eo ius habeam, vt l. j. ff. quod cum eo qui gloſ. ibi in verb. ſuum.

Planè in l. j. ff. de ſeruit. vrb. præd. Altius tollere, & officere luminibus vicini, ſunt iura, id eſt ſeruitutes, per quas liceat nobis altius tollere ædes vicini, eo inuito, quia talis ſeruitus eſt impoſita. ſic puto intelligi l. in tradendis. §. interpoſitis. ff. communia præd. vbi ſeruitus deberi poteſt, vt altius tollere eðes vicini, illo nolente: vel, vt ille volens tollere nequeat. quia commodiſſimum eſt nobis ſepiſſimè, vt domus vicini editiſſima ſit. & huic loco applicari poteſt. l. ſi arborem. §. interdum. ff. de ſerui. vrb. præd. quando *κατ' ἀνάγκην*, id eſt, per reuerberationem, ab *ἀναγκή*, lumen in domum meam reſilit. Quid ſi ſolarium, id eſt, horologium, in alto vicini pariete ſit, ex quo de fenestra mea horas contempler: quale deſtatur paraſitus, atque eum qui primus horas cum damno eſurientium reperiſſet in Plautiniſſimis verſibus apud A. Gellium lib. 3. cap. 3. vnde ſi vicinus contra velit parietem inſumum habere, ne ſit vento obnoxius, vel ruine, vtique experietur negatoria licere ſibi deprimere. Sic ſciantur iura ſeruitutum, modo libertati obſtent: vt ſi impoſuero rite talem ſeruitutem eðibus tuis, vt per flumen plumbeum auertatur aqua pluua è recto tuo in cifternam meam viuæ aque expertem. l. j. §. ij. de fonte. ff. aut è diuerſo poterit inſtitui ſeruitus, ne recipias meum ſtillicidium in aream tuam, ſed ei iter pandi ſinas, quo vltius perfluat vtiliter. §. prædiorum de ſeruit. ruſtic. an non grauo tuam aream ad quam viciſſim aque commoditas: vt & onus pertinet. l. j. §. ſi. de aqua pluua. quid ſi paries quidam oppoſitus domum meam à flatibus auſtris

vel aquilonis defendat: adde l. seruitutes. §. si antea. ff. de seruit. urb. præd. vbi, parietem vicinum esse sublatum, vtile est. Miretur igitur nemo, si in l. j. ff. eod. ius altius tollendi, est ius seruitutis, non autem libertatis, haud negatoriam sapiens, quia d. l. j. in verb. aut non extollendi, negatorie exempla enumerat. Et quauis idem verbum iurium vrbanoꝝ in eodem loco ad diuersa referri posset, non tamen ad contraria, vt libertatem & seruitutem. Ne mittam interim l. si. ff. de seruitutib. vbi solo publico intercedente seruitus altius tollendi non magis impeditur quam itineris. Vellem ista venissent in mentem Accursio, ne ineptisset, nec dubitasset vacillans in solutione d. l. j. sed omnia strepere solent formidolosus. Secundo respondeo §. equè. de acti. & vnà d. l. primè. de seruit. urb. † quod quandoque agimus, ius esse nobis ædificium nostrum altius tollendi. neque pro libertate agimus, negantes seruitutem, sed magis petimus ipsam, affirmantes: cum ea est natura loci & ædificij, vt certam mensuram & altitudinem non possit egredi. Exemplum in ædificio ponam quod est in loco vrbis publico, & tu vis aliud moliri, non potes, si mihi es nociturus. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publico. † aut si villam vrbanam habeo ad voluptatem & delicias ædificatam, quam nos vocamus prætorium. l. vrbana. ff. de verb. signific. permitto tibi non procul ab ea bubile, vel villam prorsus rusticam ponere, vel stabulum aliud semorum ab ædibus ac plane rusticum. l. eo iure. §. j. ff. in quib. caus. pign. tacit. contrah. vel casam quamlibet culmotectam atque ita omnino rusticam. l. j. §. Casius. ff. de aqua pluuiæ. non efferes pro tuo arbitrio quia illius ea forma naturaque noscatur. nec ignoramus M. Porcinam à Casio accusatum, quia villam nimis sublimem extruxisset in agro Alliensis & graui multa affectum vt tradit Valerius lib. 8. cap. j. vt depressa sit, & altius tollere nequeas. poteris tamen à me impetrare tale genus seruitutis, vt eam altius tollere possis: & meo prætorio ad delicias spectanti officere. l. ij. ff. de seruit. rust. prædior. Talia fuere quondam prætoria Luculli Romani & Metelli, in quibus triclinia æstiuæ frigus orientis, hyberna solem occidentem respiciebant, de gregibus cura postposita. quæ, vt dixi, villæ, vrbane sunt. l. videamus. §. si. ff. locat. Marcialis:

Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum,

Ad quartum breue rus emit Otacilius.

Consulamus nunc equitatem, si tibi concederem tugurium in fundo meo habere, possum enim. l. veluti. in si. ff. de seruit. rustic. præd. nonne iniquum esset, te in tantum tugurium tuum extollere, vt propterea aspectus prætorij mei obscuraretur, & prospectus agrorum vernantium impediretur? potissimum cum vñtatum tugurij modum excedas. l. tugurij. de verb. signific. idem in casa. l. si areæ. ff. de usufruct. idem in thermis. l. j. C. de ædific. priuat. † Nulli mirum videatur, quod in re nostra nobis deberi seruitutem contèdere possimus, quia, vt in definitione libertatis dicitur, quod libertas est naturalis facultas faciendi, quod cuique liber, nisi, siquid vi aut iure prohibeatur, l. libertas. ff. de stat. hom. non secus in prædiis liberum est ad cælum vsque tollere. l. cum eo. de seruit. urb. ff. l. si. §. pen. ff. quod vi, aut clam. què locum plurimi interpretes laudant, vt probent, nubes transcendendi posse molitione, nec vident ibi agi de sepulchro expertè seruitutis. l. j. ff. si seruit. vendic. nec caueri posse quatenus extollatur. l. caueri. ff. communia prædior. lege Romana. nam Plato vetuit altius erigi quam quod quinque diebus absolueretur nec è lapide plus excitari, quam quod capiat laudem mortui incisam quatuor heroicis versibus, vt est apud Ciceronem lib. 2. de legibus. quod si liceat legi mori dare limitem sepulchris, quanto magis dabit priuatorum ædificiis nihil sacri habentibus: sicut vti que datur. §. j. de operis noui nunciat. in auth. col. v. & in l. j. C. de seruitutib. vbi agitur in eum, qui contra veterem formam domum adeo erexit, vt lumina vicini impediret, & consuetudini inueteratè reniteretur. possem diuinare, ibi agi aduersus eum qui, non tollendo altius luminibus vicini officeret, sed proiciendo tigna, tectum, vel suggrundas in aduersam vicini domum. sed certe cum mos aut lex imperat, quælibet domus manet ad certum modum depressa. l. qui luminibus. l. cuius. ff. de seruit. urb. l. si. §. si. C. de seruitutib. euidentius hoc probatur in l. j. §. nunciatio fit. ff. de operis noui nunc. & d. l. j. C. de ædific. priuat. vbi Doctores fingunt statutum in ciuitate fuisse, ne ædificia vltra citraue certam mensuram fierent, quale fuit Florentiæ, secundum glos. sed non placet mihi huiusmodi statuti fictio, quia eo casu, nec consensu priuatorum seruitus cõcedi aliter posset. l. inter debitorem. ff. de pact. Quod si statutum eiusmodi esset, quod tolli non pateretur ædificium (ne fortè vicini paries oneraretur) nisi in xxx. pedes, non obstante statuto, consensu vicini tolli posset. l. penult. C. de pact. l. pacisci. ff. eod. quod quidem minime quadrat. d. legi. r. C. de ædific. priuat. vbi de balneis eorumque concameratione tractatur, quæ modum habet præfinitum propter vtilitatem lanantium publicam, vt est apud Vitruuium lib. 5. de architectura cap. 10. nec licet domum altissime super ipsas thermas excitare, ne concameratum opus pondere labefactatum oppri-

mat

mat & occidat eos, qui valetudini studebant: ideoque parendum formæ edictis principum præscriptæ, quibus eiusmodi ædificia seruiunt rationi, vt liberiora & tutiora sint. d. l. j. §. nunciatio de oper. noui nunciat. Sicut cum D. Augustus contra frequentes ruinas lege cauit, ne quis supra pedes lxx. ædificaret: & noua ædificia deponi iussit, sicut Strabo notat lib. 5. Geograph.

OBSERVATA IN XVII. DIALOGVM.

- 1 Cur illata in fundum conductum obligata tacite pro pessione non sint, imò illata in ades.
- 2 Intellectus §. item Seruiana. Instit. de actio.
- 3 Intellectus l. certi iuris. C. locat.

- 4 Citius latere possunt dominum illata in fundum, quam in domum. Contra Accurs.
- 5 Quædam rustica sunt, quæ habent effectum vrbanoꝝ.

P O M P O N I V S.



IRIFICE' recreatus sum, vel minima prædiorum rusticorum mentione. res rustica, vt verbis Varronis vtar, immensi annorum numero vrbane præstat. diuina natura agros dedit, ars humana ædificauit vrbes, quod cum semper agri & colles læri sint, tum nunc maximè, cum (vt cum Horatio loquar)

Queruntur in syluis aues,

Fontesq; lymphis obstrepuunt manantibus,

Somnos quod inuiter leues.

Et immensa illa, volupras vtilitatem suam trahit, nec Iuris studiosi minimam laudem consequentur, si discrimen vrbane rei, cum rustica didicerint. nam in quamplurimis discrepare noscuntur. & in hoc præsertim, si Accursius vera dixit, in §. item Seruiana. Instit. de actionib. quod res illata in prædium vrbanoꝝ per inquilinum, sunt tacite obligata, pro pensione, domino prædij: res autem inuecta & illata in prædium rusticum à colono non sunt indistinctè, tacite obligata, pro pensione, nisi, quas dominus fundi inuectas & illatas sciuerit. per l. certi iuris. C. locat. & hanc differentiam ratam fecit corroborata vetustate opinio.

Cæterum ego non libenter eam admiserim, qualis ab Accursio tradita est, puta vt in rebus illatis in fundum tacite obligandis scientiæ domini spectetur, sed simpliciter differre rusticum prædium ab ædibus opinor, vt illata in rusticum nunquam tacite obligentur, etiam si prædij dominus à colono illata sciuerit: illata verò in ades sint tacite obligata, legis opera. l. item quia. ff. de pact. l. ij. ff. in quib. caus. pig. vel hypoth. tac. Rationem differentie talem esse dico, † quod vrbanoꝝ prædiorum fructus in sola habitandi comoditate, plurimum versatur: nec sunt alia quæ domo domino propter pensionem obligari possent, nisi, quæ ab inquilino inferuntur. Sed in rusticis non est necesse illata & inuecta obligari, cum sufficienter fructus qui colliguntur quotannis ex fundo, & dum pendunt pars eiusdem sunt. l. 45. ff. de rei vendic. pro pensione, eo & tacite obligentur. l. in prædiis. ff. in quib. caus. pign. hoc idem innuit. l. eo iure. ff. eod. tit. eo, inquit, iure vtimur, vt quæ in prædia vrbana, inducta, illata sunt, pignori esse credantur, quasi id tacite conuenerit. In rusticis prædiis contra obseruatur, Accursius addit ibi, nisi dominus sciuerit, contra manifestam voluntatem Neratij, qui nulla exceptione vti maluit, iudicans inducta in rusticum prædium nunquam tacite pro pensione teneri, nisi tale esset, vt fructus nullos produceret, tunc enim pignoris legalis potestas ad inuecta transcurreret propter rationem eandem, quæ in vrbano militat, vt subiungam.

Dirimamus quæ nobis videntur repugnantia. & primo loco † §. item Seruiana. Instit. de action. vbi notat Iustin. quod Seruiana actione quis experitur, de rebus coloni, quæ pro mercedibus fundi pignoris iure tenentur. Respondeo, non nego teneri, quare enim non teneantur? si modo expressè obligata sint, non aliter. Ita accipio l. si. ff. de Saluia. interd. quia in l. j. eod. tit. agitur de quæstione, quando colonus pignoris nomine ancillam in fundum induxerit: quasi non aliter teneatur. idem in versic. si colonus. d. l. j. ff. de Saluia. interd. ideo Theophilus in d. §. item Seruiana casum ponit, in quo expressè conuenerat, vt res huiusmodi obligarentur. & iuriscultus in l. debitor. ff. de pignorib. Denique Seruiana actio, & eius imitatrix quasi Seruiana, expressè pignora prosequuntur. d. §. item Seruiana. l. debitor. ff. ad Trebelli. sic & Saluianum interdictum. §. sequens. Instit. de interdict. In quo doctores in aduerterter hallucinati sunt. Cur saltem non considerarunt, id quod est in l. j. §. hoc interdictum.

ff. de migrando? ubi interdictum de migrando competit inquilino migranti, & volenti res suas aliò exportare contra dominum ædium impediens, & falsò pignoris iure retinens. Sed colono non æquè competit. ratio est, quia res eius & instrumenta rustica detineri non debent, nisi expressim obligata, quo casu res expedita est. hoc amplius notandum est, ubi res inducendæ in rusticum prædium obligantur à conductore, non prius tenete vim pignoris, quam re ipsa inductio post consensum secuta fuerit. l. potior. §. si colonus. ff. qui potior. in pig. sic intelligitur. l. si non inducta. C. in quib. caus. pig. tacit. ubi, si non fuerint inducta mancipia pignori à colono destinata, nec specialiter obligata, non possunt per locatorem retineri, quia & expresse obligari & induci ea necesse est. † Nec obstat l. certi iuris. C. de loca. & conduc. ubi certi iuris est, ea, quæ voluntate dominorum coloni, in fundum induxerunt, pignoris iure dominis prædiorum teneri, quando autem domus locatur, non est necessaria in rebus inductis & illatis scientia domini. nam ea quoque pignoris iure tenentur. Respondeo, illata in fundum pignorata ceteri voluntate dominorum, id est, expressò consensu. sic enim hic voluntatem capio. vt l. qui ratiario. ff. de pign. act. l. si nepos. ff. de rit. nupti. ubi pro auctoritate capitur. iuuat in testamentis. l. §. amittere. de iis quib. vt in dig. & accedit. l. remittit. ff. de iureiur. l. Pomponius 11. ff. in quib. caus. pign. Adhæc in l. certi. non illud præcipuè dubitatur, an inuecta sint pignori, an non, sed an colonus seruilis conditionis possit res domini sui obligare, importando in prædium conductum. & distinguitur, aut seruus conduxit fundum, & res domini non sunt obligatæ pro mercede, nisi dominus serui conductoris consentiat, etiam si seruus nominatim obliget. l. j. C. de furr. & tot. tit. si aliena res pign. dat. Igitur in secunda parte. d. l. certi. non voluntatis seu iussus sit mentio, sed scientiæ: non quod voluntas pro scientia explicanda sit, sed vt innotescat tantum abesse vt prædio urbano per seruum conducto domini consensio desideretur, vt nec scientia eius necessaria sit, quæ voluntate longa inferior est. sed locator fundi concurret ad fructus, qui tacitè obstructi sunt. l. in prædiis. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacit. cont. Quia si seruus domum conduxit, res domini in eam inductæ sunt obligatæ tacitè pro mercedibus annuis, ipsi locatori, nesciente seruiet rerum domino, ne fraudetur locator, qui, vt supra dixi, ad fructus recurrere non quibit. nec debuit dissimulare serui dominus, cum per annum seruum ibi habitantem viderit, & rerum suarum satagere debuit. ita que patientia pro consensu habetur. l. j. §. scientiam. ff. de tribur. acti. vt acciderat seruo ac domino. d. l. debitor. ff. de pignorib. ubi quoque pater quomodo olim villici ex seruis sæpe eligerentur, nec semper oderant optimi duces & clari. C. Fabritius & Curius Dentatus, qui agros colerent.

Est & alia differentia huc pertinens, quæ scripta est in l. solutum §. solutam. ff. de pign. act. 4 & l. si in lege. §. si colonus. ff. locat. nisi eisdem rationibus, & satis quidam vulgata. † Accursius in d. §. item Seruiana. non contentus infulsam differentiam ascriptissè inter urbana & rustica, multò infulsiorem rationem addidit, cur illata in urbanum tacite essent obligata, in rusticum non essent, nisi dominus nouerit, quia, inquit, pauca esse possunt, quæ dominus illata ignoret. quia Sancta rusticitas omnia palam habet. quietam & innocentem vocat Cæsar. l. j. de defensor. ciuit. quæ hodie dolo vincit patricios. sed Accursius splendide mentitur. nam in fundum bene dotatum (dotes enim fundi instrumenta vocamus. l. ij. §. si. ff. de fund. instr.) plura necessariò inferenda sunt, quàm in ædes. vt l. instrumenta. & tot. rit. ff. de fund. instr. tot. plostra, dolia, libra, ligones, aratra, boues, de quibus Cato in libro, de re rustica. Quinimo, ubi rem perpendo amplius, videas licet plura inferri rus, à colono, quàm in ædes, ab inquilino. Finge in fundo villam esse: nonne tunc, præter instrumenta, quibus opus rusticum sit, supellex in villa numerosa esse poterit, eaque à locatore nesciri, non minus quàm in vrbe? imò multo magis. Quomodo enim sciet villicorum friuola & res singulas? En aperte quomodo deceptus est Accursius. nam & supellex villæ, rustici prædij est, l. quæ situm. §. Neratius. ff. de fund. instr. & villa ipsa, sine dubio, pars fundi est. l. si ita. §. mulier. ff. cod. ubi id quod volumus perspicuè demonstratur. præterea si facile locator & palam omnia videre potest, quæ colonus attulit, igitur erunt omnia illi obligata perinde atque in urbanis, & discrimen verbis non effectu constituetur urbani & rustici. Quamobrem tutius est à breui nostra differetia non discedere, quæ vult, quòd illata in prædium urbanum semper sint tacite obligata, illata in rusticum, nunquam tacite, nisi expresse conuenerit. † Sanè sunt quædam prædia verè rustica, vt stabula, aræ ab ædificiis separatæ. l. urbana prædia. de verb. sign. quæ quo ad causam taciti pignoris, ab urbanis non differunt. l. si horreum. ff. in quib. caus. l. eo iure. §. si. cod. tit. ratio est, quia ex his fructus non est alius annuus, quæ militat in merè urbanis. ideò, inquit, Neratius in d. l. eo iure. §. si. non multum in pignore tacito ab urbanis differunt. id est, nihil prorsus. vt l. si dies. §. si. ff. quand. dies leg. ced. l. si putator. ff. ad leg. Aquil. l. Fulcinius. §. plane.

§. plane. ff. quibus ex causis in poss. eatur.

OBSERVATA IN XVIII. DIALOGVM.

- | | |
|---|---|
| 1 Intellectus l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. | 5 Delatur l. item si verberatum. §. item si forte. ff. de rei vend. |
| 2 Ager manucaptus in triplici differentia. | 6 Honoris gratia concedere, quid significet. |
| 3 Ager limitatus quis. | 7 Explicatur l. certa forma. de iure fisci. x. c. |
| 4 Subsecius ager, & subsecius studia. | |

INTERLOCVTORES.

FLORENTINVS, VLPIANVS, CAIVS.



ONDVM egrediemur amœnos agrorum limites, si videtur, priusquàm interpretari liceat l. in agris. ff. de acquir. rer. domi. † In agris, inquam, limitatis, ius alluionis locum non habere constat, idq; D. Pius constituit, & Trebatius ait agrum, qui hostibus deuictis, ea conditione concessus sit, vt in ciuitatem veniret, habere illuionem, neque esse limitatum. agrum autem manucaptum, limitatum fuisse, vt sciretur, quid cuique datum esset, quidque vanisset, & quid in publico relictum esset. hæc ego. Festus ait, Limitatus ager est, in centurias dimensus. sed interpres hic perspicuo eger interprete, vt est Alciatus lib. Prætermis. 1. & Parergon. 1. cap. xxxviii. vtroque nonnulla, attulit, ex quibus euadas incertior. Iulius Frontinus, in libro de Limitibus exploratus scribit, † agrum, qui manucaptus esset, more maiorum, tripertitum fuisse aut enim, inquit, assignabatur, aut vanibat, aut in publicum remanebat. Videamus primò, de assignato. Assignatus ager est, ager diuisus veteranis militibus & emeritis, in præmium laboris bellici, aut aliquando possent quiescere, vt l. si captiuus. §. expulsus. de captiuis. ff. ubi ostenditur, quòd ager captus manu ab hostibus publicabatur, & mox diuidebatur per centurias. hoc est, cui libet militum centuriæ, certa iugera assignabantur. vnde fundus Virgilianus celsit centuriæ Arii centurionis, ab Ario deinde, Claudio militi assignatus fuit. ne posthac dubium sit, vtrum Ario, an Claudio potius fuerit assignatus. quia vtrique celsit successiuè, vt dixi. quoniam centurio suis centum militibus viritim prædia manucapta diuidebat. & hoc est, quod Festus inuoluntè dixit: † ager limitatus est, in centurias dimensus & Siculus Flaccus in libro de conditionibus agrorum causam, inquit, diuidendorum agrorum bella fecerunt: captus enim ager ex hoste militi veteranoque est assignatus hostibus pulsus, æqualis in modo manipuli & paulopost: siquid amari aut incerti soli est, id assignatione nõ datur. inscriptiones autem in centurijs inuenimus tales: datum, assignatum singulis personis certum modum aliquando vero compluribus vnum modum. Talis ager assignatus, non subijciebatur præscriptioni. l. agros. de fundis limitroph. x. c. nec etiam alluioni. l. j. §. si insula. & §. seq. ff. de fluuium. quippe cum agri limitati forma, nequiquam mutari possit. Hinc Aggenius Urbicus Fròtini interpretis, inquit, in occupatorijs agitur agris, quicquid vis ex agro abstulerit, repetitionem nemo habet. quæ res necessitatem ripæ muniendæ iniunxit. ita tamè vt sine alterius damno quicquid fiat. Si verò indiuisa est, assignata regione tractabitur, nihil amittet possessor, quoniã formis, per ceteras, certus quique modus ascriptus est. Hæc ille. Vocat autem agrum occupatorium, qui pulsus hostibus occupatus fuit, quem manucaptum dixi, in mea l. in agris. sicuti mancipia dicta sunt, quòd manucapti homines in bello, serui fiant. §. serui. Instit. de iur. person. Secundò, vt ad Iuliu Fròt redea, ager vanibat, hoc est, sub hasta publicè vendebatur plus licitantibus d. l. in agris. in fin. † Postremò, in publicum, inquit, remanebat. & hic erat ager, qui subsecius appellabatur. nã quoties expletis ceterijs militum, agri portio supererat, quæ per mensurè cõmodè diuidi non poterat, vaniebat in publicum. & hoc est quod d. l. in agris. ait non esse alluioni locum agro assignato, vt sciat, quid cuique datum esset, quidque vanisset, & quid in publico relictum esset. siquid è vetita alluione in agro assignato, id est limitato, cuius mensura maior erat, quàm in reliquis duobus, facile erat iudicare, de vendito, & de in publicum relicto. Quòd autem videor d. l. in agris. posuisse quartum genus agrorum manucaptorum, cum dixi: Trebatius ait agrum, qui hostibus deuictis, ea conditione concessus est, vt in ciuitatem veniret, ab eodem Frontino explanatur. Est, inquit, ager similis subsecio nec assignatus, sed extra clusum dictus, qui Reip. pop. Rom. aut ipsius coloniarum, cuius finibus circumdatur, aut locis sacris aut religiosis, atq; ad pop. Rom. pertinētibus, iure subseciuorum, in eius, qui assignare potuit, remanet potestate.

Domitianus omnia subseciua in Italia donauit: Vespasianus vendidit. sumpta similitudine agri subseciui, qui est obiter separatus, de modo aliorum agrorum, & ferè is, qui superest. Dicimus successiua studia, siue successiuae horas, quæ à seriis negotiis separatae sunt. luxata voce, à subseciua. Cicero in primo de legib. Incurrunt quædam successiua tempora, quæ ego perire non patior. non tamen, inquit Siculus Flaccus, omnibus personis victis ablati sunt agri: nam quorundam dignitas, aut gratia, aut amicitia victorem ducem mouit ut eis concederet agros suos, sicuti paulo antè de Virgilianis diximus.

† Superiora non parum faciunt ad illustrandum illud Vlpian. in l. item si verberatum. §. item si forte. ff. de rei vend. v. l. p. Item si forte, inquam, ager fuit, qui petitus est, & militibus assignatus est, modico, honoris gratia, possessori dato, an hoc restituere debeat, & puto præstaturum. ex his plures (nostri cuiusmodi homines intelligam) notant, pensionem annuam, quam præstat emphyteuta domino, potius in honorem & obsequium quam in reparationem fructus, qui ex re percipitur, dari, sed an alibi probetur hoc videant hi coniectores, cum in d. §. item si forte. nihil tale probetur. nec in l. nuper. ff. de donati. inter vir. quem Caij locum illis vltro largior, sed potius illic à me ipso, dubitabatur, an possessor condemnatus restituere fundum, si is fundus publicatus fuerit, & assignatus militibus, nihilominus teneatur eum fundum præstare: & non præstaturum tacite inno, vt l. Lucius. ff. de euictio. Sed quid (vt veniam ad d. §. item si forte.) fac principem donasse aliquid ex illo agro publicato, veteri possessori, id est, quadam benignitate, quia totum eius agrum publicare noluit, an possessor condemnatus, id paruum quod sibi honoris gratia à principe relictum & donatum est, teneatur restituere, ei, qui egerat rei vindicatione super illo fundo, & obtinuerat? & responsum est teneri. videbatur enim diuersum prima facie. cum beneficii principis datum possessori fundi non debeat porrigi ad aliam personam, id est, ad verum fundi dominum. l. 3. ff. de censib. sed æquius est aliter statuere, cum ea mens non fuerit principis, vt ex re aliena esset erga possessorem victum bello similiter liberalis. concesserat enim ipsi tanquam vero domino non tanquam iniusto possessori. proinde munificentia principis non trahetur ad tertij iniuriam, maxime aduersante eius mente. l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publ. neque enim honoris gratia verisimiliter iniusto homini victor tribuisset, id est, ob eum honorandum vt l. quintus. §. ad autor. ff. de annuis legat. vel ex humanitate, quoniam hoc quoque modo multoties vsurpatur illud verbum, † honoris gratia, vel honoris causa. Cicero vlt. in Verrem actione: Dicit vir clarissimus Cn. Lentulus censor, qui Marrinij, honoris causa, receti negotio, ad te literas misit: id est literas commendatitias fauore. Marrinij, cuius pastores Verri in suspicionem venerant. Liuius lib. 1. de Numa loquens: De se quoque consuli iussit inde ab augure, cui deinde, honoris gratia, publicum id perpetuumque sacerdotium fuit, deductus in arcem, in lapide, ad meridiem confedit. sane hoc tunc ad emphyteusum spectaret, si luberet considerare id quod ait Plutarchus in Gracchis, ex agris ab hoste captis quosdam dari solitos egenis hominibus vt edos fruendos, pro modica pensione. c. a. l. Non deseram ordinem meum, sed prociuis ad huc festiuum tractatum, † expediam paucis. l. certa forma. de iur. fisc. lib. x. c. quæ vestris agris limitatis, confinis est. Certa, inquit, forma super merroicis data est, qui iussu principis in aliam ciuitatem transferuntur. nam prædia, quæ antequam demigrarent, haberint (si ab eis distracta non essent) fisci rationibus vendicari decretum est, nisi aliud speciali præcepto augusta maiestas decreuerit. vt igitur à principibus salubriter statutum est, ita saluis iis, quæ vtiliter placuerint, parentibus heredes eos existere minimè oportere, nulla legis sanctione statutum est. Hæc lex primò habet, quod hi, qui deducti sunt in nouas colonias, prædia & possessiones in ciuitate nouæ colonie capiunt, dicuntur metroici, siue metroeci. quia, μέτρον, mensura est, & οἶκος, domus seu familia, quod nouam domum & familiam metiantur. Alciatus legit, metæcis, nam μέτροκος, nouum habitatorem significat. Secundò notatur ex d. l. certa forma. quod si metroici prædia habent in ciuitate, quam relinquunt illa pro arbitrio vendere possunt, antequam migrent. Tertio, quod nisi ea prædia distraxerint, sed reliquerint, fisci fiunt. Quarto, quod tum demum fisci non fiunt, si princeps rescripserit, vt alij, quam fisco, dentur. puta aliis habitatoribus, in locum decedentium. Quinto, in versic. vt igitur. quod metroici non prohibentur succedere parentibus, in illa ciuitate, quam reliquerunt. quia bona, quæ habuerunt tempore migrationis, relinquere iubentur, non futura. & fieri potuit, vt parentes in vetere ciuitate remanserint, & filij in nouam se coloniam transferant. metecos tamen potius legerem, propter auctoritatem Alciati & Plutarchi. hic enim scripsit Theseum sacrificia instituisse de receptis in urbem Athenas colonis, eaque vocasse μετοίκια, id est, aduentitia celebrata xv. cal. Maias. & Suidas vocat μετοίκιον vectigal ab inquilinis solui solitum ciuibus quos patronos elegerint.

Ex his

Ex his apparet, non agi in hac l. de exilibus, vt Bartol. voluit, vel etiam, vt idem ait, de illis, quorum ciuitas bello capta est, vt quidam cum eo sibi persuaferunt: quia neutri horum vendere possent ea, quæ in pristina ciuitate relinquunt. Quis enim dubitat quin bona publicata & fisco addicta non vendantur? l. Lucius. ff. de euict. neque bona assignata militibus à prioribus dominis distrahi possunt. l. si captiuus. §. penult. ff. de captiu. nisi princeps antiquo domino aliquid, honoris gratia, donauerit. l. item si verberatum. §. item si forte. ff. de rei vendic. verum in tota l. certa forma. de iis dubitatur, qui nouam sequuntur coloniam sponte, vel ut opimiores possessiones, & sedes habituri: quod ferè eueniebat, cum Romani bello remotam gentem superassent: tunc in Italia iubebat princeps describi populum, qui illos agros, illam ciuitatem inhabitaret, quam bello ceperant, vt fideiiores essent noui coloni pop. Roman. l. j. C. de latin. liber. tollen. l. j. §. diuus. ff. de censib.

OBSERVATA IN XIX. DIALOGVM.

- | | |
|---|--|
| 1 Vectigalis ager quis sit. | 5 Emphyteuticarius à vectigali an differat. |
| 2 Intellectus l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infect. | 6 Explicatio l. ij. C. ne rei dominic. |
| 3 Declaratur l. cum sponfus. §. in vectigalibus. ff. de public. in rem. | 7 An emphyteuta donet irrequisto domino. |
| 4 Emphyteuticus contractus unde dictus. | 8 Declaratur l. si. de præd. dec. lib. x. c. |
| | 9 An in contractibus emphyteuticario scriptura requisita sit necessario. |

INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, ALPHENVS, PROCVLVS.



NON credo insulas fortunatas tantum habere aut vbertatis aut voluptatis, quantum hi agri, de quibus egit Caius, limpido styli riuulo irriguos faciens. ALPH. Vtinam te tam illa delectent, quæ de agrorum publicatione dicta sunt, quam dominis ipsis patiendò acerba fuerunt. adferam in medium, quæ tibi maiori oblectationi sint, & agros videbis lætiores cum maiore fertilitate. CALL. Arbitror, cum semper agricola in nouum annum ditior sit. ALPH. De agro vectigali & emphyteutico sermo futurus est. † Vectigalis ager est, quem Resp. tãdiu priuato colendū dat, quandiu is, qui accipit, annum vectigal soluat. l. j. ff. si ager vectigal. Non vectigales, inquit ibidè Paulus, agri sunt, qui ita colendi dantur, vt priuatis agros nostros dare solemus. Quippe municipia & ciuitates, agros vel locabāt pro pensione annua, vt solēt priuati, & tunc non erāt vectigales: neque conductor aliud ius, quam vulgare cōductionis in eosdem exercebat. Sin verò in perpetuum dabantur pro infinito tempore, dummodo quotãnis vectigal certum penderetur reip. eo casu, qui accipiebat ius habebat perpetuū, quod vocant vile dominium, vt l. si domus. §. si. de leg. j. l. j. in fi. & l. ij. ff. si ager vectig. † Per hæc facile est interpretari l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infect. Si de vectigalibus non caueatur, mittendū in possessionem dicemus, nec iubendum possidere. Nec enim dominium capere quis possidendo potest. Sed decernendum est à Præto, vt eodem iure esset, quo foret is, qui non cauerat. post quod decretum, vectigali actione uti poterit. Sed in vectigali prædio, si municipes nō cauerint, dicendum est dominium per longum tempus acquiri. Hoc est, si is, qui præstat vectigal ciuitati, propter prædium, quod possidet, vectigali titulo, conuentus à vicino damni infecti actione nolit cauere, ille, qui petit cautionem, mittetur in possessionem, non vt verè possideat, nec enim dominium capere quis possidendo potest. id est, non potest fieri, vt missus in fundum vectigalem vel ædificium dicti fundi, vsucapiat illud, quia missus est contra eum, qui vectigal pendit, qui non est verè dominus. nam verum dominium ad ciuitatem pertinet. l. si domus. §. si. ff. de legat. j. In versic. sed decernendum. ostendit Vlpianus, quod si actor mittatur ex secundo decreto aduersus eum, qui vectigal præstat annum, licet non efficiatur omnino dominus, tamè consequetur idem ius, quod habuit is, qui nō cauit de damno infecto. id est, vile dominium, quod penes eum fuit. d. l. j. in fi. si ager vectig. in versic. sed in vectigali. cōrinetur quòd si cōtra meros dominos, id est, ciues vel municipes, quis perat cautionem damni infecti in vectigali prædio, si nō cauerint municipes, tunc qui mittetur ex secundo decreto aduersus eos, poterit præscribere & effici dominus, quales ipsi erāt. CALL. † Videre videor obesse huic §. leg. cū sponfus. §. in vectigalibus. ff. de public. in re act. vbi fidi vectigales vsucapi non possunt. ALPH. Imò magis est, vt conueniat cum princ. d. §. si de vectig.

g ij

quia vectigalis fundus non potest vsucipi, si quis causam acceperit à conductore perpetuo, qui soluit vectigal. Quod si à municipio ius habet, tunc haud dubiè potest vsucapere. denique non negatur in d. l. cum sponsus. §. in vectig. quin ille, qui causam habet à conductore perpetuo, publiciana experiri queat, respectu iuris perpetui, quod cōductor in agro habet. sicut agere posset in rem actione, si verus dominus effectus fuisset. sicut seruaretur, si quis superficie non à soli domino emisset, nec eius nomine, vt ibi iuriconsultus subdit. nec verò obest, o argutè, quod volutas animo, nempe municipes negligentia non cauendi efficere. vt aduersarius incipiat ex secundo decreto vsucapere rem quæ alienari nequit, cum sit publica, nec vsucapi. l. 9. de vsucapion. ff. quia fundus vectigalis non est in vsu publico sed in pecunia ciuitatis, & regendus per proceres. l. sed Celsus. ff. de contrah. empr.

Ante legem Zenonis, quæ est l. j. C. de iure emph. contractus vectigalis & emphyteuticius pro eodem capiebantur: neque quisquam vtebatur eo iure in vectigal & emphyteusim concedendi, præter municipia & Res publicas, quæ agros communes habebant, steriles plurimum dabant, itaque eos priuatis cultoribus, vt ex infructuosus frugiferos redderent, plantatione arborum & vitium, & reditum quendam annuum Reipubl. præstarent. † vnde nomen accepit emphyteusis ab ἐμφύτεω, id est, infero, quo vsus est Theophilus in §. εἰ τίπρος. Instit. de rer. diuis. εἰ τίπρος ἀλλότριον δένδρον ἐν τῷ δικῶ ἐφύτευσεν ἀρχῶ. & l. iij. §. si ius. ff. de rebus eor. qui sub ius ἐμφύτεωτικόν in hac significatione dictum est. l. sciendum. §. j. qui satisd. cog. inde à Iustiniano pinguius melioratio vocata. l. fi. C. de iur. emphy. † Proinde in Rub. ff. si ager vectigal. vel emphyteut. per. duabus vocibus idem significatur effectus, licet diuersa origine. nec verba confertim multiplicata obsunt. l. pediculis. §. Labeo, de auro legat. ita in d. l. sciendum. §. j. priuatus, qui vectigalem vel emphyteuticarium agrum possidet, possessor intelligitur, non dissimile est illud M. Tullij. 111. Officiorum, pace vel Romuli vel Quirini dixerim. Romulus enim & Quirinus eundem designant, vt idem scribit lib. 11. de Natura deorum. & §. sed ius quidem. Instit. de iustit. & iur. sic in l. 3. §. est autem. ff. ad exhib. pignoratitia Seruiana vel hypothecaria. Sic etiam Phylita vel tilia dicitur ab Vlpiano, cum eadem arbor sit. l. librorum. ff. de legat. 3. nec puduit græce voci latinam subiungere. & forum caularum vel locus iudicij. l. si duas. §. decet. de excus. tut. Ex hoc fit, vt in l. lex vectigali. ff. de pignor. vbi priuatus dicitur concedere fundum vectigalem, purem, dominum fuisse Syndicum municipij, vel abusio est nominis vt in Paradoxis M. Tull. Vectigal dixit in priuato, sicut & Plinius lib. 26. cap. 3. pro quæstu Asclepiadis medici accepit. & iuriconsultus in l. arbores. §. fin. de vsufruct. pro fundi cuiusuis reditu: quod expressius ibi probatur quam autoritate Ciceronis qua Valla nititur lib. 4. cap. 59. cum Cicero vici cuiuspiam dominus fuerit, vt ipso testatur lib. 14. epistolarum familiarium cap. 1. ergo vectigal potuit percipere abusu respectu popul. Roman. l. bona. cum sequ. ff. de verbor. signific. Ius vectigale vel emphyteuticum alienari poterat, inconsultis municipibus, ab emphyteuta. d. l. lex vectigali. de pig. ff. l. si domus. §. fin. de leg. j. & l. iij. §. si ius. ff. de reb. eor. vbi ius pupilli emphyteuticarium non alienatur sine decreto, ergo cum decreto impune. Post legem Iustiniana. non licet emphyteuta alienare inconsulto directo domino. l. fin. C. de iur. emphy. verum ingenuè dicam, quod res est, ibi de emphyteuta priuati Iustinianus hoc statuit. quia id sibi ambiunt priuati domini directi, ne res sine venia ab emphyteutis distrahantur. CALLED. † Non concinit tibi l. ij. C. ne rei domin. vel templ. vbi emphyteuta ecclesiæ alienante, inconsulto domino, id est, ecclesiæ œconomio, adeo rescinditur venditio, vt emptor etiam pretium amittat. P R O C. Tu, quemadmodum rei facinoris, quibus omnia deplorata sunt, cum non habeas aliud perfugium in Alpheni sententiam, ad ecclesiam confugis, quamobrem id facias, non video, præsertim cum de re emphyteutica priuatorum vel principum, non rei sacræ controuertatur. CALLED. Non est effugere quod obieci. nam d. l. ij. idem sancit de emphyteuta fisci, quod de emphyteuta ecclesiæ, vt neuter alienare possit. P R O C. Vis vno verbo dicam, quod vulgatum & verum est? In d. l. ij. C. ne rei dom. emphyteuta sic vdebat rem tanquam verus dominus, & pleno iure, non habita mēione ecclesiæ, ideo rem amittit, & emptor fraudis particeps pretium, aliter atque emptor rei emphyteuticæ priuatorum. l. fi. C. de iur. emph. Quia si ius emphyteuticum duntaxat venundasset, & alienasset, nullo modo puniretur, nec emptor suo careret pretio, si tamen pensionem solueret. l. fi. de fund. rei priuat. xj. C. l. j. de fund. patrim. eod. lib. & eo potius emphyteusis ecclesiæ alienabilis est, quia pensio annua in compensationem omnimodam fructuum cedit, magis quam in dominij superioris recognitionem. authen. perpetua. C. de sacrosanct. eccles. fecus in rebus priuatorum. Vnde si res emphyteutica partim pareat, non continuo eleuatur canon præstari solitus. l. j. C. de iur. emphyt. Minimum iam dictis obstat. §. emphyteusim. in auth.

in auth. de non alien. aut permut. reb. eccles. col. ij. vbi, sic licet res ecclesiæ in emphyteusim concedere, vt in extraneos non transeat: igitur, inquiet aliquis, non alienatur villo modo. Respondeo, res ecclesiasticas ita vtique concedi, ne ad extraneos transeant, hoc est, post mortem eorum, ad quos tantum transire debent ex conuentione. sed illis viuētib, nil vetat quominus alius eodem iure vti possit. vt ecce, vsusfructus ad hæredem fructuarij non transit. §. finitur. Instit. de vsufr. tamen distrahi non prohibetur. l. necessario. §. fi. ff. de pericul. & commo. rei vend.

† Cum certissimum sit emphyteusim priuatorum irrequisito domino vendi non posse. l. 7. fi. C. de iur. emphyt. questionis est, an donari saltem possit verisimile est, arg. l. cui ius donandi. de reg. iur. l. filiusfam. ff. de donat. Item in l. fi. C. de iure emph. non solum est prohibita venditio, sed etiam omnis translatio dominij. quia scribitur ibidem, non licere meliorationem alienare, quæ Græci emphyteumata vocant, vel ius emphyteuticum transferrere. quare si quis velit alienationis verbo, solum prohiberi venditionem, l. j. C. eo. tamen appellatione translationis donatio continebitur. A L P H. Istis sic posset commodissimè responderi, vtroque verbo Imperatorem solum venditionem veruisse: licet enim alienatio late pateat. l. j. C. de fund. dot. item & translatio, restringuntur hic ad venditionem. l. j. eod. tit. P R O C. Posteaquam nutare videtur proposita ratio, per quam asserēbam donationem quoque prohibita censeri, addamus communem in hunc modum. Certum est dominum consentiētē venditioni emphyteusis, quinquagesimam partem pretij accipere. d. l. fi. C. de iur. emph. vbi imperator inuēns nihil diuersum esse in donatione in versic. & ne auaritia: posuit quinquagesimam partem pretij, vel æstimationis, vt completeretur non tantum venditionem, quæ sit pretio sed & donationem. A L P H. Nihil dissimulabo, nec hoc posterius satis concludit. demonstrat enim solumque, in quinquagesima danda pretium conuentum inspicere, vel æstimationem veram, sed an antea donatio valuerit, incio domino, nihil dicit. vt & Iason, aduertisse comperio. Quocirca fuit media quædam opinio mulorum, vt in donationis contractu, qui hodie solo consensu perficitur, l. si quis argentum. §. fi. C. de donat. non sit necessarium requiri dominum, sed in perceptione quinquagesimæ tantum, & in excipiēdo nouo emphyteuta: vt exploret, an eius conditionis & fidei sit, vt singulis annis canonem persoluat. d. l. fi. in verb. necessitatem. ridiculum. nam si donatio solo consensu perfecta est, prohibita traditione, ex ea contractus videtur prohibitus. l. oratio. ff. de sponsalib. adde, quod in vanum contrahitur, si desperetur de traditione rei. l. cum manu facta. §. fi. de cont. empr. Quid moror? non magis donare emphyteutam, quam vendere posse rigidè asseruero, cum ratio diuersitatis non inueniatur. P R O C. In meam tandem deuenis sententiam? A L P H. Æquissima est, & exercendi ingenij gratia restiti. Nemo obijciat, quod donatio alia ratione nitatur, quam quæ emptioni communis sit. dicunt enim plerique, donationem ob bene merita fieri, non venditionem. l. viuus libertus. ff. de bñ. liber. Quid tum? si ergo beneuolus hic emphyteuta bene mereri de Titio vult, donet illi alias res, quam emphyteuticas. non enim ita faciēda est liberalitas, vt domino vero detrahatur, & alterius, nescio cuius Titij, facultates augeantur. l. nam hoc. de condic. indeb. reprehenditur tale genus liberalitatis à Cicerone primo lib. Officiorum. qua doleo sibi placuisse. C. Cæsarem. Non omitto, quod etiam sic res vendi potest, vt gratificemur emptori, alioquin ementi iusto pretio. l. si cui fundus. ff. de legat. ij. † Non obest l. fi. C. de præd. decur. lib. x. vbi donare permissum est, vendere permissum non est. nimirum facilima est responsio, ex ratione quam Zeno subseruit. quoniam, inquit, & sacræ constitutiones, quæ super hoc à retro principibus latæ sunt, de pretio adhibendo locutæ sunt. quo fit, vt prædium decuriale, impunè donetur, non vendatur. Sed Iustinianus in d. l. fi. de iur. emph. non modò pretij mentionem fecit, sed etiam æstimationis, quæ patet latissimè vt idem Cæsar aperit in. l. fi. C. de litigios. addi potest insuper. l. 2. C. ne rei dominic. vel templ. Nec me terret l. i. C. de fund. patrim. lib. x. C. imo pene diuersum probat id est nos mirifice inuitat. nam si speciale est in emphyteuta principis vt libere donet, quia efficitur omnino dominus à Rege minimum ambizioso, & alijs fortunis patrimonij, tributorum & fisci, abunde locupletis & illustri. l. fundi. C. eod. l. bene. C. de quadrienn. præscr. fatendum est in priuato domino aliud iuris seruari: vt qui plurimi facit emphyteuticos honores sibi tribui, & nobilitatis simulacrū quodammodo exercere. nec aliud voluit Iustinianus in. §. adeo. de location. quam vt donet emphyteuta priuati, sed rite iuxta legem præstiturā quæ venditionem in. d. §. adeo. permittit. sam similiter compefcit consensu domini expetito. Minus obest, quod dici solet: dominus interpellari debet, an rem velit eo pretio, quod venditor emphyteuta nanciscitur ab alio, & tunc præferendus erit, si voluerit. Atqui, si in donatione idem admittas, quis est

in tantum ieiunius, quin credat dominum directum protinus accepturum conditionem? & sic nunquam emphyteuta donare poterit amicis, quod est inhumanum. Ad hoc sic satisfacio, quod imò par est dominum in donatione præferri extero donatorio, inita, puta, rei ipsius æstimatione, quam, dempra quinquagesima, præstabit dominus retinendo rem: mox illa æstimatio vice rei donabitur, ei, cui emphyteuta voluerit. l. quia qui ff. de usufr. p. r. o. c. ¶ In contractu emphyteutico scripturam requiri complures, docti illi quidem, existimarunt: ego non idem existimo, l. contrahitur. ff. de pig. accedit quod locationi similis pariter à iuregentium est, ergo scripturæ expers l. j. & l. qui ad. ff. locat. & expressius in l. lex vectigali, eod. tit. vbi de hoc ipso contractu agitur. & in §. adeo de locatione qui Iustiniani est, ac lege zetonis posterior: nec scripturæ meminit magna certe cū utilitate, vt ex tacito consensu domini contractus aliqua causa diremptus facile instauretur l. qui ad certum. ff. locat. miror non verecundari eos, qui aiunt ablatium in d. l. j. C. de iure emphy. scriptura interueniente, habere vim conditionis, ideo & necessitatem. nam diuersum probat ibidem Zeno Imp. in verbo, perpetua stabilitate, vbi nihil conditionis est vt cum dico, Proculo dissentiente ius constitutum l. quidam de iure codicill. ff. & est phrasus Iustiniano familiaris in instrumenti præsertim mentione. l. si. C. de pact. conuent. l. i. in princ. C. de iure emphy. cur non? cum Vlpianus locationis tempori instrumentum adhibuerit ex abundantia. l. item quæritur. §. si. ff. locati. nec taceo feudum, quod pacta recipit contra suam naturam cap. j. §. si. per quos fiat inuest. scripto non egere, vt iam ostendi: sed nec taceo non opus esse scripto in eo contractu, qui satis probetur facinudis in singulos annos pensionibus, nisi supinum valde dominum fore arbitremur emphyteuta sui mora gaudentem, quam alioquin ius punit. l. 2. C. de iure emphyt. Præterea in §. adeo. Instit. de locatio. notatur, quod hic contractus ita similis est emptioni & locationi, vt sæpe dubitatum sit, vtrum esset emptio an locatio, qui duo contractus nihil minus requirunt, quam scripturam. §. j. Instit. de oblig. quæ ex cons. ergo nec emphyteuticus. Maximè vrget, quod si instrumentum requireretur, eo perduto de contractu actum esset, quod falsum est, quia ex seipso sine scriptis certam naturam habet. l. si. j. Resp. C. de iur. emph. sic in feudo obseruatur vtique simili cap. 1. quid sit inuestitur. in feudis. succurrit nobis. l. imo. ff. de legib. vbi est firmus quod diu stetit sine scriptura. Nihil obstat l. j. de iur. emph. C. vbi fit mētio scripturæ interuenientis, & l. ij. eod. quia non ideo sequitur scripturam esse necessariā, nam dos pacto nudo constituitur. l. ad exactiōnem. C. de dot. promiss. & tamen in l. si. eo. ti. C. meminit lex instrumenti dotalis. Fateor autem in emphyteusi perutile plerunque esse, instrumentum fieri, propter pacta prope infinita, quæ præter naturam contractus adsuuntur. l. j. & ij. eo. quibus fortè perditis concurrimus ad vulgarem eius naturam. d. l. si. j. resp. vt in donatione l. si. C. de reuoc. dona.

OBSERVATA IN XX. DIALOGVM.

- | | |
|---|--|
| 1 Explicatur l. calculi. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. | 4 Intellectus l. in omnibus. ff. de diuers. & temp. |
| 2 Quanam rationes gratiosè expunctæ dicantur. | 5 Dena, an x x. significant, bina, quatuor, & similia. |
| 3 Declaratio l. præses. C. de transact. | |

INTERLOCVTORES.

IABOLENVS, CALLIDEMVS, PAPYRVS.



MIRVM, vt geometricis rationibus applicatur natura numerorum, quia sicut punctum corpus non est, sed ex se, post lineas & superficies facit corpora, sic Monas, id est, vnitas, non est numerus, sed origo numerorum. CALLID. Quorsum tam repente de numeris, Iabolen? quid mihi cum calculis? IAB. Ignoscas, obsecro: nam aliò animus meus diuertat. cum enim quinquagesimæ mentionem fecisses, me ipsum alloqui cœpi, de vi & potestate numerorum, quibus Plato in Timæo suam obscurauit philosophiam & doctores vestri creberrimè circa eos defecerunt, præsertim in l. calculi. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. Modestinus ait, ¶ calculi erroris retractatio, etiam post decennij vel vicennij tempora admittetur. sed si gratiosè expunctæ dicantur, non retractabuntur. quam l. sic Accuf. & Bart. intelligunt: cum ratio-

nes

nes semel expunctæ, id est, supputatæ & cancellatæ sunt, si erratum fuerit numerando, post x x. annos poterunt retractari, vsque ad x x x. annos, quod verum est. Secundum est, quod si gratiosè expunctæ sint, non retractabuntur, nisi intra x. vel x x. annos: quod quidem ipse non admitto, cum l. calculi. indicet, rationibus semel gratiosè expunctis, nunquam retractationem admitti. Et hoc ita deprehenditur. Accursius exponit gratiosè expunctas, id est, per gratiam curatoris Reipub. qui non errauit in computatione, sed sciens prudensque plus esse debitum remisit, quod iniquum est, ne melior sit conditio per gratiam curatoris expunctarum, quam aliter, id est, ne difficilius retractetur, quod peius gestum est: quod quidem eueniret. nam gratiosè expunctæ & sordidè, intra x x. annos retractabiles tantum essent, aliæ intra x x x. contra l. præses. C. de transact. ¶ Idcirco in l. calculi. reor, gratiosè expunctas rationes, eas esse, quæ in re dubia, amica quadam compositione cancellatæ sunt. Peribat curator vestigalis nomine ducenta, debitor dicebat se vix centum viginti quinque debere, antequam aliter constaret, conuenit, vt daret centum quadraginta. sanè eo casu sunt expunctæ rationes gratiosè, non per fordes curatoris, sed transactionis specie, quod alibi dicitur, bona gratia. l. & ideo. ff. de donat. inter vir. & vxo. Aliter etiam dicuntur gratiosè expunctæ, quando certum erat, quantum ciuitati deberetur, sed curator centum, pro quinquaginta remisit. certè gratia hæc non nocebit ciuitati. l. præses. C. de transact. ¶ vbi postiore isto casu, præses gratiam nocere ciuitati non sinet. Innuens, duobus modis gratiam interuenire expunctioni: vno sub nomine transactionis, qui iure admissus est, & irrefragabilis: altero, cum super re liquidissima remissionem facit curator, quod, quia ambitiosè fecit, id est, nimium licenter, rescinditur. l. ambitiosa. ff. de decret. ab ordin. fac. Eò fit, vt aliter gratia in l. præses. accipiatur, atque in l. calculi. nam in d. l. præses. non erat erratum in calculo, sed super re certa debitum ciuitatis remittebatur, aduersus l. Imperatores. ff. de pactis quæ gratia reproba est l. 8. §. competit de admin. tur. ff. l. in hæredem. ff. de calumniatorib.

Opponitur illi l. calculi. lex, in omnibus. ff. de diuersis & temp. præscript. vbi Reip. rationes expunctæ & subscriptæ, id est, in quibus calculatores se subscripserint, quasi rectè accepta datis quadrent aduersus ipsos administratores, vltra x x. annos, non retractantur aduersus hæredes eorum vltra decem. ¶ Accurs. in d. l. calculi. intelligit l. in omnibus. de rationibus gratiosè expunctis, ne sint retractandæ vltra x. vel x x. annos, & id ipsum fulcit ex l. calculi. in si. quæ quia non probat, alio modo intelligi posse arbitror d. l. in omnibus. & in concordem harmoniam reduci cum d. l. calculi, vt scilicet, hic erratum fuerit in ipsa numeratione, quia l. x. & x x x. centum conficere conuenisset, quod impossibile est. Sed in l. in omnibus. in æstimatione tantum rei error fuerat: puta, quia supputando l. x. & x x x. quæ debitor præstitit, centum facere conclusum fuit, quod verum est, sed re vera debitor x x x. duntaxat præstitit. quare in hac specie paulò difficilius, & breuiore tempore retractatio admittenda est l. j. §. j. ff. que setent. sine appel. rescind.

PAPY. Cogitent, qui ore aperto Doctorum sententias indifferenter excipiunt, quantum passim errauerint. ¶ Dena, inquit, ipsi post Accurs. id est, x. & x. sic. x x. l. si quis testamento. ff. de legat. j. adhuc. ff. de usufr. inde bina, pro quatuor exponunt, terna sex, quaterna octo quina decem. & deinceps. §. hæc autem. proæm. ff. hunc errorem Ias. & posteriores Accursio & Bartolo inuiderunt, & participes fieri cupiunt. Nos verò non patiemur à grammaticis tamdiu Iurisperitos irrideri, sed dena exponemus, pro, singulis decem, l. lege. ff. ad Syllani. bina, singulis duo, & similia. d. l. si quis testamento vbi duo erant legatarij, quibus dena relicta sunt, cum itaque singulis dena debeantur, x x. præstanda duobus sunt. quod si centum hominibus dena legentur, mille illis omnibus debita erunt: si bina ducenta: vnde in d. l. adhuc. ff. de usufr. dena millia, significant bis mille, respectu duorum: sicut viros liberos dicimus duos singulis. l. hæredibus ad Trebelli. qui igitur ad duos homines relata decem efficiunt, interprete iuriconsulto. l. si pœnæ. §. si. ff. de condict. indeb. l. vnic. de argenti pretio lib. x. C. vbi sædisimè lapsus est Accurs.

Addunt, eiusmodi delitio addicti homines etiam in pœnalibus demna, xx. designare. de. §. hæc autem, proæm. ff. atqui ille textus non mulctat delinquentes in x x. sed singulos in decem, quia pœna denarum librarum est, id est, decem in quoslibet, vt l. qui texturini. de murileg. x j. libr. C. ternæ libræ auri, in singulos, libras tres minantur. non tres in omnes, aut sex in singulos. Addunt tertio, si dictio, dena, annuis legatis iungatur, decem tantum infert. l. iij. ff. de annuis leg. l. si ita stipulatus fuero. ff. de verb. obl. Bart. d. l. si quis. & verè, non quia verbum, dena, degeneret, sed quia propria natura distribuit. si igitur lego triennio dena Scio, id est, singulis annis decem. l. triennio. ff. de stat. lib. alibi legantur bini cullei vini

quotannis in annos singulos, redundantia mirabili. §. fi. l. legatum de annuis legat. & cum ex certo fundo legati essent, si quo anno vinum defuerit, ex alijs annis suppletur. Iason post quendam R. Cumanum, addit, si dena, cum geminatione & pluraliter inueniantur, vt cum dicimus, bis dena lego xx. non xl. significamus. l. cum duo. ff. de in diem addict. vbi duobus denis. Virgilius:

Bis denis Phrygium conscendi nauibus aquor.

Hic homo poetarum vtitur testimonio, qui binos, pro duobus dicunt, ternos, pro tribus: denos, pro decem. Ouidius xij. lib. Metamor.

Cum sol duodena peregit

signa.

Scire Iaso. oportuit, vbi cunq; numerus bini, terni, quaterni, in eo ponitur loco, in quo nequit distribuere, tunc duos, tres, quatuor, simpliciter significat. vt lego Titio binos aureos, id est, duos: denos, id est, decem, poeta frequenter vtruntur ratione metri, non iurisperiti cautius loquentes. omnibus autem dicere licet, lego bina singulis, aut dena singulis, cum per se numerus sufficeret ad distributionem, non adiectio, singulis. d. l. cum duo. ff. de in diem addict. l. fi. ff. de annuis legat. sic Cicero dixit, paruum munusculum, & Alphenus paruam nauiculam l. schapham. ff. de euctioib.

OBSERVATA IN XXI DIALOGVM.

- | | |
|--|--|
| 1 Si genus & species sequens iungantur, subintelligitur, maxime. | 3 Verba idem significantia coniunguntur. |
| 2 Si praecedat species genus, subintelligitur, aliud. | 4 Mulieris appellatione an veniat virgo. |
| | 5 Mancipia unde dicta contra Vallam. |
| | 6 Manceps quis est. |

INTERLOCVTORES.

TERTULLIANVS, MACER.



MPEditvs esset labor, si quis conaretur ostendere ex varia Iuriscultorum lectione, quam saepe verba idem significantia copulenter, non inopia, sed redundantia multiplicium autoritatem. operapretium tamen esse duco, quaedam exempla inducere, quibus horum peruersa subtilitas coneratur, qui duo per copulam simul iuncta, vel puncto, loco copulae, statim diuersas vires habere contendunt. illud autem multis modis euenire solet. Interdum genus praecedit, & sequitur species, vt rub. C. de seruit. & aqua. & tunc subintelligitur dictio, maxime, vt verbi grati gratia, lego Iuriscultis dena & Papiniano. hoc est, maxime Papiniano. quia, quae in specie dicuntur, magis afficiant. l. item apud. §. ait praetor. ff. de iniur. Cicero in Verrem: Sicilia tota si vna voce loqueretur, hoc diceret, quot auri, quot argentorum, in meis vrbibus, sedibus, delubris fuit: expressit sedes & delubra, quae iam in vrbibus continebantur. Interdum praecedit species, & genus sequitur, quo casu subintelligitur dictio, aliud, seu copula intercesserit, seu disiunctiua. l. haec stipulatio. ff. vt legat. seu fideic. ibi, haereditas siue ius, id est, siue aliud ius, quia haereditas ius est. l. pecuniae. §. j. ff. de verb. signif. facit l. Antistius. §. fi. de acqui. haer. ibi: per seruum, vel eum, quem in potestate habet. & l. j. §. si pecunia. ff. depositi. ibi, coram praetore, vel honestis personis. Tertio, plerunque species suo generi iungitur, vt genus restringatur ad speciem vt contracta societate lucri & quaestus l. sed et si, adici. ff. pro socio. item lucri quaestus & compendij l. duo. §. fi. cod. vel vt rei proprietatis penitus demonstratur. vt ecce, vitij appellatione, morbus comprehenditur, & tamen Aediles morbum & vitium in edicto posuerunt, eo quod magis proprie vitium a morbo differat. quale est in balbo & caeco. l. j. §. sed sciendum. ff. de edil. edic. sic arrogationem & adoptionem non ineleganter iungeremus actionem & petitionem cum alterum eorum genus sit. l. j. ff. de adop. l. pecuniae. §. actionis. de verb. signif. & l. si ventri. de priuil. credit. vbi aliud est credere, aliud deponere, proprie scilicet, non largi. l. j. ff. de reb. cred. eodem modo mulierem, & virginem dicemus, cum mulieris voce veniat & virgo. l. alioquin. ff. de cotr. empr. l. mulieris. de verb. sig. ff. M A C. Frontem totam contrahit & caperat Callidemus, cum mulieris appellatione virginem contineri dixisti. Grammatici forsitan illi diuersum persuaserunt, quos deturbare ab editoribus peruersae opinionis locis, facile est. prius autem quam hoc

hoc faciam, illud explebo quod Terryllianus docere coeperat. Interdum in loco, solent probatissimi quique autores, *εν τῷ ὁμοῦ λόγῳ*, vocabula idem significantia conuertere, ad ornamentum copiosae orationis & veritatem dicendi, vt in definitione Tutela. l. j. ff. de Tutela. Tutela est vis & potestas. & l. manumissiones. ff. de iust. & iur. manus & potestati, vbi, & pro id est, commode exponas. & pactum est placitum & consensus. l. j. ff. de pact. sic imperium & potestas. l. j. de constituti. princip. l. potestatis. vbi idem esse ostenduntur. ff. de verb. signif. dolus & calliditas. l. ij. ff. de proxenet. Cicero primo Officior. Contraque errare, falli, labi, decipi, tam dedecet, quam delirare, aut mente captum esse, multa A. Gellius lib. noctium Articularum xiiii. cap. xxiii. l. si seruus. §. cum eo. ad legem Aquil.

Nunc maturo promissum abfoluere: Interdum dixi, Caium secutus, virginem mulieris nomine contineri. l. mulieris. de verb. signif. apud Terentium in Heautont. Clinia adolescens de Antiphila virgine sollicitus, sic loquitur:

Sed vereor, ne me absente, hic mulier corrupta sit.

Quod testimonium satis habet vitium, ad impugnandum Vallam grammaticum, qui non putat aliter virginem recte vocari mulierem, nisi inter reliquas, vt, inquit, si quis decem feminas videns, quarum aliqua virgo sit, aetate tamen, qua possit mulier esse, dicat, vidi decem mulieres, atqui Virgilius aliter x i. Aeneid. de Camilla virgine locutus est:

Aduenit, quae vestra dies, muliebribus armis,

Verba redargueret.

Vbi interpret Seruius: Vnus obtinuit, inquit, vt innuptas virgines, nuptas mulieres, vocemus. nam apud maiores indistincte virgo dicebatur & mulier, vtrunq; enim sexum tantum significabat, vt ecce hoc loco, dixit armis muliebribus, cum Camillam innuptam fuisse manifestum sit. Item in Bucolicis legimus:

Ah virgo infelix.

Cum Palisphaen constet ex Minoe, ante amorem tauri, filios suscepisse. Terentius etiam mulierem post partum virginem vocat in Hecyra:

Nam vitium est oblatum Virgini olim, ab nescio quo improbo.

Haec ille. Verum, fateor mulierem a virgine distinguere, si quis velit, vt l. quaeritur. §. mulierem. ff. de edil. edict. vt si dixerim, Titiam mulierem nondum esse. iam indicò, quid sentiam. vt Proculus Imperator apud Vopiscum: Centum, inquit, ex Sarmatia virgines cepi, ex his vna nocte decem iniui, omnes tamen, quod in me erat, mulieres intra xv. dies reddidi. ecquis dubitet, quin mulieribus legatis, virgines debeantur, vt viris, pueri? l. seruis legatis. ff. de leg. iij. quia tunc mulier, sexum denotat, vt foemina. sic vir pro eo dicitur, qui Veneri initiatus est nonnunquam. Claudianus in Epithalamio Honorij:

Beata, quae te mox iaciet virum,

Primiisque sese iunget amoribus.

TERT. Interdum se Valla sponte confitetur, sicuti nec refragatur opinor, quanuis pernicax, quin lib. v. cap. xxxiiii. in mancipij etymologia insigniter errauerit, dum ait, mancipium dictum fuisse, quod in manu, id est potestate, sit, vt manumissio. De manumissione adnuo, de mancipio abnuo penitus. quia a manu & capio deductum est, quia prima origo seruorum fuit a bellis iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. quod serui bello capiebantur manu, nec occidebantur, mancipia dicta sunt: & serui, quod seruarentur. Varro lib. v. etymologiarum. §. serui. Insti. de iur. person. l. libertas. ff. de stat. hominum. nam manus varia significat, & prout iungitur, accipitur. Interdum manceps appellatur publicanus, qui manu sublata ostendebat se emptorem vectigalium, & quasi manu capiebat. Hic poterat rursus praedia publica locare alijs colonis. l. qui fideiusor. ff. locat. l. si quis. C. de vectig. erant manceps, qui dicebantur octauarij, qui octauas partes eorum, quae importarentur fisco debitas colligebant. l. allegatis. & l. ex praestatione. C. de vectigal. hinc, qui partem vicissimam, fisco praestari solitam, accipiebant, eadem opera, vicissimarij vocandi fuissent.

OBSERVATA IN XXII. DIALOGVM.

- | | |
|---|---|
| 1 Lex Papia vicissimam haereditatem fisco dabat. | 4 Remedium, quorum bon. & l. fi. de edict. diu. Hadr. differunt. |
| 2 Remedium l. fin. de edict. diui Hadr. est adipsiscenda. | 5 Si duo testamenta eadem hora scripta sint, & diuersi haer. vter preferatur. |
| 3 Remedia quatuor pro haereditate consequenda. & quomodo missus in possessionem ad hoc possidere desideret. | 6 Declaratio l. qui ex liberis. ff. de bon. poss. sec. tab. & l. eum qui. ff. ad Trebell. |

INTERLOCVTORES.

PAVLVS, MODESTINVS.



VICESIMAM partem, ex multis quidem rebus, vt compertum habeo, principum antiquorum detraxit avaritia, & potissimum ex hæreditate. † Nam lex Papia Augusti temporibus plurimum vigorem accepit, & cavit, ne quis hæres extraneus hæreditatem sibi delatam adiret legatumve caperet, nisi prius vicesimam eius partem fisco penderet. de qua lege libros scripsit O filius. l. ij. §. Seruius. ff. de orig. iur. Amylius Macer librum *εἰκοστῶν*, siue vicesimarum edidit. Dion Casius lib. 55. refert Augusti excepisse à vicesima pendenda eos qui proximi genere hæreditatem vel legatum caperent, item pauperes, ceteri ærario militari inferrent. D. Hadrianus edictum proposuit de eadem re: de quo in l. fin. C. de edict. diui Hadr. & non pauci ante ipsum principes, constitutiones promulgauerant ad idem pertinentes, vt habetur d. l. si alij suos hæredes eximebant tantummodo: alij etiam emancipatos, vt Imperator Traianus, vnde Plinius Nepos in panegyrico: Tu quidem, Cæsar, illam exceptionem remouisti, si modo filius in partis potestate fuisset. Intuitus, opinor, vim legemque naturæ, quæ semper in ditione parentum esse liberos voluit. alij plerique imperatores alias interpretationes, ampliaciones, restrictiones, in legem vicesimam fecerunt. quæ omnes sublatæ sunt. l. fin. de edict. diui Hadriani tollend. C. per quam sancitum est, posse liberè adiri quamque hæreditatem, ab instituto: dum tamen vitio extrinseco non laboret testamentum, neque sit rasum, aut cancellatum, aut aliter in aliqua parte sui vitiatum. † Est autem hoc genus remedij, adipiscendæ possessionis, quia per hoc hæres nouè hæreditatis possessionem cõsequitur: non autè plenum & integrum ius. vt §. sequens. Instit. de interd. † Pro ipsa hæreditate obinenda quatuor habemus remedia, tam à iure civili, quàm à prætorio, duo ab utrolibet. Primum itaque à iure civili, ei, qui vult totum definiti negotium, & dicere hæreditatem, suam esse omnino, concessa est petitio hæreditatis, siue ex testamento veniat, siue ab intestato. l. j. & ij. ff. de petit. hæred. & l. licet. eod. Idcirco iudex, qui de ea re cognoscit, exactius re ipsam examinabit, cum de tota re controuersia sit. l. iudices. C. de iudic. Rursus à iure civili, sed pro possessione sola adipiscenda, paratum est remedium. l. si. C. de edi. diu. Had. quod tatum hæredi instituto datur, non venienti ab intestato. d. l. si. proinde verissimum est, nullum legibus civilibus adesse remedium, iis, qui ab intestato venire volunt, in simplici possessorio, sed consultò agant petitione hæred. l. ij. de petit. hæred. quæ latè patet. l. etiam. §. si. ff. eod. nam nec Paulus in l. fin. ff. de appell. recip. alij cavit quam scripto hæredi, quem vult cõfestim mitti in possessionem nihil veritus appellationem, cum res ea dilationem non patiat. & sic talis missio in possessionem non tribuit aliquid iuris, neque ad vscupationem sufficeret, neque sententiæ definitiæ vim haberet: cum sit momentanea possessio. can. si. §. de possessione. 2. q. 6. l. vnic. C. si de momentan. poss. appell. & hoc est quod ait Iustinianus in d. l. si. de edict. diui Had. possess. acquiri illi contradictorij, qui potiore titulum ostendit: siue sit missus, siue mitti desideret. hoc est, siue vmbrailem ac momentariam possessionem sit indeptus ante litem super pleno possessorio, siue nõ sit. nam vbi est contradictor strenuus, pugnatur acriter super perfecta possessione. vt en alibi l. 3. §. spurius. ff. de decur. Nunc sensum descendamus ad auxilia prætorij, quæ itidem duo sunt (quandoquidè bina sunt ab utroque iure remedia.) Alter à prætorio inductum, petitorij est, & dominij absolutorium, de quo in l. j. & ij. ff. de bon. poss. hered. petit. Alterum est merè possessoriũ, & appellatur interdictum, Quorum bonor. §. sequens. Instit. de interd. cõpetit ei soli, quem prætor inuitat ad successione. l. j. ff. quor. bon. nec vsquam probatur venienti à iure civili profere, non l. j. C. quor. bonor. quæ vulgò in diuersum citari solet: cum ibi agatur de illo, qui per bon. poss. contra tabul. testamentum impugnabat. Falsò suspicatur Doctores, remedia civilia cum prætorijis promiscua esse, sed ne sint, manifestò arguitur ex rub. de bon. poss. her. petit. quæ ob id inducta est, quia petitio hæreditatis nõ sufficiebat, quasi prorsus civilis ex centumuirali iudicio. l. si. C. de petit. her. † Inde liquet quor. bonor. dari succedentibus à iure prætoris honorario, sed l. si. C. de edict. diui Hadr. succursum esse civili successori. Secundo differunt quor. bonor. & l. si. C. de edict. diui. quòd in illo quis tenetur se probare hæredem. l. j. C. quor. bon. hic sufficit testamentum in prima figura ostendere. in qualibet quarta, etiam si delititia sit, ita vt scriptura facile deleri queat grea facilitate. l. chartæ. ff. de bon. poss. secund. tabul. modo deleta non sit cum copia sit, iudici, nec

vlla

vlla litura suspicionem inducat. attamen. d. l. j. C. quor. bonor. non temere probationem ab hærede desiderant, sed quia ibi erat emancipatus præteritus, tantum abest vt testamento fretus esset: alioquin non putarem pæfacto testamento aliud dicendum in interdicto vitij experte quam in civili hoc remedio. qui vero præteritus est à patre, alienum nomen non suum ostentare in testamento potest. addunt tertio alij annale esse interdictum quorum bonorum: sed Accursus dicit perpetuum, cum rei persequendæ detur. l. in honorariis. ff. de actionib. vbi certe ego parum illi proficio. dico enim prætorij remedia perennia, si quis persequatur id quod sibi abest: plane interdicto quorum bonorum non de re quæ abest, sed quam adipisci noue volumus, contendimus. sic differentia est. l. si sponsus. §. si maritus. ff. de donati. inter vir. & vxor. & civili cautus remedio quilibet, eo magis duraturo vtatur. §. j. de bonor. poss. Inst. quare extollit Iustinianus in d. l. fin. mirifice remedium civile, quia anno non expiret exemplo interdicti anno morituri. vt antè dixi, quor. bonor. etiam ab intestato venienti commune est. l. j. quor. bon. hoc verò non conceditur, nisi saltem ex parte instituto. d. l. fin. Quarto, quor. bonor. aduersus eum solum competit, qui pro hærede, vel pro possessore possidet. §. sequens. Instit. de interd. hoc contra quemlibet non habentem titulum potiore. d. l. fin. versic. sin autem. Cuius rei occasione, quarit Accurs. † quid si duo testamenta proferantur, eodem die eademque hora scripta, diuersis præterea hæredibus Titio & Sempronio, an vterque mittatur in possessionem? an neuter? an alteruter? Communis opinio neutrum admittit, non quia ius in vno deficiat, sed quia probatio non sit, vt l. duo sunt. ff. de testa. tut. l. eum qui. ff. ad Trebell. l. idem Pomponius. §. fin. ff. de rei vend. l. quæsitum. §. si quis eodem. ff. de fund. inst. quæ leges sunt pro communi sententia rigida & inexorabiles, nec flecti aliter possunt coniecturis. Adde, quòd æquius est neutrum admitti, quàm vtrumque: quia priore casu, hæc sola iniuria testatori sit, quòd hærede caret. l. & quia. ff. de inter. acti. Sed posteriore & testatori sit, quia habet hæredem, quem noluit, quem reuocauit posteriore testamento. §. posteriore. Instit. quib. mod. test. infir. & hæredi vero, cum ab eo auocatur dimidia hæreditatis. Præterea quanuis per rerum naturam certum sit, vnum è duobus hæredem esse, tamen secundum nostram incertiam actum metiri debemus, quæ est eiusmodi, vt verum hæredem ignoret. l. sed & si. §. fin. ff. de iudic. quam l. non debuit Accurs. in l. j. §. j. ff. de bon. poss. secund. tabul. pro diuersa parte trahere. Obicitur d. l. qui ex liberis. ff. de bon. poss. secund. tabul. vbi Titius est substitutus ei ex liberis testatoris, qui supremus morietur: vteruis decessit peregrè, ignoratur vter prior aut posterior decesserit, quare propter eam incertitudinem, substitutus vtriusque successionem habebit. † Sed respondeo, nihil facere d. l. qui ex liberis. in qua, vnus succedit duobus, ad propositam quæstionem, in qua, duo vni volunt succedere. Præterea in nostra quæstione testator vnum duntaxat hæredem esse voluit. in l. qui ex liberis. Titium substitutum duobus suffecit, licet ordo ignoretur, cui nam in supremo loco succedat. l. si Titius. ff. de vulg. nec significatio verbi, supremus, resistit admodum. l. qui duos. ff. de reb. dub.

MODEST. Non fuit Coriolanus ille Romanus in matrem magis pius quam ego esse soleo: ideoque reicerem id quod definitur in d. l. qui ex liberis. si mater esset in medio, quoniã, meo iudicio, ex Terrylliano senatusconf. potius admitteretur, quàm substitutus, per l. eum qui. ff. ad Trebel. neque illa incertitudo matri nocebit, quæ saltem filio prius mortuo succederet, citius quàm frater eius ab intestato iure Digestor. Secundo, mìnatur nobis digito, l. 3. §. si quis duobus. de adim. legat. vbi si duobus aliquid legatũ sit eodem nomine designatis, & mox ademptũ vni, verbi gratia, Titio, neutri debetur, sic in utroque valet ademptio: nisi legas vtrique deberi, vt recensuit Accurs. tamen periculosior litera verior est. in qua magnam vim facit Iurisconf. quod duo legatarij essent re tatum coniuncti, re vituius legata in solidum separatim. §. si eadè. de legat. quare cum testator vni prorsus adimere voluerit, satius est, infestum hominem abigere, etiam cum damno alterius non improbi, qui ignoratur. l. xij. de bon. pert. nisi pateret offensæ autor. l. alteri. de adim. leg. Tertio nocere videtur nostræ & cõmuni sententiæ. l. cum hic status. §. si ambo. ff. de donat. inter vir. vbi si vir & vxor simul decesserint, donatio inter eos facta valet: cum tamen oporteat donantem prætorij donatario. Respondeo, expedite satisfieri ex verbis d. §. si ambo. & orationis D. Antonini, quæ ait: si mors antè contigerit ei, cui donatum est, donationem nullius esse momenti, quare cum vnà moriantur, verba orationis non habent locum: quia neuter alteri præmortuus est. atqui in d. quæst. l. fin. de edict. diui. §. sin autem. alter duorum non mittitur in possessionem, nisi qui potiore titulo fretus & munitus est: quod non euenit, cum æquabilem titulum habent. Item in d. §. si ambo. vnus in vnus donationem venit, nec ab altero impeditur. in d. quæst. duo ad vnus successionem accedentes, sese mutuo impediunt. Quarto,

h ij

minimè obstat. l. cum inter. C. de fideicom. libert. vbi relicta libertate ei, qui est in vtero, si plures nascantur, liberi fiunt: quoniam lex expressè nititur eximio favore libertatis. Aut paulò melius, ibi non plus diligitur vnus, quàm alius, In præmissa verò quæst. scimus alterum esse reiectum, alterum vocatum. Similiter respõdebitur l. si quis Titio. §. si. ff. de leg. ij. Quinto obest. l. j. §. sed & si incertum. ff. de ventr. in poss. vbi si testator filium nasciturum exheredet, tunc plures nati simul mittuntur. sed ibi plures nati non se mutuo impediunt, quominus ali æquabiliter ex patris substantia interim possint. maxime quod posthumi exhereditatio recepta magis quam æqua est. nec Sexto oberit quod fauendum est in dubio voluntati testantis, quæ sine aditione nulla est. l. ij. ff. de vulg. non enim impeditur aditio sed differtur, non deficiente iure sed probatione. l. duo. ff. de test. tutel. sed differtur sine creditorum incommodo. l. hæc autem. ff. si plus quam per leg. Falc. p. A. V. L. V. S. iam metædet silentij proinde Sexto cum diuersis codicibus duo hæredes fiunt, & vterque obtinet. l. j. §. si quis in duobus. versic. sed et si. ff. de bon. poss. secun. tabul. dicam id, quod vulgatum est, non agi de duobus testamentis, sed de vno in duobus codicibus scripto. vt l. locum. §. j. ff. de tabul. exhib.

¶ Quidam sunt casus tam ancipitis negotij, in quibus alter hæredum potior esset, & hæreditatem possideret. Primus, si iam possidere cœperat. l. in pari. ff. de reg. iur. modo non aduersarius potiorum titulum exhibuisset postea in iudicio apertissime ex tempore. l. j. ff. vt in poss. leg. quid si esset suus hæres iudici & vulgo per spectus, cur adibit hæres manifeste exterus: vt explico. l. ij. C. pro hæred. l. ventre. ff. de acqu. hæred. ergo præteritio filij cogniti impedit hanc possessionem non minus illico visibilis quam defectus testium in soleanni numero non si iudici confestim non liqueat, an filius sit is qui contradicit hæredi instituto. vel si dubitetur, an sit præteritio de qua quæritur vt in l. si cū vel. C. de inoffic. test. l. si. C. de posth. hæredib. sic intelligo. l. ij. C. de edict. diui Hadri. vbi idem fere sensit Accursius, si modo filius possideat: sed qua fronte dicemus eum non euestigio possidere patris hæreditatem, qui aditione nulla eger. l. eum bonis. de acq. hæred. l. in suis. ff. de suis & legit. nec arceri debet viribus testamenti ipso iure irriti. Secundus, si alter ex institutis esset, alioquin, venturus ab intestato, iuxta omnium Docto. sententiam, arg. l. hac consultis. §. si quis. C. de test. am. Tertius, si esset miles, cuius est, si voluerit, cum duobus testamentis mori. l. quærebatur. ff. de mil. test.

Quartum adhibeo, si alter ex institutis non quærat, vel si obiit ante aditam, superstitem non impedit. arg. l. qui soluendo. ff. de hæred. instit. M O D E S T. Etudite loqueris, o Paulus, sed audi in aurem: haud scio, an magis esse debeat, vt in proposito vterque sit admittendus, non excludendus, quia in d. l. si. C. de edict. diui Hadri. duo testameta prolata se inuicem non impediunt, cum dubium sit intrinsecum. nam in d. l. si, de illo nihil, sed de extrinsecum tantummodo curatur, hoc est, eminente in superficie scripturæ. tibi tamen, si asseueras, lubens acquiesco.

OBSERVATA IN XXIII. DIALOGVM.

- | | | |
|---|--|--|
| 1 | Substitutionis definitio. | cundum est quicquid primo subest. |
| 2 | Verbum, Institutio, late patet. | 6 Secundus aliquando, respectu primi remoti. |
| 3 | Gradus & locus non differunt. | 7 An in l. quærebatur. §. si. ff. de milit. test. sit substitutio. |
| 4 | Is qui secundus est, sit primus. | 8 An fideicommissarius sit hæres & substitutus. |
| 5 | In substitutione magis quam in nuptiis se- | |

I V L I A N V S.

DE substitutione pauca dicturus sum: tum quòd in testametaryiam causam deuenimus, tum quòd non aqua, non igni, non aère (vt aiunt) pluribus locis vrimur, quàm hoc tractatu. ¶ Substitutio, inquit Accursus, est secunda institutio. Caius lib. ij. Institutionum. Substitutio, quæ post institutionem fieri solet, id est, secundi hæredis appellatio. inde substitutus secundus hæres nominatur. l. Cicero. ff. de pœn. & idem Cicero lib. ij. de Inuentione. & l. ij. Topicorum vsus est. & Iabolen. l. si quis eum. ff. de testam. Suetonius de testamento Augusti loquens: Hæredes instituit, primos Tyberium ex parte dimidia & sextante, Liuiam ex parte tertia: quos & ferre nomen suum iussit. secundos Drufum Tyberij filium ex triente, ex partibus reliquis Germanicum, liberòque eius tres sexus virilis. tertio gradu propinquos amicòsque complures. Hæc ille, ex quibus liquet, omnes, qui in eodem gradu sint, dici secundos, vt §. j. & plures. Instit. de vulg. Substitutio à sub, & institutione, dicta est. sed particula, sub, ordinem secundum

eundum notat. Subcenturio, apud Titum Liuium lib. v. i. ab vrb. cond. dictus est, in locum centurionis positus. apud Plautum in Pseudolo ita quæritur, Tu ne es Ballio? P. Imo verò eius sum subballio. Sublectus decurio, id est, suffectus. l. ij. ff. de decurio. & substitutus, est in locum alterius institutus. l. j. ff. de vulg. Substituto verbum esse iudicum, qui occupatorum funguntur officio. lib. 3. Georgic. dixit Seruius. sed & iudex, ad quem est prouocatum, dicitur substitutus. l. cum apud. ff. iudicat. sol. nam primi iudices sunt instituti. l. i. ff. de offic. prætorio. Atque adeo sciendum est verbum, ¶ Institutio, quamcunque ordinatio nem significare, & omnem positionem. l. colonus. ff. locati. l. æquissimum. §. inde quæsitum. ff. de vsufr. vbi lapidicina dicuntur institui & vinea. Collumella lib. v. Si nouellam quis vineam instituere velit. & alibi: Cui arbutum nouum instituere cordi est. Hinc arbores in locum demortuarum substituuntur. l. nisi. ff. quib. mod. vsufr. amitt. l. agri. ff. de vsufr. & gregi in capita demortua alia substituuntur si supplètur & submittuntur, vt explicat iurifconsultus in l. verus. §. si. cum l. seq. ff. eo. ergo instituitur grex dum primò incerto capita referretur & hoc modo hæres primus potest dici substitutus testatori. l. cui fundus. ff. de conditi. & demonstrat. ex quo factum est, vt substitui testamento videantur legatarij legatarijs, ex vi huius amplissime significationis. l. vt hæredibus. ff. de leg. ij. l. si sponsus. §. si maritus. ff. de donat. inter vir. sic & in donatione causa mortis est substitutio, vaga quidem propter incertitudinem, conditionum, quas, vt placet, licet ei substitutioni adhibere. l. ei cui. ff. de donati. caus. mort. verum propriè de testamentis loquentes, hæredis tantum institutionem vocamus. in tantum arctata est vis verbi, Institutio, & consequenter verbi, Substitutio, sic verbum, Lego omnem dispositionem testamentariam amplectebatur, etiam institutionem. l. verbis legis. ff. de verb. signific. nunc particularia relicta continet. l. & fideicommissum. ff. de legat. ij. proinde è diuerso mireretur nemo institutionis verbo legatum nonnumquam venire, & id quod vilius est à digniore contineri: tamen vsu exigente coarctata sit institutio & ad principem testamentarium, id est hæredem relata. nam & hæres olim quemuis dominum significauit. §. si. de hered. qualit. & differ. sic explicat Accursus in l. fundi. §. si. ff. de vsu & habit. quinetiam hodie cum est angusta hæredis significatio. tamen ex mente contrahentium legatarium complectitur & alium quemuis successorem. vt si emphyteuticum fundum tibi & hæredibus tuis concedam. l. in conuentionis. ff. de verb. signif.

Quid ergo miri est, si adhuc in l. vt hæredibus. ff. de leg. ij. sunt quædam vestigia illius profusæ antiquitatis? sed qui propriè loqui constituerit, substitutionem ad solem institutionem, secundo gradu vel loco factam, transferat, ¶ & è legato dirimat vt liquet ex illo, quod vulgariter substitutus hæredi ex parte instituto prælegata non capiet eo repudiante successionem, sed quod tantum est hæreditarium. l. miles. §. si. ff. de legat. 2. nec feruari video differentiam inter gradum & locum. Gradum dixit Modestinus in l. j. ff. de vulg. locum Scæuola, l. Lucius. §. Sempronia. ff. de leg. ij. l. j. C. de edic. diui Hadri. necnon in Celsi celsi responso. l. qui soluend. d. 2. de hæred. instit. Confutemus nonnullas obiectiones huius synceræ definitionis. Primò, inquit, non semper est substitutio secunda institutio, sed aliquando tertia, quarta, quinta, in infinitum. l. j. ff. de vulg. vbi substituti sunt tertio gradu. & §. j. Instit. eod. Respondeo dupliciter: quòd primus secundusque dici debent primi, respectu tertij, & primus secundus tertiusque, respectu quartij: sic cum omnes, qui præcedunt primi sint, semper secundus erit ille, de quo quartimus. l. licet. ff. de pecul. Aut responderi potest, quòd ¶ qui secundus est, idem vocabitur primus, respectu tertij: & tertius, respectu quartij. & ita dereliquis succurrit. l. j. §. si. de liber. & posth. planius & recentius cito. l. si plures. ff. de iure deliber. vbi si plures gradus sint hæredum, à primo quoque ad sequentem it ius deliberandi. ergo plures erant primi gradatim, postquam dictum est, à primo quoque, vt l. j. §. illud autem de acqu. cotidi. & in l. quidem. ff. ad Trebell. ibi perbelle conuincitur hoc ipsum, atque in l. peto. §. fratre. ff. deleg. 2. accedit etiam. d. l. soluendo de hæredib. instit. & l. j. ff. de milit. test. vbi miles dicitur quasi millesimus quisque. ¶ ergo quilibet mille miles & millesimus appellabitur. vnde Virgilius i. Æneid. de Penthesilea:

— Medijq; in millibus ardet.

id est, inter medios milites pugnat virgo. Facit l. cum in testamento. ff. de hæred. instit. vbi substitutus tertio gradu, dicitur esse in secundo. quia ibi filius & nepos in primo sunt, gradatim quidem instituti. iuuerit nos l. si pater impuberes. ff. de vulg. merito dixit Accursus, omnem post primam institutionem pro secunda haberi, exemplo nuptiarum, quæ tertie vel quartæ celebrari queunt. l. v. i. C. de secund. nupt. nam & in l. j. ff. de vulg. tertij gradus meminit Modestinus, qui tamen erit secundus respectu præcedentis: & vtiq; potiore ratione quam in nuptijs. Nam in his secundæ vel tertie subsequuntur præcedentes, prorsus &

rite perfectas: substitutus autem sequitur institutum qui non fuit hæres in vulgari, non enim adiuit. l. post aditam. C. de impuber. & alijs sublt. ideoque habetur perinde ac si non esset vocatus, nec debet primi honorem substituto inuidere. nam etsi cum testamentum sit singulatum gradus innumerati fiant. l. potest. ff. de vulgar. at tamen cum ad effectum venit, primus est is qui succedit & ab hoc testamentum incipi poterit. l. 3. §. si. ff. de lib. & posth. Itaque cum substitutio secunda sit, non ibi aderit vbi Titius sic instituitur, si proximi testatoris nolint succedere, sed est institutus Titius sub conditione, si legitimus successor non veniat aut certe substitutio sine institutione, cum expectet substitutus præcedentem vt expresse ait Scauola in l. 82. ff. de hæ. institu. l. conficiuntur. ff. de iure codicill. non deerunt forte qui hoc respiciant. sed non Florentinus l. 37. de vulgar. iuuat dum vulgo obijcitur, quod pupillaris exheredatio fieri potest. l. j. ff. de vulg. quo casu, non erit secunda institutio, obstante exheredatione. Respondemus, vti vulgò affollet, quod secunda dicenda erit institutio, respectu hæredis quem sibi pater necessariò facit l. moribus. vers. quisquis. ff. de vulgar. Adde, † secundum, sæpissimè vocari aliquid, contemplatione primi remoti, vt l. j. ff. de gradib. cognat. vbi à latere primum gradum nullum habemus, sed incipimus à secundo, id est, à fratre, qui est secundus, relatus ad lineam ascendentiū. Adhuc vrget d. l. moribus. versic. quisquis. ff. de vulg. vbi saltè militi licet facere testamentū pupillare filio, quāuis sibi neutriquā fecerit: & tunc non est dicere, quod sit secundo institutio, propter institutionem præcedentem si filio exheredato fecerit. Quapropter dicamus, ipsam exheredationem pro institutione esse. facit l. si instituta. §. j. de inoffic. testa. & auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. vbi contumacia, pro præsentia est, cum nihil sit magis contrarium ipsi præsentia. & venena pro remedijs quandoque subueniant. l. quod sæpe. §. j. ff. de contrah. empr. proinde Antonius Musa medicus Octauij Aug. morbos, quibus calida fomenta, ex arte, non prodesse, frigidis omnino curauit & dolus definentis possidere pro possessione est. l. qui dolo. ff. de regul. iuris. item compensatio pro vera solutione. l. debitor. ff. qui potior in pig. cum tamen inducta sit, ne solutio fiat l. 3. ff. de compensation. apprime succursum nobis est ex l. nonnunquam. ff. de legat. præst. & nec carnes conditas à putredine vindicat, vt tal ipse. † Tertio, contra definitionem Accursi. pertinaciter obijcunt ex l. quærebatur. §. fin. ff. de mil. testament. vbi est secundo loco institutus, non tamen substitutus. vt euidenter sit, definitionem cum definito non conuerti, ibi miles instituit Scium ad tempus, puta decennij: ex tempore, id est, exacto decennio, Meuium instituit. Hic Meuius non potest non esse secundo institutus, non continuo substitutus. quia non soluit legata à primo relicta. d. §. fin. quod quidem faceret, si esset verus substitutus. l. licet imperator. ff. de legat. j. Respondeo, in d. §. si. d. l. quærebatur. verum & legitimum esse substitutum, per l. miles ita. ff. cod. tit. ibi, nemine substituto. l. milites etiam. ff. de milit. testa. Nec repugnat l. licet. de legat. j. vbi satis ostenditur, quod etsi legata iniuncta instituto, à substituto. exoluenda veniant, non tamen quoties charior præsumitur substitutus institutio raro quidem exemplo. d. l. qui soluendo. 2. de hæ. institu. cum ille sub conditione vocetur. atqui aliter euenit in d. §. fin. l. quærebatur. quousque enim dubitet, quin dilectior sit ex tempore in perpetuum institutus, instituto ad tempus. l. si ita relicta. §. Pegasus. ff. de legat. ij. l. si pro patre. §. versum. ff. de in rem vers. denique quis negabit, quin testator voluerit legata ab instituto solui, non vera decennium expectari, quo toto prior hæres potiturus erat hereditate: maxime cum alias legatum protinus à morte testantis in legatarium transeas. l. à Titio. ff. de fur.

† Fideicommissarius, vt obiter dicam, secundus hæres verè non est. argumento est, quod si filio exheredato restituenda sit hereditas, non diluitur ipsa exheredatio. l. si filiusfamil. §. j. ff. quod cum eo qui. l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Trebellian. verum quia effectu hæres est, fideicommissum substitutionem esse conuenit. l. general. §. cum autem. C. de institution. vbi aperte substitutus est eum expectans, qui prægrauatus est, nempe de restitutione. nec obest, quæ fideicommissa ab intestato succedentibus relinquuntur, atque ita deest primus institutus. §. præterea de fideicommiss. heredit. quia paulo ante demonstraui idem accidere directæ institutioni, vt imaginem substitutionis habeat, vocato hærede in defectum hæredis legitimi, id est, ab intestato venientis l. 82. ff. de hered. inst. iuuat.

l. Publius. §. Titia. ff. de condit. & demonst. vbi fideicommissarij saltem rei singularis vocantur substituti. sic in l. à filia. §. fin. ff. ad Trebell. l. Titia. §. Seia. ff. de leg. ij. Nec deterreat l. tutores. §. heres. ff. de adm. tut. vbi heres grauatus de restitutione, non habet substitutum. quia suppleas, id est, directum. nam cum substitutio genus sit comprehendens directam & obliquam, separatur nonnunquam à sua specie, vt l. pretia rerum. ff. ad leg. Falc. vbi filius, non quasi filius, sed quasi homo estimatur. cum nemo neget filium esse hominem. sic Cicero

sic Cicero lib. 5. de finibus bonorum: aliter, inquit, homines aliter philosophos loqui putes. ita mulierè & virginè dicimus haliouin. de contrah. empr. ff. sic institutionem & restitutionem, id est, fideicommissum copulamus atque substitutionem l. recusare. §. Titius. ff. ad Trebellia. & in rubrica. C. de institutionibus, quæ sola secernens institutionem à substitutione quæ institutio, sed secunda est, perspicue ostendit non esse mirum si restitutio à substitutione aliquando separari videatur, ideo quod directam non sit, nec à deo nobilis, vt in l. j. §. sed sciendum. ff. de adilit. edict. vbi non augendæ dubitationis causa sed tollendæ verba eiusdem facultatis copulantur.

OBSERVATA IN XXIIII. DIALOGVM.

- | | | | |
|---|---|---|--|
| 1 | Compendiosa, an sit species substitutionis. | 5 | Declaratio l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. |
| 2 | Cur compendiosa dicitur. | 6 | Verbi appellatione venit tota clausula. |
| 3 | Quanam sint verba directa, quæ obliqua. | | |
| 4 | An sint quadam verba communia. | | |

INTERLOCVTORES.

MARCELLVS, MODESTINVS.



VINOQUE substitutiones (de directis ago) enumerantur ab Accursi. † sunt contra, qui compendiosam & reciprocam negent esse species substitutionum. Bartolus, velut ex oraculo, prodidit esse substitutionis speciem, si fiat à milite, secus, non esse. scholastica est materia, quæ parum faciat ad litium decisionem. sed quia nihil deperibit foro & auditorio, si aduersus Bartolum defendamus, Compendiosam esse speciem per se separatam, aleam litis experiamur. Imprimis ræco, quod nomen ab alijs separatim habet, vt l. si idem. C. de codicill. & distinctum à generali nomine substituit. vt l. iurifgentium. ff. de pact. Non possum silentio præterire, quod effectum etiam discretum habet: nam vulgaris & pupillaris, aut sunt expressæ, aut tacitæ l. iam hoc iure. ff. de vulgar. compendiosa quiddam expresso tacitum (vt sic dixerim) habet. l. precibus. ibi expressa aut compendiosa. C. de impub. glos. in l. Lucius. ff. de vulg. Item certum est, quod compendiosa continet vel potest continere pupillarem & fideicommissariam. igitur tertium facit, vt l. triplici. ff. de verb. significat. l. adeo. §. voluntas. ff. de acquiren. rer. dom. vbi aurum & argentum mista, electrum conficiunt, nempe tertium metalli genus. l. iij. ff. de legat. j. & l. iam hoc iure. ff. de vulgar. vbi similiter Reciproca est tertium genus substitutionis, nihil tamen amplius in se habens quam pupillarem & vulgarem, prout personis ad vtrambilibet idoneis facta est sic in l. i. C. de iure emphy. è duobus contractibus tertius constatur specie separatus. Præterea: quicquid alia in iure comprehendit, & nomen à comprehensis diuersum sortitur, diuersam etiam facit speciem. vt via, quæ continet actum & iter. l. j. ff. de seruit. rust. l. si mater. §. si quis iter. ff. de except. rei iudic. Neque vlla ratio subsistit, quia compendiosa, citius in milite, species per se sit, quàm in pagano, vt perperam censuit Bartol. quia cum compendiosa directam post pubertatem complectitur, illam militarem substitutionem continet: quæ non compendiosè tantum, sed separatim fieri potest. l. milites. ff. de milit. test. Cum itaque Bartol. velit compendiosam, in l. centurio. ff. de vulgar. speciem facere, ergo & in omnibus, velle debuit, aut est hallucinatus splendide. † Compendiosa substitutio dicta est, è quod breuissimis verbis plures substitutiones, & dissimilia tempora comprehendat. compendiosum enim breue significat. l. si. §. j. C. de appellat. §. sed nostra. de success. lib. Institut. compendium est breuitas. l. nonnunquam. ff. de iudicijs, si recte hoc perspexisset Accursius. hæc enim est vis particulæ, quam docunque, vt ad multa simul extendatur. l. si ita stipularus. ff. de fideiussor. l. si ita fuerit. ff. de leg. ij. † Hæc substitutio, aut directis verbis fit, aut obliquis. l. fœminæ. C. de de secund. nuptijs. cap. i. de testam. in. 6. §. imprimis. de fideicommissar. hæred. si tamen meminimus in l. quoniam. de testam. C. dici non interesse directis an alijs verbis quis testetur, id est, quia voluntas semper seruatitur, sed non eodem iure: Nisi verbis resistat voluntas dominatrix l. filiusfamil. §. vt quis. de legat. j. sunt adhuc ex obliquis quædam potiora, ideo directam vocata, quasi minus vt forem d. l. quoniam de testam. l. 2. C. commun. de legat. non tamen effectus directorum verborum in proposito retinere. de quibus in l. quærebatur. de milit. testa. §. pe. de singul. rebus per fideic. directam sunt, quæ substitutum inuitant ad capiendam hereditatem autoritate propria, nul-

lius mediæ personæ ministerio. l. j. §. aut per semetipsum. ff. de iniur. l. si vero non. si adolefcens. ff. mand. sed eleganter hæc distinctio patet. in l. reculare. §. Titius in verb. per se. ff. ad Trebelli. de iisdem verisime in. §. pe. de singul. reb. nam qui secundus fuit primo semoto fit primus l. pe. de iur. deliber. ff. non in obliqua. l. si hæres. ff. ad Trebelli. proinde quisque videt directa qualia sunt, si Titius hæres non erit, herum instituo, vel substituo, vel hæres fit, vel hæredem instituo. Obliqua sunt contrariæ his naturæ, nam per illa fit, vt fideicommissarius à manu hæredis restituentis hæreditatem capiat, non per semetipsum. vt, Titius hæres restituat Seio, rogo, volo, peto, iubeo, vt reddat, restituat hæreditatem. fideicommitto, & similia. vel, Titi, rogo te, hæredem facias Seium. vel, iubeo instituas. l. filiusfamil. §. vt quis hæredem. ff. de leg. j. l. ex facto. ff. ad Trebelli. quia non refert, quæ verba sint, dum modo sic torquentur, vt substitutus à manu hæredis onerati capiat. Nec differt hoc hæredem facio ab institutione qualibet, vt claret in d. l. quoniam. C. de de testam. quamuis ad substitutum oblique referantur: vt Cai, volo te contentum esse dodrante hereditatis meæ, in qua Titium instituit vt ait Paulus lib. 4. receptorum sententiarum tit. de fideicommissis. Nolo referre nugas Doctorum anicularum deliramentis similes, dum verba communia sibi effunderent, & directa distinxerunt in ciuilia, & non ciuilia. C. vilia vocat, hæres esto, si, instituo & directa distinxerunt hæredem. non ciuile verbum est, morior. cap. i. de testam. in vj. MODER. Nullum verbum magis erit commune, quàm, morior: quoniam — *Quicquid freta & igneus æther,*

Nutrit,

Mors communis agit.

vt inquit Silius Italicus lib. 13. §. deinceps de nuptijs. col. 4. & fluctus orci omnibus communiter accidit, vt ait Pindarus in Nemæis: *Ἀλλὰ κοινὸν γὰρ ἐπὶ πύλαι καὶ μὲν ἀΐδαο.* & Vita omnibus metenda vt fruges, inquit Euripides. † Quod si hoc pacto verba communia meriuntur, manus porrigo eorum sententiæ. nam illud perdidicimus est, quod aiunt, verbum substituo, commune esse potius, quàm, hæres esto. cum in nota l. precibus. C. de impub. is vocetur substitutus, de quo dictum erat, hæres existat, vel, instituo, & deinde si instituo, directum est, quare non, substituo. l. mulier. §. fin. ff. de cond. instit. nunquid secundus gradus faciet degenerare? præterea si verbum, hæres esto, idem significet quod, dominus esto, §. si. de hæred. qualit. cum dominia sint à iuregentium inuentione l. ex hoc de iustitia & iur. ff. cur. quæso, à iure ciuili potius erit quam, substituo, quod iuregentium omnem suffectionem in locum alterius significat, vt in iudice, in fideiussores in curatore l. xx. ff. iudicat. sol. l. Lucius §. Paulus. ff. ad municip. l. consilio. §. i. de curatoribus. sed ciuili interpretatione restrictum est ad secundam institutionem testamentariam, ita tamen vt sufficiat instituendi dicere: Titius sit dominus rerum mearum primus, vel post Seium l. his verbis. ff. de hæredib. inst. quid dicam de hoc verbo, relinquo, cum testator dicit bona mea tibi relinquo? an non idem est quod hæredem te facio, si seruo proferatur? l. diuus. ff. de milit. testa. parum directe rem omnem perspexerit & lippis oculis, qui directe restari relinquentem negabit: nec enim, relinquo, latius patet quàm, instituo, in l. pe. ff. locat. nec substitutionis verbum quàm institutionis, vt Bartolus falso asserit. MARC. Gaudeo, quia te fauoræ meæ opinionis inueni. formidabam trepidus, ne Doctorum somniantium propugnator essem, quod ipsi ex tua iam hoc iure. ff. de vulgar. suum errorem asserunt, vbi verbum, substituo, commune vocasti, quod cum sit inuentione ipsa posterius verbo instituo, potius ciuile & à iure ciuili ceteretur, quàm instituo. nemo enim nescit substitutiones præ institutione nuperrimas esse, & seruo Romæ visitatas, præsertim cum cadauca inoleuerunt. sub Augusto l. i. C. de caduc. toll. MODER. Scis, Marcelle, quantum ego talia somnia in d. iam hoc iure non cogitarim: & cur tandem in tractatu reciproce substitutionis, cum nihil *ἔπος* faceret: proinde in iam hoc iure. † illa verba, sed si alter pubes alter impubes, hoc communi verbo, eosque inuicem substituo, sibi fuerunt substituti, substituti hoc voluit, quod qui reciprocâ olim faceret, communi, id est, vulgari verbo, vos inuicem substituo, vtebatur. & sic commune, vulgare significat. l. j. non licere habit. metroc. xj. C. l. Tribunus. ff. de milit. test. l. suppellectilis. ff. de suppell. leg. l. cum minor. ff. re rat. hab. Cicero pro Cælio, obiurgat Clodiam, quod eius serui, non communi conditione seruitutis, sed liberius cum ea viuerent. id est, vulgari & consueta. Claudianus verba communia, pro visitatis euidenter accipit, & pro tritis vulgaribusque:

— *Sed verba negant communia Musa,*

Carmine sola loquor.

In quodam epigrammate ad Æternalem Apuleius libro primo de Asino aureo: Oro te, inquit, aulæum tragicum dimouero, & syparum complicato, & cedo verbis communibus, id est, dic verbis vulgaribus, intelligibilibus, l. si calumniatur. §. telum. in princ. & si. §. ff. de verb. signific. Quintilia lib. 8. cap. 2. ad planiora & communia magis.

† Deinde

verba descendimus vt obscurum vitetur scilicet † Deinde in d. l. iam hoc iure, quod dicitur, hoc communi verbo vos inuicem substituo, aliter quidem, atque vulgus consuevit, interpretor. nempe non pro vnico verbo, id est, dictione, sed pro tota periodo vel certe clausula, vos inuicem substituo. Terentius.

Verbum hoc, Hercle, verum est. Sine Cerere & Libero friget Venus.

idque annotat Asper ibidem & in Andria ibi quin tu vno verbo dic. verbum esse ἀξίωμα seu enunciatum.

Et alibi: Potius quàm te inimicum habeam, faciam, vt iusseris.

Tum Phædria Thaidi in Eunuchio idem ait:

Ptinam isthuc verbum ex animo ac verè diceres:

Potius quàm te inimicum habeam.

§. propterea. in auth. constitutio quæ de dignit. col. 6. sic in l. 2. de bonis vacant. vbi adnotat. Accursius lib. x. C. male itaque idem reprehendit iurisconsultum in l. amplius. ff. rem rat. haber. vbi verbum pro pronunciatum accipit, quo nihil amplius peti spondemus. Lucianus in Imaginibus: vetus verbum est poetas & pictores esse liberos. sic sumitur in rescripto principis vel in Dei præcepto integro: sic, inquam, in l. si quando. C. de inoffic. testam. Et paulo apertius in l. Titia. §. Scia. ff. de legat. 2. quin præcepta quoque decalogi decem, totidem verba appellantur Exodi cap. 3 4. vt iam admonui in re aperta verbosus.

OBSERVATA IN XXV. DIALOGVM.

- | | |
|---|--|
| 1 An in l. precibus. C. de impub. fauore matris obliquetur substitutio. | 5 Miles in l. precibus. non est usus privilegio militari. |
| 2 Verbum, peto, non inducit necessario fideicommissum. | 6 Intellectus l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. |
| 3 In d. l. precibus. verè iure si de icommissi valet substitutio post pupillarem. | 7 Substitutio directa, quando migret in fideicommissum. |
| 4 An in l. centurio. tempus certum finitum faciat directò valere. | 8 Intellectus l. si seruus legatus. §. si seruus alienus. ff. de legat. j. |

INTERLOCVTORES.

PAPINIANVS, MENANDER.



ST A sententia, quæ verborum directorum cum communibus discrimen refellit, secretis hostibus, vt equus Troianus, plena est. actum est de pace, nedum induciji, inter l. precibus. C. de impub. & l. centurio. ff. de vulg. Illic dicitur substitutionem à milite factam, post pupillarem ætatem fieri obliquam. hic verò directam permanere. obtruncat, vt in l. centurio. directis verbis usus esset miles: in l. precibus. communibus, id est, aptis ad vtunque genus substitutionis. quale est, substituo. sed Marcellus & Modestinus huic emortuæ opinioni funus iam fecerunt, & exequias iam dudum prosequuntur. quare aliunde solutio mendicanda est.

† Sunt, qui dicant in l. precibus. fauore matris in fideicommissum iri, eam ob causam ad matrem verba legis dirigi. Hoc displicet. quia in l. precibus. non quid matri conueniat, non, inquam, specialis fauor exponitur, sed magis quod in iuris communis dispositione positum sit. Imperator respondet, cum ait, nam non est incerti iuris. Præterea, vix est, vt matri faueatur in substitutione à patre facta in gratiam filij. l. Papinianus. sed neque. ff. de inoffic. testa. præsertim quod vis compendioso per particulam, quandocumque, substitutum vocabatur post pubertatem l. quidam. ff. ad Trebelli. atqui matri contra substitutum tunc faueatur in bonis mariti, cum multa alia concurrunt præterquàm quod mater pueri est hæredis institui, nempe quod chara marito fuit, & quod verba remitti videntur substituto. d. l. quidam, & l. si. C. de institutio. Denique si matri faueri oportuit, cur obliquatur substitutio? cur sit restitutio substitutio? nonne satius esset interire omnino substitutionem post pupillarem, vt sic mater ad successionem omnimodam filij admittetur: præsertim cum nec Trebellianicam possit detrahere, vt mox dicam & cum ipsi onerosa futura sit restitutio. Secundò, ausi sunt quidam dicere in l. precibus. non magis valere substitutionem obliquam à pubertate, quàm in l. centurio. & ideo positam particulam, velut, in l. precibus, velut ex causa fideicommissi, vt innuetur fideicommissum non esse, alij resistunt, & merito, sed inepta ratione, expendunt enim verbum, à te peti possunt.

in fi. l. precibus. & ex eo dicunt verum fideicommissum inferri. † Sed Vlpianus non dicit in linter omnes. ff. qui sacros. cogant. vbi directo substitutus petitione vitur. Quid ergo? asse-
tiemur ne his, qui in d. l. precibus. obliquam non esse contendunt, ex particula velur? ne-
quaquam, quia non potuit concinnius vera vis fideicommissi exprimi hoc loco, quam dicē-
do, velur ex iusta causa fideicommissi. † Nam cum ab initio substitutio directa esset, dictū
est post pubertatem velur fideicommissum valere. hoc est, perinde atque si testator verba ge-
nuina fideicommissi expressisset. quod non fecit, finge fecisse, tamen non iuste fecit id est,
verbis solemnibus & fideicommissio assueris. l. j. ff. de iniust. testa. Et medius fidius supinus
esset Imperator, si directo valere voluisset, nisi manifestius ostendisset accedere l. apparet. §. pe. ff. de
itiner. actuque l. qui iniucem. ff. de conditi. indeb. saltem quod effectum l. j. de posses-
sor. hered. petit.

Quidam, homo profecto nequam & argutus, dissidium l. precibus. & l. centurio. sic cō-
ponit: † vt hic dicat substitutum fuisse filio vsque ad aetatem praefinitam x v. annorum: il-
lic verò infinite per particulam, quodcumque, & ob id in d. l. precibus. expressim scriptū
si verò substitutio in secundum casum vel expressa vel compendiosa, non vsque ad certam
aetatem facta repetatur, iuuo hominem arg. l. in fideicommissi. §. cum Pollidius. ff. de vsur.
tum quod multa ad tempus fieri permittuntur, quae non in perpetuum l. pe. ff. qui & a quib.
l. in hoc. §. pe. ff. communi. diuid. sed in propositum accedit alacriter l. sed si hoc. §. fi. ff. de
conditi. & demonst. Doleo hunc intellectum valde subtilem verum non esse. negat licere
militibus in infinito directo substituere, contra l. milites & l. quarebatur. ff. de milit. test.
l. in testamento. C. eod. neque exemplum l. centurio. regulam restringere debet. l. regula. §.
fi. ff. de iur. & fact. igno. Quid praeterea si miles substitueret filio, si filius intra nonaginta
vel centum annos decesserit? ecce certa aetas est, & directo valeret substitutio, atque facile
circumueniretur l. precibus. cum vita longissima hominis sit centum annorum l. an vsusufr.
ctus. ff. de vsufr. proinde tempus. x v. annorum causa exempli obuium positum fuit, eum
idem iuris foret, si tempus non praefiniretur. l. pater. §. conditionum. ff. de conditi. & dem.
& postquam pupillaris aetas expirauit, mox reliqua, in qua sibi filius testari quærat, non minus
inepta est directo iuri quam senectus vt l. sed si hoc. ff. eod. §. fi. Existimo itaque in l. pre-
cibus. mentionem fieri substitutionis, non vsque ad certam aetatem factae. quia sic euenerat.
Quinimo cur nominatim dictum sit, non vsque ad certam aetatem, ô Callideme, accipias:
Imperator in primo respō. l. precibus. quærit à matre, an substitutio in secundum casum fue-
rit facta. hoc modo: Si filius intra x i i i i. annum decesserit, aut postea & sic vides apertissi-
mè, quod talis substitutio nō habebat certam aetatem, sed indefinitam. cum dicit, aut postea, quæ sūt
verba testantis, non imperatoris, non mirum si in versic. si verò substit. dicat si vero substi-
tutio in secundum casum, vel expressa, vel compendiosa, non vsque ad certam aetatem, facta re-
petatur. nempe vsque ad pupillarem naturam legeque praefinita, quoad suam tutelam sic l. cum fi-
liosam. ff. de leg. 3. quia hæc verba præmissa: filium instituo, & si intra x i i i i. annum, vel po-
stea decedat, substituo Scium. certam aetatem nullam continent, quæ cum expressa sint, non
minus pollēt, quam illa compendiosa: quodcumque decesserit. † Quarto loco, vt breuita-
ti consulam, adferam eorum opinionem, qui in l. precibus militem non esse vsum militari
iure & priuilegio profitentur, quam tantisper sequar, dum inueniam, qui meliorem ostende-
rit. cum miles, in dubijs, non praesumatur vti suo priuilegio. l. quanquam. & l. in testamento. j.
C. de testa. milit. & cum noxium hoc sit militi, in dubijs ipsi suum cōcedere priuilegium
collo cucurbitæ fragilius, communi iure paganorum multo debilius l. eius. §. i. ff. de testam.
mil. & eo forsitam edita est præcipue l. precibus. vt ostendat multum interesse inter militum
testamenta & ea quæ iure militari facta sunt. l. Titius. ff. de milit. testam. & ideo, in quâ,
edita est. l. centurio. ff. eod. vbi memini me dixisse, substitutionem directam factam à milite: alio-
quin post pubertatem circa quadam facilitate liquaretur in obliquam iure cōmuni, nisi mentem
suam explicuisset miles, quæ verbis detegitur, & verbis omnibus præfertur. §. nostra de legat.
l. Labeo. in fi. de supell. legat. & certe lubetius praesumo militem noluisse militæ iure testamē-
tū facere, vt matri fauere superstiti aduersus quæ probare debet substitutū, aut repellitur. d. l. in
testamēto. de testa. milit. hinc fit, vt mater in l. precibus. detrahat Trebellianicam, quod quidē
nō faceret, si suo iure milites testatus fuisset. l. in testamēto. ij. C. de test. milit. Quod si milita-
riter status esset, quid, amabō, matri prodesset obliquari substitutionem, si Trebellianicam detra-
ctura nō est: nam quod aiūt, iura sepulcrorū, & nescio quæ striuola, penes ipsam remanere, l.
quia perinde. ff. ad senatuscons. Trebell. parū mihi per sua ferit. cum illa iura tanti non sint, vt
propter illa, l. precibus. infigne respōsum, dari debuerit. potissimum cum alia ratione iura se-
pulcrorum

pulcrorū ad matrem pertinere videatur, quæ ab intesto ipsi filio succedit, & ei⁹ nomine quartā
accipit de bonis paternis. l. cohæredi. §. cum filio. ff. de vulg. atqui filio semper iura sepulchri
cōperunt l. vel quæ. ff. de religio. & sumpt. funer. quinetiā indigno hæredi, cui oblata est hæ-
reditas, nō auferuntur l. si quis fuerit. ff. eod. nec curo alia iura extrinsecus hæredi rogato forte
obuenientia ex l. qui hæredi. §. j. de condit. & demonstr. quæ & suspectam ad eunt, omnia
quarta quoque, non denegantur ibidem. Minime autem ijs quæ dixi obicit l. precibus. quæ
bis mentionem patris militis facit, quia, vt & alij adnotarunt, bis dicitur, quod filius in pa-
tris militis erat potestate, cum necesse non sit filium in potestate esse, si pater militariter ei te-
stamentū faciat l. in testamento. j. ff. de testam. milit. neque quotiescunq; militis mentio in-
cidit, dissimile ius à causa priuatorū constituitur. l. cum proponas. C. de hæred. instit. l. testa-
mento centurio. ff. de manumiss. testam. l. Seius. ff. ad Trebell. Quare in l. centurio. data ope-
ra expressi, centurionem post x i i i i. annum directam substituisse, ne in dubio, iure communi
valere posset. MENAND. Magnam tempestatem, velut ex specula, prauideo, ex hoc intelle-
ctu in l. precibus. dato, ex quo concludis, substitutionem directam à pagano factam, post pupilla-
rem aetatem ire in fideicommissum. cum tua l. verbis ciuilibus. Papiniane, acriter resistat. P A-
P I N. Nihil est, quod de tempestate timeas, sereno celo & zephyris leuiter spirantibus: nam
MENAND. † Suboleo, quid velis. in d. l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. frustra fieri conuenit
substitutionem post x i i i i. annum. id est, ei, qui iam habet x i i i i. annos. sed in l. precibus. C. de
impub. minoribus x i i i i. facta prius fuit, qui deinde pubuit, idcirca in fideicommissum transit
P A P I N I A N. Aberras à rei ipsius veritate, bona venia dixerim, quia si in d. l. verbis ciui-
libus. substitutio maiori x i i i i. facta extitit, facilius in obliquum migrare debuit l. Scæ-
uola. ff. ad Trebell. ideo quia ab initio nullo iure valere potuit sicut è diuerso obliquam si-
nimus in directam vim nobilitari. l. nec enim. §. si cum seq. ff. de milit. testam. nam ne actus
omnino pereat, interpretatio fit quandoque in melius quam testator sensisset l. diuus. ff. de
vsu & habitat. vbi vsus legatus eadem ratione vergit in vsufructum, quia à principio non
subsistebat villo modo, nisi migrasset in alienam naturam. proinde pupillaris substitutio fa-
cta impuberi finitur pubertate directo: sed si longius tempus in ea comprehensum sit, va-
let vt obliqua. sic intelligo l. in pupillari. ff. de vulgar. per l. cohæredi. §. cum filia. eod.
cum substitutionis conditio puberem aetatem verbis precarijs egreditur vt ipse, nec peni-
tet, loquor: idque cum imperatore l. si frater C. de fideicommissis. cap. i. de testam. in. 6. ar-
qui in d. l. verbis ciuilibus. nihil eiusmodi interueniat: sed anno. x i i i j. præstituta erat me-
ra pupillaris. Nam & fideicommissum impuberi iniunctum, tanquam obliqua pupillaris
substitutio, pubertate finitur vt in d. l. Scæuola. & l. quod fideicommissum. ff. de legat. i.
itaque in d. l. verbis. de vulgar. sed etiam fideicommissum pubertate extinguitur effectu, id
est, substitutus compendiose procul arceatur, si pubes institutus cui facta est substitutio libe-
ros substulerit d. l. si frater l. cum acutis. C. de fideicommissis. his ad stipulatur d. l. cohæredi. §.
cum filio. ff. de vulgar. post x i i i i. annum frustra fieri dixi. hoc est, factam quidem fuisse
ante x i i i i. eius, cui substituit testator, sed adueniente x i i i i. anno, frustra facta esse incipit.
vt cum dicimus, Titium promississe Seio, post mortem suam. id est, Titij, non intelligimus,
mortuū iam Titium promississe: sed post mortem distulisse. l. vnic. C. vt action. ab hæred. Quidā
intellexerunt d. l. verbis ciuilibus. dicere de substitutione directa, quæ sola frustra facta ap-
pareat, sed obliqua non perinde reddatur inutilis. arg. Scæuola. ff. ad Treb. vbi substitutio
in codicillis erat inutilis, tamē iure fideicommissi valere declaratur. & in l. Mela. §. si. de alim.
leg. glo. ibi. in verbo inutiliter sed, vt quod res est, dicam, in d. l. verbis ciuilibus. omnino pe-
reptam esse volui, quia dixi, frustra fieri conuenit. vt l. cum post. §. si. ff. de iur. dot. l. pen. §. si. ff.
de public. iudic. Neque obstat illa minax l. precibus. quia, vt superius admonui, testator fa-
ciendo substitutionem impuberi, vt rous modo fecerit, expressè aut compendiosè, duo tēpora
complexus erat: pupillare & vltima, quia dixerat: si filius meus intra x i i i i. annum, aut postea,
decesserit. vel sic dixerat compendiosè: quodcumque filius meus decesserit. In l. verbis ci-
uilibus. tempus tantūmodo citra pubertatem cōprehendat: si filius meus intra x i i i i. annum de-
cesserit. neque adiecerat, aut postea. Verba ciuilia accipio, quibus ciues quotidie substituen-
do vti solent cōmuniter. l. de inofficio. C. de inoffic. testam. aliās dicuntur legitima. l. dire-
ctas. C. de testam. man. l. fin. C. de testam. tut. id est, iure ciuili recepta frequenter aq; l. certo. §.
latitudo. ff. de seruit. rust. sic est directa vsurpata ab obliquis seu inflexis discrepant l. quo-
niam. C. de testam. MENAND. Ista (si visum est superis) curant Doctores, quantū profe-
cto cæcus speculum. atqui verissima sunt, ex quibus eliciuntur tales cōclusiones: prima, sub-
stitutio verbis obliquis à milite vel pagano facta omni tēpore est fideicommissaria. toto tit.
ff. ad senatusc. Trebel. limitatur in l. Antoninus. ff. de fideicom. libert. l. neque enim

7 §. si. & l. seq. ff. de milit. test. Secunda est, † Substitutio à milite vel pagano facta verbis directis, instituo, substituo, heres esto, & his similibus, si tempus tantum pupillarem comprehendat, expirat pubertate. l. verbis civilibus. ff. de vulg. neque postea iure fideicommissi proficiet, ne fiat contra voluntatem militis vel pagani, qui tempus longius pubertate, non præstituit. neque enim equum est, per inanes coniecturas, euidenter testantium voluntati refragari, & tempora extendere. l. si ita quis. ff. de vulg. vbi si quis ita substituerit filio, si filius intra decimū annū decesserit, & is post decē annos, ante xiiij. decedat, nō est locus substituto, & sic pupillaris substitutio ad seipsam nō trāsit, quāto minus ad obliquā transire poterit, cum tēpus præfixū fuit cū ad similia facilius sit transitus l. in rem. §. itē quæcunque. ff. de rei vendicat. ceterum nec fideicommissum pupillare valiturum est à pubertate d. l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. l. quod fideicommissum. ff. de leg. 1. Ideo in l. verbis civilibus. subiunxi, quod, qui non admittitur vt substitutus, vt cōiunctus non admittetur. vt ostenderem à xiiij. anno substitutum reiectum fuisse penitus, vt. ff. de hæred. instit. l. Lucius. ergo in d. l. verbis, illa verba, hæres quandoque non erit. id pollent, quod nunquam. vt non quandoque, in l. j. ff. de alex. luf. Item quod dicitur in d. l. verbis. ne fiat contra voluntatem defuncti, si filius non habeat totum interim expone interim, id est, & semper metuebam enim ne substitutionis iure venire non valens. tanquam coniunctus succedere simul cum filio cuperet, quod nunquam obtinebit sic Vlpianus in l. cum in testamento. ff. de hæreb. instit. interim, particula ornatus causa ponitur, vt apud Quintilianum lib. x. cap. x. de tumidis præceptoribus loquentem sed imperitis: imperiosi atque interim sequentes, inquit, stultitiam suam perdcent. scio vulgo aliter cap. 1. l. qui seruo. ff. de fure. iuuat cap. Ioseph. de verbor. signif. Tertia: Substitutio facta à pagano, vel milite non vtente iure militari, verbis directis, quæ post pubertatem dirigitur, ante pubertatem valet directè, postea obliquè. l. precibus. C. de impub. l. . §. C. de fideicom. l. si arrogator vt adopti. ff. neque obest, quod Alciar. Parerg. x. cap. j. cogitat, durum esse directam fauorabilem, in obliquā odiosam, transire: quia sæpiuscule præstat adire ex fideicommissio, quam ex directā. l. recufare. §. Titius. ff. ad Trebellia. neque video quomodo sit odium fideicommissum, aut fideicommissario, siue hæreditate de beatur: aut hæredi, qui accipit Trebellianicam portionem. ô felix odium, si Crassus aliquis aut Lucullus de restituendo grauarer, aut Nicomedes Rex Bithynia, qui hæredem populum Rom. instituit. quia scitè Martialis:

Pingue solum lassat, sed iuuat ipse labor.

Quarta: Substitutio directis verbis à milite suo iure vtente facta, & vltra pubertatē porrecta: vtroque tempore directā est, cum distinctione. l. centurio. ff. de vulg. P A P I N. † Tertia conclusio. non soli Alciato, sed & doctis alijs duriuscula visa est, obstante §. si seruus alienus. l. si seruus legatus. ff. de leg. vbi Africanus si seruus alienus liber esse iustus est, & legatus sit, p. cum ex legato posse. nam cum libertas nullius sit momēti, absurdum esse, per eam legatū infirmari, quod alioquin valeret, si id solum datum esset. Ibi aiunt libertatem inutilem in fideicommissum non transgredi, cum sit vbique fauorabilis, quanto minus queuis substitutio. Responderi poterit. in d. §. si seruus legatus. testatorē nō esse vsum verbis, quæ de directo in fideicommissum porrigantur. vt l. precibus C. de impub. & l. frater. C. de fideicommiss. Vel aliter, ne obstat l. Antoninus. ff. de fideicom. liber. respondeto. d. §. si seruus libertatem semel datam, mox reuocatam fuisse. quia seruus iustus esse liber, legatus deinde fuit. l. si idem seruus. ff. de legat. ij. & sic nouissima scriptura præualeat. l. si quis cum. ff. de vulg. nec mirum est, sic inuito testatore, iure fideicommissi non valeat, sicut nec vquam alibi qui nisi reuocasset, libertas fideicommissaria efficeretur. l. generaliter. §. si quis seruo. ff. de fideic. libert. maxime cum protinus ab initio directo non constitisset, vt fufius explicui. iuuat. l. 2. §. 1. ff. de iure codicill. maxime si post datam libertatem longe post in testamento legasset alij eundem seruum quid cunctor cum in hæredis institutione, cui vicinior est vera substitutio, aliud iuris sit l. quidam. C. de necessarijs seruis hæred. & cum à libertate fideicommissaria in directam migretur. d. l. tractabatur. de milit. testam. & denique cum liqueat institutionem fauorabiliorem legato quouis assessorio. hoc dico propter l. Stichus seruus. ff. de manumiss. test. vbi alienato iam seruo libertas data est prorsus inutilis. Nam in d. §. si quis seruo in legato speciale fuit, vt iretur in fideicommissum, ob ius pignoris creditoris restantis.

OBSERVATA IN XXVI. DIALOGVM.

1 Reciproca substitutio rectè breuiloqua appellatur.

2 Quas

2 Quas substitutiones reciproca continet.

3 Ratio cur inter imparēs facta, non continet pupillarem.

4 Intellectus l. ij. C. de impub.

5 Declaratur l. Lucius. ff. de vulg.

6 Substitutio reciproca inter omnino imparēs facta, etiam pupillarem complectitur.

INTERLOCVTORES.

IABOLENVS, CALLIDEMVS, IVLIVS AQVILA.



E † vicinia compendiosæ est substitutio reciproca, de qua in l. iam hoc iure. ff. de vulg. quam doctores breuiloquam etiam vocant. Delicatiores quidam hoc nomen respuunt, & Dodonæo ære loquaciores, non esse breuiloquam ostendunt. Ego nūquam reperi substitutionem, quæ magis Laconismo gaudeat, & quæ paucioribus verbis fieri possit. his enim contenta est: Titium & Seium institutos inuicem substituo. vbi & institutio est, & reciproca seu breuiloqua substitutio. l. cum in testamento. §. j. ff. de hæred. instit. vbi Vlpian. expressè, breuiter institui & substitui dixit. Quod si verbosus testator multis verbis velit substituere, vt in l. Sextiam. ff. de leg. ij. non idcirco desinet esse breuiloqua. satis enim est, quod talis esse possit. vt serui à seruando dicti sunt, quod bello capti seruarentur. §. serui. de iur. persona. non quod ideo nati ex ancilla non sint serui, sed prima & naturalis origo nominis inspicitur, & hæredis institutio tribus verbis contenta est. l. j. ff. de hæred. instit. qui vult, pluribus faciat, prohibet nemo. nam & alibi inuicem censentur substituti in hunc modum: Titius & Seius, vter eorum viuet, hæres esto. l. Titius. ff. de hæredib. instit. cum l. seq. vbi tacita est substitutio, nimirum verbis, effectu autem expressior. † Vis est breuiloquæ (ne diutius lasciuiamus in nomine) vt facta paribus, nempe filiis duobus impuberibus, vulgarem & pupillarem continet. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. Imparibus facta puberi & impuberi, pupillarem non continet, sed illam tantum, quæ in vtroque locum habere potuit, hoc est, vulgarem. Ratio est, inquit ibi Modest. quia incongruens videbatur vt in altero duplex substitutio, in altero sola esset vulgaris. dissimulo hic, quod hæc ratio parum æquitatis habet. quænam enim iniuria pupillo fit, si frater pubes ei succedat: imo verò fauor maximus. l. si pupillus. ff. de acq. hæred. aut cur potius est incongruens, succedi pupillo per reciprocam, quam per pupillarem expressam? C A L L. In hunc modum ratiocinabatur Iabolen. vir, cum viueret in tantum alacritatis euectus, vt Plinius secundus, qui fuit eius æqualis, eum stoliditatis etiam infimulet. Tum Iulius Aquila Iurifcons. imprimis elegans: Igitur, inquit, Iabolene, DD. Marcus & Verus tibi desipuisse videntur, ac Modestinus, in illa l. iam hoc iure. & à te, scilicet, expectant edoceri. † ego autem semper arbitratus sum rationem inæqualitatis vitandæ efficere, ne in altero duplex, in altero simplex substitutio intelligeretur, quia testator cum dicit: Vos inuicem substituo: non cogitat singularem substitutionum species, sed diui Principes, in eius fauorem & liberorum, vulgarem & pupillarem contineri sunt interpretati, cum illo moderamine, ne à verbis prorsus discederetur. l. non aliter. ff. de leg. ij. cum itaque particula, inuicem, significet aliquid mutuo fieri æqualiter, l. j. ff. de compensat. non expedit vim eius temere violare inæqualiter substitutiones admittendo, & sufficit sicui, vel in paucis, consulatur. l. tutori. C. de neg. gest. † Ex his pender explanatio l. ij. C. de impub. vbi reciproca facta filio impuberi & alijs simul puberibus, ad pubertatis tempora porrigi non potest, id est, ad pupillarem. quæritur cur dixerit ad pubertatis tempora nō porrigi, cum dixisse præstitit, ad impubertatis? Respondebo, quod imperator hoc significare voluit: esse impossibile pupillarem fieri puberi & ad eius tempora extendi, hinc consequenter sequitur in persona etiam impuberis, non intelligi pupillarem, cum cesser ratio experitæ æqualitatis, quia qui ab vno admittit, & alteri admittit. arg. l. alteri. ff. de adim. leg. sic in l. pe. §. sunt præter. ff. de extraord. crim. executionem proditi instrumenti Vlpianus ait esse præsidis prouinciæ: nam, inquit, huius rei executio præfecto vrbs data est. quoniam infert id licere præsidis in prouincia quod præfecto in vrbe Roma, & persuasum omnibus nouit. l. de omnibus. ff. de offic. præsid. si aufers vni, continuo alteri & perinde est dicere in pubere non esse, ac in pupillo. quia hoc suadet æqualitas, quod Imperator aperte indicat, cum ponit filium institutum cum alijs non eiusdem conditionis: quare horum pubertas arcet pupillarem in persona filij impuberis, ex D. Marci constitutione cuius vtroque mentio fit, tum in d. l. iam hoc. I A B O L. Nimirum me increpuiſti, Aquila, sed ego tacens deuorabo hanc iniuriam, ne tot viros testes nostræ faciam simultatis & iurgij. † age, si potes, tolle obstaculum l. Lucius. ff. de vulg. vbi inter imparēs est

substitutio. Ibi filius naturalis tantum cum legitimo est inuicem substitutus, & tamen porrigitur reciproca ad vulgarem, quæ in naturali esse non potuit, cum eius sit cõditionis, vt nequeat institui. l. marce. C. de natur. liber. nisi in sola vncia, vt ibi. I V L. A Q V I L. Nihil moror, quæ ex parte instituat, dum instituere liceat, quia non curat reciproca æqualitatem portionum, in institutis, satis est, quod l. Lucius. ff. de vulgar. vtrunque institutum & hæredem vocet. vt l. & si ex modica. ff. de bonis libert. nec desiderat æqualitatem iurium: nam si vni ex hæredibus iure communi, alteri iure militari directæ fieri queat. nempe iam puberi vel extero, nihilominus in vtroque reciproca directio constat, si modo non sit dubium quin militatiter testator vltro substituerit. l. in testamento. C. de testa. mili.

At si obicias, quod filius naturalis non plus potest consequi de bonis testatoris per medium pupillum, quam ei testator posset relinquere, l. si is qui. ff. god. dicam quod iure. ff. poterat naturalis, vt quiuis extraneus institui. Vel quod hoc opetatur in l. Lucius. substitutio reciproca, vt solidum capere possit à cohærede, qui aliàs non posset. arg. l. quod autem. §. si vir de don. inter vir. & vxor. l. de fideicommissio. C. de transf. & si quæ iura multa admittunt compensationis reciproca prætextu alias non admittenda. l. sumptus. ff. de rei vendic. vbi glossa, & l. quod si eod. plane in d. l. si is quis ex. ff. de vulg. solus naturalis erat legitimo substitutus. quanquam ibi de naturali nullum verbum. I A B O L. † Quæro obiter, quid si inuicem substituti prorsus incapaces essent, puta, quia duos filios habet Scius alterum impuberem institutum, alterum puberem exhæredatum: reciprocè substituit: quænam substitutio locum habebit, cum in pubere exhærede, neque pupillaris propter ætatem, neque vulgaris propter exhæredationem esse valeat? Puto & vulgarem & pupillarem in hoc casu impuberi restè factam censerè, ne actus in totum pereat. l. quories. ff. de reb. dub. & paulo ante audisti, Callideme, tunc directam substitutionem degenerare facile in obliquam, cum ab exordio valere non potuit aliquo modo, secus si potuit. l. Scæuola. ff. ad Trebell. l. verbis. ff. de vulgar. addo bellissime tradita per Paulum in l. fundus qui. ff. de fundo instr. l. patronus de oper. libert. non omitto regulam pluralis numeri in singularia diducti. l. ij. §. si. de condit. instit. idque humanissime. l. hoc articulo. ff. de hæred. instit. proinde minime. Nec obest l. iam hoc iure. ff. de vulg. nec l. ij. C. de impub. quia ibi ideo non toleramus disparitatem, quod actus saltem in aliquo valere potuit vulgariter. nimirum comparatum est creberrimè legibus, vt actus, qui pro parte valere, prima facie, non potest, in totum valeat, ne in totum pereat. l. diuus. ff. de vsu & habit. l. j. §. si ex fundo. ff. de hæred. institu. cum l. si miles vnum. ff. de mil. test. l. obest particula, inuicem, quæ tunc naturam propriam non retinet, quia propter vrgentem rationem, vim suam amittere cogitur. l. non aliter. de leg. iij.

OBSERVATA IN XXVII. DIALOGVM.

- | | |
|---|---|
| 1 Vmbre & genij ferrum timent. | 4 Intellectus l. j. §. diuus. ff. de sicariis. An calcis ictu occidens excusetur. |
| 2 Ferrum, pro gladio accipitur, & pro rudi etiã, numero. 1. | 5 Particula, quanuis, addit præcedentibus. |
| 3 Intellectus l. si. C. de plagiar. | 6 Cucuma quid significet, apud Iuriscõsultum. |

INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, HEPHÆSTION.

VANTÒ plura de substitutionibus audiuissem, nisi vmbraurum turba inopinatè tumultuans, ab inceptis desistere labolenum coëgisset: occursum tali territus gladium vagina cripui. HEPH. Cum laruis certabas igitur, & cum vmbri, vt aiunt, luctabaris? CALL. † Sciebam gladium ab vmbri & geniis timeri iuxta Platonicorum doctrinam. vnde Sybilla Æneam in v. j. Æneidos. vt vmbri resistat, sic admonet:



*Tuque invade viam, vaginaq; eripe ferrum:
Nunc animis opus, Ænea.*

Quod autem vmbra sentiant, & patiantur, & metuant, si quis obiurgauerit vel minetur, restatur Pfellus in libro de dæmonibus. † Ferrum pro gladio accepit Virgilius. Quintilianus lib. v. i. i. cap. v. i. In prosa, inquit, recipimus ferrum pro gladio. idem lib. 7. cap. 7. de lege, quæ iubeat nocte cum ferro deprehensum alligari: non sicut annulo ferreo deprehendatur, sed cum ferro noxio. de quo in l. respici. §. si. ff. de pœnis. l. ij. ff. de abige. l. carceri. ff. de cust.

cust. reo. vbi carceri præpositus punitur si ferrum vel venenum passus sit inferri. Propertius:

Tu mihi vel ferro pectus, vel tunde veneno.

& ad ferrum damnati sunt, qui ad ludum gladiatorium condemnati. l. eius qui. §. si. ff. de test. Alciat. Parerg. primo, cap. xxxi. eodem modo dicitur quis damnatus ad gladium. l. si quis mihi. §. j. ff. de acquir. hæred. tamen paulo post ostēdemus pro rudi ferrum vsurpari. † Ibidem Alciat. conciliat sibi ipsi l. si. C. de plagia. cuius principium à si. differt. principium plagiario pœnam metalli minatur, finis ingenuum hominem gladio consumit pro crimine plagij, seruum vel libertum bestiis subiicit. Alciatus principium intelligit in his, qui ciuitatis Rom. ius habent, finem de quibusuis aliis. quæ, inquit, interpretatio satis ceterorum sententiæ conuenit, qui principium de nobilibus, finem de ignobilibus accipiunt. Ego verò magis existimo sic solui posse, vt nullum sit contrarium aut diuinatio: quod textus non solum dicit in principio, plagiarium pœna metalli puniri, sed etiam cæteris antè cognitis suppliciis: deinde in si. declarat quænam sint illa ante cognita supplicia, & ait in homine libero gladium, capite forsitan amputato, ne galero egeat: in seruo vel liberto ad bestias obiectione, vt viuum sepulcrum consequatur. vt scilicet, tota re pensa, iudex animaduertat, & ex rei qualitate, an gladio puniat, aut bestiis obiciendo. vt l. j. §. quanquam. de abig. ff. l. si. ff. ad leg. Flauiam. de plagiat. Præterea d. l. si. C. eod. meretur intelligi, de iis, qui frequentes in eo genere delicti non fuerunt: finis, de insignibus plagiaris. ideo dicit lex in si. si quis tamen reus fuerit oblat, postquam super crimine claruerit. hoc est, cum clarum & manifestum plagium patrauit. l. aut facta. §. si. ff. de pœnis. præcedens opinio magis congruit. HEPH. Papæ, tu quoque nostri legum scirpos dissoluere? CALLID. Noui equidem post multa Iuriscõsultorum responsa, quæ mihi de minutulis istis ediderunt. Non multum abest ab his l. j. §. diuus. ff. ad leg. Corn. de sicar. vbi extat Martiani responsum nobile, & quod paucos textus conferendos habet: † Diuus, inquit, Hadrianus rescripsit, cum quis hominem occiderit, si non occidendi animo hoc admiserit, absolui posse: & qui hominem non occiderit, sed vulnerauerit, vt occidat, pro homicidio damnandum. & ex re constituendum hoc: nam si gladium strinxerit, & in eo percussisset, indubitatè occidendi animo id eum amisisse. sed si claua percussisset, aut cucuma, in rixa, quanuis ferro percussisset, tamen occidendi animo, leniendam eius pœnam. non abolendam quidem. l. si ex plagis. §. j. ad leg. Aquil. quia in rixa, casu magis quàm voluntate, homicidium admiserit. Ecce §. in quo probatur sæpe teneri de homicidio, qui non occidit, & sæpenon teneri de homicidio, qui occidit per pensam, ex genere ferri, occidentis aut vulnerantis voluntate. nam qui ensem, machætam, gladiumque aliquem, stringit, animum occidendi declarat: qui verò clauam, aut cucumam, in rixa repente suborta, sustulerit, & percussisset, quodam casu & calore iracundiæ admisisse videtur, & lenitur pœna, vt l. quicquid calore. ff. de reg. iur. quid si calce occiderit, excusabitur vtique à lege Cornelia. l. eum qui. C. ad leg. Corn. de sicar. non tamen excusasset Neronem, qui Poppeam vxorem vterum gerentem ictu calcis exanimauit. debuerat enim grauidæ cauere & ventri. adeo locus vulneris ictusque aggrauat scelus. l. vulneris. ff. de iniuriis: aliàs teli genus leuat pœnam. & quamuis lex Cornelia teli verbo lapidem contineat, tamen qui lapide offendit, mitius plectitur quam is qui gladio. l. omne. §. si quis. ff. de re milit. quod autem in l. eum qui. C. ad leg. Corn. de sicar. Nero (dignus habuisse matrem vxori similem, quæ gerès vterum interisset) videtur excusari, eo pertinet, vt non lucret totam legis Cornelia pœnam sed aliquam remissionem. l. absentem. §. si. ff. de pœnis. præterea Nero immodice iracundus non prorsus fortuito sed culpa sua vxorem percussisset, & causam fato præstiterat. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad leg. Aquil. Interdum leuius telum & minus noxium auget facinoris pœnam, non quoad cædem, sed quoad contumeliam. vt si quis calceo genas alienas molester. totus est Demosthenes in modo iniuriæ, vt inuidiam conciliet Midia, à quo se cothurno pulsatum conqueritur. l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis. cæterum Budæus in d. §. diuus. legit, clau: vbi claua legitur. quia, inquit, claua ferrum non habet, & textus subdit, quanuis ferro percussisset. sed, pace Budæi dixerim, ferrum, non de clau, aut claua, intelligendum esse, sed de ense vel gladio, vt paulo antè ostendi. Vult itaque Martianus, quod si quis claua percussisset, vel cucuma in rixa, vel etiam ferro, non teneri de homicidio: dummodo ex genere litis, vel rixæ, vel teli ira non arte fabricati, vt dum in nuptiis Pirithoi Lapithæ populi scyphis & pateris pugnarunt præsumatur animus non occidendi verisimiliter. veluti, qui compotantes sese inuicem dicteris & scommatis prouocauerunt, deinde rixa oborta occiderunt, cum vulnerare tantummodo vellent. vel si in domo gladiatoris, adolescentes artem discentes, ensibus retusis, fato magis quàm voluntate, necauerunt. quanuis ferro percussissent, non tenentur. & ita Martianus ait: si claua aut cucuma percussisset, in rixa, quanuis ferro percusse-

rit, non tenetur percussor. id est, si prater clauam aut cucumam, gladio percussit. Nam particula, quanuis, addit prioribus frequentissimè. Cicero: Quis est tam stultus, quanuis sit adolescens, cui sit exploratum, se ad vesperam esse victurum. l. qui saccum. ff. de furtis. l. j. in fi. ff. ad leg. Pomp. de parti. aut ferrum rude accipere possumus in massa qua quis sit percussus. l. si pignore. §. furem. ff. de furt. aut dolorem acutum, d. l. si ex plagis. §. j. Non omitto, quod in claua aliquando inest ferrum, vt & Budæus ait, & Herodotus lib. v. 11. refert, in Xerxis exercitum venisse Assyrios, cum clauis ligneis ferro inductis. ergo frustra de claua agi putandum est, in d. §. diuus. licet ferrū aliter quam pro gladio dictum existimes. † Cucuma, æneum vasculum est, & lauacrum aquæ calefaciendæ aptum. quod Politianus lib. Miscell. cap. xxx. rarum inuentu dicit, in vsu scribentium. Martialis tamen vtitur:

Torquatus nitidas vario de marmore thermas

Extruxit, cucumam fecit Otacilius.

id est, Torquatus balnea & sudatoria marmorea ædificauit: Otacilius æmulus eius, paruam lauacrum. A cucuma fit cucumella, de qua in l. si quando. §. cum in domo. ff. si seru. vend. cum in domo Caij Seij, inquit Alphenus, locus quidam ædibus Annij ita seruiret, vt in eo loco positum habere ius Seio non esset, & Seius in eo syluam seuisset, in qua labra & æreas cucumellas positas haberet. vides ibi de cucumellis agi, vbi de labro etiam agitur: quod est vas æneum plerunque balneis commodum, vbi aqua calefiat. l. xvj. ff. de act. empr. poteris etiam legere in d. §. cum in domo. columellas in sylua positas. Horatius:

Nempe inter varias nutritur sylua columnas,

Laudaturq; domus, multos que prospicit agros.

Varro lib. iii. de Re rustica, cap. v. extra eas columnas est sylua manu fata. vt indicio sit, in syluis olim columnas poni solitas. Columellam tribus cubitis non altiorem in sepulchris statui tantum permisit Solon, vt scribit Cicero lib. 2. de legibus in fi.

OBSERVATA IN XXVIII. DIALOGVM.

- | | |
|---|--|
| 1 Stellionatus crimen unde nomen acceperit. | 3 Delaturur l. sacularij. ff. de extraord. crim. |
| 2 Stellionatus crimen quale sit. & a falso qualiter differat. | 4 Ars pro dolo capitur. |
| | 5 Balnearij fures qui sint. |

INTERLOCVTORES.

HEPHÆSTION, CALLIDEMVS, LICINIVS.



D tantam voluptatem tua facit oratio, vt mihi prorsus Epicurea videri debeat. CALLID. Audito rursus Iuriconsultorum colloquia. Vides, inquit Lucinius Rufinus, Callideme, pusillum illud animal, quod in illicem serpit, & iam stetit melle delibutum: licet apibus insidietur? † ab eo nomen habet crimen stellionatus, de quo titulus est. ff. & C. de crimin. stellion. quia vocatur stellio. Puer olim fuit, si poëtis credimus, maximè Ouidio v. Metamorph.

*Inq; breuem formam, ne sit vis magna nocendi,
Contrahitur, paruaq; minor, mensura, lacerta est.*

& mox:

Latebramq; petit, aptumq; colori

Nomen habet, variis stellatus corpora guttis.

glossa. l. ij. ff. de crimi. stellion. Plinius lib. xxx. cap. x. de stellione loquens: Nullum animal fraudulentius, inuidere homini tradunt, inde stellionum nomen aiunt in maledictum translatum. Theophrastus etiam scribit stellionem deuorare membranam quam exuit, vtilem comitialibus morbis. adeò inuidet homini, idem recensuit Aristoteles in lib. Mirabilium. non aliter Stellionatum admittit, qui contractum à se factum absorbere nititur, ad alium mox transuolans, priore dissimulato & occultato. † Eapropter factum est, vt stellionatum pro omni impostura accipiamus. l. ij. ff. de crim. stellio. sed hi potissimum stellionatum incurrun, qui res quas alij obligarunt, alij vendunt, vel permutant, vel qui merces adulterant, aut supponunt, vt si pro auro orichalcum vendatur vel tradatur. d. l. ij. versic. sed & si quis. ff. de crim. stellion. l. j. de pign. act. idem est si obligatam creditori dissoluendo sufficiat. l. si quis in. ff. eod. quod si duobus venisset res, aut alio titulo ad dominij translationem a pro diuersis contractibus cederetur, falsi crimen est. l. qui duobus. ff. de fals. non putarem hoc habere locum in liberalitate, sed

sed doli tantum actionem. l. ad res. ff. de adilit. edict. ex natura donationis vnde transferens nihil captat emolumentum, & de perfidia non admodum obligatur. l. ij. C. de eucti. exhilarauit itaque secundū donatariū tantisper, sed à priore vincendū. ita donanti pinguius succurritur. l. 49. & seq. de re iudic. ff. nec testator tenetur falsi, qui legat rem duobus: re enim cōiungit. l. re coniuñti. ff. de legat. 3. si tamen debitor ita obliget duobus rem conuentione pignoris vt falsum adhibeat tempus in futurū prolata die prioris, falsi re gest. l. 28. de falsis. H E P H. Propter insignes stellionis fraude, arbitror factum, vt à Virgilio III. Georg. Ignotus vocetur.

Nam sepe fauos ignotus adedit

Stellio.

id est, ignobilis, inquit Seruius, vel ex improuiso veniens. aut clarius, dic, id est, cuius astus paucis est cognitus. Cui miror non assimilari eum qui fundū quem prius locauerat deinde alij vendit: tenetur ille quidem colono leuiter. l. si merces. §. j. ff. locat. sed nō vt stellionis imitator. forte quia locatio fragilis illico rescinditur cum venditio eminet, ita vis duorum contractuum non concurrat. at pignoris obligatio rem perpetuo sequitur. l. pignoris. C. de pignori. Nec possum praterire vnum quod colligo ex l. venditor. ex. de hære. vedita. ff. in versic. nam si vendētem rem eandem duobus in solidum, tum demum falsi reum censeris si ab utrolibet pretium aut partem eius acceperit non si ab altero duntaxat: nec idcirco in mora tradēdi videri, qui alioquin veris delictis statim inest. l. in re. ff. de cōdi. furriua. Verū Callideme, nōne tibi videntur hi, qui merces supponunt, & ementitas pro veris dant, vocati sacularij in l. sacularij ff. de extraord. crim. CALLID. Sic mihi aliquando post communem turbam interpretum cæcutienti visum est, sed ob oculos totam l. sacularij. Licinius perspicue proposuit. LICIN. † Sacularij, qui veritas artes exercentes in sacculos, partem subducunt, partem subtrahunt. Item, qui directarij appellantur, hoc est, ij, qui in aliena se dirigunt cœnacula furandi animo, plusquam fures puniendi sunt. Hæc Vlpianus. Sacularij sunt fures, quos Plaurus in Trinummo Zonarios sectores vocat, id est, crumenifecas. quia zona crumenam significat. l. diuus. ff. de bon. damna. Gracchus apud Gelliū: Cū Roma profectus sum, zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inaneis retuli. Item & sacularij à sacculo dicti sunt. quia sacculus, crumena est. l. adhuc. ff. de vsufr. Aristophanes, comicus βαλανοτόμοις dicit, quia βαλανος crumenam significat. Equester ordo, inquit Alconius, pro Cinnanis partibus contra Syllam steterat, multasque pecunias abstulerat, atque ob eius rei inuidiam sacularij erant Appellati. Nil mirum, si ab Vlpiano dicantur sacularij, qui veritas artes exercentes in sacculos, id est aduersus sacculos: partem, puta, sacculorum, subducunt, vel subtrahunt. est enim definitio sacularij, vt sit, qui artem exercet in sacculos, & ibi punctum esse debet. † Artem pro dolo capio. Virgil. ———— *Multa prior arte Camillam*

Circuit.

etiam in plurali l. j. C. de iis qui ad statuas confugi. & l. j. C. de suffrag. artificium Vlpianus ipse pro fraude interpretatur in l. si quis inter. §. si. ff. de excus. tut. inde arte subtrahere, id est, dolo. l. pe. de cohortalibus lib. 12. C. vel artes veritas intelligam studium & diligentiam improbam furandi: vt idem Vlpian. lib. j. ff. de abig. Abigei sunt, qui abigendi studium, quasi artem, exercent. Subducunt vel subtrahunt copiose dictum est, pro clām furantur incidendo, vel aliter auferunt. Terentius: subduxisti te mihi, id est, inquit Donatus, furtim subtraxisti. l. tres. ff. de pact. Horatius de furto Promethei: *Post ignem athera domo subductum.*

l. j. §. dies. ff. quando appell. sit. Quoniam verò crumena: sapissimè subtrahuntur, & facillimè, idcirco tale delictum extra ordinem punitur, & grauius quam vulgare furtū, vt l. aut facta. §. si. ff. de pœnis. videri poterant non esse fures, cū dicit d. l. sacularij, quod plusquam fures puniendi sunt. sed suppleas plusquam reliqui fures. argumento est, quod idem ibi dicitur de directariis, qui vtique fures sunt. quia furandi animo in cœnacula se dirigunt. Sic abigeus à fure secernitur. l. aut facta. §. quantitate. ff. de pœnis. & tamen fur est, sed atrocior. l. ij. ff. de abig. De saculariis egit idem Vlpian. in l. j. de effract. ff. saculariū & directarium in malum accipiens, vt Cicero III. Offic. Testamentarium, pro illo, qui falsum in testamento commisit, cū tabularium aliàs designet. l. impuberem. §. si. ff. ad leg. Corn. de fals. non omitto pro Directariis à nonnullis Diætariis legi, à diætā æstiuo cœnaculo amœno. l. æquisimum. §. si. ff. de vsufruct. Accursius cum sacularios ad eos, qui mercibus ostentatis alias supponunt, transtulit, debuerat stellionatum id ascribere. l. ij. §. si. de crimi. stellio. l. si quis in. ff. de pign. acti. Sacularij qui sunt, nescit Budæus, & calcularios mauult legere: ignoscite, quæso, docto homini. Petrus Crinitus, qui nihil aliud, quam aliena trāscribit, in libris de Honesta disciplina, nuda verba Vlpiani posuit, interpretationis securus. ô cautum hominem, magis quam doctum! † Balnearij fures sunt, qui lauantium vestes in balneis furantur. Catullus:

k

O fur optime balneariorum.
 Nam olim grauius plectebantur, & extra ordinem, tot. tit. ff. de furib. balnea. & iudex in eos fuit constitutus. l. iij. §. fin. ff. de offic. praef. vigi. Tertullianus in Apologerico: Quis sacrilegus, aut corruptor? quis lauantium praedo? Cur autem magis famosi essent, quam fures reliqui, cur vltionem duriores expectarent, Alciatus ratione affert, ex Aristot. lib. Parerg. II. cap. xxxvii. quia facilius ibi furtum fieret, quam alio in loco. item quia hi fures impudentiores sunt, quia è publico surripiunt, & non erubescunt, vt alij, qui clam furantur. Addit Aristoteles illam rationem, problematum parte secunda: quia maior sit domino contumelia, cum vestimenta surripiuntur, si cogatur nudus redire domum. quae ratio sola verisimilitudine habet, vt & superiores contrarietatem continent: nam si in publico facilius est furandi occasio, ergo magis eos pudet, quam alios, qui cum difficultate tamen furari audent. Ratio germana & mera est, quod propter frequentiam hominum, quae in balneis plerumque conueniebat, licet furtum vestium factum esset, tamen furem cognoscere erat difficile, & sinistra suspitione multos notari accidebat. Plautus in Rudente:

*— Scin tu, qui it lauatum
 In balineas, ibi cum sedulo sua vestimenta seruat,
 Tamen surripiuntur: quippe qui quem illorum obseruet, falsus est:
 Fur facile quem obseruat, videt: custos, qui fur sit, nescit.*

OBSERVATA IN XXIX. DIALOGVM.

- | | |
|--|--|
| 1 Quid sit furtum. | parte illius. |
| 2 Furtum semper sit inuito domino. | 6 Duo furti genera. |
| 3 Definitiones in iure sunt, secundum quod esse debet, non secundum quod est. | 7 Furtum manifestum cur grauius puniatur. |
| 4 An sit furtum, si putem dominum inuitum, cum velit. | 8 Cur raptor minus quam fur puniatur sit. |
| 5 Contrectationis verbum in malum accipitur, nec consilio solo efficitur. & an in finale vel | 9 Furtum morte plecti. |
| | 10 Furta per lancem & licium facta. |
| | 11 An furtum contrarium sit iuri naturali. |

INTERLOCVTORES.

CLAVDIANVS, PAVLVS.



FURTI generalis definitio à Paulo tradita est in l. j. ff. de furt. ¶ Furtum est contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius, possessionisue: quod lege naturali prohibitum est admitttere. Alciatus lib. Dispunct. i. cap. x. refert in plerisque codicibus in eadē definitione, legi hoc verbū, inuito domino, quod ipse reiicit, vt superfluum, cum etiam volente domino furtum fiat. l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. quo in loco Alciatus dux peruersae opinionis esse maluit, quam comes syncera: sed tamē ex eo quod contrectatio fraudulenta est, reiecto illo verbo, inuito domino, iam ex

- 2 reliquo definitionis colligitur, ¶ dominum rei inuitum esse, vt l. si. ff. de cond. furt. & §. furtum. Instit. de oblig. quae ex delic. Nec obfuerit l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. vbi si putem domino inuito me rem accipere, cum dominus velit, furtum est. Quia etiam tum cum vult, inuitus est. quia si sciret furem, etiam inuito eo & quouis modo, accepturum rem, vtique inuitus esset. non enim munificus quisquam adeo est, vt fraudem alteri remisisse credatur.
- 3 l. Aurelio. §. si. ff. de liberat. legat. adhuc dominus æquissime inuitus esse debet, cū nec expresse futuri furti gratiam facere pacto queat, ne inuiter ad delinquendū imposterum sicuti praeteritum impune remittit. l. si vnus. §. pacta. ff. de pactis. quinetiam inuitū accipimus eum, qui inuitus esse debet. proinde in definitione inuiti mentio domini necessaria est: vt eleganter aperit Pomponius in l. cū seruus. in si. ff. de condic. caus. dat. l. fugitiuus. ff. de verb. signif. itaque in l. 4. ff. de pign. acti. creditor vedens pignus aduersus pactum & citra trinam denunciationem fur est, vbi nō dubito quin lex loquatur, vt obiter notem, de pignore fundi traditi & rei immobilis cuiuslibet, & ideo forte in definitione sit mentio vsus rei seu possessionis, quia creditor rem non sibi vult quam distrahit, sed pretium eius sibi debitum. est & ibi aliud mirum, quod sine affectu furandi est fur ob insignem perfidiam & neglectam nunciationem. Iurisc. inspexit, quod crebro & rectè fieri conuenit. sic can. j. dist. j. non facias aliis, quod tibi fieri non vis. id est, quod nolle debes. & ius praetoriū, etiam iniquū, ius nihilominus dicitur, quia

quia tale esse debet. l. pen. ff. de iusti. & iur. l. neminem. ff. de legat. ij. vbi neminem velle, pro neminem velle debere, positum est. Sic dominus rei inuitus esse debet: nec pati furem impunè malum fouere consilium. Scitè Ennius:

Benefacta male locata, male facta arbitror,

hinc dicebat Sabinus apud A. Gellium lib. xi. cap. xviii. qui alienam rem attrectauerit, cum id se inuito domino facere iudicare deberet, furti tenetur. Praeterea inuitus est, qui ignorat, in furti tractatu. l. qui vas. §. verare. ff. de furt. & creditor falsus, qui accipit indebitum à domino volente, furtum facit. l. quoniam. ff. de condic. furti. l. falsus. ff. de furt. quoniam si verè fraudem exigentis sciret, qui soluit, protinus se inuitum fateretur. Interdum contingit, vt dominus velle videatur, qui egregiè inuitus est. l. si quis. C. de furtis & ser. corrup. nempe quando persuasi seruo tuo, vt furtum tibi faceret, tu patiaris rem ad me perferti, quò possis in me furri & serui corrupti agere, tu, qui vis rem tuam auferri, maxime non vis, sed, vt verbis Martialis vtar.

Sic auidis fallax indulgent piscibus hamus:

Callida sic stultas decipit esca feras.

— ne si vaser vnus & alter,

Insidiatorem praeoso luserit hamo,

Aut spem deponas, aut artem illusos omittas.

Denique periculum est.

vt ait Horatius.

Sed & volente domino ferrum fit rei pignori data, quam debitor alij vendit. l. si is qui rem. ff. de furt. Ita vt creditori furtum fieri videatur securitatis quam rei data. & hoc ideo quia licet in rem experiri possit creditor contra emptorem hypothecaria actione, tamen res mobilis in alias atque alias manus facile traducitur. Quòd dixi, furtum fieri volente domino, qui tamē inuitus aestimatur, cum inuitus esse debeat, verisimū est, non tamen vt furti agere possit. d. l. inter omnes. §. pen. de furt. l. falsus. §. si quis sponte. eod. quia rei turpissimae consensum praestans, actione priuatur. atqui in d. l. si quis. C. de furtis. vult & tamē actionem furti habet. quia ibi, cum vult, se nolle maxime ostēdit. vt §. sed et si. Instit. de furt. Sed, inquiet aliquis, in §. sed et si. Instit. de oblig. quae ex delic. ¶ expresse scriptū est, nullū furtū fieri volente domino, sed et si credat aliquis, inquit, si rem commodatam sibi contrectare, inuito domino, & domino volente id fiat, dicitur furtum non fieri. Respondeo: quoniam non res ipsa furto aufertur, sed fit contrectatio vsus eius rei, vt quia re comodata amplius vsus sum, quam conuenisset, furtum fit, & furti est actio. l. qui iumenta. ff. de furt. Quòd si vsus rei contrectem, rei, inquam, comodatae, volente domino, quem inuitum esse puto, non est furti actio, nec furtum. ratio est, quia res aliquid iusti initij habuit, & facile tolerantur, quae speciem boni principij obtinent. l. sed an vltro. §. fin. ff. de neg. gest. vt liquet in praesenti furti tractatu ex. l. tres tutores. ff. de adm. tut. vbi quoniam tutela iusto nititur exordio ac titulo, tutor qui subtrahit pecuniam pupillarem, atque ita fur est, non tam videtur inuito domino contrectare quam perfide agere. commodaasti rem, ecce, quia teneo rem honesto titulo, licet postea abutar, facilius fit, ne furti agatur, quam si nullo titulo à principio tenuissem. Ponitur in definitione: furtum est contrectatio rei fraudulosa: ¶ solo verbo contrectationis, abundè ostēditur inuitus dominus quia in malum accipitur contrectatio. l. serui. de furt. ff. Suetonius in Domitiano: Contrectatis multorum vxoribus, Domitiam Longinam Aelio Lamiae nuptam, etiam in matrimonium abduxit. ideo non est furtum rei immobilis, quia contrectari manu nequit proprie, vt mobilis. l. 14. §. bonè. ff. de condic. caus. dat. ideo explosa est Sabini sententia furtum fundi ædium ve apud Gellium fieri quoque arbitratis. l. quare. ff. de vsucap. Sed opus est excipere fructus pendentes & arbores ac lapides exemptiles quasi fundi particulas. l. verum. §. si. ff. de furt. l. fructus. ff. de rei vend. aliàs non egemus explicatione Accursiana in d. l. j. ff. de furt. rei verbum ad mobilè referentis tantum: nam contrectatione hoc ipsum abundè iurisc. detexerat. quae, vt dixi, ad rei mobilis illicita subductione proprie respicit. l. vij. ff. de sepulcro violat. Praeterea contrectationis verbum significet verbū an consilio solo furtum non constare. l. si quis vxori. §. neque verbo. ff. de furt. quod si quis depositū inficietur interuersa possessione, furtum est. l. inficiendo. ff. eod. quia est contrectatio. l. singularia ff. de rebus credit. PAVLVS. ¶ Duo sunt 6 furtum genera, manifestum & non manifestum. Manifestum Graeci ἐπαυτοφάρω deprehensum dicunt. id est, in ipso furto. l. iij. ff. de furt. Non manifestum est, qui non deprehensus est rem ipsam tenens. §. furtorum. Instit. eod. ille in quadruplum puniatur, hic in duplum. §. ex maleficiis. Instit. de action. ¶ Quare manifestus plus non manifesto puniatur, quæsitum est: an fortitan, vt domini rebus suis magis inuigilent, spe quadruplum à fure consequēdi, & ideo eueniat, vt fures metu deprehensionis terreatur, videntes se non posse celari. arg. l. j. ff. de receptat. maxime cum à quouis deprehensus fur sit manifestus. l. si quis solutioni. ff. de vsur. ideo

fortè à prætorè talis fur durius taxatur. §. j. de perpet. action. Vel, an quia deprehendi turpissimum est, & Lacedæmonii olim furem indeprehenfum esse laudabile fuit, vt iuuentus ad bellorum astutias ita exerceretur sic Ægyptiis, vt retulit A. Gellius lib. xi. cap. xviii. certè audaciam domini furem deprehēditis mitissime commēdat lex, sicut & in omni alio negotio, maxime in operis noui nunciacione per lapilli iactum facta, potius quam metriculose verbo tenus: & audaci seruat possessionem. l. j. §. in operis. ff. de oper. noui nunciat. vbi Accursius. denique ei qui vider domi suæ furem & metu se occultit, ne occidatur, non dat in quadruplū actionem. l. si quis in ff. de furt. nō obest quod domino aliud furem deprehēdens querit furti manifesti actionem. l. si quis solutioni. ff. de vsur. quia hoc verū si prius dominus furē egerit & occurrerit. d. l. si quis in. & hæc forsitan ratio concitandi dominos rerum contra fures spe quadrupli, vt sapius terreantur, qui sapius & cotidie delinquit. l. aut facta. §. fin. ff. de pœnis. nam & furibus permisit à dominis parari insidias. l. si quis. C. de furt. In actionem vbi bonor. raptorum quadruplum quoque venit, sed ita, vt in ipso simplum comprehendatur. vnde mirantur omnes cum raptor fur sit improbius. §. j. de vi bon. rapt. vbi Accursius copiose. cæterum, vt dixi, in furto laudatur domini deprehēditis vel audacia vel astutia: in rapina domino succurritur quòd ea palam fit, & ita facilius est probatio damnū passo, proinde leuior furi pœna. l. eum qui. ff. de iureiur. ar. dices, rapinæ furtum manifestum inesse. l. si vendidero. §. cum raptor. ff. de furt. sed ibi hoc idem non dixit bene perpensus Papinianus. cum raptor, inquit, omnimodo furtum facit, fur manifestus existimandus est. id est, tunc tantum rapina transit in furtum, quando raptor fur est, non alias. vt si quis rapiendi animo in alienas ades iuerit, deinde neminem obstaturū suspicatus furari maluerit, ac deprehendatur. Aiunt alij raptorem mitius puniri quam furem manifestum, quoniā aliis legibus amplius puniatur, nempe vtraque lege Iulia. §. recuperatæ. de interd. sed certe fur etiam durius ex causa punitur. l. si. ff. de furt. morte quidem. l. cum seruus. ff. de cond. & caus. dat. & §. si quis quinque. de pace tenend. ita moribus comparatum est. Poteft aliter dici in d. §. cum raptor. prius à furto manifesto cœptum desisse in rapinam, & furtum esse manifestum; quia fur deprehensus resistit domino, & rem abstulerit. scribit A. Gell. ea quoque furta, quæ per lancè & liciū concepta essent, perinde ac si manifesta fuissent legibus vindicata. nam in xii. tab. sic dicebatur, Furta, quæ per lancem liciūque cœpta erant, sicut manifesta vindicata. Alciat. lib. Parerg. v. cap. vii. arbitratu consueuisse fures perquisitū ingredi alienas domos licio cinctos, quia Apparitores corā magistratibus licio cincti essent: quare fures licio se cingebāt, vt magistratibus obsequentes: lancem autem ferebāt quam oculis obiciebant, ne qua ex parte matrem familias mulieres ve conspicari possent. Idè ante Alciat. prodidit Cælius Rhodiginus lib. vi.

8 Lectionū antiquarū cap. vi. ante vtrunque, Pompeius Festus. † Ego cæseo licio & lance vfos fuisse fures, vt timorem incuterent rerū dominis, vt solēt qui in Arabia σκροπελίστου faciūt. id est, qui in inimicorum prædiis solent lapides ponere indicio futuros, vt qui eum agrū postea colerent, malo letho perirent. l. sacularij. §. sunt quædam. ff. de extraord. crimi. nanque liciū in incantationibus plurimū prodesse ducebat antiquitas. liciū appello filum lineū, quasi veneficiis sic impedirentur homines, vt i lino siue licio aliquis ligari poteft. Virgilius:

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore

Licia circundo, terq; hæc altaria circum

Effigiem duco.

Ipsè ego velatus filo, tunicaq; recinctis,

Vota nouem Veneri, nocte silente, dedi.

Tibullus lib. j.

Lancem in sacrificiis Inachi adhibitam, in Fastis dicit Ouidius. iuuat. l. 30. ff. de pœnis. adde in pensis & lanificiis sortes diuinationum exercitas. can. non licet. xxvj. q. v. † Furtum iure naturali turpe & probrum esse demonstratur in l. probrum. ff. de verb. signific. vbi quædam probra natura sunt, vt furtum, adulterium: quædam more ciuitatis, vt tutelæ damnari, quod non solum dolo, sed etiam negligentia euenire homini honesto poteft. Furtum esse natura turpe ostendit quod habetur exodi xx. cap. Accurs. ex præceptis Decalogi, Non furtum facies. & l. j. in ff. de furt. Alciatus aliter l. probrum. de verb. signif. torquet, & inuitis legibus tentat probare, furtum non esse natura probrum. quasi verò aliquid sit magis contra naturam quàm aliena, inuito domino, subtrahere, & se locupletare. l. nam hoc. ff. de cond. indeb. d. l. j. de furt. in fi. vbi furtum admittere lege naturali prohibitum est. Cicero iij. Officiorum, de societate humana sic loquitur: Cuius, inquit, societatis arctissimū vinculum est, magis arbitrari esse cōtra naturam, hominem homini derrahere, sui commodi causa, quàm omnia incommoda subire, vel externa, vel corporis, vel etiā ipsius animi, quæ vacent iustitia. Nec moueor illo, quod Alciatus ait, Lacedæmonii & Ægyptiis furari licuisse, quia mos quorundam

dam multa probat, & frequentat turpissima: adulterium, (ne longe petam exemplum) natura turpe est, d. l. probrum. & tamen nequissimus mos iam inoleuit, vt, loco sit industriæ supplicij soliti expertis, fuere gentes, quæ parentes emortuos deuoraret, quæ nuptias inter gradu coniunctissimos admitterent, probrum vtiq; admittentes. Inde expressim lex reprobatur exemplum Ægyptiorum l. licet. C. de incest. nuptijs.

OBSERVATA IN XXX. DIALOGVM.

- 1 Quenam sit substitutio in l. fi. C. de instit.
- 2 Quod in d. l. fi. non sit vulgaris substitutio.
- 3 In d. l. fi. est plusquam pupillaris substitutio.
- 4 Ad quid. l. fi. à Iustiniano inducitur fuerit.

- 5 De quibus bonis sit controuersia in d. l. fi.
- 6 An mater ibi veniat iure accrescendi.
- 7 Intellectus l. pater Severinam. ff. de cond. & demonst.

INTERLOCVTORES.

VENULEIVS, MARTIANVS, TRIPHONIVS.



Os Paule in nauì dormiuimus, & quantum maris nauigauertimus, ignoramus. Cum enim de substitutione Iabolenus disereret, nescio, quò factum extitit, vt alia subinde consuerentur à substitutionibus non parum remota, ad quas, quoniam plausibiliores mihi videntur, redeo. Substitutionem vulgarem vocamus, quæ fit sub ea conditione, si Seius hæres non erit. §. j. Instit. de vulg. qua conditione nulla magis vulgaris potest existere. Talè inueniunt doctores in l. fi. C. de instit. † Ibi Seius vxorem cum filio nascituro, æquis portionibus, instituerat: & si non nasceretur filius, Meuium filio substituerat: natus est infantulus, & mox impubes decessit. Controuersia est inter matrem & eum, qui est substitutus. illa filio ex Terrylliano vult succedere, quasi conditio substitutionis non euenerit. hic renititur, & verba, si filius non nasceretur, vult porrigere ad eum natum, & impuberem defunctum. Papinianus & Ulpianus legum νόρρῶσι non sibi constiterunt, licet matri potius quàm substituto studerent. nisi aliter de voluntate appareret. Iustinianus apertissimè substitutum excludit, & matrem recipit, ad luctuosam filij hæreditatem: nec aliàs substitutum venire permittit, quàm si mater prior substituto decesserit, antequam esset substitutioni locus.

Audi doctorum iurgia & inanes tumultus. alius vulgarem esse substitutionem contendit, quæ trahatur ad alium casum vulgaris, si natus decesserit pars verò vulgarem esse superciliosè asseuerat, sed quæ pupillarem complectatur. It clamor cælo. † ego non satis video vulgarem, in d. l. fi. C. de instit. cum casus sit haud vulgaris, imo rarissimus & paucis testamentis insitus. Neque fit sub conditione illa, si hæres non erit: sed magis sub illa, si filius meus non viuat. & potius accedit ad effigiem pupillaris. Proinde non vlli substitutionum eam conferrem potius, quàm pupillari. † profecto à mera pupillari mihi differt, nisi quòd nimium pupillaris est, vt pote cum pupillaris fiat sub conditione, si filius citra pubertatem decesserit: atqui is, qui non nascitur plus facit, quia non nascitur, & quodammodo magis citra pubertatem moritur. quia & necari videtur, qui in vtero est ante vitam. l. j. §. sed & si. ff. de vent. in poss. mitt. l. Cicero. ff. de pœnis. Can. aliquando. xxxi. q. vbi liquet insuper homicidij quemque reum esse, qui abortum procurauit. Cæterum longe aliter coniectat Bartolus tam diuinans quam cor Talpæ recens & palpitans comederunt; ait ibi esse vulgarem, quæ possit trahi ab vno casu ad alium, si mater non sit in medio: sed hæreditatem non fuisse ab infante nato aditam & vir callidus, quia præuidet pupillum non temere repudiare posse l. pe. C. de repud. hered. imò credi adiuisset omnino per continuationem dominij, cum sit suus hæres l. in suis. ff. de liberis & posth. fingit datione cohæredis exteri, id est, matris suitatam sublatam l. apud. §. idem Iulianus, ad Trebellia. quod nemo dixerit, vbi suitas filio prodesse poteft, licet sit secus forte in d. §. idem Iulianus. cum agitur, vt prosit tertio, cum nec exhæredatio tollat suitatam, vt pupillaris substitutio declarat. §. nō solum de pupillar. igitur de mera vulgari in d. l. fi. C. de institur. minime agitur sed, vt admonui de festinata pupillari & abortiua instar fœturæ. ita vt penè desinere existimeret id quod non inceperit in conditione aliqua l. si extraneus. ff. de cond. & caus. dat. l. 3. ff. v. susfructuar. quemadmod. caue. ideo Prætor eadem æquitate induxit edictū Carbon. in fauorè impuberum, qua, edictum de ventre in possessionem mittendo. l. j. in princip. ff. de vent. in poss. mitt. & denique parui refert, non nascatur aliquis, an parumper viuat. cap. nam &

ego. de verb. sign. Hic fit substitutionem illam, qua de agitur in d.l. si. plusquam pupillarem sim solitus appellare postquam proprie nequit pupillus dici, qui in utero est l. non est. ff. de verb. signifi. nec rursus habetur pro nato, ut pro sit alij quam sibi l. quod dicimus. ff. eod. alioquin protinus exclusus esset substitutus, licet mulier grauida non peperisset. cui tamen prodest, quandiu utero geritur, & eius portio est l. 2. ff. de pœn. l. 1. §. ex hoc. de ventr. inspic. † Igitur duo induxit Iustin. hac l. si. alterum est, quod verba illa, si filius non nascatur, porriguntur ad illa, si natus impubes decesserit. & sic plusquam pupillarem ad solam pupillarem, non tamen ut matrem excludat. nihil tale tractatum est in l. precibus. quia ibi de vulgari continente tacitam pupillarem, secundum multorum sententiam, agitur. Alterum est, quod matre pramoriente substitutus venit, velur impedimento sublato. & sic propter matrem fit, ut sopiatur casus verè pupillaris extensus, & illa reiecta, reniteat, & tanquam reuifcescat. sicuti solent ortu solis occultari, non extingui sydera reliqua, & illo occidente, refulgere. † Si dubitetur, ad quæ bona mater admittatur, an tantum impuberis: an etiam mariti: dicendum est ad vtraque, si adita essent per impuberem, vel si se solum immisuiisset. l. cum bonis. ff. de acquir. hær. vel tutor pro eo, quod fecisse debuit. nam tam de bonis testatoris quàm filij promiscuè agitur in l. si. C. de instit. quia maritus in proprijs bonis filij instituerat, & uxorem cohæredem adhibuerat: & eadem vocatur luctuosa filij hæreditas, iam filio acquisita. † Adde quod licet hæreditas adita non esset à filio, videtur mater cohæres admittenda iure accrescendi: sed non nudo iure accrescendi. quia si verè accresceret, transmitteretur ad hæredes eius cui accrescit. l. si ex pluribus. ff. de suis & legit. hær. quod quidem non facit cum matre (ut dictum est) defuncta, substituto locus fiat. d. l. si. in si.

Præterea, si esset nudum ius accrescendi, substitutus matri præferendus esset l. æquisimū. §. si duo. ff. de bon. poss. secun. tab. Est itaque hoc, ius quoddam personale soli matri cōpetens, ut l. cum patronus. ff. de leg. ij. quia sola luget decessum liberorum. §. j. de instit. ad senatusc. Terryll. Quid, tertio, si dicamus matrem admitti transmissione, quæ fit iure iuratis de hæreditate patris in matrem? l. apud. C. de suis & legit. quia obici non potest, quod sublata fuerit iustas (ut vulgo iactitant) per substitutum vulgarem. ut l. si filius. ff. de lib. & posth. quia in d. l. si. non vulgarem substitutum, sed plusquam pupillarem esse aperui, & optimis rationibus corroborauit. Verum cum ab impubere filio adita fuerit hæreditas, non est opus de his cōtrouertere. Quia tunc neque iure accrescendi, neque transmissione indigemus. MART. Nonne veretur Iustinianus, ne nudatus alienis plumulis, ut Æsopica cornicula, risum cieat? VEN. Cur tandem sic? MART. Quia ante eius decisionem Papinianus matrem præferere substituto, ut habetur in d.l. si. VENVL. In hoc reprehenditur Papinianus, quod non aliàs matrem admittebat, quàm si cohæres esset filio. Si enim, inquit, portionem fortunatum suarum reliquit, multò magis luctuosam filij hæreditatem, quæ ratio satis ieiuna est, ignoscat Papinianus, quia suadet quidem multum humanitatis ratio pro matre, ut orbitatis solatium habeat. sed non idcirco quia cohæres est, præferatur, cum substitutus mille cohæredibus præponatur, ut expressè vocatus. d.l. æquisimum. §. si duo. de bon. poss. secun. tab. l. vnic. §. pro secundo. C. de cad. tollen. MART. E diuerso si ita substitutio concepta esset, si filius meus in pupillari ætate decesserit, substituo Seium: filio non nato, substitutum admittendum dicerem. quæ species dubitationis olim coram centumviris agitata fuit, inter M. Curium substitutum, & M. Coponium successorem ab intestato. ut meminit Cicero lib. primo de Oratore ad Q. fratrem. Q. Scauola ex scripto iura testamentorum defendens & verbo tenus, substitutum reiciebat. L. Crassus præfererebat, & ea mente fuisse, qui testamentum, fecisset, assererebat, ut si filius non esset, qui in suam tutelam veniret, M. Curius esset hæres. suscribit Quintil. lib. vii. Oratoriarum institutionum, cap. vii. & ideo secundi hæredes pupillariter vocati matrem pecunia corruperunt, ut factū abigeret maleficè. l. Cicero. ff. de pœnis nimirum sic fore sciebant, ut substitutioni locus daretur, quod dignum consideratu est. Porro Q. Scauola, & L. Crassus illustres Iurifconsulti celebrantur in l. ij. §. post hos. ff. de orig. iur. TRIPHON. Non admodum Crasso, & tibi applaudit l. pater Seuerinam. ff. de condit. & demonst. MART. Imò resistit quàm maximè, nisi sedulo subueniam. Papiniani responsum est, in quo casu si non nupserit Seuerina filia, non extenditur ad casum, si inubilis decesserit, id est, si nubere non potuerit. † ibi non queritur an casus ad alium porrigatur, puta casus, si hæres esse noluerit ad casum, si non potuerit: sed an vna conceptio, si non nupserit, in duos casus findatur, sicut aliàs fieri solet in clausula, si hæres non erit, ex vulgari. l. 3. C. de her. instit. & in contractu l. si Merces. ff. locat. in summam in d.l. pater. ut & plerique nouerunt, diuersa stat ratio, propter quam Ælius Philippus substitutus excludatur. nam testator, Seuerinam Philippo nubere præcepit, & nupserit, idem

set, ei prædium reliquit: si non nupserit, idem prædium Philippo reliquit. Filia Seuerina impubes decessit, nimirum ea ætate, qua, etiam volens, non potuisset nubere. Prædium Philippo non debetur: eo quod Seuerina non potuit nolle nubere l. eius. ff. de reg. iuris. Sane deberetur, si pater in omnem euentum illum filia substituisset in eo prædio. at in Philippum commodum non redundabat ipsius Philippi causa, quin potius ut filia ad matrimonium alliceretur. & si proterua, conditionem matrimonij recusaret, priuaretur commodo prædij. quare non debuit dici minus morigera patri, quæ morem gerere nequiuisset. alludunt verba d.l. pater. in princ. cum ait, Seuerinam Philippo nuptijs designauit. optimè facit. l. illis in si. ff. de cond. & demonst. hoc euidentissime quoque liquet in l. vter. & l. seq. ff. de condit. instit. vbi conditio, si non duxerit, complectitur, si ducere uxorem non potuerit, cum in omnem euentum testator voluit aliquid emolumentum ad substitutum peruenire, nec ita eius perniciosum vlceri curauit. TRIPHON. Parum abest quin affirmem in d. l. pater. Philippum substitutum tandem recipi in illud prædium, neque id negari, quominus veniat à te, ô Papiniane, qui nunc ipso gestu pene rem fateris quo casu filias nubere nequiuisset. Sed magis quæsitum esse, an protinus debeat recipi, cum ipsa decesserit: & certum esse, ceperit eam nunquam nupturam substituto. & Respondit Papinianus, non recipiendum esse, & conditionem non extitisse videri. hoc est, nondum extitisse videri, quia admitteretur quidem substitutus Philippus, sed post elapsam tantum tempus, intra quod filia pubuisset: non antea, licet certum sit, quod velle non potest, cum moritur. l. centesimis. §. si. ff. de verb. oblig. facit regula, non sufficit effectum conditionis venisse, nisi dies venerit l. cum hæres. §. seruire. ff. de statu. lib. l. vxori vsufr. ff. de vsufr. leg. demum autem die adueniente, relicto præstatu l. quod pupillæ. ff. quand. dies leg. ced. itaque merito dictum est conditionem non extitisse videri, sed expectari: & non, pro nondum, ponitur l. j. in si. ff. de bonor. poss. ex testament. militis, & l. 3. §. sciendum. ff. ad exhib. & ea particula nondum, exigitur, ut congruat principio legis filium nondum viri potentem dicentis. cum autem ad eos annos ventum erit, quibus si viueret, pubuisset, Philippus tuus legato potietur l. Thais. §. Spendophorus. ff. de fideicommiss. libert. quare verba quidem videbantur representare Philippo commodum legati in quo fuit Seuerinæ substitutus, sed mens testantis refragatur, atque superat. gestit hilariter Marcellus, dum ego intrepide hoc affirmo, propter suum responsum l. Publius. §. si. ff. de condit. & demonst. vbi fere idem dubitatum & definitum recordor, & mihi pro sibyllino prorussus est: est maxime cum vtroque casu verum fuerit Seuerinam nō nupuisse, etiam tum cum nuptæ inchoari nequirent l. si extraneus. de condit. caus. dat. l. 3. ff. de vsufructuar. quemadm. caue.

OBSERVATA IN XXXI. DIALOGVM.

- | | |
|--|---|
| 1 Porrigi ad aliquid, vel ipsum comprehendere, non differunt. | 4 Declaratur l. moribus. versic. sed etsi. ff. de vulg. |
| 2 An pupillaris tacita matrem excludat quid de expressa. | 5 Nomine, quod olim rebus fuit, res ipsas iura vocant. |
| 3 In pupillari necessario requiritur, tempore testamenti impuberem esse in potestate, nec sufficit tempore mortis. | 6 Explicatur l. cohæredi. §. cum filio. ff. de vulg. |
| | 7 Catonis regula ad pupillarem non spectat. |

NERATIVS.



LEGANTER & perspicuè ista deducitis, quæ per alios parum bene extricata, obscura videri consueuerunt. sic quondam Fulius & Rutuba pictores imperiti, pulchros homines deformiter pinxissent: Ludius Elotas & Euphranor, deformes pulcherrimè. nimirum nihil est tam à iure scripto alienum, quod viri docti non poliât, ac persuadeant. sed iam in pupillari quæpiam adferre operepretiū est. Pupillaris substitutio, quædam est expressa, quædam tacita. Vtranque tam bene norunt pueri, quàm poëtæ antrum Cyclopi in Sicilia. de tacita plusculum difficultatis est, quò alij contineri in vulgari expressa volunt, alij vulgarem ad ipsam porrigi. l. iam hoc iure. ff. de vulg. l. quamuis. de impuber. id est, extendi & amplificari. l. 2. ff. de liberal. caus. † Iurifconsulti minus scrupulosi non perinde hoc differentia obseruarunt. Modestinus in l. τῶν τέκνων. ff. de verb. signific. dicit, quòd ἡ τῶν τέκνων τὰ γεγονότα καὶ ἡ

ἐπὶ τῶν ἐκγόνων ἐκτελεῖται, id est, natorū appellatio & ad nepotes extēditur. alibi dicitur, quod liberorū appellatio cōtinet nepotes l. liberorum. ff. de verb. signif. l. mulier. in fi. ff. ad Treb. glos. in verbo trahēdū. Increbruit, vt dicamus ↑ pupillari tacita matrē minimē excludi. l. precibus. C. de impub. idq; miserationis ratio suadet. arg. l. fi. C. de instit. nō obest l. quāuis. C. de impub. vbi vxor instituta fuit vnā cū filio impubere, & deinde vtriq; Firmianus substitutus fuit vulgariter: responsum fuit, nihil pupillaris comprehensum esse, & si in pupillari filius decedat, matrem venire, non substitutum ex pupillari tacita, quā nulla fuit. ideo quod vulgaris imparibus personis facta exitit. quasi inferatur, quod si pupillaris tacita potuisset comprehendī, exclusā matre, Firmiano locus fuisset ex tacita pupillari. alioquin quodnam esset illius l. quāuis dubium? Respondeo in l. quāuis. vtile fuisse scire, nam tacita pupill. contineatur, an non, etsi absque effectu si propter matrem mediam. qui contingere posset prius matrem ipsam obire quā substitutum, & eo casu substitutus ex substitutione pupillari tacita latente reciperetur, si comprehendi posset. vt l. fin. C. de instit. quod cū non possit minimum spei substituto reīnquirar, nisi ex vulgari expressa. Acerbum est illud in pupillari quod si expressa est matrem arceat etiam à portione legitima vt pontifex expressit cap. 1. de testam. lib. 6. quia pater testatur pro filio & ei prodest hoc officio. l. si pupillus. ff. de acq. hæred. atqui pater vix testaretur pro filio, hoc facere posset. qui nisi liberē in dubio nō præsumitur vxoris suæ negligens si quidem probam se præstiterit l. quidā. ff. ad Trebell. l. fi. C. de institutionib. nec soli Atridæ vxores suas amant. l. si vxor. de adulter. ff. plurimi facit illic Iustinianus ad repellendum substitutum, quod maritus vxorem prægnantem ex parte instituisse. sed nec pupilli testamentum captatorias. ff. de hæred. instit. cum pater & filius pene natura sint eadem persona l. fi. C. de impuber. & alijs substit. eo magis quod filius tener, instar virgultorum arbori cohærentium, cum patre magis coalescit quam adultus, & frondem sibi iam faciens seorsum l. si infanti. C. de iure delib. nota est præterea huc atque illuc desiliens Vlpiani solertia, qui nunc fronte potrecta me aspicit in l. Papinianus. §. sed neque. ff. de inoff. test. & de ambulatoriam nouit esse legis potestatem l. erit. ff. de fundo dotal. ↑ Ex d. l. quāuis. & sexentis legibus, liquidò apparet, patriam potestatem requiri, velut præcipuam, in eius persona cui fiat substitutio. Quæri quotidie video, nunquid sit tempore mortis testatoris impuberem in potestate esse, licet tempore testamenti non sit. vt si feci substitutionem extraneo, quem postea adoptaui, receptor opinio vult, sufficere si tempore mortis sit in potestate, per l. moribus. versic. sed etsi extraneum. ff. de vulg. substit. sed etsi extraneum, inquit, quis impuberem hæredem scripserit, poterit ei substituere, si modò in locum nepotis adoptauerit, vel arrogauerit, filio præcedente. Ego eam opinionem non facio afsis, & scio. d. versicul. sed etsi. nihil tale probare, imò diuersum omnino. ↑ quia illa verba, si modo arrogauerit, vel adoptauerit, non de futuro loquuntur, sed vetius de tempore ante substitutionem, atque si dicat, si modò antequam substitueret, adoptauerit, vel arrogauerit.

Nec formido d. versic. sed & si quis. cū ait, si quis extraneum hæredem instituerit. qui videtur innuere extraneum fuisse tempore institutionis. quoniam extraneus vocatur, qui iam adoptatus vt arrogatus fuit: sed nomen, quod omisit adoptione, retinet. ↑ Palsim inuenies Iuriconsultum res ipsas prisco nomine appellare, à quo destituta sunt, vt facilius res demonstraretur. l. insula. in fin. ff. de acqui. rer. dom. & l. j. §. liberos. ff. si tabu. testa. nullæ extab. vbi liberi adoptiui, mox emancipati, adhuc adoptiui, vocantur & qui compleuit militiam, adhuc miles dicitur l. in fraudem. §. testamentum. ff. de milit. test. plenius iuuat Iuriconsultus ipsemet explicans dominum pro potrono, fuit enim hic dominus l. Latinus. ff. de legat. 2. duo igitur tempora requiro, sicut in. §. pe. de singulis reb. per fideic. de eo autem loquor cui fit substitutio, non de substituto, propter l. si is qui hæres. ff. de vulg. nam hic sub conditione vocatur. Nec obstat l. intervenit. ff. de leg. præst. vbi die legatorum cedente, sufficit esse de numero liberorū. Ibi alia ratione aliter statuitur, quia pupillaris sine patria potestate stare nequit, etiam si filius velit, vel testator. sed cū petitur bonor. possess. contra tabulas, & legata præstantur solis liberis ex illo edicto, iam antequam peteretur ea bonor. possess. legatum valuit, & sine ea præstitum extraneis etiam forer. & sic facile firmantur, quæ speciem iusti inijt habuerunt l. patre. ff. de ijs, qui sunt sui vel alie. Terriò non obstitit l. si cognatis. ff. de rebus dub. vbi cognatis relictum, illis etiam præstandum venit, qui post testamentum cognati esse cœperunt arrogatione vel aliter. Respondeo, cognationem ad legata non esse necessariam, vt est patria potestas ad pupillarem, sed cognationem ad quandam demonstrationem duntaxat esse positam. & huius differentia argumentum est, quod substitutio pupillaris euanesceat, si impubes emancipetur. l. cohæredi.

l. cohæredi. §. cum filio. ff. de vulg. At si cognatis relictum fuerit, illis quoque debetur, qui cū cognati essent testamēti tempore, postea esse deserint. d. l. si cognatis. ff. de rebus dub. Item in legatis facilius defectus hi toleratur, quā in hæreditatibus. l. j. §. si filius. ff. de leg. iij. Quarto nō moueor l. non intelligitur. §. quando autē. ff. de iure fisc. vbi si quis sit rogatus incapaci restituere, non habetur in fraudem fisci rogatus, si mortis tempore capax inueniatur. Nam ibi fideicommissum non pendet in totum à persona fideicommissarij, sed cōstitit quodammodo in hærede, l. hæres. ff. ad Trebell. qui putatur nobilior. l. qui hæredi. §. j. ff. de condit. & demonstr. item aliquo casu, hoc genus fideicommissi incapacibus restituendi, penes hæredem remanere poterit. l. si. ff. de his quib. vt indig. pupillaris, sine patria potestate deplo-rata est addamus, quod eiusmodi fideicommissa incapacibus præstanda resciri possunt ab ijs, qui tacitam fidē perperam accomodauerint, si tempestiue se deferant. l. de ijs qui se deferunt lib. x. C. ↑ Quintò, minimē nocet l. cohæredi. §. cum filio. ff. de vulg. vbi nepoti auus recte pupillariter substituit, quāuis tempore testamenti primum locum non teneat, filio viuo: dummodo ante mortē testatoris cœperit in primo loco esse. Respondeo, hoc casu auus quodammodo nepotē in potestate habet, vt filiū. §. j. Instit. quib. mod. ius patr. potest. tolli. l. liberum. ff. de adoptio. sed fateor hoc obseruandū esse, in ijs, quibus sit pupillaris, ne post testantis mortem sint recasuri in patriam potestatem. l. moribus. ff. de vulg. quod euenit, cū filius vtriq; præmoriatur, auo & nepoti. Item facilius hoc licebit auo, qui iam habet naturale vinculū, nepoti substituere, filio existente in medio, quā extraneo, si deinde facta potestas, adoptione sequatur. l. cū in adoptiuis. §. si verò. C. de adoption. Quod si diligentiore examine libretur §. cum filio. aperit vtroque tempore patriam potestatem expeti, & testamenti, & mortis. si quis, inquit, ex his mortis quoque tempore non fuerit in familia, substitutio pupillaris fit irrita. Vides vt coniunctio, quoque, implicat duo illa tempora, hoc est, mortis & testamenti etiam l. si mancipia. ff. de fundo instr. vt eleganter in d. l. 2. §. quisquis. ff. de vulg. vbi liber. amplius expendere, quod ingenue Vlpianus asseruit, emancipatis nullo modo pupillariter substitui, nec exceptit, si postea adoptentur: multominus extraneis prorsus, in quibus tempore testamenti sine dubio inspicitur, etiam in conditionali institutione, quales substitutiones sunt l. si alienus. §. 1. ff. de hæred. insti. sic videtis contrariā opinionem flammæ de stipula similem breuiter euauisse. Addamus Catonis regulam l. j. ff. de reg. Cato. quæ sic definit: quod si testamenti facti tempore decessisset testator, inutile foret, id legatū quando cūque decesserit, nō valere. Quāquam ↑ Catoniana regula nobis parū prodesse possit in hoc negotio, cū non pertineat ad conditionales institutiones. l. placet. ff. de reg. Cato. qualis est pupillaris. tū quod non pertinet ad ea relictā, quæ cedūt ab adita hæreditate. l. Caroniana. ff. eod. quorū de grege pupillaris est l. moribus. ff. de vulg. in summā, non magis puto cōfirmari pupillare sequente adoptione, quā exemplarem homini sanæ mentis factam, si postea furere cœperit.

OBSERVATA IN XXXII. DIALOGVM.

- | | |
|---|------------------------------------|
| 1 Exemplaris an possit fieri impuberi. | plaris. |
| 2 Mater exemplarem facit. | 4 Verbum, cessat, quid significet. |
| 3 Si furiosus interuallis respiciat, an ei fiat exem- | 5 An exemplaris fiat. ex hæredato. |

INTERLOCVTORES.

POMPONIUS, MARCELLVS, NERATIUS.



EMPESTIVVM est de exemplari dicere, quæ furiosus & mente captus fit. §. qua ratione. Instit. de pupillar. ↑ circa quam doctores fure re videntur, cū putant eam fieri posse impuberibus, etiam si desipuerint. arg. l. qui habent. ff. de tutel. qui quāuis risu magis quā disputatione coarguendi esset, tamen rationibus breuissimis fateri cogam contrarium. Quid enim fateri possumus æquius, quā exemplarem pupillo licere facere? præsertim cū multoties contingat, vt pupillaris pupillo non fiat. fac pupillum esse emancipatum: §. præterea. Instit. quib. mod. ius pat. pot. illi substitues exemplariter commodissimè, pupillariter non substitues. ↑ Quid si mater velit exemplarē facere faciet vtiq; l. humanitatis. C. de impub. in verbo, parētibus. & verbo, testatrici. in fi. l. pupillare nequaquā faciet, quia filios in potestate non habet. l. nulla. ff. de suis & leg. hæred. Ad hoc considerant plerique, d. §. qua ratione. Instit. de pupill. hoc idem innuere, cū ait, substituere nos posse liberis, etsi puberes sint. ergo impuberibus licet: si perpendas vim particula, etsi. etiam, quāuis, & similiū. Cete-

rū hęc cōsideratio nullius momenti est. non enim imperator implicat etiā impuberes. quia maius dubium est, utrū fiat etiā impuberibus, quā puberibus: dico in exēplari substitutione, sed vis articuli, et si, quanuis, etiam, talis est, vt addat quod maius est, veluti si diceret: exēplaris sit filijs etiam impuberibus, de quibus magis dubium erat. quippe cū habeant sibi substitutionem pupillare. Quare hoc puto implicari d. §. quā ratione. quod substituere possumus liberis, et si puberes sint. id est, superiore §. demonstratum est pro impuberibus licere testari parenti, nunc ostenditur etiam pro puberibus simile quiddam concessum esse. Verūm pro præcedente opinione, addas quod longè vtilior est exemplaris pupillari. quia hęc pubertate extinguitur, illa quādiu furor durat, nō desinit. qui potest esse perpetuus. l. ambiguitatem. C. de v. usufr. Nec est quod timeam l. qui habent. ff. de tutel. vbi pupillo furioso curator non datur, sed tutor. Quia ratio est prorsus dissimilis ab exemplari. per tutorem magis consulitur impuberi, quā per curatorem. quia hic rebus tantum, ille & rebus & personæ præficitur. l. cū plures. §. si. ff. de adm. tut. l. in copulandis. C. de nupt. sed iam ostendi exemplarē sæpenumero pupillo cōmodiorem esse. Præterea si curator non est datus pupillo cras & perendie finita etate impubere dabitur à iudice, parente semel mortuo, nemo filio faciet exemplarē. Nō omittā, quod ex benignitate iuris citius aspiciamus accidēs, quā quod naturale est l. j. §. bestias. ff. de postul. sed in exēplari iuris benignitas potest plurimū. l. humanitatis. C. de impub. succurrit l. pe. ff. de castren. pecul. l. cum allegas. C. cod. lib. 12. vbi donatū cognatō cōmilitoni castrēse est quasi cōmilitio ac communi disciplinæ castrorū plus tribuatur quam naturali necessitudini: quippe, cum illud magis expediat donatario filiofamil. si modo in eadem prouincia & in eadem expeditione vterque stipēdia fecit l. dotem. §. si. ff. eod. Sed adhuc videtur furiosus esse expers pupillaris substitutionis, quoniam suus non est l. Fulcinus. §. adeo. quib. ex causis in poss. Verum vt meus videar non alieni iuris tam facile obiectione me dimoueri libere fateor, nec iuuari cupere in tuta alioquin sententia.

- 3 M A R C. † Si furiosus per interualla sapiat, an exēplaris ei fieri possit, queritur. vel an facta extingatur. Cōmunis opinio nō extingui vult, arg. l. cū alijs. C. de cur. fur. vbi curator semel datus ei, qui alternis sapit, & desipit nō remouetur. Possent tamē nōnullē diuersitates assignari contra cōmunem sententiā inter curatoris dationē & exēplarem, & dici, in curatore hoc ideo receptū esse, ne sæpius iudex teneatur per momēta indagare, an curator idoneus sit. Vel saltē ipsū cōfirmare, ne curator sapiens gerere incipiat. Sed in substitutione exēplari aliud est: imputetur furioso cū respit, quare sibi testamentū nō fecit, vt qui potuit. §. præterea. Inst. quib. nō est permis. fac. test. Sen sim eundū est, locus lubricus est, & veritati locum fore decer. Quid ergo? verane est cōmunis illa opinio? est. Quod si morbos corporis ad animū trās. ferre liceat, hęc probat l. qui tertiana. ff. de æd. edict. vbi qui tertiana, aut quartana febre, aut podagra vexantur, ne his quidem diebus sani rectē sunt, quibus morbis vacant. nā semper morbi ramēta quædā remanēt: præterea, si iniquum est homini sanæ mentis liberam testandi facultatem auferre d. l. ex factō. iam hoc non habebit locū in filio in potestate, qui sibi testari nequit l. 6. ff. de testam. si autem esset emancipatus secus erit. Itemq; filius, qui nō sibi restatur intra furoris inducias, testamentū paternū cōprobat tacitē. deniq; indignū est putare extingui exēplare factā ei, qui terria quaque hora deliriū habet, & sic fingere substitutionē rā parvū tēpus duratā. Neque obstat l. humanitatis. C. de impub. vbi cessat substitutio, si furiosus esse desierit, quia illic agitur, quādo amplius rediuius furor nō speratur, sed in totū cessauit.
- 4 Nā & † verbū, cessat, sic explicari etiā potest, vt significet idē, quod, quiescit. l. qui res. §. areā. de solut. l. qui habēt. ff. de tutel. quanquā verbū, cessat, ne quid dissimulē, ibi idem significat, quod, extincta est. cū in l. ex factō. ff. de vulg. Paulus vtatur verbo, desinere, quia de furore semel desinente, nō autē iterato, loquitur, nisi dixisset frequenter desinere vt. l. pe. C. de curat. furios. quod si filius sibi testamentū faceret iam veritate rei fictū testamentū suū à patre factum rejiceret l. filio. ff. de liber. & posth. P O M P. Quid, Marcelle, si ostendā Doctores diuinasse, cū exemplarē credūt furioso per interualla sapienti fieri? vt meritō dixerit Democritus diuinationē cū furore versari, & ei coniunctā esse. nā l. humanitatis. C. de impub. expresse illis permittit substituere, qui perpetuo morbo manie vel dementie laborant. quasi non illis, qui sibi medio tempore, quo sani sunt, testari potuerunt. d. §. præterea. Inst. quib. non est permis. fac. test. M A R C. Perpetuum furorem voco, eum, qui ex præscripto interualis lustrat, it, reditque. arg. l. foramen. ff. de seruit. vbi l. 4. §. si. ff. de seruit. certē iura interijisse multa dissimulant. l. plerique. ff. de rit. nupt. l. si. ff. de commun. præd. Neque obijcias, quod cū hunc furorem perpetuum fingimus, videmur expectare deteriorem conditionem hominis. contra l. inter. §. sacram. ff. de verb. oblig. quia non expectamus furorem, sed cū euenerit, ei consulimus. vt l. generaliter. §. si homini. ff. de

ff. de fideicom. lib. N E R A T. Totus reficior vestro sagacissimo & cauto de re furiosa sermone. nec miror dixisse Thrasilaum, se nunquam vixisse iucundius, quā furoris tempore, cū me ita recreetis & sicut ille Athedis omnia nauigia, quæ in Pyreum ingrederentur, sua putabat, & cum gaudio excipiebat, in diario scribebat: ob demersa minime sollicitus, vt Athenæus refert, sic ego quæ huc attulisti quæstus mihi loco pono. † Consequenter peto, an exheredato exemplaris fiat? vt fiat, verisimile est. Primò, quia humanitatis intuitu introducta est. d. l. humanitatis. C. de impub. sed exheredatis parentum humanitatem negat nemo. l. vel qua. §. exheredatis. ff. de relig. & sumpt. l. si. ff. de ijs qui notan. infamia. Itē pupillaris exheredato fit, §. nō solum. Inst. de pupill. cur non etiam exemplaris? Præterea sæpe furor est causa exheredationis non mala mente faciendæ aut. aliter l. multi. ff. de liber. & posth. & apertius in l. xii. §. si quis non de bonis libert. ff. l. de creationibus. de episc. aud. C. Nec obest d. l. humanitatis. vbi legitima demum relicta fit exemplaris. quia intelligitur, si furiosus non ritē & rectē exheredatus sit. quare subdit text. ne huiusmodi occasione, exemplum pupillarijs, querela contra testamentum oriatur. ergo si exheredatio iustē facta sit, quid timeamus querelam: nec dubium est ex delicto ante furorem commissio furiosum iure exheredari l. j. de pœnis. ff. vt cum Orestes matre perempra furij agitari cœpit. Ecquid? nonnetorum confertur ibi ad exemplum pupillaris, quæ quidem rectē exheredato facta, firma est: de. §. non solum. & l. j. ff. de vulg. porrò legitima relinqui debet, ne testamentum rumpatur. hoc est, si tale sit, vt rupturæ subiiciatur ob exheredationem. similis est locutio in l. in quantitate. in si. ff. ad leg. Falcid. ibi, ne destituto testamento nihil consequantur.

OBSERVATA IN XXXIII. DIALOGVM.

- | | |
|--|---|
| 1 Cur furiosus ob delicta non puniatur. | an presumatur consensisse. |
| 2 Punitur curator furiosi delinquentis. | 5 Furiosus à mente capto differt. |
| 3 An furiosus exheredatur & puniatur ob crimen commissum ante. | 6 Mente captus rectē dicitur contra Vallam. |
| 4 Cur furiosus non puniatur, cur sit plus quam absens quod ex quasi contractu obligetur. | 7 Furor est duplex. |
| | 8 Phrenetico non exemplaris. |

INTERLOCVTORES.

I V L I A N V S, M A C E R.



V R I O S V S † in ipso furore delinquens, impunitatem habet. idq; duplici ratione: prior est, quod in delictis animus delinquentis & cōsiliū spectari debet, potius quā euentus l. diuus. ff. ad leg. Corn. de sicar. Furiosus autem nullū consensum habet. l. furiosi. ff. de reg. iur. & casu delinquenti comparatur l. fin. ff. de administrat. tut. Seneca in Hercule furente:

Solus te iam prestare potest
Furor insontem. proxima puris
Sors est manibus, nescire nefas.

Secunda ratio est, quia satis supraq; ipso furore puniatur l. pœna. §. si. ff. ad leg. Pomp. de parr. Nam, vt ait Cicero in oratione de Respōsis aruspiciū, nulla maior homini esse potest pœna, furore atque dementia. M A C. In l. diuus. ff. de offic. præsid. sentio ipse propter immanitatem terribissimi facinoris, quandoque puniri furiosum. Quid si seipsum feris immiscendo, horrendum dictū, polluerit? puniendum existimo, cū & fera puniatur. Canon. mulier. xv. q. j. quia & voluptate nequissima vsus est. & hoc sibi vult d. l. diuus. ibi, vt æstimemus, an pro immanitate facinoris, si cū posset videri sentire, cōmiserit, supplicio afficiendus sit. Amplius dixi in d. l. diuus. in fin. † custodes furiosos adhibendos esse, ne quid perniciosius in se vel alios moliantur. & eos puniendos esse, si negligentiores in officio fuerint. Quid mirum? cū pro quadrupede dominus cōueniatur, sed hoc interest, quod quadrupes pro noxia dedi potest. l. j. §. si quadrup. paup. fec. nō furiosus. † Si is, qui furiosus esse incipit, cū sana mente esset, crimen commisit, interpretes exheredari posse consent, quia furor præcedentia facinora nō purgat. l. nunquam. ff. de vsucap. in §. si vi aut clam. qui quidem §. non satis mihi persuadet, cū ibi agatur de vsucapione, qua furiosus volebat ditari cū aliena iactura, quod iniquū est l. nam hoc. ff. de cond. ind. At nos dubitamus de casu, in quo delicti sibi gratiam fieri, sine alterius detrimento postulat. quapropter hoc longè pronius concedendum l. rescripta. C. de precib. imp. off. Sic vtiq; responderi leuiter posset, nisi veritas vrgeret in contrariū, que

vult ob crimen præcedens exheredari posse. quia tempus dilecti inspici oportet. l. j. ff. de pœn. probat idem vulgus, per l. de creationibus. C. de episc. aud. & l. si. §. sed cum antiquitas. C. de cur. fur. quauis neutrobi exprimitur, an furiosus odiosè exheredatus fuisset mala mente, an bona potius, vt l. si patronus. §. si quis non mala. ff. de bon. lib. porro pro me, communi opinioni tutæ esse liceat: cui annectam, † quod propter delictum ante furorè commissum corporali pœna plecti poterit. per l. diuus. ff. de off. præf. vbi si interuallis illis quibus sapit, deliquerit, punitur. igitur furor, qui toties postea sequitur, illi gratiam non facit, & quauis lex puniat delicta non voluntaria, vt patet in eius definitione l. j. & 2. ff. de legib. & casus fortuitos etiam leuiscule l. aut facta. ff. de pœnis. §. pe. tamen furenti dedit impunitatem, quia vltra id quod animum non habet delinquendi, qui in scelere potissimum spectatur l. diuus. ff. de sicarijs, habet furorè vltorem perpetrati maleficij. l. pe. §. si. ff. ad legē Pompei. de parricid. proinde lex quæ dicit furiosum pro absente haberi. l. vbi non. §. si. ff. de regul. iur. non negat, quin sit plus quam absens, id est, & quiescens simul l. 2. §. pe. ff. de iure codicill. nam absens simpliciter, obligari poterit epistola vel nuncio mandans facinus fieri, vel contrahens l. 2. de pact. at furiosus, quia consensu caret, contrahere nequit. l. 1. §. j. ff. eod. certe ex quasi contractu obligatur curatori suo vel negotiorum gestori l. 3. §. & si furiosi. ff. de negot. gest. non vtique ex consensu, sed ex æquitate, ne dicitur alieno damno & labore. vel magis vt plures accendantur ad opitulandum furiosis si sciant fore, vt obligentur l. j. ff. de contr. vel utili acti: vel tertio dici, potest fictus à lege consensus furentis, cum contradicere non potest, nec debet, ijs quæ sibi expediunt l. 2. §. si. ff. de solut. matr. quod multo magis locum habet in ijs quæ furens ante gessit dñi saperet. nam perseuerare etiam nū creditur, quasi manentibus voluntatis reliquijs, vt ait Vlpianus in l. patre. ff. de ijs qui sunt sui. proinde furor nō dirimit præcedēs matrimonium, imo locutionē impedit instaurari trāfacto tēpore quia in perpetuū inita non fuit, vt matrimonium. §. j. de patr. potest. adde quod locatio non fuit pro certo utilis furioso. l. v l. † Inter furiosum & mente captum est quedam subtilis differentia. §. v eordem. non furiosi. Instit. de curat. furios. l. tam dementis. C. de episc. aud. Cicero in L. Pisonē. Ego te non furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste, aut Athamante dementiorem putē? Idem lib. 111. Tuscul. quæstionū, Græcos taxat, qui furoris nomine omnem demētiam appellarūt. Greci, inquit, *μανία* vnde appellent, non facile dixerim. eam tamen ipsam distinguimus nos melius quā illi. Hanc enim insaniam, quæ iuncta stultitiæ pater latius, à furore distinguimus. quem nos furorè, *μελαγχολία* ipsi vocant. quasi verò atra bile tantum mens, ac non sæpe vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur. Ex his Tulij verbis patet, furiosum tumultuosum habere delirium, mente captum, remissius. extat epistola Democriti ad Hippocratem, in qua scribit dementium alios insanire pituita & minimum tumultuari, alios bile, pessima semper molientēs. Non tamen Iuriconsulti hoc discrimen, inter furiosum & mente captum vbi que obseruarunt. l. generali. §. duas. ff. de vsufr. leg. nec inter demēt. em & furiosum l. Licinius. §. si. ff. de leg. ij l. consilio. §. j. de cur. furio. nec in l. 2. §. si. ff. solut. matr. cum differre videantur. l. tam dementis. C. de episc. aud. † Mente captum dicimus, vt oculis captum, id est, priuatum. Errat itaq; Valla lib. vi. cap. 111. qui de oculis tantum dici putauit. Plinius lib. xx x i i. cap. 111. Quendam, qui numen violasset, oculis membrisque captum prodidit. † Furor dupliciter contingit: quandoque ex cerebri intemperie, læsa rationis parte præcipua, citra febriem, & mania est, vel dementia. Quod si mancipium dementia laborans pro sano venisset, actione ex empto agetur l. j. §. interdum. ff. de æd. edict. Aliquando fit dementia ex morbo corporis penetrante ad animā, vt contingit *φρενιτις* in febrili. d. §. interdum. Nam si febris furorè concitauerit, phrenitis nominatur. vt & Galenus ait in si. libri 11. de Symptomatum causis. & tunc propter tale vitium, redhibitoria actio competit quia initium vitij est à corpore l. ob quæ. ff. de æd. edict. † Phrenetica exemplarē substitutionē applicari minimè posse censeo. quia cum febrili ille furor verisimiliter discessurus est. & l. humanitatis. C. de impub. iis tantum permittit substitui, qui perpetuo morbo dementia laborant ipse testamentum non faciet. l. in autē aduersa. ff. de testa.

OBSERVATA IN XXXIII. DIALOGVM.

1 Quæ sit pœna parricidij.

2 Cullens quid sit.

3 Virga sanguinea quanam Iuriconsulto.

4 Fasces magistratuum ex qua arbore fierent.

5 Cur vipera, canis, Gallus & simia consueverunt.

6 Mare, aquarum quancunque cōgregationem significat.

7 Declaratur

7. Declaratur l. pœna. ff. ad leg. Pomp. de parricid.

INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, IULIANVS.



OBIS loquentibus, humanas quasdam species obtutus sum, quales in Aphricæ sunt solitudinibus, quæ momento euanescent. Heu me, lacrymosum prospicio spectaculum. I V L. † Vides duci, reuinctis post terga manibus, reum, nudum, cæsum virgis, & vibicibus plenum. ille nuper patrem veneno sustulit. nefarium crimen, de quo legem non tulit Solon, quia non speraret futurum parricidam. Ducitur reus in flumen proximum, quod scaturit ex iisdem montium iugis, quibus

Tartareus Phlegethon, torquetq; sonantia saxa.

Vides totius Auerni sodalitium, quod egregium tantæ pœnæ candidatum comitatur. audis vocem præconis horridam. l. dies festos. C. de feriis. insuetur culleo cum cane, gallo gallinaceo, simia & vipera: & in flumen proiicitur miser. Insuetur, dixi, † culleo, *ἀσπίς βοεία* id est, vire bubulo. l. quæsitum. §. conseruandi. ff. de fund. inst. Fulgentius Placiades, Culleus, inquit, dicitur saccus, in quo rei conclusi in mare mituntur, sicut Plautus ait in Vidularia, Iube hunc insui culleo, atque in altum deportari, si vis annonam bonam. † Virgæ, quibus verberatus est, sanguineæ appellantur. Sanguinei fruticis meminit Plinius lib. xvi. cap. xviii. in montosis locis nascitur. & lib. xxiii. cap. x. Nec virga, inquit, sanguinea felicior habetur. cortex eius interior cicatrice, quæ persanauere, aperit. vt possit liquere, hæc salicis & virgarum speciem præ cæteris nociuam, electam fuisse ob tale crimen. Sanguinariam herbam ponit Dioscorides lib. 111. quæ nihil ad rem. † Fasces virgarum, quos præferbant lictores magistratum Rom. l. proconsules. ff. de offic. proconf. ex betulla arbore fiebant, teste Plinio: Candida est materia, leui virgarum atque eximia tenuitate. in Gallia passim nascitur. Sed Plautus in Asinaria, fasces vimeos etiam fuisse dicit, quibus rei vapularent. Vbi, inquit, sæpe ad languorem tua duricia dederis octo. Validos lictores, vimeis affectos lentis virgis. verberabantur autem rei olim condemnari priusquam necarentur. l. qui ædes. ff. de incendio. Fasces pro dignitate accipimus. Tullius in Bruto: Et cum tibi ætas nostra iam cederet, fascisque summitteret. dixit summittere fasces, vt summittere principatū. l. digna. C. de legib. §. necessitatem. vt iudic. sine quoquo suffrag. col. 2. † Vipera (vt ad id redeam, vnde cæpi) consuebat. quia Orus Apollo scribit, Egyptiis viperam fuisse, notam hieroglyphicam, quæ filium matri infidiatem repræsentaret: cum vipera, non nisi per parricidium, in lucem veniat, & vtero matris prærupto: in Arabia fortè, vbi exacerbantur propter vim balsami. nam ego aliter nasci veras viperulas x. obseruaui, ex vipera, verissima. & Ælianus Theophrastum secutus lib. 15. historia animalium cap. 16. negat viperam vtero matris exeso velut effractis foribus in lucem præruptere. Sed potius angustam & tenuem aluum distumpi. alibi autem dixerat, viperam à coitu maritum suum dentibus collo abscisso præfocare. postea vero sobolem vlticem, Orestis more, in matrem sæuire. sed iam dixi me secus expertum in ea, quæ non oua sed animantes enixa ad Theriacam parata erat. Canis adhibitus, sceleratum ostendit hominem & immundum. Virgil. primo Georg. Immundaque canes. & canes, & furias vocamus. & canem Cerberum. & impudentes philosophos, Cynicos. Gallinacei pugnaces sunt, potissimum contra serpentes & vipersas. præterea in matrem sæpe insurgunt impuberes. vnde Plato apud Laertium dicebat Aristotelem discipulum recalcitrare, instar pullorum, in parentem. at Simiæ similes sunt hominibus, interim deformes. sicuti parricida, qui sub figura hominis immanitatem gessit beluæ. qui fieri potest, vt ita comitatus parricida non dirè torqueatur? Cum vulnera aggraentur, vel sola eorum præsentia, qui à cane aut serpente vnquam emorfi fuerunt, teste Plinio, lib. xxviii. cap. 111. ita nefando homini, cælum superstiti, terra mortuo auferunt, dum in mare, si proximum sit, aut flumen, si mare non sit, iactatur. §. alia. Institu. de publ. iudic. l. vnic. C. de iis, qui par. occid. c. a l. l. Nouam funeris faciem audio planè non per omnia Modestinus, his, quæ sentis concinit in l. pœna. ff. ad leg. Pomp. de parricid. quia vbi tu dicis parricidam in mare vel in amnem flumenve iactari fretus. §. alia. de pub. iud. & l. vnic. C. de his qui parent. vel lib. occ. ipse in mare iactari iubet: alioquin bestiis subiici. de flumine nihil. I V L I A. Ibidem Acc. istud contrarij suboluit, dicens in d. l. pœna. † maris appellatione venire flumen, quia mare quancunque aquarum congregationem significat. Barr. in tract. de insula. in princ. & in Euangelio Ioann. cap. vi. mare Tyberiadis. cum sit lacus, quem Iordanis fluius facit, habens urbem Tyberiadem ab occidente in Galilæa. longitudo lacus est xvi. m.

passuum.laticudo VI. M. Genesara vocatur, seu Tarichea, ab vrbe quæ ei est à meridie. Tandem Asphaltitem lacum ingreditur. cum è diuerso ab Homero Oceanus ingens fluuij nomine donetur Iliad. 18.

Εὐδ' ἐπίθει ποταμοῖο μέγα θένος ὠκεανοῖο.
id est, circumposuit fluuij Oceani magnum robur. Neque solis Hebræis licuit lacus & flumina maris nomine nobilitare, si Seruio fides datur in 1. Æneid. in illis versic.

Vnde per ora nouem vasto cum murmure montis
It mare præruptum, & pelago premis arua sonanti.

id est, inquit Seruius, flumen, quod vt Varro attestatur, accolæ mare vocant. Sanè de Timauo loquitur Virgilius: & fontem, inquit, superare Timau. quod est nomen fontis & fluuij qui nouem capitibus exurgens interfluit, secundum Melam, in libr. 11. de Situ orbis. cap. 1111. Philo Iudæus in lib. de Essæis, refert in Ægypto stagnum esse, quod vocarent maria. idem putauit Accursus in l. 5. ff. de rer. diuisio. vbi riparum vsus publicus est, proinde licet naues & re-
7 tia cuius appellere, illigare, & ex mari deducere onus aliquod. sed ibi mare stat proprie, finitimumque tatum est fluminis ori, quâ ipsum excipit & litus suum ripæ iungit. † Quocirca d. l. pœna. ff. ad leg. Pomp. de parric. iuncto §. alia. de pub. iud. Seriem pœnæ talem facit parricidæ, vt primum culleo infusus in mare proiciatur, si proximum sit loco facinoris; sin verò remotum, in amnem seu flumen. quod si flumen absit, quia torrens aliquis aut fluuiolus præterfluat non sufficiens immergendo culleo, bestiis subiiciatur deuorandus. C A L L. Postrema hæc pœna ante Modestinum in more posita non fuit, quod sciam. Ciceronis me locus admonet in oratione pro Roscio: Noluerunt, inquit feris corpus obiicere, ne bestiis quoque, quæ tantum scelus attingissent, immanioribus vterentur: non sic nudos in flumen abiicere, ne cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cætera, quæ violata sunt, expiari putantur. Cui accedit illud Euripidis:

Ὀδλαοσα κλυζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακὰ.
Cuncta hominum mala abluit mare.

Diog. Laertius lib. 3. Platonem hunc versiculum tribuit, dum vnà cum Euripide ad Ægyptiorum Prophetas sacerdotisque iuisset, à quibus morbo sit ereptus marina curatione. Plane Cicero in hoc iuuat Modestinum, vel te potius, qui eandem rationem dixisti fluminis, quæ maris est. Idcirco in d. l. pœna. ff. de parricid. maris nomen ad flumina ampliari, quia omnia flumina in mare deferuntur, & confluunt. & eadem est ratio eius, qui est in itinere, quæ etiam est eius, qui in meta est. l. quominus. ff. de flumin. l. qui mittuntur. vers. & dum ear. ff. ex quib. caus. maior in integ. restit. Diodorus Siculus, vt obiter referam, recitat in Ægypto parricidas olim eo supplicio affectos, vt articulatim præcutis calamis cædi iuberentur, dein viuos supra spinarum acerrum comburi.

OBSERVATA IN XXXV. DIALOGVM.

- | | |
|---|---|
| 1 An legitima alio, quàm institutionis titulo relinqui possit. | bell. |
| 2 Intellectus §. aliud quoque. in auth. vt cum de appell. cog. col. viij. | 4 Intellectus l. inter cætera. ff. de liber. & posthum. |
| 3 Intellectus l. ita tamen. §. qui rogatus. ad Tre- | 5 Quando legitima conferatur. |
| | 6 Titulus institutionis honorabilis. |

INTERLOCVTORES.

CLAVDIANVS, CALLIDEMVS.

NON est, mediusfidius, pœna satis acerba aduersus eos, qui in parentes manus impias intulerunt. quid non præstabant liberi parētibus, cum in Ciconiarum tabulis lex scripta sit, vt parentes senes alantur? & vicissim parentes meminisse decet, se olim fuisse filios. §. hæc autem. in auth. vt cum de appell. cog. col. viij. pietatem debent liberis, quibus etiam bona ex voto parant. l. nihil interest. ff. de bon. lib. legitimam sanè portionem iure naturæ eis debent. §. j. de trient. & semiss. coll. iij. Accurs. ibi in verb. debitum, C A L L. Debent autem non vulgaribus titulis. nõ enim temere is honor exercendus venit, sed titulo honorifico institutionis. §. aliud quoque. in auth. vt cum de app. cog. col. viij. & hoc iure vtimur. C L A V D. Imò abutimini. non sum, qui, vt legitimæ liberorum gratificer, ius calumniari velim. † Vlpianus putat securè restari eum, qui vel

vel donatione causa mortis, legitimam reliquerit. l. Papinianus. §. si quis mortis. ff. de inoffic. test. Iustinianus non refragatur. auth. nouissima. de inoff. testam. quod vtique Irnerius non ita inferuisset, si emendatum existimasset, vir certe diligens, ac pene in ea re curiosus: securus nimirum Imperatorem in §. j. de trient. & semiss. coll. 3. circa legatum quadriuncij vel exuncij liberis relicti. quam legem nouissimam Irnerius ingenue confitetur, licet non ignarus. d. §. aliud. I nunc, & torque §. aliud quoque. vt ex eo possis absurdisima quæque Doctorum somnia confirmare. quia nihil corrigit eorum quæ dixi, si modò in hunc & verum sensum accipiat. † Probatum illo §. aliud quoque. vt cum de appell. cognosc. col. viij. non fat esse quolibet titulo filiis legitimam relinquere, ita demum si præcesserit exheredatio. verbi gratia: Titius Seium instituit, filium exheredem fecit, & nihilominus ita dixit: filio meo exheredato ducenta relinquo: censeo, hoc casu, frustra illi ducenta reliquisse, etsi eius legitima ducenta non excedat. quoniam adeo inuisa est exheredatio, vt nihil deinde proficiat, alio, quàm institutionis titulo concurrentem legitimæ quantitatem relinquere. Hoc est, quod dicitur in d. §. aliud. non licere parentibus liberos præterire vel exheredes in suo testamento facere, nec si per aliquod legatum vel fideicommissum dederint legibus debitam portionem. id est, non licet parentibus sine causa filium exheredare, & deinde relictum particulare facere. ratio est, quia licet filius perinde habeat legitimæ commodum omni titulo, tamen nota exheredationis non obliteraretur. non enim fit sine causa impietatis ipsius filij. §. causas. vt cum de app. cog. col. viij. & apud bonos & graues turpe esset filio, commodo contentum esse, & honoris sui obliuisci. l. reprehendenda. C. de instit. cum maximè non debeat exheredatio ad solam notam proficere. arg. l. filium. §. Julianus. de bon. poss. cont. tab. nec ideo exheres non est, quod à patre plurimum accepit. l. etiam. ff. de inoffic. testam. l. cum quidam. ff. de liber. & posth. vbi exheredatus fuit odioso & frustra prorsus in tertia parte tatum, hæreditatis, idemque legatarius in x. milia, & sic cum lucro non mediocri. Obijci expecto de §. qui rogatus. l. ita tamen. ff. ad Trebellia. vbi qui rogatus est emancipato filio restituere hæreditatem, cogi debet adire & restituere, quanuis filius contra tab. bonorum possessionem accipere possit. † in d. §. qui rogatus. succinctè dixit Iulianus, quod in §. aliud. Iustinianus expressit. quia & apud Iulianum filius emancipatus potuit bonorum poss. cont. tab. intentare, habens titulo fideicommissi, plus legitima, non institutionis, eò, quod exheredatus esset, vt l. non putauit. §. non queuis. ff. de bon. poss. cont. tab. quinimo ille §. qui rogatus. confirmat, licere quolibet titulo legitimam relinquere, si modò filius non exheredetur. sed in eius est arbitrio an testamentum impugnet, an exheredationem ratam habeat, contentus lucro. qui fortè timer dubium euentum litis. l. quod debetur. ff. de pecul. & volens iniuria non afficitur. l. qui autem. §. præterea. ff. quæ in fraud. cred. vt quidem accidit filio exheredato ac fideicommissario in l. si filiusfam. §. j. ff. quod cum eo. d. l. non putauit. §. si quis sua. de bonor. poss. cont. Accurs. filium in d. §. qui rogatus. præteritus esse conicit, non exheredatum. quod non prorsus abhorret à re. quia filius emancipatus præteritus impugnet testamentum bon. poss. cont. tab. vel si est in potestate positus, nullum dicet. & idem iuris est in præteritione, quod in exheredatione. d. §. aliud. vt scilicet filius, cui alio titulo, quàm institutionis, legitima relicta sit, expugnet penitus ipsum testamentum, & quasi funditus deleat. C A L L I D. Cor mihi salit, quia falsa esse quæ dicis deprehenderim. non potes euadere, quem tibi nectam nodum, qui posset vel Proteum ipsum in varias formas mutabilem vincire. Si, vt ais, sufficit quocunque singulari titulo legitimam dare, modò si non exheredetur, qui stare possunt, quæ mox dixisti? nempe eundem filium præteritum rumpere testamentum, etiam si legibus debitam portionem aliis titulis quàm institutionis, habere possit. nonne sunt hæc inuicem dissidentia? nam si filio relinquo legatum. & eum non exheredo, est præteritus. quia neque est institutus, neque exheres. vt l. quidam. C. de fideicommiss. igitur non sufficit filio, singulari titulo legitimam assignare, & si non exheredetur, nam licet non rescindat testamentum velut exheredatus, rescindet tamen tanquam præteritus. Præterea, perspicacius hæc contemplantur. scimus inter cætera, quæ ad paternum testamentum requiruntur, duo esse disiunctiuè requisita: aut instituat, aut exheredetur. l. inter cætera. ff. de liber. & posth. ergo si filio relinquatur portio debita, titulo legati vel fideicommissi, vel donationis causa mortis, præteritus est. quare actum est de testamento. nisi velis fingere. d. l. inter cætera. loqui de filio solo successore designato in testamento, quod institutionis experts corrui. §. ante. de legat. vt secus putes, si alio hærede facto legitima filio legaretur. C L A V D. † Accipe qualiter explicanda sit d. l. inter cætera. ff. de lib. & posthum. cum iis, quæ dixi, sufficere passim omni titulo legitimam dari: vt verum sit, si tamen expressim dixerit, lego, donóve causa mortis illi filio meo, ita, vt ei sit pro legitima, vel pro debito subsidio naturæ. nec enim tunc potest dici præteritus esse. secus si

legasset, vel donasset simpliciter, non adiecto pro legitima, ut probat. l. si cum vel. C. de testa. milit. ubi miles, cuius prateritio pro exheredatione est, filie sue in testamento memor ac legans quippiam, ipsam nihilominus ceterum exheredasse, non enim adiecerat pro legitima legari. id non censit Accurseus sed Iustinianus in d. §. j. de trient. & semiss. memorans consulto legatum quadriuncium vel sexuncium. † Probo apertissimè ex l. omnimodo. in vers. & hæc quidem. C. de inoffic. testam. ubi Iustinianus ait, filios non impugnare testamentum, quorum testator mentionem fecerit, & aliquam quantitatem in hereditate, vel legato, vel fideicommissio, licet minorem legitima portione, reliquerit. statim subdit: si verò præterierit filium natum aut nasciturum, vel exheredauerit, verera iura locum habere. Quid dari potest evidentiùs? dicit sufficere legitimam quouis titulo assignare, & secus esse si præterierit filios testator. igitur præteriti non erant, quibus particulariter quippiam relictum fuerat. relictum, inquam, cum hac adiectione, ut illis esset pro legitima, ut idè Iustin. expressit alibi, in l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffic. testa. Vlpian. in l. si non mortis. ff. eod. Denique qui filium semel exheredat, deinde aliquid ei relinquit pro legitima, vel eum instituit, delet exheredationem præmissam. l. si filium de lib. & posth. quia nihil est tam contrarium institutioni, quam est exheredatio. sed si alio titulo post exheredationem aliquid donet, non deletur contumelia exheredationis. ideo potest queri filius. d. §. aliud quoque. ut cum de appell. cog. col. viij. nisi fortè dixisset pater, lego filio ne exheredationi, vel ne querelæ locus sit. l. si quis in suo. C. de inoffic. test. hoc enim equivalet legato legitime. quinetiam eadem adiectione, pro legitima, donationem simplicem immutat. l. etiam. §. pe. de bonis liber.

Instabit etiamnum aliquis, ut probeat, non omni titulo præter institutionem, posse commodè legitimam relinqui. ea, inquit, quæ computantur in portionem legitimam, conferuntur. l. illud. C. de collat. atqui legatum non confertur in legitimam, igitur non est computandum. l. à patre. & l. filiam. C. eo. Respondeo, legatum simplex non conferri, secus si relictum fuerit nominatim, pro legitima. d. l. si non mortis. ff. de inoffic. test. & inde sit, ut relictum dotis conferatur, quia in legitimam cedit. l. quoniam nouella. C. de inoffic. test. imo etiam legatum confertur, quoties filius eo non contentus vult cum fratribus succedere patri communi, secus si id amplectatur. † Erunt ambitiosi plerique, qui titulum institutionis honoratiorem clamitent, quam sit alius. l. filium. §. sed & si portio. de leg. præst. ego verò honorem in legato esse arbitror. l. iij. ff. eod. nec negatur in d. §. sed etsi. quin sit honor legato, licet præpollat institutio ceteris titulis. l. amicis. ff. de excus. tut. hoc amplius dico, honorifico titulo relictum esse filio, cum dictum extitit, lego pro legitima, magis quam si dixisset, filium instituo. quia illic memor est debiti naturalis, cum testificatione vinculi paterni, quia titulus legitime nõ equè in alium transferri patimur. at institui extraneus & ignotus potest. §. si. Instit. de hæc. instit. Adhibe his, quòd non admodum honori est filio institutio, in l. his verbis. §. j. de hæc. instit. l. iij. ff. de lib. & posth. ut liqueat lucri bonum odorem esse ex quouis titulo. sed & legatum instat hereditatis ius accrescèdi habet ex cõiunctione verbis vel mista, ac magis liberum quam hereditatis portio, quæ accrescit inuito. l. j. §. his ira. & §. vbi. C. de caduc. toll. **CALLIDEM.** Veriora loqueris sybillinis responsis: nam & apud Iabolenum, si memini, quatuor iuriconsulti suadent ei qui vult instituere, ut partem hereditatis leget. l. cum ex filio. ff. de vulgar. substit. addatur. §. igitur. de inoffic. testam. Instit. ubi quartè debet fieri mentio legatis seu fideicommissis filio per patrem exclusurum querelam relictis.

OBSERVATA IN XXXVI. DIALOGVM.

- | | |
|--|---|
| 1 <i>Filius an sit creditor patris in legitima.</i> | 4 <i>An filius suus vsucapiat titulo, pro hærede.</i> |
| 2 <i>Filius quare dicatur suus patri.</i> | 5 <i>Intellectus l. ij. C. pro hærede.</i> |
| 3 <i>Exheredatio, ut legitima, etiam à iure naturali, gentium, & civili est.</i> | 6 <i>Intellectus l. ij. §. si. ff. pro hæc.</i> |
| | 7 <i>Titulus, pro suo, generalis est.</i> |

INTERLOCVTORES.

CLAVDIANVS, ALPHENVS, CALLIDEMVS,

DVRAS partes videbor suscepisse defendendas, iis, qui non audent hiscere aduersus Doctores, quorum opiniones sic impulsu vestro confutandas pronus aggreddior, ut olim Hercules monstra, iussu Eurysthei. Addo superioribus, † filium in legitima creditorem esse. eo quòd crebrò debita portio appellatur. l. j. §. largius. de succ. edict. l. cum ratio. ff. de bon. damnat. §. j. de trient. & semiss. & multoties alibi. nec obstat. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. test. ubi libertatibus datis à patre

patre qui totã substantiã habet in micipijs legitima filij tollitur & querela inofficio. quia nõ ibi dicitur tolli eã sed minui posse causa libertatis: vnde ex diminutione olim querela cõpetebat nõ hodie l. omnimodo. C. eod. atqui pro libertate sine fraude data tolli potest prorsus ius aliorum creditorum. §. in fraudè quib⁹ ex caus. manumitter. nõ lic. accedit quod seruis ex testamento patris manumissis liberi mutuù cõsequetur lucri ex iure patronat⁹, quod illibatum manet l. i. §. sed & si sub. C. de latin. libert. quo iure nõ priuatur filij, etiã qui se paterna hereditate abstinuit. l. filij. ff. de iure patr. proinde illis fraus tenuis neci potest libertatis velamento. sed rursus obest quod in d. §. quarta legitima filio debita est, deducto ære alieno & funeris impesa, quæ & ipsa es alienum est, & omne creditum præcedit l. pe. ff. de relig. & sumpt. fun. Respondeo, nihil impedire es alienum præferri legitime, & eã ipsã esse es alienum: sed posterius debitum, quã sit quoduis aliud. quia petitio legitime nascitur, mortuo demum testatore. l. j. §. si impuberi. ff. de coll. bon. Ad stipulatur nobis quod filius pro legitima præuertitur hereditate falcidiã perentè l. scim⁹. C. de inoff. test. nõ enim hæres fuit prior filio in iure petèdi quartã suã. Nõ igitur mirum præferri alios creditores filio, qui priores sũt, & continuo potiores l. portior. ff. qui potio. in pign. hab. illi enim cum viuo testatore cõtraxerunt. deinde quarta arrogato filio debita ex constitutione. C. pij quasi es alienum ipsi cõceditur, multo magis filio vero l. Papinianus. §. si quis impubes. ff. de inoffic. testa. §. sed hodie. de adoptionib⁹. quod si quis intorqueat arrogato amplius indulgèdum, quia arrogati bona fruèda interim cõmittit. l. 18. ff. de adopt. addã filio nõ mereri, quod sibi in testamento patris dictatis aliquid ascripserit, sicut nec creditori obest, lōge aliter in patrono liberti tabulis scribèti l. j. C. de ijs qui sibi ascrib. l. si quis legatū. §. si. ff. de falsis. Tertio certum est propter filij legit. dorè immodicã filie datã, rescindi. l. vnic. C. de inoffic. dot. atqui alius patris creditor cõtra dotè, antea sine fraudis cõsilio filie debitoris cõcessam frustra queretur l. 2. C. de reuoc. ijs. quæ in fraud. creditor. insuper in alimètis filius patris adeo creditor est, ut inuictum se alere officio iudicis cogat l. si quis. ff. de liber. agnos. sed legitima potior est eo fauore: nõ alitur filio opifex, qui affatim habet vnde pascatur d. l. si quis. §. sed si filio. tamè legitimã nulla filij industria excludit. **ALPHENVS.** Mirandum est, quod vero isti creditori, si dijs placet, iura nõ subueniãt, si quid pater alienauerit in fraudè ipsi sicuti subueniunt extero creditori & patrono, nõ filio vel patri l. nõ vsque adeo. ff. si à parèt. quis fuerit manumiss. c. l. A V D. ego vero nihil stupeo, qui scio viuũ parentè alienare ea, quorum respectu filio nondum est creditor, sed dum pater deserit accedit, quod lex permittit patri alienare, quia de eo cõsultat nõ temere alienaturum l. nec in ea. ff. de adulter. sec⁹ in legitimo tãtū l. si. ff. si quid in fraudè patrõ. † In tãtū debita est legitima filio, ut su⁹ hæres patri vocetur, quasi suarum rerum domin⁹: & quasi sibi succedès in illis reb⁹, quarum fuit, viuo patre, penè domin⁹ l. in suis. ff. de lib. & posth. Nã hæres ut Põpeius Fest⁹ & Iustinian⁹ referunt, dominum significauit vetustissimè. §. si. de her. quali. & diff. ergo su⁹ hæres, id est, suus dominus siue suarum rerum, à quib⁹, nisi certis rationib⁹ submoueri nequit l. cum ratio. ff. de bõ. dãn. ideoque in d. l. Papinian⁹. §. quarta. ff. de inoffic. cõ. iuriscõsult⁹ vna manu præbuisse antea excludèdi filium nõ à legitima, sed à querela, datis libertatib⁹, per quas nimis minnebatur, altera manu porrigit remediũ filio ut ab intest. succedat velut suus, & pl⁹ legitima obrineat. Vel suus, quasi domestic⁹ appellatur. §. sui. de her. qualit. Instit. vnde si quis testific. vidisse Seiũ cum suis, domesticis, dicere videretur. ut notauit ex l. 22. §. si vxor. ff. de dona. inter vir. vel cum amicis l. si. §. si. ff. mād. hinc **ALPHENVS.** lib. 18. c. 6. ait Matrè famil. appellatã esse, quæ in mariti famil. & in sui her. locũ venisset: tamè priori causæ poti⁹ accedit. l. cum ratio in princip. idcirco & domin⁹ est, & credit. legitime filius quod nõ est mirum, ut in comodato & deposito l. officium. ff. de rei vèd. & eiusdè rei duo sũt domini ferè, quia ferè, quoque eadè persona sũt l. si. C. de impub. & alijs subft. Quare exheredatus, suus esse nõ desinit, nec tenere primũ locũ l. si quis. §. si filium. de lib. & posth. quia quãuis nõ sit rerum paternarum domin⁹, est tamè domestic⁹, & de famil. l. vel que. ff. de relig. & sumpt. fun. Ut per spicuum sit, suũ, in iure varia significare. l. Fulcini⁹. §. adeo. ff. quib. ex caus. su⁹ dicitur, qui nõ desipit, sed apud se est, & sue mētis Accurs. Itè, qui legat Titio & heredib⁹ suis, emancipatis quoque Titij liberis legasse nõ incõcinnè dicitur. quia plerumque vulgò sic loquimur l. tale. §. si. ff. de pact. idè euenit, cum ancillæ & natis suis legatũ est l. 3. ff. de pecul. leg. & Septimia heredi suo relinquit. l. Publi⁹. §. si. ff. de cõd. & demõ. quia nõ trita est, Sui significatio quã Angelus Politian⁹, Scino quodam scisci. ãre, ignorasse proditum est: referes opinor & hered. quemuis testantis licet extraneũ, ut l. si post. ff. quãd. dies legat. veluti cum trebell. scripsit mulierè legasse hered. suis aut aliquid iniunxisse. circũfertur nescio quod Vlpiani volumen, mox rogabo an suppositum sit, ut quidem reor, eo in titulo, qui hæredes institui possint, inter suos hæredes vxor quæ in manu est, & nurus recipiuntur. † Exheredatio ne filium priuari legitima ostèdimus. l. in suis. ff. de lib. & posth. quid est, quod miremur, si impij exheredentur liberi, cum olim impunè occiderentur. d. l. in suis. l. ij. §. initiũ. ff. de orig. iur.

Denique omnia iura, quae confluent ad dationem legitimam, eadem exheredationem approbat. Iure naturali amantur liberi. l. j. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. l. scripto. ff. vnd. lib. Iure gentium observant omnes peraeque nationes, ut liberos dulces ite diligant, per quos praevideant sibi quandam diurnitatis memoriam parari. l. liberorum. §. si. ff. de verb. sign. quae enim est gens tam barbara, quae omnia, ex voto, liberis non pareat. l. nihil. ff. de bonis lib. quantum vero legitima à iure civili sit, nomine legitime ostendit. legitimum enim, civile significat, quasi à lege, post duo nobilia iura, confirmetur, ut l. legitima. ff. de pact. Idem exheredatio, à iure naturae, gentium, & civili inducitur, accepta & approbata est. namque natura, equum & bonum, hoc vult ut filius malemeritus ut alienus repellatur, & egestate laboret. l. bona. ff. de deposit. l. si quis. §. idem iudex. ff. de lib. agnosc. ubi pater filium alere non tenetur, qui eum detulerat, cum alioquin & ferè naturae instinctu liberos alat. l. j. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. quare Noë Gene. cap. ix. Chàm filium abdicavit, & rejecit, quod maleficus ille violentia carminis & magico murmure virilia eius sic obligavit, ut eum feminis inutile reddiderit, ut refert Berosus Babyloni lib. iii. antiquitatum. proinde ius naturae altero naturali tollitur. l. eas. ff. de capit. diminutione. ita ut etiam non remaneat filij necandi vestigia quaedam. nam ingratus merito priuatur alimentis, atque sic pene occiditur. d. l. si quis. §. idem iudex. ff. de lib. agnosc. l. necare eod. ut qui ius naturae offedit, l. venia. C. de in ius vocand. eodem destituitur. l. omnia quae. ff. de regul. iur. ne quis putet ius naturale à solo civili adimi. §. pe. de iust. & iur. in super non erit mirum filium vere creditorem haberi, & tamè priuari credito ob immane facinus quo lacessivit debitorem, quinimo etià ob mediocre. l. extrat. ff. de eo quod mer. caus. deinde iure gentium accepta est exheredatio, quia eodem iure inductum est, ut paribus paream. l. veluti. ff. de iust. & iur. quapropter qui legem offedit, eam sibi acerba sentiet. l. scimus. §. si non verò postquam. C. de iur. delib. Quod autem iure civili approbetur, testis est titulus Instit. de exher. lib. l. in suis. de lib. & posth. & l. inter. eod. tit. Quid ius diuini admittat, habetur Exodi x. cap. Honora patrem & matrem, ut bene tibi sit, & ut sis longeuus super terram. Ecce necè praeproperam minatur ingrato filio, ut Homerus Iliados Δ. — οὐδὲ ποικυδ σι.

Ὁρῶντα φίλοις ἀπεδάλει, μινυθὰ δὲ δὸ ἰ αἰών. id est, Nec nutricandi officium genitoribus unquam Persoluit charis, breue at illi contigit auum.

Si igitur morte multatur filius cotumax & impius, multo magis exheredatur. d. l. in suis. ff. de lib. & post. l. si adulterium. §. liberto. ff. ad leg. Iul. de adult. & ita exheredationis opera tollitur illa portio, quam omnia iura certatim liberis offerebant, & qua nihil putatur esse favorabilius. proinde vice versa paribus debita est legitima in liberorum bonis liberos non habentium. l. manet si. ff. de inoffic. & debita vocatur in l. r. §. largi. de success. edict. f. sane ibi additur particula, pene, tam in paribus quam liberis, quia de vniuersali successione tractatur, non de sola legitima, qua quidem nulla dispositione expressa fraudari queunt, at heredem alium pater iure instituit relicta filio legitima debita. A L P H. Ut nihil omni ex parte beatus est, ut facile gaudia cum molestijs compensantur, legitima naturali pariter voto debita, suos inuenit modos, quibus tollatur, exheredatione scilicet. hoc utique leuius ferendum est filio ingrato: sed illud durius quod doctores admittunt, filium suum in potestate constitutum, non posse usufructu (eo ipso quod suus est) titulo, pro herede, ita evenit, ut fuitas (leniam versus vocabulum) filio perniciose sit, quia scitè dixit Hesiodus: lucra mala dānis esse aequipollentia. nam extero cui libet pro herede usufructu licet. l. si. ff. hered. atque suus institutus extranei iure venire non vetatur. l. suum. C. de iure delib. sed in diuersum utitur Doctor. illa ratione, quod usufructus est dominij acquisitio. l. iij. de usufructu. ad quam necessarius est titulus, per quem soleat dominium transferri. l. Celsus. ff. eod. Sed filius, cum patri succedit, non habet titulum pro herede, quo nouè acquirat dominium. quia iā pridè fuit dominus. d. l. in suis, & hoc est, inquit, quod scitè l. 2. C. pro herede & nemo nescit suo heredi non esse necessariam aditionem nouam hereditatis. l. in suis. ff. de suis & legit. l. eum bonis. de acqu. hered. Nihil pro herede posse usufructu, suis heredibus existētibus, magis obtinuit. Hi boni patris non intelligunt d. l. ij. sed hallucinantur. non enim dicit Imperator tam fatuè, suos heredes non posse, pro herede, usufructu. sed dicit extraneos non posse usufructu, suis heredibus existētibus: quādiu superstites sunt sui heredes. ecce uti verba hoc indicant. quia non est scriptum, à suis heredibus nihil usufructu, sed absolute, existētibus illis, alios non usufructu. quia usufructus ab adita hereditate incipit. l. iusto. §. nodum. de usufructu. sed tādium non aditur hereditas, quādiu suus haeres speratur. l. ventre. ff. de acquir. her. maxime ab intestato accedit. l. 2. C. vnde liber. ubi idem probatur, quod expressum vidisse debuerat vulgus apud Modestinum in lege pe. ff. vnde legitima. saltè elapso primo anno in secundo deinceps pro herede usufructu inciperet ex capite bonorum possessionis vnde agnati: & praepostere ex negligentia primi anni effluētis lucrum quaereret, ac legem eluderet filius suus, vel potius doctorum nugas l. i. §. quibus de success. edic. at vero quotusquisque desidi & negligentia, quæso in usufructu faueri dixerit, nisi deses & iuris securus. l. si. C. de annali except. nec illud taceo successorio edicto in fuitate proprie

præ locum non esse cum rigore civili sine prætoria lenitate non possit repudiare suus & necessarius hæres. l. i. §. sciendum. ff. de suis heredibus. plura sim adducturus, sed hæc forte nimia sunt cum sceleratorum alieni studij furum conspectio. ergo in d. l. ij. C. pro herede. fac fratrem testatoris, ut heredem ipsius proximum, adiuisse, cum essent, vel sperarentur liberi. nihil egit. Minime omnium obstat l. ij. §. si. ff. pro herede. ubi filium quoque donatam rem à patre usufructu pro herede negavit Seruius, qui existimabat naturalem possessionem penes eum fuisse viuo patre, cui consequens est, ut filius à patre hæres institutus, res hereditarias à patre sibi donatas pro parte usufructu non possit. Respondeo, non esse illam rationem, propter quam filius non possit usufructu, quia suus sit, sed quia de rebus donatis quaeritur. & exploratum est donationem inter patrem & filium non consistere, sed confirmari morte patris, & retroagi ad tempus donationis. l. donationes. in fi. C. de donat. int. vir. eo casu, morte patris secuta, corporalem possessionem non acquirit filius, quia iam antea habebat. & hoc sibi vult ille §. si. ubi subditur euestigio: cui, inquit, consequens est, ut filius à patre hæres institutus, res hereditarias à patre sibi donatas pro parte usufructu usufructu non possit pro herede scilicet, cum naturalem, inquit, possessionem habuit, sic in l. Pomponius. r. ff. famil. hercisc. Cur ita? mimum quia pro parte usufructu valuit donatio in filium, ab eo tempore, quo facta fuit. ergo nouum titulum pro herede non querit, qui antiquum habuit. partim verò pro herede usufructu, pro ea scilicet portione, qua institutus est. quam à morte testatoris acquisuisse videtur. pluscula adferrem. Claudiane in gratiam presentis Callidemi, sed tædet me laboris, cum alio transferatur quam desiderem. C A L L I D E M. Gliscunt vndique; namque alienarum industria prædatores, & hunc intellectum potissimum arripiunt: atque ut fuci apium mella exedunt: vnum nominare super sedeo: nostris cuius sit planè si quis absurdum putet filium qui domino fuit, amplius usufructu fieri dominum, animaduertat filium viuo patre nondum vere esse dominum patrimonij, ne certum quidem, cum pater alios atque alios liberos habere possit, vel in extraneos erogate, excepta legitima. deinde voluet animo usufructu multominus debere sic interpretationem accipere, ut domino suum abneget. l. in bello. §. si quis seruus. ff. de captiuis. nec obliuiscatur heredis nomine proprie venire filium. l. ex facto. §. si. ff. ad Trebelli. hæc suspirans adfero iam pridem vobis ducibus à me vulgata annis x. v. priusquam prædo insolens sibi ea assumeret.

Ustrucapiunt etiam liberi paternas res, id est, in patrimonio patris inuentas, quas bono titulo accipiunt. l. si ancillam. §. si. ff. pro suo. nam hic acquisitionis titulus generalis est. l. j. ff. eod. qualis est in actionibus actio præscriptis verbis. l. j. ff. de præscr. verbis. Non committat igitur quisquam, ut filium in usufructu deterioris conditionis esse credat, quam sua extraneus. non enim hoc ius naturale patitur, ad quod omnia reuocanda sunt.

OBSERVATA IN XXXVII. DIALOGVM.

- 1 Ius naturale triplex est. tra Vallam.
- 2 Ius naturale primum cum deo commune. 4 Mors à iure naturali est.
- 3 Ius naturale aliud commune cum feris, con- 5 Ius gentium quid sit.

INTERLOCVTORES. CALLIDEMVS, POMPONIVS.



ELIIVS iste sermo, Alphenè, in memoriam reducens ius naturale, mihi videtur Arcturi signo similis: quod cum occidit, nēpe III. Idus Augusti, vehementius est. atque utinā tibi libeat aliquid plusculum de eo ipso afferre. P O M P O N I S. Sine te nunc de gradu deijci Alphenus, ut ego interea ius naturale digeram in genera, prout audiui ex Heliodoro Cabistano cognato tuo, quo cum non ita pridè in Elysiò de ipsa re sermonem feci: Ille ius naturale triplex esse differuit: primū, commune homini cum deo: alterū, commune homini cum brutis: tertium, commune homini cum homine: quod ideo ius gentium appellatur. Ut rei origo intelligatur, scire decet, hominem ex anima & corpore fuisse compositum, & esse corpus, quod dixi φυσικόν, & ductum vno spiritu in l. rerum mixtura. ff. de usufructu. Aristoxenus philosophus & musicus (ne ab officio suo discederet) ostendebat esse quandam harmoniam corporis & animæ, quæ aliquādo vitaretur morbis contra naturam accidētibus. l. j. §. sed sciendum. ff. de ed. edict. & dissonaret. proinde si corpus per se inspicies, quid homo distabit à brutis: si animum, quid à dijs: nihil omnino. Cicero primo Officiorum: Duplex est vis animorum atque naturæ: vna pars in appetitu posita est, quæ est ὀρμη Græcè, quæ hominem huc & illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat, quid faciendum, fugiendum sit.

2 † Ducamus primum ius naturale, quod quidem à Doctoribus prætermisum est, à parte nobiliore ipsius hominis, quæ cum deo communis est: & appellemus ipsum æquum & bonum cum Paulo in l. pen. ff. de iust. & iur. id est, meram æquitatem. l. j. ff. eo. quæ etiam ratio vocabitur. l. cum ratio. ff. de bon. damnat. quæ non differt à lege Evangelica, si excipias sacramenta. ca. §. j. vj. dist. glos. ibi. hinc est illud: Non facias alijs, quod tibi fieri non vis. can. j. j. distinct. quam sententiam adeo dilexit Alexander Seuerus imperator, vt de illo scribit Lampridius, vt in palatio, & in publicis operibus præscribi iuberet. Hoc ius, quam rationem seu æquitatem vocamus, leges omnes temperat & moderatur. l. ij. §. item Varus. ff. de aqu. plu. arc. ex eo sunt: nihil magis esse conueniens naturæ, quam pacta seruare. l. j. ff. de pact. & minorum defensio. l. j. ff. de minor. & benemereri de parentibus. l. venia. C. de in ius voc. & non locupletari cum aliena iactura. l. iure naturæ. ff. de reg. iur. hoc prorsus à deo est cælitus demissum, & cum illo hominibus commune. inde illud Sibyllæ quod citat Lactantius lib. 2. cap. 11. — *εἰκὼν ἔστ' ἀνθρώπου ἐμῆ, λόγον ὀφθόν' ἔχουσα*, id est, Imago est homo mea rationem rectam habens.

3 † Secundum ius naturale, quod dixi homini commune cum feris, eiusmodi est, vt neque per se æquum, neque iniquum sit, sed instinctus quidam naturæ, qui nos ad aliquid præcipue procliuus facit. ex eo descendit maris & scæminæ coniugatio, quam nos, matrimonium appellamus. hinc liberorum procreatio, hinc educatio. l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. & iur. Cicero j. Officiorum: Cômune omnium animantium est, coniunctionis appetitus procreandi causa, & cura quædam eorum, quæ procreata sunt. Grammaticus ille Valla libr. 111. cap. XLVIII. negat appetitum cœundi esse ius naturale: sicuti nocendi imbecilliori animali, & ridiculum arbitratur, dicere ius naturale esse, quod omnia animalia docuit. vt. §. j. Instit. de iur. natur. & d. l. j. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. Cæterum, vt iam dixi, necessitatē in brutis asserens, Iurisconsulti ius accipiunt pro quodā impulsu, & immutabili prouocatione, naturæ l. r. quo significatu vsus est. C. Cotta in quadam oratione quæ nunc inter opera Sallustiana legitur: nã vita & mors iure naturæ sūt, inquit: vt sine dedecore cū ciuib⁹, fama & fortunis integer viuas, id dono datur, & accipitur. Videto quomodo Cottæ, vita & mors à iure naturali sunt: nō quia æqua aut iniqua, sed quia omnibus præfinita naturaliter. & qui sibi mortē vult conscicere, ias naturæ violat. Augustinus lib. de Ciuitate dei 1. cap. xviii. licet iurisprudentes admiserint, vt quis sibi manus inferret, si non criminis conscientia, sed tædio vitæ, aut vt fortis videatur, & mortem contemnens, vt Empedocles, Calanus Indus coram Alexandro Magno, & plerique alij Philosophi æquè iactabundi. l. si quis filio. §. eius qui. ff. de iniust. testa. qui omnes ius naturale violant, tum ius naturale, quod nuncupatur æquum & bonum. quia non patitur ratio, iniussu principis vel ducis à statione discedere, & manes anticipare. & qui sibi iniquus est, quanto nequior alijs esset futurus: l. fin. §. pen. ff. de bo. eo. qui mort. sib. consc. Tum ius naturale commune cum feris violat, quæ omnes mortem exhorrent, vitam & dulce solis lumen complectuntur. l. hac consultiss. C. qui test. fac. poss. Virgilius lib. vi.

*Proxima deinde tenent mæsti loca, qui sibi letum
Infontes peperere manu, lucemq; perosi,
Proiecere animas, quàm vellent æthere in alto,
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores!
Fata obstant.*

id est, inquit Seruius, iura naturæ. quia mors talis præmatura præter naturam est. Cùm aliàs sit secundum naturam, vt ostendit Galenus exemplo pomi maturi cùm legitur suo tempore: si antè pomum carperis, acerbum inuenies. vnde idem poëta libr. 111. Æneidos de Didone se ipsam occidente, amoris impatientia:

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.

4 † Emergit tertium ius naturale, quod cum ipso genere humano proditum est. §. singulorum. Instit. de rer. diuis. naturale dictum est, quoniam ratione naturali ignota feris, seruatur inter homines l. j. ff. de acqu. rer. dom. non enim feræ norunt contractus, seruitutes & bella inuenta à iure gentium l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. §. ius autem gentium. Instit. de iure natur. neque talia iuri diuino, aut naturali, quod æquum & bonum vocauit, sine delectu grata & accepta sunt: sed aut media, aut acerba quædam: nisi penitus vltimam originem eorum inspexerimus. nam tunc bellum mitescet, ac dulce erit, inductum primo vt Tyranni & iniusti dominatores, aut proterui clientes extruderentur, atque ita propter pacē necessario emerit, vt ait Augustinus can. noli. 23. q. 1. secuta bellum est seruitus prorsus benigna, vt capti bello potius seruarentur quam occiderentur. l. 4. ff. de statu homi. diuisa dominia, quia factius erat à communionē discedere quam iugiter rixari. l. cum pater. §. dulcissimi. ff. de legat. ij.

gar. ij. nescio an hoc senserit Horatius sic scribens.

*Nam propria telluris herum natura, nec illum,
Nec me, nec quenquam statuit, nos expulit ille.
illum aut nequities, aut vafri inscitia iuris.*

Seneca in Octauia:

*Deterior ætas eruit ferrum graue,
Aurumq; sauas mox & armauit manu.
Partita fines, regna constituit, nouas
Extruxit vrbes.*

Atqui iure naturali, id est, æquitate siue naturæ ductu, omnia erant communia. Can. ius naturale. j. distinct. nec licebat se inuicem decipere contrahentibus. l. iure naturæ. ff. de reg. iur. iure gentium, quod est ius naturale tertium, licet l. in causæ. §. pe. ff. de minorib. inde fit, vt propter æquitatem seruandam, ad ius illud communionis sanctum & præcipuum, vt commodius licet, regrediamur. Cano. dilectissimis. xij. q. j. denique, inquit ibi Clemens, quidā sapientissimus Græcorum ait, amicorum esse communia omnia. Platonem intelligit, qui lib. v. de Legibus, probat illud summopere in republ. *ἔτι κοινὰ τὰ φίλων*. Ibidem Plato felicem putauit reip. statum, in qua non audirentur hæc verba, Meum, Tuum, Suum, quæ dominium inferunt. l. solum. ff. de rei vend. & quæ iure gentium comparata sunt. de quo Cicero primo Tusculan. quæstionum. ius gentium siue hominum ex inhumani generis societate & mox omni in re consensus hominum lex naturæ putanda est. Sed & hoc ius gentium, & secundum ius naturale, cuius scire sunt participes, iuri potissimo naturali parent, & ei obsequuntur per omnia. neque enim dare operam liberis debemus si æquitas resistat, puta cum Vestali, cum cognata, sed vaga libido rationis freno regitur atque cæteretur vt, ne mulier illicitè nubat, vel perpropere intra annum luctus §. vnum de restitutoribus & ea quæ. col. 4. nec rursus ciuilibus scientiæ prætextu equitas violanda est l. si seruum. §. sequitur. ff. de verbor. obligat. quippe cum ratio naturalis sit perfecta lex. l. vnic. de portionib. quæ liber. ff. planè ciuilibus lex eo introducta est, ne naturalem quilibet pro arbitrio sibi fingeret & opinionibus deprauaret, quorum sunt serui ipsi homines, & quoties lex cum iure naturæ luctatur, pro cal dubio inferior est l. bona. ff. de positi. vbi etiam ius naturæ contra simile ius pugnat, & potius eligitur l. 63. §. quod verò. ff. de furt.

OBSERVATA IN XXXVII. DIALOGVM.

- | | |
|---|--|
| 1 <i>Argento omni legato, non est legata pecunia,
contra Ciceronem.</i> | 3 <i>An as ab auro separetur, & an communice-
tur.</i> |
| 2 <i>Electrum quid est, & as Corinthium.</i> | 4 <i>Regula, de mistione materia duorum.</i> |

INTERLOCVTORES.

VALENS, CALLIDEMVS.



OTA de iure naturali disputatio, ab intimis philosophiæ repetenda est. nugabuntur hi, qui Doctorum interpretationes in his iuris initijs imitabuntur: qui superba quadam negligentia, bonos autores despicere, quàm intelligere maluerint. sicuti è contrario decipientur, qui cùm se totos ad styllum Ciceronianum effinxerint, se triduo iurisconsultos fore sperant: cùm constet ipsum Ciceronem, vix summis, vt aiunt, digitis, ius ciuile attingisse. CALL. Audistis blasphemiam prohi Iupiter, deum atque hominum imploro fidem, nisi Cicero summus iurisconsultus fuit, quater etiam in iure à legumlatoribus citatus pro teste luculentissimo, & sine controuersia facundissimo. l. Cicero. ff. de pœnis l. ij. ff. de orig. iur. §. post hos quoque l. Fulcinus. latitare. ff. quib. ex caus. in poss. l. littus. ff. de verb. sign. is ipse est Tullius, qui Topica scripsit ad Trebatium grauisimum iurisconsultum, in quibus bonam partem iuris ciuilibus coëgisse videtur. VAL. Non puto † Trebatium sine risu legisse illud, quod in Topicis, in loco à genere, scripsit Cicero: sic videlicet sumi argumentum: quoniam argentum omne legatum est mulieri, non potest ei pecunia, quæ numerata domi relicta est, non esse legata. quia, inquit, forma à genere, quoad suum nomen retinet: nunquam seiungitur: numerata autem pecunia nomen argenti retinet, legata igitur videtur. Hęc Cicero. Ius ciuile contrarium cantat, l. cùm aurum. ff. de aur. & arg. leg. cùm aurum, inquit,

vel argentum legatum est, quicquid auri argenti que relictum est, legato continetur: siue factum siue infectum sit, pecuniam autem signatam placet eo legato non contineri. & cum signo vniuersali prapposito. l. quintus, §. j. ff. de aur. & arg. vbi, cui argentum omne legatum est, nummi non cedunt. Ratio subiungitur, non enim quisquam argenti numero nummos computat. Vlpianus, vt vides, voluntatem defuncti expendit, & loquendi morem. l. si seruus plurium, §. si. ff. de leg. j. Cicero totus pendet ex Rhetorum regulis. nam pecunia consultò separatur ab argento, quia in ea formam & quantitatem potius quam materiam ipsam inspicimus. l. j. ff. de cont. empr. & vsus eam ab argento separat, etsi argentea sit, vt l. si cui. §. lanæ. ff. de leg. iij.

Hodie video, vsus obtinuisse vocandi argentum, etiam omnem pecuniam, quauis auream, ne se possit per hunc morem defendere Cicero, qui argenteam duntaxat venire argenti nomine voluit: imò & antiquos sic vsos fuisse comperi. Terentius in Phormione:

Quid faciam? unde ego nunc tam subito argentum inueniam miser?

Et paulo post:

Quantum opus est tibi argenti? loquere. P. Sola triginta mina.

Et Græca comœdia:

Ἄργυρος ἐστὶν αἷμα καὶ ψυχὴ θνητῶν. id est, Argentum est sanguis & anima mortalibus.

quod Stobæus retulit ex Antiphane. & Gellius lib. 15. cap. 14. illud Græcorum, εἰσεπέλατο με ἄργυρος, exponit, exegit me pecuniam vt l. publica. §. j. ff. depositi. sed manifestus in l. in actione. ff. de furt. vbi argenti signati aurei tor dicuntur nummi. Ergo intentissimi morem loquendi sequamur. l. Labeo. ff. de supell. leg. l. semper. ff. de reg. iur. & omni argento legato, qualis nunc est loquendi vsus, non argentum signatum solum, sed etiam aurum & æs legatario concedamus, nisi aliter ex verbis testatoris elici, & ex voluntate cõiici possit. quid enim si argentum suum legat is qui non habet aliud quam nummarium? certe & hoc præstabitur. l. fundus qui. ff. de fundo instr. Hoc modo antiquitus æris appellatione veniebat omnimoda pecunia. l. etiam. ff. de verb. sign. propter antiquum honorem metalli. Lucretius:

Nam fuit in pretio magis æs, aurumq; iacebat,

Nunc iacet æs, aurum in summum peruenit honorem.

Sic voluenda et æs commutat nomina rerum.

proinde auri verbo venit pariter omnis signata pecunia, argentea, vel ærea, vel mista, vt plerunque Justinianus vsurpat. §. quod autem. de fideiuss. col. j. quod non videtur percepisse Accursius in auth. hoc nisi. C. de solutionib. sed ipsemet Justinianus explicuit in §. quamuis vt iudices sine quoq. col. 2. Quantum verò rei cuiusque appellationi inseruire debeamus, argumento est, quòd si quis habeat aurum cum argento mistum, & aurum leget, facienda sit differentia, vt si quidem hoc misturæ solitus sit appellare aurum, auri legato accedat: si verò aliter appeller de more, † puta electrum, quod est aurum cum argento confusum. l. adeo. §. voluntas. ff. de acquir. rer. dom. tunc auri nomine non censetur legatum. l. iij. ff. de legat. j. Videbatur primo impetu secus iudicandum, cum in electro quinta tantum pars argenti sit, reliquo aurum existente, secundum Plinium lib. xxxi. l. & sic potiori cedere debuisse, l. quaritur. de stat. hom. sed rationi congruit electrum ab auro distinctum esse, inspecto nomine, & consequenter voluntate testantis. d. l. iij. ff. de leg. j. atque tertiam metalli speciem facere. l. si. §. mista. de munerib. ff. non in alterutram duarum inclinare exemplo Hermaphroditii à natura abhorrentis. Idem responderem, auro legato non venire æs Corinthium. de quo in l. hæres. §. pe. ff. de leg. iij. quod sit ex ære auro que mistis, eo quòd æris, non auri nomen retinet. † Aes cum auro semel mistum diduci nõ posse nostra ætas putauit. l. idem Pomponius. §. sed si plumbum, ff. de rei vendic. & ideo communicabatur, vt ibi scribitur, hodie autem cum aurifices aqua, quam Alciatus Chrysulcam vocat, æs ab auro separent, nõ communicaretur, sed diduceretur, & suum cuique redderetur, vt plumbum cum argento mistum. d. §. sed si plumbum. vel si æs cum argento. l. lacus. §. si ex ære. ff. de acquir. rer. dom. vbi Accurs. putauit d. §. sed si plumbum, refragari, non intelligens olim aurum ab ære fuisse inseparabile, non argentum ab ære, nec plumbum etiam. † Regulæ in communicationis tractatu tales fiant: si materia aliena cum mea mista sit, mea opera, atque bona fide, si talis materia separari poterat, sua cuique domino reddebatur. d. §. sed si plumbum. & d. l. lacus. §. si ex ære. ff. de acquir. rer. dom. Si aliena materia meæ mista esset, mea opera, & bona fide, si materia vtraque quidem manebat, sed in pristinum deduci non poterat, communicabatur, vt æs cum auro. d. §. sed si plumbum. versic. sed si diduci. quæ regula, his diebus, nihil profutura est: cum, vt dixi, perinde æs ab auro separetur. Si mistæ sunt duorum dominorum materiæ inseparabiles, & quæ pristinam formam

nam nequeant recipere, vt vinum cum melle, tunc miscendis efficiuntur. d. l. idem Pomponius. §. j. ff. de rei vend. superiores regulæ ita quidem se habent. sed si vterque dominus confusioni atque mistioni consentiat, semper fit communicatio. l. adeo. §. voluntas. ff. de acquir. rer. dom. Argento signato legato, venit pecunia, vt Philippi, inquit Vlpian. l. quintus. §. si autem. ff. de aur. & arg. Philippi, fuere nummi effigie & nota Philippi regis, percussis. Horatii:

Rettulit acceptos regale numisma Philippos.

nam in Macedonia, teste Diodoro Siculo, Philippus Alexandri Magni pater autifodinas ante occultas aperuit, reditu annuo mille talentorum. inde nummum percussit, & eius ope claras res confecit. ex quo procuratores metalli in Macedoniam destinabantur. l. iij. de metallari. lib. xj. C. Non omitto, quòd ibi Vlpianus ait, numismata omnia venire in id legatum signatæ pecuniæ, innuens ea numismata, quæ de vsu pecuniæ numeratæ non sunt, propter antiquitatem pretiosiora. l. numismatum. ff. de vsufr. quia ad voluptatem non ad vsus comparantur.

OBSERVATA IN XXXIX. DIALOGVM.

- 1 Cicero in loco à contrariis defecit. conferat.
- 2 Bonorum omnium vsufr. legato, veniunt res, quæ vsu consumuntur. 5 Explicatio l. lex qua. j. resp. C. de adm. tut.
- 3 vsus & abusus an sint contraria. 6 Si mulier centum viro numerat, in dubio sum nomine dotis.
- 4 An mulier nubens omnia bona in dotem

INTERLOCVTORES.

FLORENTINVS, LABEO.



VEREOR, si res amplius in certamen veniat, ne rhetores deditioem moliantur. viæ incognitæ cladis fuere initium. diferti erant, non periti iuris. † inde est eiusdem M. Tullij lapsus in libris Topicorum, in loco à cõtrariis: V usufructu, inquit, legato bonorum omnium, legatarius non vtetur cellis viniariis & oleariis plenis relictis, quia vsus, non abusus relictus est. Sed tutius est, † omnium bonorum vsufructu legato, & vini & olei & omniũ denique rerum, quæ vsu consumuntur, vsufructum legatum esse. Primò quia sub omnium bonorum legato, omnis substantiæ vsus amplectimur. l. quoties. §. si. ff. de vsufruct. Secundo, quia rebus vsu consumptilibus, vtimur, & fruimur, præstita cautione. l. j. & l. si lanæ. ff. de vsufr. ea. rer. Item probatur in l. vxori meæ. ff. de vsufr. leg. † Præterea, cum penitus considero, exemplum M. Tullij non planè respõdet loco à contrariis: quia, qui habet vsus bonorum, & vtendo quasdam res consumit, nihil facit vsui contrarium, sed aliquid plus vsu facit, sicut qui nimium diligit, nihil facit a mori contrariũ, qui nimium excedit, & in vitium tendit. cum tamè nihil tale, contrariũ religioni videri possit. non magis quam qui dat centum nummos, cum quinquaginta tantummodo debeat. liquet hoc iure ciuili l. pe. §. si. ff. de vsu & habit. nec in vsu vel in vsufructu tantum sed in seruitute prædij, nam qui vtitur ampliore itinere non aliud facit, sed plus, neque ius amittit tempore l. si is cui ff. quemadmod. seruit. ami. l. plenum. ff. de vsu & habit. LAB. Abundè poterat videri reprehensus Cicero, cum boni venatoris sit, in vasta sylua, si nõ omnes feras, aliquas tamen cepisse. sed non possum tẽperare, quin reprehendã illum locum, quem in Topicis lib. ij. idem ab effectis ducit. † Cum, inquit, mulier, quæ in 4 manum viri conuenit, omnia bona dotis nomine viri facit, quod fuit Aristotelis, vt gloss. in l. mulier bona. ff. de iur. dot. lex, inquit ibi Accurs. hoc non dicit. & profectò æquitas locum hunc non admittit, cum enim matrimonium facile sine dote sit. l. quòd si nulla. ff. de relig. & sumpt. nam pudicitia, forma liberalis, & mores ingenui, dos est amplissima. & qui locupletem vxorem ducit, non tam ducit, quam nubit vxori. Secundo facit l. nulla. C. de iure dotiũ. vbi nulla scemina prohibetur omnia sua in dotem dare, ergo nisi expresse dederit in dotem, dotis non erunt omnia: sed *ἡ δὲ περὶ αὐτῆς*. l. si ego. §. dotis. ff. de iur. dot. nunquam enim negauerim, mulierem posse doti dicere sua omnia bona præsentia futuraque viro tanti digno: quia dotis titulus semper onerosus est. l. j. §. lucratiuas, de impon. lucratiua descripti. lib. 10. C. licet secundo nubat, & liberos habeat prioris thori, vt scilicet vir posterior dote ingenti fruatur tantisper, non vt fiat dominus. l. hac edictali. C. de secundis nupt. Tertio iuuerit l. si ex causa. §. in dotis. ff. de minor. xxv. ann. vbi in dotis modo & quantitate mulieri succurri-

tur, si totum patrimonium in dotem dederit, vel si ultra vires patrimonij, puta, quia infimæ fortis viro magnam dotem concessit. l. quarto. ff. de iur. dot. quia pro conditione viri dos metienda est. Quod si omnia bona indistinctè darentur, ista non essent expendenda, sed promiscuè obtineret, & quæcunque doti essent. Probo amplius: Cettum est, quod non videtur decepta minor quæ communi maioris iure vsa est. l. fin. C. de integ. rest. quare si maiores, cum nubunt, omnia dotis faciunt, quid causabuntur minores, quæ eodem iure communi vsæ sunt: nihil. & tamè restitui solent. d. §. in dotis. & l. lex quæ. j. resp. C. de adm. tut. accedit quod etiam maiori. xxv. annis in hac re læsis subuenitur. l. iure. ff. de iure doti. in fi. Quarto facit l. cum quis. §. si in ea. ff. de cond. ind. qui §. molli tramite huc accedit, & opem nostræ opinionis confert. nisi quis existimet mulieri per nimiam dotem promittenti ac danti subueniri, si pepigerit lucro viri fore superstitis. nam lucri meminit. d. l. iure. in fi. non si sic immensam dotem dederit vt vir duntaxat fruatur vinculi nuptialis & societatis diuinæ respectu. l. j. de ritu nuptiar. nec enim auare inter coniuges agendum est. l. si id. §. si quas. ff. de donati. inter vir. & hoc puto verius, eo magis quod in d. l. iur. de muliere quoque maiore xxv. agitur. vel ibi fuit circumuentio non in constituenda dote sed in danda post constitutionem, ex quo ibi viro similiter circumuento consulitur, non si indotatam prorsus duxerit puellam. §. neque de trient. & semiff. col. 3. sed cum pacta intercedunt doti constitutæ cuiusvis quantitatis, quæ aut virum immoderatè onerât aut vxorem. l. ij. l. Pomponius. de pact. dotal. tunc vtrius prouidet lex circa appendices pactationum dotialium: maxime cum de lucro ineuntur. vt d. l. ij. & l. Titia. de iure dot. An autem minor mulier dotari possit sine decreto, quæritur. Bart. in quadam quæstione non posse, respondet. videat otiosus à feriis qualiter ibi hoc dubium in partes mille subsecat, & decipitur. nam l. quarto. ff. de iure dotium. dotari mulierem solius curatoris arbitrio ingerit, & consensu non iudicis decernentis coactione. Adde, quod mulier minor læsa in dotis modo, restituitur. l. si ex causa. §. in dotis. ff. de mino. quod si absque decreto nequiret dotari, non esset nobis vsui restitutio, cum iam actus nullus esset. l. ij. C. de præd. mi. ¶ nec obstat l. lex quæ tutores. C. de admin. tut. in versic. præcipimus. vbi dotis causa, sine decreto, bona non alienantur. Respondeo ibi non agi de dotanda minore, sed magis de conferenda dote in sororem minoris, vt l. cum plures. §. si. ff. eod. quia ex liberalitate hoc fieri potest, vel aliter, ex debito. & sic illa l. lex quæ. C. de admin. tut. meo iudicio, intelligenda est.

Quod diximus mulierem, cum nubit, non censeri tacitè omnia sua dotem fecisse, limitatur à Bart. in d. quæst. si secundo nubat, tunc enim censetur eandem dotem in secundum virum ferre, quam in priore habuit. sed iura, quæ adducit, nihil huiusmodi probât. quia l. diuus. & l. si serua. ff. de iure dot. l. cum maritus. §. Titius. ff. de pact. dot. l. pen. §. vxor. ff. sol. matr. loquuntur, quando secundum matrimonium est redintegratio prioris cum eodem viro, non cum alio, qui forsitan erit obscurior præcedente, & tanta dote indignior. l. quarto. ff. de iur. dot. Et auth. sed quanuis. iuuerit apertius illius opinionem, nisi mulier virum priore humiliorem sortita sibi prospexerit, diminuta pacto dote. vos nostis vbi auth. sit, titulo quidem, de rei vxor. acti. C. & de patre loquitur non de muliere in secundis nuptiis dotem constituyente. sed de vtroque promiscuè in l. dotem. ff. de iure dotium. Illud certum est, quod si mulier dixerit viro, cum nuptura est: do tibi ceterum nomine dotis, in dubiis, dedisse intelligetur. l. quod autem. ff. de iur. dot. Vxores in duplici differentia veteribus fuisse, testis est Boëtius in Topicis lib. II. & A. Gellius lib. noctium Atticarum xvi. cap. vi.

OBSERVATA IN XL. DIALOGVM.

- | | | |
|---|---|--|
| 1 | Locus à coniugatis non est semper necessarius, aduersus Cic. & Quintil. | Etum, vel, fundum & instrumentum, vel, fundum cum instrumento. |
| 2 | Deducta à coniugatis differunt. | 4 Intellectus l. si cui. ff. de fund. instr. |
| 3 | An differant, si quis leget fundum instru- | |

INTERLOCVTORES.

LABEO, PAVLVS.

SE d redeo ad M. Tullium, & ad locum, quem ipse ducit à coniugatis. quem Quintilianus lib. v. cap. x. necessarium esse & irrefragabilem existimauit. ¶ His, inquit, adiciere ridiculum putarem, nisi Cicero vteretur, quod coniugatum vocant: vt eos, qui iustam rem faciant, iuste facere. quod certè non eget probatione. quod compascuum est, compascere licet. est autem ager compascuus, vt obiter dicam, in quem ciues pecus pascendum ducunt communiter & impunè. l. testatrix. §. fin.

fin. ff. si seru. vend. Aspiciere, socij, quomodo fontes ipsi sitiant, & qua fiducia principes eloquentiæ locum à coniugatis verissimum esse prædicent, cum ferè in multis falsus deprehendatur. vt ecce, aliquis possidet, & non est in possessione, l. si quis ante. ff. de acquir. poss. sanè possidere & in possessione esse, coniugata sunt. Item peculium dicitur deducto ære, quod domino debetur. l. peculium. ff. de pecul. peculiaris merx aliter dicitur, l. j. §. peculiam. ff. de tribur.

Adde, quod speciem mutuari dicimus. l. item legato. ff. de leg. iij. l. quæsitum. §. si quis eodem. ff. de fund. inst. mutuum non item. l. mutuum. ff. si cert. pet. Furtum fit, & res furtiua non est. l. sequitur. §. si rem. de vsucap. similiter furtum fit, nec furti agi potest. l. tres. ff. de adm. tut. l. serui. ff. de furtis. Quid quod mortis causa capitur aliquid vt hæreditas, legatum, donatio, tamen abest mortis causa capio. l. 31. ff. de mortis causa capi. Mutuamur quoque certam aliquam speciem. l. quæsitum. §. si quis eodem. ff. de fundo instr. l. item legato. ff. de legat. 3. nec est mutuum. §. j. quib. modis re contrah. sed mutuari, idem est vtroque quod comodato sumere. ædificatur in l. pe. ff. de vsufr. & tamen ædificium non est. l. vsufructuarius. ff. eod. Aliud est legare penum vrbana, aliud penum quæ in vrbe est. l. nam quod. §. si. ff. de pen. leg. Armenta gregatim pascuntur, & greges non sunt. l. j. §. si. ff. de rei vend. ¶ In iis etiam, quæ vt deducens & deductum se habent, & coniugata propriè non sunt, minus vrgens est argumentum. vt pecudes errare possunt, erroneas dici non possunt. fugiunt, non sunt fugitiuæ. l. Labeo. in fi. ff. de ædil. edict. malus, & malicia quæ significat dolus. l. j. ff. de dol. p. v. l. ¶ Ad iungam aliquid planè serium, in quo tu obtinere parasti locum à coniugatis, ego verò non putauit in l. si cui. ff. de fund. instr. Cum in libris *περὶ τῶν κληρονομιῶν* nihil differre duxisti, si quis leget fundum cum instrumento, vel fundum & instrumentum, vel fundum instructum. ego in d. l. si cui. contrà respondi, & argumentum à coniugatis non procedere ostendi: sed differre hæc inter se. nam si quis leget fundum cum instrumento, & fundum alienet, instrumentum non debetur quasi ademptum: ex cæteris, inquam, poterit instrumentum esse legatum. l. a. b. Pro me stat Iustinianus mihi istar aenei prorsus in §. si quis ancillas. Inst. de legat. vbi si fundus instructus vel fundus cum instrumento legatus fuerit, vtroque, fundo postea alienato, instrumenti legatum extinguitur. tu autem in d. l. si cui. in cæteris poterit, ais, instrumentum esse legatum, id est, verè erit legatum. vt l. j. ff. de institor. potest esse, id est, verè est. & sic innuis, quod tam in illo legato, fundum instructum, quam in illo, fundum & instrumentum lego, fundo alienato, non adimitur instrumentum, nec potes Iustinianum effugere. p. a. v. l. Imò verò non obstat d. §. si quis ancillas. quia nec ego in l. si cui. puto differre hæc legata inter se: lego fundum cum instrumento, vel fundum instructum: sed hæc differre arbitror: lego fundum cum instrumento, & lego fundum & instrumentum, de quo nihil Iustinianus in d. §. si quis ancillas. Inst. de legat. idcirco quod dicitur in l. si cui. ff. de fund. inst. ex cæteris poterit esse legatum. ¶ sic explico, pro eo quod est, ex vno ex cæteris: puta, fundum & instru-

mentum lego. quia in hoc deficit argumentum à coniugatis. nam alienato fundo nihilominus debetur instrumentum propter euidenciam expresseionem, quæ non est in superioribus. sic in l. j. versic. quod in his. ff. de rer. perm. vbi in cõtractibus nominatis solum receptum est vt consensu constituent obligationem, id est, in quibusdam nominatis, nõ in mutuo, deposito, comodato, vbi Accursius, scribit, quod qui dicit, in vineis Bononiæ nasci bonum vinum, satis verè loquitur, si in quibusdam nascatur bonum. l. nam quem. ff. de verb. signific.

Accursius in l. ij. C. de verb. signif. alio pacto dissidium. l. si cui. cum §. si quis ancillas. componere tentauit, dicens, in legato fundi instructi, ac fundi & instrumenti, alienato fundo ademptum esse instrumentum ipsius fundi non patrisfa. d. l. si cui. in fi. stertit, & velut parum sobrius somniat, nam si instrumentum fundi adimitur, multò magis patrisfam. quod nõ accedit, nisi largissima interpretatione. l. quæsitum. §. sed si fundus. ff. de fund. inst. quia instrumentum patrisfam. æquè fundo affectum est. l. ij. C. de verb. signif. Ostendimus vtrunque diligenter, vtrum sit iudicium, duo legata, fundum cum instrumento lego, & fundum instructum lego, discrepare ab illo, fundum & instrumentum. Nunc demonstramus dissidere inter se, in alio, legatum fundi instructi, à legato fundi cum instrumento. quia in illo longe plura comprehenduntur. l. quæsitum. §. sed si fundus. ff. de fund. instr. neque obstat d. §. si quis ancillas. Inst. de legat. quia ibi agitur de reuocatione instrumenti, vna cum fundo, non autè an plus minùsve comprehendatur. Hactenus dixerim ista, in quibus à me reprehensus es, non vt laudi mihi esset summi viri reprehensio, sed vt posteritati cõsulerem. quo, nisi fallor, animo tu Ciceronem & Quintil. superius reprehendisti, & à me postmodum adiurus es. Missionem ipse à disputatione postulo, alius mihi suspectus est, dum ego laxamentum accipiam.

- 1 Interesse an Latine dictum, & an aliquo in-
re inuentum.
2 Interesse siue cum affirmatione, siue cum ne-
gatione idem significat.
3 Interesse largè & strictè sumitur. explicatur

- clausula, quanti ea res est.
4 Interesse definitio.
5 Interesse, an sit damnum, an aestimatio,
6 Interesse potius est ultra rem, quam extra
rem.

INTERLOCVTORES.

ARCADIVS, SCÆVOLA, CALLIDEMVS.



VM Rhetoribus manus aliquandiu conseruistis, vicistis, ex præda
habetis manubias: fugere eorum fortissimi: nolite persequi, nam
Vna salus victis nullam sperare salutem.

Illis etiam vltro ignoscendum est, qui in re tam difficili, quam est
iuris ciuilibus scientia, defecerunt. equidem opinor, quod si quidem
nunc reuisceret M. Tullius, nõ magis l. vnic. C. de sentent. quæ pro
eo quod interest, intelligeret quam Thebanam Sphingem. s c æ v.

Quid si se Iustin. nõ intellexerit? A R C. Hoc magis est, ne se intel-
lexerit. sed dissimulandũ est, ne videamur, Gigantũ more, cũ dijs certamẽ suscipere. Multi, qui
verbosus magis quam doctos cõmentarios in d. l. vnic. scripsere, quærunt, quo iure inuẽtum
sit interesse. † Vtar autem hac voce, interesse, pro eo quod cuiusque interest, vt in Satyra:

-Et nostrum istud viuere triste

Aspexi.

Infito verbo vtitur pro appellatione, vt notat Quintilian. lib. ix. cap. iiii. nostram enim, in-
quit, vitam vult intelligi. l. crimen. C. ad leg. iul. de vi pub. c A L L I D E M. Addunt quidam. l.
quod sæpe. §. si. ff. de contrah. empt. vbi venditor, si confinem molestum cælauerit, tenetur ad
interesse scilicet. verum hoc ibi Iuriconsultus non dicit, imo subtrahit, & Accursio interpre-
tandum reliquit. iamque in l. debitor. ff. de legat. 2. non interesse, sed interusurium legimus,
nomen sane non plausibilius quam interesse: de quo tamen in l. x. §. si. ff. de pecul. vbi Accurs.
maxime post velle mulierũ. l. j. §. pe. C. de rapt. virgin. cum, vt tu Arcadi, patefecisti nominis
loco infinitum passim vsurperur: vt, purgare est refectionis pars. l. j. ff. de via publ. quod ma-
xime obtinet in definitionibus. vt, latitare est turpis occultatio sui, si Vlpiano Ciceronem al-
leganti credimus. l. Falcinius. §. quid sit autẽ. ff. quib. ex caus. in poss. & idem Cic. lib. de Ami-
citiis: Amare nihil aliud est nisi diligere, nulla indulgẽtia, nulla vtilitate. plura adduci possẽt,
sed coram Iuriscõsultis hæc multa sunt, & nimia essent coram alienæ furibus industriæ, qui
testimonia alieno labore quæsitã in suos trãserunt cõmentarios impudẽtissimẽ. A R C. Sce-
lestum mihi narras genus hominũ non illis tolerabilius, qui indagant curiosè vnde interesse
defluerit, & à quonam iure. quidam interesse volũt esse à iure naturali vel gentium, quidam
à ciuili. & hi ferè quid sit ius naturale, quid ciuile nesciunt. Sanè interesse à nullo iure indu-
ctum est, cùm sit iactura quam facit aliquis propter alterius moram, sed omnia iura concur-
rũt, vt is qui in causa fuit, vt creditoris interesset, illud interesse luat. tũ naturale, quia æquũ
est cum alterius damno neminem frustrari sed cuius suam moram nocere. l. in cõdemnatio-
ne. §. pe. ff. de regul. iur. à culpa quoque delinquentis multo magis nascetur. l. pe. de vi armat.
ff. tum ciuile quod metas interesse præfixit. l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod. & tota res in
æquisimi iudicis arbitrio plerunque sita est, vt disquirat cuius culpa interesse emerferit. l.
iij. §. si. ff. de eo quod cert. loc. In summam, tale est quærere quo iure inuẽtum sit interesse, re-
cẽ loquentibus, quale quærere quo iure furtum aut incestus inuenta sint. id est, quo iure in-
ductum sit vt puniantur. vt l. si. ff. de condic. sine caus. vbi iure gẽtium incestus committitur,
non quod ius gẽtium incestum inducat, sed quod commissum esse ostẽdat, & vlciscatur. nec
dubiũ est quin ius diuinũ, id est, Euangelicum ne facias aliis quod tibi fieri non vis, seu natu-
rale can. j. i. dist. vel æquum & bonum. l. pe. de iustit. & iur. velit secundum iustitiã vim suam
cuique reddi. l. iustitia. ff. eod. non domino tantum sed etiam creditori. l. j. ff. quod cum eo, at
minus soluit is qui tardius soluit. l. solidum. ff. de soluti. quantomagis tenetur, vt iam ego di-
xi, qui per scelus alij damnum infligit velut repente nata mora: cum is qui facit id quod
non debet, cessare videatur ab eo quod fieri decuit. l. qui non facit. de regul. iur. sane de
iure gentium à quo obligationes ortæ, liquet in §. alteri. de inutil. stipulat. † Interesse,
verbum, duobus modis collocant Iuriconsulti, idque indifferenter affirmatiuè scilicet
aut negatiuè, & vtroque modo (quod magis mireris) idem significat. & qui dicit interesset
reipub. mulieres dotari, id sibi vult quod, qui dicit interesse reipub. mulieres non dotari.

quia

quia verba prout subiectus locus postulat, explicatur. l. si vno. ff. locat. Persequamur singula-
tim rem ipsam. Interesse affirmatiue interdum vtile est significat, vt interest dores mulieri-
bus conseruari. l. j. ff. solut. matr. l. & in totum. ff. de impens. in reb. dotal. l. j. §. hæc verba. ff. ne
vis fiat ei, qui in poss. Interdum etiam affirmatiuè idem est interesse; quod damno esse pro-
pter vtilitatẽ amissam. l. Iulian. §. si. ff. ad exhib. vt interest mea frumẽtum solui potius quam
pecuniam. id est, damno affectus sum. l. sed addes. §. si dominus. ff. locati. Secundo modo, se-
quente negatione interesse itidem dupliciter capitur, vel pro vtile est: vt, interest nostra libe-
rorũ nostrorum animũ non corrumpi. l. vt tatum. §. de filio. ff. de seruo corr. tolle negationẽ,
idem dices effectu. & l. loci. §. j. ff. si seru. vend. l. eum qui. §. si. ff. de furt. ne quis miretur, si in-
teresse alicubi vocetur vtilitas nempe quæ abest. l. 22. ff. ad leg. Aquil. l. cum prætor. de ver-
bor. significat. Vel sequente negatione, pro damno esse vsurpatur crebrius. vt interest mea
quia pactum non seruaui. sic in l. j. ff. de act. empt. vbi interest, si res vendita nõ tradatur. l. ex
hoc. §. si. ff. de eo per quem fac. erit. exemplorum plena sunt omnia. videat qui cum Doctõri-
bus vacillare molliter noluerit in expositione interesse. Animaduertendum est † interesse
duobus modis in iure accipi, plenè seu largè, itemque strictè. largè, omnem rem de qua agitur
complectitur passis manibus, hoc est, nõ modò illarum damnum, sed etiam rem ipsam prin-
cipalem, qua de agitur. l. si procuratorem. §. mandati. ff. mand. vel eius aestimationem simul.
l. qui restituere vers. Si vero. de rei vend. ff. accedit manifestè. l. seruus. §. si sciens. ff. de act.
empr. l. arbitrio. ff. de dolo. l. si quis ab alio. ff. de re iudic. quia si fundũ debes ex stipulatione,
nec soluis, & damnum illarum ratione moræ, & fundũ ipsum, vocabo interesse, nimirũ dif-
fused ac plenius. Nec mihi arridet Alciati opinio existimantis, non aliàs interesse rem ipsam
principalem cõplecti, quam si coniuncta sit cum damno emergente, vel lucro cessante: quia
diuersum patet in l. si. §. si. de eo per quẽ fac. ff. & l. si quis ab alio. ff. de re iud. l. stipulatio ista.
§. si stipuler. de verb. obl. & in contractibus innominatis licet rem dari fas sit. l. §. j. de præ-
script. verb. Strictè & propriè, interesse sumitur pro damno quod obringit præter id quod
principaliter petitur. l. j. ff. de act. empr. l. in furti. ff. de furt. l. vnic. C. de sentent. quæ pro eo
quod inter. l. facienda. ff. arb. furt. cas. itaque in dubiis is qui interesse remisit non censere-
tur condonasse rem qua de præcipue agitur. l. emptorẽ. §. si. vers. sed Iulianus ff. de act. empr.
l. si plus de euctione. adeo lōga intercapedine id quod interest à sorte vel corpore debito di-
screpat. l. centum. ff. de eo quod cert. loc. è diuerso promissio, quanti eam rem esse apparet, in-
teresse non respicit, sed rei aestimationem solummodo. l. hæc verba. de verb. sign. l. j. in si. ff. si
quis ius dicenti non nec obest. l. qui restituere. ff. de rei vend. vbi qui dolo non fecit quomi-
nus rem quam restituere debuit, possideret, tenetur tantum ad id quod interest. id est, quanti
res est promiscuo significatu. sed ibi se explicat Iuriconsultus, vt dubitationẽ auferat, sciens
alias verbum, quanti res est, ad interesse non pertinere. sic addit verbum, id est. l. cum eo. ff. ad
leg. iul. pecul. si in l. pe. §. si. ff. vt possi detis. l. si. de prætor. stipul. in hanc. ff. de damno inf. qui-
bus omnibus locis lex enarrat interesse peti vltra principale per stipulationem, quãti res erit.
vel certe ea verba, quãti ad ipsum interesse referri interpretatur, quia de illo pariter quæritur.
† Definitio interesse à Iuricons. vt dicunt, tradita est in l. si commissa. ff. rem rat. hab. vbi de-
monstratur ipsum interesse damnum esse emergens, vel lucrum cessans. Tamen si Iuriconsul-
tus ibi non determinet an largè interesse definiat, an propriè: prout nos interesse ipsius prop-
rij definitionem exigimus. quæ in hunc modum erit: Interesse est damnum obueniens, vel
lucrum cessans vltra rem ipsam de qua præcipue agitur, propterea quod aliquid dari fieri ve
cessatur. nec me mouet, quod sæpe nostra interest quia nimium sit, tantũ abest à cessatione: vt
cum vim furtum ve patimur. l. pe. ff. de vi armat. l. qui tabulas de furtis. item ob nimia datio-
nem nostra interest. l. Iulianus. ff. de act. empr. cæterum quicumque facit, dat ve perperam, iam
cessare videtur ab eo quod facere dare ve debuit. l. qui non facit. ff. de regul. iur. Amplius quo-
niam damni ac lucri mentio facta est, scire decet abunde videri in damno, qui commodum
iustum non capit. l. ij. §. meritò. ff. ne quid in loc. publ. apertè huiusmodi sententia probatur
in l. Iulian. §. si. ff. ad exhib. simulque eius quod interest, definitio probatur in l. apud Iulianũ.
ff. ad senatuc. Trebell. ibi: sed etsi quid sua interesse dicet, non cogetur adire, nisi ei damnum
vel lucrum à fideicommissario faciat. vbi singulari eximioque quodam modo præstat
interesse is qui in culpa non est, sic nec in mora. l. sciendum. de vsur. tamen luit interesse,
duce prætorẽ licitam maxime rem faciens, & cogens hæredem rogatum de restituendo ad
aditionem. sed interim occasionem præbet, vt hæredis intersit. ideòque in definitio-
ne culpæ mentionem non feci, nisi aliquis putet in culpa esse fideicommissarium, qui
non vult postea indemnem hæredem præstare vt l. 2. §. & gener. de doli excep. † Quod
dico esse damnum vel lucrum, vt & Accurs. in d. l. vnic. plerisque non satisfacit: quibus

n ij

interesse non est damnum, sed damni æstimatio. vt l. facienda. ff. arb. furt. cæ. l. in hoc. ff. de seru. cor. & d. l. vnic. de sentent. quæ pro eo. vbi iudex ei qui petit interesse, debet reddere damnum quod verè ostenditur. l. in hoc. de seru. cor. l. cum prætor. ff. de verb. signif. & damno ex æquamus lucri amissionem l. ij. §. merito. ff. ne quid in loc. publ. d. l. vnic. in fin. & inde ostendi interesse appellari passim vtilitatem. d. l. cum prætor. & l. 22. §. cum per. de action. empt. ff. modo culpa aliena nobis præripiat lucrum, secus si iure suo noceat. l. Proculus. ff. de damno infect. l. xv. de seruitutib. ff. non enim interesse quodlibet peti potest, vt æstimari. l. si seruum. ad legem Aquil. nemo enim credat iudicem damnum reddere, non damni æstimationem? quid aliud, per Iouem, sibi voluit Vlpian. in l. j. ff. de act. empt. qui expressè exponit, id quod interest, hoc est quanti rem habere emptoris interest ne quis temere suspicaretur quinquam damnum illatum petere, non damni æstimationem. Vti habetur in l. inter hæc. ff. de verb. signif. Ex his sequitur, tutissimam esse hanc definitionem: Interesse est damnum, quia licet interesse sit æstimatio damni, in definitione damnum pro damni æstimatione capito, sicut Iurisconsultorum optimi quique faciunt. sin verò ipsam iacturam interesse vis vocare, quid de mea definitione quereris in qua damnum est positum? Hoc interrim dicam, quod si quis admisit interesse, pro æstimatione, non errabit, inspecta vi potius quam sono verborum, vt. l. j. ff. de act. empt. argumento sit quod voce solum inspecta, bon. possessio, & actio, actum possidendi & agendi designant. sed l. iij. §. bonorum. ff. de bon. poss. & §. j. Instit. de act. dicuntur iura. Neque obest, quod interesse aliquod est, quod nõ æstimatur. l. j. ff. solut. matr. §. si. Inst. de his qui sunt sui vel. Imò æstimatur: sed si interesse, siue damnum vel vtilitas est infinita, æstimationem etiam habebit infinitam & vagam, vt ecce interest reip. mulieres dotatas esse. d. l. j. sol. matr. sic etiam infinita priuilegia prope in dotis gratiam mulieribus concessa sunt, vt l. vnic. cum §§. C. de rei vx. act. & interest nostra filiorum animos non corrumpi: si secus accidat, fiet æstimatio officio iudicis pro domus dignitate, rei inquam pene inæstimabilis. l. vt tantum. §. j. ff. de seruo corrupt. & sic inæstimabile peti potest, à bono tamen iudice ad mediocre redigendū. l. si. de prætor. stipul. sicut è diuerso æstimabile non exigitur. l. si sterilis §. cum per. de act. empt. inæstimabile potest fingi in libertate & quauis cognatione. l. non est. §. infinita. ff. de regul. iur. & petitur. l. j. de liberal. caus. ideoque Bartolus cuneo sui ingenij interesse fidit in æstimabile & inæstimabile, de quo pluscula dicenda venient.

6 SCÆVOLA. Nouissima definitionis sunt: † vltra rem de qua præcipue agitur. vt, nisi coniectura fallor, ostenderes interesse discretum & seiunctum à re principali & proprium, vt d. l. vnic. de sent. quæ vltra rem dixisti, ne, si extra rem diceres, vt multi solent, falleris. non quia interesse plerunque extra rem non sit, sed quod alicubi non extra rem inuenitur, imò frequentius. vt ecce debes mihi pecuniam, ceterum fortè. Interfuit mea propter tuam moram, ex quo habes præstare denarios tres: & sic debes tredecim, certè hoc interesse, est vltra fortem, non extra. sicut & cum debes frumentum, nec soluis statò die, creuit æstimatio. certè hoc interesse est vltra rem, non extra rem separatim. extra enim separationem significat. l. fluminum. §. vitium. ff. de damn. infect. l. j. §. in flumine. ff. de flum. Vltra, dicitur quod plus est. ideo in definitione interesse posuisti, Iurisconsult. secutus in l. j. ff. de in lit. iur. vbi interesse est vltra rem, & quasi maior rei æstimatio, quippe cum principalis rei æstimatio & interesse, vt auctum & augmentum differant, & vt plus & minus. l. iij. §. si. ff. de eo quod cert. loc. l. datio. §. si per. ff. de act. empt. plus autem & minus diuersam speciem non faciunt. l. si. ff. de fund. instr. Extra præpositio seiunctum aliquid, natura sua, vt diximus, ingerit. & ideo Doctores interesse quoddam extrinsecum posuerunt, vt l. inde. ff. ad leg. Aquil. non quod omne interesse sit extrinsecum. Intrinsicum etiam finxerunt sibi, quod nos vltra rem appellamus. planè quodcunque interesse, vel quod extrinsecum est, vltra rem est. C A L L. Insidiari racitus inceperam isti definitioni, tanquam in pulchra eius facie neuum inuenirem: propterea quod iacturam non retulisti ad cessationem factumve iniustum alicuius, qui damni causam præstiterit petitori. sed venit in mentem damni mentionem non referri nisi ad id, quod culpa accidit. l. nemo damnum. ff. de reg. iur. quia damnum quo quis dignus est non aliena, sed sua culpa acceptum lucri loco ponitur, cum prudentiæ admoneat inconsultum, & purget temeritatem salubri pharmaco. l. lectos. ff. de pericul. rei vendit. cum. l. seq.

OBSERVATA IN XLII. DIALOGVM.

1 Certi casus qui sunt.

2 Bartoli & aliorum de casibus certis opinio re-

follitur.

3 Quantitas quot modis accipitur.

4 Intellectus l. qui quis. ff. de leg. iij.

5 Intellectus l. vnic. de sent. quæ pro eo quod.

6 Certum, in iure variè accipi.

7 Natura contractus quid.

INTERLOCVTORES.

PAPINIANVS, CALLIDEMVS, HEPHÆSTION.



A M longè & latè diffunditur hic tractus interesse, vt non sit enumerare intellectus l. vnic. C. de sententijs quæ pro eo quod inter. cum sit in omni re illa animorum conditio, vt cuncta à necessarijs primum orta, venerit in nimium. C A L L. De illa l. vnic. succurrit mihi dicere, quod apud Ennium in Medea, nutrix illa flebilis dixisse proditur.

Vtinam ne in nemore Pelio, ista securibus

Cæsa cecidisset abiegnæ ad terram trabes:

Neue inde nauis inchoandæ exordium

Cepisset.

Rationem subiungit.

Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem

Medea, animo ægra, amore seuo sauciã.

Sic ego, vtinam non Iustinianus legem illam promulgasset, vnde summa controuersia atque confusionis fuit exordium. nam nunquam sic mens hominum in incerto vagaretur. P A P. Quid audio? Iustiniano tu obgannis, reus læsæ maiestatis es. C A L L. At ille reus est læsæ facilitatis. P A P. Conabor pro viribus illam l. explanare, ne posthac aduersus legislatores infurgas: sis attentus. Imperator in d. l. vnic. hoc modo arctat petitionem interesse quondam nimium vagantem, sanciens, in omnibus casibus, qui certam habent quantitatem vel naturam, duplum interesse nomine tantum exigi: in casibus autem incertis, totum subtilitati sanctissimi iudicis æstimandum relinquit. † Tentemus scire, qui casus habeant certam quantitatem vel naturam, qui certi esse dicuntur nec excludamus contractus, quos aiunt esse facti l. consilio. §. si. de curat. furios. & facta sine delectu quidam incerta putant l. vbi. §. qui id quod. de verb. oblig. sed Iustinianus venditionem & ceteros contractus certitudinis capaces asserit licet traditio in eos veniat, quæ vti que facti est d. §. si. l. consilio. sane contractus facti sunt ob promittendi operam l. si stipulatus de vsur. ff. nox non contractu querimus, sed de re quæ in ipsum venit, & intra folliculos eius continetur. item traditio ex titulo ad dominium transferendum idoneo profiliens sapit dationem, non cum est simplex l. si rem tradi. de verb. obligat. nihil eam curo, sed rem quæ traditur. nam & datio factum sapit l. in facto. ff. de conditi. & demonstr. At Bartoli fuit opinio, vt hi casus certi sint, qui habent certam quantitatem vel naturam, respectu sui vel adiuncti, vt promissio ceterum aureorum respectu proprio certa est. res vendita respectu adiuncti certa est, quia certum est pretium cuius contemplatione res tantidem æstimabitur. † Non laudo Bart. opinionem. quædoquidem si vendo tibi ædes centum, certum vti que est pretium: non continuo certus contractus: quia tu emptor agis in me non ad pretium recipiendum, sed ad ædes consequendas. l. si non donationis C. de cont. empr. l. sicut. C. de actio. empr. non pretij quantitas, sed quanti emptoris, inquit, interest, competit actio addo vino vendito certa pecunia ac tardius per emptorem accepto, id quod interest venditoris inania esse dolia vt locentur, vel vt impleantur, deberi. vbi pretij certitudo non prodest l. r. §. licet. ff. de peric. rei vendit. nec interesse iuuat. Præterea contrahentibus sese inuicem decipere licet in pretio. l. in causa. §. pen. ff. de mino. x x v. annis. quapropter insulsum est dicere ipsum precium inspiciendum esse, cum magis actor rem petat, quam pluris facit quam pretium. eo enim contraxit vt meliorem conditionem suam faceret l. actionum. versic. ex contractu. ff. de actio. nec mihi obijcias l. si quis vxori. §. si. ff. de furt. vbi res tanti est, quanti emptorem inuenire potest, quia nihil d. §. si. proficies, cum vbi dicatur rem tanti esse quanti in futurum vendi potest, non autè quanti iam vendita est quia non sequitur, domus vendita est quingentis denarijs, ergo non plus valet, aut non minus valet l. non idcirco. C. de rescinden. vend. planius hoc in l. i. de actionib. empr. vbi distinguitur quantum valeat res ab eo quanti empta sit. Auxilio est nobis contra Bart. vulgaris l. si iactum. ff. de act. empr. vbi quauis præfinito certo pretio vendita res, incerta est, tantisper est pretium, arbitrio boni viri definiendum, est certa res l. hæc venditio. ff. de contr. empr. l. r. ff. de legat. 2.

Longa de disputatione mea detraheretur oratio, si prætermisissis sexentis opinionibus, quibus scribentes nonnulli recentiores chartas impediunt verius quam implent, de casibus cer-

3 *tis meam attulero sententiam, praefatus tamen, verbum quantitatis plurifariam in iure accipi.* † Primò, pro summa & numerata pecunia l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. fac. proinde summa, pretium, quantitas, confunduntur l. Titius. §. si. de acti. empt. l. plane. §. i. de legat. j. accedit l. empti. C. de contrah. empti. Secundò quantitas distinguitur in discretam & continuam, quemadmodum tradidit Aristoteles. Discreta numerum ostendit, vt duo, tria, quatuor, & deinceps l. aut facta. §. quantitate. ff. de pœnis. Continua rei magnitudinem & mensuram demonstrat, & sic quantitas de specie & corpore intelligitur l. j. ff. de euct. l. certum. ff. de confess. l. & an eadem. ff. de except. rei iud. neque abutuntur qui in fundo quantitatem dicunt, vt frustra diuersum puret Alciat. cum in l. l. x x i i i. de verb. oblig. certum sit, cū quale, quantumve sit norimus. vt aurei decem, fundus Tusculanus, homo Stichus, ergo de fundo & Sticho quantum dicimus. Cicero. ij. lib. de Diuinatione: Solne maior terra sit, an tantus quantus videtur. Pro eadem opinione vulgò adducitur l. quisquis. ff. de leg. iij. vbi hæres rogatus erat dare quantas summas testator dictauerit, qui postea species & corpora quædam dictauerat. quo casu Aristo respondit, corpora deberi: Alciatus arbitratur verbum, quantus, adiectiuum, prout adiungitur ad speciem referri posse vel ad numeratam quantitatem. vt quanta pecunia, quantus Polyphemus in antro, quantus Achilles. cæterum quantitatem per se, ad speciem transferri negat, neque aliter probari contendit in d. l. quisquis. vbi non de quantitate, sed de quanto agitur. Ego verò duo obtinere censeo aduersus Alciatum: vnum, verbum quantitatis speciem comprehendere: alterum in l. quisquis. de leg. iij. neque de quanto, neque de quantitate dubium vllum extitisse. Prius satis probatum duco ex d. l. & an eadem. ff. de except. rei iudic. & d. l. certum. de confessis. addo etiam quantitatem in eodem loco, tum numerationem, tum corpus, pro arbitrio, complecti. l. qui bonis. ff. de cess. bon. l. lex Iul. ff. ad leg. Iul. rep. vbi lex Iulia cauet, ne quis pro iudicando vllam quantitatem accipiat, nempe pecuniam vel munus in specie quis dubiter?

4 † Redeo ad d. l. quisquis. ff. de legat. iij. quam turba Doctorum nedum Alciat. non intellexerunt. vt pote cum ibi nulla dubitatio fuerit de quanto vel quantitate, sed de verbo, summa, cuius appellatione propriè venit pecunia numerata. nam pecuniæ nomine corpora venire omnes norunt l. pecuniæ. de verb. sig. vt cum stipulamur quanta pecunia ex Titij hæreditate perueniet. l. 97. ff. eod. arqui summa in nummis consistit d. l. Titius. §. si. de act. empt. l. plane. §. si eadem. ff. de leg. j. l. non autem. ff. de rec. arb. & ideo videbatur in d. l. quisquis. summæ nomine non intelligi corpora. neque enim vllatenus quæstio fuit de quanto, quod secundum id cui adiungitur vel speciem vel numerationem comprehendit. Tandem in d. l. quisquis, deciditur, verbum summæ, speciebus & corporibus accommodari, non ex vt genuina verbi, sed ex manifestissima defuncti voluntate: qui cum dixisset quantas summas dictauero, lego. dictauit postmodum corpora. neque enim, inquit Mærianus, post eam præfationem adiecturum res corporales testatorem fuisse, si duntaxat pecuniam numeratam præstari voluisset. innuens sequi nos oportere testantis arbitrium, non proprietatem vocabuli l. non aliter. ff. de leg. iij. nec ignoti iuris est, posteriore adiectione præcedentia in testamentis explicari. l. hæres. §. sed etsi. ff. de testam. sic lex nominatim ad res & corpora retulit. l. cum post. §. si. ff. de iur. dot. vt scilicet intelligatur quot qualesque fuerint. Quartò loco, vt ad superiora regrediar, quantitas, est æstimatio. l. si vendidero. j. resp. ff. de furt. l. si. versicul. & postquam. C. de iur. dom. imper. accedit apertissimè l. qui bonis. ff. de cess. bonor. & l. quæ extrinsecus. ff. de verb. oblig. sed ego nimius sum in re perspicua. ob id, vti reor, quòd quantitate siue pecunia omnia æstimantur. l. propemodum. ff. de verb. sig. l. hæc enunciatio. ff. eod. C A L L. † Dicam, quod tu forsitan risu excipies, ad hoc tamen vt rideatur, me sapius iuxta postremam hanc quantitatis significationem, certam quantitatem in l. vnic. accepisse. hoc est, eos contractus certos duxisse, qui parabilem atque facilem æstimationem subirent. & magnopere iuuabar, atque nitebar d. l. vnic. hoc ferè modo: dicebam cognito vno contrariorum alterum perfacile cognosci. §. j. Instit. de his qui sunt sui. & maximè in tractatu certi vel incerti, vt exprimitur in l. l. x x i i i. cum l. seq. ff. de verb. obligat. Quicunque igitur incertòs casus ignorauit, protinus certos sciet, annuis, incerti autem casus sūt, in quibus iudex subtiliter indagat, quanti res verè fuit: quod euidenter æstimari nō potest sine examine ferè scrupuloso. d. l. vnic. vers. in alijs. ergo certi casus erunt, in quibus rei ipsius facile inibitur æstimatio vt in pœnis facinorum. l. si qua. ff. de verborum signific. l. hodie. de pœnis. licet interesse nummarium ex illis natum incertitudinis caligine delitescat. Quocirca d. versic. in alijs, scriptum est: in alijs autem casibus, qui incerti esse videntur, quasi pauci sint, qui certi fieri nequeant per æstimationem vt si homo in genere legetur, cuius mediocritas facile æstimabitur. l. legato. ff. de leg. j. vel factum æstimabile tenui negotio l.

101 l. suus. §. puto. ff. de hered. instit. vt patet in locatione, de qua in hac l. vnic. Et l. §. s. at cum do. ff. de præscr. verb. Certum namque vocamus, quod verisimile est. l. si filius. ff. de rit. nupt. siquidem, † certum, variè capitur. in l. vbi autem. §. fundi. ff. de verb. obli. promissio vsufructus est incerta: in l. cum hi. §. si in singulos. ff. de transact. vsufructus certa quãtitas est. inde in l. certi. ff. si cert. pet. certum petitur ex incerto contractu, cum tempore petitionis id quod petimus certum est. Proinde in l. vnic. non anxie inuestigare necesse est, quinam sint contractus certi, secundum l. vbi autem. ff. de verb. oblig. sed an cum petimus, res ipsa certa sit. H E P H A S T I O N. Adeo demulisti aures meas melo istius intellectus: adeo persuasisti, vt iugulaturus sim refragatorem obuium vt potem qui sciam probari in l. j. de legat. 2. ab Vlpiano id certum legatum videri, quod relinquitur breui mora æstimandum boni viri arbitrio pro viribus patrimonij, vel iudicis, vt Iustinianus ait in l. si. C. de compensat. an non & id verè est quod dixisti, non cōtractus tempus inspici sed petitionis forensis circa interesse: quod nondū nascitur, dū cōtrahitur, sed post morã morã, qui in ius deinde vocatur. vt lvar cessationem vel factum improbe, furti, vel iniuriæ. C A L L I D E M V S. Recte loqueris, ô Hephæstion, nisi quod in delictis interesse illico lacepsit nascitur, & quod certis casibus nunquam delicta aggregari queunt, vt subijcietur inferius: contractus vero, etiam si dum fiunt, incerti sint, ad certitudinem ex euentu redigi possunt, vt facta, quæ in locatione versantur. l. item si. ff. locat. quæ aliàs incerta videntur. l. vbi. §. qui idque. ff. de verb. oblig. nēpe, cum in futurum spectant. at si quis contra iam cessauerit vel male fecerit, iniri facilis æstimatio plerunque poterit, vt in d. l. vnic. de sententijs quæ pro eo. vbi in locationibus est certa natura & quantitas. l. si tibi alienam. ff. locat. idem in venditione, in qua factum versabitur l. cum ab eo. ff. de contrah. empt. inde factum operarum certum dicitur in l. quoties. ff. de oper. libert. quia diurnæ & certi artificij promissæ, proinde in promptu æstimabiles. adeo vt certa quantitas sit in ipso met interesse. l. apud. ad Trebelli. ff.

Hunc intellectum in vulgus emisi rudius fateor & obscurius, eundem tamen inuidere mihi nonnulli, & Alciati esse confinxerunt, vt cum potentiorum & locupletem virum mihi opposuissent tanquam possessorem antiquiorem, non auderem ego vendicare. protinus subfilui, contentus cum tam docto viro concurrisset, neque displicuit quòd ille mea, priusquam ego, dixisset. Conueni Alciatum, legi ac relegi, demum multis stadijs eum à me distare comperi. nam ille sententiam communem sequi se profiteretur, quæ habet, certos casus esse, qui sui vel adiuncti respectu, certi sunt. hoc solummodo adiungens, quòd cum interesse sit facti, & quæ sunt facti omnem vim sitam habeant in probationibus, quærendum esse an possit protinus probari vel non. quare in venditione & locatione cum de pretio conuentum sit, clarum est, si conuenta non seruentur, nequaquam minus interesse posse quàm sit pretium. & inde hic contractus respectu probationis euidentis certus erit. & idè in pacto eundi Romam, si promissæ inuicem sit pecunia. & si qua similia, vt Bart. Hęc ille. non viderunt emuli relabi in Bartoli sententiam, Alciatum nihil penè simile habere nobiscum. ille totam vim certitudinis figit in facili probatione, nos in æstimatione. Sanè si petam promissum remotis arbitris fundū vel equum, æstimari facilius poterit quàm probari. præterea ille huiusmodi facilem probationem esse ait in contractibus, quos respectiuos vocant. atqui rationes à re superius adductæ Alciatum cum communi confutant. vt d. l. si iactum. ff. de acti. empt. & l. tribus. ff. de vsufr. ea. rer. vbi restatore legante vsufructū quindècim milium, & satisfactionem ab hærede, duplex, legatum facit certi, quoad pecuniam: incerti, quoad satisfactionem, quæ nō ideo est certior, quia ad certam quantitatem refertur vel quod probari illico valeat. alioquin ipsummet interesse, quo nihil incertius l. si. de prætor. stipul. certum esset sapiissime. l. nummis. ff. de in lit. iur. sed à iudice extenuari solet, quamuis probatum d. l. si. item factò protinus probari poterunt complura, non tamen certa ideo erunt, si æstimatio vaga sit. vt quiduis aliud l. si. C. de compensat. Quid l. j. ff. de act. empt. vbi interesse non metimur secundum certum pretium, sed rei æstimationem inspiciamus? seminecem Alciati opin. vltra non persequare. P A P I N. Vsq̄ adeo sapis: pape, talem fuisse credo Tagetæ aruspiciæ autorem, qui in Hetruria visus fuit puerili specie & senili prudentia. Vnum imminet tuz interpretationi periculum: quia si certam quantitatem pro certa æstimatione capis, iam pecunia (quod dictū absurdum est, l. l. x x i i i. ff. de verb. oblig.) certa non erit, quia ipsa non æstimatur sed æstimatio est. Hem quid dixi, imo certa est semper nummorum æstimatio. l. nummis. ff. de in lit. iur. & seipos æstimant, nec mercibus æstimantur. l. si ita. ff. de fideiuss. Quamobrem aliter rursus oppono: si quantitas in d. l. vnic. æstimatio est, & sic tam pecuniam quàm mera corpora comprehendit, cur imperator certam quantitatem vel naturã expresit, d. l. vnic. naturam ex abundanti & superflue posuit? C A L L. Perij. P A P I N. Bono

sis animo, non est nouum Iurifconsultos, dico Iustiniano disertiores, verba multa exprime-
re, vbi vel vno satis esset, causa facillioris intelligentiæ. l. j. §. sed sciendum. ff. de ædil. edict.
l. in fraudem. ff. de iur. sic. ibi, bona eorum qui in custodia vel vinculis, vel compedibus,
satis enim vno trium fuisset. l. succurritur. ff. ex quib. caus. mai. Iustinianus non infrequens
est in hoc locutionis genere. l. si. C. de iur. emphy. in princip. l. vt perfectius. vers. sed licē-
tia. ff. de anual. except.

7 † Tamen si Imperator, per certam naturam contractus aliquid plus dixisse videtur, quàm
per quantitatem. nam natura est vis & potestas rei cuiusque. l. cum emptor. ff. de resc.
vend. proprietatis effectusque est. l. leuissima. ff. de condit. & demonstr. adeo vt cuius
homini sit sua natura peculiaris insuper. l. 19. §. si. de captiuis. nec minus alijs rebus, vt in
actionem empt. id quod interest, ex natura sua venit. l. si in venditione. ff. de euictionib. sed
magis euictio rei, vt ibi traditur. sed tamen non pertinet ad præsentem certitudinis tractum;
cum certum per se contractum fieri asseramus, non ex eo quod aliquando extrinsecus in eū
cadir, sic mellite Callideme natura suauis indoleque candida prædite, capitur natura, vt vo-
lumus in l. j. C. commu. de legat. vbi eadem natura legatis & fideicommissis imponitur. id
est, idem effectus l. natura. de verb. signific. Alciatus, naturam pro eo quod de natura cō-
tractus venit, alij longe ineptius naturā ad solā speciē retulerūt. miseret me horū virorū, &
nolim vltius indignari, sed posteritatem admonere quid sentiat Iustinian⁹ in d. l. vnic. cum
disiunctiōe vel certā quantitātē vel naturā nouisse satis esse indicauit. quia qui naturā nouit,
qualitatē totius negotij nouit, præsertim in certitudine. d. l. vbi. §. illud de verbor. oblig.
ita vt alterutro verbo scilicet naturæ vel quantitatis abunde satisfecisset Iustinianus, nisi
perspicuitati in re perplexa studuisset. De quantitate & natura idem ferè quod nos, Quinti-
lianus lib. vii. Institutionum, cap. v. Est autem, inquit, qualitas alia de summo genere: at-
que ea quidem non simplex: nam & qualis cuiusque rei natura, & quæ forma quæritur, an
immortalis anima, an humana specie deus. & de magnitudine ac numero, quantus sol, &
an vnus mundus. quæ omnia quidem coniectura colliguntur, quæstionem tamen habent in
eo, qualia sint. Cum quærit quantus sol, & an vnus mundus, quantitatem continuam &
discretam intelligit.

OBSERVATA IN XLIII. DIALOGVM.

- 1 An alij sint casus certi præter contractus.
- 2 Idem est dicere, in emptionibus esse casus cer-
tos, ac ipsas emptiones esse.
- 3 Emptio non semper casus certus.
- 4 Explicatur l. si iactum & ff. de act. empt.

- 5 l. quemadmodum. §. item Labeo ad
leg. Aq.
- 6 Ex parte vendentis emptio certa est.
Casuum incertorum regula quadam.

INTERLOCVTORES.

NERVA, PROCVLVS.



ENTVM leges in numero habeo, quibus confirmem ea quæ à Pa-
piniano traduntur. PROC. Nos vera esse nouimus: cur plures ra-
tiones vel leges velis adducere nescimus. NERV. Quasi indignum
sit duobus oculis intueri, cum vno possis. non solent, Procule, quæ
abundant vitare scripturam. l. testamentum. C. de testam. sed post-
quam tibi visum est, nihil horum adferam, & ad alia maturabo.
PROC. Ad illud, quæso, † Quare Iustinia. in d. l. vnic. casuum cer-
torum exempla posuerit in emptionibus, venditionibus, & locatio-
nibus, & omnibus contractibus: ex quo quidam coniecerunt solos contractus casus certos
esse. NERV. Imo Imperator ibidem in omnibus casibus certitudinem quantitatis esse ostē-
dit. atqui casus appellatio latissimè effunditur. l. idque. vers. in omnibus. ff. de act. empt.
& d. l. vnic. vers. in alijs. de sent. quæ pro eo quod, neque exempla contractuum mox sub-
dita regulam stringunt. l. regula. §. si. ff. de iur. & fact. ignor. PROC. Saltem † idem erit di-
cere, in emptionibus & locationibus, & in omnibus contractibus casus esse certos: atque
ipsas emptiones, locationes, & contractus omnes denique certos esse, iuxta Modestinum in
l. contractus. ff. de actio. & Cicero in 2. lib. de Diuinatione recitat antiquos Augures dice-
re consueuisse, cælum tonare & fulgere: pro in cælo tonare & fulgere. & nos quoque dicit
mus in

mus in nulla ædificium vrbani esse, pro eo quod est, villam vrbani ædificium esse, quo-
ad seruitutes. l. j. ff. communia pred. NERV. † Sum, qui existimem, emptionem & similes
contractus, esse quandoque casus certos, quandoque incertissimos, etiam ratione pretij
quod potest esse verum non certum æquissime. vt pote cum rem liceat vendere iusto pretio
definiendo impostum. l. si fundus. §. si. de pig. sic obseruauerunt iurifconsulti eximum dis-
crimen veri, & certi pretij seu quantitatis. l. si fideiusor. §. si. de legat. 1. l. 2. §. si. qui satisd.
coga. nec ideo quod emptio, venditio, locatio conductio, & cetera commercia à Iustiniano
inter exempla casuum certorum descripta sunt, protinus vbi que certa sunt. habent enim in
more Iurifconsulti exempla pro vna parte proponere, quæ contrarium etiam effectum pe-
rinde præstare possunt. vt l. j. §. pen. ff. de acqu. poss. vbi earum rerum, quæ propter magni-
tudinem moueri nequeunt, possessio oculis apprehenditur exemplo columnarum, cum
nihil veret esse multas columnas, quæ moueantur, & transportentur. l. si merces. §. qui co-
lumnarum. ff. loca. adde l. et si non sunt. §. perueniamus. ff. de auro & arg. vbi sunt lapilli nō
pellucens, quales obsidiani: cum constet obsidianos alios esse opacos quidem, sed alios
pellucidos, de quibus Plinius lib. xxv. cap. xxv. Maximus tamen honos, inquit in cā-
dido translucentibus proxima crystalli similitudine. de obsidianis loquitur in Aethiopia
primū ab Obsidio inuentis, vnde nomen habent. sic res empta à duobus, pro socio actio-
ne petitur. l. 2. ff. communi diuid. id est, inquit Accursius, si animo socij empta fuerit. ad-
de, si placet, inter necessarias impensas numerari moles in mare vel flumen proiectas, puta
si vtilitas vigeat, non aliter l. j. §. inter. ff. de impens. in rebus dotalib. sit conditio, si Ale-
xandriam iuerit, dicitur esse in potestate. l. apud. ff. de hæred. instit. puta, si non longe di-
ster Alexandria, secus communiter l. seruus. §. puto. eod. pari modo ex lacu non conceditur
seruitus l. foramen. ff. de seruit. nempe cum non sit perpetuus, secus si aquam habeat per-
petuā l. via. §. i. ff. de seruit. rustic. ceterū, ne vager extra certitudinē, omnes fatemur exemplum
certæ quantitatis præcipuū esse, cū decē promissa sunt stipulati. l. 74. ff. de verb. oblig. attamē
eadē stipulatio incertū continebit, si decē dari stipuler mihi aut Titio vestri velim l. liber. §.
si. eod. modica enim res versat. sursum & deorsum certi incertive rationē. cur interim cogi-
tabundus rodus vngues? PROC. Voluebam animo l. si iactum retis. ff. de act. empt. ex qua
perspicue probatur quantū bene sentias. vt qui putes, emptionem casum esse certum, & in-
certum aliquando. † Si iactum retis emero, & rete iactare piscator noluerit, incertum huius
rei æstimandū est. sed si quod extraxerit piscium, mihi reddere voluerit, id æstimari debet,
quod extraxit. Duo casus hic sunt propositi, quorum qui prior est, incertus est: qui posterior,
certus egregie. nimirum quāuis vna sit emptio in secundo casu, exitus acta probauit. Tēpore
vtique factæ emptionis res emebatur sub alea, sed tēpore petitionis certiores effecti sumus,
cum pisces extracti sint, vnde facilis est æstimatio. Casus incertus est, quando piscator no-
luit rete iactare: quia principale ignoratur, & cōsequenter interesse. quoniā dicit emptor, dies
serenus erat & aptus piscationi, bene ac prosperè successisset euerriculū: expēdamus præte-
rea quāti mea interest, iuissim in vrbē, pisces plurimo vēdidissim, o bone, quantū quantum
perdidit. Non possum illis subscribere, qui d. l. si iactū. nihil ad interesse pertinere fatetur, sed
tantū ad estimationē rei principalis. quia si res principalis, velut exemplar incertū est, interes-
se, quod imitatur, redditur incertius. quia si multi pisces fuerint, pluris interesse solet. & au-
diui ex Scæuola, proboq; interesse & re ipsam vna æstimatione nonnunquam terminari, cum
se habeat vt plus & minus. l. datio. §. si per venditorē. ff. de action. empti. & iudex, si velit, po-
terit tā pisciū æstimationem quā eius quod interfuit, simul taxare. quia in casibus incertis
omne damnū subtiliter exquirere debet. d. l. vnic. non admittendo circuitus inextricabiles,
nec peruersas petitiones. puta si actor Thynnium ingentem peteret, vel cetero conditione
maris vbi piscatio fit, rectè inibitur æstimatio. Quid si actor improbulus tripodem aureum
peteret: eo quod olim, cum quidē iactū retis emisisset à Milesijs piscatoribus, aurea mēsa Del-
phica extracta est: propter nouitatē rei, orta cōtrouersia. Apollo Delphicus cōsultus, Sapiētis-
simo hominū dandā respōdit. illi Thaleri mensam dederūt, philosopho nobilissimo. vt est
apud Laertiū & Valer. Maximū lib. 4. cap. 1. sed expecto obiectū iri quod apud Vlpianū La-
beo ait, cui ipse subscribit, in l. quemadmodum. §. itē labeo. ff. ad leg. aquil. si nautarū culpa, nō
vi vtorū, factū sit, vt in alteri⁹ nauis funes impingerēt, ac retia piscatoria præciderēt, aquilia
agēdū ob retia, nō ob pisces, qui incerti essēt an caperētur: idēque in venatoribus & aucupi-
bus. nec dici potest, excusandos nautas qui aliter se explicare nō possent, nisi retibus alienis
præcis, cū eorū culpa præcessisset casum. l. item si. §. si. ff. eod. dicendū igitur in d. l. si iactū nō
culpa tantū imperitiæ capturā pisciū impeditā, sed dolo nolētis rete iacere in mare. & multū
differt perfidia à culpa imperitiæ. l. furt. §. si. ff. de ijs qui notant. infamia. huic enim facile ig-
noscutur. NERVA. Probe differis, sed interim dū ego frōdē ilicis hui⁹ cubiti mei onere libero

nec amplius ei inuito, reperamus id ubi desijimus. Nolo illis assentiri, qui in l. si iactum. de act. empt. non pisces, sed factū iaciendi venditū putant, & idcirco incertitudinē illā descendere, quod falsum est, quia & factum eiusmodi tēderet demū ad rationem, nec impediret certitudinem. l. si hæres de legat. r. l. conuenit de contrah. empt. & quia lex ait, si quod ceperit pisciū reddere noluerit. Deinde conferuntur hæc, captura auiū, pisciū, & misiliū. nec emptio. ff. de cont. empt. idem emptio hæreditatis. l. nā hoc. ff. de hæred. vend. Nemo autem sanā mētis dixerit, factū spargēdi misilia, vel factū hereditariū empra esse, nō potius ea quę fors obrulerit. l. emptorē. §. si. ff. de act. empt. §. hoc amplius. Inst. de rer. diuis. † Quod dictum est in d. l. si iactum. esse casum incertum, si pisces extracti non sint, obtinet, vt attigisti, si hoc acciderit dolo venditoris. nam dolus venenum est certis casibus, & incertos transformat: vt patet ex iureiurando in lite doli vsciscendi gratia dato l. r. & z. ff. de in litem iur. & hoc omnino obtinet vbi nudum factum in venditione quaritur. l. si tibi. ff. de acti. empr. nam, vt scitis traditio post venditionem ex titulo apto ad translationem dominij aliquid dationis capit l. cum manu in si. de contra empt. sed redeo ad l. si iactum. vbi piscibus nō extractis casus incertus est. quod quidem verum est agente emptore, sed venditore agēte casus certus est. quia ipse semper agit, vt sibi detur pretium. l. ex empto. de act. empt. quid enim si per venditorem non stetit quominus extraherentur pisces, & petit pretium, certam quantitatem petit. l. emptorem. §. qui ante, de acti. empr. l. si fundus. ff. locat. Amplius dico, quod agente emptore potest esse casus certus, piscibus non extractis, si ipse nolit petere, pisces nec æstimationem eorum, sed pretiū quod dedit & interesse. quia disunctiue potest petere. l. j. in si de act. empr. ibi: si plures intersit quā res valeat, vel empta sit. l. quod si nulla. ff. de her. vend. l. si fundus. ff. locat. sed in l. si iactum. emptor pisces qui extrahi potuissent, instanter petebat, malens veram æstimationem quā certam l. 7. quod falso tutor. ff. quia vera est, quę subtili inuestigatione rem æstimat. l. ij. §. fin. ff. qui satisd. cog. l. ij. C. de patr. qui fil. distrax.

† Ex incertis casibus regulæ quedam selectiores dari possunt. Prima, quoties res emitur sub alea, id est, sub dubio fortunæ euentu, casus incertus est. l. si iactum. de act. empr. l. nam hoc modo. ff. de hæ. vel act. vend. excipitur, si emptor pretium repeteret & interesse. d. l. quod si nulla de hæ. vend. Limitatur etiam, si eo tempore petat, quo iacta iam est alea, hoc est, quo exitum habuit. d. l. si iactum. vt si stipuler partū ancillæ qui nascetur, vel fructus fundi, incertum stipulor. l. vbi autem. §. illud. ff. de verb. oblig. Quod si petā iā natum, vel fructus maturos, certa petitio effecta est, & ex incerto contractu, certum peto. l. certi conditio. ff. de rebus cred. incertus enim contractus fuit, quanuis in hac specie non ex fortunæ insidijs in totū pendear. d. l. vbi autem. §. j. & ij. ff. de verb. oblig. Secundò, casus est incertus, vbi id quod precipue petitur æstimationem non capit communi hominum sensu ac censura, vt filij corruptela ab alio instructa d. l. vt tantum. §. j. de seruo corrupt. Tertio quoties aliquid inestimabile potestatur iuste vt superius à vobis tractatur, memini, & nostra interest, propterea vt pro libertate filij nostri & pro moribus eius ab alio corrupti. d. l. vt tantum. de seruo corrupt. & è diuerso filius pro patre in libertatem asserendo pugnabit d. l. de libe. crauf. & eo loci interesse complectetur damnum infinitum: nec habet exemplar ad quod comparetur, cum liber homo sit inestimabilis maxime tanta necessitudine obstrictus l. j. §. sed cum liber. ff. de ijs qui deiecer. quoties actio non continet illud quod petitur principaliter, vt in actione ad exhibendum, per quam rem peto mihi exhiberi duntaxat, nondum de dominio contendens l. iij. ff. ad exhib. quia tunc interesse non potest formari secundum rem ipsam, ideo vltra duplum extendi potest. l. Iulianus. §. si. ff. ad exhib. nisi quis dicat. d. §. si. vt l. j. ff. de act. empr. reprehendi. per l. vnic. de senten. quæ pro eo quod int. sed nō puto per l. in hanc. ff. de damno infect. l. 17. ff. de cond. & demonstr. Quarto in delictis maximè casus incerti sunt. neque angustatur ad duplū Iustiniani casus dilectorū quia nō iā ex re quæ abest, quā ex affectione & dolo delinquentis interesse metiri solemus, multa enim alia veniunt in considerationē. l. prætor ait. §. qui de sepulchr. ff. de sepulchr. viol. l. si veditero. ff. de furt. sicut patet in fure alterum ex gubernaculis nauigij auferente l. 3. §. pe. ff. de incendio, nam de naufragio & damno ingenti gemmarum aurive tenetur, & quia hoc asserimus de dolo simpliciter, vt duplum excedatur per id quod interest. l. id quod. de action. empr. multo magis obtinebit in delicto nominato odiosiore. l. si multi. de publican. vel in contumacia in iudicem. l. 3. §. condemnatio. ff. de tabu. exhib. quod si quis obijciat dolum estimari. l. tenetur. §. si. de acti. empr. ff. respondebo vtrisque, quia nullus casus tam incertus est, quin arbitrio iudicis acumine æstimandus veniat. d. l. vnic. C. de sentent. quæ pro eo quod. sed longe vltra duplū porrigitur. vt cum seruus promissus occiditur, vel à mora perijt l. in actionib. ff. de in lit. iur. nec obest, quę id quod nō est estimari nequit. l. 4. §. j. de act. empr. quia hoc locū habet, cū id est, neque

est, neque fuit in rerum natura: secus si culpa aliena esse desijt, vel occultatum fraude fuit l. §. condemnatio de tabu. exhib. ff. l. qui tabulas. de furtis. & eadem incerti casus vis ex dolo manans nullaque lege coarctata, probatur in l. cum forte l. seq. vers. in omnibus. ff. de act. empr.

OBSERVATA IN XLIIII. DIALOGVM.

- | | | | |
|---|---|---|--|
| 1 | Quid sit duplū, in eo quod cuiusque interest. | 3 | Declaratio l. Titius. cum seq. ff. de act. empr. |
| 2 | An iure ff. duplum esset prefixum. & tamen id quod interest incertum manet. | 4 | Omnis, dictio, de duobus plerumque intelligitur, & de similibus. |

INTERLOCVTORES.

CALLISTRATVS, PAVLVS.



VANTO melius res se agebant aureo seculo, quā post ferream Iustiniani constitutionem. nos quanti interesset meriebāmur ex æquo & bono, ex causarum discrimine, & pro conditione personarum l. in fundo. ff. de rei vend. hodie sunt. x x v. plus minus, in illam l. opinionēs. & (vt ait paræmia) multitudo medentium perdidit ægrum. Quid opus factorū iura Digestorum correctā sunt. plangit l. Iulianus. §. si. ff. ad exhib. l. j. ff. de act. empr. & vltra duplū, interesse non progreditur. sic etiam oblitterata file l. Iulianus. ff. eod. sed non valde. nam & olim iudices id quod interest studiose minuebant l. si. de præ. stipulat. † Duplum voco rei cuiusque æstimationem & tantundem, ita vt in duplo insit simplum. sic explanat vbi que, sed maxime in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publicanis l. si. C. de sponsalib. apertius in §. ex maleficijs de actionib. PAVL. Longè ante Iustinianum statuerat Africanus, † vt id duplum interesse nomine solummodo præstaretur. l. cum forte. ff. de act. empr. sed id nō temere, nec ferè nisi duobus cōcurrētibus. primū erat, si re alienā veditissem, quā iusto errore ductus, meā putarē. Secundū, si emptor tantas impensas in re emptā contulit, vt verisimile nō sit venditorē cogitasse, aut impensurū fuisse, quia forsità venditor sit mediocriū facultatū d. l. cum forte. ff. de act. empr. & l. in fundo. ff. de rei vendicat. tertio, quod dolus absit. nam hic nullis, vt visum est, repagulis interesse coercet l. 46. §. in omnibus. ff. de action. empr. hydram rediuuam refert tractatus eius quod interest, tot capitibus succrescentibus dū se putat modum adhibuisse rei infinite, id est, ei quod interest, cuius meta in facto non in iure cōstitit. l. quatenus. ff. de reg. iur. Sed vnū dicemus in iure consistere hodie post generalē Iustiniani præfinitionem duplum exeri non patientis? minimè opinor: adhuc vtrique interesse incertū manet, quia iudex deteriore æstimatione taxare potest. l. si quādo. C. vnde vi. vt ecce vitæ hominis finis centum annis clauditur l. si. C. de sacros. eccles. nec continuo certus est cum varia ætate moriatur, promiscue infans, pubes, senex. pro fati arbitrio. securi, incerta est pœna arbitrio iudicis statuenda, quæ tamen egredi nequit certos limites relegationis vel operis publici. l. j. §. si. ff. de effractorib. sic etiam multa incerta infligi dicitur arbitrio iudicis. l. aliud est trans. de verbor. signif. tamen cancellos certos habet l. si. C. de modo multar. Porrò est operæ pretiū intelligere d. l. Titius. versic. de sumptibus & l. cum forte. & l. idque, quę cōtinuatè legūtur. † l. Titius. meū est responsum multa continēs, quibus in præfenti negotio nō egemus. quod attinet ad institutū, hoc vult: Titius Meuiū instituit, & Seia Stichū, Pamphilū, atq; Arescufam legauit, fideiq; eius cōmisit, vt post annū omnes ad libertatē perduceret. Seia seruos noluit, ideo hæres Mæuius Stichū, vt de reliquis taceā. Diphilo venūdidit: qui diues, non pepercit sumptibus. sed Stichū impēsē erudiri fecit. Stichus certior factus de voluntate Titij testatoris, qui post annū eū liberū fieri voluerat, ad libertatē proclamauit, (vt par est) auditus est Diphilus. emptor repetit pretiū serui ab herede Meuiō, & præterea interesse, nepe sumptus in eruditionē Stichi collatos. Questionis est, quatenus teneatur veditor. respōdi, d. §. si. l. Titij. teneri ad omne quod interest, seruū nō euinci. vtrique nisi in tantū emptor erudiēdo seruum pretiū serui excessisset, vt nō sit cogitatū à veditore de tāta sūma verisimiliter. verbi gratia, Stichus decē veditus fuit, planè vili pretio: doctus est arte pantomimi vel pictoris, vel iurisprudentiā mille solidis. Quis credat venditorē tales futuras expensas cogitasse? addebā statim post d. §. si. l. Titius. legem, idq; eod. tit. vbi idē placuisse Africanano recito. Tribonianus Africanani locum requisit, qui nunc est l. cum forte. posita inter d. l. Titius. & l. idq; de act. empr. vbi ait Africanus, in proposita specie serui vediti, & ma-

ximis impendijs eruditis ab emptore, venditorem non ultra duplum teneri. id est, non in plus ratione interesse, quam seruus valeat: si non fuisset tantundem impensurus, quoniam sit mediocribus facultatibus, id est, pauper. l. athleta. §. de rusticis. ff. de excus. tut. si non venalis res esset, in quam ab sortia sunt impendia. l. in fundo. ff. de rei vendic. l. Quod si ex. ff. de impensis. Nunc in l. idque. versic. in omnibus. videntur omnia reprehendi, quæ à me dicta sunt, & rursus laxari habenas interesse, atque emptorem omnes sumptus à venditore recuperare. vendidisti mihi alienam aream, ædificavi in ea, dominus vendicat aream: quæro, an repetam pretium & interesse. hoc est, sumptus ædificij. ibi distinguo, aut emptor possidet, non agit contra venditorem ad interesse & sumptus ædificij, quia eos consequi potest à vero domino per recentiorem. Idem esse in seruo vendito, si in seruitute, non in libertate euincatur. id est, si seruus non proclamet in libertatem, vt in casu superiore, sed quo casu alienus verè seruus quàm venditoris appareat. Nam quicumque dominus, impensas doctrinæ persolueret, emptore retinente seruum. Si verò emptor non sit possessor, tunc quia non habet paratum remedium contra dominum vendicantem, quia, inquam, vti retentione nequit, conueniet venditorem. Denique addo: In omnibus tamen his casibus, si sciens qui alienum vendiderit, omnimodo teneri debet. Accursius, & post eum Alciat. ita explicant, vt omnimodo teneatur is, qui alienum vendidit: hoc est, siue emptor possidet, siue non. propter dolum vendentis, bene illi quidem cum, vt toties dictum est, casus alioquin certus, ob dolum incertus fiat. l. Iulianus. ff. eod. c. ALL. Alij, omnes casus intelligunt, de casu serui alieni venditi, vel de aliena area vendita. quod, ni fallor, tibi non displicet. Sanè vtraque expositio quibusdam suspecta fuit. ijs dico, qui negant, & omnem de duobus dici, & fallitur l. hoc articulo. ff. de hæred. instit. Terentius in Phormione: Vnum cognoris, omnes noris. de Antiphone & Phædria loquitur. l. liberum. ff. de adoptionib. euidentiùs patet hoc rui ipsius autoritate Paule, eod. tit. de acti. empt. l. si duorum. vbi tamen quod de duobus dictum est, ad omnes similes casus longe lateque protendi arbitror, & tu annuis. Hic versic. in omnibus. pulchrè quadrat ijs, quæ supra Nerua dicebat. in delictis non esse limitatum interesse. d. l. vnic. de sent. quæ pro. quia leges leuato velo in dolum & fraudem inuehuntur etiam si nominatum crimen furti, falsi ve aut homicidij crimen absit, modo fraus probetur, quæ non satis proprie sola ipsa crimen dicitur. tamen in fraudulenti inuidiam id quod interest nullis cancellis coercetur l. 3. §. condemnatio. ff. de tabulis exhibend. ideo obrinebit quod est in l. inde Neratius. ff. ad leg. Aquil. vbi qui occidit seruum hæredem institutum Titij ante aditam hæreditatem etiam de hæreditatis amissæ æstimatione Titio tenetur. olim ante Iustinianum tenebatur qui dolo carebat similiter de hæreditatis pretio l. venditor. ff. de euict. vbi dum consensu perfecto est venditio serui, venditor tenetur de ipsius euictione, & præterea de hæreditate à seruo adita iussu emptoris, quæ forte centuplo serui pretium egreditur. neque enim auget fraudis suspensiones contra venditorem, ementis iussu adita sit hæreditas, nisi venditor eam accessuram seruo vendito dixisset l. serui venditor. ff. eod. & tempestiuum est hoc de lege Aquilia tradidi, vbi interesse ultra duplum laxatur seruo occiso, sæpe quidem sine dolo. l. illud. ff. ad leg. Aquil. sed iam finem huic disputationi imponere. nam quemadmodum inter Tigrim & Euphratè locus est adeo fecundus, vt pecora abigi necesse sit, ne pastu nimio perimantur, sic ab vberissimo & gliscēte materia, nos ipsos subducere tutum duco.

OBSERVATA IN XLV. DIALOGVM.

- 1 Quod Trebellianica non possit prohiberi.
- 2 Intellectus §. si verò expressim. de hæ. & falcid.
- 3 Eo quod hæres adire cogitur, detrahitur Trebell.
- 4 Trebellianica semper est contra mentem testantis.
- 5 An procedat arg. à Falcidia ad Trebell.
- 6 Dicitio, omnis, totus, & similes non impediunt Trebellia.
- 7 Explicatio l. decem de fideicom. liber. ff.

INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, VIPIANVS.

Nunc



Vnc vltro verum esse fateor, quod Tertullianus in Apologetico, de legibus ciuilibus scribit, non esse illas perennes, quasi cælitus missas, vt pote quarum vetus sylua nouis rescriptorum & edictorum securibus indies cædatur. Iustiniani sanctionibus cedunt antiqua iuris prudentum responsa, & non semel abrogantur. v. l. p. Sic res vertuntur mortalium: quod illi æquum, huic durum videbitur, & alius homo aliis rebus oblectatur, vt ait Homerus Odysseæ ξ.

Ἄλλος γάρ τ' ἀλλοισιν ἀνὴρ ὀπιτέρεται ἐρηοῖς.

In causa plerunque sunt tempora, quæ nouis legibus ansam præbent. l. apud antiquos. C. de furt. nostro seculo non erat fas prohibere Falcidiam. l. quod de bonis. §. j. ad leg. Falc. imo nec minuere. §. si. ead. l. addatur. l. 27. eod. titulo. post Iustinianum, pium est non detrahere. §. si verò expressim. in auth. de hæ. & falc. collat. j. CALLID. Demitor ipse Papinianum dicens: ne quidem ex hæredis consensu remitti posse quartam eiusmodi. nam de testatore nihil miror, cum hæredi obesse nequeat. l. scire. C. vt in poss. legat. porro hæres, prima facie, potuerat legis publicæ beneficio in priuatum suum commodum redundante renunciaffe. l. pe. C. de pact. l. pacisci. ff. eod. cur. quæso, Papiniano diuersum collibuit. Frater, inquit, cum hæredem sororem scriberet, alium ab ea cui donatum volebat, stipulari curauit, ne Falcidia vteretur, aut pœnam certam solueret: subdit priuata cautione frustra legibus repugnatum, ideo Falcidiam detrahi. v. l. p. IAN. Hoc ita, quia hæres metu, non libere, videbatur promississe præsentem testatore alias testamentum mutauero, secus si eo absente cauisset se non detraçuram quartam. l. si. C. eod. vel forsan in d. l. quod de bonis. §. l. legatarius non ipse sibi stipulatus fuerat nihil detrahi, cum abesset dum testamentum fieret, quin potius tertius iussu testatoris à sorore hærede pro ea cui donabatur causa mortis stipulabatur atque ita interpretor, alium ab ea, id est, diuersum à muliere donataria & sic frustra. §. alteri. de iutilib. stipular. nisi quoad pœnã. sic capitur particula, ab, sic, alius diuersus. l. xij. ff. de duobus reis. l. xij. de pollicitat. ff. Ego verò nolim rem tam acerbam, quam est Falcidiæ prohibitio, ad Trebellianicam libenter prorogare, cum rationes cumulati simè assignentur, quibus à Falcidia Trebellianica discrepet. neque prohiberi perinde possit. & Prima est, quoniam licet prohibeatur Falcidia, tamen hæreditas plerumque poterit esse lucro hæredi. sicut Titium habere duodecim millia & legasse decies mille. legauit, si vis, xi. mille, prohibuitque Falcidiam: vides adhuc superesse aliquid lucri hæredi. si autem grauasset hæredem, hæreditatem restituere, & Trebellianicam prohibuisset: nihil omnino penes hæredem remaneret.

Secunda ratio sit, quia quemadmodum interdum testatores plus se habere in bonis existimant, quàm re vera habeant, §. in fraudem. Instit. quib. ex caus. man. non lic. ita sæpe euenit, vt minus se habere putent, quàm habeant. quales plerunque sunt auari, qui sibi semper videntur inopes, vel ij, qui non ita pridem, aliis successerunt. l. qui nondum. de hæ. vend. C. fac. igitur à talibus plurima legata facta esse, & prohibitam Falcidiam: nihilo secius adhuc remansurum est aliquod hæredi ex ampliore hæreditate, cuius vires testator ignorauerit. c. ALL. Capra est ratio quæ captabat, nec potes effugere auri. sed cum testator. ad leg. Falcid. C. vbi est testans non sit ignarus virium sui patrimonij, atramè Falcidiam prohibebit. v. l. p. Fateor. hoc tu debes Yrnerio, an cui alij? nam Iustinia. in §. si verò expressim. non dicit eum qui testatur gnarum sui patrimonij. esto, sit, vt vult Yrnerius, quod testator apprime norit singulas res hæreditatis, quæ forsitan in numerata pecunia sita est: etiamnum potest hæres vetitus detrahere Falcidiam. aliquid lucelli corradere, cum hæreditatem mille sequantur commoda, vel post mortem testatoris. l. in ratione. ff. ad leg. falcid. vel quia in hæreditate illa, sunt res quædam in quas hæres habet affectionem singularem, & legata est pecunia, retinebit eas ipsas, puta, fundum confinem, filium naturalem, & præstabit pecuniam communi retum æstimatione facta. l. pretia rerum. ff. ad leg. falcid. vel quandoque res ipsas legatas retinebit. l. si domus. §. pe. ff. de legat. j. Tertia ratio, quia Falcidia ex particularibus relictis detrahitur, Trebellianica ex vniuersalibus. proinde quantumuis prohibeatur Falcidia detrahi ab vno ex legatariis, nihilominus ab aliis detrahi poterit. at si Trebellianica prohibeatur, necunde lucrum hæredi obuenerit. neque obiciat, quod pluribus possum grauari de restituenda hæreditate, quia leges ad ea quæ sapius sunt adaptantur. l. nam ad ea. ff. de legib. & Ad hanc rationem alludit Iustinian. in d. §. si verò expressim in auth. de hæ. & falc. cum ait, non videri sine lucro hæreditatem hanc, à qua prohibita est Falcidia. nec terreor. §. non autem. de hæredib. & falcid. col. j. vbi hæres soluens vni legatum integrum, ab aliis non potest Falcidiam detrahere. d. auth. sed cum testator. §. j. quid hoc obtinet, cum hæres plenissime agnouit locum esse Falcidiæ, perpenfis subtiliter patrimonij viribus, & sequi velle se defuncti voluntatem est

professus, vt habetur in d. §. non autem. atque ita quibusdam solida legata persoluit, nullo errore facti ductus. l. cum fidem. C. de non numer. pecunia. atqui soluendo quibusdam possit heres protestari se non perinde soluturum aliis integra, idem dicendum in legatis peculiariter sine falcidia persolutis: ideo quod lex eam vetuit detrahi: vt iis quæ sacris locis relinquuntur, vel in iis quibus testator rei alienationem inhiuit extra familiam auth. similiter. & auth. sed & in. C. ad legem falc. idem dicerem, si errore iuris soluisset, nesciens sibi detractionem competere. nam licet ab vno ex legatariis nihil detraheret falcidia. l. error. C. eod. tamen sibi in aliis non præiudicasset, defectu consensus errore impediti. multominus si in facto errasset, igitur non discedo à sententia, & expendo quod Iustinianus in d. §. si vero. dixerat, forsitan quædam iuste ac piè relinquenti parendum esse: quasi velir, quòd quædam erunt legata pia, relicta parentibus cognatisque ipsius testatoris, de quibus ipse nolet detrahi quartam, imò de cæteris. & quod ibidem subdit: hæredem non in percipiendo, sed piè agendo lucrum accipere: de iis legatis intelligi debet, quæ piè sunt, non de omnibus. non quòd negem ab omnibus prohiberi posse, sed quia rarò à reliquis minimè piis prohiberi contingat. Odi pessimè illorum considerationem, qui falcidiam Iustiniani constitutione prohiberi posse aiunt, quòd is Christianus fuerit, Iuriconsulti ethnici, pietatis rudes: & ideo talem prohibitionem non admisisse. plane liquet Iuriconsultos pietatem in deum, in patriam, in parentes amplexatos. l. veluti. ff. de iustit. & iur. l. at si quis. §. plerique. ff. de religiof. & nihil non religioni tribuisse. l. sunt personæ. eod. pone Socratem aliquem vel Aristidem institutum, & legata fuisse Cethego, Catilinæ, & talibus vsque ad exhaustam hæreditatem: pium duces præstari legata impiis hominibus, vt hæredem bonum virum frustreris? nequaquam opinor, si sanus es. Adde, quòd pietas, id est, humanitas qualiter hic accepit Iustinianus. l. pro hærede. ff. de acq. hæred. l. j. de obseq. à liber. & lib. ff. l. patrè. ff. quæ in fraud. credit. vbi de quarta non detracta pietatis intuitu tractatur. pietas, inquit Cicero lib. 2. Rhetoricorū, est per quā sanguine coniunctis, patriæque beneuolis officium & diligens tribuitur cultus.

3 Quarta ratio, quia hæres qui tenetur ad legata, non cogitur adire hæreditatem: is verò qui grauatus est de restituendo, cogitur. l. cogi. ff. ad Treb. & l. quia poterat. eod. quare facilius hoc incommodi & oneris pensari cum illa commoditate debet, ne possit ei prohiberi portio Trebellian. l. secundum. ff. de reg. iur. C. A. L. L. Vetus est ista ratio, & iam pridem reprobata: quoniam hodie consultum est hæredi grauato ne adeat, si nolit adire. quo casu ad fideicommissarios & alios veniet hæreditas. per d. §. si verò expressim. v. l. p. Videamus, ne non vera sint, quæ dicis. nam d. §. si verò expressim. non tibi concinit. dicit utique, quòd si hæres nolit adire, venit ad fideicommissarios, & deinceps alios. Puta si contentus fuerit fideicommissarius accipere per se hæreditatem: non tamen negat, quin cogere hæredem possit. potissimum cum adeo sit hoc peculiare fideicommissariis, vt cogere possint grauatum: etiam si alia via sibi subueniatur. l. recusare. §. Titius. ff. ad Treb. etiam si testator penè non adeundi facultatem dederit. l. apud Iulianum. & l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. eod. Retorquet pertinales quidam coactionis causam, & aiunt: quomodo fiet, vt hæres accipiat Trebellianicam inuito testatore, eo quòd cogitur adire, cum quoties cogitur, non detrahat. l. ita tamen. §. qui suspectam. ff. ad Trebell. & inducta ad prohibitionem, effectum obtinendi operari nequibunt. l. legata. ff. de adim. legat. Respondeo, ideo quòd cogi potest, si non vult adire, quartam obtineri, non autem quoties cogitur, quia qui cogitur, quartam nolle videtur, & adit periculo fideicommissarij, quod multis de causis euenire potest, vt hæreditatem recuset. l. quia poterat. ff. ad Trebel. Ad hæc expendamus attentius d. §. si verò expressim. nec enim dicit hærede grauato recusante hæreditatem, venire protinus fideicommissarios vniuersales, cum prohibita est Trebellianica. Ibi nullum verbum de Trebellianica, sed de vera falcidia & quamuis aliàs falcidiæ nomine veniat Trebellianica l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. testam. sicut legitima liberorum. auth. vnde si. C. de inoffic. testam. tamen verba pro conditione materiæ explicanda sunt, & ibi nihil de Trebellianica, sed de quarta quæ detrahitur ab iis, de quibus agitur in titulo de legatis & fideicommiss. vt exponitur ab Yrno. in d. auth. sed cum testator. C. ad leg. falc. planè d. titulo de leg. & fideic. ff. & C. de legatariis & fideicommissariis particularibus controuertitur. Quinta ratio sit, ¶ Trebellianica contra voluntatem defuncti introducta senatusconsulto est, quod in tantum verum est, vt quoties testator eam expresse detrahi iubet, iniurus hoc iubere putetur, & magis vt legi obediat, quam propriæ voluntati. l. si sponsus. §. si quis rogatus. ff. de donat. int. vir. Si igitur lex est conscia voluntatis defuncti, quæ talis est, vt Trebellianicam semper prohibeat, & nihilominus illam detrahi patitur, quid potest operari expressior prohibitio, cum voluntas explorata est? l. in conditionibus. ff. de cond. & dem. Verum falcidia ex mente testantis detrahitur, qui hæredem

dem amat: sed quandoque decipitur, putans plura habere in patrimonio quàm habeat. §. in fraudem. Instit. quib. ex caus. & ideo multa legat, & falcidiam sæpe prohibet, cui non futurum locum sperat. C. A. L. L. Nobilior est falcidia quàm sit Trebellianica. l. in quartam. ff. ad leg. falc. atqui illa prohibetur, quare non est Trebellianica sordidula & deterioris ordinis? cap. cui licet. de reg. iur. in sex. v. l. p. Vt quæque res nobilior, eo fragilior est. Καλον ἀγυρον ἔκλατα. malum vas non frangitur. arbores infrugifera fructum ferentibus durabiliores. atque substitutio directa citius quàm fideicommissaria euanescit. l. precibus. C. de impub. & ius accrescendi magis durat quam substitutio clarior. l. si ex pluribus. ff. de suis & legit. hæ. nihil stipulatione firmius. §. j. de verbor. oblig. nihil obscurius. non enim bonæ fidei est. & directa illa substitutio clarior edita natalibus præ obliqua, sæpe est magis inutilis & contempta. l. recusare. §. Titius. ad Trebell. Quorsum ego triuialia hæc adduco, cum rationes adduxerim, quibus Trebellianica cum falcidia perpaucam communia habere ostendit? Neque obest l. Marcellus. in si. ad Trebell. ¶ vbi quæ dicuntur de Trebellianica, ad falcidiam porriguntur. quia non continuò quæ de falcidia dicta sunt, de Trebellianica dici poterunt. ista sunt vulgaria. & præterea fateor, quòd quibus casibus vtraque non detrahitur, tunc liceat ab vna ad alteram arguere, non autem quòd vbi vna prohibetur, altera prohibeatur. Adde in d. l. Marcellus. quæ mea est falcidiam. pro Trebellianica accipi. vt l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & sic valere argumentum de casu, in quo propter suspectam aditam hæreditatem & coactè ipsa non detrahitur, ad reliquos casus, in quibus similiter detrahi nequit. vt in testamento militis, & si qui sunt alij. ¶ Quòd si vera sunt, quæ audiuisti de prohibita prohibitione Trebellianicæ, quàm falsa sunt, quæ Doctores nonnulli tradunt, per solam dictionem, omnis, totus, & similes, prohiberi Trebellianicam, nempe si testator grauauerit hæreditatem omnem, totam, restituere. contra l. qui totam. ff. ad Trebellian. l. si sponsus. §. fin. de donat. int. vir. vbi semper omnem restituere rogatus præsumitur, & tamen detrahit. & dictio, omnis, limitationem accipit à iure. l. in prouinciali. §. si cum l. de pupillo. ff. de oper. nou. nūciat. ¶ Solent se tutari, quibus contrarium placuit & ineptum. l. decem. ff. de fideicommiss. libert. O imbecillum auxilium, & fungis fragilius. ibi de relicto singulari quæritur. ibi de relicto ob libertatem, cuius gratia, ne legitime quidem filiorum pepercerunt iura. l. Papinianus. §. quarta. de inoff. testa. quia si d. l. decem. ad præsens negotium spectaret, pro nobis proculdubio strenuè pugnaret. vbi, si cui decem legata sint, & rogatus sit seruum manumittere, & falcidiæ locus sit. sic tota decem præstare debet, atque si vt integra præstaret, adiectū esset. Hinc colligeretur eandem vim esse tacitæ testatoris voluntatis, quæ est expresse. atqui, vt dixi, testator tacitè semper Trebellianicam prohibet. l. si sponsus. §. fin. ff. de don. inter vir. & vxor. & tamen detrahitur, quamobrem si expressius prohibuerit, nihil egit. l. Scauola. ff. ad Trebell. l. fin. C. eod.

OBSERVATA IN XLVI. DIALOGVM.

- 1 Quòd transactio nominata est conuentio.
- 2 An iuramentum sit species transactionis.
- 3 Intellectus l. transacta. de verbor. sign.
- 4 An amicabilem compositionem contineat.

- 5 An competat conditio. ob causam pro transactione.
- 6 Declaratur l. dedi. de condit. caus. dat. ff.

INTERLOCVTORES.

PAVLVS, CELSVS.



A VEANT sibi, qui Trebellianicæ portioni detrahunt, cum eam debilem, obscuram, & prohibitioni expositam fatentur, ne palinodiam cantare cogantur: vt fecit Stesichorus poeta, cum Helenam carmine vituperasset, ob quam causam oculis orbatus est, donec eam hymno postea laudauit. CELSVS. Quantò iustius ego in eos succensebo, qui transactionem pulcherrimam & optimam conuentionum, fedissimè suggillant, innominatam vocantes? quam ego Astartea virgini aurea hominum ætate pacem & iustitiam comendantem conferre ausim. ¶ Non patiar diutius nomen eius vilescere, cum tantoperè litibus fori sedandis studeat: quæ non fortunas tantum hominum disperdunt, sed etiam animas. & nominatam esse contendam, ex eomet loco, quem aduersarij secum facere falsò sibi persuadent. Locus est in l. transacta. & seq. ff. de verbor. sign. vbi tu ita loqueris: transacta finitæc in-

elligere debemus, non solum de quibus controuersia fuit, sed etiam quæ sine controuersia sunt possessa. Idem ais, in l. vt sunt. quæ mox sequitur: vt sunt iudicio terminata, transactione composita, longioris tēporis silentio finita. Ex his duabus contiguis legibus liquet transactionem dupliciter sumi, nempe vt genus & speciem, sicuti ad oprio. in l. j. de adop. ff. & sicuti actio. l. pecuniæ. §. actionis. ff. de verb. sign. Nam in l. transacta. dicitur, quod transactio nomen plurimum continet: & in l. sequenti dicitur, quod transactionem continet, ergo necessarium est consistere transactionem esse genus, quæ complectatur transactionem in specie, sententiam & vscapionem. Quocirca cum in l. ij. ff. de iureiur. iusiurandum est species transactionis, intelligo transactionis in genere sumpta, non in specie. PAVL. Ego verò totis conatibus nitam demonstrare mirificam transactionis vim & dignitatem, & si possim, persuadebo transactionem nunquam sumi in genere, aliter explicas. l. transacta. quam tū feceris. sed primum, antequam eō veniam, opus est mihi superare cliuū l. ij. ff. de iureiur. vbi expresse scribitur à me ipso, † iusiurandum speciem continere transactionis. Nota, non dixi speciem esse transactionis, vt transactio genus sit: etenim nō est: sed dixi speciem continere transactionis id est, similitudinem, quod nec diffinitur Alciatus. & idēo expono speciem pro conformi quadam similitudine: qualis est inter iuramentum iudiciale delatum à parte parti. quia quodammodo transigere videtur in iudicio, vt l. j. quar. rer. act. nō dat. ff. quod expressum est eleganter à Cajo illo, qui nunc cupressi ramusculū decerpit, in l. admonendi. ff. de iureiur. nec verò est vera transactio: quippe cum in iureiurando nihil alterutra ex parte detur. Planè speciem hoc modo accepit Vlpianus in l. ij. ff. de lib. hom. exhib. l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de recep. arb. l. quis sit. §. idem ait. ff. de ed. edict. vbi fugisse est species libertatis. Horatius:

plerumque modestus

Occupat obscuri speciem.

Julius Capitolinus in Vero Imperatore: data sunt & vasa aurea cum vnguentis ad speciem alabastrorum. † Nunc venio ad meam l. transacta. ff. de verbor. signific. transacta finitave intelligere debemus, inquam, non solum de quibus controuersia fuit, sed etiam iudicio terminata, transactione composita, & vscapione. hoc est, hæc verba simul, transacta finitave, comprehendunt sententiam, transactionem, & vscapionem: non autem singula per se eadem comprehendunt, sed duo iuncta, transacta finitave. quæ disiuncta pro coniunctis accipiuntur. vt cum dicimus pecuniam tutelamve. id est, pecuniam & tutelam. l. sæpe. ff. de verb. sig. l. pe. C. de verb. signific. nimirum transactione, sententiam & vscapionem contineri posse, à ratione alienum est. quid enim commune cum transactione vscapioni est? nisi quis mihi obrudat noue. l. cum post. ff. de iure dot. vbi adest consensus. Sed vix ex conuentione proficiscitur vscapio: Finit autem lites: multatque ignauiam domini sæpe ignorantis: vt inuitur. l. j. §. si. ad Terrylli. ff. l. fi. §. si. C. de præsc. longi temp. Sed si iungas, transactū & finitum, & transactio & sententia & vscapio & si quæ similia sunt complecteris. ar obiciēs, transactum sententia expressim dici. l. quid ergo. §. pœna. ff. de iis qui not. infam. nihil moueor, quia tunc transactum accipitur pro eo quod est compositum, causa adiuncti: vt cum transactum iureiurando dicimus l. admonendi. ff. de iureiurand. alioquin nec sententia propriam haberet significationem: quoniam ad testatorem & ad autorem quemuis traducitur sine iudicis opera. l. j. ff. de testam. l. pe. ff. de legat. j. l. j. ff. de term. moto. vbi coercitione arbitraria transigendum est, pro conditione auellentis terminos. ex coercitionis verbo aperte dignoscitur transactionis significatio. vel forte transigitur sententia: l. 4. §. ad tempus. de re milit. ff. quia & iudicio quasi contrahitur, & ita in sententia est species transactionis. l. licet. §. idem. de peculi. cum transactio non modo distrahat, sed contractu alio necat obligationem. l. cum te. de transact. C. Vnde scateat dubitatio l. transacta. videamus. & sciendum est, ne nos decipiat antiquitatis ignoratio, veteres in edictis senatusconsultisque solitos vti his verbis: quæ transacta finitave erunt, quæve iudicata, rata sunt. Quærebatur quid veniret horum appellatione, & respondeo in d. l. transacta. venire omnia quæ finem negotiis imponunt: etiam per illa sola, transacta finitave. ô quantum iuuat assiduum esse, & ingiter versari in Jurisconsultorum responsis perpolitit & molli limite fluentibus, potius quam per Doctorum confragosas decisiones discurrere. hoc quod dixi probat Vlpian. in l. j. §. si. ff. ad senatusc. Terryll. Alludit Cicero in inuectiua III. in Catilinam: Atque illud quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est. Et melioris notæ scriptores, vt meminit eruditus ille Etasius verè *Etolus*, Chiliade III. & planè finiti appellatio generalis est, transactionis, specialis ad ea de quibus controuersia fuit, & quæ aliquo dato vel retento sopita fuerūt. l. j. ff. de transact. l. transactio. C. eod. l. j. §. j. de pact. vbi frustra quidam somniant, transigendi verbo, omnem distractum venire, cum transactionem solam aliquo dato vel retento super

litæ

lire mota factam comprehendat. vt l. scripturas. C. qui potior. atqui distractus nomen non fastidio propter. §. pe. de oblig. quæ ex quâ contr. † Pontifices in capit. ex literis de transact. & alibi passim transactionis nomine amicabilem compositionem dicunt, non immoror eorum rescriptis, neque nitor ad examen argutum reuocare, hoc dicam interim, abusione esse nominis. sed quemadmodum Paulus respondit falsum modium non esse modium, falsum tutorem non esse tutorem: ita qui transactionem vocat illam, quæ transactio non sit, nihil veritatis mutat, sed abutitur. l. Paulus. ff. de verb. sign. l. insulam. ff. de præsc. verb. Nouimus enim transactionem pro simplici remissione capi lite non instituta. l. de alimentis. l. de fideicommissio. C. de transact. videtur tamen ea remissio transactionis verbo detorto facta minime gratuita esse, & à donatione abhorreri. l. si vno. ff. locat. nec cap. super eo. de transact. pro amicabili compositione transactionem explicans vetat, quin iure ciuili, vbi labes simoniæ non timetur, sedatio litium præmium habeat, siue iam sint motæ, siue metuantur, vt in d. l. si vno. & si hæc vera sunt, vt sunt profecto verissima, quid vetat transactionem in genere sumptam continere in se finem quenuis litis forensis vel alterius modo in se habeat conuentionem seu cōsensum. d. l. j. §. j. de pact. sic non opus erit in l. 2. de iureiur. iusiurandū specie dicere transactionis pro similitudine, cum & ipsū proficiscatur ex conuentione quamuis habeat & instar iudicij, quod inter dissentientes viget dū lis cōtestatur & amplius dum sententiā profertur. l. inter. §. j. ff. de verb. obl. nec pudet meum huc addere testimonium ex l. qui iurasse. §. si. de iureiur. ergo vt pactū est genus, conuentionis instar. l. traditionibus. C. de pact. est etiā species. l. j. ff. eod. sic transactio: CELS. Verissima prædicas, & tamē nullus ignis, nullus, vt aiunt, entis aliquos à contraria sententiā deterrere potest. pertinacius insurgunt, vt transactionem innominatam perpetuo esse demōstrent. † In transactione, inquit, sit locus actioni præscriptis verbis, quæ pro contractibus innominatis præparata est tot. tit. ff. de præsc. verb. l. cum mota. C. de transact. Sed non aduertit ad l. ij. C. de pact. inter empr. neque ad l. ij. ff. de precat. vbi ne pilū quidē innominatæ conuentionis inuenies, actionem præsc. verb. inuenies. Rursus insistant: pro contractibus, inquit, innominatis datur conditio ob causam ad datorum repetitionem. l. si pecuniam. ff. de condit. caus. dat. l. iij. §. j. de præsc. verb. atqui eadem in transactione competit. l. dedi. ff. de condit. caus. dat. † Respondeo, in d. l. dedi. nusquam esse transactionem, sed innominatum negotium, do ne facias, ne me voces in ius, quia quod dicitur, quod timor futuræ litis sufficit ad transactionem. l. ij. C. de transact. fateor utique, cum hoc actum est, vt metu litis futuræ super re aliqua transigatur. sed in d. l. dedi. non sit mentio de lite rei cuiusquam, sed tantū ibi datum erat, ne ad iudicem iretur. Multæ autē causæ esse possunt, ne velim ego vocari in ius: vel quia puellā propediem despōdere volo, & timeo videri debitor: vel quia, quod abominor, criminibus implicatus timeo, ne cum pro tribunali fuero, detrudat in carcerem: & si quæ sunt similes. quid enim si conuenisset, ne me in ius vocares hoc anno: nunquid esset transactio? haud sanè. Minus obest l. elegat. §. si. ff. de condit. ind. quia ibi ideo quod transactio non sortita est effectū, propter causam extrinsecam repetitioni locus erit. quanuis sit nominata conuentio. l. ex empto. §. is qui vina. in ff. de act. empr. l. si fundus. ff. locat. Nondum expletus est ordo obiectionum. qui videntur acutiores, insurgunt, eo quod actio præscriptis verbis competat pro transactione, ad id quod interest. l. cum mota. C. de transact. quod peculiare esse putant conuentioni innominatæ. l. iij. §. j. ff. de præsc. verbis. nam in nominata, quoties ad dandū agitur, præcisè ad rem agitur, non quanti interest. l. vbi autem. §. fin. ff. de verb. oblig. Res altiore requirit indaginem. interea consulant hi sententiæ communis assertores. l. cum mota. quam adduxerunt, vbi est stipulatio nominata conuentio. l. j. §. si. ff. de pact. & tamen ad interesse agitur. nec dicendum est stipulationem. imitaticem contractus innominati, quinimo ipsum roborat. l. ex placito. C. de rer. permutat. PAVLVS. Noui acumen: ingenij tui, ô Celse, & quod possis nigra in candida dicendo vertere. sed illud omisi præcipuum nominatis conuentionibus, quod simul ac sunt actionem producūt, præsertim reciproca, vt emptio nudo consensu perfecta sed ornata nomine. l. j. §. item emprio. ff. de rer. permut. sic depositum, comodatum, simul ac sunt, confestim gignunt actionem: non autem sunt sine re, sicut nec mutuum. l. pe. ff. quæ res pig. atqui transactio est utique antequam res detur, sed ante non licet ex eius nudo pacto agere præscriptis verbis, quam is impleuerit qui agere nititur. l. siue apud. C. de transact. l. 21. C. de pact. vbi pater secundo aduersus non seruantem placitum transactionis, instar conditionis ob causam litem remissa instaurari, secus in contractu nominato. l. si non. C. de contrahend. empr. igitur ex capite causæ non securæ à transactione disceditur, exemplo cuiuslibet innominati contractus. l. v. §. j. ff. de præscript. verb. fatebor tamen hoc illi esse eximium quod ab ea non abitur ex capite solius pœnitentiæ, fauore scilicet litis finitæ: l. fratris. l.

P

quamuis. C. de trans. fecus in aliis nomine eleganti defectis. l. 3. §. j. ff. de condit. caus. data. Et hæc conditio describitur in l. eleganter. §. pe. ff. de condit. indebit. vbi apertè de trans. ctione quæritur.

OBSERVATA IN XLVII. DIALOGVM.

- 1 Quot modis contractus nominatus latius patere videatur.
- 2 Verba quedam, quæ olim largè capiebantur, hodie angustè.
- 3 Doctor olim non erat nomen dignitatis.
- 4 Emptionis verbo olim multa comprehēdebantur.
- 5 An prohibita emptione, prohibeatur pignus.
- 6 Explicatur l. in quorum. ff. de pignor.

INTERLOCVTORES.

LABEO, PROCVLVS.



DFERAM, si vultis, id, quod à doctis prætermisum, ab indoctis ignoratum multas tenebras infudit studiosis iuris ciuilibus, & operam dantibus tractatui contractuum nominatorum. ideo quod sæpe multè occurrant cōventiones elegas nomen habētes atque adeo politū, sed quarū appellatione abutimur, & † ita latius vagari videantur, segni- ter & quasi per transennā aspicientibus. Primò, quoties nomen imponimus negotio aliud quàm re vera habeat, & adscititio nomine abusus sequitur, vt in cap. ex literis. de trans. de quo proxime Pau- lus egit. vbi amicabile quædam compositio, per abusum, transactio nūcupatur, & nihilomi- nus transactio nominata est conuētio. & cū donationem eam, quæ remissio est, dicimus. l. si vno. locat. Item cū tutor vocatur, qui curator est. l. ad litem. C. de in lit. dand. tut. non cō- tinuo laxatur tutoris significatio, sed abusus est, vt est text. ille singularis in l. si tibi. ff. si cert. pet. l. si quis in fundi. ff. de leg. j. l. pe. C. de rer. perm. vbi vendebam frumētum olei certo pon- dere, & sit permutatio. aut cum seruum apud te deponebam præstituta mercede, & emergit locatio, aut cōtractus do vt facias, si merces non sit pecuniaria. l. j. §. si quis seruum. ff. de pos. Secundo modo, aliquid nominatum est, & tamen aliud complecti videtur, non vi largissimæ significationis, sed vi similitudinis, vel à maiori ratione. vt si prohibita emptione & vendi- tione, prohibitam dicamus donationem: vel si permissa donatione, venditionem permissam putemus, non ideo se mutuo continent. l. cui ius. ff. de reg. iur. l. contra. §. fin. ff. de pact. sic iur- iurandum habet similitudinem transactionis. l. ij. de iureiurand. l. sicut. §. venditionis. quibus mod. pig. sol. ff. vnde dixit Christus Ioānem Baptistam esse Heliam Matth. xj. cap. nempe vir- tutis mera imitatione. Sic Iustinianus in proæ. Instit. calumniantium iniquitates se expelle- re profiteretur, argumēto calumniæ cetera crimina intelligit. Virgil. xi. Æneid. Furta paro belli. vbi furum, pro infidiis capit. ita in §. item lex Cornelia. de publiud. Telum ad omnia porrigitur, quæ manu eiulantur, cū propriè sit quod arcu mittitur. sic Græci ἀρπύγες appella- tione, id est, quercus, omnes arbores comprehendunt: & τὰ ἀρπύγεια omnes fructus vo- cant, sicut Latini glandem. l. qui venenum. in fi. ff. de verb. sign. hoc modo Virgilius iij. Geor- gic. de equalibus loquens:

Illas ducit amor trans Gargara, transfusantem
Ascanium.

accepit Gargara, quæ partes sunt montis Idæi, pro quibusvis montibus, vt ibi ait Seruius: & Ascanium, pro quibuslibet fluminibus. P R O C. Strabo libro Geographiæ xii. Ascanium, lacum esse in Mysia scribit, non fluuium, vt putat Seruius. Verum, si tibi videtur, ego quod reliquum est institui, perficiam. præfatus sententiæ tuæ accedere, quod licet nomina appella- tiua rerum sint immutabilia. l. 4. ff. de legat. j. tamen prætoris interdictum, vti possi- detis, de ædibus tantum loquens ad omnem soli rem producituri pari ratione. l. j. ff. vti possid. † Tertio itaque, meminimus fuisse olim quasdam appellationes, quæ fufissimè extendebantur ex propria natura, quæque nunc angustatæ sunt. quia par est in loquendo, ve- terem morem nouo cedere. l. Labeo. de supell. leg. ff. vt lege xii. tab. verbum, lego, omne reli- ctum, etiam ipsam institutionem, continebat. l. verbis legis. ff. de verb. sign. nunc quotusquis- que nescit, quàm arctum sit l. legatum. ff. de leg. ij. Hæres olim quemcunque dominum signi- ficabat. §. si. de hæ. qual. & diff. l. fundi. ff. de vsu & hab. nunc, solum institutum negotium, omnem contractum comprehendit. §. j. Inst. de oblig. quæ ex conf. l. ij. de bon. aut. iud. poss. Non in tit. ff. de negor. gest. Sic lingua Gallorum omnes montes præalti, Alpes dicebantur, vt notat

vt notat Seruius iij. Æneid. ibi, Alpini boreæ. hodie montes hi tantum, qui Italiam diui- dunt. sic, negotium, omnem contractum significat, licet gestum dicatur. §. j. de oblig. quæ ex conf. l. si in area. de condit. indeb. l. aristo. de don. tamen in titulo de negotiis gestis, quasi contractū sine mandato aliena negotia tractantis intuemur. §. 2. de oblig. quæ ex quasi cont. † Doctor quondam omnino vocabatur, qui docebat. Cicero iij. de Oratore: Isocrates doctor singularis. Sallustius in oratione C. Marij: Neque literas Græcas didici, quippe quæ ad vir- tutem doctoribus nihil profuerunt. illa multò optima doctus sum, hostem ferire, præsidia agitare. l. magistros. de profess. lib. x. C. Nouissimè doctor dignitatis est nomen, his qui Iu- risprudentiam perfectam docti videntur, elapso iam temporis cursu præfinito, & sumptis à professorum claro cœtu insignibus mirificis Iurisprudentiæ: vt quid amplius antiquis pro- lytis habeant. de quibus in proæm. ff. §. & quod iam. facit capit. quauis. de verb. signific. certe legum doctorem Vlpianus ad publicum professorem selectum & stipendio publico donatum retulit. l. 7. §. si. ff. de excus. tut. ac forte Horatius lib. 4. carminum:

Doctor arguta fidicen Thalia
Phæbe,

l. medicos de professor. & medic. lib. x. C. an non etiam Imperator olim dicebatur summus dux exercitus. l. libertas in fi. ff. de stat. hom. quoad Augustus, vt regij dominatus recentem leniret inuidiam, Cæsarius id nominis consecrauit. Sic tutela est quæuis tuitio. l. vt vim. ff. de iustit. & iure. l. quidam. de legat. 2. non cum ad pupillum referri cœpit. l. j. ff. de tutel. alias etiam natus annos plures xx. esset in tutela. l. j. de minorib. xxv. † Emptionis vocabulum, quod iure ciuili inter contractus nominatos primas obtinet. l. iurisgētium. ff. de pact. si nouerit sua initia, quàm abiecta videbit, & valde communia! Antiqui (vt Festus prodidit) emere, pro sumere vsurpabant. Vestigium eius rei est in l. statuliberi. §. si. ff. de statuliber. vbi lex xij. tabul. emptionis verbo omnem alienationem complexa est. l. sicut. §. venditionis. ff. quib. mod. pig. vel hyp. soluit. vbi venditionis appellatione venit legatum. cæterū ille locus pertinet (vt ele- ganter, tu Labeo, ostendisti) non ad vim significandi, sed ad eandem æquitatem: vt quemad- modum creditor pignus vendi sinens queri mox nequit, sic si permisit legari d. l. sicut. §. vo- luntate. arramen adhuc non desunt qui venditionis vim extendant, pro quibus minime est. l. j. §. eam rem. ff. quæ res pig. obligat. vbi venditione prohibita, prohibetur pignoris datio. quia hoc non fit ex venditionis lato significato, sed sumpta rationis similitudine. vt l. cui ius. ff. de regul. iur. l. a b. Modestinus lib. v. Regularum dissentire visus est, cū ait: † In quorum fi- nibus emere quis prohibetur, pignus accipere non prohibetur. l. in quorum. ff. de pig. quod obest. d. l. §. eam rem. ff. quæ res pig. obl. Cæterum arbitror sic dirimi posse hanc litem, vt in d. §. eam rem. qui non potest emere, non possit pignori accipere, quando res ita affecta est, vt nullum sit eius commercium, quia sacra est & religiosa. & hoc ibi expressè notatur. quia, in- quit, cōmercium non est, ergo omnimodo arretractare nefas est. Sed in l. in quorum. ff. de pig. res ipsa in commercio est hominum, sed fines quidam sunt locorum à principe præstituti, vt intra eos res emi non possit, per se pura. Ita res non prohibetur emi, sed locus prohibetur. ad- de, quod si princeps prohibeat, ne quisquam à Persis emat, hoc facere, videtur, ne pecuniæ exportentur cum damno populi. sed cū pignori res accipitur, in dubio præsumitur quod pignus est pretiosius, quàm sit id quod mutuum conceditur, & hoc iure vrimur, cum subtili ingenio barbaras opes nostras facere laudabile sit. l. 2. C. de commerciis & merca.

OBSERVATA IN XLVIII. DIALOGVM.

- 1 Quod olim sine pecunia fuerit emptio.
- 2 Pecunia à iure ciuili est.
- 3 Nummi olim ex corio à iure gen. non fuerunt,
- 4 Emptio antiquissimus contractus.
- 5 Quomodo olim fieret emptio sine nummis.

INTERLOCVTORES.

MARTIANVS, CALLIDEMVS.



EMO, Hercule, interpretum æquè verisimilia de contractibus nominatis prodi- dit. facta est cum prius illis, quæ dici solebāt, talis permutatio, qualis fuit Glau- ci & Diomedis Iliados lib. vi. qui permutarunt:

Χρυσέα χαλκείων ἐπατάμβοι ἐνιαβοίων.

nam tu pro areis aut plumbeis potius, verè aurea rependisti. c a l l. † Si Cassius exaudiuisset, capitale tibi istud verbum foret, quod ais permutationē in Homeri versu esse,

cum ille Sabinusque emptionem fuisse contenderint. l. j. de contrah. empr. eosque iuvari posse arbitror sacris testimoniis: cum immenso annorum cursu emptiones praediorum nummo factas comperiam, ante Troiam a Dardano cogitatum fundatave, ut genesios cap. 23. Abraham emit Agri locum, in sepulturam Sarae uxoris quadringentis siclis proba monetarum argentea. & Leuitici 27. cap. & alibi multis in locis qui excidere memoria mea. M A R T. Nuper in huncmet sermonem incidi in Elyfio ad larus laurci nemoris, non procul a palmeto, cum Elgido olim iurisperito Christi literis imbuto: ipse ingenue confessus est emptionem antiquis patribus cognitam quidem, sed nummum prorsus incognitum. & siclos fuisse certi ponderis ut Genesis 24. non certe formae in xx. obolos, seu Gera Hebraea, diductos Leuitici. 27. Ideoque Abraham appendit pecuniam statera, non numeravit in Genesi: sicut talenta appendebant Graeci Romanique, & Tobias 4. cap. decem argenti talenta crediderat Gabaeli. Siclus deinde, cum signata pecunia usitari coepit, in nummum epasit instar retradrachmi Attici iuxta Iosephum lib. Antiquitatum 3. cap. 9. fidem addit superioribus, quod & numero fiebat emptio, nempe bobus vel ouibus datis in agri pretium lib. Iosue cap. 24. in si. rametli suam & permutacionem extitisse idem Troiano seculo posteriore similiter contigit prorsus: nam alij emebant necessaria pretio rerum, in pondere, numero, aut mensura consistentium. vestigium eius rei est quod in tractatu iurui etiamnum eiusmodi res pecuniae nomine veniunt. l. 2. §. creditu. ff. si cert. pet. & hoc ipsum fatetur Plin. aperte lib. 33. cap. 1. & permutasse heroas & emptita se victus gratia, praesertim bobus, ex qua, inquit, consuetudine multa legum antiquarum pecore constat etiam Romae: nec aliud probatur in l. 2. §. pe. C. de const. pec. nec quidem puto in tantum stupidos fuisse Sabinum & Cassium, ut permutacionem esse negauerint, cum Homerus vsus sit verbo ἀμειβεσθαι, in praecedenti versu:

Ὅς ἄρα τὸ δίδωμι δίομδρα τεύχε' ἀμειβεσθαι. Id est, Qui cum Tyride Diomede arma commutavit. & §. si. procm. ff. nempe aurea cum aereis, & ἐχέτω μβοὶ ἀμειβεσθαι, id est, centum bobus aestimata, cum iis, quae nouem bouum essent. Nam quod quidam diuinat, boues, fuisse nummos bouum nota percussos, reiiciendum est: quia tum temporis pecunia non erat Graecis aut Troianis, neque si fuisset, Graeci lib. Iliados vii. aēs, ferrum, fetuos & tergora bouum & boues pro vino redimendo dedissent, sed pecuniam potius qua omnia commodius aestimantur. l. j. de contrah. empr. Budæus tamen boues nummos fuisse existimat: quod si verum esset, iam mera fuisset emptio, non permutatio. permutacionem autem fuisse scimus. d. §. si. procm. ff. & d. l. j. de contrah. empr. quod fit, ut Budæo non assentiat, etsi Plutarchi testimonio prober Thescum statuisse nummum. Citat Iulium Pollucem lib. ix. Mitior cur Budæus socorditer se in eo Pollucis loco habuerit. nam paulo post eodem libro cap. vi. Pollux eos reprehendit, qui apud Homerum ἐχέτω μβοὶ ἀμειβεσθαι, de nummo bouis effigie signato intellexerint cum Iliados vij. emeretur vinum tergoribus bouillis & bobus ipsis: boues enim tergoribus opponens, manifesto animal non numisma intelligit. ut etiam Pausanias lib. 3. asserit addens Indos sua aetate, quae fuit Adriani Augusti, nondum vsos nummo, licet auro & argento abundarent. & sic Alciatus libr. Parergon ix. cap. xv. Budæum Tacito autore securus vna fallitur, & quicumque in libro Iosue in si. inuertere vulgarem ac veram interpretationem voluit. ibi enim agri partem, qua omnia Iosephi de Aegypto translata, postea sepulta sunt, emerat centum nouellis ouibus, non vero nummis nota ouili impressis. proinde non idem hodie obtineret, nisi prius de nummo conuenisset, & mox loco nummi oues darentur in solum. l. pretij. C. de resc. vend. plane supradictis non obstat, quod locus ille Homericus Iliados vij. emptionem significare videtur factam vino, ferro, & bobus, cum poeta utatur verbo, δίδωμι, quod proprie demonstrat emptionem, ut refert Theophilus §. iij. Inst. de emptio. & d. l. j. de contrah. empr. vers. Sabinus venit enim a verbo, δίδωμι. Ergo alterutrum fatendum est, aut boues fuisse pecuniam signatam, aut emptionem fuisse sine pecunia, ut Sabinus & Cassius putauerunt. Respondeo, verissimum est emptionem sine pecunia numerata olim fuisse: & qui intum scrutatus fuerit d. l. j. de corr. empr. videbit a Paulo reprehendi Sabinum & Cassium, non quod putauerint constituisse olim emptionem sine nummo, sed quia idem hodie censendum assererent. Probat in versu. sed an sine. d. l. j. vbi querit Paulus, an hodie quoque possit esse emptio sine nummo. Expendo articulum, quoque, ut in l. coheredi. §. cum filia. de vulgar. subst. nam necessarium concludit, olim sine dubio fuisse, hodie dubitari. ita idem Paulus enarrauit vim particulae, quoque, in l. si mancipia. ff. de fund. instr. deinde hoc manifestius liquet ex verbo, hodie, perinde ac dicat, olim minime dubium fuisse, quin emptio esset id quod communiter hodie dicitur permutatio, si modo potest, numero aut mensura pretium statueretur. sicut innuit amplius imperator in l. pe. C. de rer. perm. de fuisse utique emi res in potestatem postquam proleuit pecuniae percussae nota publica facilius commoditas

moditas. ideo, inquit, in d. l. j. de contrah. empr. origo emendi ac vendendi a permutacionibus cepit. id est, respectu serui seculi quod Nerva & Proculus Paulus sequitur. CALLIDEMVS. Prope est ut tibi assentiar, tum quod sciam vsuum rerum legumque tempore circumagi, tum quod de hieclo vera retuleris, de quo Epiphanius facer autor in libro de Mensuris & ponderibus. Siclus, inquit, qui & quadrans dicitur, quarta pars est vnciae, dimidium statenis. habens drachmas duas. vnciae enim erant octo drachmae. Holce cum Siclo eiusdem est ponderis, inquit, apud eum qui ponderavit capillum Ab salonis habentem Holcem hieclorum cxxv. hoc est vras duas & dimidiam MARTIANVS. Itaque Paulus post vsuum pecuniae alijs rebus fieri emptionem non vidit, sicut antea factum extitit, nummo non excuso, ut patet versibus Homericis, in d. l. j. ex Odyssae lib. j.

Τὴν ποτε λαέρτης ἀπὸ κτεάτεσσιν εἴσειν

Πρωθιβὴν ἐτ' ἐσσεν, εἰκοσὶ βοῖα δ' ἐδωκεν.

id est,

Quam olim Laertes emit possessionibus suis

In pubertate adhuc existentem, viginti vero boues dedit.

De Euryclea loquitur. & verbum ἀμειβεσθαι, mercor significat siue emo. vnde Hyginus Priamum regem Troianorum dictum scribit ἀπὸ τοῦ ἀμειβεσθαι, quia dum Hercules cum socijs Troiam cepisset, necato Laomedonte rege patre Priami, hic solus redemptus pretio fuerit. eodem verbo vititur Homerus lib. 14. Odyss. vbi subulcus absente Laerte Mefaulium seruum apud Taphios emerat de suo. πῶς δ' ἀρχὴν παφίαν ἀμειβεσθαι. sed expeditius fuit post nummum inuentum eodem mercari, ob eius perennem aestimationem & necessariam. vnde Caroli Magni lex in legibus Longobardorum, titulo, de eo qui bonum denarium refutauerit, 60. solidis eum multat, ut minimum.

Et quanuis alibi apud eundem poetam sit permutatio, nihil impedit emptionem etiam fuisse prout verba contrahentium concepta erant. arg. l. ff. de cond. caus. dat. Tertio, quod olim emptio absque nummo fuerit, ostendo: nam emptio a iure gentium est. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. §. sed pecunia a recentiore iure inducta est, id est, a civili: quia electa est a quibusdam materia, & forma publica percussa. l. j. ff. de contrah. empr. vbi euidentissimè ostenditur, quod olim non fuit in vsu pecunia antiquissimis seculis. Herodotus lib. 1. dat Lydis nummi inuentionem alijs. ut cunque sit, irrepsit in ciuitates & respublicas, non quod omnes gentes vsae sint ut bello, diuisione rerum & contractibus. Cornelius Tacitus est autor in lib. de moribus Germanorum, vix suo seculo Germanos vsos signata pecunia. Iason in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. conatur ostendere olim vsas fuisse omnes gentes pecunia, & esse a iure gentium. expendit textum in d. l. j. ff. de contr. empr. vbi Paulus ait, olim non ita erat nummus. ergo, inquit Iason, aliter erat, ridiculum, quasi verò nummus ex alia quam auri, argenti, aëris ve, materia potius sit a iure gentium, non enim in nummo substantia inspicitur, inquit Paulus d. l. j. Substantiam voco materiam. l. sequitur §. si ex lana. de vsucap. quid igitur aspiciet: formam publicam & quantitate id est, receptam aestimationem. l. quae extrinsecus. ff. de verb. obli. verustius fuit qualitate legere, id est forma l. 43. ff. de vsu fructu. & patet in l. 2. de ponderatorib. lib. x. C. vbi est lis de qualitate solidorum, id est, bonitate & forma §. nummos de corio fuisse cufos meminit Seneca lib. v. de beneficijs. & ijs Lacedemonios vsos fuisse comperrum habeo, idque refert Stobaeus sermone 42. νομισμα πῶς χρώνται σκυτίνω sic materia fuit diuersa nummorum ut qualitas seu pretium l. xxi. §. sed etiam de testam. Ecquid, inquires, sibi vult, quod ait Paulus d. l. j. olim non ita fuisse nummos? nempe id quod olim nullo modo fuisse. Cicero lib. x. epistol. C. Furnio: omnino, inquit, me plura scribere non ita necesse arbitrabar. sic, non ita pridem, pro non pridem sed recenter bellissime dicimus. l. ij. ff. de condic. ob. turp. caus. & non adeo, pro, nullo modo. l. adiles. §. sed enim. ff. de ad. edic. §. Emptio antiquissimam originem habet, ut colligitur ex Plinio lib. v. i. cap. l. v. i. vbi Liber pater emere ac vendere instituit, & diadema, regum insigne, & triumphum, ab eo ad Alexandrum magnum colliguntur vj. m. cccc. lxx. anni. ut idem alio loco refert & mensis ites. Quis credat tales emptiones nummis facilitas fuisse: sicut, ut dixi, nec illas Troianis temporibus, nec tamen emptio caruit triplici sua substantia, rei, consensus, & pretij. non enim Papinianus in l. pacta. ff. de contrah. empr. dixit emptionis substantiam in nummo consistere, sed in pretio & licet lex civilis & mos nummum induxerint in pretium duntaxat, antiquatis alijs rebus, appendi, mensurari, numerative solitis, non continuo emptio & venditio iuris ciuilibus dicuntur: quoniam consensus & res a iure gentium permanere: & praeterea lex non inuenit pretium, sed formam pretij. sic locatio a iure gentium est l. i. ff. locat. tamen merces eo venit ut in pecunia versetur numerata l. i. §. si quis seruum. ff. deposit. sic seruitus est constitutio iuris gentium: tamen quidem

modus inductus est, ut iure civili serui fiant, qui se venire passii sunt. l. & seruorū. ff. de statu homi. nimirum à lege excogitatum nemo euidentius aperit quam Aristoteles lib. 5. Ethicorū cap. 5. propter indigentiam enim fuit percussus non natura sed instituto, & propter æqualitatem rependi à lege seu νόμος, Græcè nomen accepit unde mutari & inutilis fieri potest: addit Suidas dorientes νόμος pro numo usurpare. † Moris fuit antiqui, pretium rerum pendere in trutina, vel numerare, vel metiri. nam, ut Varro scribit lib. 111. de Lingua Latina, per trutinam solui solitum. vestigium mansit in æde Saturni, ubi trutina fuit posita. Ennius: Pœni stipendia pendunt. unde dicta sunt militum stipendia. inde libri pens in facta emptione. §. j. Instit. de testam. & in emancipatione liberorum imagine venditionis quondam visitata, ut describit Caius lib. 1. institutionum titul. 6. & adhuc pendere, id est, soluere. l. & in cont. ff. de vfurtis l. pe. C. de condict. indebit. hinc quoque pondus auri summæ comparatur sicut numerus vel mensura. l. planè. §. sed si pondus. de leg. j. vides apud Homerum puellam emptam x x bobus. Sanè apud Virgilium j. Georgic. emptio est sine nummo, hoc amplius sine pondere, numero & mensura. quia res quæ dabatur in pretium, non poterat mensurari. id est, mare:

Teq̄ sibi generum Tethys emat omnibus undis.

id est, Tethys det mare in pretium, ut te generum habeat, quoniam iure antiquo vir & vxor se inuicem emebant, ut ibi notat Seruius, & Boëtius in Topicis Tullianis.

OBSERVATA IN XLIX. DIALOGVM.

- | | |
|--|--|
| 1 Permutatio cum pecunia signata esse potest. | 4 Verbum, do, & trado, confunduntur. & 6. |
| 2 Intellectus l. ff. de cond. caus. dat. | 5 Concordia l. ff. de cond. caus. & d. §. & siquidem. in fi. |
| 3 Intellectus l. iij. §. & siquidem. de præscrip. verb. & §. | 6 Explicatio l. ff. de præscr. verbis. |

INTERLOCVTORES.

IULIANVS, MARCELLVS.



DAMANTINVS & præfractus est ille text. in l. fi. ff. de cond. caus. dat. ex quo elicias † permutationem esse, si nummus pro re datus fuerit: sicuti vice versa Martianus aperte probauit, olim rei cum re sine nummo emptionem extitisse. Dedi tibi pecuniam, ut mihi Stichum dares. Vtrum id contractus genus pro portione emptionis & venditionis est: an nulla alia hic obligatio est, quam ob rem dari re non secuta: in quo procliuior sum. & ideo, inquit, si mortuus sit Stichus, repetere possum: quia ideo tibi dedi, ut mihi Stichum dares. † Species sit huiusmodi in d. l. fi. qualis ponitur in l. sed addes §. si dominus. ff. locat. vbi colonus in pecunia mercedem præstans conuenit, ut loco pecuniæ dominus certum frumenti modum certo pretio acciperet. vel si tu mihi amicitia non vulgari cognitus, & plus quam Pyladi Orestes ille deuinctus vis à me emere id quod nolim videri, quia eo vel simili egeo. Vel si vxor habeat fundum, quem dori dixit, hostibus aut fluuio finitimum: & ego coram communibus amicis vxoris commodo studens, pecuniæ tantum sufficio, quanti sit fundus l. ita. ff. de iure dotium. num in proposito præter consensum venditionem fingemus: absit. l. 3. de action. ff. quid sit meum equum empturis, renuo, cum postridie iturus sum Romam. Præterea respondi, me equum venalem non habere. tu rogare non desinis, & offers mihi tantam pecuniam, quanta alium comparare possim: ego tibi gratificari cupiens, & qui iam protestatus eram me vendere nolle, tollo pecuniam, tu equum expectas. dico intercessisse non venditionem, sed potius quandam donationem ob causam. l. j. ff. de donat. in qua, nescio quid, plus est vbanitatis & benevolentia, quam si vendidisset. quin et in omni tractatu multum interest, vtrum pecunia detur pro re tanquam pretium, an magis sic detur, ut rem ipsam adipiscamur tanquam conditionem implentes, quo casu non imputatur hæredi in falcidiam illo verò aliter l. 19. & l. 40. ff. ad legem Falcid. nolim obtinui. l. C. de actionib. Itaque dubitat ibi Celsus, an contractus emptionem & venditionem proportione sapiat, id est, symmetria seu analogia. si legas pro portione, vno verbo, quo vsus est Cicero in Verrem, & alibi, & Vlpianus in l. 3. ff. de annuis legat. qui locus falso à nonnullis vexatur. quadrat l. x. de quibus munerib. vel præstationib. lib. x. C. qui malit legat disunctim, ut Plautus in Rudente.

Tu pot̄ pro portione nec vir nec mulier es.

Sic dubitat Celsus vtrum pro parte sit emptio pro parte non, ut l. ij. §. adeo. ff. locat. & tandem non esse emptionem nullo modo, responderet. Rationem subiungit, quia ideo tibi dedi, ut mihi Stichum dares. hoc est, non in modum pretij promissi pecuniam, sed mutuo quodam officio, si enim pretij mentio facta esset, indubitate emptio intercessisset. l. fin. C. de prædijs decur. lib. x. l. si stipulatus. ff. de vsur. si non pretij fieret mentio in re quæ vendi non solet, ut in factio. l. si vestimenta. ff. de condict. ob turp. caus. adde superioribus. l. si quis ante. ff. de acq. poss. secus si rem venalem habuissem, arg. l. j. C. de rer. perm. † Ex his solue contrarium, quod nequitur ex l. iij. §. & siquidem. ff. de præsc. verb. vbi si pecuniam dem, ut rem accipiam, emptio est. quod utique verum est, si de emendo conuenit, vel si res venalis erat, seu pretij facta est mentio. Alias nihil verat esse permutationem cum nummis l. cum hi. §. si cui. ff. de transact. l. si mulier. ff. de pact. dot. Et §. cōstituitur. Inst. de vsufr. Plinius lib. x x x i cap. v i i i. Singulis milibus nummum permutantibus congios binos. nec vero dubium est in contractibus, qui nummum expetunt, ipsum minime sufficere, si aptitudo vel consensus refragetur. ideoque non semper est locatio, cum pecunia datur ob factum locari insolitum. l. §. §. at cum de. ff. de præscr. verb. l. si pecuniam de condicti. caus. dat. quid enim si dedero tibi centum aureos ut Romam eas, & sit tu dignior quam ut locare operam credere. l. i. §. i. ff. si mensor fals. mod. † Non probo quod aliqui dicunt, in d. l. si. pecuniam datam, ut res daretur. sed in §. & siquidem datam, ut rem acciperem per traditionem. quia si controuersia solum esset. d. l. si. de verbo, do, facile pro trado explicaretur, pro subiecta materia, cum iurisperiti promiscue vtantur. l. in commodato. §. si. cut. ff. commodat. l. si dominus. ff. de præsc. verb. vbi datur seruus & traditus appellatur. M A R C. Istum intellectum in d. l. si. nouimus, est enim ter Solone vetustior, gratius erit si composueris. d. l. si. cond. caus. cum d. §. & siquidem. in fi. quia nimis manifestè dissident. hic dicitur, quod si pecuniam dedi, ut mihi Stichum dares, & mortuus sit Stichus, repetere pecuniam possum. illic oppositum affirmatur. I V L. † Sunt qui putent, quorum est Accurs. in §. & siquidem. non negari, quin sit locus repetitioni pecuniæ per conditionem ob causam, ut d. l. si. & quod ait: si tibi scyphos dedi, ut mihi Stichum dares, periculo meo erit Stichus. id est, quo ad hoc, ut à præstatione ipsius Stichi vel estimationis libereris, sed non à redditione scyphorum. Ego auum meum maternum virum impensè eruditum in iuris scientia, dicere solitum accepi. d. §. & siquidem. indistinctè procedere, ut nullo pacto scyphi repeti possint nec condici Sticho postea mortuo. nam ut in contractu nominato venditionis illico post consensum res perit emptori. l. necessario. ff. de pericul. rei vendi. sic in contractu innominato, licet post consensum accepturo res non pereat, tamen postquam is qui dare hominem debet, ab altero acceperit promissum, eo ipso obligatur: quia causa subest; & hac subeunte, per implementum emergit integra obligatio, qua vrgere aduersarium potest, ut vicissim impleat. l. iurisperitū. ff. de pact. perit itaque res dara ei qui cogere potuit similiter ut in venditione. quod si dicas in contractu innominato licere pœnitere aliter atque in emptione & venditione: respondebo seram esse pœnitentiam, cum alterius iam interesse incepit à morte hominis, qui dari debuit. l. si pecuniam. ff. de condiction. caus. dat. hic intellectus probatur. liquido in l. 3. §. i. vers. sed si Stichus. ff. eod. nec dubium est quin Paulus in d. §. & siquidem. reiecerit conditionem ob causam de qua ibidem nominatim tractat in titulo de præscriptis verbis finitimo. perinde non obstare l. fi. ff. de cond. caus. dat. quia ibi quo tempore dabatur pro homine pecunia, homo iam erat mortuus. & ideo Celsus ait: si mortuus sit Stichus, repetere pecuniam possum. id est, si iam ante contractum sit mortuus, vel certe post contractum innominatum adeo imbecillum, & papauere fragiliorem, sed tamè ante alterius partis implementum perierat: aut forsitan ignorante utroque contrahentiū. ut l. quod si nulla. ff. de hæred. vel act. vend. & sic hominis mortui significatio ad præteritū reflectitur. l. si homo mortuus. de verborum obligationibus. l. verbum erit. ff. de verborum significat. l. arboribus. ff. de contr. empt. sed obsecro, quid tu interim me loquente mortis identidem vnguibus meditaris? M A R C. † Vereor ne altius sermonem tuum extuleris, & offeceris luminibus Alciati, eo quod dixisti verbum, dare, & tradere. confundi. ille longe aliter annotauit lib. Parad. 11. cap. xix. in l. ff. de præsc. verb. dedit tibi scyphos, ut eosdem mihi redderes. commodati actio est. si ut pondus argenti redderes, quantum in illis esset, raturndem ponderis petitio est per actionem præsc. verbis. hinc dicit Alciat. verbum, dare, transferre dominium etiam in commodato, si hoc actum sit, contra l. rei. ff. commod. Ipse autem puto, translato speciei dominio non esse commodatum. d. l. rei. ff. commod. sed potius contractum innominatum. glo. in l. ij. ff. si cert. per. Sin autem rem do, ut eandem reddas, commodatum est, nec interest vtrum vtar verbo, do, vel, trado, ut l. fi. ff. de præsc. verb.

§. item is. quib. re cont. oblig. datur, inquit, non tamen ita datur, ut eius fiat. l. si verò §. dedi. ff. mand. l. rogasti. si cert. pet. l. quicquid. de act. empr. l. legavi. ff. de liberat. leg. ele. ganter hoc ditimitur in l. conuenit. ff. de contrah. empr. vbi conuenit, ut mihi dares certū regularum numerum ex tuo fundo, quas tu faceres: dubitatur sit ne exemptio: an locatio, nec vlla vis sit in verbo dandi, sed quia materia mutat statum, emprio est. Multominus singam pecuniam datam in specie, sed arcula vel alio loco inclusam, ut l. sed si certos. ff. de legat. i. quia nec datio eiusmodi impediret venditionem. l. hæc venditio. §. pe. de contrah. empr. vbi Accursius nescit quo vertat, odorari enim cœpit eo loci arduum quippiam latere, adeo ut cogatur pariter diuinare, hoc est, in l. si. de condict. causi. dat. pecuniam in specie datam: & illic nummum in specie, in arca scilicet, reconditum quantitatis potestate promissum fuisse, sed profecto in arca vel sacco obligna. pecunia facile naturæ suæ memor est, ut quantitatis vice fungi auct. l. Lucius. i. ff. deposit. Sed num oberit d. legi si. de præsc. verb. l. si gratuitam habitationem dederò, an commodati agere possim? & posse responsum est, sed tutius erit agere præsc. verbis. Nequaquam oberit. & priore loco conuenit cum l. si. in eo quod dixi de verbo, dedi, pro tradidi, quoniam commodati agitur. Item quod addit, tutius agi præsc. verbis, rationem habet: quia dando habitationem non expressè conueniatur, ut eandem mihi redderes, sed in l. si. dictum erat, ut scyphos redderes. quare illic est quædam dubitatio, propter quam agitur præsc. verbis, hic verò nulla est dubitatio.

OBSERVATA IN L. DIALOGVM.

- | | |
|--|--|
| 1 Liberi in conditione positi, sunt in dispositione. | 5 Explicatur l. cum auus. de cond. & demonstr. |
| 2 Intellectus l. filiusfam. §. cum quis. de leg. j. | 6 Tacitum non aequiualet expresso. |
| 3 Explicatur l. Lucius. ff. de her. inst. | 7 Declaratur l. inbemiss. ad Trebell. C. |
| 4 Particula, non solum, non reperit similia. | |

INTERLOCVTORES.

POMPONIUS, FVRIVSANTINVS.



Nisi sedulo succursum fuisset, hospes Alciati intellectus verum inquilinum de possessione deiecit. **P**OMPONIUS. Sæpenumero in rebus arduis quorundam pertinax opinio illam vincit, quæ magis est synccra. ne longè exempla repetam. pauci sunt interpretum, qui non assentiantur ijs qui liberos in conditione positos, esse dispositione negant, cum sic scriptum est: filium instituo, & si absque liberis decesserit, volo restituat hæreditatē Seio. Ego cōtrā puto, atq; nepotes ex testamēto aui vocatos eo casu iudico licet fatear parū prudentis esse aui accersine clara voce nepotes, coacto filio ipsis restituere, atq; ita proteruitatē eorū ferme prouocare: cū scient obstructū patrē omnino ad restitutionē auitæ hæreditatis, nisi forte de filio incōsulto male præsumpserit auus: aut nisi præuiderit nepotes adhuc patri suo obsequeres fore, utpote qui duplicè quartā inuito testatore detrahat, id est, legitimā, atq; Trebellianicā iure exteri heredis: ita ut impune alienare possit bona subiecta restitutioni intra vtriusq; quartæ fines cū subiici eas restitutioni lex perspicax nō sinat. res quæ. C. cōmun. de legat. l. mulier. §. pe. ad trebell. ff. Primo itaq; vocatos dulciter & præfracte ab auo nepotes cōuincitur ex l. filiusfam. §. cum quis. ff. de leg. j. quauis hunc §. à multis in diuersum trahi compererim, tamen videtur planè liberos cōditionis, hæredes ex testamēto fateri. cū quis, inquit, rogarus erit, si sine liberis decesserit, per fideicommissum restituere, conditio defecisse videbitur, si patri superuixerint liberi, nec quæretur, an hæredes extiterint. hoc est, non quæretur an possint esse hæredes, quia sine dubitatione hæredes erunt. † Dubium esse poterat, quia si nepotes sunt primi fideicommissarij vocati ab auo priore loco, illis non est restituenda hæreditas, nisi sui iuris inueniantur. l. fideicommissa. §. si filio. ff. de leg. iij. & idcirco scribitur in d. §. cum quis. quod quæri non debet an heredes extiterint, quia morte patris inueniuntur sui iuris, & capiunt auitam hæreditatem. Vel secundò, sic accipi potest d. §. cum quis. institui filium, grauau restituere Seio, sub conditione vulgari, si sine liberis decesserit: sustulit liberos, liberi abstinent se hæreditate paterna omnino & auita. quare an fiat locus Seio, & magis est ne fiat, quia siue hæredes extiterint agnoscendo fideicommissum, siue non extiterint repudiādo, semel in perpetuum exclusus est fideicommissarius ille Seius. Vel tertio, concedamus, quod hi volunt, qui liberos in dispositione esse nolunt, & fateamur nepotes

potes à patre exheredari posse, & explicemus illa verba, nec quæretur an hæredes extiterint, pro eo quod est, an instituti à patre fuerint, vel exheredati: quid. tum? quid, inquam, proficit illis §. cum quis? nihil prorsus. quoniam fatebor hos liberos, id est, nepotes in conditione positos exheredabiles quantum ad bona ipsius filij grauati, sed non quoad bona aui subiecta restitutioni. hæc vltima expositio mihi placet propter l. si. ff. vnde legit. † Secundò, quod vocati sint in dispositione facit l. Lucius. ij. ff. de her. instit. vbi Lucius, qui fratrem instituerat, & si sine liberis decesseret, substituerat seruos, nō solū fratrem prætulit substitutis, sed etiā eius liberos. hæc l. Lucius propugnaculum visum est plerisque antehac nostræ sententiæ, eo quod non solum prælatus sit frater, sed & liberi conditionis expenderunt naturam particulæ, non solum, quæ solet, ut aiunt, similia equaliter connectere, sed frater ex testamento vocatur, id nemo dubitat, quare & liberi ex testamento post eum etiam veniunt. Non patiar certam victoriam iuari gregario & tam sordido milite, nec eam in numeros referam, cū hostes se iam iam velint honesto Marte dedere. † quis enim credat, non solum, semper æqualia repeteret: in l. non solum de vsu & habitat. dicitur, quod si relictus sit vsus domus mulieri, non solum cum marito, sed etiam cum libertis habitabit, nō tamen eodem iure cum libertis, l. quoties. §. si quis primum. ff. de hæredib. Inst. l. non solum de iniur. non solum tenetur iniuriarum, qui fecit iniuriam, sed etiam qui fieri curauit. variè tamen ut, ibi per glos. Omnem moueamus lapidem, & id agamus, si possimus, ut l. Lucius. pro hac parte facere videatur reiecta trita illa inductione. Lucius fratrem instituit, & substituit disiunctiue sub triplici conditione, si hæres esse noluerit, aut si non adita hæreditate decesserit, aut si filios ex se non habuerit. Statuit Scæuola non prius substitutis locum fore, quàm si omnes conditiones accidissent, quasi coniunctam adiectæ fuissent. ideo si quidem frater hæreditatem adiuuit, sed liberos non habuit. satis est ad excludendum substitutos. quia eo quod omnes conditiones non acciderunt, substitutis non potest esse locus. Deinde dicitur eadem l. Lucius, quod magnus est fauor clausulæ, sine liberis, & prudenti cōsilio testatoris adhibetur. Quæro, quis est ille fauor, nisi ille, quod ex testamēto vocet ipsos liberos: nā nō est dicere, quod si ipsa defecerit cum alijs disiunctiue scripta, pro copulata habeatur. quia tantundem est dicendum, de illa clausula: si hæreditatem non adiuerit, quæ defecit in l. Lucius. & sola substitutos exclusit. l. generaliter. C. de institutionib. quod si hoc obtinet in d. l. Lucius in liberis ex fratre, quanto magis in linea recta descendantium vires habeat? hæc enim sola propagat testantis familiam. l. liberorum. §. si. ff. de verb. sign. & tamen illic prætulit liberos fratris ipse suo Marte per conditionem, neque, ut putant, fuit contentus legis ministerio aut fratris. Tertio succurrit. l. inter. §. cum inter. de pact. dotalib. vbi locer & gener pacti sunt, ut defuncta in matrimonio filia sine liberis dos patri restitueretur: quare sic cogitatu Papinianus ait, ut superstitibus liberis gener dotē retineat. igitur dos illa liberis in cōditione nominatis matri haud dubie successuris seruabitur. **P**OMPONIUS. De niue in sole columnā facis, ut ei incubas, dū te isto Papiniani firmas præsidio. nā imprimis cōtractū adducis, in quo scis cōditiones posteriore esse quā in testamēto. §. ex cōditionali. de verb. oblig. l. si in personā. C. de fideicommiss. vbi de ea ipsa cōditione, si sine liberis, tractatur: Accedit quod in d. §. cū inter. nō dicitur ex tali cōditione quicquā quæsitū liberis, nisi obiter quod matri succedat, nec succedat quidem, nisi mater prior marito suo decesserit: quod notatu dignissimū puto. l. 2. ff. eod. tit. de pactis dotali. & sic liberorum nomine retinetur dos: nō tamē affecta illis cōtinuo. l. 3. C. de pact. conuent. addo quod sine vllō pacto cū supersunt haberi dos apud patrem residet. l. illam in fi. C. de collati. **F**VRIVS. Proinde iā † Tertio facit mecum ve lis, nolis, l. cū auus. ff. de cōd. & demōst. vbi si auus rogauerit nepotē patruo hæreditatē restituere, subintelligitur clausula, si sine liberis decesserit. quia plus dictū, & minus scriptū est. Quocirca quū expressè grauatur restituere sub ea cōditione, si sine liberis minus scriptū, & pl⁹ dictū videri debet, proinde effectu liberi erūt fideicommissarij ex testamēto aui, ut l. vnū ex familia. §. pe. ff. de leg. j. Multi pro cōtraria opinione ambiūt d. l. cū auus. & sic retorquēt: si eadē est vis clausulæ tacite, si sine liberis, quæ est expressæ. quia plus dictū quàm scriptū est, certum est tacitam non vocare liberos ex testamento, ergo nec illi par & similis expressa. Respondeo, cū auus seu pater filium instituit & grauatur restituere, hoc fauore donantur liberi ex instituto filio, ut tacite pro vocatis habeantur. lex vltimus non progreditur, quàm ut liberis vocet tacite, & in conditione nuda ponat ad exclusionem substituti. Ita cū in conditione nominatim liberi sunt, habent suum fauorem. hoc est, ut conditio operetur dispositionem non tantum exclusionem fideicommissarij. ut ecce, dux in castris edixit: Quicumque miles strenuè pugnauerit, fiet de milite centurio: qui verò centurio fuerit, Tribunus efficietur. Si simplex miles bene se gessit in prælio, fiet centurio iuxta edictum, sed nō ideo quia recenter centurio est, fiet Tribunus. ille autem qui iā erat centurio, re bene ge-

sta, Tribunus erit ut in principe de legib. cum l. si augusta. de legatis. 2. sic gradatim Cyrus iunior apud Plutarchum peditibus equos, equitibus currus pollicebatur: neque ideo quod tacita conditio subit expresse vicem, huius potestate valet. l. sedet. §. j. ff. de hered. instit. l. magna. ff. de verb. sign. sic expressa conditio, si sine liberis impedit transmissionem eius l. si in personam. C. de fideicommiss. non vero tacita: alioquin nullum fideicommissum liberis iniunctum ad heredes fideicommissarij transmitteretur, cum omnibus eadem in sit conditio. Nec mihi obiciant, quod eadem est vis taciti, quae expressi. quia tam variè passim deprehenditur falsum esse, ut verear ego huic respondere. l. talis. ff. de leg. j. l. si quis Sempronium. ff. de her. instit. p. o. m. p. Nonnulli propter l. iubemus. C. ad Trebell. desciverunt ab ista & veriore sententia, ac velut transfuga sese hostibus dederunt. Ibi filius à parente institutus, grauat fuit de restituenda hereditatis parte sua fratribus, si absque liberis animam egisset, Trebellianicam integram detrahet, nec fructus in eam imputabit. Mox subdit, Idemque esse, si pater filio, ut supradictum est, instituto eum rogauerit nepotibus pronepotibusve restituere. Aduertamus, si pudor est, quemadmodum satis euidenter probat d. l. iubemus. nepotes non esse in dispositione, cum dictum est, si filius sine liberis decedat. si enim essent vocati, cur imperator secundum casum in versic. idemque facit, qui est quando filius grauatur nepotibus restituere, cum iam in priore idem esset, propter clausulam, si filius sine liberis diem suum obierit. qui liberos & sic nepotes abundè vocat. Respondeo, in d. l. iubemus. non hoc agi vel præcipuè dubitari, an nepotes in dispositione sint, an non: sed duo casus dissimiles deciduntur qui pertinent ad detractionem Trebellianicam. Vnus, cum filius grauatur restituere ijs qui ei sunt à latere: nempe fratribus, & tunc fructus in quartam non imputat. aliter casus est, cum rogatur filijs suis, & sic nepotibus, restituere. vel deinceps pronepotibus, & tunc idem iuris est. neque priore casu negatur, quin nepotes ex filio sint ex testamento vocati ut primi fideicommissarij, & sic, quin filius descendens restituere teneretur. sed hoc interest inter priorem secundumque casum, quod priore, nepotes nati non sunt, quod etiam ita demum fideicommissum accipient, si nascatur: in secundo casu iam nati erant & certiores, ac proinde chariores l. quod Labeo. ff. de carbon. edict. Proinde quod dicitur in versic. idemque. d. l. iubemus. idem esse si filius (sicut supra dictum est) heres institutus rogetur de fideicommissio. sic intelligo, si rogetur, cum sit institutus in asem vel in partem tantum nepotibus reddere, non autem cum clausula, si sine liberis decesserit. quia fieri non potest, ut liberos non habeat, qui habet nepotes. l. liberorum. ff. de verb. sig. noui ego vulgo torqueri in diuersum l. si qui sub. ff. si quis omis. caus. test. vbi heres institutus sub conditione dadi decem Titio, potest impune ab intestato venire atque ita fraudare Titium legato: cum sit heres aliàs legitimus: nec Titius inter legatarios habeatur, cum sit in conditione, sed ut interim omittam mirum fauorem liberorum ex l. fideicommissa. §. hæc verba. ff. de leg. 3. nos tractamus de liberis, qui ipsi in conditione sunt, ut excludat substitutum: at qui in d. l. si quis sub. non Titius erat in conditione, sed onus dandi decem Titio.

OBSERVATA IN LI. DIALOGVM.

- | | |
|--|--|
| 1 Intellectus l. j. de pact. C. | 4 Intellectus l. ex facto. §. ex facto. C. ad Trebellia. |
| 2 Incertum conditionis, quid sit explicatur l. i. §. quod ait prætor voluntate. ff. quor. bonor. | 5 Liberi post deportationem concepti, non videntur liberi. |
| 3 Aui hereditas paterna vocatur. | |

INTERLOCVTORES.

CAIVS, PAPYRIVS, LABEO.



NUMERAS rationes adducunt plerique de media plebe doctorum, & acerrum faciunt argumentorum ex l. si quis sub. ff. si quis omis. caus. & ex l. ex facto. ff. de her. instit. & quoquo modo probare volunt liberos in conditione positos non esse ex aui testamento vocatos, exercitum faciunt multos lixas habentem, non multos milites. quid enim d. l. si quis sub. & d. l. ex facto. faciunt ad liberos, quorum fauore leges multa disponunt, quæ alioquin non disponerent. l. vnus. §. si. de legat. ij. l. pater. §. auus. ff. de except. dol. Sola lex j. C. de pact. terrori esse potest, ut que primo impetu cum illis faciat, qui liberos non esse vocatos aiunt. Meuius duos habebat filios, Philinon & Licinium, Philinum instituit, rogauitque restituere hereditatem Licinio,

Licinio, si sine vllis liberis decederet. Cum nondum liberos Philinus sustulisset, conuenit Licinium: Scis inquit, o Licini, quod tibi teneor hereditatem reddere, si absque liberis me mori contigerit. agè, paciscere mecum, quod nullo euentu tibi tenebor hereditatem dare, restituere: & in præmium cape sextantem, id est, duas vncias ex hereditate. Licinius consensum præstitit commodo præsentis allectus, neque pro se cauit. ut quantum fratri Philino liberi agnascerentur, tamen ille sextans auocari non posset. Quid multa? Philinus liberos habuit, id est, vnicum filium, qui nunc vult repetere sextantem à patre datum. Redde sextantem, Licini patre, inquit, quia pater tibi sextantem dedit, ut tu remitteres onus fideicommissi, etiam si liberos haberet: quod tu fecisti, dulcedine presentis pecuniæ fecisti, sed quo casu ipse liberos genuisset, ne tertium quidem tibi daturus erat. neque aliter verba vestrae conuentionis se habent, quam ut pactum pro patre meo fuerit, ut exoneraretur, non autem ut tibi faueant. Hæc est mera species d. l. j. C. de pact. & præcipuè eius dubium est, an pactum, cuius verba solum fauorem Philini respiciunt, possint Licinium iuuare. demum imperator in Licinium inclinatur, & sextantem ei seruat, & reuocari ab eo non patitur. tamen si vulgo dici soleat donationem reuocari agnascensibus liberis donatori post perfectam donationem l. si vnquam. C. de reuoc. danat. ceterum hic pure donatum fuerat, & liberaliter ab eo, cui spes sobolis non erat vel cogitatio: quæ si animo accurisset, minime exterum posteritati suæ prætulisset. & in conuentionibus mens paciscentium exploranda est, ea, quam derexissent rogati l. si. C. quæ res pig. oblig. at in l. j. C. de pactis Philinus cum sextantem dedit dubius fuit liberos ne susciperet an non. nec sponte dedit, sed ob causam quæ secreta est, & ex eius implemento peti sextans posset, & si non esset solutus, præscriptis verbis actione l. cum mora. C. de transact. quia pro illo sextante iam Philinus non nihil acceperat iniucè, quod non posset vnquam reddere. fraternas insidias vitauerat, quæ quæ sint, Romulus & Remus ostenderunt. l. si. glof. ibi. ff. de rer. diuis. votum captandæ mortis remissum erat. l. de fideicommissio. C. de transact. Sed maximè incertum conditionis erat remissum, super quo fundatur d. l. j. C. de pact. hoc est, illud suspensum & illud dubium, vtrum Philinus decederet cælebs fortè vel aliter sine sobole, & sic totum Licinius consequeretur ex iusta spe fideicommissi. hoc enim propriè vocatur incertum, quando contingere potest lucrum, & remittitur illa suspensio, an sit, vel non sit. l. nam hoc modo. ff. de hered. vel act. vedit. & conditionis incertum, est illa dubia spes an bene cedat an contrà. l. qui ex liberis. ff. de bon. poss. secun. tabul. P A P Y R I. Tu Labeo, qui nullam seram putas esse tam intricatam quam acumine ingenij nequeas recludere dic, amabo, qualiter ante euentum conditionis pactio remittens futurum euentum consistit l. si ita scriptum. §. i. de legat. 2. at dices pacto duorum fieri quæ non repudiatione sed vrgebit. l. si. filius. ff. de condict. caus. dat. & validius. l. i. §. quod act. 2. ff. quor. bonor. vbi etiam in eo quod conditionem non habet voluntas heredis non patrociniatur legatario an readitam hereditatem. L A B E O. Magis ego mihi videor expalluisse quam si cum inquam biennio comedissem. nam etsi voluntas ibi pro simplici stet tolerantia. l. i. §. pe. de rebus actor. acti. tamen debuit nocere tacenti. l. 2. §. si. sol. marri. ff. proinde aio non esse nocitum heredi, qui non audet legatario dissentire expresse, ne videretur adire accipitrem hereditatem sollicitudine rei legata. l. gerie. ff. de acqu. heredit. nihil tale accidit, ut Caius iam docuit, in d. l. i. de pact. vbi in dubio incertum Licinius remisit, ergo aliquid magnū dedisse potest videri. l. spem. C. de donat. l. propter. ff. famil. herciscund. exemplo transigentis qui dat pecuniam, ut solus litis dubius exitus videtur, nec repetit, licet aliàs indebitam l. in summa. ff. de condicti. indeb. Sed cur non licet nisi extantem dare cum in l. cum proponas. i. C. de pact. totum fideicommissum impune remitti queat. nec dici potest ibi abesse conditionem, si sine liberis quæ semper intelligitur. l. cum auus. ff. de cond. & demonstr. Verum ibi non vnus tantum frater rogatus erat restituere, sed vterque alteri. l. de fideicommiss. C. de transact. præterea ibidem clausula liberorum non erat expressa testamento.

P A P Y R I. Non miror, quod Vlysses Sirenum cantus effugerit, mirarer, si mellissuam tuam interpretationem effugisset. quanquam non multum pertineat ad obiectionem illam, quæ vulgo fieri consuevit hoc modo: si liberi Philini vocati essent in aui tabulis, & quod aiunt, si essent in dispositione, sextans à Philino non potuisset alienari, tanquam subiectus restitutioni vnà cum reliquis bonis auitis, aut certè aduentu conditionis rescinderetur alienatio. l. si. §. si. C. communia de legat. c A I. Nonne præmonui, d. l. j. C. de pact. ad hoc præcipuè respicere, an pactum conceptum in fauore Philini Licinio quoque profuturum sit: id, scilicet, curauit Imperator in tractatu Pactorum, an liberi ex testamento vocentur an non? haud

quaquam. Præterea (vt omnes quoque dicunt) & si grauatus esset de restituenda hereditate, tamen sextantem imò plus impunè alienasset, tum pro legitima tum pro Trebellianica, detrahit enim ambas, cum sit grauatus sub conditione. iuxta gl'of. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. test. P A P Y R. Vera dicis, & adeò vera, vt parù obesse putè l. generaliter. C. de institut. quam sic quidem torquent: ibi filius rogatur restituere sub conditione, si sine liberis. † & hæreditas illa contemplatione horum liberorum vocatur paterna, quia si ex iudicio aui ad eos perueniret, vocante illos ex testamento, auita potius vocanda esset. R'spondeo, iuxta interpretatione patris nomine auus demonstratur. l. iuxta. ff. de verb. signific. Item quia per mediam personam patris rogati accipit, vocatur paterna, licet re vera auita sit. l. si ex patris. §. Iulianus. ff. de bon. libert. l. vnic. de his qui ante apert. tab. C. adde d. l. generaliter. mirifice iuuare id quod de legitima & de Trebellianica detrahenda proditur. ait enim indignum per verborum angustias liberos omni pene fructu paterno defraudari. inueniens per particulam, pene, quam expendit solers Accursius, quartas deberi filio hæredi rogato. non enim, opinor, is qui sextantem dedit perinde potuisset totum remittere in dånnum suorum liberorum, nisi fideicommissum esset reciprocum, vt in d. l. de fideicommissis. C. de transact. vbi reprehenditur Iulius Paulus lib. receptarum sententiarum tit. de fideicommissis, prohibens huiusmodi pacta aduersus fideicommissum à parte iniunctum inuicem, & in l. 16. C. de pactis. sed Pauli sententia viget in feudo paterno duorum fratrum, quorum alter pacto personali sua de portione remissionem interposuit, cap. 1. de eo qui finem fecit agnato de feudo paterno. vel forte quia talis pactio nocitura erat tertiæ personæ, id est, domino qui obsequia à veris exigit hæredibus. l. si vnus. §. ante. ff. de pactis. † Illud non parum difficultatis habet, quod Vlpianus ex facto tractatum meminit in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellianicam. Titia rogauit filium suum, vt si sine liberis decessisset, restitueret hæreditatem patri suo: filius deportatus est sublati liberis, queritur an conditio defecerit. nam si defecit, fiscus succedit in totum in bonis deportati. l. deportatorum. C. de pæn. si verò non defecerit, quia liberos non habuit, fit restitutio ex Trebelliano, & solam Trebellianicam capit fiscus nomine deportati. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. testam. Distinguit Vlpianus in d. §. ex facto. aut filius habuit liberos ante deportationem conceptos, & defecit conditio restitutionis: si verò post deportationem concepti fuerunt, pro non conceptis habentur, nec defecit conditio. quia non videtur habuisse liberos, qui tales habuit. ideo fiscus nomine deportatio solam Trebellianicam detrahet, cætera bona fideicommissario restituentur. nam hoc casu durum esset omnia bona fisco vendicari.

Contemplare attentius, vides totam controuersiam bonorum esse inter fiscum & fideicommissarium expressum. liberi verò in conditione positi nihil consequuntur: quia si nascantur, excludunt fideicommissarium, & fiscum nomine patris deportati inuitant, vt innuit d. §. ex facto. in fin. atqui si vocati essent ab auita testatrice, fiscus non succederet ad omnia, sed his ipsis fieret restitutio. Hærebimusne, an vt cunque soluemus nodum ferè Gordium? quid si dicamus ibi filios non esse in dispositione peculiari ratione, quam textus expressè assignat: quia ab alio quàm à filio testatricis concepti videntur, cum post de portationem concepti fuerint. ergo si ab alio concepti fuissent, non negatur, quin venissent vt priores fideicommissarij. quare cum sibi prodesse nequeunt, non debent nocere fideicommissario exemplo maris in l. si. C. de institut. & sub. Neque in j. parte §. ex facto. negatur quin filij ante deportationem concepti prius veniret, quàm fideicommissarius vltior. Aliter quandoque explicui verba d. §. ex facto, in si. ibi maximè, cum etiam bona cũ sua quodammodo causa fisco sint vendicanda. hoc est, non debet esse curæ fisco vt succedat deportato, excluso fideicommissario expressim vocato: quia ià tenetur restituere hæreditatè liberis post deportationem conceptis. qui si ex matre libera nati sint, liberi sunt, nec patris sed matris conditione sequuntur. l. & seruorum. ff. de stat. hom. Nec obesse, quòd ab alio videntur concepti, quia articulus, quasi, hoc temperat, cum ait quasi ab alio. x a b e o. Rursus mihi ipsi scabo caput, memorans ea quæ in l. 1. de pactis dicuntur de incerto conditionis remisso impune, cum in nec nos. C. de captiuis nò liceat in vrbe pacisci de eius hereditate qui an viuat apud hostes, incertum est: An quia sinistrū eius euentum ominari nefas est in dubio l. inter. §. sacræ. versic. adeo. de verbor. oblig. An potius quod impium sit de lucro cogitare, successione illius, de quo redimendo animum esse præstitit? Fisco ipse applicarem eiusmodi hæreditatem vt l. quidam. §. si. de donat. nam licet in l. nec nos dicatur non obesse perperam factam pactionem successuris, factor, sed tamen mox ab ipsis fiscus tenax extorquebit quod antea blandiendo promisit. l. x x i x. §. in omnibus. ff. mandat. l. Lucius de iure fisci, quasi spongiam malorum premar.

O B S E R -

- 1 An pollicitatio producat obligationem. 3 An qui tacet, consentiat.
2 Si quis dicit, non repudio, nec accepto, pollicitatio est. 4 Quando quis ex pollicitatione obligetur.

INTERLOCVTORES.

MACER, PAPYRVS.



EV M perpetuò discruciat animum huius loci difficultas, non minus quàm inexplibilis aquila immortalis iecur Promethei. nunc quiescit Papyriana solutio compositus, aliò festinat. opportunum est iam de conventionibus, pactis, & præcipuè de pollicitationibus disputare. P A P. † Quare de pollicitationibus cum nullius effectus sint, & iure ciuili non obliget, nisi per paucos casibus, l. j. & l. pactum. ff. de pollicitat. hoc pacto tributum est, vt naturaliter obliget, quia duorum consensu fit. l. j. ff. de pact. pollicitatio solius offerentis consensum habet. d. l. pactum ideo minus obligat. M A C. Quomodo istud verum sit, non

fatis intelligo, cum is cui aliquid offertur, consentire præsumatur, nec tam supinus esse, vt commodum suum despiciat. l. cum de indebito. de probationib. ff. & qui tacet non negat. l. qui tacet. ff. de reg. iur. vnde Musæus in Hero & Leandro. Πάρεναις δὲ

Ἰδὲ τοῦδ' ἴσως ποτὶ λείπεον ἔσπευσε, ὅτ' ἰσώπῃ.
Est signum Veneris, taceat si virgo, futura.

Id est,

P A P. At ego obstinato sum animo, vt credam pollicitationem præsentem factam non acceptatam obligare non posse. Et pollicitationem appellari arbitror promissionem præsentem factam, non tamen acceptatam. l. ea quæ. ff. de contrah. empt. l. sciendum. de ad l. edict. nò enim ibi emptor absens erat. obligare autem idcirco non puto. quia qui non acceptat beneficium quod est oblatum, contemnere dicitur. & sic non nocet d. l. cum de indebito. vbi nemo præsumitur iactare siue prodigere suum, quia sic explicatur, pro eo quod est, nemo videtur suum in alium transtulisse, nisi consilio & iusta ratione, sed oblatum ab alio, cum non acceptat, utique despexisse præsumitur, taciturnitate. l. de ætate. §. qui tacuit. de interrog. acti. ff. deinde notum est nostrum seu nobis iam quæsitum difficilius amitti quam acquirendum. l. 3. C. de pact. & Aristoteles lib. 4. Ethicorum cap. 1. ait esse viri iusti, non accipere. cum sint innumere causæ, propter quas oblatum munus quisquam respuat. l. quia poterat. ff. ad Treb. l. hoc iure. ff. de donat. Inter cæteras illa est, quòd homo non ingratus cogitat. quia siquidem munus oblatum capiat, à paupere viro potissimum, ad antidora obligatus est, id est, ad remunerationes. l. sed et si lege. §. consuluit. ff. de pet. hæc. Plautus in Aulularia:

Nunc petit, cum pollicetur, inhiat, aurum vt deuoret.

aut forte vt Xenocrates apud Suidam respuens 30. talenta missa ab Alexandro rege, ait regem egere pecunia non Philosophum. l. 8. §. ps. de vacati. muner. Quid, quòd etiam munera ab eo homine forsitan inimico non vult? quia talia sæpius damnosa sunt, vt ensis quem dono dedit Hector Aiaci, & huius balthus Hectori donatus: & vestis Deianiræ, data Herculi. Scitum est illud Senecæ libro 2. de beneficiis: sæpe, inquit, nihil interest inter hostium vota & amicorum munera. Aristoteles Cyrenensis, vt est apud Ælianum lib. variæ historiæ. 10. cap. 8. dixit à nemine oblatum accipi oportere: aut enim vt rependere possis, molestiæ tibi fore, aut si non referas, ingratitude, idem alibi refert Phocioni egeno Alexandrum centum talenta misisse per nuncium, quòd bonus vir esset: tum Phocion respuens: sinat, inquit, me talem esse quid si munus videatur inutile auth. sicut. C. de sacros. Ecclesi: nec est simile illud in l. tale. ff. de pact. pro fiteor te non teneri. quia hic pactum est validum, vel quod obligatus reus responderit acceptans, vel gratias agens, cum lex dicit pactum fuisse. vel quòd plus est quam pactum de non perendo: hoc enim is qui promittit, factum non petendi promittit: illo vero iam fateretur liberatum. denique in dubio, obligatus iam velle præsumitur exui vinculo debiti citius quam obligare alium sibi promittentem. l. Arrianus. de action. ff. Is igitur, qui oblata quædam munera noluerit, modestius faciet, si tacuerit, ne irritet offerentem, & ne despiciere intelligatur, perinde ac dicat, nec capio, nec reicio. Nanque malè est persuasum nonnullis hæc verba, † Neque volo, neque repudio, offerenti dicta, pactum esse, cum nudam pollicitationem faciant. per l. qui tacet. ff. de reg. iur. vbi qui tacet, nec faretur, nec negat. Si non fatetur, non consentit: si non consentit, pactum non est. l. j. ff. de pact. aliud enim est vel-

le, aliud non nolle, vt in pollicitatione contingit. & l. non vti que. ff. de except. & scientia non est voluntas. l. j. §. scientia. ff. de tribut. act. † Quo fit, vt ineptè vulgus dicat, eum qui tacet consentire, si res sit taciturno profutura. cum magis (vt dixi) præsumatur dissentire. Quãtò verius est, eum qui tacet, in ijs, quæ sibi damno futura sunt, si cum possit, non dissentiat consensum præstitisse videri: l. ij. §. voluntatem. ff. solut. matr. l. fideiussor. §. pater. ff. de pign. iuuatur vis damnosi silentij. l. si seruus communis. ff. de donat. int. vir. & euidentius in l. xvij. ff. ad Macedon. Et in vniuersum generalis est illa regula, quòd silentium suum cuique nociuum est, siue id quod agitur in vtilitatem tacentis fuerit, siue in detrimentum. quia illo casu imputetur ei, qui non expressè acceptauerit. hoc verò casu imputetur ei, quare non recusauerit, quod si vt arbitrantur, quicquid prodest, acceptari ab eo cui offertur, præsumitur, cur quæso, ante traditionem non valet absentis facta donatio. l. 2. §. pe. l. absentis. ff. de donat. multo magis hæc valere debuisset, vt pote cum absentis imputari nequeat, cur euestigio non responderit, vt præsentis l. i. §. cum adicitur. ff. de verbor. obl. qui textus negari nullo modo potest. Inde est quòd in l. qui patitur. ff. mand. & l. fideiussor. C. eo. vbi, qui patitur ab alio mandari, vt sibi credatur, mandare intelligitur. ideo quia silentium ei nocet, qui potuit hoc oneris recusare. hoc est, ne mandati obligetur, non autem (vt ibi male ait Accurs.) quia negotium respicit vtilitatem patientis & tacentis. quia licet vtilitas sit credi mihi pecuniam, tamen onus est, obligari mandati. Præterea creditum pecuniæ non est mera vtilitas, qualis in pollicitatione: quia mutuum reddi necesse est. Denique in d. l. qui patitur. is qui acceperat pecuniam, ex mandato obligatur, eo maxime, quia negotium, effectum habuit. quia, inquam, ex tali mandato tandem accepit pecuniam. & factum plus dicto facit. l. si tamen. verfic. ei qui. ff. de æd. edict. & quòd res facilius demonstratur, fac me tibi polliceri centum, rases, sed accipis re centum, † quis in tantum iciunus est, qui neget ralem pollicitationem effectum habuisse: l. quam Tuberonis. §. sunt quidam. ff. de pecul. l. semper qui. de regul. iur. Sunt & alij casus, ex quibus pollicentem obligari certi iuris est: vt cum ædes emo, dicis bene materiatas. vel equum sine vitio, atque ferocientem. quia

Laudat venales, quos vult extrudere merces,

Mercator.

Obligaris eo nomine, quia pluris huiusmodi iactationibus vendideris. l. ea quæ. ff. de contrah. empt. l. sciendum. ff. de ed. edict. Tertio, obligant pollicitationes cum vltro citroque factæ sunt. nam cum mihi polliceris, & ego tibi, vt par pari referam, acceptare censeor. l. cum duobus. §. si in coënda. ff. pro socio. Inde non respuo, quòd quidam volunt fauore dotis quem ex pollicitatione teneri. l. ad exactione. C. de dot. promiss. quia plerunque obtales promissiones vera in matrimonia sequuntur. nisi ibi pollicitatio pro pacto sumitur. ideo obseruatum est, circa dotes pollicitationis nomen vsurpari. l. 2. §. filiam. ff. de collat. dot. l. si. C. de dot. caut. vbi Accursius. accedit, quod si quis promittat, aut polliceatur honorificum seu commodum Reip. confestim obstringitur. l. hoc iure. ff. de donat. at dotes constitui interest Reip. propter matrimonia iustæ proli necessaria. l. 1. ff. solut. matr. & ne quis non putet hoc verum, qui pollicitationem pro mera forsitan pactione accipi obijciat, & id fateor, vt explicat imperator in l. nuda. C. de contrah. stipulat. videat ille, quæso, pollicitationem in causa dotis in sua significatione manere, & à promissione secerni. l. r. C. de iure dotium & ibi ex vtrauis pariter agi, id est, promiscuè ex pollicitatione, & promissione dotis. l. si. C. ad Velleian. An pollicitatio fiat per epistolam quæri solet, & vti que si is ad quem mittitur scripta promissio, gaudet, approbat, consensu tali pactum facit. l. labeo. ff. de pact. & ita obligat scribentem. l. quidam. de constit. pecun. l. ea quæ de donat. inter vir. cur ergo non obligat missa Reip. l. Charidemus. ff. de pollicitati. Respondeo, ibi non ad proceres syndicos ve missam epistolam, vt nummus ederet scriptor, quia teneretur l. aliud. §. refertur de regul. iur. sed ad amicum tertium, vt forte feras aliquas pro editione in circuis compararet, vt Cælius ad Ciceronem scribens libro. 8. epistolarum cap. 2. & 8. Quãtò, igitur pollicitatio obligat, si ob iustam causam ciuitati atque reipub. facta sit l. j. ff. de pollicitat. Ratio est, quia reipub. est nomen sine corpore, vt dicebat Titus Amprius apud Suetonium: constat enim ex multis ciuibus, neque potest imputari reipublicæ, quod non acceptauerit, vt cuique priuato. Præterea vtilitas reipub. fauorabilis est in omnibus l. vtilitas de primipilo. lib. xij. c. cum autem priuati magis soleant proprijs studere commodis, lex pro reipub. esse voluit. Obligatur etiam quis ex pollicitatione reipubl. quanuis sine causa fecerit, si tamen cœperit facere opus promissum d. l. j. ff. de pollicitat. idem si non cœperit, sed Reipublica respectu pollicitationis effutitæ quid impenderit. pe. ead. l.

OBSER-

1. Ex iuramento promissorio producit obligatio.
2. Declaratur l. vt iurifurandi. ff. de oper. libert.

3. Intellectus l. si quis pro eo. ff. de fideiuss.
4. An liber homo teneatur si operas suas promiserit.

INTERLOCVTORES.

FLORENTINVS, PAVLVS.



VOMODO tandem mihi persuadebo, an iurando promissorio nusquam obligationem dari, si pollicitatio alicubi actionem nacta sit: præsertim cum præter iurifurandi religionem pactum in sit. PAVLVS. Et tamen tabes huius erroris sic per totum ius civile serpsit, vt venenum ex sanguine Nessi Centauri, per corpus Herculis. FLOR. Et si scirem verum esse, non pateret tamen mihi persuaderi. † Et qui fieri poterit, ex iuramento licito cum pactione simplici non produci obligationem nisi p actione per se naturaliter obligat. l. cum amplius. §. is natura. ff. de regul. iur. si enim remoto alio adminiculo conuentio prodest, certe coniunctim non oberit. l. si stipuler. §. si. ff. de verb. obligat. si adulterium. ff. ad legem Iul. de adult. cum iuramentum aliàs illicite interpositum negotio, non vitiet, sed vitietur. l. quæ sub conditione. §. quoties. ff. de condit. instit. & cum à principe gratia fiat iurato l. si. ad municip. ergo ante obligat licet in re dura. Secundò, in promissione iurata potius ipsam promissionem inspicimus, quàm iuramentum. quia licet iuramentum sit nobilius tanquam Deum testem faciens, & respectu diuini numinis interpositum, l. qui per salutem. ff. de iureiur. tamè certum est, quòd accedit promissioni. arg. l. et si non. §. fin. ff. de aur. & arg. leg. Proinde quâuis Doctores iurifurando inuideant, debuerant tamen violentiam manus à promissione abstinere, cum propter accessorium, maxime tam pium, non sit tollendum principale. l. 5. §. qui principale. ff. de ijs quib. vt indig. Tertio, lex Iulia remittit liberto promissionem iuram de non ducenda vxore. l. adigere. §. fin. ff. de iure patr. igitur, nisi lex vt iniquam remississet, obligaretur. quarto. l. 5. §. si. ff. de captiuis. si locum à speciali sumas, licuisse peierare. M. Attilio vides, qui iuratus promiserat se reuersurum Carthaginem ad hostes. l. nihil eod. rit. igitur secus est in libero ciue sentiendum. Quintò succurrit. C. si. ff. de liber. causa, vbi seruus manumittendus (qui iurauit se promissurum operas, cum primum manumissus fuerit) obligatur. sexto adest. l. cum parer. §. filius. ff. de leg. 2. vbi promissio iurantem se præstaturum fideicommissum alioquin inutile, obstringit septimo. l. si duo. §. si. ff. de iureiur. vbi non tantum tractatur de iurando decisorio sed etiam de promissorio eius, qui promiserat se soluturum vt l. si quis maior. C. de transact. exemplo Dei Maximi, qui promissionis robur firmavit iurando per semetipsum: quia maius numen non inueniret teste Apostolo ad Hebræos cap. 6. subuenit. l. non dubium. C. de legibus vbi pactione seu sponsio contra bonos mores non viret sacramento, sed ea quæ licita est. † Videre videor mihi obiici l. vt iurifurandi. ff. de oper. libert. vbi vt iurifurandi obligatio contrahatur, libertum esse oportet, qui iuret, & libertatis causa iurare. vt sic speciale sit liberti obligati ex eo iuramento, per quod promittit operas. ergo cæteri non obligantur. Respondeo ibi Vlpianus non dicit neminè obligari promissione iurata, nisi libertus sit quia sibi met repugnaret in l. si collactaneus. de manumiss. vind. quæ mirifice opitulatur pacto & iurifurando. sed dicit seruum iurantem se præstaturum operas non obligari ex iuramento, neque ex stipulatione, nisi post adeptam libertatem. Itaque d. l. vt iurifurandi, non excludit omnes qui iurant, ne teneantur: sed hoc agit, vt pro operis nemo seruus, antequàm liberatus sit obligetur ex iuramento promissorio, nedum, vt dixi, ex stipulatione; per text. aureum in l. si. ff. de liber. causa. qui innuit idem esse in stipulatione, cum ait, quòd non obligatur, nisi cum manumissus est, incontinenti aut iuret, aut promittat. id est, stipulanti patre no. vt l. si quis operas. ff. de oper. libert. ergo cum sint tria hominum general. 4. de iustitia & iur. Doctores solos liberos ac libertinos considerant, seruis desidiose prætermisiss.

Dirimamus alterum dubium & ferè capitale. d. l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. vbi si quis pro eo qui libertus non sit & operas se præstaturum iurasset, fideiussit, non tenebitur. PAVLVS. Meæ partes sunt illam l. si quis. explanare, quia à me edita est obstaculum facere videtur, ideo quòd fideiussor, vel naturali tantum obligationi accedere potest. l. fideiussor.

§. fideiussor. ff. de fideiuss. Sed cum fideiussor non teneatur promissit prestaturam operas, nisi sit libertus, apparet nisi libertum ex iureiurando obligari neminem. hoc autem solummodo provenit imbecillitate sola iuramenti: nam promissio operarum per se utiliter valeret. l. iij. ff. de usufr. legat. hec est oppositio sanequam difficilis, quae nihil demum obscurum est, si consideremus trifariam operarum promissionem fieri, siue ab hominibus triplicis conditionis, seruis, libertinis, ingenuis. Primo casu, si seruus operas promittat, tunc cum nondum sit manumissus prestandas postea cum erit liber, frustra promissit. & hoc modo accipe l. si quis pro eo. id est, pro seruo, qui nondum libertus erat, & l. si. ff. de liber. caus. ubi nusquam obligatur seruus, si promiserit se prestaturum operas, postquam manumissus fuerit. Ceterum dicitur ibidem, quod seruus ante manumissionem iurare potest, se promissurum operas a manumissione: non vero de promissione operarum antea facta teneri. Ratio diuersitatis in promptu est: iura hoc agunt ut ardent, & extenuent operas, quae solebant seruis imponi, & differri in tempus datae libertatis. l. ij. ff. de oper. libert. Videbant iura, seruos praenimio consequenda libertatis amore, quiduis petenti, quiduis iurare, aded ut liberati saepe duriores conditionem sortirentur propter multitudinem impositarum operarum. Lex autem cauet, ne quid fiat superuacuo. l. haec stipulatio. §. si. ff. vt legator. seu fideicommissor. l. praetor. ff. de iudicijs. potissimum cum oneratur libertas, res pretiosa & inestimabilis. l. j. §. quae oneranda. ff. quar. rer. act. l. libertas. ff. de reg. iur. Porro autem seruus iurare potest se promissurum operas, & obligatur ad promittendum, ubi manumissus erit. d. l. si. de lib. cau. l. & eleganter. §. seruus. ff. de dol. quia tunc liberatus mediocres & legitimas operas promittendo satisfaciet promissioni. sic intelligi potest l. in liberto. ff. de soluti. ubi nullus contractus est antiquior promissione operarum, nempe ob quem libertate potitus fuit sine dubio, non forte, ut ibidem autumat Accursius nescius obligari libertum futurum antequam manumittatur aliquo casu: sed in loco adeo lubrico cadens rideri profecto non debet: proinde labia iam diducta comprimite. Secundum casu, si libertina persona operas promiserit, siue stipulatione siue iurata promissione, tenetur. l. si quis operas. & l. vt iuraturandi. ff. de oper. liber. nec distinguitur an statim post manumissionem, an ex interuallo iurauerit. d. l. vt iuraturandi. §. iurare. Cui aduersari videtur. d. l. si. de lib. cau. unde Accursius in d. §. iurare dissoluit hoc nodi. Postremo casu, cum ingenuus promittit operas suas, recte contracta est obligatio. d. l. iij. ff. de usufruc. legat. & fideiussor ei promissioni accederet. l. inter. ff. de soluti. adeo obstrictus est qui operas promissit, quamuis in illis prestandis impar sit suscepto oneri. l. idem iuris. §. j. ff. ad leg. aquil. imputandum namque illi est quod ultra artem quam nouerat se obstrinxerit: & quia per alium potest praestare. l. continuus. §. si ab eo. ff. de verb. oblig. nisi electa sit promissoris in eo artificio excellentis industria. d. l. inter. ff. de soluti. Sed valetudine impeditus excusatur, videtur quoque mercedem nihilominus consequi. l. cum haeres. §. Stichus. 2. de statuliber. nisi hoc ibi fauor imperat libertatis, nisi ve alios dies sanus resarciat. l. si vno. §. item. ff. locat.

OBSERVATA IN LIIII. DIALOGVM.

- 1 Non esse iuramenti decisorijs tres species.
- 2 Iuramentum iudiciale necessarium maxime est.
- 3 Deficiente probatione, an reus iurare teneatur.
- 4 Intellectus l. manifesta. ff. de iureiur.
- 5 Qui iuramentum defert, probare videtur.
- 6 Actor nihil probans, deferens iuramentum, prius iurat de calumnia.
- 7 Casus in quibus quis non tenetur iurare.
- 8 An in delictis accusator reus ve iuret.

INTERLOCVTORES. CALLIDEMVS, HERMOGENIANVS.



RIVS QUAM iuraturandi cancellos egrediamur, de illo, quod vocant Litis decisorium, quaedam habeo dicere: quo nullum, in foro, vltimatus est. Subdiuidunt in voluntarium, necessarium, & iudiciale. quorum nomina a veteribus in rubr. ff. in qua rixari de nugis & lana caprina plerumque licuit, coccinnata sunt, vt res nugis innotesceret. Audiui ego tum adolescens a Caelio Dextro iurisperito, qui tum senex cygneum aliquid ac morti proximum canebar, vnicum tantum esse iuramentum, quod ipse, memini, vocabat Litem expediens, nunc decisorium dicitur. quod quoties fieret ex voluntate partium, extra ius, voluntarium

luntarium appelletur. l. iusurandum quod. ff. de iureiur. quoties intra ius, iudiciale: quod quidem similiter voluntarium dicas, si voluntate alterius, vt assolet, alteri deferatur, vnde transactioni comparatur. l. ij. ff. de iureiur. quae voluntate partium maxime fit. l. interpositas. C. de transaction.

Præterea facere speciem discretam inter iudiciale iusurandum & extraiudiciale quod voluntarium dicunt, l. superuacaneum est. alioquin transactio altera erit iudicialis, altera extraiudicialis, cum eadem fit intra vel extra ius. l. siue apud. & l. non minorem. C. de transact. vel certe erit aliquid iudiciale nihil commune habens cum remedio decisorio. l. rem non vers. & hoc. C. de iudic. Nimirum qualitates extrinsecæ diuersas species non reddunt. l. possideri. §. genera. ff. de acq. possess. Quid dicam de necessario, quod inopia probationis suppletur a iudice solo defertur, ex instrumentis noue repertis, expendes, fateor, verbum oportebit in l. in bonæ. C. de reb. credit: sane idem dicam in iudiciali, ad quod alijs probationibus deficientibus venit l. tutor. ff. de iureiur. quod si pro vtili exponas necessarium, vt in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de oper. noui nunciat. iam scimus vtilius esse illud sacramentum, quod ex consensu defertur siue in iudicio siue alibi quam quoduis aliud non habens transactionis similitudinem. d. l. admonendi. ff. de iureiur. nec Doctores dum ea nomina indiderunt varijs sacramentis non aliud per Musas, causari queunt, quonia ea profluisse vt quoquomodo res diuersæ quibusuis nominibus distinctæ innotescerent. §. alio. quibus mod. testam. insir. vbi non alia rationis à Iuliano adduci gaudeo.

Sane vero necessarium iuramentum à iudiciali nemo secernere recte potest vt separatam speciem, & Caius non secernit in l. admonendi. ff. de iureiur. vbi scribit, quod interdum post iusurandum causam ex integro agere permittitur. ergo generalis regula est, quod post iusurandum nihil queritur, nisi an iuratum sit. l. non erit. §. dato. ff. eod. sed particula, interdum, exceptionem facit. l. interdum. ff. de fart. iam plusquam notum est speciem diuersam non effici inter generalem regulam & exceptionem, vt mille exemplis ostendere queo. Adde, quod qualitas illa, an iuramentum reuocetur an non, efficere diuersum nequit. nam sententia à qua fuit appellatum, ab alia non distinguitur, neque testamentum Titij, deinde reuocatum, aliud testamentum dici debet. sic nec qualitas, an iusurandum referri possit, an non, per quam voluntarium à iudiciali separant, nam nec hæc differentia temere recipienda est, cum in l. 17. de iureiur. extra iudicium referri non possit: hoc est, ita vt cogatur is cui refertur iurare, secus inter consentientes vt ibi Accursius. sic locatio non fit verbis. l. i. locat. ff. idest, necessitate præcisa.

† Non omitto, quod iuramentum iudiciale magis est necessarium, quam quoduis aliud: 2 rum quia inuito incumbit iurare. l. manifesta. ff. de iureiur. tum quod penuria probationum necessario ad id deuenimus. l. cum de indebito. §. in omnibus. ff. de probatio. & quod necesse est referri à reo, qui iurare noluit, vt expresse loquitur imperator in l. delata. C. de rebus cred. item quia in iudicio fit, quod in inuito fertur. l. inter. §. i. ff. de verb. oblig. nisi quis dicat huic adesse consensum deferentis, & fere transigentis, qui abest à vere necessario. HERM. Multum habet recreationis hic sermo, & implere mentem, non satiare videtur. † quauis quod dicis, probationibus deficientibus ad iuramentum iri, durum aliquid continet, cum, actore non probante, reus absoluitur. l. qui accusare. C. de edendo. siquidem, bene Accursius in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. aut, inquit, actor plenè probat, & vincit: aut semiplenè, & iurat in supplementum. d. l. admonendi. aut nihil probat, & reus absoluitur est. d. l. qui accusare. nec iurare compellitur. CALID. Scio ita distinguere Doctores plerumque, quod vel reus actori defert, vt iuret, & actor cogitur. l. manifesta. de iureiur. ff. quippe qui certus debuit esse suæ ipsius petitionis, & in ea iudex constituitur, cum iurandi potestatem habet. l. j. ff. quar. rer. ac. non dat. Vel actor reo defert iuramentum, & tunc reus non cogatur acceptare. cap. si. de iureiur. Huiusmodi distinctio raucum aliquid accinit auribus meis, quandoquidem tamen in actore quam reo, credo aut iurandum, aut referendum. † & eo modo capio 4 l. manifesta. ff. de iureiur. Manifesta turpitudinis est, & confessio, nolle iurare, vel iuramentum referre. id est, turpe est actori nolle iurare, cum ad iurandum inuitatur, quia iudex in suo negotio redditur. In reo autem est manifesta confessio, licet minus turpis. confessio enim verbum, reum aspicit. l. si is cum. ff. de confess. & toto tit. Facit. l. sed et si. §. ex quibus. ff. de iudic. vbi de reo negate agitur. Itē l. iusurandum & ad. §. ait Praetor. ff. de iureiur. Non obstat l. qui accusare. C. de eden. vbi actore non probante, reus liberatur. fateor, † sed iam is probat, qui iurandi conditione offert, vel iurare paratus est. l. eum qui. ff. de iureiur. l. cum de indebito. §. in omnibus. de probati. l. si. C. de fideicommiss. & ita satisfacimus cap. si. de iureiur. in versic. sanè. vbi actore omnimodo nihil probate reus absoluitur, quia satis probat, qui defert iuramentum

cum iudicis animum induxerit, vt dignum fide virum cenfeat, & à periurio alienum. §. pe. de consuetud. recti feudi. probat autem ex domo aduersarij productis testibus, idest, iurantis conscientia, quem testem in sua causa facit. §. si. quid sit inuestitur. in feud. & l. fi. C. ad fideicomiss. l. tutor. ff. de iureiur. vbi inter probationes in subsidium iusiurandum ascribitur, nisi temporis cursu iam exclusus sit ille, qui vult probare. l. in contractibus. §. illo. C. de nō numer. pecun. Vnum iudici obseruandū esset, coram quo actor defert. † Vt prius ipse actor iuret de calumnia, quod sincero animo ad delationem iuramenti profiluit. l. cum de indebito. §. in omnibus. de probat. ff. d. l. delata. C. de rebus credit. & d. l. fi. C. de fideicom. qui text. nimium constans est pro hac sententia. aduersus quem nihil habuit Ias. quod obstreperet, in d. l. manifesta. nisi quod casus est specialis. atqui d. l. fi. communi ratione nititur, ob quam reus iuret, velit, nolit. quia, inquit, & iudex & testis in propria causa efficitur. vt l. j. ff. quar. rer. act. nec raceo. l. fi. C. de fide instrum. vbi reus iurat, aut condemnatur, & quidem vbi sacramentum referri nequit. **HERM.** † Esse iustas aliquot causas, propter quas ille cui delatum est sese modestius excuset, innuit l. generaliter. §. si autem. §. de reb. cred. Inter primas illa sit, quotiescunque iusiurandum non est reciprocum, hoc est, cum ei qui defert, commodè referri non potest. l. si patronus. ff. de iureiur. idem dicam si hæres Titij cōueniat Seium, & pro credito defuncti Titij iuramentum Seio deferat: Seius honestè recusabit, quasi non volens referre iuramentum illi, qui factum defuncti ignorare præsumitur. §. sed tamen. Instit. de vsucapi. nisi in lege Logobarda cap. fi. de notis feudor. non iure Rom. l. qui in alterius. ff. de regul. iuris. apertius hoc ait Iustinianus in l. generaliter. C. de rebus cred. facile namque hæres possit peierare. l. quæ sub. ff. de cond. instit. & l. feruus. §. si. ff. de dolo. quare in l. manifesta. de iureiur. dicitur, turpe esse nolle iurare, vel referre. non igitur turpe est, nisi cum referri potest. Quintilianus libr. v. cap. vi. alias rationes adducit, quas qui causabitur, non turpiter effugiet iuramentum. vt dicat, scilicet, rem sibi notam non esse: vel inuidiam ab aduersario quæri, vt in causa in qua vincere non possit, quæri possit: itaque hominem malum occupaturum hanc conditionem fuisse, se autem probare malle, quæ affirmet, quàm dubium cuiquam relinquere an peierauerit. hæc ille, qui iuuatur quoad subtilem reuerentiam iusiurandi recusati. d. l. fi. C. de fide instr. quæ si singula non profunt, multa iuuerint. l. si plures. in fin. ff. de pact. Potest etiam causari, quod nuper obtinuerit iurando super quodam negotio, quare vereri se, ne sapius iuranti fides postea non detur. can. non est. 22. q. 1. & ita dicebant Ægyptij. vt refert Diodorus Siculus. & Vir multum iurans repletur iniquitate. Ecclesiast. cap. xiiii. Hæc autem rationes, pace Quintiliani dixerim, hominis sunt latebram quærentis. quia si iurare non vult, habet vnum remedium, vt referre possit. d. l. iusiurandum. & ad §. ait prætor. ff. de iureiurand. vbi prætor ait: aut iurare aut referre cogam. nam & in d. l. fi. C. de fide instr. non perfectè excusatur. nisi, vt i supra dictū est, reus iustas excusationes habeat, vel ignorantia facti alieni, vel similes. vt l. quæ sub. ff. de cond. instit. sæpe enim limitatur verbum prætoris, cogam, nisi iusta subsit ratio. l. licet. ff. de arbit. l. filius. §. procuratorem. ff. de procurat. **CALIDEMVS.** Audio in delictis non esse locum iusiurando referendo. l. Marcellus. §. si. cum l. seq. ff. rerum amot. non in odiū eius qui deliquisse dicitur: nam hæc Accursij ratio iam pridem explosa est, & improbat in l. si duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. l. lex Cornelia. §. hac lege. ff. de iniur. cum enim iusiurandum pro veritate sit, expedit accusato deferri, qui in dubijs insons præsumitur. l. absentem. ff. de pœnis. ita ne alij accusaturo delatio primi accusatoris obsit. l. quia. ff. de iureiur. si forte crimen est publicum. l. iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pact. nec actionem furti nasci ex sacramento dicitur in l. duobus. §. si. de iureiur. nec distingo cum Bartolo vtrum delictū cadat in scientiam eius cui refertur: vt tunc admittatur, non aliter. qua enim fronte reus postulatus ignorabit factū propriū. l. 3. ff. de iuris & fact. ignor. proinde arbitror reo impune deferri ac referri sacramentū ad asserendā innocentia, nō autē accusatori ob violadā: ne in manu huius sit peierando innocentē forte opprimere. sed nec deferri potest accusatori, vt iuret super crimine, eadē ratione. l. nō magis. l. ideo. ff. rerū amot. sic tollitur iuradi occasio quæ luxare in preiuriū periculosum facile potest. l. 2. in fi. C. de indict. viduit. sed claudio huius traditionis riuos, cum ingenij nostri prata affatim ijs biberint.

OBSERVATA IN LV. DIALOGVM.

- 1 Iuramentum quando sit confirmatorium.
- 2 Pactū de nō succedēdo cōfirmatur iureiurādo.
- 3 Pactū de succedēdo iuramento nō firmatur.
- 4 Declaratur l. fin. C. de pact.
- 5 Voluntate eius de cuius hereditate agitur, valet pactum de succedendo.
- 6 Explicatur l. licet. C. de pact.
- 7 Num hereditas possit relinqui pacto.
- 8 Explicatur

8 Explicatur l. ij. §. illud. ff. de hered. vend. 9 Cur substitutiones probentur, & tolerentur.

SCÆVOLA.



VEROR ego ne quis ad censors me perducatur, propter illam legem, quam Diphilus apud Athenæum libr. vi. Athenis latam refert, aduersus desideres, & qui sine officio viuerent. & profectò multā timeo, qui tādū auditor extiterim velut muneris mei oblitus. Ideoq; (quod bene cedat) de Iuramento, quod confirmatorium appellant, quia ordo exoptulat, acturus sum. † Iuramentum confirmatorium quale sit, nomē prodit: nepe quod inualidos cōtractus cōfirmat, non cōtractus prorsus reprobos, sed imperfectos. quia ægris medici subuenire possunt, mortuis nō possunt, sic lex medicatur mediocriter febriētibus, nō sandapila extētis. l. 3. in fi. C. de apostat. Itaque iuramento confirmari nequit conuentio pupilli, aut contra bonos mores. l. non dubiū. C. de legib. sed contractus puberū rescissibiles. auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vendit. † Inde est, quod pactum de non succedendo, quale fecit prodigus ille Euangelicus, per se inualidum, iuramento iuuatur. C. quanuis pactum. de pact. libro vi. Portò iure ciuili aliās non consistebat, nisi fulcrum iuramenti auxilio. l. pactum dotali. C. de collat. Sed non est contra bonos mores, imò iuri ob id solum suspectum, ne liberi modico præsentī grandem plerunque successionem remittant. arg. l. cum hi. ff. de transact. vt pater ex eo, quod post mortem parentum factum, validum est. l. si quando. §. j. C. de inoffi. test. † 3 Pactum autem de succedendo, neque (vt norunt omnes) legibus valet. l. fi. C. de pact. l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. neque iureiurando corroboratur. quoniam moribus & pietati resistit. cap. Quintauallis. de iureiurand. cap. non est. de reg. iur. in vj. nam tale pactum plenum est periculosi & tristissimi euentus, cum viuentis mortem expectari faciat funesto & lugubri voto. l. ex eo. C. de inutilib. stipul. l. quidam. §. si. ff. de donat. l. fi. C. de pact. † Inde d. l. fi. duo fratres hereditati cognati orbi & diuitis sinul inhiabant. cum labant ipsum donis, & extenuabant propriū patrimoniū ob spem hereditatis seniculi. alter eorum prudentior fratrem sic alloquitur: ô frater, hic senex quem ambitiosè donis prosequimur, poterit nostram spem decipere, vt olim fecit Coranus, qui Nasicæ socero spem testamēti ostētauit, moriens autem ei solum plorare reliquit. denique nos admonet prouerbium, Μή ποτ' εὖ εἶρη γέροντας, μηδὲ γυναικας, μηδὲ παῖδας, μηδὲ κύνες τινός. id est, Ne colles beneficium in senes, neque in pueros, neque in mulieres, neq; in canes cuiusquā, obliuiscatur enim. Vide, quid præstat facere: paciscamur, vt si quis nostrum ab eo hæres fuerit institutus, trientē alteri det. placuit vtrique talis conuentio. Quaritur an valeat, responsum à Iustiniano, nō valere, quasi moribus improbara sit. Sed prima facie, valitura, inquit, videbatur. quia non simpliciter pepigerat, dabis mihi partē successionis cognati, cum morierur: sed duas cōditiones adiecerat, si decesserit, & si alterum nostrum hæredem fecerit. quoniam quæ sub conditione fiūt, magis solent esse tolerabilia, vt Ias. & alij obseruauerunt. l. diuus. §. si. ff. ad leg. Corn. de fals. Nō persuasit hæc ratio Imperatori, qui nō obstare vtraq; cōditione, pactū non valere respōdit. Neq; dissuadet, quominus verū hoc sit. §. si. d. l. diuus. de fals. vbi si quis sibi adscripserit aliquid in testamēto, quod relictu & adscriptū post duas demū cōditiones eueniet, ad illud admittitur. nā text. nō fundatur in eo, quod duas cōditiones inseruisset, sed magis in eo, quod clausulam, per quā sibi relinquebatur, aliena manu scribi curauerat, secus si propria. d. l. diuus. in princ. Subditur deinde in d. l. fin. C. de pact. † quod tale pactū adeo reprobu & triste, valebit super hereditate tertij, si ille, de cuius hereditate pactio fit, illi pacto consentiat. Tunc, inquit, sublata acerbissima spe, licebit illo sciente & iubente, illas pactioes seruare. Ex his verbis nota, quod pactioes semel cōtra bonos mores inita, approbante mox illo cuius interest, legitimæ redduntur. quia dicit, sublata acerbissima spe: ergo aufertur, quod ante fuerat. l. decem. de verb. oblig. neque fisco applicabitur successio, vt aliās. l. ij. §. si. ff. de ijs quibus vt indig. Noto præterea ex hismet verbis, quod non sufficit cognatū aut aliū scire quosquā pacisci de eius hereditate, nisi etiā iubeat: quia dictum est, illo sciente & iubente. Igitur vtrunque requiritur. l. si heredi. ff. de cond. instit. nec dissimulatio domini aliorum delictū penitus obliterat. l. inter omnes. §. si. versic. per contrarium. ff. de furt. Sunt quædam, quæ cōtrouersia faciunt. d. l. fi. † Primò, si hæc pactio est reproba ac plena vori infidiosis, & vt semel dicam, est contra bonos mores. l. quidam. §. si. ff. de donat. quomodo ex consensu illius de cuius successione quaritur poterit turpitudine aboleri: nō enim in futurū potest facinus remittere. l. si vnus. §. pacta. ff. de pact. deinde si liber homo non est suorum membrorum

dominus. l. 13. ff. ad leg. Aquil. quo pacto erit vitæ totius, vt permittat infidias contra illam? an est, vt dicamus in d. l. fi. eum qui consentit pacto duorum aliâs turpi eluere eam turpitudinem, tum quia de ipsorum probitate confidit, tum quia non suam mortem expectari, sed rimeri ab ipsis sciat. vt l. si cum dorem. §. si autem. in fi. ff. solut. matrim. eo magis quod potest quoties voluerit talem cōsensionem reuocare in d. l. fi. C. de pact. cui rursus obest. l. licet eod. vbi licet inter milites toleretur conuentio, vt qui eorum vltimò decederet, alteri succedat, inter priuatos tamen non valet. ex quo liquet sua pactione nullum posse facere, vt propria successio ad alium perueniat. Respondeo in d. l. licet. hæreditas relinquebatur pacto, quanuis text. dicat, quòd pacti erat super rebus. quia cum verbum rei refertur post mortem, hæreditatem significat. l. nam quod. §. fi. C. ad Treb. † certum est autem, quòd hæreditas pacto relinqui nequit. l. hæreditas. C. de pact. cōuent. verum in l. fi. C. de pact. Hæreditas pacto nō relinquebatur, sed facta erat conuentio de hæreditate, postquam illa testamēto relicta fuisset. & ideo in l. fin. C. de pact. talis conuentio vel conuentionis approbatio poterat liberè reuocari pœnitenti. d. l. fi. ibi, & in ea vsque. non autem in l. licet. quo casu inter milites intercessisset, sicut nec reliqua pacta. l. sicut. C. de action. Expectandus igitur fuit pugnae euentus, idque inter commilitones iam iam experturos belli aleam, & pro Rege ac Republica alacriter morituros. laudatur dux perantiquus milites inuitans ad prandium tanquam apud inferos cœnatos. & apud Stobæum Apollodorus dixit militem pasci instar victimæ, vt mox immoletur, hoc habiturus tamen solatij quod occumbēs, perpetuo per gloriam viuere intelligitur. §. 1. de excus. tur. ideoque pactum hoc inter milites nihil habet captatæ mortis, sed verisimiliter præsumptæ, cum eo animo strenui ac pugnaces in prælium tenderent tanquam morituri, nisi quis casus alterutrum eriperet, vt occiso succederet incolumis: sicut Telemachus donat Pireo. lib. 17. Odyssæ, vt est in l. i. ff. de donati. caus. mort. sed ibi est donatio mortis causa: quia nō donabat nisi munera quædam à Menelao accepta, non vniuersam successione. nec Telemachus ad iustum ibat prælium, sed procos intra penates necare moliebatur: aliter in d. l. licet. ideoque hic hæreditas esset castrensi peculio ascribenda. l. cum allegas. de Castrensi peculi. lib. 12. C. † Adhuc negotium exhibet l. ij. §. illud. ff. de hæred. vel act. vend. vbi pupillo substitutus potest vendere spem substitutionis, quam habet, si pupillus decesserit. Respondeo, cum semel ius substitutionem pupillarem admiserit, quæ sanè habet non nihil sinistra spei de morte pupilli. §. si naurem. Inst. de pupill. substit. facile postea permisit nouum incidens argu. l. ratas. C. de resc. vend. scilicet vt eam spem substitutus possit vendere, eo magis, quòd nihil detrimenti ob eam venditionem infert pupillo, sed emptorem loco suo constituit. vt in l. pater filium. ff. de legat. 3. nec magis præsumitur emptor captare mortem pupilli, quàm substitutus, cum emptor nō nisi iure substituti veniat. † Quare iura substitutiones probauerint, quæ, vt ostendi, sperare faciunt lucrū ex morte alterius. d. §. si naurem. Inst. de pupill. & l. j. ff. vbi pup. educ. debe. quo loco æmulatur iuriconsultus legem Solonis apud Laërtium vetantis eum dari tutorem, ad quem morte pupilli successio peruentura esset. cuiusmodi est substitutus. Ratio est, quia consentiente eo de cuius bonis agitur, conuentiones ratae sunt, per quas aliquin videtur mors eius captati. l. fi. C. de pact. sed in substitutionibus testator permittit substituto tale votum, quia de propriis bonis disponit, & ita consentit. nam & pro pupillo testans & ei substituens de propriis facultatibus testari videtur. l. Papinianus §. sed neque. ff. de inoffic. testam. Vel alia ratione: certum est, quòd per substitutiones tolluntur caduca. l. vnic. C. de cad. toll. & testator habet hæredem, si primus institutus non sit, præstitit igitur ipsas substitutiones tolerari licet duriusculas, vt maius damnum vitetur. ciuilitur enim loquendo, è duobus malis minus eligitur: & medici bilem amaram amaro poculo persanant. sic iura seruitutem acerbam introduxerunt, vt veram mortem tollerent. l. libertas. in. fi. ff. de stat. hom. l. quoties nihil. ff. de regul. iur. præterea substitutus vocatur non ex consensu suo, vel captatione vlla, sed solius testantis arbitrio, secus in pacto. denique in manu est instituti facile vulgarem substitutum adeūdo excludere, quo subsecuto, fera erit substituti spes mortis alienæ. l. post aditam. C. de impuber. & aliis substitut. alias omnis successio testati vel intestati aboleretur, cum frequens hæres defuncti mortem optauerit: nec fleat nisi præ risu à funere. Superest etiamnum velut ramentum aliquod dubitationis in l. fi. C. de pact. & id, quod dicimus consentiente illo, cuius successio speratur, pacisci. text. in l. pactum quod dotali. C. de pactis. vbi non valet similis conuentio inter fratres inita de successione patris, quanuis parte consentiente. Respondeo, in d. l. pactum quòd, hoc agebatur, vt libera testandi facultas patri adimeretur, & pacto diuideretur hæreditas, contra l. hæreditas. de pact. conuent. in l. fi. C. de pact. testamentum faciebat ille consentiens. quia concepta erat pactio, si hæredem alterum paciscentium instituisset. accedit, quòd dici non male potest, in d. l. pactum quod nullam

quod nullam producit obligationem, idest efficacem quominus liceat patri pœnitere, vt l. iurifgentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. si naurem pater perstiterit præbito consensui, morte ipsum roborari iuxta l. fi. C. eod. & ea quæ de donatione inter virum & uxorem nota sunt, nobis opulantur. l. cum hic. §. ait oratio. ff. de donat. inter vir. permirum videri poterit alicui, quare in d. l. pactum. quod non consistat pactio secundum leges. quid enim hæ aliud volunt quam vt filius & filia ab intestato legitimè æqualiterque succedant? vnde pactum videri debuit tolerabile, factum scilicet alioquin successuris. l. j. C. de ijs qui sibi ascrib. Quare fatendum est pactum non improbare, modo reuocabili iure valeat, nec impediat pœnitenti liberam testamenti factionem.

OBSERVATA IN LVI. DIALOGVM.

- | | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | Quid est peculium. | 4 | The saurus quid est. |
| 2 | Quomodo peculium extra seruos vel filiosfam. capitur. | 5 | The saurus in alieno agro quari non potest, nec volente domino. |
| 3 | Declaratur l. si chorus. §. j. ff. de leg. iij. | | |

INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, IABOLENVS.



Vos, inquit tum facetus Iabolenus, in istis immoramini: cum interim grammatici, duce Laurentio Valla, Vlpianum obsederunt pecunia & multo seruorum peculio cumulatam, castrametati sunt tertio ab vrbe lapide. agè, inquam, Iabolene, Vlpianum si potes libera, & hostes perime, qui nunc per agros vestros vagantur palantes. I A B. Faciam si potero, & Vlpiani sententiam defendam, quæ sic se habet: † peculium est, quod seruus domini permissu separatam à rationibus dominicis habet, deducto inde, si quid domino debetur. quæ definitio Tuberonis, vt Celsus refert, fuit. Dicitur autem peculium quasi pusilla pecunia, siue pusillū patrimonium. l. depositi. & l. peculium. ff. de pecul. nam vbi seruus manumissus erit, illico fiet è peculio verum patrimonium. l. denique. §. si. de pecul. legat. Valla autem lib. vi. cap. xl. Celsum dicere reprehendit, peculium esse pecuniam à quocunque repositam & adseruatam præsidij causa. l. si chorus. §. j. ff. de leg. iij. & se arbitrum, vt ipse ait, inter Vlpianum, Celsum, aliosque Iuriconsultos, constituit. qui certè iudicando fecit litem suam, nãque vult esse peculium, quicquid labore nostro partū est, in quacunque persona, licet in seruis iura velint accedere dominorū cōsensum, & ita, inquit, exponit Seruius illud Virgilianū: *Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.*

Vbi Seruius exponit peculium pro patrimonio. Nos autem ipsum Vallam insigniter delirasse ostendemus. & imprimis præfabor Celfo iuriconsulto non fuisse curæ, vt explicaret apud Vlpianum quomodo peculium sumi posset proprie, sed quæ mens fuisset testantis, argumento est quod in d. §. j. legatis mobilibus non venit nummus nisi præsidij causa repositus, cum tamen pecunia signata nihil sit magis mobile, sed vix vsitate pro re mobili vsurpatur: mox si peculium seruorum propriè est, vt Celsus voluit, in d. l. depositi. ff. de pecul. sicuti ibi de illo Vlpianus retulit, quomodo idè Celsus sibi ipsi dissentire potuit in d. l. si chorus. §. j. qui locus Celsi est? Sed, vt mox dicam, Celsum non intellexit grammaticus, & quomodo Celsum, cum nec Seruium intelligere potuit? nam in d. versu Virgilij:

Nec spes libertatis erat.

Seruius notat, peculium de seruo propriè dici. sed inuidiosè dixisse peculium patrimonium suum veluti seruus esset. ergo poeta proprietatem vocabuli seruaui. & si aliter Seruius putaret, deciperetur. nam quia dicit, non esse spem libertatis, nec curam peculi, contemplatione libertatis futuræ, seruum eum, qui loquitur, ostendit. quod apertius paulo post Virgilius patefacit, dum ait:

Quid facerem? neque seruitio me exire licebat.

Sed ignorarunt grammatici morem antiquum, quum pastores ferè omnes è seruis eligebantur. vt est apud Iunium Columellam. lib. i. de Re rustica. cap. v. i. i. vestigium eius rei est tot. tit. de agric. & censit. lib. x. i. C. præsertim in l. ne diutius. & in l. cum de lanion. §. de bubulco & §. seq. ff. de fundo instr. vbi fundi instrumento continentur bubulci & pastores. & apud Homerum lib. 14. Odyssæ Vlysses rogat Eumæum subulcum, à quonam viro em-

ptus olim fuerit: *ὁ φιλαπίας γὰρ σε φιλῶτο* & Suidas Zaleucum legumtorem ex seruo pastore factum tradidit: cuius me puderet nisi scirem primum illum regem Quirinum eodem modo in solium conscendisse à casa humili. Quid igitur aliud opus est factò, quàm dicere cum eodem Vlpiano, patremfam. peculium habere non posse, sicut nec seruum bona? l. paterfam. ff. de verb. sign. proprie, in qua, nā ipse bona serui posuit. l. ait prator. §. nō solum. ff. de minorib. x. v. quia beatus sibi tantisper videtur, dum tener peculium. Varro j. de Rustica libro: Tu tibicen, inquit, non solum adimis domino pecus, sed etiam seruis peculium. & Cicero in Paradoxis, quo autore Valla ibi perperam vitur, peculium ad seruum retulit, cum ait: An eorum seruitus dubia est, qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis? Ecce qualiter respectu peculij seruitutem posuit, in eo potissimum capite, vbi contendit omnes stultos seruos esse. alludit autem ad eos, qui ob pretium participandum venundari se patiuntur, qui vsque adeo serui sunt, vt ad libertatem deinde proclamare non possint. l. j. ff. quib. ad lib. procla. non lic. Seruorum exemplo peculium habent filijfamil. quia patrimonium habere nequeunt, cum non sint sui iuris, vt l. si. C. de inoffic. test. & ff. de cast. pec. vitur Suetonius in Tyberio. & Plinius lib. xxxiiii. cap. iiii. Romæ simulacrum ex ære factum primum reperio ex peculio Sp. Casij, quem regnū affectantem, pater interemit & Iustinianus statuit idem iuris esse in filijsfamil. patri adhuc subiectis, quod in seruis contrahentibus. §. quæ diximus quod cum eo qui in alien. poss. est. † Per metaphoram, peculium, nonnunquam eleganter vsurpatur pro quadam pecunia separatim reposita à principali negotiarione, vel in persona quæ in sua potestate in totum non est, vel in alia. vt, verbi gratia, Galli solebant peculium appellare bona quadam, quæ mulieres separata habent à dote quam marito dederunt, quæque *παρὰ δότῃνα* vocatur, quod præter dotem sunt. l. si ego. §. dotis. ff. de iur. dot. vel opinor ideo quod mulieres dicebantur conuenire in manum & potestatem viri. l. vxorem. ff. de rit. nupt. id Gellius scripsit lib. 18. noctium Atticarum cap. 6. vbi de matrefamilias agit l. ex ea. §. i. de verb. oblig. maxime apud Gallos, qui in vxores vt in liberos vitæ necisque potestatem habebant, vt Iulius Cæsar scripsit lib. 6. de bello gallico, & ita sine dubio capitur peculij vox in l. donationes. §. i. ff. de donationib. à Papiniano, ne quis Vlpiani commentum esse suspiceretur. in super paterfam. quique potest suum patrimonium, peculium appellare *ἡ ἀποδοτικὴ ὄσ*, inquit Vlpian. in l. cogi. ad Trebell. id est, diminutiue. quid vetar? cum auari semper se dicant tenues, & nihil se habere dicant, cum plurima possideant. sed is abusus honestus est. † Hoc modo, in l. si chorus. §. j. ff. de leg. iij. rustici dicere solebant, pecuniam sine peculio fragilem esse, peculium appellantes, quod præsidij causa reponeretur. hoc est, ingruentibus bellis ciuilibus rustici pecuniæ quantitatem in quadam latebra abscondebant, vt si milites cetera diriperet, illa pecuniola abscondita subueniret. quæ ita erat separata à ceteris rebus, vt peculium serui à domini rationibus separari solet. inde sequitur, si legem pecuniam in modum peculij sepositam legasse. censebor. d. §. si chorus. fecus si esset pecunia, quam solitus sum fecerare, & in lucrum collocare. l. si ita. eod. tit. † E talibus pecuniis humi defossis fiunt thesauri, si excidant hominum memoria, mortuis, vt saepe fit dominis. nam quamdiu extat memoria, non est propriè thesaurus. l. vnic. de thes. lib. x. C. l. nunquam. ff. de acquir. rer. dom. ipse tamen vsus sum pro pecunia custodiæ causa secretè deponita. l. si vxori. §. cum ita. ff. aur. & arg. leg. non sine testimonio clarissimorum virorum. Plautus in Aulularia:

Sed mihi auos huius obscurans concredidit

Thesaurum auri: clam omnibus in medio foco Defodit.

Vitur Aufonius in quodam epigrammate, & alij non vulgares autores in rubric. & l. i. de argenti pretio lib. x. C. l. thesaurus. ff. ad exhiben. thesaurum in proprio agro quilibet quærere potest data opera, in alieno non potest: nec sibi quicquam quærat, nisi fortuito inuenierit. † nec, quod miretis, domino volente in alieno prædio quisquam thesaurum quærere & scrutari potest. l. vnic. de thesau. lib. x. C. Rationem puto esse, quoniam iura fauent eximie ipsi rei rusticæ & agricolationi. l. ij. ff. de nudi. & præsumitur, quod si ego alij concederem, vt thesaurum in meo fundo inuestigaret, is explorando thesaurum, ligone totum meum agrum effoderet, & sementem impediret, cum thesaurus inuentione incerta sit, cum eius nō extet memoria, sed dominus verus prædij sui agri saltem misereretur, nec propter incertum lucrum peruastaret. & facit l. æquissimum. §. proinde. ff. de usufruc. vbi quæ licent, illicita fiunt cum detrimento agriculturæ. Marmora, metalla, & cæterorum fodinas, domino volente quærere licet. quia perpetuam venam habent, & nascuntur. d. §. proinde. & l. pro regione. ff. de acq. rer. dom. thesaurus est quid emortuum non renascens, & præterea incertū. arg. l. diuortio. §. si vir. ff. sol. matr. & maximam auaritiam explorantis arguit. Domino in-

uito

uito, lapicidinas vel metalla in alieno nulli quærere datum est, nisi utilitas publica vel consuetudo aliter suadeat. l. quosdam. de metall. lib. xi. C. l. venditor. §. si. ff. comm. præd.

OBSERVATA IN LVII. DIALOGVM.

- | | | |
|---|--|--|
| 1 | Quid sit conuicium, & unde dictum. | & verba quadam saepe strictè alicubi capi. |
| 2 | An conuicium sit idem, quod maledictum, & an Ironice negando fiat iniuria. | § Verba media, pro subiecta matoria, in bonum vel malum exponi possunt, arbitrio auctoris. |
| 3 | Conuicium saepe in bonum capitur. | |
| 4 | Depectus pro turpiter pacto rectè exponitur, | |

INTERLOCVTORES.

VLPIANVS, IABOLENVS.



MORTALES ago gratias, Iabolenc, quod te strenuum nostræ sententiæ propugnatorem præstiteris. nunc, si non tibi displicet, me ipsum defendam aduersum eundem reprehensorem, hostem totius Reipu. Iurisconsultorum. † Conuicium à concitatione vel conuentu venit. hoc est, à collatione vocum in vnum, quasi conuocium. l. item apud. §. conuicium. ff. de iniur. & in §. ex his. ead. l. ex his, inquam, apparet non omne maledictum conuicium esse, sed illud solum, quod cum vociferatione dictum est. Valla etymologiam falsam dicit, & à vitio vel à vito potius deduci vult, quàm à voce, à conuitandò ve, quo verbo vsus neminem seruditorum scimus, deinde titubat, & modò cum t, modò cum c, scribi vult conuicium. deinde cum reprehensionem etymi ineptam & curiosam intelligat, negat conuicium à maledicto differre. Nos, primo loco, conuicium à voce deductum esse ostendemus, non à vitio vt ante Vallam Nonius Marcellus frustra putauit: quia ratio syllabæ hoc detegit, quæ enim in, vitio, breuis est, in conuicio longa deprehenditur. à conuito autem quis conuitium deduxerit. cum sit verbum barbarum & imperitè nouatum? sed à voce, potius expensa ratione syllabæ tam in voce quàm in conuicio. Ouidius in libello ad Pisonem:

*Sic & Aedonia superantur vocc cicada,
Stridula cum rapido faciunt conuicia soli.*

IABOLE. Vt tu paucis rei scopum attrigisti? ex his Ouidij versiculis, & ex collimatione vocis & conuicij, manifestatur vtrunque quadam affinitate iungi, & productionem eandem syllabæ habere. accedit illud Martialis de liberto suo, ad Candidum:

*Lis erit, ingenti faciet conuicia voce.
Esse pudor vetuit fortia verba mihi.*

Festus Pompeius hanc probat etymologiam, sed addit à vicis quoque deduci potuisse, vbi primum facta fuerunt conuicia. parui tamen refert, dum ille nequam Valla non obtineat. † VLPIANVS. Ecquid tu nobili grammatico conuiciaris, dum persequeris conuicium. sustine parumper, quoad me edoceas an iniuriarum ream putes eum qui negat, quod falsè nimis intendit. vt si Titium furem opprobrio dicturus, sic fallaciter proferat. dico te non esse furem, o Titi, vel o Titia te puto probam & castam scilicet vieto sono. l. xv. i. §. qualitate. de pœn. ff. l. de minore. §. pe. ff. de quaestionibus. o insidias. quia, vt scis, falsa laus accusat nō obscure. IABOLE. Si quid possit huiusmodi deprehendi per iudicem, asperius puniet maledicum, qui legem nedum hominem fallere nititur. l. contra. ff. de legib. verbis quidem blanditur, sed venenum habet contumeliæ in sensu per Ironiam, & sic per dissimulationem fraudis plenam. l. i. §. i. de dolo. qualis affectio fere pingitur in l. xxxiiii. C. de legat. non enim est vllum genus iniustitiæ peius quam eorum, qui cum maxime fallunt, id agunt, vt boni viri videantur, sicut dixit Socrates. potest hoc accidere vulgo, cum lex beneficium pro maleficio ponat ironice, vel *ἡ ἀντιπροσθήνη*. l. fratres. C. de inoffic. test. l. ex damni. §. i. de damno infec. Sed reuertor ad Vallam, si prius dixerò Ironiam detegi ex præcedente colloquio. l. 53. §. i. de legat. i. Valla itaque negat conuicium semper cū vociferatione fieri, & ideo dicit nihil aliud esse, quàm quàm quodlibet maledictum contumeliosum. tu verò in versu. ex his. maledictum à conuicio secruisti, merito quidem. Intelligere debuerat grammaticus, te edictum pratoris interpretari, quod sic erat propositum: Qui aduersus bonos mores conuicium fecisse diceretur, in eum iudicium dabo. l. item apud. §. ait prator. ff. de in-

iur. nimirum alio capite simplex maledictum coërcuerat prator. d. l. item apud. §. ait prator ne quid. Quare cum separatim de conuicio verba faceret, commodè separatur significatio conuicij à maledicto & quavis contumelia. quia tunc non largè sed propriè capitur conuicium iuxta suum etymum, vbi est vociferatio & collatio vocis. non quòd prator aut tu negetis, conuicium alicubi pro maledicto simplici accipi, & ita vsus es in l. illud. ff. de appell. & l. iij. ff. de lib. & posth. & l. quæ omnia. §. j. ff. de procur. & non tu modò, sed Cicero in oratione pro Muræna, & alibi.

3 Addo etiam, † conuicium in bonam partem plerunquè vsurpari, neque, vt Valla putat, semper contumeliosum est. Seneca in Medea:

Festa dicax fundat conuicia Fescenninus.

Soluat turba iocos.

Martialis lib. v. i. i. Epigrammat. òn, de re diti Domitiani:

Festa coronatus ludet conuicia miles.

Quintilianus Triphoni amico: Efflagitasti quotidiano conuicio. Cicero lib. xii. Epistolarum: Deturbatus est meo iustissimo ac honestissimo conuicio. Idem dixit lib. i. i. i. Academicarum questionum. Quod si verum est, vt est longè verissimum, à voce venit, verbo medio, non à vitando, vel, vitio, quæ semper in malum sonant, meritò prator consultissimus, d. §. ait prator. conuicium aduersus bonos mores factum vlcisitur, vt dubium ancipitis verbi tolleretur. conuicium absenti quoque fieri, tu Vlpiane asseruisti. d. §. conuicium. consuetudo Tolosatum impune permittit. nouit enim populus procliuès homines ad detrahendum absentibus, si semel ad ingluuicem pransi fuerint, ita vt sæpe absentes verberent, nec puto ius acriter punire timidos, qui absentibus obloquantur, nisi Regi maledixerint asperime. l. i. C. si quis imper. maledix. nec obest d. §. quo iniuriam fecisse eum dicis, qui vociferari contumeliose ausus fuerit. quia ad alienam domum, vel tabernam, vel aliam stationem probra iaciens, dominum ac penates & familiam omnem incesse videtur. ex quo continè vulgo pro contento sumitur & domus pro familia. l. librorum. §. fi. de leg. 3. l. pe. de testib. idem multo magis si libello famoso scripto iniuria fiat, vt non tantum ab offenso sed etiam à quouis obuiò legi queat: quod vim iniuriæ verbo volatili factæ superat. l. 2. C. de famos. libell. v. l. p. Hinc discant superciliosi grammatici, non indulgere reprehensionibus: sed perpendant animum interpretis, qui debet autorem subsequi, nec omnem rigorem verbi attendere. sed si verbum variè sumitur, sic interpretari, vt locus expostulat. vt ecce, in l. & generaliter. §. j. ff. de calumniator. † depectum exposui pro turpiter pacto. Valla probat de pacifici non esse aliud quàm pacifici: & depectum esse eum, qui pactus sit. esto, quid tum? tamen in edicto de calumniatoribus depectus, turpiter pactus est. Cum prator eum punit, qui depectus est, depectum iure intelligo, qui malè, vt negotium alicui fieret, pactus est. quia iustis pactis interdictum non est, sed concussionibus. l. j. §. pen. ff. de calumniat. † In summam, cum verba media sunt, hoc est, neque in bonum neque in malum propria vi vergentia, explicantur secundum qualitatem subiecti tractatus. Latitare est, vt Cicero definit, turpis sui occultatio. l. Fulcinius. §. latitare. ff. quib. ex caus. in possess. Tamen, vt ibi notauit, qui tyrannum fugit aut seditionem, honestè latitare potest. Sed ideo Cicero turpem latitationem intellexit, quia de edicto quærebatur, in quo qui latitat, pœnam habet. simile quiddam euenit in l. destitisse ff. de iud. vbi destitisse videtur, qui calumniandi animo instituerat accusationem. hoc est, ad hoc vt puniri possit. planè verbum desistendi in bonum æquè accipi potest. & desistit quis à virtute, vt à vitio, & iure quis desistere potest. l. destitisse. ff. ad Turpilia. ergo depectus, siue pactus, vel honestè vel turpiter pactus dicitur, prout tractatus exiget. l. furti. §. pactus. ff. de ijs qui not. inf. & in hunc modum oportet eum, qui iura interpretabitur, se accommodare sententijs, non verba captare, nec ius civile calumniari. l. penul. ff. ad exhib. inde est illud apud Modestinum: si reus vel accusator domum iudicis ingrediatur, puniendus est. cum enim tractaret de ambitu, non debuit aliter explicare verbum ingrediatur quam corrumpendi animo. l. i. in fi. ff. ad leg. Iul. de ambit. sic gratiæ nomen interpretationem sinistram accipit pro fauore improbo. l. eum debere. §. fi. ff. de iudic. l. denunciaffe. §. fi. de adulter. ff. & custodiae nomine duntaxat venit publica. l. vinculorum de verb. signif. nempe vt ideo maior x x v. annis absens restituatur. & rei verbum maxime generale. l. i. de reb. credit. non continet nisi certam speciem in tractu re vendicationis. l. si in rem. ff. de rei vendic. Valeat nunc ille contumax grammaticus, & superbiæ pœniteat, qui aliquando gloriatus est, se triennio glossas Accursianis meliores facere posse. qui tantam rem faceret, cum ne minima iuris verba preceperit? & contra me pugnando audax magis quàm fortis? I A B O L. Ego hoc genus hostes tantisper persequi decreui, donec impediti flumine ad inter

ad inter necionem veniant.

OBSERVATA IN LVIII. DIALOGVM.

- | | |
|---|--|
| 1 Explicatur l. item apud. §. si quis astrologus. ff. de iniur. | temptus nota. |
| 2 Declaratur l. item apud. §. hoc autem. ff. eod. | 4 Carmen famosum componens punitur. |
| 3 Barba & capilli summissio, luctus & con- | 5 Appellare debitorem quid sit. |
| | 6 Declaratur l. qui prior. ff. de iudic. |

INTERLOCVTORES.

VENVLEIVS, CALLIDEMVS.



ENATVS populusque grammaticorum vos, patres conscripti, rogat, vt à pugna desistatis, & trimestres concedatis inducias. CALL. Num volunt inhumare suos, quorum magnà stragem factà video? an forsitan inopia commeatu laborent: iam, vt suspicor, domiti sunt grammatici, non vt parcant tantum, sed etiam vt seruiant, quocirca vacat explanare, quod ead. l. item apud. §. si quis astrologus. idem Vlpianus scribit. Si quis astrologus vel qui illicitam diuinationem pollicetur, aliquem furem dixisset, qui non erat, iniuriarum cum eo agi non potest, sed constitutiones eum tenent. Scire præterea percipio, quid sibi velit idem Vlpianus in d. l. item apud. §. hæc autem. eod. tit. VENVL. † Ille §. si quis astrologus. satis perspicuus est. eò nanque respicit, quòd cum aliquis rem mobilem perdidit, solet, vulgari errore, Chaldæum adire, vt furem rei amissæ indicet: ille ad vanam artem decurrit, & Titium furem esse dicit, quasi in sydere furacis Mercurij deprehenderit. cap. 2. de sortilegijs vel aliter illicite diuinat: crustum panis carmine inficit, reum furti asserit. sic olim sacerdotes faciebant. vt dicit Acron exponens illud Horatij:

Vtque sacerdotis fugitium, liba recuso.

glossa in l. 10. C. de episc. aud. in princ. Dioscorides auctor est, furem non posse vorare ea quæ cum Ætite lapide cocta fuerint, ita detegi. Itaque siquidem diuinator perperam diuinasset, quia Titius furtum non fecerit, cum eo agi iniuriarum non potest: quia non animo infamandi, sed imperitia fecisse videtur, arg. medici. si enim dolo fecisset, non dubito, quin ipse iniuriarum conueniretur. l. illicitas. §. sicuti. ff. de off. præf. sed, quemadmodum dixi, ars diuinandi tantam vanitatem habet, vt imperitiæ potius imputetur. Verum constitutionibus tenetur d. §. si quis astrologus. hoc est, quibus ars diuinandi prohibita est, præsertim pro inuentione rei cuiuspiam. l. vnica. de thes. lib. x. C. CALL. Ista expositio non bene conuenit, quoniam & ille vnà puniendus esset, qui astrologum & aruspicem consulit. l. pen. C. de malefic. quanuis ei assentiatur Accurs. VENVL. Quis negat, quin consultor quoque puniatur? nemo. C. de maleficis & mathem. Sciscitari debueras, nunquid, si verum furem detexerit diuinator, constitutionibus teneatur. & puto non teneri aliqua pœna, si bene cesserit: quia grandinem & procellas arcuit carmine si creditu dignum putas, vt imperator credidit. l. eorum. C. eod. tamen quia ars suspecta est, salarium nullum incantator expectare debet, sola impunitate contentus. l. i. §. medicos. ff. de varijs cognitio. at si exemplo perniciofa res esset, & vitæ periculosa, non excusaret quando aliquando innoxie successisset. l. 3. §. adiectio. ff. ad leg. Corn. de sica. secus cum nuda leuitas argueretur solo digna risu supplicio: qualis est eorum qui furta deregunt ex verbis codicum cap. i. de sortilegijs, vbi tamen famam alicuius lacerare nominatim non impune licet, nec iis cribro quiduis se diuinare pollicentur, suspensio & se circumagente cribro illud vel illud præcidentes, aut reuelantes. qualis erat illa anus apud Teocritum Idyllio 111. quæ ob id *ροσθε νόμα πτε* dicitur, id est, cribro vaticinans.

† Secundo percontabare, quid sentiat Vlpian. d. l. item apud. §. hæc autem. ff. de iniur. cum ait, Hæc autem ferè sunt, quæ ad infamiam alicuius fiunt, vtputa si quis ad inuidiam alicuius veste lugubri vtatur aut squalida, aut si barbam demittat, vel capillos summittat, aut si carmen conscribat, vel proponat, vel cantet aliquid, quod pudorem alicuius lædat. hæc ille. † Capillum summittere, barba demissa ambulare, & veste lugubri vestiri, luctus magni sunt indicia, vnde qui ad inuidiam alicuius hoc facit, illum dignum luctu ostendit, quasi aliquid tetrum patrauerit, vel se ab illo offensum

ostendit. l. vestem. ff. cod. & Plinius Iunior lib. 7. in epistola ad Suram, detonsos recisosque capillos signum fuisse depulsi periculi, quod euaserat, & accusationis imminentis sub Domitiano Cæsare. ita erat mœstitię argumentum coma profusius nutrita. Quintilianus lib. x i i. cap. 111. de leguleis loquens: Alij, inquit pigrioris arrogantia, qui subito fronte cõficta, immissaque barba, velut despexissent oratoria præcepta, paulum aliquid sederunt in scholis philosophorum, vt deinde in publico tristes, domi dissoluti, captarent autoritatem contemptu cæterorum. Seneca in quadam epistola ad Polybium: Caium principem barbam & capillum summisisse refert, audita sororis morte. Suetonius autem de eodem loquens: Rediit, inquit, barba capilloque promisso. Ergo demissio, summisio, & promissio immisio ve capilli, aut barbæ, luctu indicant, neque prohibentur, nisi quatenus ad inuidiã alterius fiunt. d. §. hæc autẽ. Facere autẽ ad inuidiã alicuius, est aliquid tacere, quod pudorem ei incuriat, & ob quod factum contemnatur. l. nec quicquam. §. sed & si quis. ff. de offic. procons. 4 vbi Accurs. non intellexit. Deinde in d. §. hæc autem. subdit Vlpianus, † ob carmen famosum, aliquem teneri iniuriarum vt l. vnic. C. de famos. libell. Caro in Originibus testatur morem apud maiores hunc epularum fuisse, vt qui accumberent, ad tibias summorum virorum laudes canerent. Citat locum Cicero lib. 111. Tuscul. quæst. sed res in vitium versa est: cœperunt poetæ carminibus onerare pudorem alienum, & leges xii. tab. sanxerunt, ne in alicuius inuidiam carmen fieret, aut fustigaretur. Horatius:

—Quinetiam lex.

Pœnã lata, malo qua nollet carmine quenquam

Describi, vertere modum formidine fustis,

Ad bene dicendum delectandumq. poetæ.

Proinde deceptus est Corn. Tacitus lib. primo, qui scripsit, primum omnium Augustum de famosis libellis cognitionem tractasse, commotum Cæsij Seueri libidine, qui viros & feminas illustres procacibus scriptis diffamauerat, cum lex xii. tab. longẽ ante Augustum, de ea re cauisset, teste M. Tullio. post vtrunque, Senatus consulta & leges idem cauerunt. & vt refert Paulus lib. v. Receptarum sententiarũ prohibita satyræ sunt & epigrammata contumeliosa, vel *Γραφειαι*, id est, impositio. l. lex Cornelia. §. si. ff. de iniuriis. C A L L. Dic, amabo, quid est, quod Vlpianus in d. l. ite apud. §. iij. si quis non debitorẽ. notat: si quis, inquit, non debitorẽ, quasi debitorẽ appellauerit iniuriæ faciendæ causa, iniuriarum tenetur. V E N. † Appellare debitorem, est denunciare in iudicio vel extra iudicium, vt soluat. Seneca lib. v. de Beneficiis: Fœerator quosdam debitores non appellat, quos scit decoxisse. Martialis. lib. vii. ad Baccharam:

Appellat rigida tristis me voce Secundus.

Audis, sed nescis Bacchara, quid sit opus.

Cicero in epistolis ad Atticum libro primo: Tulliola tibi idem dat, sponforem appellat. id est, te conuenit ex promissione, & me, vt fideiussorem, in ius vocat. idem alibi: Tulliola, delicia nostræ, tuum munus flagitat, & me vt sponforem appellat. sponfor, inquit Accurs. est, qui non rogatus pro alio intercedit. in §. j. de fideiuss. col. j. in verb. fideiussorem. Iraque debitorem appellans non tenetur de iniuria, nisi vt Vlpianus ait, iniuriæ faciendæ causa fecerit, vt si cum Titius statim à Seio pecuniam mutuam esset accepturus, eum conueniam, tanquam mihi debeat mille, ita vt terream Seium, tunc vtiq; teneor. non enim leuis est contumelia, si quis vocetur pauper cum non sit, & cum diuitem videri commodum est. l. si creditores. §. si. ff. de priuil. credit. & l. §. si. ff. qui satisd. cogant. itaque cum tantum quis vulgo fidei & probatis in pectore, quantum pecuniæ in arcula censeatur habere, Seio non debui Titium inopem ab re facere. proinde huic iniuriæ nomine obstringor. vel si eum debitorem tardum falsò iactaero. quod supra scriptis test. monijs verius probatur, quam in l. diffamari. C. de ingenuis. idem dicendum si ad tribunal vetitum vexandi causa vocaero, extra forum suum. l. iniuriarum. §. si quis. ff. de iniur. † Hac significatione verbi, appello, vtitur, qui ait, qui prior appellat, prior agat. l. qui prior. ff. de iudic. id est, si duo se inuicem creditores dicant, ille qui prior in ius vocauit, & iitem instituit, prior auditur agendo: si modò lites & actiones æquẽ principales sunt. auth. & consequenter. C. de sentent.

OBSERVATA IN LIX DIALOGVM.

1 Intellectus l. re coniuncti. ff. de leg. iij.

2 In d. l. re coniuncti. non deciditur, an verbis

coniunctus, re tantũ coniuncto præferatur, an contra.

3 Duo

3 Duo dubia circa illam l. dissoluntur.
4 Re & verbis tantum coniuncti concurrunt.

5 Intellectus l. si ita quis. de her. instit.
6 Intellectus l. Mammo. ff. de leg. ij.

INTERLOCVTORES.

PAVLVS, POMPONIVS.



VE M A D M O D V M nauar sapius de ventis & procellis colloquitur, quàm de mari & nauigio, quia illis infestari soleant: ita ego mirificam voluptatem capio ex vnus l. re cõiuncti. ff. de legat. iij. interpretatione: quòd illa plurimum vexari iuris ciuilibus interpretes intelligam. nam illius l. procella

Velum aduersa ferit, fluctusq. ad sidera tollit.

Ibi sic me scripsisse memini: Re coniuncti videntur non etiam verbis, cum duobus separatim eadem res legatur. item verbis non etiã re: Titio & Seio fundum æquis partibus do, lego. quoniam semper partes habent legatarij. Præfertur igitur omnino cæteris, qui & re & verbis coniunctus est. quia si re tantum cõiunctus sit, constat non esse potiorẽ. si verò verbis quidem coniunctus sit, re autem non, quæstionis est, an coniunctus potior sit, & magis est, vt ipse præferatur. hæcenus ego. † Hoc sic explico: verbis & re coniunctus præfertur reliquis. quòd si re tantum coniunctus sit, constat non esse potiorẽ, hoc est, quia si re tantum coniunctus vult æquiparari ei, qui vtrunque vinculum habet, constat ipsum re tantum coniunctum nõ esse potiorẽ verbis & re coniuncto, hoc est, nec æquẽ potentẽ. & sic in verbo, quòd si re tantum, prout exposui, pro, quia si, rediditur ratio, quare qui habet vtrunque vinculum præferatur reliquis. quia constat re tantum coniunctum non esse potiorẽ illo, id est, nõ æquẽ potentem, vel minus potentem. sic loquitur Papinia. in l. iij. §. si. ff. qui poti. in pign. sic Vlpianus in l. is cui. §. postquã. ff. vt in poss. leg. sic capitur in l. & ideo. ff. de don. inter vir. nõ confirmatur, pro, infirmatur. & quoniam aiunt legem de re dubia edi oportere, nemo putet in dubium merito non trahi, vtrum missim coniunctus re duntaxat coniuncto præferatur, cum simul sæpe concurrant, si forsitan separati portio defecerit. l. hæredes sine. ff. de hæredib. instit. l. vnic. §. his ita vers. sin autem. C. de caduc. tollend. Nunc operæpretium est videre, an quemadmodum verbis & re coniunctus re coniuncto præferatur, sic verbis coniuncto præferatur. ad hoc satisfacio in versic. si verò verbis. vbi concludo, coniunctum, hoc est, re & verbis, potiorẽ esse verbis tantum coniuncto, sicut re tantum coniuncto. poterat enim dubitari, an sulti rei aut verbis tantum nexu concurrerent cum his, qui habent duplex vinculum, cum simplex satis videretur sufficiens, arg. l. j. de consulib. lib. xii. C. & certè in quibusdam re tantum coniuncto, melioris est conditionis, quam qui vtroque coniunctus est, quia venit sine onere. l. vnic. §. si in verò non. C. de cad. toll. † Hoc igitur solummodo deciditur mea l. re coniuncti. quòd verbis coniunctus reliquis præfertur. vt Ioann. Azo (nihil præter auditum habeo) existimarunt, & post vtrunque Bart. Neque audiendi sunt, qui in fi. l. determinari somniant, vtrum verbis coniunctus potior sit, & magis esse vt præferatur re coniuncto. mouentur, quòd non est verisimile, me prolixius reperiisse, enumeratione profusa partium, verbis & re coniunctum cæteris præferri, cum semel id dictum esset legis initio, quòd est summopere, inquit, vitandam. sed hoc, vt verbis vtat Horatij,

Dum vitant stulti, vitia in contraria currunt.

Nam si illa verba in fi. l. si verò verbis quidem coniunctus sit, re autem non, quæstionis est, an coniunctus potior sit, & magis est, vt ipse præferatur. si, inquam, significant, verbis coniunctum potiorẽ esse re coniuncto, superflua illa sunt, quæ dicunt: quòd si re tantum coniunctus sit, constat non esse potiorẽ: vt Placentinus quidã scholasticus apud Iac. subtilius quàm constantius animaduertit. quia etiam significant minus esse potentẽ verbo cõiuncto, vt paulò antè demonstraui. Secundo, multum habeo stomachi in eosdem, qui dicunt verba illa in fi. si verbis quidem coniunctus sit, re autem non, quæstionis est an iunctus potior sit, & magis est, vt ipse præferatur. intelligi de prælatione verbis coniuncti, qui præferendus sit. ridiculum. cur enim coniuncti appellatio potius verbis tantum coniunctum continebit, quàm re tantum iunctum, cum vterque æquẽ coniunctus vocetur: quia triplex est coniunctio. l. triplici. ff. de verb. sig. l. coniunctim. ff. de leg. iij. Fatebor ego, quòd crebrò re tantum coniuncti, separati appellatur. §. si eadẽ. Inst. de leg. l. j. §. in re dũ. de usufr. accr. vti que cum cõparantur illis, qui vtroque nexu copulati sunt, quia Luna lucente minora sidera occultantur, &

scorpius paller ad tactum. Aconiti veneno pollentioris, ut placet Dioscoridi. nam & coniuncti simplici nomine venit tantum coniunctus, sed non in dubio, ut dixi, l. Iulianus. ff. de heredib. instit. sic contemplatione coniunctionis mista, reliqua per se disjunctiones dici merentur. Inde fit, ut in fi. l. re coniuncti. simpliciter dictum sit, & magis est, ut ipse coniunctus praeferatur. hoc est, re & verbis, qui verè dicitur coniunctus, sicut poëtae nomine simpliciter, Homerus Graecis intelligitur. §. sed ius quidem. Inst. de iur. nat. gent. † O quam parum obstant duo quæ obstrepere nobis obiectant, nempe quod superflue probauerimus, partes enumerando, utroque vinculo coniunctum praeferri: cum satis esset id in vniuersum dixisse in principio. Itè secundò, quod segniter & pigrius quam deceat, coniunctionis dubia dirèpra sint, utpote cum nihil explicauerimus de illo, utrum verbis tantum coniunctus re coniuncto praeferatur, an è contrario. Priori obiecto respondeo, quæ animaduersione & cura digna sunt, specialiter tractanda esse, nec satis esse de ijs dixisse in genere. l. item apud. §. ait prætor. ff. de iniur. Deinde non semel Iurisconsulti eadem variè repetunt, ut l. pro hærede. ff. de acq. hæred. Pro hærede gerere videtur, qui aliquid facit quasi hæres. hæc sufficiunt. Sed Vlpianus addit: & generaliter Iulianus scribit, eum pro hærede gerere, qui aliquid facit quasi hæres. in l. mulier. ff. ad Trebell. bis eadem species reperitur, neque vsquam Iurisconsultus in ea repetitione frequentior est, quam vbi de coniunctione & accrescendi iure tractatur. l. qui ex duabus. §. si. ff. de acq. hæred. l. Papinianus. ff. ad Trebell. Ad secundum respondeo, me quidem non ibi decidisse, an verbis coniunctus re coniuncto praeferatur, sed sufficit aliud quid decidisse, & boni consulere debent, quod vel in paucis consului. l. tutori. ff. de neg. gest. quid dicturi, scilicet, forent, si questione proposita, nihil respondissem, ut fecit Martianus in l. Pomponius. ij. in fi. ff. in quib. caus. pignus tacit. accedit quod in d. l. re coniuncti, consulto omisi mista coniunctionis exemplum cæteris traditis. Præterea illa dubitatio, an praeferatur verbis coniunctus re coniuncto sublata est, & exacta penitus in l. si ita quis. ff. de hæred. instit. p. o. m. p. † Ibi planè ostendi utrunque concurrere. hoc dictum velim, Paule, non tam, quia plus potest plurimum industria, quam quod te defatigatum conijcio præ arguta defensione. Concurrunt sanè, quia par parem, debilis debilem non vincit. l. iij. §. si. ff. de recept. arbit. sed munera mutuo donant, & accipiunt ignaui milites, ut fecerunt Glaucus & Diomedes, apud Homerum, & se inuicem muneribus prouocarunt. §. si. proæ. ff. & neutiquam pugnant, vter potior sit. Quod autem vtriusque coniunctio distincta sit debilis, ostenditur: nam realis coniunctio verborum vinculo caret, diuersa oratione fit. d. l. triplici. ff. de verb. signific. & vocatur separatio. d. §. si eadem. Instit. de legat. Verbalis verò per se non meretur vera dici coniunctio, sed magis quædam festinatio sermonis. † Id est quod sentio in d. l. si ita quis. quod quanuis syllaba, & coniunctionem faciat, tamen non tam coniunxisse quam celerius dixisse testatorem videri, qui dixit, Caius & Mæuius hæredes sunt, hoc est, licet mista coniunctio fiat per syllabam, & vel æquipollentem. d. l. triplici. attamen cum verbalis tantum sit per eandem syllabam, & adiectis illis verbis, æquis partibus, testator non propriè coniungit, sed celerius dicit. celerius, inquam, sic: Titium & Seium æquis partibus instituo, & Titio relinquam dimidiam. itaque non tam coniunxit quam celerius dixit. id est, utrumque simul fecit partim, ut in l. qui cum tutor. §. 2. ff. de transacti. non tam paciscitur, quam decipitur. id est, paciscendo decipitur & quod celeritatis sit animo nihil immutat. l. si decem. de verbor. oblig. vnde manet coniunctio. Proinde verbis coniunctus non audet cum re coniuncto singulari certamine experiri, sed illum consortem facit, & sic pacem redimit. sicuti etiam probatur in quodam Modestini responso, quod nunc excidit memoria. p. a. v. l. An est in l. Mæuius. ff. de leg. ij. † Tenes: ibi sic scriptum est, ni fallor: Mæuius fundi partem dimidiam, Seio partem dimidiam lego: eundem fundum Titio lego. si Seius decesserit, pars eius utriusque accrescit. Ecce euidentis concursus re coniuncti cum verbis coniuncto. nam Mæuius & Seius coniuncti verbis erant, propter verbum vnicum, lego, ut in l. Seia. §. Caio. de fundo instr. ff. l. vel ex parte. cum sequent. ff. de reb. dubijs. nam si esset omnimoda disunctio, qualis in d. l. Mæuius. & d. l. vel ex parte. deficiente reali vinculo contingit, cum partes legatae sint, nullum ius accrescendi in legato contingeret. l. 1. ff. de usufr. accresc. quomodo autem hæc re coniunctio Mæuij & Seij facta sit, probe intelligis. nempe ex eo quod mox idem fundus Titio legatus sit. quocirca coguntur in eandem fundi dimidiam duo priores legatarij ex posteriore scriptura. l. Iulianus. ff. de hæred. instit. l. cum in testamento. §. si. eod. alioquin certe vterlibet priorum equaliter fundum diuisisset. & haud scio an aliqua fuisset inter ipsos conuentio in diuersis clausulis. neque enim idè hic erit quod in stipulatione illa: mihi decem Titio decem promittis. quia ibi responsio eadem promissoris coniungit. l. stipulatio ista. §. eum qui de verb. oblig. quod si quis cum

Accursio

Accursio malit in d. l. Mæuius. tres simul re tantum coniunctos, non admodum refragabor, propter dictionem, separatim, de qua in l. 1. §. interdum. ff. de usufr. accresc. sed verbalis coniunctio mihi visa est plausibilior in Mæuius & Seio ex illico consecutis, ut ostendi.

OBSERVATA IN LX. DIALOGVM.

- | | |
|--|--|
| 1 Præsidi prouinciæ nomen generale est, & speciale. | 3 In Gallia nulli hodie Proconsules. |
| 2 Præses differt à Proconsule. quod prouincias hic sortiretur prisco iure. | 4 An quisquam se magistratu abdicare possit. |

INTERLOCVTORES.

ARCADIVS, CALLIDEMVS.



NON ab re in Cratylo scripsit Plato, difficilia esse, quæ pulchra sint. CALL. Pulchra quidem sunt, quæ de coniunctionibus audiui, sed ab his propter obscuritatem aliquantulum abhorret animus. vellè ego nunc tractari, quæ captui meo responderent, qualia sunt quæ faciunt ad declarationem huius nominis, quod est, Præses prouinciæ. ARCAD. † Præses prouinciæ in genere capitur, & in specie, ut adoptio. l. j. ff. de adopti. In genere cõprehendit omnes, qui prouincias regunt, proconsules, legatos, & si qui sunt alij. l. j. ff. de offic. præf. vnde Præsidentus, id est, prouincia. l. sed & reprobari. §. si. ff. de excus. tur. Dicitur Præses, quia præsit gubernandæ prouinciæ. hinc sequitur, quod si princeps dixerit in rescripto, huius rei notionem Præsidi prouinciæ cõmitto, proconsul & legatus adiri poterunt. Secundo modo, † Præses prouinciæ in specie capitur, & à Proconsule differt nõ quidè potestate exercenda, neque vi imperij sui, sed origine & concedentis persona. A proconsule incipimus ut antiquiore creato T. Quintio, post bellum cum Equis infeliciter gestum Coss. A. L. B. O. Posthumo & S. P. Furio: ut is horum vice fungeretur consularibus insignibus: sed non plus sex legionibus & totidè fascibus. l. proconsules. ff. de offic. proconsul. nã nec bini consules plus duodecim habebant. proconsulum iurisdictione delegari solita, propagatis imperij sinibus cœpit ordinaria fieri, ita ut consulares viri quotannis sortiretur prouincias, in quas mitteretur, ut aperit Fenestella & l. emancipari. ff. de adopt. etiam quæstores l. 1. ff. de offi. quæstor. sed cum tandem Octauius Augustus obtinisset, partim vi armata, partim senatu dissimulante, ut imperij summam obtineret: recepta in se omni Reip. cura, honoris gratia quasdam prouincias magis pacatas & fidei indubitatae, adhuc Senatui Pop. Q. Romano gubernandas concessit. quas recenset Dion Cassius lib. 53. alias in arma rebellionemque propensiores sibi seruauit, missurus præsidem vel legatum: qualis fuit Pilatus Hierosolimis, qui à Lactantio Legatus Syriæ appellatur. plurimi vero faciebat senatus concedi sibi ab imperatore creationem proconsulum in certas prouincias mittendorum, cum, ut dixi, præsidem Cæsaris solius legati nominarentur. l. pe. ff. de offic. præf. l. hos accusare. de accusat. proconsules vero Senatui spectabant, & ab eo eligebantur mittendi in has vel illas prouincias, alludit l. 2. §. nouissime. de origin. iur. ut planius & fusius Strabo explanat in fine Geographiæ. hinc est illud Arcadij & Honorij Augg. In proconsulari prouincia officium proconsulare postulet, quod exigere consuevit: nec alienis se partibus impudenter inserat. l. si. de apparitorib. proconsul. & legati, lib. 12. C. Suetonius in Augusto cap. 47. prouincias validiores, & quas annuis magistratuum imperijs regi nec facile nec tutum erat, ipse suscepit, cæteras proconsulibus sortitò permittit. idem in Claudio cap. 25. prouincias Achaiam & Macedoniam quas Tiberius ad curam suam transfulerat Senatui reddidit. plura Theophilus de ea re in §. per tradit. de rerum diuisio. & patet antiquos principes non omnia suo iure egisse, sed benigne magistratus quosdam permisisse populo creandos, ac sortitò eligendos, tum Romæ præficiendos cum prouincijs. l. 1. ff. de officio quæstor. l. 3. de apparitorib. proconsul. 12. C. hoc factis innuitur in d. l. 2. §. nouissime. ff. de orig. iuris, vbi in principe vnum consensum est, quia senatus non perinde omnes prouincias regere poterat: aliquas ergo sibi seruauit. nam regum Romanorum æuo Quæstores suffragio populi creabantur l. 1. ff. de officio quæstor. erant quoque prætoriarum prouinciæ l. 2. §. capta. de origin. iur. Cicero libr. 1. Philippic. quæ lex, inquit, melior, quam ne prætorie plus quam annum, ne plus quam biennium consulares obtinerentur: itaque apud Flauium Vopiscum in Floriano, Senator sic Senatori scribit: Fac

f iij

igitur, vt conualescas curia interfuturus antiqua, nos recepimus ius proconsulare. nam eodem autote Probus imperator proconsules creare patribus permisit. Lampridius in Alexandro: Prouincias quaestorias praesidales plurimas fecit, proconsulares ex senatus voluntate ordinavit. Ergo patet, quod licet princeps proconsulibus faciendis & creandis incumberet, quia eius interesset, tamen proconsulum autoritas potius a senatu pendebat, & senatus eis leges praescribat. l. obseruare. §. j. ff. de offic. proconsul. Praesidi & legato solus princeps. Tamen, vt dixi, eorum potestas per omnia erat similis, vt colligitur ex l. & ideo. de offic. procon. & ex l. iij. ff. de offic. praef. Ex his manifestum est, quod frustra dubitare Budaeum & alios, quoniam hodie dici possint Gallorum proconsules, cum in Gallia Respub. regibus obediatur, non senatui, aut consulis, quorum partibus proconsules in prouincijs funguntur. Sanè in hoc Budaeo assentior, quod Praesides prouinciae instar habent eorum, quos Vicereges Galli vocant, accedit quod rei militaris & exercitus summa ipsi creditur l. 3. ff. ad leg. Iul. maiest. l. 8. §. illicita. ff. de offi. praesid. praeterea in l. de omnibus eod. Praesides de singulis prouinciae negotijs cognoscebant, quae Romae varios habebant magistratus. Hoc autem tempore, Vicereges de arduis tantum controuersijs cognoscunt, & ferè ad rem militarem pertinentibus. An forsitan quod nunc varij sint in prouincijs magistratus, Seneschalli, Iuridici, Iudices: eò euenit, vt Praesides se à priuatorum negotijs debeat temperare, & ad suos priuatorum iudices remittere, arg. l. nec quicquam. ff. de offic. proconsul. Non praetermitto, quod Vicereges nostrae aetatis ferè perpetuam, dum viuunt, dignitatem regendae prouinciae habent. porro Proconsules, Legati & Praesides ad tempus prouinciae praerant, prout principi aut senatui placuerat: rari triennium excedebant. & successorem admittere tenebantur, qui fuerat designatus. l. meminisse. de offic. proconsul. Aelius Spartianus in Seuero: Cum videret, inquit, prouincias facili administrationum successione subuerti, primum voluit, vt nulli ante quinquennium succederetur prouinciae Praesidi, Legato vel Proconsuli, quod prius deponerent potestatem, quam scirent administrare. Iulius Capitolinus in Antonino Pio: Fuitque ea constantia, vt septenis & nouenis annis in prouincijs bonos praesides detineret. Sicut autem praesides vel proconsul sibi tempus praestitutum prorogare non poterat, ita neque iniussu principis minuere vel anticipare. aut si contra fecisset, laesa maiestatis reus erat. l. ij. ff. ad leg. Iul. maiest. & d. l. meminisse. ff. de offic. proconsul. & l. legatus. ff. de offic. praef. ubi rector prouinciae, abdicando se, non amittit imperium. id est, reiiciendo insignia magistratus, & protestatione facta de ea re. Nec obest l. ij. §. & cum placuisset. ff. de orig. iur. nam ibi se abdicarunt, qui supremum habebant imperium, & reliqui de eorum consensu, puta consules, post exactos reges, & ante Caesares. nec dubium est, quin princeps regno se abdicare possit. cap. i. de renunc. libr. v. i. sed hoc parum ad farinam proficere potest. quia de ijs, quae raro accidunt leges non sunt editae. l. iura. ff. de legib. obseruatum à me est aliud discrimen inter proconsulem & praesidem: quod ille, quoties in prouinciam proficiscebatur, legatum ad vniuersas caulas sibi assumebat, cui mandaret tam laxam iurisdictionem quam primum ingressus prouinciam. l. obseruare. §. si. ff. de offic. proconsul. at praesidi non ita aderat legatus, sed singularia capita iurisdictionis suae cum expediebat, mandabat. l. §. i. de suspect. tutor. ff. l. i. §. suspect. ad Turpilian. nam & ipse praesides non aliter gratius vocabatur, quam legatus imperatoris. l. hos accusare. ff. de accusati. l. legatus. ff. de offic. praesid. sic intelligitur l. moris. ff. de poenis, ubi vetitus postulare coram legato non auditur coram praeside. vt scilicet non de legato praesidis ibi tractetur, alias lex careret dubio. attamen praesidi saepe vicegerentem dabat imperator vel praefectus praetorio, non necessario sed nonnunquam occupato. l. 2. C. de officio eius qui vicem alter.

OBSERVATA IN LXI. DIALOGVM.

- 1 Neque Praesidi, neque Praefecto, neque iuridico, Seneschalli Galliae sunt conferendi.
- 2 Seneschalli unde dicti.
- 3 Dioecesis & prouincia differunt.
- 4 Metropolis ciuitas quam est.

INTERLOCVTORES.

MACER, LABEO.



BVND E actum est de prouincialibus magistratibus. redeamus, quae so, in Urbem, vt per ocium urbanas dignitates suo loco describamus. Quid dixi: imò placet adhuc paululum commorari tanquam diuertentes, vt audiat Callidemus, quifnam ille magistratus sit, quem Cisalpina Gallia Seneschallum vocat, qui inferioris utique ordinis est, quam vt debeat Praesidibus comparari. sed Praefectum vel Iuridicum

cicum, vt Budaeus ait, rectè vocaueris. LABEO. Praefecti nomen latissimum est, vt liquet ex rub. ff. de offic. praef. vrbis, vigiliis, augustalis. & similibus. si praefectum prouinciae appelles, deciperis. quia vna in prouincia plures Seneschalli sunt. si Praefectum vrbis Seneschallum dicas, perinde falleris. nam Praefecti olim per seipos iudicabant, quasi periti iuris: hodie Seneschalli militie praesunt & equitibus, quasi quidam minores praesides: non autem antiqui praefecti vrbis. l. j. ff. de off. praef. vrb. neque obstat l. j. §. cura carnis. versic. quies. ff. de offic. praef. vrbis. vbi milites stationarios habet praefectus: quia hi milites paucissimi erant, qui cum comitareretur ad vrbanam plebem compefcendam & exploranda crimina ciuium ac denuncianda. l. i. de curios. lib. xij. C. non ergo exercitui in castris sed forensi quieti eiusmodi milites destinabantur. Seneschalli omnes milites congregant, qui in expeditionem magnam ducendi sunt. Item praefecti vilia curabant. d. §. cura carnis. ff. non Seneschalli, vt dixi. neque iudices qui eorum vicem gerunt, & forensi auditorio praesident, qui nunc Magni iudices appellantur. Iuridicus etiam Seneschallus non appellabitur, quia ille foro, hic armis, vt ostendi, praeficitur. l. j. & ij. ff. de offic. iurid. sed iudices Seneschallorum, me autore, rectè Magni iuridici vocari merentur, ab officio iuris dicendi nomen accipientes. Deinde quomodo Seneschallus diceretur Praefectus vel iuridicus, cum horum appellatio vaga sit, & sine adiectione non cognoscatur? Iuridicum Alexandria dici audio, rubr. ff. de off. iur. Alex. & rub. de off. praef. August. hinc est, quod cum noua sit Seneschalli potestas & antiquis incognita, vel praefectum dioeceseos dicere debemus, vel contenti esse nouato Seneschalli vocabulo. quia plura sunt negotia quam vocabula. eos tamen non alloquor, qui teneri sunt, & quibus omnia faent, nisi Ciceronem redoleant, sed verustatis simul & nouitatis amatores, quod Seneschallus namque vetus dictio est, luxata interim pronuntiatione, à Gallis Senonibus origo est, quos Gallorum fortissimos Roma aliquando experta est, utpote quam expugnarunt, & Hetruscos pepulerunt ab Arimino ad Anconam: vnde & Senogallia dicta est, quae deinde Gallia togata. vt scribit M. Caro in fragmento Originum, à qua quidem in Galliam Cisalpinam innumerabilia ferè vocabula serpsit, vt Feudum, Soldata, Vassallus, & barbara plurima, de quibus in vrbis feudorum. ergo Seneschallus, quasi Senogallus vocetur: vel quasi *σεμνόγαλλος*, id est, seuerus vel venerandus Gallus. MACER. Nunc accedo Aulo Gelio, mi Labeo, qui te scribit vocum origine plurimum delectatum fuisse. quae quamquam parum frugifera multis videntur, persaepe tamen rei proprietatem demonstrant & utique *σεμνὸν ἀντρον*, id est, honestum antrum, in quo Apollo Chironem conuenit dixit Pindarus in Pythius ode. 9 & Isocrates in Euagora, in Rege expetit, vt sit *Σεμνὸς ἀνὸν τῆς τοῦ προσώπου συναγωγῆς, ἀλλὰ τῆς τοῦ βίου κατὰσκευῆς*, id est, grauis, non vultus contractione sed vitae instituto. Celtis seu Gallis, inquit Laertius lib. i. Druides Philosophi semnothei appellabantur. nempe deorum cultu venerabiles. Iam uero vulgo Gallos graecè loquutos lib. 6. de bello Gallico Iul. Caesar attestatur. Nunc permitte, amabo (ne longius à re quicquam tractem) me de prouincia significatione disputare. etiam de dioecesis cum prouincia differentia. quod Alciatus in l. notionem. §. continentem. ff. de verb. sign. scribit dioecisim pro prouincia vsurpari in iure Pontificum. sed restis quo ille vitur, eum prodit, nempe Pelagius Pontifex, in can. scitote. vj. q. iij. vbi prouinciam vocat, quae habet x. vel xi. ciuitates, & vnum Regem, & totidem minores sub se magistratus, & vnum metropolitanum, aliosque coadiutores x. vel xi. Episcopos. Quod si quilibet Episcopus praestit vnicae dioecesi, vt verè praestit: item si plures Episcopi in vna prouincia sunt, can. si quis Episcopus ead. quæst. ergo in prouincia plures dioeceses sunt, contra Alciatum. Praeterea, si cui, rescripto pontificis, sacerdotium in dioecesi assignatum est, non habebit vbique in tota prouincia, cap. quanuis. de praeben. lib. vi. Dicam insuper ingenuè, Pelagium religiosum quidem hominem diplomatis componendis aptiorem fuisse, quam definiendae prouinciae. quousquifque enim tam stupidus est, vt in qualibet prouincia Regem esse & x. vel xi. ciuitates videat? In Gallia vnus est rex, vnus in Britannia, variae prouinciae. Planè prouincias, vetustas limitum & saepe opinio hominum distinguit. dummodo vna sit ciuitas praeter ceteris excellens, & v. vi. vii. vel plures ciuitates, vel municipia. Quodam Germania vnica fuit prouincia, deinde in duas diuisa, & duobus commissa praesidibus. l. iij. ff. de offic. assess. Dioecesis, quae sub prouincia comprehenditur, Graeca vox est, quae procuracionem seu dipensationem significat. quia intra prouinciam vastam & amplam procuratores erant dioecibus praepositi. Cicero x. i. epistolarum lib. Pub. Seruilio scribit: Ex prouincia mea Ciliciensi, cui scis *τρεις διοικησεις* Asiaticas attributas fuisse, nullo sum vsus familiaris quam Androne. idem lib. v. ad Atticum cap. 15. tu autem saepe dare tabellarijs publicanorum poteris, per magistratos scripturæ, & portus, & nostrarum dioecesium. apertius in auth. vt iudices sine quosquif-

fragi. §. illud. col. 2. Alciat. in l. pupillus. §. territorium. pro se citat l. j. C. de priuat. carcer. vbi legitur Ægyptiaca diœcesis. cum certū sit Ægyptū esse prouinciam. sed nihil ei confert adiumenti. nam aliud est dicere Ægyptum diœcesim, aliud Ægyptiacam diœcesim. quia si centum essent diœceses in Ægypto, omnes vocabuntur Ægyptiaca: sicut omnes diœceses Asiæ, Asiaticæ, vt dixi ex Cicerone, cum sit vna prouincia Asia. l. fi. de cens. ff. non prout est tertia pars orbis. hæc differentia seruat in l. fi. de fund. patrim. lib. xi. C. ibi, in quacunque diœcesi, vel in quacunque prouincia, accedit quod sermo indefinitus æquiualeat vniuersali, vt qui simpliciter diœcesim dicit, ad quālibet se referat. l. si pluribus. ff. de leg. t. 2. vere autē à prouincia discrepat, quamquā discrimē hoc Iustinianus nō seruauit in l. Deo nobis. §. fi. C. de episc. & cleric. ibi, antistites Aphricanę diœceseos, siue aliarū prouinciarum. si modō dictio alius, semper repetit similia. sed nō reperit in l. argumēto. §. margarita. ff. de auro & argen. margarita vel qui alij lapides. cum margarita nō sit lapis. l. & si non. §. margaritas. ff. eo. sed est lapillis similis. sic diœcesis prouinciæ, aut vt iā dixi, Aphricanę diœceseos mētio ad quamlibet referetur indefinitē. † Metropolis. in d. can. scitote. vj. q. iij. vna in qualibet prouincia requiritur, est enim ciuitas maxima, quasi caput prouinciæ. Isidorus in can. cler. xxj. dist. dicit metropolim esse dictam à mensura ciuitatum. Alciatus lib. Disp. t. i. cap. xxij. Isidorus reprehendit, meritō sanē, & inde dictam ostendit, quōd sit mater ciuitatum. quia non per ἡγετα, sed ἐπιλειν scribitur μητροπολις. mater ciuitatum vocatur in can. de his. xij. dist. & l. j. de metrop. Beryto. lib. xi. C. quod verbum non ad eō recens est, quin eo vtatur M. Cato in Originibus, inquit, Metropolis fuit Anxur, nunc Tarracina. & Martianus in l. obseruare. §. pe. ff. de offic. procons. vbi proconsul in Asiam missus, per mare applicare debet, & attingere τὴν μητροπολιν ἐφεσον, id est, metropolim Ephesum, quæ est vrbis in Ionia Asiæ minoris parte proprie vero scio metropoles ciuitatum antiquissime dictas fuisse eas, ex quibus tanque matribus soboles ducta fuerat aliarum ciuitatum seu coloniarum. & sic Tyrus in Syria esset metropolis Carthaginis, nec obscure vocat Suidas μητροπολις, quæ colonias miserunt.

OBSERVATA IN LXII. DIALOGVM.

- | | | |
|---|---|------|
| 1 | Intellectus l. idem functo. ff. de off. assess. | dir. |
| 2 | Assessores qui sint. | 6 |
| 3 | Comites proconsulum duplices. | 7 |
| 4 | Præstitum, non præstitutum, legendum in d. l. idem. | 8 |
| 5 | Certum tempus non erat præstitutum legato. | |
| | | 6 |
| | | 7 |
| | | 8 |

INTERLOCVTORES.

MACER, CALLIDEMVS, PAPINIANVS.



Hæc habui, quæ his dicerē, & quæ multi non indocti, sed negligentes viri prætermiserunt. CALL. Vetus verbum dicit, mortuos non mordere: atqui tu mortuus cum sis, viuaciter Budæum & Alciatum viros doctissimos momordisti, aperreque demonstrasti in rebus leuibus grauitur hallucinatos esse. P. A. P. Grande profectō vtriusque ingeniū, & dignum quod meliora voluisset in significatione prouinciæ, diœceseos, & præsidis prouinciæ, vel legati Cæsaris. de quo sic feridē respondi † in l. diem functo. ff. de off. assess. vbi Doctores, quorum nomina raceo propter Alciatum. egregiē recta inuerterunt. Diem, inquam, functo legato Cæsaris, salarium comitibus residui temporis, quod legatis præstitum est, debetur: modō si non postea comites cum aliis eodem tempore fuerint. Diuersum in eo seruat, qui successorem ante tempus accepit. Præmitto, rectores prouinciarum, quales sunt Proconsules, Præsides, Legati principis, nonnunquā legum scientiam ignorasse. §. i. de iudicibus in auth. coll. 6. nam rei militari potissimum incumbere l. 2. §. in bonorum. ff. quis ordo in bon. possess. proinde constar præsidibus comites adhiberi solitos, partim literatos & crebrius Iurisperitos, † qui assessores vocantur, quōd assiderent principi iudicando, & illi essent à consilijs: vnde etiam consiliarij dicti. l. pe. ff. de offic. assess. Cicero primo lib. de Diuinatione: Lacedemonij regibus suis augurem assessorem dederunt. itaque senibus, sic enim consilium appellant, augurem interesse voluerunt. Probatur quod dixi in l. j. & ij. ff. de ass. puta,

puta, quōd ius scirent assessores, & quōd ab assidendo & consulendo dicti fuerint. Vlpianus se assidisse non tacuit, & consilium præbuisse etiam prætori. l. 9. §. sed quod ff. de eo quod metus caus. & Sabinus in assessorio prætori assitit. l. 5. §. hac lege. ff. de iniuri. atque ita satis erat iurisdictionem habentibus secundum leges iudicare ex aliorum consilio & hortamento. §. i. de iudicibus, in auth. col. 6. vbi summi magistratus detenti curis publicis sui muneris partes implent per assessores. Insuper habere ipsi præsidēs separatim aliud genus comitum gnarum rei militaris, qui maiestatem custodia auerent, & stratorum seu stipatorum vice fungerentur. l. obseruare. §. j. ff. de off. procons. Vtrique autem comites munerum & tutelarum vacationem habebant. l. legato. ff. de vacat. muner. † Rursus, horum comitum alios dabat princeps vel senatus legatis, alios autem ipsi legati eligebant. de prioribus agitur in l. abesse. ff. ex quib. caus. maior. vbi reip. causa abesse videntur comites legati Cæsaris, qui in ararium & in commentarium principis relati sunt. nam princeps scribebat in suo commentario, velut diario & libro rationum, Talem præsidem præfeci Mysiæ, talesque ei dedi comites: & ex arario tot salarij nomine assignaui. nimirum comites ex publico salarium capiebant. l. fi. ff. de off. ass. & fiscus siue ararium habebat commentarium, in quo nomina comitum describerentur. cui qui præerat, dicebatur commentariensis. l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fisci. De posterioribus comitibus à legato electis, agitur in l. solet. §. sicut. ff. de off. procons. & apud Ciceronem in epistola ad Quintum fratrem, qui tum Asiæ præerat: Atque, inquit, inter eos quos tibi comites & adiutores dedit ipsa Resp. his finibus præstabis, quos antē præscripsi: quos verò aut ex domesticis coniunctionibus, (vbi alij legunt conuictoribus) aut ex necessarijs apparitoribus tecum esse voluisti, qui quasi ex cohorte prætoris appellari solent, horum non modō facta, sed etiam directa præstanda nobis sunt. hoc Tullianum confirmatur l. j. ff. ad leg. Iul. reper. ibi, vel cum ex cohorte. Prætores autem tanquam præsidēs gubernasse antiquitus prouincias certissimum est. l. ij. §. capta. ff. de orig. iur. l. eum qui. ff. de iurisd. omn. iudic. Cicero lib. 10. ad Atticum cap. v. i. i. prouincias, inquit, prætores nondum fortiti sunt, res eodem est loci, quo reliquisti. MAC. Opinor tuam l. diem functo. de his comitibus accipi, quos sibi legatus elegerat, quorum facta dictaque, vt Tullius admonuit, præstare debet. l. j. C. ad leg. Iul. repetund. P. A. P. Sic est. nam & legatus Cæsaris siue Præses salarium ab arario accipiebat, vt ipse deinde comitibus adscitis distribueret. de ea re audiamus Ælium Spartianum in vita Pescennij Nigri: ne noui, inquit, ad regendam Remp. accederent, præter militares administrationes, intimaui assessores in quibus prouincijs assidissent, in his administrarent: quod postea Seuerus & deinceps multi tenuerunt vt probant Pauli & Vlpiani præfecturæ, qui Papiniano in consilio fuere, ac postea cum vnus ad memoriam, alter ad libellos paruisset, statim præfecti facti sunt huius inquit, etiam illud fuit, vt nemo assideret in sua prouincia, nemo administraret nisi Romæ Romanus. hoc est, oriundus vrbe. addidit præterea consiliarijs salaria, ne eos grauarent quibus assidebant: dicens. IVDICEM. nec dare debere, nec accipere. ex his Spartiani verbis aperte Papiniani seculum & responsum describentis, liquet salarium ab arario pensum comitibus præsidis prouinciæ maxime assessoribus. Quibus addo licuisse iterum atque iterum assidere, ne ideo improbetur quis, quia semel probatus fuerit. l. pe. C. de assessorib. propterea quidem quod, vt forte paulopost excutiemus, iurisdictione non fungitur: ne obsit l. i. C. ad legem Iul. de ambit. vbi aliud in magistratu obtinet. ideo in d. l. diem functo. † præstitum, legi oportet cum Accurs. non, præstitutum, cum Alciat. & alijs. hoc est, si Præses salarium annum promisit comitibus, & decessit nondum anno finito, salarium pro residuo anni tempore debetur. Ita demum, si iam illud salarium sit præstitum ipsi Præsidi, in anni principio. Plane exponere cum quibusdam, præstitum, pro, præstandum, absonum est nec facit quōd in l. diem functo. ff. locat. legitur, præstandum est, quia in nostra l. diem functo. de offic. assess. est verbum, debetur, quod idem significat, quod, præstandum est. Neque itidem lego, præstitutum est. quia antiquā lectionem mutari non placet, & ego certō scio expungendam nō esse dictionē, præstitutū, vt præstitutū, subiciatur. sed extorqueamus hoc rationibus. Imprimis qui, præstitutum, legunt, volunt legatis tempus præstitutum esse, intra quod prouinciam regant. Finge v. i. annos præstitutos, & mortuum esse primo, nunquid æquum esset prosequente quinquennio comites salarium habere? nam & textus subdit: quōd si comites alijs legatis in residuo tempore fuerint, salariū non debetur totū. equis esset tam fatuus, vt cum possit tādium in otio pro quin-

5 quennio, salario potiri, se alij cuiquam comitem præbeat? Addo, † Præsidibus, proconsulibus, legatis, tempus non solitū præstitui, sed indefinito tempore mitti consueuisse, ut siquid bene administrassent, diutius præsiderent. & sic eorum virtus accenderetur. nam quod Ælius Spartianus scriptum reliquit, Severum Imperatorem primum statuisse, ut nulli ante quinquennium succederetur non habet tempus præfinitum: quia non propterea excludat tempus post quinquennium. capi. Ioseph. de verb. sign. facit illud Iulij Capitolini in Antonino, quem refert adeo constantem fuisse, ut septenis vel nouenis annis bonos Præsides detineret, quoad succederetur l. si forte. ff. de offic. præsid. ergo pro constantia vel inconstantia principum legati reuocabantur, non certo tempore. l. moris. ff. de pœn. l. ij. ff. ad leg. Iul. maiest. ubi reus est maiestatis, qui non decedit à prouincia, cum ei est datus successor. nobis dicit cum tempus exactum est. l. meminisse. ff. de offic. proconsul. hinc est, quod præses designatus debet mittere decessori literas, significans quando & quo die prouinciam sit ingressurus. l. obseruare. §. antequam. ff. de offic. proconsul. Cum itaque certum tempus præfixum non esset legatis Cæsaris, abigamus dictionem, præstitutum, è textu, & ita legamus: diem functo legato Cæsaris, salarium comitibus residui temporis quod legatis præstitum est, debetur. id est, mortuo legato Cæsaris, salarium, quod promissum est à legato comitibus & quod præstitum ipsi legato fuit, ex arario in principio anni debetur ipsis comitibus pro toto illo anno cæpto. Porro quanuis de residuo anni expresse non agatur, ita tamen sensus legis accipi debet, ut dicitur in l. sed addes. §. si. cum l. seq. ff. locati. nam anni tempus ut moderatum facile indulgetur. l. item quæritur. §. si. ff. cod. & in mille iuris negotijs, potissimum ubi de morte principalis viri agitur, ut magistratus. l. si. de domesticis lib. x i i. C. imo etiam in priuatis negotijs & relictis. l. qui concubinam. §. vxori. ff. de legat. i i i. ubi copiose spatiatur Accursius. & explicat Imperator in l. vj. de erogati. milita. annon. lib. xij. C. argumento est annuus luctus mulieribus indictus. l. i i. C. de secund. nupt. & facit l. vnic. §. exactio. C. de rei vxor. act. gl. in l. diuortio. in princip. ff. solut. matr. §. sed hactenus. Instit. de mil. testa.

Plus anno concedere comitibus frui salario, defuncto præside, ostendi iniquum esse: & maximè si quis cum Doctoribus totum tempus inspiciat, quo cum ipso præside futuri essent. & quomodo metirentur ipsi illud tempus in officiali perpetuo præsidis: nam licet præses sit temporarius, officialis eius potest esse perpetuus. l. præsidis. ff. de reb. credit. si igitur officialis ille, assessor puta, esset perpetuus, & præses incertū tempus haberet sui imperij, iam sequeretur semper quoad viueret accessori salarium præstandum fore, quod est inhumanum.

Quod diximus pro residuo anni cursu comites salarium accipere mortuo præside, 6 † limitatur in d. l. diem functo. si eodem anno cum alio præside comites fuerint: ne à duobus simul mercedem seu præmium vnus laboris capiat. l. sed addes. §. si. ff. locat. Secundo limitatur, si præses successorem ante tempus acceperit. d. l. diem functo. hoc est, si ante finem anni datus sit ei successor. Ratio limitationis est, quia † præses non aliàs eis videtur salarium promittere, quàm si ipse à principe vel senatu acceperit, ne suum ei officium damnosum sit. in fauorem Reip. l. videlicet. ff. ex quibus caus. maior. nec iustum est præsidem ex proprio persoluere amplissima multis comitibus salaria. principem verò eodem tempore salaria duobus præsidibus præstare iniquius est. non enim sic profligari oportet principis aut Reip. pecuniam. l. utilitas. de primipil. x i i. C. Atqui, inquiet aliquis, cur igitur mortuo legato Cæsaris duplicia præstantur salaria, hoc est, comitibus defuncti legati & sequentis, d. l. diem functo? Respondeo, quoniam facilius legati accidit mutatio etiam sine indignatione principis. l. i i. vers. hoc amplius. ff. de ijs qui notant. infam. mors vero legati non perinde frequens est, & iura ijs, quæ sæpe accidunt & in quibus quis sapius lædi potest consulere nituntur. l. iusto. ff. de vsuc. Præterea, defuncto præside, in solatium amissi domini præmium totius anni capiunt, arg. l. si. C. de institut.

Et sicut mulier vidua retinet viri dignitatem, l. filij. §. j. ff. ad municip. & intra annum ab hæredibus viri alitur, iuuat. l. à vobis ff. de annuis. legat. ita omnes, defuncto præside, totius anni salatio dolorem leuabit. Alia ergo ratio morientis præsidis est, alia eius qui successorem accipit, qui omnino priuatam conditionem denuò accipit. nam licet milites gregarij, post annum missionis priuilegij militaris non nihil retineant, §. sed hactenus. Inst. de mil. test. hi tamen, qui nominatam habeant dignitatem, quales sunt, primipili, tribuni, illa exuti, priuatis penitus conferuntur. l. tribunus. cum l. seq. ff. de mil. testa. proinde

& comites

& comites præsidis, præside destituto, pro priuatis habebuntur. l. cum principalis. ff. de reg. iur. non illo mortuo, quia absens causa reip. viuere intelligitur. §. j. Inst. de excus. tut. c. A L I. Doctores nostri longe aliam assignabant rationem, propter quàm, diem functo legato, comites residuum consequerentur salarium, non autem eo successore accipiente. quia non accipiebat successorem, nisi ex facto quodam improbo, & re malè gesta: vnde & assessori imputandum erat. sed cum separata sint præsidis & assessoris culpa, hæc ratio hactenus displicuit. cum verius præses prouinciæ coercere assessorem debuerit, & singulari iure in familiam adinuaduerere. l. nulli. C. quorum appellat. l. si quis forte. §. si. ff. de pœnis. Adhuc me firmit. l. 2. ff. quod quisq. iur. ubi assessoris imprudentia præsidis non nocet. è diuerso nec præsidis nequitia nocebit assessori cui imperare potuit. exciperem præsidis obstinata animo, qui detecto malo consiliario vteretur, nec sciret illud Hesioidi ἡ δὲ κακὴ βουλή τῶ βουλεύσαντι κακίστη. consilium malum consulenti pessimum. l. 25. §. procuratoris. ff. de ædil. edic. nihil enim assessor habet imperij, consilium tantum suppeditans, nihil mandat. igitur. l. 2. in fi. ff. mandat. nisi dubitante præsidem vtrum quippià facere liceat per se periculosum, assessor inflammaret. l. si vero non. §. si quis. ff. eod. etiam ubi præses in iuris cõstitutione dubitaret, & tandem auderet contra ius suasionem alienam, maxime comitis qui debuit iuris placita audacter consulenti ostendere. l. quoniam. 2. C. de appellat. Sane puto Assessori nullam esse iurisdictionem, necessariam seu contentiosam, adeo ut nec libellis litigatoris possit iure subscribere, ut scilicet aduersarius vocetur in ius, vel de plano aliquid facere cogatur. l. 2. C. de assessor. sæpe nam que aduocati funguntur officio assessoris consilij. §. illud. ut defuncti seuera. iurisdictionem, qualis est emancipatio, filij manumissio, serui, id est, voluntariam assensione præsidis ordinarij non denegarem. l. an manumittere. ff. de manumiss. vind. ubi Sabolenus consilium præbens sic obseruauit, Paulus imitatus est. P A P I N. Multum iuuat quod asseris, separatas esse culpas præsidis & assessoris in d. l. 2. ff. quod quisq. iuris ubi, nam si expono pro, sed si, l. filia. C. solut. matr. tamen succurrit crebriori opinioni. l. quoniam 2. C. de appellati. sed ne si hæc opinio tuta est, quia ante tempus anni præses iustis de causis successorem accipere potest citra indignationem principis. l. ij. §. & si princeps. ff. de ijs qui not. infam. quid enim si princeps eum nobiliori prouinciæ præficiat? quid si valitudine impediatur? ut l. ij. §. ignominia. ff. eod. nam & rectè gerentibus honor augeri debet, & præmium. l. diuus. de cust. reor. ff. l. medicos. de profess. & med. lib. x c. Et hic sit interpretationis in l. diem functo. exitus. qui plura desiderat adeat Iasonis commentarios: cui, Bartolum semper excipio, nullum ausim præferre. plurimum eruditionis habuit, inuentionis parum, sed ita copiosus est, ut eo plerisque indoctior videatur, quod sit doctissimus, atque facillimus. varias opiniones interpretum contulit: ordo in eo non morose exigendus est, in re præsertim vsque adeo confusa. ego huius viri nisi maximis laudibus meminisse nequeo. nam nec videretur contentus fuisse suorum temporum eloquentia, auferens posteris vincendi nedum imitandi facultatem.

OBSERVATA IN LXIII. DIALOGVM.

1 Vtilis actio multis modis capitur.

2 An actio utilis detur contra mentem legis.

3 Quando quis alteri stipulari possit.

4 Declaratur l. nominis. in ff. de verb. signif.

5 Vtilis actio ex mente legis, contra mentem hominis.

A L P H E N V S.



N hoc viro ego soleo reprehendere, id, quod Aristarchus in Homero: quod scilicet nec posset scribere quemadmodum vellet, nec vellet quemadmodum posset. voluit in certam methodum, velut in certum alueum, fluctus opinionum reducere, sed non potuit propter controuersiam aquarum. Vtinam aliquid amplius de actione directa & utili scripsisset, qua de re varia & dissimiles extant sententiæ, mihi cui otioso esse non placet, sic visum est de eo negotio sentire. † Vtilis actio multis modis accipitur. Primo, utilis actio appellatur directa, quæ defectu nominatæ actionis ex bono & æquo datur. Cuiusmodi est actio præscriptis verbis. l. cū mota. C. de transac. l. quoties. l. quia. ff. de præfer. verb. vnde ex utilitate aliquid concessum dicimus, id est, ex æquitate, rigore iuris non obseruato. l. iusto. §. penul. ff. de vsucap. l. peregre. §. quæ situm. ff. de acq. poss. quinimo dicitur directa efficax in l. i. ff. de eo quod

cert. loc. l. si. ff. de migran. l. si debitor. ff. de pignor. plura taceo testimonia, ne in syluam ligna dicar attulisse inutiliter. Secundò, actio vilis respectu directæ ad diuersa competentis vocatur, l. actionis. ff. de actio. vt secundum Bart. in l. j. de actio. talis est in rem actio cõpetens emphiteutæ ratione vttilis dominij. l. j. in si. ff. si ager vect. nã dominus directã in rē haber pro directo dominio, malle dixisset Barto. hanc vtilem ad eandem rem competere respectu diuersi iuris: si modo actio concessa emphiteutæ vttilis dicenda est, vt quæ datur habenti superficiem l. i. §. quod autem. ff. de superfici. Tertio, vttilis datur ex mente legis, directæ verò ex verbis ipsiis. & sic differunt, vt *ἐν τῷ ἀπὸ διαφορίας*. l. fraus. ff. de legib. facit l. penul. ff. si quad. paup. fec. l. si. C. ad leg. Aquil. l. curatoris. C. de neg. gest. vnde legitima separata ab vttili nuncupatur. l. si vsusfructus. ff. de aqu. pluuiæ. † Enimverò reiicienda est Bartoli & sequacium opinio, qui vtilem quandoque contra verba & mentem legis inueniunt, in l. quoties. C. de donat. quæ sub mod. vbi donauit Ælius Seio centum, vt post annum Titio restitueret, si hoc non est stipulatus Titius, nulla ei, stricto iure, parta est actio: sed donatori conditio ob causam ad repetendum donata, quasi causa non secuta. Sed ramen benigni iuris interpretatione, Titio vttilis actio permittitur iuxta Ælij donatoris voluntatē. Nusquam video hic vtilem actionem aduersus legis sententiam, cum magis benigni iuris interpretatione æquitatis saccaro delibuti concedatur. qui legem interpretatur, quod intus est in lege excutit, & relicto cortice verborum sententiam accipit. vt d. l. fraus. ff. de legib. Neque obstat, quod alteri stipulari nemo potest. §. alteri. Instic. de inutilib. stipul. sed in l. quoties. C. de donat. quæ sub. Ælius Titio stipulabatur, nihilominus vttilis actio Titio concessa est, ergo contra mentem legis. Respondeo, † Rem alienam alteri non possumus stipulari, verbis & mente legis. d. §. alteri. Sed rem nostram stipulari alteri reddendam possumus, sicut & ab initio ei donare: l. certi. §. si nummos. ff. de reb. credit. sicut rem alienam, quam tenemus commodato vel deposito, reddendam vero domino paciscimur commodè, eique vtilem actionem paramus. l. pe. C. ad exhib. eccur. de re nostra pacisci non licebit alteri? l. publica. ff. deposit. modo incontinenti post numerationem pactio adfuerit, secus si ex intervallo. l. quoties Caius. ff. solut. matr. sic forte satisfacit. l. certe. §. quoniam de reb. credit. vbi cum perfecte nummorum te fecissem dominum ex mutuo, post intervallo alteri stipularis sum frustra aut me pœnituit vt d. l. quoties. nam antea stabat stipulatio. ex sententia legis: quia interdum fruore donatarij temporis dilatio præscribitur, & restituitur per mediã personam. l. si ita relicta. §. Pegafus. ff. de leg. ij. vel forte in d. §. quoniam l. non anxie curauit fouere stipulationem alteri profuturam de re nostra, id est, de mutua pecunia, pro qua quidem vegetam actionem præcedere norat ex numeratione saltem stipulatori commodam adeo libentius subuenit lex miseris. l. auia. de iure doti. C. sobrie autem dictum est alteri ex re nostra nos stipulari, iuxta nostram voluntatem, quoniam pœnitere licet antequã traditio secuta sit. d. l. quoties. in si. & l. si cum fundum. ff. de pact. vt iam attingi, sic fragilis est alteri profutura pactio.

Vrgebit aliquis hoc modo: Si vttilis actio semper ex sententia legis competit, non differt vbi que à directæ, quæ ipsa ex sola sententia legis datur, vt ait Bart. in l. actio. ff. de neg. gest. per l. j. ff. vt poss. vbi Prætor vim fieri vetat ei, qui ædes nec vi, nec clam, nec precario possidet, & idem interdictum pro fundo datum est directò. l. j. C. vt poss. ergo licet verba interdicti de ædibus tantum loquantur, ex mente legis idem pro fundo interponitur. Ceterum Bart. & reliqui toto celo aberrarunt. quia ædes nedum fundus verbis interdicti comprehenduntur, nec exemplum. l. j. ff. de interd. restringet regulam. l. regula. §. si. ff. de iur. ignor. vt explanatur apposite in l. xxx. in si. ff. de damno inf. & in l. i. ff. de public. iudic. inter publica iudicia est lex Cornelia de testamentis: non continuo falsa instrumenta cœrceri quis negauerit. nihil enim voluit Iuriscons. in l. j. ff. vt poss. ostendere, cum ædes posuit, quàm omnia immobilia significare, quæ singulatim enumerata rædium parerent. nam subdit in d. l. j. Vlpia. hoc interdictum de soli possessore scriptum est. Tale aliquid euenit in l. j. §. de exercitoribus. ff. nautæ, caup. † Multò minus obstat l. nominis. in fin. ff. de verb. signific. vbi verbum ex legibus accipitur, tam ex legum sententia quàm ex verbis. ex quo demonstratur in vanum verba legis separari à sententia. Respondeo, illa verba, tam ex legum sententia, quàm ex verbis, sic accipi, id est, & ex verbis & sententia simul & copulatiuè. quia nemo negabit, quin verbum legis aliquid præcipiat, quantumuis verbo sententia concurrat, & qui dicit Seium laudandum esse, tam doctrina, quàm viribus: idem dicit, quod est, & viribus & doctrina. nec propterea Vlpianus in d. l. nominis. negat quin verbum ex legibus sit, si sententia desit & violetur, §. vt l. contra. ff. de legib. Quarto casu, † vttilis actio dicitur, quæ contra mentem hominis, ex mente

mente legis tribuitur. & ideo scitè quidam dixerunt cum Bartol. alio casu competere, quàm directæ comperat. l. curatoris. C. de nego. gest. vbi hæres curatoris bona adolescentis administravit, qui vt curator conueniri nequit: quia cura ad hæredem non transit. Quid ergo? Certè vttili negotiorum gestorum actione obstringitur, quæ vttilis dicitur, non contemplatione directæ negot. gest. sed eius directæ, quæ in curatorem datur curæ respectu. Vnum dicam, illectus nimirum comitate vestra, quæ me in studio vttiliter sane currentem mirum in modum accendit, nihil impedire scilicet hanc vtilem negotior. gest. actionem, posse dici respectu directæ negotiorum gestorum actionis. quoniam directæ datur etiam contra eos qui necessitate vel necessitatis suspicione quid egerint. l. iij. §. hac actione. ff. de neg. gest. l. quicquid. C. arbitri tutel. Quintò, vttilis actio relata ad directam vocatur, quæ ex æquitate permittitur, vel loco vttilis datur directæ, alia quàm directæ, principalis, vt l. ij. §. item Varus. ff. de aqua pluuiæ arcend. vbi deficit directæ aquæ pluuiæ arcendæ, cui succedit vttilis, vel interdicitum, vt possidetis. directum, Accursius ibi vtile esse putat, cogitare: adiuuat nos l. pe. C. ad exhiben. sed iam vos vicissim loqui æquitas susceptæ inter nos prouinciæ cohortatur.

OBSERVATA IN LXIII. DIALOGVM.

- | | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | <i>Explicatio l. j. C. de actionib.</i> | 4 | <i>Intellectus l. si Stichus. ff. de pecul.</i> |
| 2 | <i>In l. j. C. de action. est contractus innominatus.</i> | 5 | <i>Intellectus l. illam. C. de donation.</i> |
| 3 | <i>An actio vttilis ibi detur in subsidium.</i> | | |

INTERLOCVTORES.

MODESTINVS; MAVRITIANVS.



AM parcè de istis locuti sunt Doctores, vt illis emendū videatur, quod dicerent: etsi multum fructuosa sint & plerisque incognita, nec digna, quæ per socordiam sic inexplicita prætermittantur. Sexto itaque & præcipuo modo, vttilis actio dicitur, quæ cessa est ab eo, qui directam habet. Verbi gratia: Seius legat mihi nomen sui debitoris Titij: aduersus Titium actionem vtilem habeo, & quidem nomine meo. lex legato. C. de legat. Simile est in l. j. C. de action. † in tali specie: Mæuius tibi debebat centum, quæ promisi tibi exoluere, vt Mæuium liberares: tu inuicem promisisti mihi, mandare actionem quam habebas contra Mæuium tuo nomine. Solui ea centum iuxta pactum, & tu inuicem, id est mutuo: quia vnica dictio est, inuicem, non gemina, vt falso asserit Bart. in lectura Azonis. sic est in l. iij. ff. pro socio. mandasti mihi directam actionem vel eius exercitium. antequam autem eum Mæuius, pro quo solueram, litem essem contestatus, decessisti sine hærede. & sic directæ actio mandata morte mæ. dantis preëmpta est. sed vttilis mihi ex æquitate conceditur in Mæuium. MAVR. Iste progressus iusto initio deficiens obscurior æquitulo redditur. nam primum, scitu dignum est, quisnam contractus in d. l. j. fuerit inter mandatorem directæ, & eum qui soluit pro Mæuius an emptio fuerit, dubitatur, & vt emptio fuerit, verisimilius est: cum pecunia data sit quasi pretium. l. Modestinus. ff. de solut. †. Quinimo verius est, esse ibi contractum innominatum. nec d. l. Modestinus. propriè emptionem esse arguit, vbiunque pro mandandis actionibus promittitur pecunia. arg. l. si. de cond. caus. dat. ff. & multum refert inspicere quomodo pecunia ob rem detur. l. in ratione. §. tamen si. ff. ad legem Falc. & l. ad veteram. §. si. eod. d. euidentius liquet in l. sed si quis. l. ar cum hæres. ff. de pecul. quod doctores supinè satis prætermisere. nam & cum dubitatur de nomine contractus, satius est innominatum putare. l. j. ff. de præf. verb. præterquam quod nouimus, pretium ibi pro quauis æstimatione vsurpari, quæ compensando inuicem datur siue emptionis specie, sed potius ob causam. l. periculi. ff. de nautic. fœnore. l. si vestimenta. ff. de condic. ob turp. caus. ff. hinc est illud Lucillij:

Virtus, diuitijs pretium persolvere posse.

id est, æstimare quæ sint verè diuitiæ. nam dixerat.

Virtus, querenda finem rei scire modumque.

Præterea, ne vtamur coniecturis, in d. l. j. de action. hic contractus erat, soluo vt liberes Mæuium, id est, do vt facias: vel, si mauis, facio vt facias. quia solutio, facti est. l. consilio. §. si. ff. de cur. fur. Addas, quòd vttilius est atque adeo æquius innominatum iudicare;

quàm emprionem, quæ semper in mandato actionum suspecta est. l. per diuersas. C. manda. Proinde hic tractatus sic definitur debet, vt si actiones directæ mandata sint contra debitorem, is qui mandauit, reuocare poterit mandatum, nisi in casibus. l. ij. C. de nouat. Si verò decesserit mandatus, distinctio facienda est, aut is cui directæ mandata est, litem antea est contestatus, & habet exercitium directæ. l. j. C. de action. Aut nondum moriente mandante litem est contestatus, tunc vtilem tantum habet ex æquitate. d. l. j. C. de act. Neque vis vlla facienda venit, vtrum is, qui mandauit, cum vel sine hærede decesserit, vt mox subiiciam. † Sunt, qui putent vtilem actionem hic dari in subsidium, cum sit contractus innominatus. quia, inquit, in contractibus innominatis sine cessione vtilis non datur, nisi in subsidium & per paucos casibus v. vel v. i. quos ibidem Accursus enumerat. Verum ego arbitror vtilem actionem vbique citra cessionem competere, dummodo subsit eadem æquitas vel voluntas agentium. l. j. §. nunc tractemus. ff. de tutel. & ratio. dist. nimirum lex videns cessionem vtilium actionum factam, frustra succurreret, cum expressa dispositio contrahentium potior sit. l. si. C. de pact. conuent. cum autem videt lex, æquum esse actionem dari, quæ cessa expressim non est, dat in subsidium l. ex nominis. C. de har. vend. Nō obstat l. ij. ff. pro socio. vbi quando societas omnium bonorum coita est, ea quæ in nominibus sunt, in suo statu manent: sed actiones inuicem præstari debent, ergo sine cessione nō transeunt. Respondeo, fateor, directas non transire, nisi mandentur: vtilis verò transeunt. l. si. C. quando fisc. vel priuat. † Secundo, vel non obstat l. si Stichus. ff. de pecul. vbi seruo manumisso, peculium, quod ademptum non est, concessum videtur: debitores autem conuenire, nisi mandatis actionibus, non potest. Pariter respondeo, ibi directas mandandas, non vtilis. nam frequenter sic loquuntur Iurisconsulti, vt negent actionem dari, de directâ intelligentes, deinde æquitatis gratia vtilem permitti inuunt. l. ij. §. item Varus. ff. de aqu. pluuiâ arc. glof. ibi. Si vis, aliter effuge, vt dicas, speciale in seruo manumisso, ne vtilem habeat, quasi post manumissionem alius censetur. l. si mihi. ff. de solutio. m. o. d. Tertium obiectum si potes dicere, ex l. illam. C. de donat. quæ diuersa ratione superioribus opponitur. dixisti, morte mandantis directam desinere, item vtilem sine cessione non competere, nisi in subsidium. ibi longe aliter scriptum est. quid cunctaris? M. A. V. R. Quid vis? dicam ex tēpore, sed dicā tamē aliquid obortis ratiunculis. m. o. d. Ante omnia detestor rationē Bart. qui dicit in d. l. illâ. mandantē decessisse, hærede relicto: ideo facilius transire actiones in mandatarium, procuratorem in rem suam. l. j. C. de actio. exprimi mandantem sine vlllo hærede decessisse, ideo non transire nisi vtilem, in subsidium. quod si verum esset (neque enim verū, est) d. l. j. C. de acti. ferè redderetur inuultus, cum vix aliquis sine hærede decedat, ex testamento, vel ab intestato. nam quod adiicitur in l. j. de action. mandatore sine hærede fati munus implese, dictum est, non necessariò, sed quia ita euenit, vt sine hærede ex testamento decesserit. & verba illa in fi. d. l. j. quæ si ita sunt. eò referuntur, quod est, si soluisi pro debitore, si conuenit vt mandaret, & mandata sunt. M. A. V. R. Agnosco solutionem deploratam Bart. potior illa est, quòd in d. l. illam. de morte mandantis non queritur, vt d. l. j. sed de morte procuratoris in rem suam, per quam actio mandata nequitiam extinguitur siue in donatione, siue in venditione. Præterea, animaduertere debemus d. l. illam. de mandatis actionibus nihil constitui, sed de cesis & vtilibus, quæ olim in donatione non transmittantur, vt in venditione, hodie verò sic: cum etiam sit contractus elegantior, quàm olim fuerit. l. si quis. §. si. C. de donat. & ideo venditioni comparatur, quæ absque dubitatione transmittitur. l. ij. C. de action. In fi. d. l. illam. dicitur procuratorem in rem suam eo iure vti, non alium quenquam, qui alienum gerat negotium. §. recte. de mandar.

OBSERVATA IN LXV. DIALOGVM.

- | | |
|---|--|
| 1 Intellectus l. actio. ff. de neg. gest. | non differat. |
| 2 Directa in quibus differt, vel confertur vtili. | 4 Actione negot. gest. de dolo quandoque quis tenetur, quandoque de lata vel leui culpa. |
| 3 An in sola neg. gest. actione vtilis à directâ | |

INTERLOCVTORES.

CAIVS, PAVLVS.

MULTI



VLTI totam de vtili actione disputationem vanam inutilemque duxerunt, propter l. actio. ff. de neg. gest. vbi Paulus videtur vtilē cū directâ cōfundere. Actio, inquit, negotiorū gestorū illa datur, cuius interest hoc iudicio experiri, nec refert directâ quis an vtili actione agat, vel cōueniatur. quia in extraordinarijs iudicijs, vbi conceptio formularum non obseruatur, hæc subtilitas superuacua est, maximè cum vtraque actio eiusdem potestatis sit, eundemque habeat effectū. Hæc ille. P. A. V. L. Multos procos habuit illa opinio, quæ absurda & admodum deformis est. † non enim in d. l. actio. mei instituti fuit vtranque actionem æquiparare, & indifferenter commiscere: sed hoc duntaxat sensi (quod nec Accursius latuit) directæ actionis & vtilis formulam non differre, sed vtrouque satis esse, sic conceptum animi quoquo modo exprimas. si enim directâ habeo, satis est dicere aduersarium esse obligatum ex contractu mutui vel alio: si vtilem, satis est dicere reum obligatum ei, qui mihi actiones suas ex tali contractu celsit. Quinimo is ipse, cui actiones celsæ sunt, potest audacter in libello dicere, reum sibi esse obligatum, dūmodo explanet quam ob causam sit obligatus. Verbi gratia, emi nomen debitoris à Caio, vel in solum accepi. possum intendere debitorem Caij mihi esse obligatum. quia obligatio in me à creditore transfusa est. l. qui stipendia. C. de procur. hoc negat Accursius in l. i. in fi. C. de action. sed contrarium aperit locus verè singularis. l. si in solum. C. eod. nam anxia verborum formula de medio vsu recessit, & concinnatio verborum stridula. l. j. C. de formul. C. quæ olim ad ynguem seruabatur, vnde Quintilianus quodam loco patronos causarum formularios vocat, qui nihil aliud scirent, quàm captiones verborum in formulis. Itaque dico in d. l. actio. formulas minimè obseruandas in extraordinarijs iudicijs, qualia sunt omnia hodie. §. si. Inst. de interd. maximè cum vtraque actio eiusdem potestatis sit. d. l. actio. hoc est, cum subtilitas verborum semper sit superuacua, tum maximè, vbi vtilis actio eandem habet potestatem cum directâ. quasi innuens, non semper eandem habere potestatem, sed aliquando habere, aliquando non. Vides qualiter d. l. actio. probat directam & vtilem sæpe discrepare, tantum abest vt prober contrarium. Discrepant enim in plerisque. † Directa nobilior est vtili, & illa præsentē, hæc musitat, nec aude se exhibere. l. si hæres institutus. ff. ad Trebell. Item minore probatione contenta est directâ quàm vtilis: in illa probamus Titium nobis obligatum, in hac Titium obligatum Seio, qui nobis celsit. hoc vult Bart. in l. j. de actio. & facit l. si in solum. C. de actio. Sed debuit distinguere inter directam mandatam, & eam quæ mandata non est. nam mandata totidem requirit probationes, quod vtilis celsa. l. qui stipendia. C. de procurat. Item, inquit, idem Bart. directâ infamat, non vtilis: eo forte quod interpretatione odia & pœnæ angustanda sint l. penult. ff. de pœn. an quia directâ actio infamen facit condemnatum non contraria. l. furci. §. si. ff. de iis qui notan. infam? cæterum vbi iurisconsulto placuit, directâ neminem non infamari, cum de præsidia per eam queratur: in contraria autem de calculo perperam subducto: in tutela, vel societate, mandato verbi gratia. plane in vtili actione similiter perfidiæ arguitur debitor, qui frustratur, nec soluit ei quem sibi suffecit creditor, vt iure licuit. nec igitur euadet infamiam. Item directâ morte mandantis extinguitur non vtilis. l. j. C. de action. In eo autem conueniunt directâ & vtilis, quòd morte mandatarij neutra perimitur. l. illam. C. de donat. Et alicubi eundem habent effectum, vt l. si. ff. de magistr. conuen. & l. j. C. eod. CAIVS. † Alius intellectus quadrabit illi l. actio. ff. de neg. gest. si fateri velimus eundem esse effectum vtilis & directæ: cui non resistent verba illa: maximè cum vtraque actio eiusdem potestatis sit, accepta pro eo quod est, præsertim, quia vtraque actio eiusdem potestatis est. Intellectus igitur erit, vt quod dicitur in l. actio. directam ab vtili non differre, verū sit in sola actione negotiorum gestorum, non in alia. Ratio est, quia necubi comperies in iure actionem, quæ sic à fronte æquitatis scaturiat, vt actio negotior. gest. argumentum est, quòd sine partis consensu competit sola æquitate. l. j. & ij. ff. de negot. gest. & in ea furiosus obligatur. l. ait prætor. §. et si furiosi. ff. eod. Porro autē vtilis actio ex æquo & bono datur. l. ij. §. item Varus. ff. de aqua pluuiâ arc. quare cum directâ bellè conuenit.

Huic intellectui obstat l. curatoris. C. de negot. gest. de qua vulgus clamitat plus quam accensa vnquam abies. illic quauis curator conuentus teneatur directâ, ad dolum, latam & leuem culpam, hæres eius, qui vtili obstrictus est, de leui culpa non tenetur. l. tutori. C. eod. Alacriter hoc obstaculi repellamus, dicamusque actionem negotiorum gestorum vtilem ab eadem directâ negotior. gestor. actione, nihil minus quàm differre. sed directâ in l. curatoris. est diuersa ab vtili. & vt liquet, aliò pertinet. quia necessitate curator administrat, non hæres eius, ideo magis tenetur. sed quia huic responsioni obstat l. j. §. hac actione.

ff. de neg. gest. vbi etiam curator conueniri potest negotiorum gest. aliter respondeo, nempe vtilem actionem à directa non differre, nec esse mirum, si vtilis in personam hæredis à directa, quæ est in personam testatoris discrepet, cum directa à directa propter varietatem personarum soleat differre in hoc, vt aliàs aliter de dolo vel culpa obligetur. † Siquidem qui gessit aliquando de dolo & lata culpa respondebit. l. iij. §. interdum. ff. de neg. gest. Aliquando etiam de leui & communiter. l. tutori. de neg. gest. C Nonnunquam de leuissima, vt l. si pupilli. §. sed si quis. & §. si. ff. cod. Itemque respondere possum, in l. curatoris. non exprimi, quin hæres curatoris de leui quoque culpa conueniatur, quia necessitatis suspicione gessit: vt l. j. §. hac actione. ff. eod. Nec obest, quòd leuis tantummodo facta est ibi mentio: nam in l. iij. §. interdum. ff. eod. doli tantum meminit Iurisc. & nihilominus lata culpa intelligitur per glōf. ibi, & l. j. §. hac actio. ff. si mens. fals. mod. Non prorsus exactæ sunt omnes dubitationes huius intellectus, quo fatemur actionem vtilem à directa in negotio gesto non esse dissimilem: nam Accurs. in d. l. actio. aperit ingens contrarium, eo quòd, qui putat se tutorem vel curatorem, de gerendis tenetur. l. tutores. §. curator. & §. tutor. ff. de admin. tut. secus in gestore. d. §. curator. vers. qui se. Verù Accurs. decipit, & decipitur, nam in proposita specie de directa vel vtili actione nullum verbù, arbitratur autem ipse eum, qui putat se tutorem vtili negotiorum gestorum actione conueniri, non directa. per l. j. §. hac actione. ff. de negot. gest. qui text. non probat: & fingamus vtilem esse, quid tum? non propterea differt à directa negotiorum gestorum, respectu cuius vtilis non est dicenda, sed vtilis erit respectu directæ, qua verus tutor tenebitur.

OBSERVATA IN LXVI. DIALOGVM.

- 1 Tutela definitio. *stantius, quod alteri inest, resolui in adiectiuum.*
 2 Quid sit vis & potestas.
 3 Male putant Doctores alterum è duobus substantiuis, quod alteri inest, resolui in adiectiuum.
 4 Endyadis figura in Iure.

INTERLOCVTORES.

VLPIANVS, PATERNVS.

SEMPER in ciuitate nostra summa tutela curæque ratio habita est. † Tutela verò est (vt & Seruius definiebat) vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui per ætatem se ipse defendere nequit. l. j. ff. de tutel. vbi multa Accurs. multa Doctores nimium à re abhorrentia cum maximo digressu retulerunt. Tutela est vis ac potestas, id est, inquit Accurs. violenta potestas: quia inuitus inuito datur. §. j. de excus. tut. l. illud. ff. de tutorib. cum. l. seq. licet aliud in curatore l. mutus. §. is qui. ff. de procurator. nisi ad litem persequendam. §. j. de curatorib. ita vt æque cura possit definiti, vis ac potestas, ad defendendum eum, qui propter ætatem vel amentiam sibi deest. Barr. insurgit, & reprobat hoc modo: Quoties duo substantiua copula iunguntur, si vnum alteri necessariò inest, resoluitur in adiectiuum. vt l. j. ff. de pact. Placitum & consensus, id est, placitus consensus: sed vis non inest potestati de necessitate. dij boni! hic homo nescit, quid dicit. Vim negat inesse potestati, falsissimum est, † nam vis non est aliud quàm potestas. Quintilianus lib. 11. Institutionum, cap. 16. Est igitur frequentissimus finis Rhetoricæ vis periuadendi. Quod ego vim appello, plerique potestatem, nonnulli facultatè vocant, quæ res ne quid afferat ambiguitatis, vim dico *τὴν δυνάμιν*. id est, effectum & potestatem. l. aduersus. de recept. arbitr. l. cogi. §. inde quaeritur. ff. ad Trebell. Idem in l. j. ff. de interd. §. si. Interdicta licet in rem videantur concepta, tamen ipsa personalia sunt, id est, effectum & potestatem. Cicero libr. 111. de Natura deorum: Improbiorum igitur prosperitates, secundæque res redarguunt, vt Diogenes dicebat, vim omnè deorum ac potestatem. Vtitur Imperator in l. si idem. de codicill. PATERNVS. dij boni qualem veritatis tutorem audio: maxime cum definiendo tutelam sis vno falce complexus adolescentibus annis xxv. minores vt ante hac in l. i. ff. de minorib. VLPIANVS. Haud quaquam mihi soleo esse dissimilis. iam vero reprehendit Bartolus Accursium multò profectò ineptius, quàmquam & inepta est Accurs. expositio. nam cum Accurs. ait, Tutorem dari inuitum, & inuito pupillo, obijcit Bartolus, plerunque dari volentem & affectantem, ac volenti, quis neget? Non vidit Bartolus l. munus de verbor. signific. munus est, quod necessitate subimus, lege, more, imperiove eius, qui iubendi habet potestatem. ecce, munera inuiti subire tenemur atque

atque necessariò, & tamen nemo non videt munera ambiri quotidie, vnde est tit. ff. ad leg. Iul. de ambit. neq; propterea vana est definitio, quia perinde est dicere, munus cõferri inuito, ac si diceret, cõferri volenti nolenti ve. vt l. & qui. §. vitricus. ff. de munerib. vel inuitu dicimus eum, qui proprie inuitus esse debet, vt in l. 4. ff. de legat. 2. nam & tutela affectata nõ facit ad excusatione. l. spadonem. §. si. de excus. tutor. ff. quid multa: cù in d. l. i. de tutel. Paulus nõ obscure subiungat tutorem penes se habere vim & potestatem, vt tueatur, & id sit quod dicitur, ne de pastore in lupu scilicet euadat: tantu abest, vnde ipso tutore cogedo aliquid senserit, est autem tutela munus publicum, saltem autoritate. §. j. & ibi glo. Instir. de excusat. tut.

Aliter Accurs. in §. j. de tutel. Instir. exponit illud, vis & potestas, vt vis sit ad cogendũ, potestas ad imperandum. Bartol. in l. j. ff. cod. amplè cõfutat, tandè in eo insistit, quòd è duobus substantiuis alterum in adiectiuũ verti debet, vt l. j. ff. de pact. quamobrè vim & potestatem exponit cum Hugol. non pro violenta potestate, sed pro viridi potestate, id est, fructifera: & descendit, inquit, à vireo vires. Ceteru dũ hæc refero, totus noster Callidemus in risu soluitur, meritò. nã etsi Accursius perpetu accipiat vim ad cogendũ, vt ex superioribus videre est, tamè id ipsum vt cūque sustineri posset, cum sic inueniatur apud Corneliũ Tacitum, in dialogo de Claris oratoribus. Nouis & exquisitis eloquẽtiæ itineribus opus est, per quæ orator fastidiũ aurium effugiat, vtiq; apud eos iudices, qui vi ac potestate, nõ iure ac legibus cognoscunt. Ecquis obsecro, vim à vireo deduxit? aut quis viridè potestatem vsquã gentium legit? num ita accipies in l. si idè. C. de codicill. num in l. scire leges. ff. de legib. vbi, scire leges, non est verba earũ tenere, sed vim ac potestatem. Sed nec illud Accursij æquè placet, exponētis, violentiam potestatem. violentia enim in tutore esse nequit, quæ semper in malũ capitur. l. si quis ad se. C. ad leg. Iul. de vi pub. Quintilianus de imperitis oratoribus loquens lib. 11. cap. x i i. At illi hanc vim appellant, quæ est violentia præterquam quod nusquam vis eiusmodi magis improbat quæ in tutore l. i. §. si. de autor. tutor. ff. vbi hoc detexi. sed cum Paulo loquitur Lucretius lib. 4. nam seorsum cuique potestas diuisa est, sua vis cuique est. Quid igitur erit vis & potestas? certè non aliud, quàm sola potestas? efficax: sed iunguntur verba idem significantia de more, vt dolus & fallacia. l. merito. ff. pro socio. l. x i j. cod. vbi fere hoc aperitur melius in l. i. §. sed sciendum. de ædil. edict. ff. sic. potestas in tutore autoritatem significat. l. j. ff. de curat. fur. vbi forte fortuna rectè sentit Accurs. in verbo, in potestate. sic imperium & potestas. l. i. ff. de constit. princip. cum sint idè l. potestatis. de verb. sign. ff. etiam. PATER. † Illud, Vlpiane, explodendum est, quod Accurs. & Bartol. obstinate asseuerat, è duobus substantiuis alteru fieri adiectiuum, cum alteri inest, necessariò, per l. j. ff. de pactis. vbi vulgus explicat placitum & consensum, pro placito consensu. & ibi Accurs. addit illud Virgilianum: *Arma virumque cano, id est, armatum viru, per figuram endyadim. videte magnum aceruum ineptiaru. nimirum explicare arma viruque, pro viro armato, non licet, quia præcedit, at nunc horrentia Martis, arma scilicet, & virum cano. & ibi Seruius ait metonymiã esse, id est, bella cano. Debuerat Accursius citare illud x i. lib. Æneidos*

Volat igneus aequore Tarchon,

Arma virumque ferens.

sic arma, tela. l. i. ff. ad leg. Iul. de vi publ. vbi villa quoque ab agro separatur, quo alias cõtinetur. l. fundi. de verbor. signif. Sed per facile fuit Accursio illic mala subijcere exèpla, cum regula bona non est, quoniam è duobus substantiuis alterum non fit adiectiuum, cum alteri necessariò inest, sed magis cum nõ inest, vt in illo 11. Georgic. *Pareris libam? & auro, pro, pareris aureis. nã aurũ de necessitate nõ inest patere, quæ gẽmea esse potest, vel ærea. † sic in l. si re. ff. de acq. possess. ibi ratione vel animal. l. deo nobis, in verbo, legitime. C. de episcop. & cleric. porrò in l. j. de tutel. vis & potestas, idem sunt: & placitum & consensus, nõ ferè differunt. l. j. ff. de pact. diuisionis. ff. eod. l. si tibi. C. de locat. nõ magis vtiq; endyadis hic est, quàm cum legimus pactum & consensum quando licet ab empti, disced. l. si plus. ff. de eucti.*

OBSERVATA IN LXVII. DIALOGVM.

- 1 Re & verbis cõiuncti, partes cõkursu faciunt. 5 Si choro aut familia legetur, quamam est cõiunctio.
 2 Declaratur l. cõiunctim. ff. de legat. ij. 6 An re duobus in solidu relinquere possimus.
 3 Si re & verbis cõiuncti partes initio facerent, non differrent à verbis tantum cõiunctis. 7 Declaratur l. plane. §. si cõiunctim. ff. de legat. j.
 4 Re & verbis cõiuncti veniunt cum onere ad partem deficientem. 8 An admittatur ad partem, qui nõ facit partem.

INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, PAPINIANVS.



OMNEM scio fuisse Accursium, & qui aliquando labi potuit in obscuris ætatis Gothicæ tenebris. Sed (vt cum Horatio loquar)

*Si foret hoc nostrum fato delapsus in æuam,
Detereret sibi multa, recideret omne, quod ultra
Perfectum traheretur.*

Illud, quæso, nõne corrigeret, quod scriptum reliquit in l. triplici. in fi. ff. de verbor. significat. ¶ Re & verbis cõiunctos cõcursu partes facere? Idem glos. in l. j. §. interdum. in fi. ff. de vsufruct. accresc. securus est Bartolus & turba frequens Doctorum. melius autem Zasius libro 1. Responsorum cap. xviii. initio ad partes venire ostendit. cuius opinio ad veritatẽ propensior est. p. a. p. Ego Accursium & Bartol. sequor diligentes homines & fidei vetustioris. Zasius autẽ, quoniã non indoctus est, honoris gratia, reprehendã, atq; cõuincam bonis rationibus. Primo itaque loco, quod re & verbis cõiuncti partes cõcursu faciãt, nõ secus ac re cõiuncti, probo per l. huiusmodi. §. quibus. ff. de leg. j. quibus, inquit, ita legatũ fuerit: Titio & Mæuio singulos seruos do, lego: constat eos non concursuros in eundem seruum. His per indicem quasi ostenditur, quod si Titio & Mæuio idem seruus, non autẽ serui legati essent singuli, concurrẽt: at Titius & Mæuius re & verbis cõiuncti sunt. deinde subditur in d. §. quibus. sicut non concurrunt, cum ita legatur: Titio seruum do, lego: Mæuio alterũ seruum do, lego. vbi euidenter æquat verbali & reali cõiunctioni realem tantum, & vtroque casu idem iuris esse Iulianus voluit. Secundo facit §. si eadem. Inst. de legat. vbi Imperator de re & verbis similia dicit, quæ de re cõiuncto dicuntur, nempe quod legatum ab initio scissum non est, sed scinditur promiscuẽ. Tertio, quia si re cõiuncti tantum, partes concursu faciunt, verbalis cõiunctio illi iuncta non debet facere ad disunctionem, tum per l. legata. ff. de adim. leg. tum quia iam natura sua verbalis cõiunctio à re non solet omnino separari: si in verbali sola cõiunctione, partes fundi essent manifestõ separatæ, duo fundi essent. l. planẽ. §. fin. ff. de legat. j. & in corporibus penitus discretis non est cõiunctio, ne verbalis quidem. l. huiusmodi. §. quibus. ff. eod. Quarto, iuuat l. j. §. interdum. ff. de vsufr. accresc. vbi de re cõiuncto sic ait in fi. §. Cum itaque primus non inueniet alterum, qui sibi concurrat, solus vitetur in totũ. statim subiicit: nec refert cõiunctim an separatim relinquatur. cõiunctim expono, re & verbis, nam si exponas, verbis tantum. magis nos iuuetis, non igitur differunt mista, & realis sola cõiunctio. ¶ Quinto, addatur l. cõiunctim. ff. de leg. iij. vbi cõiunctim hæredes institui, vel cõiunctim legari, hoc est, totã hæreditatẽ & tota legata esse singulis data, partes autem concursu fieri. Cõiunctim accipio, vtroque vinculo. nam vt, separatim, simpliciter dicentes, realem intelligimus. §. si eadem. Inst. de leg. d. l. j. §. fin. de vsufr. accresc. ita cõiunctim dicentes, mistã intelligimus. d. §. si eadem. ideo quod illa est excellentissima cõiunctio. arg. §. sed ius quidem. Inst. de iur. nat. Sexto, valde opitulatur l. sicut. §. hæc autem. ff. quib. mod. vsufr. amitt. vbi Titio & Mæuio fuit legatus vsufructus, & si Titius capite minutus fuerit, eidem vsufructus legatus. Vlpianus me secutus scribit, si Titius capite minuatur, ei ex illa repetitione, per quam soli legatus erat, vsufructum deberi. quia licet hoc casu Titius & Mæuius verbis cõiuncti non sint, re tamen, inquit, cõiuncti videntur. vnde autem manet hæc realis cõiunctio videamus: certẽ non aliudẽ quã ab illa mista, quæ fuit initio cõiunctio cõ Titio & Mæuio fuit vsufructus legatus. sed verbalis fuit mox sublata per repetitionẽ factã in diuersa clausula, quãdo Titio soli vsufructus relictus est, si capite minueretur. proinde sola realis elucescit, quæ in mista latebat, vt nõ possit quis negare, quin mista cõiunctioni mera realis insit. sed hæc non passim trita sunt. Seprimo, addatur l. eandem. ff. de duob. reis. vbi cum apud duos rem deposui, insolidum fidem vtriusque sequor: idem est, inquit, in testamento, si testator dixerit: Titius & Mæuius Sempronio decẽ dato. qui vtrique verbis & re cõiuncti sunt. d. l. triplici. ff. de verb. sign. Octauo non omittam l. Titio & Seio. ff. ad leg. Aquil. vbi Titio & Seio. legauit, Seio repudiante, perinde Titius veniet, ac si soli relictũ esset. l. si dominus. in fi. ff. eo. quid plus de reali cõiunctione dici potest, quã altero repudiante soli accipienti relictum cõferri? l. vnica. §. si non verò non. C. de cad. toll. Nono, admitto satis vulgatã nec minus veram considerationem: quod si quidẽ re & verbis cõiuncti partes initio facerent non concursu, in nullo differrent à verbis tantũmodo cõiunctis. c. a. r. Sed audito parũper, si concursu, vt existimas, partes faciant, initio verò non faciãt, iam non differunt à re solum cõiunctis: quod non est recipiendum. p. a. p. Scitẽ Horatius:

Non valet exemplum, litẽ quod lite resoluit.

Verum nihilominus potior est mea consideratio quauis alia. quia si verbalis & realis partes dant in principio, cur ergo in verbali sola aduicimus illa verba, æquis partibus? in l. triplici. ff. de

ff. de verb. sig. sanẽ essent superflua, quod nemo dicet. Atqui in mista non est adeo dissonũ partes concursu fieri velut in reali mera: quia licet concursu faciant, & insolidum ab initio cuiuslibet legatum videatur, tamen aliquid retinet verbalis solius mista cõiunctio, ¶ certẽ illud, quod venit ad portionem deficientem, & non decrecentem, cum onere. l. vnica. §. si autem ad. C. de cad. toll. c. a. l. l. Istud quod prædicas, est legem verbis non rebus facere. nam si mista cõiunctio facit, vt cõiunctus veniat cum onere, non realis, l. vnica. §. si non verò non, & §. seq. C. de cad. toll. igitur effectus mista cõiunctionis à sola verbali non discrepat. vt interim omittam. l. si patronum. §. si. de bonis libert. vbi id quod accrescit non videtur retro quæsitum, cum possimus comminisci illi nihil de mista cõiunctione quæri. sed de verbali tantum duriuscule profecto: cum simul relictum lex meminerit. p. a. p. Hæc obiectio, velut lapis Tantalus, meo semper capiti impendebat. attamen sic respondebo, quod satis est verbalis instar in hoc effungi mistam, quã ad realem ipsã cõponere, in qua legatarius venit ad portionem deficientem sine onere: & ea ratione, quoniã contra naturã & potestare realis non est, venire cum onere, vt inde patet: quia licet in legatis verũ sit onera nõ accedere, in hæreditate tamẽ aliud obinet. l. vnica. §. si autem ex ijs. C. de cad. toll. Nec dubito, quin testator cauere possit, vt re tantũ cõiunctus, etiam in legato, alterius onera persoluat. d. l. vnica. §. si autem ad in fi. simile aliquid est in l. hæreditatis. C. de petiti: hæ. vbi mista natura sæpe propensior est in alterum simplicium in quibusdam. an non etiam vsus seruitus per se quidem indiuidua, si iungatur fructui, inclinatur, & simul recipit diuisionẽ. l. vsus pars. ff. de vsu & habit. l. j. de vsufr. ff. Sed contrã in verbali cõiunctione hoc peculiare videas vt tam in hæreditate quã in legato portio accrescat cum onere. l. vnica. §. si autẽ ad de caduc. toll. atque ira est indicium arctioris cõiunctionis. l. si non fuerit. §. si. ff. pro soci. idque ob vinculum sermonis strictim conglutinatum. quapropter cum verbalis reali iungitur, hoc semper retinet ex verbali, vt onus accedat lucrificanti alterius portionem. Dirimenda restant, quæ obfutura iactantur. illud primum quod torquet Zasius hoc modo: ¶ Qui, inquit, collatiuẽ cõiuncti sunt, re & verbis copulantur, quia & rei & verborum habent vinculum: sed natura collectiuorum est in partes scindere. quia si dicamus, libertos, vel omnes homines, vel chorũ sustulisse trabem, non intelligimus à quolibet insolidum sublaram fuisse trabem, quod impossibile foret. l. Lucius. §. Lucius. ff. de leg. ij. l. ita vulneratus. in fin. ff. ad leg. Aquil. l. si chorus. ff. de leg. iij. Si Zasius, ¶ num necesse sit insolidũ verò aliquid factũ esse, vt re fiat cõiunctio: haud quaquã, neque cuius re cõiuncto res ipsa insolidum relinquatur, sed quasi solidũ. l. vtrum. ff. de reb. dub. non re vera, sed prima facie. l. vnica. §. si non verò non omnes. C. de cad. tollen. igitur ficte. l. aliquando. ff. ad Velleian. merito in l. re cõiuncti dicitur in verbali tantum cõiunctione semper partes habere legatarios: vt significetur, re etiam cõiunctos partes habere, sed non semper ab initio, donec concurrant. quia impossibile est duos esse vnus rei dominos insolidum. l. si vt certo. §. si. ff. commmod. & si verò solidum vtrilibet relinqueretur, vnũ rem legatam consequeretur, alter æstimationem. l. duos. ff. de vsufr. legat. quod non fit, sed per concursum diuidunt. §. si eadem. Inst. de legat. Idcirco non debuit adducere Zasius in contrariũ l. si ita. §. si ex plo trabis, qui quidem text. nobiscum facit. nam vt qui re coniungit, duobus totum relinquit, & quasi cuiuslibet totum, ita qui trabem tollunt iuris ministerio, singuli totam abstulisse censentur. l. vulgaris. §. si duo. ff. de furt. d. l. si ita. in fi. ad leg. Aquil. Minus debuit allegare l. Lucius. ff. de leg. ij. vbi legatum libertis, in partes inter libertos scinditur. quid ni? sic & re cõiunctis legatum. §. si eadem. Inst. de leg. hoc est exitu demum scinditur, vt l. legata. §. si. ff. de legat. j. Eadem opera respondebis, l. si chorus. ff. de leg. iij. quanquam ibi non agitur de relictõ, quod fit ipsi choro, sed de choro ipso legato. quo etiam casu adeo stricta est cõiunctio, vt chori pars nequeat repudiari, accipi. l. grege. ff. de legat. 2. licet sit aliter in simpliciter mista cõiunctione. l. vnica. §. vbi de cadu. toll. quia chorus dissectus in partes prout chorus esse desinit. l. quid tamen. §. si. ff. quibus mod. vsufr. amittat. Præterea possunt differre ista, lego choro seruorum, vel omnibus seruis, vt l. seruis. §. si. ff. de legat. iij. ¶ Minaciter resistit ille nequã §. si cõiunctim. l. planẽ. ff. de leg. j. vbi si cõiunctim res legatur, cõstat partes ab initio fieri, nõ solum ij parte faciunt in quorũ persona cõsistit legatũ, verũ ij quoque, in quorum persona non consistit legatum, vtputa, si Titio & seruo proprio sine libertate legetur. quod quidem exemplum est verbalis & realis cõiunctionis, & in quo, qui non admittitur ad partem, facit partem. secus autem esset in nuda reali cõiunctione, quia vtrius totum legatur initio, vt affatim demonstratum est superius. Respondeo, planum est mistam cõiunctionem ex reali & verbali fieri: quare simplicium naturam vt sapiat, necesse est. Inde quum quæreretur, ¶ an faciat partem, qui non acciperet par-

tem, Iuriconsulti in mista coniunctione variarunt, & modò facere in vt verbali voluerunt modò nò facere prout ratio dissimilis dictabat. in l. planè. §. si cōiunctim. partē facit. & quod ait Iurisc. constat partes ab initio fieri, hoc est, quo ad illam regulam an partem faciat, qui partem non capit, & ad propositum exemplum, vt l. fin. & ibi gloss. C. sine cens. & reliq. & alibi celeberrimè ex re ipsa & proposito, generaliter dicta restringuntur, vt l. quāsitum. §. sed & ipse. ff. de fund. inst. l. ij. cum gloss. de edict. diui Hadr. C. constat igitur partes ab initio fieri in d. §. si cōiunctim. hoc est, quanuis subtilitate iuris, cū duobus cōiunctim legatur, in totum cuiuslibet legarum videatur, tamen veritate ipsa constat partes ab initio fieri. neque enim quilibet rem in solidum consequi potest rei veritate. proinde in d. specie, facit partem, qui non consequitur partem, vt l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de leg. j. quia in persona eius, qui non admittitur, quasi quodammodo videtur insistere legatum, cū Titio & seruo testatoris legatur. nam aliquando seruus non refert dominum. l. iij. §. hoc autem. ff. de leg. prast. quare obtinet, in seruo legat vt non valeat, & tamen impediatur cōiunctum. d. §. si cōiunctim. hoc liquet ex sine d. §. vbi in sola cōiunctione re facta, cum eadem res seorsum duobus legata est, partem capit alter ex legatarijs, interim scilicet, euentum expectans vt totum habere possit. sic in l. si domino. ff. eod.

Rursus par est ostendere, in mista cōiunctione multoties non facere partem, qui partem non capiat. quando videlicet exploratum est eum qui partem non capiat, non esse in rerum natura, neque sperari, neque formam consistentis legari representare. l. si duobus. §. si. de leg. j. l. vtrum. ff. de reb. dub. Hoc amplius dico, ne quenquam posthac deterreat §. si cōiunctim. vbi constat partes ab initio fieri in mistim iunctis, idem existimandum esse in sola reali cōiunctione, quoties partem facit, qui nondum admittitur ad partem. vt, si legauerim Titio fundum, & posthumo eundem fundum, tantisper dum posthumus separatur, totum fundum non capiet Titius. d. l. vtrum. de reb. dub. minime omnium oberit. l. cui fundus. ff. de condit. & dem. vbi cōiunctim duobus legatus fuit fundus, si decem dedissent: & enumeratione personarum onus ita diuisum est, vt alter pro parte sua obediens, dimidium legari assequatur: nil miror, quia ipse legatarius diuidi voluit, ne alterius defectu vniretur. idem dicerem in reali cōiunctione, si onus esset communicatum, hoc modo: Titio fundum lego, Seio eundem lego si decem dederint. l. 78. ff. de regul. iur.

OBSERVATA IN LXVIII. DIALOGVM.

- | | |
|--|--|
| 1 Intellectus l. si duobus. §. si. ff. de leg. j. | 4 Ius decrescendi qui vocent Doctores. |
| 2 In omni cōiunctione, qui speratur, nec est, facit partem. | 5 Num in mistis vnum simplicium attendatur potius. |
| 3 Explicatur l. quidam. §. si. cum ll. seq. ff. de reb. dub. | 6 Explicatur l. quaritur. ff. de stat. homin. |

INTERLOCVTORES.

POMPONIVS, NERATIVS.



Nihil habeo reprehendere in diuino illo Papiniano, nisi quòd minimū Iuriconsultus est, sicuti anus illa Attica Theophrastum semel arguisse proditur, quòd nimium Atticè loqueretur. Audiuitis, quæ de cōiunctionibus nouè disseruit, recondita sanè & ferè mirabilia. meministis, qualiter in multis promiscuā fecit vim harum trium cōiunctionum, verbalis, realis, & mistæ. vtar enim duriusculis, sed necessarijs vocibus. nihil differre vult tres Deas pulcherrimas, neque, vt pastor ille Phrygius in Ida, vnam reliquis prætulit. ante omnia, vt id quam uerissimum esse intelligamus explanandus est §. fin. l. si duobus. ff. de legat. j. † Si Titio & posthumo legatum sit, non nato posthumo totum Titius vendicabit. Sed etsi, inquam, testator Titio & posthumo viriles partes dari voluerit, vel etiam id expresserit, totum legatum Titio debetur, non nato posthumo. Proposui in principio §. thema, quòd quotiescunque Titio & posthumo aliquid legatur, si posthumus non nascitur, non facit partem Titio. deinde in versic. sed etsi. ostendo quomodo Titio & posthumo legari possit: nepe dupliciter: priore modo, quādo ex mēte defuncti colligimus, quòd Titio & posthumo viriles equales partes dari vult, quòd euenit in omni mista seu reali tantum cōiunctione, vbi partes nominatim

nominatim non sinit, sed lex viriles interpretatur. l. legata. §. fin. ff. de legat. j. Posteriore cū partes exprimit, vt euenit in verbali sola cōiunctione, cum Titio & posthumo fundus legatur æquis partibus. hoc sibi vult. d. §. fin. in l. si duobus. cū ait, vel id expresserit. in summam quouis modo eueniat, si posthumus non nascatur, nò facit partem, quia ad partem admitti non potuit. obstare videtur d. l. si duobus. in princip. sed his regulis dirimemus oppositionem. Prior Regula est: † in omni cōiunctione, reali, verbali, & mista, illud verum est, quòd si legetur ei qui non est in rerum natura, neque futurus est, qui non admittitur ad partem, nò facit partem. d. l. si duobus. §. si. ff. de legat. j. sic contingit, cū Titio & posthumo legatum extitit, & exactis decem mensibus, certum est non nasciturum posthumum, qui sperabatur. posterior est regula, si legatum est quouis cōiunctione Titio & ei qui speratur futurus in rerum natura, cū adhuc non sit, pendente spe facit partem, qui nondum admittitur ad partem. d. l. si duobus. in prin. Confirmo ex l. planè. §. si cōiunctim. in si. ff. de leg. j. vbi eadem res legata erat duobus in diuersis tabulis: vni, in principali testamento: alteri, in pupillari: & sic erant re cōiuncti, non verbis. Certè is cui testator in suo testamento legauit, interim, inquit Vlpianus, partem habebit. hoc est, pendente eo, quo pupillus potuit mori in pupillari, nec totum tantisper habebit, sed solam partem: donec certum erit substitutionem locum non habuisse. & sic qui nondum admissus est ad partem, fecit partem interim, & in perpetuum, si sit locus legato ex secundis tabulis.

† Clarius idem refertur, corroboraturque in l. quidam. §. fin. & legib. seq. ff. de reb. dub. nam in d. §. fin. ponitur species, qua posthumo & Titio legatum erat quippiam cōiunctione mista, mox in l. vel ex parte. est exemplum verbalis tantum cōiunctionis. deinde in l. vtrum. quæ confestim & contigè adijcitur, sit distinctio, quòd aut posthumus non nascitur, & partem non facit, quasi totum ab initio & in solidum relictum esset. mirum est, hoc etiam dici de nuda verbali cōiunctione, de qua in d. l. vel ex parte. Si verò, inquit, posthumus nascatur, sic partem facit pro numero nascentium. nam vsque ad tres nasci possunt. l. antiqui. si pars hæred. per. Quotusquisque hæc legerit, qui non sit persuasus, in hoc tractatu triplicem cōiunctionem æquali passu progredi: in tantum vti que, vt verbalis cōiunctio videatur rem assignare in solidum, quoties alteruter non admittitur ad partem, vt plenius explanauimus.

† Vetus increbruit consuetudo quærendi, an hi, qui in solidum singuli ab initio accepturi videntur, iure accrescendi veniant, an magis iure non decrescendi, & solent ius non decrescendi appellare propter l. vnic. §. fin. verò non omnes. C. de caduc. tollend. vbi nihil accrescit re cōiuncto, sed suum ei relinquitur, quia totum initio fuerat relictum. Iuriconsulti non perinde hoc differentia obseruant. quippe qui in omni cōiunctione, maximè reali, ius accrescendi vsurpant. l. j. §. interdum. ff. de usufruct. accresc. l. si separatim. ff. de conditi. & dem. & in verbali etiam non decrescere dicunt, siue, in solidum ab initio cuique relictum, vt paulo ante demonstrari. d. l. vel ex parte. & l. vtrum. ff. de reb. dub. denique ius decrescendi inuenio, ius non decrescendi nondum legi. l. etsi pauciores. ff. si pars hæred. perat. **NERATI**. In portu facies naufragium, nisi tibi subuenero: cū enim vis re & verbis cōiunctos partes concursu facere, insurgit Zasius. **POMP.** Ego verò nihil tale pro certo esse volui, imò potius interdum facere, interdum non facere ostendi. **NERATI**. Parui refert vtrum tu, an Papinianus hoc dixerit. † Satis est, quòd recitare possim & refutare senis audaciam. Certum est, inquit Zasius, cōiunctionem quæ re & verbis sit, esse mistam, quo casu aut cōiunctio proprii iuris est, quòd nullo iure relatum est, aut naturam sequitur simplicium, & tunc necesse est, vt eam partem simplicium assumat, cum qua magis communicat, & cuius applicatio sit rationi magis cōsona. l. quæritur. ff. de stat. homi. l. iij. §. generaliter. ff. de eo quòd cert. loc. quare (inquit, sed maiore fastu verborum) realem non sequetur cōiunctionem, quæ à verbis prorsus separat, sed verbalem, quæ à re non ita separat. & hæc est ratio ex radice, medulla, & inquit, natura cōiunctionum sumpta. miror, cur de hac ratione reliquit dicere, quòd dictu dignissimum est, nempe quòd fatua esset. siquidem si remere velimus omnia mista ad naturam vnius ex simplicibus reducere, frustra aliquid mistum inductum est à iure ciuili: sed iam ostendit Papinianus elegantia disputatione, mistam cōiunctionem modò realem, modò verbalem sequi, vt aliquid ex ambabus retineat. aut reprehendamus Iuriconsf. quoties de commistione materia loquitur, qui tertium aliquid effici ostendit, cū ex vino & melle, mulsum sit: ex argento & auro, electrum. l. a deo. §. voluntas. ff. de acquir. rer. dom. §. si duorum. Institui. de rer. diuis. nunquid vinum cum melle potius esse mel quàm vinum disputabimus nugantes: num in electro potius aurum quàm argentum considerabimus, aduersus l. 4. ff. de legat. i. accipiamus symmetriam quadrati corporis humani, quòd constat ex tem-

perie quatuor qualitarum, quod Græci ἐνσχυρονοῦν vocant, vt ait Gal. in lib. j. de Temperamētis, num putamus commodè dici, in corpore vnam tantum esse qualitatem inspiciendam ceteris neglectis, frigidam puta aut calidam, humidam & siccam negligentes?

† Non intelligit Zasius, imò nec quisquam ante illum l. quæritur. de stat. homi. vbi Hermaphroditus comparatur vnico sexui, qui in eo præualeat. nam ἐνδριγυνοῦς, vtriusque sexus particeps peculiarem rationem habet: tum quia natura exhorret mixturam sexuum, & ferè portentum ducit. ideo præcipitur, vt alterum eligat, qui præualeat: tum quia Hermaphroditus nunquam vtroque sexu æqualiter valet, sed aut generare valet, aut concipere, vt scribit Aristoteles lib. iiii. cap. iiii. de Generatione animalium. alter sexus semper præualeat, alter est debiliior. quin Hippocrates, teste Galeno, putauit, viris tantum ἐν τῷ ἀδελφίῳ, id est, ex abundantia contingere: sed experimentis constitit & fœminis accidere, in vniuersum vno sexu potiore. vt ostenditur in l. sed est quæsitum. in fin. ff. de lib. & posth. l. repetundarum. §. in fin. ff. de testibus. & apud Aufonium dicitur:

Nominis vt misti, sic corporis Hermaphroditus

Concretus, sexu sed non perfectus vtroque.

Porrò mista, quæ natura & iure probata sunt, neutrum simplicium dominari patiuntur, quin saltem, si alter in vno potior sit, alter in alio loco quasi compensando præualeat.

OBSERVATA IN LXIX. DIALOGVM.

- 1 Pactum nudum non parit actionem.
- 2 Cum prator tuetur negotium, an det actionem.
- 3 Declaratur l. statuas. ff. de acq. rer. dom.
- 4 Ex §. prator ait. l. iurifgent. nouè probatur ex pacto agi.
- 5 Intellectus cap. j. de pact.
- 6 Reprehenditur Isidorus in cap. pactum. de verb. sign.
- 7 Explicatur l. si quis argentū. §. si. C. de donat.

INTERLOCVTORES.

MARCELLVS, MENANDER, NERATIVS.



NON credo Neratium dormientem aliud somnare quàm Androgynos. MENAND. Cur sic? an quia aded exactè. l. quæritur. de statu hom. ff. explicuit, vt vel doctissimis Iurisperitis nedū medicis imitandi ansam ademerit? NERAT. Vt me falsè ludit Marcellus, cui fortè visus sum vltra iuris ciuilibus limites sermonem exeruisse. Tamen si paratus sum in omnem aleam, vel de testamentis, vel de pactis sermocinari. MARC. † Censen tu ex pacto actionem nasci? NERAT. Non, sed exceptionem, l. iurifgentium. §. sed cum nulla. ff. de

pact. vbi si nulla subest causa præter conuentionem, pactum nudum non parit obligationem sed exceptionem, hoc est, si tibi promisi pacto nudo centum, agere contra me non potes, sed potes excipere, hoc est, si iam penes te habeas illa centum, & volo repetere, excipies de pacto, & retinebis. l. etiam ff. de compensat. at si subit causa, hoc est, si promisi centum pacto nudo, propter aliquam causam, vt tu forsitan eas pro me Romam, & iueris, petes centum ex pacto nudo: quia subest causa ex parte tua, id est, implementū, & ages præscriptis verbis. l. iiii. §. at cū do. ff. de præscrip. verbis. l. legem. C. de pact. Alioquin ex pacto obligatio nulla est efficax, sed sola naturalis, impar producendæ obligationi ciuili, planè naturalem solum produceret, eo quòd vetustius fuit ex sola promissione obligari, tum temporis, cum graue videbatur fidem frangere. vt l. j. ff. de pact. l. j. ff. de constit. pecun. nondum erant fora, non rapiebatur in ius reus, sed pudor erat non seruare promissa: & sine vi pudor ipse regebat, vt ait Ouidius vt l. quintus. ff. mandat. & Valeria lex apud T. Liuium, quæ eum qui prouocasset, cedi verabat, & si secus fieret, pudor esset. sic olim fideicommissa pudore solo notabant hæredem grauatam, ante Diuum Augustum. §. j. Instit. de fideic. hæred. nam & alibi sæpe impunitatem dat lex iis qui aliquid præteruerecundum atque perperam faciunt, contenta nota esse faciunt seu indicasse, & reprehendisse. l. 7. §. ad tempus. ff. de interdict. & relegat. l. at si quis. §. idem Labeo ff. de religios. sic increpat promittentis perfidiosam cunctationem, nec vlci scitur. laudat vero eum qui soluit indebitum quidem ciuilitè, sed naturaliter debitum. l. 5. §. imperator. ff. de solutionib. nempe cum vsurè iuxta mutuam pecuniam sine stipulatione promissæ fuerunt. l. 3. C. de vsur. quod si alieno nomine soluerit, vt puta ex fideiussione, qui rectè pepercit pudori suo, ne apud bonos perfidiæ notam incurreret, à debitore id recuperat, nisi iam fuerit

fuerit admonitus, ne solueret. l. quintus. ff. mandat.

Legem iurifgentium. §. Prator ait. ff. de pact. pro vehementi contrario vulgus trahit, vt probet ex pacto actionem nasci: eo quòd Prator pollicetur se seruaturum pacta, ergo actionem dat. quia ex his, quæ ius seruat, actio politula nascitur. l. statuas. ff. de acquir. rer. dom. † Scimus autem ipsi pleraque, tutante Pratore, firmari, per se aliàs imbecillia, vt l. j. ff. quib. mod. v. susfr. finiat. l. si v. susfructus. §. illud. ff. v. susfr. quemadm. caue. l. j. in fin. ff. quod fal. tut. auto. gest. Verum pleraque seruat Prator, quæ alioquin valitura essent citra prætorium auxilium. §. datur. in fi. Instit. de bon. poss. l. ius autem. ff. de iust. & iur. l. ij. de curialib. lib. xi. C. Neque propterea edictum prætoris illusorium est, cum iuuat ius ciuile. vt d. l. ius autem. quia interest cuiusque plura consequi remedia. l. j. §. dixerit. ff. de publica. Itaque quòd ait Prator: pacta seruabo, quæ neque dolo malo, neque aduersus leges sunt. In eam partem accipi debet, vt seruet, prout ius induxit. §. j. de bonor. possess. cum & ipsum ius prætorium, sit quasi vox viua iuris ciuilibus. l. nam &. ff. de iust. & iur. pollicetur ergo se seruaturum, id est, non perempturū, vt §. j. Inst. de iur. person. in fi. neque nescius sum pacti nomine venire contractum firmum. l. traditionibus. C. de pact. l. cum qui ita. §. qui ita. de verb. oblig. † Insuper nusquam probabitur ex verbo, seruabo, actionem oriri, nisi aliis verbis negotium explicetur, seu (vt sic dicam) firmamentum, vt l. j. ff. quib. mod. v. susfr. amitt. & similib. & ideo in d. l. statuas. ff. de acquir. rer. dom. expressè ait ciues tuendos exceptione aduersus eum, qui perat statuas in publico positas, & actione, aduersus possidentem. non verò ex vi verbi, seruo, seu, tueor, actio gignitur, sed ex expressione actionis ab Vlpiano facta. quod si fatear seruari pactum quoad actionem, non propterea sequitur vbique eodem modo seruari, sed aliquando ad actionem. l. in venditione. §. j. ff. de bonis auto. iudic. possid. aliquando ad alterutram. l. inter. §. j. ff. fam. l. hercisc. Adde, quòd ante l. statuas, iam actio pro statuis publicis prodita erat: neque hoc mendicare debemus per curiosas legum inductiones, multò ante prouiderat Cassius in l. is qui in puteum. §. j. ff. quod vi aut clam. fuit autem C. Cassius Longinus temporibus Tyberij principis natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Seruij Sulpitij. l. ij. §. primus. ff. de orig. iur. & relatus ab Vlpiano in d. l. is qui. MARC. † Non ausim blandiri amico tibi, Nerati optime, nec velim diffiteri, satis seruatum videri quo exceptionem producit, sed puto in d. §. prætor ait. pacta seruari etiam ad actionem, alioquin imperator non esset interpretatus ea omnimodo seruari in l. pe. C. de pactis. sed intelligo, tu vir argutus dices seruari quidem omnimodo etiam ad actionem, si firma fuerint: & ad exceptionem tantum cum opus est, vt accidit in d. l. pe. vbi quisquam fori priuilegio renunciat. quare vehementius intendens & exercitationis gratia, adnitur pacto nudo actionem dare ex d. §. Prator ait. l. iurifg. ff. de pact. sic inducendò: ibi Prator ait, pacta seruabo. non potes dicere, quòd seruabit duntaxat quo ad exceptionem pacta nuda. cur ita? quia, inquit, seruabo pacta, quæ non sunt contra bonos mores: atqui certum est quòd ex pactis contra bonos mores iniis exceptio datur. l. vbi autem. ff. de cond. ob turp. caus. l. si ob turpem. in fi. ff. eod. quare vt plus liceat honestis pactis, quàm illicitis, actio ex illis nasci debet, & plus licere ostendit. d. §. Prator ait. considerate. † Interim propero ad solutionem veteris obiectionis, quæ sit de cap. i. de pact. in rescriptis pontificum. aut, inquit, iniuta pacta suam obtineant firmitatem, aut conuentus, si se non cohibuerit, ecclesiasticam sentiat disciplinam. dixerunt vniuersi, pax seruetur, pacta custodiantur. Respondeo, pacta ibi posse intelligi stipulationes rectè factas. quod & tu modo derexisti, vt l. iurifgent. §. quod ferè. de pact. l. ex morte. C. de dot. promiss. si quis dicat, cur non item in §. Prator ait. cum vtrouique dicatur, pacta seruabo. & pacta seruentur? Respondebo, fateor in d. §. Prator ait. etiam stipulationes venire pacti nomine, vt nudas conuentiones, & prætorum tueri prout efficaces sunt: cæterum quia in d. cap. j. stipulatio interuenerat, actio datur. sic cum Prator ait, pacta seruabo. hoc est, firma ad actionem, debilia ad exceptionem. vt liquet in l. siue apud. C. de transaction. Vel dico, in d. cap. i. de pact. agi de pacto de non petendo, quia conuentus promiserat aliquid non facere, & non petere, postea Monachi factiosi, plus quam vitæ institutum postularer, non temperabant à petitione, vel à faciendo. Hoc innuunt illa verba, si conuentus non se cohibuerit, id est, si effrenes monachi petant, vel faciant contra pactum de non petendo, anathemata sint. proinde non quæritur ibi de actione, cum is cui promissio facta erat, sit tutus exceptione. l. j. §. si reus. ff. de eo per quem fact. erit. nam & citra actionem vllam quietos esse monachos decuit, vel ecclesiastica coerceri disciplina vt in can. episcopus 35. dist. MEN. Non expedit in iis rescriptis, quæ canonica vocant, diem deterrere, neque in nugis non prorsus mali grammatici, nec boni iurifconsulti Isidori (cuius dicta pro oraculo pontificibus passim referuntur) in cap. pactum. de verb. signific. † Pactum, inquit, dicitur inter partes ex pace conueniens scriptura, legibus ac moribus comprobata: di-

ctum pactum, quasi ex parte factum. Dispeream, si Isidorus plus iura calluit, quam opilio quilibet Papiniani. nam in pacto scriptura non est necessaria. l. contrahitur. ff. de pign. l. nō figura. ff. de action. Præterea pacta turpia nihilo fecius pacta sunt, & effectum aliquem habent. d. §. prætor ait. & l. iij. de cond. ob turp. caus. non ergo sunt moribus comprobata, inde Marcelle tibi places, & considerandum relinquis quod inter metipsum obieceris pacta turpia exceptionem seu retentionem producere, igitur licita fortius actionem productura, ut plus licitis tribuamus quam illicitis. nam fatendum est, licitis longe plus profici quam turpibus, si non quoad retentionem, tamen quoad compensationem. l. etiam. ff. de compensat. vbi, quæ natura tantum debentur, profunt obiciendæ compensationi, quod nemo de turpi pacto dixerit: quod non obligat naturaliter. l. non dubium. C. de legib. accedit, quod retentio quæ datur ex turpi pacto non procedit ex obligatione aliqua vel mediocriter naturali, sed ex odio quo prosequitur lex eum: qui turpiter dedit, ut sic in causa fuit. ut maleficium fiat: ideoque in eius invidiam tueretur possidentem l. 2. C. de condict. ob turp. caus. argumento est, quod mox lex à possidente extorquebit acceptum perperam, si disciplina publica offendatur. l. iurifgentium. §. si paciscar. ff. de pact. l. in fisci. ff. de iure fisci. iuuerit Vlpianus in l. 3. §. etiam. ff. de liber. exhib. vbi ob alienam turpitudinem aliàs personæ prætor fauet aliàs reiectæ. ita ut è duobus malis minus eligat. l. si procurator. de doli excepti.

7 † Inferam hic ordine l. si quis argentum. §. si. C. de donat. vbi videntur laxatæ habentæ omnibus pactis, ut actionem producant. sicut contingit in donatione, ex qua olim agi nequibar, hodie verò agitur: cum, inquit, in arbitrio cuiuscunque sit hoc facere, quod instituit, oportet eum vel minimè ad hoc prospicere, vel cum ad hoc venire properauerit, non suum propositum defraudare. Sed respondeo, pacto nudo donationis hoc facilius licuisse, quam reliquis: quia habet nomen elegans. dicta enim est donatio quasi doni datio. tracta à Græco δωρεά, siue δωρεών l. senatus. §. donatio. ff. de don. caus. mort. cōsensu autem eius leuis fuit p̄cis legum latoribus, cum donare sit perdere. l. filiusfam. ff. de donat. & cum quis promittit donare, sapiusculè bene violentiæ captandæ gratia promittit, quàm ut velit donare. sed hanc perfidam beneuolentiam sustulit Iustinianus. d. §. fin. & cum donatio nomē suam habeat, atque præterea iustum cōsensum, quid vetat, quin potius pariat actionē quàm pactum eundi Romam aut simile: innominatam quidam dicunt donationem, quia nomen eius latissimum est, comprehendens legatum & alia §. legatum. Inst. de legat. sed emptio, negotium gestum, & talia, latius patent aliquando, & tamen sunt nominata. hæc alibi tractata sunt, nec refrico. Putant quidam rationem d. l. si quis arg. §. si. C. de donat. communē esse omnibus pactis nudis: quod scilicet nemo debet temerè prospicere ad promittendum. & est communis utique l. j. de constit. pec. ff. sed ex pacto nudo sola naturalis oritur, ex donatione autem etiam ciuili, quia præter cōsensum, nomen integrum & elegans obtinet. alioquin etiam pollicitatio obligaret quod nemo dixerit: nam & in ea promissio est sed irrita. l. i. ff. de pollicit.

OBSERVATA IN LXIX. DIALOGVM.

- 1 Qui dicit ex pacto nudo agi, facit oppositum in obiecto.
- 2 Quomodo accipiatur, quod quandoque legimus, ex pacto nudo agi.
- 3 Pactum nudum non dicitur respectu vestiti.
- 4 Nudum quod modis capitur.
- 5 An pactum vestiatur consensu.
- 6 Nomine vestiatur pactum, seu firmatur.

INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, TRIPHONIVS, IVLIANVS.



I nostra Iuris prudentia, quæ nunc in herbis est, fructū ferret industriæ, vgerem validis argumentis pro illa sententia, quæ pactis nudis actionem adimit. Aliquando in circulis hoc ferè modo eidem opitulari adnitebar. † Qui dicit ex pacto nudo agi, oppositum in obiecto facit, ex quo semper falsum sequi conuenit. hoc est, fieri non potest, ut pactum nudum dicamus illud, ex quo agitur. quia ista sunt opposita, nudum esse, & actionem ex eo dari: sicuti seruum esse manumissum. nam si manumissus est, seruus non est, sed libertinus. l. seruo. cū glo. ff. de cond. indeb. sic cum dicitur, homo mortuus. oppositum in obiecto est, & frustra dicitur. l. si homo. ff. de verbor. obligat. l. Paulus. ff. de verb. signific. vbi falsus modius nō est modius: sic nudum

sic nudum pactum, ex quo agi queat, iam olim nudum esse desijt. l. solēt. ff. de præsc. verb. l. legem. C. de pact. † Ideoque si quando legimus ex pacto nudo actionem datam, ut l. frumenti. C. de vsur. l. ad exactionem. C. de dot. promissi. ita accipi debet, ut ex pacto, quod olim nudum fuit, nunc agatur, cum nudum non est propter cōsistentiam contractus. ut d. l. frumenti. vel propter legis adiumentum. ut d. l. ad exactionem. veluti si quis dicat, mulier sterilis peperit. de muliere intelliget, quæ olim fuit sterilis, nunc fœcunda est. gloss. in l. iurifgentium. §. sed cum nulla. de pactis. nam nomen pristinum retinet sine effectu. l. insula in fi. ff. de acquir. rer. dom. causâ facilioris intellectus, non quod effectus talis sit, ut ex pacto quod etiam nudum est, agatur: sed quod nudū fuit. l. solent. ff. de præsc. verb. quia iā vestitū est, & aliud quiddā effectu, robustius certè, & vigore adscititio præditū. sic dicitur libera peperisse. l. imperator. de stat. homi. id est, ea quæ fuit libera dum damnaretur morte & tale est illud lib. 2. georgicorum:

Et steriles platani malos gessere valentes.

sic pupilla nupsit in l. si. ff. de legat. 2. id est, quæ iam pubuerat. τ ρ ι η η. Ergo vestitū pactū actionem tribuit, ut pote calentius, nuditateq; seposita multò excellentius ac pulchrius. quemadmodū Nausicaa Alcionos, Odyssæ lib. vi. cum nudū Vlyssē inuenisset, ac deinde vestes pretiosas eum induisset, ait Vlyssē, qui antea visus fœdissima specie:

Νῦν δὲ θεοῖσιν ἔοικες, τοὶ οὐρανὸν εὐρυὸν ἔχουσιν. id est, Nunc instar diuinum, cælum, quos detinet amplum.

Vtinam tamen abstinuissent Doctores hoc nomine, vestiti, in pactis, Iurisconsultis inusitato. † nudum, inquis, desinit esse pactū, cum ex eo actio sequitur, adnuo. sed ex aduerso vel legitimū vocatur pactū, quod ad actionē facit. ut l. legitima. ff. de pact. †. siue efficax vel solennē, vnde voluntas militis sine solennitate nuda vocatur. l. j. ff. de mil. test. ut à Quintiliano, nudæ artes eloquentiæ stoculis carentes. vel nudum, quasi solū desertumq;, quia nō cōhæret contractui. l. licet. de acq. poss. Ouidius in. libro Tristium:

Et mala nulla feram nisi nudam Cæsaris iram.

Nonnunquam nudum, id est, non plenum. l. pe. §. duo. ff. de vacat. muner. vnde plena proprietates dicitur cum vsu fructu. l. fœminæ. §. fin. de secund. nupt. sine illo nuda est. l. fructus. in fi. ff. de rei vend. l. si conuenerit. §. j. ff. de pig. act. Postremo nudum, id est, vanum nulliusque momenti. l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. j. l. domicilium. ff. de incol. l. nuda. ff. de contr. empt. & nuda voluntas, id est, à solemnitate l. i. ff. de milit. test. quæ rite facta non ideo vestita dici poterit sed iusta. l. i. ff. de iniust. rupt. testam. Deniq; quiduis potius appellabitur pactū, ex quo agitur, quàm vestitū. quia cum nudū, de cōuentione nuda intelligim⁹, translatione utimur, exēplo sumpto à nudo homine indecoro & frigidulo, ut supra ab Vlyssis argumento retulimus. quare sequitur regula, quod vbicunque figuratè locutio fit in verbo, correlatiuum non est dare, ut verbi gratia, purus locus dictus est, qui neque sacer, neque religiosus est. l. ij. §. purus. ff. de relig. & sumpt. nec propterea locus sacer est impurus. pura laux à cælata differt. l. v. i. ff. de rei vindicat. sic actio bonæ fidei & stricti iuris est in §. actio-num. de actionib. non autem male fidei. non igitur pacto nudo mendicandum est è regione vestitum. IVLIANVS. ego vero te obsecro, Triphonine, ut hoc largiare Barrolo & reliquis doctoribus, imo etiam discipulis, quo dociles magis euadant, si cum auerint pactum nudum inefficax ad agendum, vestitum pro efficaci vsurpant. nam & clari autores libenter vestitum dixere id, quod ornatum, & egregie instructum est. ut de Captiçorno Cicero in Arato:

*Quem cum perpetuo vestiuit lumine Titan,
Brumali flectens contorquet tempore cursum.
idem libro 2. de diuin.*

Argolicis primum ut vestita est classibus Aulis.

hoc se vertisse ex Homero fatetur: nempe hic dixit. 2. Iliad.

τότ' ἐς ἀυλίδι νῆες ἀχαιῶν ἠγερέντο.

Inde mons vestitus & nudus inuenitur Virgil. 2. Georgic. olea magnum vestire Taburnum Papinius libro 5. Thebaidos: nudo iuuat æstimare sub Hemo. citat Placidus vetus interpretes ex Sallustio illud: vestitus oleastro & myrretis alijsque generibus arborum. Demades mœnia vestem ciuitatis apud Athenæum dixit libro 3. cap. 10. sed iam perge. τ ρ ι η η. Sic quoque homo virtute vestitus est adeo Ecclesiastici cap. 17. † Et quoniam inter reliques modos, quibus conuentio nuda sit efficax & valida ad agendū (si Accursio credim⁹) est, quādo cōsensu fulta est, ut in emptione, locatione & reliquis. §. j. Inst. de oblig. quæ ex cōsen. † Ego magis existimo esse efficaciam seu fulcimētū (voca si vis vestimētū) nomin. s. l.

iurifgentium. ff. de pact. siquidem cum do tibi pecuniam pro re, hoc est, ut rem des, qua videri non vis, sed dare pro pecunia. vt l. si. C. de cond. caus. dat. idem consensus est, qui in mera venditione, tamen actio non datur nisi implemento secuto, secus in venditione, ex solo consensu. sic cum do decem, vt Romam eas, idem consensus est, qui in locatione, nec consensu producta est actio, rati sper dum nullum implementum intercessit. quia locatio non fuit. l. iij. §. at cum do. ff. de praef. verb. inde cogor dicere, nomine fulciri, vel, vt loquuntur, vestiri conventiones. eo magis quod consensus in emptione atque locatione nudus nominatur. l. j. ff. de rer. permutat. l. obligamur. in fi. de action. ff. l. j. ff. de pign. actio. quare nudus cum sit, quomodo aliud vestiet veste propria: c. a. l. l. Non opinor Nausicaa nuda nudum Vlysem vestiuisset sine pallio. Verum, vt video, nos ad pristinam nauscam redimus. negasti pactum efficax posse dici vestitum, nunc ais nomine vestiri. & cur magis nomine quam consensu non video: quia nomen etiam per se nudum est. vt si quis vocaret emptionem sine pretio, nomen per se vestire non posset. l. nuda. ff. de contrah. empt. l. domicilium. ff. de incolis. ad hoc qualiter nomen esse vestimentum poterit, cum simul nascatur cum ipso contractu, non vt vestis, post hominem. τ ρ ι ρ. Nonne iam proestatus sum, me communi errori condonare, vt efficacia pacti vestimentum dici possit, potissimum cum de nomine disputatio inutilis sit, si modò res intelligitur. & per Iouem, non illepida est translatio à vestimento ad efficaciam, multo magis quando vestimentum cum corpore vna nascitur. quod addo, eò quod tu obijcis illud quod refert Accursus. & confutat in l. iurifg. §. quinimo. ff. de pact. consensus non videri vestem cum simul cum contractu, imò ipse contractus, sit. Dico itaq; pleraque nasci cum veste, & eo casu sine veste nihil esse. vt stipulatio rite facta praecedente interrogatione. l. sciendum. §. dictum. ff. de adil. edict. vt ecce queritur Plinius in proem. lib. vii. quod natura vnum hominem alienis velat opibus, ceteris animalibus variè tegumenta praebet, pilos, vellera, cortices vt in arboribus. certè quia huiusmodi vestes sponte naturae cum ipsis pecudibus & arboribus nascuntur, vestimenta magis propinqua sunt, & tantò firmiora, quam sit toga praetextae homini: quia subinde potest abijci & mutari: capropter & consensus vel nomen. in emptione nobilius & propinquius est vestimentum, quam sit traditio. Perperam igitur dicebant nonnulli, vestem simul cum corpore non esse. quia verum hoc potest videri in homine, non in feris, piscibus, arboribus, quorum illae, cute illi, squamis haec, corticibus vestiuntur. Adducit Accursus. in d. §. quinimo illud Iob: Pelle & carnibus vestisti me. vt contra eisdem probet in homine vna esse vestem cum corpore, sed fallitur: quia Iob fingit animam loqui, anima enim hominis habet corpus tanquam vestem. vel, vt Theophrastus dicit apud Plutarchum, tanquam domicilium. quia dicit pelle & carnibus vestisti me. Corpus intelligit animae vestimentum. prius Adami corpus compactum est quam anima infusa in vestem seu domum, vt dicitur in Can. Moyse. xxxij. q. ij. hinc illud Pauli lib. §. receptarum sententiarum tit. de Vlcupationibus nudo animo sine corpore possessionem acquiri non posse, sed retineri. Cicero in somnio Scipionis. tu verò, inquit, enitere, & sic habeto te non esse mortalem, sed corpus hoc: non enim is est, quae forma ista declarat, sed mens cuiusque, is est quisque. impie igitur Lucretius lib. iij. Epicureus quidem, sed scitus homo in verbis:

— *Quod si immortalis nostra foret mens,
Non tam se moriens dissolui conquereretur:
Sed magis ire foras, vestemq; relinquere vt anguis,
Gauderet.*

Aliquando omnis conuentio quantumlibet firma, nuda vocatur, si est absque traditione. l. traditionibus. de pact. C. vt homo vestitus sed pauper, nudus est & calamitosus. l. tutelae. §. fin. de cap. diminut. ff. nam & vestium aliae alijs magis interiores existunt. itidem stipulatio conuentio fortissima nuda erit sine pignore vel fideiussore per promissorem dato. l. sancimus. C. de verb. significat.

OBSERVATA IN LXXI. DIALOGVM.

- | | |
|---|--|
| 1 Duo pacta nuda producant actionem. | 4 An causa requiratur in stipulatione. |
| 2 Saepè ubi diu deliberatur, minor est obligatio. | 5 Quomodo accipitur illud, quod stipulatio potest esse praeposterum. |
| 3 Quare stipulatio continuam responsionem requirit. | |

INTERLOCVTORES.

IULIANVS, FLORENTINVS.



Vob vulgò dicitur, duo pacta nuda parere actionem, quamuis vnicum non patiat, mihi verisimile videtur. duae manus multa possunt, sed, vt ait Euripides in Heraclidis:

— *Μία εἰς ἅπασαν χερσὶν ἀδελφῆς μάχην.* id est.
Vnicæ manus inualida est pugna.

Iuuant plura quae non profunt singula. l. si plures. in fi. ff. de pactis. Ratio est: vnicum pactum solam naturalem obligationem producit, quia graue est fidem fallere. l. j. de pact. & l. j. de const. pec. civilem non parit, quia plerumque pacta ex abtuto fiunt, non ex vero consensu proferentis. sed cum duo pacta fiunt per intervallum temporis, ipso tempore fit deliberatio. l. j. ff. de iur. delib. quare impatere promittenti, quod non considerauerit. imò praesumitur deliberasse & ex proposito, denuo idem promittere. arg. l. si mulier. ij. C. ad Velleia. §. consensus. vt immobilia ante nupti. donati. col. §. vbi ratio perspicua redditur. itaque non obstat l. qui bis idem. ff. de verb. oblig. vbi qui bis idem promissit, non amplius quam semel tenetur. quia verum vtrique est, eum qui semel perfecte tenetur ad dandum, amplius teneri ad idem non posse, sed si priore promissione minus perfecte teneatur, secunda tenebitur. Neque obstat quod obijciunt, vnicam promissionem eandem deliberationem habere, quam secunda & iterata habet promissio: quia nemo existimandus est dixisse, quod non mente agitauerit. l. Labeo. ff. de supell. leg. ceterum deliberato deliberatius est. l. vbi autem. ff. de verb. oblig. ad arg. nam tres gradus loquelae sunt. aut enim loquitur quis vanè & sine animo promittendi omnino, cum tamen verba sonent promissionem, & non obligatur naturaliter. l. quae extrinsecus. de verb. oblig. vt si quis volens discipulis proponere exemplum pacti nudi, promittere decem. l. obligationum. in fi. ff. de action. Aut quis promittit serid, vt benemereri videatur de illo, cui promittit, & semel tantum promittens, obligatur tantum naturaliter. l. j. de pact. etiam in pacto usurarum odioso, nec temere corrigi contractus fauorabili. l. §. imperator. ff. de soluti. nam etsi non sit praestiturus, quia promittat eo quod alium non accepturum intelligat, tamen ideo obligatur, quod alium deuinxit pollicitatione muneris, & sibi conciliauit, atque bene affecit. arg. l. sed etsi lege. §. consuluit. de petit. hære. Sed ciuilitate per actionem id non praestare cogitur, cum non habuit plenam deliberationem. nec obstat §. fin. l. si quis argentum. C. de donat. quia ibi speciale donationis esse, quae suum nomen habeat, quidam vestrum iam demonstraui. Tertio, cum duo pacta nuda serid interuenerunt, iam in secundo is qui offertur, considerare potuit amplius, & is etiam qui offert, & ideo non impetu sed consilio promittens stare promissis tenebitur. nec quis iure obiecerit fideiussione in qua secunda est promissio pro debitore non nisi per stipulationem fieri. l. blanditus. C. de fideiussor. nam hic non adest promissio eiusdem personae gemina, nec quisquam pro se ipso fideiubet sed pro alio. ideoque constitutum quod quis pro se ipso facit, fauorabilius est fideiussione. l. haec tenet. §. si. ff. de const. pecunia. l. grece §. illud. ff. de fideiuss. itaque sicut nudi palestra mutuo exercitio calent, sic duo pacta nuda se inuicem vestiunt. sic nuda traditio per se vana cum nuda contractu perficiunt dominium. l. nunquid. ff. de acq. rer. dominio. l. traditionibus. C. de pactis: nonnulli addunt l. si. C. ad leg. falcid. sed ibi non praecedebat nuda promissio, nec sequebatur: sed post relictum in testamento, traditio, vel cautio, id est, scripta promissio vel stipulatio. l. lecta. ff. si cert. per. d. l. sancimus de verb. sign. C. vbi belle Accursus?

† Inuenias locos in iure; quibus quare quicquid minus deliberationis habuit, tantò magis obligat. l. j. ff. de exercit. act. l. j. §. merito. ff. de pos. in fi. vbi qui deposuit res ex incendio, ruina, vel naufragio ereptas, in duplum obligatum habet depositarium fidei frugum: eo quia non potuit de alio sibi, in medio periculo, consulere. Ceterum hic alia longè ratio est, quam in pactis nudis: nam causa contractus repentina est, sed contractus integer & perfectus fuit. Praeterea ille §. merito, obtinet, causa publica utilitatis. l. j. §. j. ff. de incend. ruin. quis enim eorum, qui in tali versantur discrimine, non misereatur? Hinc Ouidius de hoste atrocissimo dixit:

*Naufragij tabulas pugnat habere mei.
Et praedam medio raptor ab igne petit.*

& mox:

l. i. de exercit. act. FLOR. † Quare aliquis, si longior in pactis nudis deliberatio actioni parit, proficit, cur non itidem responsio ex intervallo interrogati facta stipulationem magis corroborat? nimirum certi iuris est, continuum debere sequi actum responsionis. l. cotinuuus. de verb. obl. Respondeas. quia quoties respondetur post intervallum, dupliciter vitatur stipulatio, forma scilicet & nomine. nam ius hanc formam praescripsit ei, vt confestim respondeatur. d. l. cotinuuus. & ideo non valet aliter facta, nec vt pactum quidem. l. j. §. eum qui de const. pecunia. ff. sicut & testamento contextus vnus est necessarius. l. haeredes. §. fin. ff. de testam. si quis inster

petens, quamobrem hoc leges tam strictè voluerunt, audiet à me:

*Dic quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores?*

sive, dic, cur in testamentis vltra vnicum textum iura volunt interuenire septem testes, cum sex sufficerent? Deficit etiam nomine stipulatio: quia responsione post tempus facta, quiduis potius diceretur, quam verborum obligatio. nam non verba continua, sed cōsensus obligaret. Vel cum stipularis tibi centū hodie, & ego non nisi crastino die respōdeam, videor inferre quod tibi interroganti petitem negavi, donec alia cogitatio subuenerit. quare iam perempta est vis tuæ interrogationis, vel saltem suspensa sub conditionem, si voluero dare, quod petis. quæ conditio inutilem stipulationem efficit. l. centesimis. §. fin. ff. de verb. oblig. accedit, quod in stipulatione quarimus continuam obligandi hominis responsionem. at qui in d. §. merito. de persona obligante tractatur, cuius festina calamitas cunctationis expers inter pericula, digna miseratione fuerat, non nouo malo ex perfidia obligati depositarij.

4 Igitur quatuor interesse debent stipulationi: verba, consensus, continua responsio, & res, quam spondemus. † Quinro, quidam addunt causam, propter quam fiat stipulatio per l. cum de indebito. §. ff. de probat. vbi de scriptura queritur, non de ea, quæ verbis nō causa nec scripto obligat. nam per stipulationem rursimē fit donatio. l. si quis argentum. §. fin. C. de donat. sed donatio eō nobilior est, quod causam, ob quam fit, non continet. l. j. ff. de donat. Hinc Vlpianus ait in l. hoc iure. §. fin. ff. eod. sed & hæc stipulationes, quæ ob causam fiunt, donationem non habent. vt ostendat quasdam esse stipulationes cum causa, alias, sine causa. vt ferè tot. tit. ff. de verbor. obligat. l. Papiniano. l. si stipulata. ff. de donati. inter. vir. nam si causa necessario adijcienda esset stipulationi, atque implenda, iam non esset prior stipulatio innominatis contractibus. nec deposito, commodato ve æqualis.

Idem probatur in l. j. ff. de condit. sine caus. ff. l. qui sine eod. vbi est repetitio per conditionem sine causa, quando quis promisit ob causam, quæ secuta non est. quare si sine causa promissio interuenisset, non esset repetitio sine causa, inquam, adiecta. nimirum scire oportet plerunque in iure dici, promissa sine causa non valere. quæ verba illò pertinent, si iustam causam promittendi habere me existimem, cum iniusta sit, repetitionem esse & idem significat, sine causa promittere, quod ex falsa causa vel non bona promittitur. l. nihil refert. ff. de cond. sine caus. l. eleganter. & l. damus. ff. de cond. indeb. sicut etiam accidit in liberatione ex falsa causa facta. l. si cum te. ff. de pact. eod. pertinet. l. 2. §. circa. ff. de doli excepti. si enim conuenit vt mihi mutuos nunc dares centum aureos & ideo tibi stipulanti ego, spe illos accipiendi illectus, promisi me redditurum nundinis proximis, si non numerati, & petis ex stipulatu, repelleris exceptione doli. non aliàs vbi causa deest. l. seruus. ff. de seruis export. Verum cum supetius dixi stipulationem valere sine causa, intelligo quod pura fieri potest sine impulsu alicuius causæ, quàm beneficij & liberalitatis. Hoc magis nego stipulationi causam esse necessariam, quia si tibi promitto ceterum propter eam causam, vt pro me Romæ eas, causa est alia quàm stipulatio. quia tot sunt stipulationes, quot corpora. l. scire. ff. de verb. oblig. quid autem est absurdius quàm dicere vnam stipulationem sine alia esse non posse, vel saltem sine pacto incontinenti apposto. F L O R. Causam negas necessariam componendæ stipulationi, sed ordinem non perinde negabis. † nam præcedere interrogationem, subsequi responsionem decet. l. v. §. stipulatio. ff. de verb. oblig. non obest l. præposteri. C. de testam. vbi ordo præposterus neque contractibus nec præsertim stipulationi, neque testamentis. sed hoc sic accipitur, vt tota quidem stipulatio possit ubicunque in contractu inferri, vel ante alia pacta, vel post, vt l. petens. C. de pact. non autem ipsa mebra- tim incidi, nec inuerti potest. nam stipulatio est pactum inuersum, quare si præcederet promissio & ego interrogaturus dicerem, tu igitur promittis mihi? accepto. pactum est nudum. sic hæredis institutio in quauis parte testamenti valet. §. ante. de legat. non autè lacerari per frustra poterit.

OBSERVATA IN LXXII. DIALOGVM.

1 Quod stipulatio sit iurisdictionum.

2 §. de constituta. Inst. de action. non probat esse civilem.

3 Actio ex stipulatu pro re certa val incerta datur.

4 Stipulatio vnde dicatur.

INTER-

INTERLOCVTORES.

SCÆVOLA, PAPYRVS.



VRVCLES amicus meus hominum quos vnquam Sol vidit gratissimus, cui apud superos in maxima fui obseruantia, de me queritabar, vtrum commodius stipulationis stemmata ad ius civile referri possent, an verò ad ius gentium. ego, inquam, ò Eurycles, iurisdictionum originem † stipulationis esse magis puto, cum omnibus aliis conventionibus & commerciis. l. ex hoc. ff. de iustit. & iur. nam conventiones nominatæ iurisdictionum sunt, & innominatæ etiam. l. iurisdictionum. ff. de pact. at stipulatio nominata est. l. j. §. fin. ff. eod.

Quid angimur? adest l. an inutilis. §. ff. de accept. quæ acceptilationem iurisdictionum esse fatetur. quæ per Deos, quid aliud quàm Aquiliana stipulatio? & auo posterior stipulatione. l. & vno. ff. eod. l. 4. ff. de transact. Præterea, aut formam inspicimus, aut consensum. forma eius antiqua est vtrique & anus admodum. solebant enim gentes quæque ea perere quibus sibi vsus esset. l. j. de contrah. empt. quis dubitet, cum & ferè certis signis in fame hoc faciant? planè sine consensu non extat stipulatio. l. j. §. pe. ff. de pact. qui consensus sine dubio est à iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Insuper ius civile nomen accepit à ciuitatibus conditis, cum quibus cœpit, & creuit. §. singulorum. Insti. de re. diuisio. primus autè mortalium Cain vrbes ædificauit septem, vt scribit Philo Iudæus in libro Biblicarum antiquitatum, & Geneleos 4. cap. de vna asseritur condita immenso aui spacio. quis autem credat sine adiumento hominum conditas fuisse vrbes, atque sine interrogatione? cum quilibet e opem suam promitteret. nam vixit Cain annos D C C X X. teste Philone, aucto plurimum genere humano. Denique quomodo lex potuit esse inuentrix stipulationis, cum per stipulationem prima lex facta sit? & rogatio à Cicerone passim vocatur, eo quod interrogaretur populus, an hancce legem ratam haberet. §. constat. Inst. de iure natur. nisi putemus à filia rursus esse matrem naram, vt de niue & aqua dici solet. Quod autem ius civile plurimi faciat hanc conventionem, in causa fuit commoditas eius & frequentia, cum eam videret inter homines sapius versari, adeò vt ne matrimonia fierent sine stipulatione, vnde nomen habent sponsalia. l. ij. ff. de sponsal. & sicubi dicatur promissorem iure civili teneri. l. ex diuerso. ff. sol. matrim. idem est quod obligationi naturali civilem concurrere. l. 3. de const. pecun. l. iurisdictionum. ff. de pact. præterea promissio non refertur necessario ad stipulationem potius quam ad constitutum. † Plebs omnis Doctorum, torquet in contrarium. l. ea quæ. ff. de acq. rer. dom. vbi ea quæ civiliter acquiruntur per seruum acquiri possunt, vt per stipulationem. non inspicunt igitur Doctores ibi non tractari, an stipulatio civilis sit, an non, sed de eo quod per seruum stipulantem acquirimus cooperante iure civili, dum facto corporali opus non est. aliter atque in possessione. imo si seruus stipulatur, ergo iurisdictionum est stipulatio. d. l. an inutilis. §. ff. de accept. l. quod attinet. ff. de regul. iur. alioquin dicendum esset emptionem item donationem iuris civilis esse, quia his contractibus seruus acquirat domino. §. item vobis. per quas person. acquir. Rursus idem Veterum manipulus iaculatur in hanc sententiam audacter. §. de constituta. de action. per quem contendit stipulationem esse civilem. de constituta, inquit Iustinianus, pecunia cum omnibus agitur, qui pro se vel alio soluturos constituerunt, nulla stipulatione interposita: nam alioquin, si stipulanti promiserint, iure civili tenentur. Respondeo ibi stipulationem non esse à iure civili, sed eius actionem, vt & in omnibus contractibus à iure gentium. l. j. ff. de æstim. act. gloss. l. j. ff. commod. Iustissima deinde ratione dicitur in §. de constituta, actionem ex stipulatione profectam, esse civilem, vt discerneret à constituti actione, quæ est à iure prætorio. l. j. de constit. pec. respectu cuius omnis alia actio civilis est nedum actio ex stipulatu. l. Lucius. ff. eod. hæc omnia tam patent, vt me pudeat adiungere ad ampliorem actionis prætoris fidem. §. in personam. de action. l. j. ff. de publican. Validius me impetit l. i. ff. locat. vbi locatio, eo quod sit iurisdictionum, consensu perficitur. sed idem ait iuriconsultus in l. continuus. ff. de verb. oblig. §. j. id est, consensus potissimum consideratur in locatione atque in stipulatione. at dices in hac verba concinnata & continua desiderari: sic dicam in illa mercedem in civili pecunia. l. j. §. si quis seruum. ff. deposit. nulla enim est conventio iuris gentium, quæ aliquid ornamentum nō capiat à iure civili, alia plus, alia minus. & finge aliquam earum dici iuris civilis vt acceptilationem, quæ eadem est iuris gentium. l. verborum. ff. de solut. & d. l. an inutilis. §. si. de accept. tamen inspicemus ius antiquius. §. venditæ. de rer. diui. sic intelligo. l. ea quæ. ff. de acq. rer. dom. tamen ibi non de ipsa stipulatione, sed de modo acquirendi per eam tractatur.

nam idem de donatione & emptione dici posset, §. item vobis per quas person. P. A. P. Non modo interpretes inania multa de stipulatione posteritati reliquerunt, sed etiam ipse Tribonianus in §. j. Instit. de verb. oblig. ubi scribit ex stipulatione proficisci duas actiones, alteram quae sit certi conditio competens ob promissionem rei certae, alteram ex stipulatu pro rebus incertis paratam. ridiculum. si actio ex stipulatione descendit pro re certa, quare non ex stipulatu vocabitur? adde, quod actio quae datur pro dote repetenda mulieri, ex stipulatu dicitur. l. vnic. C. de rei vxo. actio. tamen dotes multoties certae sunt. Itē pro pœna promissa datur ex stipulatu actio. l. j. §. si reus. ff. de eo per quē fact. ex. l. si cum dies. §. si. ff. de rer. arb. l. prœdia. ff. de act. empt. ar. pœna certa est. l. si pœnam. ff. de verb. oblig. itēque certi conditio competit ex incerto contractu, dummodo certum petatur. l. certi conditio. ff. de reb. 3 cred. Et † incerti conditio pro re certa tribuitur. l. qui sine. ff. de cond. sine caus. Sed quia ver- recunda est cogitatio eorum, qui veterum tuentur ineptias, credo causa facilioris intel- lectus id à Triboniano distinctum esse. vt ab Vlpiano in l. si quis. ff. si cert. pet. vt §. alio. quibus modis testa. inf. Aut quia actio ex stipulatu est genus & species vt adoptio. l. j. ff. de ado- 4 ptio. Addit ibidem Tribonianus, † stipulationem ab eo deductam, quod veteres stipulum firmum vocabant, adiectiue scilicet, à stipite, inquit, forte descendens. Varro à stipe deducit, id est, à pecunia, de qua l. ij. ff. de corp. illic. Alciatus lib. Parergon primo cap. xxxix. *Σπῆ τῆς στήλης*, quia adstringat, à verbo *σύρω*. quid enim habet commune stipes seu truncus cum contractu? sed Alciatum non sequor, cum *σύρω* per *υ* *↓* *ι* *λ* *δ* *ν* scribarur, non stipulatio. Sanè Festus Pompeius cum Triboniano à stipite trahit. sicut etiam Paulus lib. receptorum sententiarum 8. in tit. de obligationibus, ex quo habita est sententia; profecto firma & stipulo conueniens, sed delusi sunt, opinor, aduersarij, quod in stipulatione prima sit brevis syllaba, vt in stipe non in stipite: dissimulantes fidem & fidum: odi & odium, dico dicax. non similiter syllabæ rationem habere. stipes autem (vt ait) est fustis humi defixus. l. granaria. ff. de act. empt. quod neutiquam sua verisimilitudine caret: nam stipes truncus erat, qui olim defige- batur in agrorum confinio ad firmam tutelam finium. Quid. Fastrorum lib. 11. de Termino sic canit:

*Termine siue lapis, siue es defossus in agro
Stipes, ab antiquis tu quoque nomen habes.*

& Tibullus lib. primo, elegia 1.

*Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris,
Seu vetus in trivio florida ferta lapis.*

ideo Theophilus in d. §. j. subdit *πέλαγος* id vocari Græce vnde fluxerit stipulatio, id est trū- cum seu stipitem. plane in tatum securus putabatur ille stipes, vt inde sit nata fabula de Ter- mino Deo, qui Ioui noluit concedere. Aulus Gellius refert lib. xii. cap. vi. C. forus. de verb. signific. nec dubium est quin graue sit crimen termini amoti extra ordinem coercendum. l. 2. ff. de term. mot. maxime cum sacrificio coleretur.

OBSERVATA IN LXXIII. DIALOGVM.

- | | |
|--|---------------------------------------|
| 1 Etymologia quid sit. | 5 Territorium an à Terrendo veniat. |
| 2 Possessio vnde dicta sit. | 6 Quando non sit locus etymologia. |
| 3 An res mobiles propriè possideantur. | 7 Pontifex an à ponte deducatur. |
| 4 Testamentum vnde dictum sit. | 8 Etymum saepe manet, mutato effectu. |

INTERLOCVTORES.

TERTVLLIANVS, LABEO.



MVLTI saepe imposuit fallax etymologia. LAB. Sed & multis intima- mas rerum & verborum vires aperuit. TERT. Sciebam futurum, vt tu etymorum propugnator esses, qui vocum Latinarum origines percal- luisti, eaque scientia plerâque in iure innouasti vt de te scribit A. Gel- lius lib. xii. cap. x. & l. ij. §. post hunc. ff. de orig. iuris. inde Paulus in l. 1. de acquir. poss. ait: Possessio appellata est à pedibus, pedum quasi posi- tio, idque te autore. quia naturaliter tenetur ab eo, qui insistit, quam 1 Græci *μαρτυρία* dicunt. LAB. † Non sinam etymologiæ dignitatem deslescere, quam Cicero in Topicis notationem dixit. Quintilianus lib. 1. cap. 9. veriloquium seu originatio- nem, cum d. l. j. ff. de acquir. poss. magnam vim in eadem faciat, & ostendat. nam ex eo quod posses-

sessio à pedibus dicta est, declaratur dominium à possessione primum cœpisse. quia quo tempore rerum diuisiones factæ sunt, iure gentium quicquid pedibus homines animo derin- dendi calcauerunt, suum faciebant. Vnde, inquit, ibi Accurs. est illud in sacris literis: quicquid calcauerit pes tuus. Deuteronom. cap. xj. † Dicitur ergo possessio, quasi pedum positio, litere 2 ris paululum immutatis vt in quamplurimis etymis. sic Neprunus à nando, & Ceres quasi gerēs apud Ciceronem lib. xi. de Natura Deorum. probatur in l. quod meo. §. si venditorem. ff. de acquir. poss. Non minus, inquit Celsus, possidere cœpi, quam si pedem finibus intulif- sem. M. Cicero in Philippica 11. obiectans paupertatem Antonio: Quid erat in terris, vbi in tuo pedem ponerēs? & 111. Philippica: Hodierno die p. c. longo interuallo in possessionem libertatis pedem ponimus. adiutat illud Agaperi diaconi ad Iustinianum, de discrimine diu- uitum ac pauperum loquentis: *καὶ οἱ μὲν κατέχουσι τὸ κόσμον καὶ πῆρρα τὰ οὐδὲ ἔχουσι πρὸς τῆσιν αὐτῶν πέλαματα.* id est, Illi quidem possident mundi fines: hi verò non habent, vbi plantam pedis ponant. Alciatus lib. Dispunc. primo. cap. 1. possessionem à sedibus trahi ma- uult, quod & Accursius attigerat magis quam elegerat, perinde ac si, vt ille putat, cum pedi- bus nihil commune habeat, sed cum sedibus argumento verbi, a si deo, resideo, possideo. sed Tibullus ipsas quoque sedes pedibus teneri declarat lib. 3. elegia 4.

Hic iuuenis casta redimitus tempora lauro

Est visus nostra ponere sede pedem.

quare Paulus in l. 3. ff. de acquir. posses. pedum positionem amplius enarras, & omnem scrupulum eximens, ait, non esse necesse: fundum possessuro omnes glebas circumambulare, sed ingredi aliquam eius partem animò totum possidendi. idem apertius ostendam, ex l. iij. §. ex contrario. ff. de acquir. poss. vbi idem Paulus ait, non magis eandem possessionem apud duos esse posse, quam vt tu stare videaris in loco, in quo ego sto, vel in quo sedeo, tu sedere videaris. si possessio à sedibus veniret, quomodo exemplum sedendi tanquam simile Iuris- consultus posuisset, cum nullum simile idem sit. l. quod Nerua. depositi. nam si Titium, ver- bi causa, disertum volo dicere, conferam illum Tullio vel Demostheni, non sibi ipsi: vt Pau- lus ibi possessionem cum stando & sedendo. Præterea possidetur fundus, domus, prædium, & tamen ibi sedes non sunt: nam sedes propriè esse dicuntur, vbi quis perpetuam habita- tionem constituit. l. ij. de incolis lib. x. C. optimè in l. in lege. ff. de verb. sign. Tales sedes lo- cavit Antenor apud Virgilium, primo lib. Æneidos, dum urbem Patavium ædificauit. & in- crepantur decuriones qui sedibus suis relictis, id est, patrio solo in aliam ciuitatem migrant. l. 1. ff. de decurio. l. pupillus. §. incola. ff. de verbor. sign. vbi, sedes, in singulari idem significat. † Accurs. in d. l. j. ff. de acquir. poss. nō putat rerum mobilium possessionem propriè esse, cum 3 in illis non sit pedum positio. Crepidas saltem atque soleas excipere debuit, in quibus pe- dem ponimus. sed extra iocum, res quoque mobiles verè possidentur, quia vsucapiuntur triennio. §. j. Inst. de vsucap. Verum in omni etymologia prima quæque origo nominis & antiquissima debet inspicere. sanè certum est, homines primum immobilia possidere cœpisse, quæ sine artificio natura illis obtulit. vt ecce pecunia à pecudis nota dicta est, teste Plinio, Varrone & Columella: hodie alia nota percucitur. & nihilominus pecunia appellatur. con- uicium à collatione vocum cœpit dici. l. item apud. §. conuicium. ff. de iniur. tamen quodlibet maledictum vulgo vocamus conuicium. l. iij. ff. de lib. & posth. manente etymo Donatio appellata est, quasi doni datio. l. senatus. §. donatio. ff. de donat. caus. mort. quia olim nisi per traditionem sine effectu erat, hodie verò solo consensu. l. si quis. §. si. C. de donat. sponsalia etiamnum dicuntur sicut sponsi à prisca stipulatione, quæ defueta est. l. 2. & 3. ff. de sponsa- lib. quid multa? nonne pignus à pugno nomen traxit, quod sit rei mobilis priuena origine. l. plebs. ff. de verbor. signif. tamen & fundus & cætera immobilia pignori passim dantur & quædam incorporalia. §. item Seruiana. de action. l. 12. ff. de pignor. nec moueor, quod posses- sio tum à corpore, tum ab animo causam habet: & respectu animi potiore esse ac nobilio- rem tanto, quanto animus præcellit corpori. l. nemo. C. de acq. poss. igitur, inquit aliquis, à vilissima parte corporis possessio non recte trahetur. Sed profecto à pede manauit vt basi corporis primoque animi interprete circa prædiorum occupationem. sic stipulatio non à consensu in omni conuentione præcipuo, sed à firmitate verborum volatiliū deducitur. §. 1. de verbo. oblig. TERT. Posterior ætas etymologiam esse vult in testamento: † quod sit di- 4 etum testamentum quasi testatio mentis. §. j. Instit. de testamentis. quia, inquit aliqui, sa- num mente non corpore esse oportet necessario testatorem. l. ij. ff. de testam. Theophilus ve- rò, quod *μαρτυρία* ἔχει τὸ τελευτήσαντος *Διανοίας*. Testimonium, inquit, habet ipse defuncti mentis. pro Theophilo est l. vnum. ff. de testam. Huiusmodi etymologia primo manauit à Seruio Sulpitio, vt refert Aulus Gellius lib. v. cap. x. 1. eamque reprehendit, ne-

que verbum duplex esse vult, testamentum, magis quàm, vestimentum, calciamentum, & mille alia sic producta. sed obrepit, inquit, Sulpitio concinna mensis, in eo vocabulo, significatio. hoc idem in Iustin. torquet Laurentius Valla lib. v. i. cap. xxxv. ut nouis vulneribus veteres cicatrices rumpat, addit, quòd si à mente duceretur, diceremus testamenta, vt amentia, dementia. Quasi verò magister verborum vsus non possit ab eodem verbo varias terminationes deducere, vt experimentum & experientiam. fateor vtique testamentum in genere sumptum, mentem non magis aspexisse quam vestimentum vel monumentum, sed cum primum licuit morituris de rebus suis libere disponere, ad id significandum electum est id nomen quod mentis vocem includeret, & quod mentis sanitatem potius quam corporis optaret. l. 2. ff. de testam. sic in diuortio accidit. l. 2. ff. de diuortis. quod vtique electum fuit vt diremptum vtriusque mente coniugium significaret. tamen à principio alio translatum fuit fusius à diuertendo. & monumentum, quod admoneret posteros, vt mente manes mortuorum, eorumque conditionem retinerent. Alciarius libro IIII. de Verb. signific. etymologiam quoque negat esse in testamento, sed allusionem esse vult, quam paranomasiam vocant. atqui Theophilus in d. §. j. de testam. etymologiam ingenuè prædicat. Testamentum, inquit, *ἐπιθήκεν δὲ ἐξ ἀρχῆς ἐτυμολογίαν* quòd testatio mentis sit. quod verum puto. nec obest quòd plura in mentum finiuntur in quibus non sit mentis significatio. nam si ratio illa militaret, nusquam esset tutum etymum. ecce formica dicitur quasi ferens micas, teste Seruio in IIII. Æneidos. cur non amica & vomica? & fides appellata est, quia fieri debeat quod dictum est, secundum Tullium lib. I. Officiorum. quare non & fides, cum chordam plectri significat? item mutuus amor, quasi inuicem de meo tuus. l. ij. §. appellata. de reb. cred. cur non & fatuus & lituus tui significatum obtinent? † Territorium à terrendo venit, quòd in eo magistratus terredi potestatem habeant. l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. signific. vel quasi terribonium tritum bobus & ratro, vt ait Seruius v. Æneid. versu:

Interea Æneas urbem designat aratro.

Vbi Catonem sequitur in Originibus Gellio & Valla doctiorem: non tamen idem dicemus in verbo dormitorium, deambulatorium, & similibus. taceo quod Aggenus Urbicus à terrendis hostibus intra eius fines maluit ducere territorij etymum, lepi de sanè. Mancipium à manu & capio dictum est, teste Iuriconsulto in l. libertas. ff. de statu homi. & Valla lib. v. cap. xxxiii. cur non dicat aliquis curiosus, & principium, in quo non est capiendi vis: porro in etymo mancipij, errasse Vallam ostendimus, vt qui putat deductum à manu, cum manus potestatem significat. quod vtique falsum est. imo quòd manibus in bello caperetur: vt maniceps, cui inest manus & capiendi potestas. deinde sine delectu dicimus seruos emptos mancipia. Quamobrem toleremus testamentum dici à mente, ne dementes simus cum grammaticis. non ita tam è, vt quicquid testationem mentis habeat illico testamentum putemus, qualis est in codicillis & donationibus causa mortis: sed vt nullum sit testamentum, quod mentis testatione careat. † Si quidem cum inuicem conuertitur verbum de quo agitur, cum illo vnde scaturit, non est etymologia, vt pactum & pactio. l. j. de pactis. donatio quasi doni datio. l. senatus. de don. caus. mor. quia omnis doni datio est donatio, & è conuerso. sic Rex à rego per etymum venit, quia qui regit, non est continuò rex, sed qui rex est, regit. at rector à rego etymologiam non habet, quia perpetuò conuertitur, vt qui regat, rector sit, & vice versa. sed mutuum habet etymum, quoniam nisi de meo fiat tuum, non est mutuum: sed non idcirco quodcumque fit de meo tuum, est mutuum. tutor à tuendo, §. j. Instit. de tutel. nec quicumque tuetur, est tutor. imo nec quælibet tutela, id est, defensio. l. 3. de iustitia. ff. est tutela illa seu autoritas erga pupillos, ad quam angustatam peculiariter tutelæ vocem nemo negabit. † Pontifex, quòd pontem faciat vitæ & morum. cap. inter. de offic. ordin. Varro dictum vult à ponte sublicio, qui Romæ à pontificibus factus est, cum nondum hoc modo vocarentur. idque lib. j. de lingua Latina. Scæuola à posse & facere duxit, quia pontificum sit sacra curare. l. fin. ff. de mortuo infer. atqui verbum facere ad sacrificia spectat. Virgil. Cum faciam vitula. † Sæpe nomen rerum remanet atque etymologia, cum effectus nouo more ab vsu recessit, vt Tribunus dicitur à triplici tribu Romanorum, qui præerat harum singulis tribuni dicti. l. ij. §. i. j. dem temporibus. ff. de orig. iur. postea cepit tribuni nomen serpere in exercitus. l. tribunus. de milit. testa. ff. sic nomen manet, ratio nominis exoleuit. vt l. insula. in fi. ff. de acquir. rer. dom. sic pignus à pugno primum deduci incepit. l. plebs. de verbor. signif. quia rei mobilis traditionem aspiceret, vt ibidem dicitur: sed postea consensu obligare cepit iure prætorio, & in immobilibus versari. l. si tibi. §. de pignore. ff. de pact. §. item Seruiana de actionib. sic donatio. l. Senatus. §. j. de donati. caus. mort. Valerius lib. xi. Apud antiquos non solum publicè sed etiam priuatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumpto, ex quo

more,

more, nuptiis etiamnum auspices interponuntur, qui quanuis auspicia petere defierint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia vsurpantur. consultius certè foret & nomen mutari cum effectu, §. est & aliud. Instit. de donat. sed viderit vsus, qui cum in omnibus rebus tum in verbis plurimum valet. l. Labeo. ff. de supel. leg.

OBSERVATA IN LXXIIII. DIALOGVM.

- | | |
|--|---|
| 1 Quòd omnes contractus sint à iure gentium. | 4 Obligatione, quadam à iure civili. |
| 2 Contractus emphyteutici origo. | 5 Explicatur §. ius autem gentium. de iure natural. gent. |
| 3 Sponsalitia largitas an à iure civili sit. | |

INTERLOCVTORES.

CAIVS, MÆTIANVS, CELSVS.



I hæc de etymis intellexissent hi, qui iuris ciuilibus locos Rherorū imitatione tractant, consensu potius eruditorum quàm puerorum laudarentur. Iam postquam superiore colloquio labefactata est eorum opinio, qui stipulationem iuris ciuilibus contractum existimarunt, sum ego paratus defendere, nullum esse contractum à iure ciuili: non contractum emphyteuticum, non sponsalitiarum largitionem, non literarum obligationem, quanquam ipsa contractus non est, etsi renitatur Accurs. & omnes ferè eum securi. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. Sanè verò d. l. ex hoc iure. non perinde idem dicit quod Accurs. non §. ius autem. Instit. de iur. nat. † vtrobique omnia commercia conventionè & iuri gèrium addicuntur, omnes etiam obligationes, exceptis paucis, quæ à iure ciuili introductæ sunt. d. l. ex hoc iure. in fi. Quotusque ita lippit, vt non videat omnes conventiones esse iurigenas, sed obligationes solas easque paucas iuris ciuilibus dici? vt in l. obligamur. §. lege. de actionib. ff. §. i. de liter. oblig. nam lex liberum cuique relinquit contrahendi, vel non, arbitrium, postmodum verò necit adamantino necessitatis vinculo obligationem. l. sicut. C. de action. multum enim inter est inter contractum & obligationem: ille prior est, & quasi parens huius censetur. l. j. ff. de actio. & obligat. quare immeritò dicta de obligationibus ad contractum porriguntur. Præterea, lex vetat, imperat, permittit, punit. l. legis virtus. ff. de legib. nusquam vetat iuste contrahi, nunquam imperat sine consensu contrahi. l. nec emere. C. de iur. delib. nec punit licitos contractus. quid ergo facit? permittit vtique solummodo contrahere: qui autem permittit, non inuenit, non facit, non sibi ascribit denique, alioquin omnes contractus, omnia pacta licita essent à iure ciuili, à quo permittuntur. l. iurigenas §. prætor ait. ff. de pact. atqui ius gentium non solum permittit contrahere, sed iussit, quia sine contractibus inter se homines comòde degere nequiuissent. sed per eos licuit mihi consequi, quod tibi superesset, & mihi deesset. l. j. ff. de contr. empt. quid enim non iubet imperiosa necessitas? apud Aristophanem Penia se omnium artium inuentricem iactat. & hæc verè sola gentes primævas docuit contrahere vt quisque pactioibus reciprocis meliorem suam efficeret conditionem. l. actionum. §. ex contractu. ff. de actio. & obligat. & in d. §. ius autem gentium. vbi Iustinianus ait exigentibus humanis necessitatibus iura quædam prætoris constituisse, quorum de numero sint contractus. & si vsquam lex præcipit emere vel vendere aut aliter contrahere: aut ciuilibus consuetudo, certe nihil aliud præcipit, quam vt contractibus à iure gentium inductis uteremur. l. si quis sepulchrum. ff. de religiof. & sumpt. l. venditor. §. si. ff. communia prædior. † Quauis inuito beneficium non conferatur, attamen Doctores, inuito iure & legibus, contractum emphyteuticum iuri ciuili donare volunt, cum sit è familia iurigenarum. Itaque sciendum est, hunc contractum familiarem fuisse tam emptioni quàm locationi. §. adeo Instit. de locati. sicuti & alibi dubium est, sitne aliquid emptio an locatio. l. ij. §. j. ff. locat. ita dubitabatur an esset alterutrum, cum rem tibi dabam accepto pretio, & conueniebat vt post pretium semel acceptum, annum aliquid mihi penderes, quod locationi penè accedit: alij emptionem vocabant, alij locationem, quæ potest esse perpetua. l. j. §. quòd autem. ff. de superficiali. videbatur danda actio præscript. vt verbis. l. j. ff. de præscrip. verb. Verum cum Iurisprudentes viderent hunc contractum tam frequentem, operæpretium duxerunt specialem contractum dicere. & quòd facilius secerneretur, speciale nomen indiderunt, & emphyteuticum appellauerunt. d. §. adeo. Instit. de locat. l. j. C. de iur. emphy. sed quòd ipsi contractum emphyteuticum inuenerint, dictum vanissimum est, non magis certe quam donationem, quam se

inuenisse dicit Iustinianus insinuationis non egentem, forte in redemptionem captiuorum. §. aliæ. de donati. id est, vilitatam utique antea, sed nouo fauore dignam, & noua nobilitate. l. si. C. eod.

Accurrit in d. §. adeo. in contrarium trahit illa verba versic. & siquidem. vbi pacta adfura & adhibita contractui sic seruabuntur, ac si naturalis esset contractus. ergo, inquit, non est naturalis contractus per vim articuli, ac si, quare nec iuris naturalis siue gentium. hic homo fœdus quàm par sit labitur. nam sciendum est, contractum emphyteuticum certam habere naturam, id est, certos limites vt & ceteros contractus. l. ex empto. ff. de action. empr. l. iuris gent. §. vt puta. ff. de pact. verum si vltra naturam contractus pacta quædam iungantur, quod fieri in omnibus potest, d. §. vt puta. maxime in contractu emphyteutico. d. §. adeo. perinde pacta illa seruabuntur, ac si essent de natura contractus. & hoc est, quod dicitur, ac si naturalis contractus esset. nam re vera illa pacta quæ sunt præter naturam contractuum in initio vel incontinenti adhibita, accidere dicuntur, adeo vt sæpe repugnent naturæ contractuum, ipsosque destruant. l. Lucius in r. deposit. l. sed Celsus. §. j. ff. de contrahend. empr. secus si repugnent substantiæ, quia emphyteuta publicus acciperet prædium sub pacto non soluendi canonis. l. pen. de diuers. prædiis vrb. lib. xj. C. vbi noto ciuili iuris, prædium dici, id est, ciuitatis. Lex autem Zenonis, quæ de hoc contractu lata est in d. §. adeo. & l. j. C. de iur. emphy. talem contractum non adinuenit, sed concinnauit, nobilitauitque. nam & Iurisconsultis non fuit incognitus, sed minus politus & celebris minus. l. sciendū. §. j. ff. qui satis. cogant. l. iij. §. si ius ἐμφυτευτικόν. ff. de reb. eor. quia ad hoc belle accedit. l. j. §. sed et si non. C. de rei vxor. action. vbi noua natura inditur conuentioni, non noua substantia. Μ Α Ε Τ. † Annumeratur & falsò contractibus iuris ciuili, sponsalitia largitio, ingens telum esse creditur, sed frustra creditur, in §. j. in authent. vt sponsalit. larg. specialis sit contractus coll. ix. vbi donatio quam vir facit in quandam dotis compensationem mulieri, per legem Iustinia. specialis contractus celebratur. proinde videri contractum lege inductum, esse ciuilem. Respondeo, non induxit Iustinianus illam donationem, sed multoties, qua est inconstantia, illustrauit, & refecit. §. pen. Inst. de don. §. j. in authent. de æqualib. dot. col. vij. tale quiddam est in vulgari donatione, olim inermi, sed post modum vallata lege Iustiniani. l. si quis. §. si. C. de dona. quis autem credat donationem non esse à iuregentium? abunde admonuit ipse, antiquis non incognitam eam donationem, sed minus ornatam in §. pe. de donati. quod si ornatus alicuius adiectio esset profutura ad nouitatem, iam emptio & venditio, qua maxime ius gentium gloriatur, esset ciuile: cum pecunia signari cœperit, vt pretium forma publica. l. i. ff. de contrah. empr. l. pe. C. de rerum permut. adest. tit. de dona. ante nupti. finge fieri hodie constitutionem principis, qua caueatur, explacito permutationis agi posse, num confestim dices permutationem, quæ Sibylla Cumana est antiquior, esse è iure ciuili? non arbitror. vt nec
4 alias conuentiones quæ lege iuuantur. l. j. ff. de con. ex leg. l. legitima. ff. de pact. † Omnes igitur contractus ius ciuile, bonam fidem agnoscens, iurigentium reddit, omnesque obligationes. l. cum amplius. in fin. ff. de reg. iur. §. j. Inst. de obligat. d. l. ex hoc iure. præter paucissimas, quarum est illa, quæ proficitur ex iniusta sententia lata contra non appellanem. l. ab eo. C. quom. & quand. iud. tametsi in hac specie naturalis præsumpta est. l. iustè. ff. de acq. poss. §. si. Inst. de offic. iudicis. gl. in l. j. de cond. indeb. exemplum ciuis actionis ponit in l. Stichū. §. naturalis. de solut. ff. suspectum certe ijs, qui sunt sani iudicij, alibi sæpe legimus obligationem. sed tunc obligatio pro actione sumitur vel pro ciuili & naturali simul vt l. hæres. §. seruo & §. seq. ff. de fideiuss. sic dicimus hæredes seu filios legitimos, id est, & naturales simul & conuentiones legitimas in d. l. legitima. ff. de pact. proinde non inductas legis artificio, sed roboratas & iuxta æquitatem ad agendum refectas sed quicunque refecit, nihil noui facit. l. i. §. si quis ædificium. de oper. noui nunci. multominus qui confirmat quod imbecillum aliunde nascitur, & ita opitulatur l. i. de constum. tut. ff. sed potissimum succurrit nostræ sententiæ l. i. de contr. vel vtil. acti. tutel. in verbo ciuilitur. vbi Accursius. & in §. venditiæ. rer. diuisio. Iustinianus liquido comprobatur. & negocium ciuile in l. i. de æstimatoria act. id est inter ciues vilitatum l. 2. ff. C E I S. Obtinebit igitur, omnes contractus esse iurigentium? vereor vt ius ciuile quosdam sibi vendicet: cum in §. ius autem gētium. Inst. de iur. natur. gent. dicatur omnes penè contractus esse iurigentium, ne aliquos iuri ciuili inuideamus, quia scriptum est omnes penè. Nisi forsità is §. ius autem. sic explicetur: vt omnes quidem contractus iurigentium sint, & iidem omnes retineant quippiam iuris ciuili. & sic omnes pro totis accipiamus, vt in l. Iulianus. ff. de legat. iij. vt explic. in l. vxori. ff. eod. è diuerso sepe totos pro omnib. dicim⁹. l. si. C. de testā. man. l. maximū. versic. qui enim. C. de lib. præter. & hoc potius

potius esse arbitror. non verò vt, penè, particula quosdam contractuum excipiat, & doner iuri ciuili. atque in d. l. ex hoc iure. obligationes exceptæ sunt, quæ forte sunt à iure tantum naturali primo, vt qua iubemur remunerare. l. sed et si. §. consuluit. de petit. hæredit. l. si non. §. libertus. de cond. indeb. Age, quæso, quomodo Hermogenianus præfagisse potuit in d. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. contractum emphyteuticum, at sponsalitiā largitionem (si quidem de stipulatione quin sit iuris gentium dubium non est) cum tot post eum seculis à Zenone & Iustiniano principibus inducti fuerint? Cæterum omnes contractus habent aliquid iuris ciuili, aliquid, inquam, adiumenti, & nihilosecius iurigentium sunt, vt bellè in §. venditiæ. Inst. de rer. diuis. sed iam hæc missa faciamus. Eo magis quod eadem particula, penè, idem Iustinianus pariter vtitur. §. pœnales. de actionib. vbi pene abundat.

OBSERVATA IN LXXV. DIALOGVM.

- | | |
|---|--|
| 1 Quenam ex literis nascatur obligatio. | pecunia. |
| 2 An intra biennium actor teneatur probare contenta in scripto. | 4 Si cautio continet causam, excipiens probat. |
| 3 Intellectus l. si ex cautione, C. de non numer. | 5 Post biennium, rei probatio non admittitur. |

INTERLOCVTORES.
CALLISTRATVS, LICINIVS.

EMO melius explanauerit, quænam ex literis nascatur obligatio, quàm noster Licinius, ad cuius summam eruditionem facilitas quoque accessit & meditatio. l. i. c. Vt tu vir perfrictæ frontis es, qui me ad onus suscipiendum prouocas blandissima laudatione. sed morem geram tibi: veniam autem dabunt reliqui, quod iussu tuo id experiar, cuius sciētiam mihi non vendico. † Ex literis, ex chirographo, non nascitur obligatio. l. non figura. ff. de actionibus. nam aut accepit, qui scripsit, pecuniam, & ea ipsa re obligat, quanuis chirographum iudicretè loquar. l. certi. §. quoniam. ff. si cert. petat. Aut non est data pecunia, de qua scriptum est, & literæ solæ non obligant, si spe futuræ numerationis caui me accepisse, quod non accepi: multa enim accidere possunt, ne accipiam. l. qui pecuniam. ff. si cert. pet. Ecquid igitur, inquis, agitur in tit. de literat. obligat. Inst. num frustra sit? Respondeo, nudis literis non obligamur, sed re, verbis, consensu. l. j. ff. de action. proinde literarum obligatio, est præsumpta re. quoniam vbi fateor me accepisse, licet veritas non lædatur, sit tamen iusta coniectura, neminem tam supinum esse, qui sua temerè iactare velit, ac se obligatum profiteri, cum non sit obligatus. l. cum de indebito. ff. de probat. vt perspicue probatur in l. publica. §. si. ff. deposit. vbi ex epistola non obligatio, sed probationis adiumentum oritur. talis est præsumptio chirographi. itaque qui præsumptionem pro se habet, in aduersarium onus probandi transulit. §. commodum. Inst. de interd. l. non est. ff. de eo quod met. caus. neque quod per rerum naturam verum est, sed incitiam hominis inspicimus. l. sed & si. §. fin. ff. de iudic. maxime in odiū negligentis iure exclusi. l. si. C. de Annal. exceptio.

† Mirum in modum auersor eorum opinionem, qui intra biennium actorem aiunt probare debere, quod in scriptura continetur. nanque si hoc verum esset, quænam esset vtilitas scripturæ? Secundò, facile inuenta esset materia, vt post biennium etiam, creditor probare teneretur contenta in cautione iustè verèque exposita. quia certum est, quod debitor, qui semel ante biennium exactum opposuit exceptionem non numeratæ pecuniæ, illam habet perpetuam. l. si intra. C. de non numer. pec. quid igitur superest? nisi vt debitores postridiè quàm acceperint pecuniam mutuam, nuntient creditori, quod pecuniam quidem non acceperint, & sic creditor aliter quàm literis hoc ipsum probet, aut suo fraudetur. quod est inhumanum. Nec dissentit l. in contractibus. C. eo. ibi: vbi pecunia vel aliæ res data esse conscribuntur. † Quia verò obstare videtur. l. si ex cautione. C. de non numer. pecunia. ita puto distinguendum: vel chirographum causam numerationis non habet, sed indiscretè est emissum, tunc præsumptione pro creditore non operatur. l. cum de indebito. in fi. ff. de probat. l. generaliter. C. de non numer. pec. imo præsumitur, quod si quidem contractus non fuisset reprobis, non piguisset eius causam cautioni inferere. nec inde frugis aliud superest præter ciuilem fatuam obligationem. l. non solum. §. si. de pecul. ff. sed in testamento aliud obtinet. l. Lucius. §. quisquis. de legat. 2. quia in eo est liberalitas. Sic intelligitur d. l. si ex cautione. vbi creditor

repellitur exceptione doli mali vel non numeratæ pecuniæ. nimirum cum exceptione doli repelli potest, sequitur ex iniusta causa eum petere. l. ij. §. circa. versic. proinde. ff. de except. dol. & §. & generaliter. sic l. i. C. si aduers. creditor. contractus nomen ad fœneraticium restringitur. ideo tantum quod aduersus illum est restitutio. † Si verò cautio complectitur causam numerationis, excipienti incumbit probatio. l. in contractibus. C. de non numer. pecun. & actor habet iuris præsumptionem pro se, quæ tamen probationem in contrarium recipit. l. non est. ff. de eo quod met. Certè quòd in præsumptione totum huiusce obligationis versetur negotium, facit §. fin. Inst. de lit. oblig. ibi: Sed ne creditores diu possint suis pecuniis forsitan defraudari, per constitutionem nostram tempus coarctatum est, vt intra biennij metas huiusmodi exceptio minimè extendatur. expendamus verbum, forsitan defraudari, quod refertur ad tempus intra biennium, intra quòd est verisimile, quòd cautio cum causa verum contineat, nam qui dicit, forsitan, in dubio & in media præsumptione versatur, ita vt cum electioni locus sit, in eam partem inclinemus, quæ æquo & bono, vel publico bono magis quadret vt in l. cum hic. §. ait oratio. ff. de donationib. inter vir. atqui post biennium sera erit querela in exceptione, sicut & post aliud tempus à lege præstitutum. d. l. in contractibus. §. supet. in fi. nam si ad transferendum rei nostræ dominium triennium in vsucapione sufficit. §. 1. de vsucapi. quantomagis ad eandem vliscendam negligentiam biennium sufficit, vt personali actione ex chirographo conueniamur, quod lapsu iuuatur temporis, & scripturæ præsumptione non quod scriptura obliget, sed quod narret quodammodo scribentem obligatum, non verbis fugientibus. Præterea facit l. in contractibus. vbi dicitur, quòd nullo modo admittitur reus ad exceptionem elapso biennio, ergo intra biennium aliquo modo admittitur probans exceptionem. iuuant & rationes superius inducæ ex l. si intra. C. eod. Minus obfuturæ est l. a seueratio. C. de non numer. pec. in qua excipiens non numeratam pecuniam, non tenetur probare. quia negantis factum rerum natura probari non patitur. l. actor. C. de probat. Respondeo, ibi exceptionem obiectam fuisse cautioni indiscretæ. Præterea negatio probari potest, cum aduersus præsumptionem opponitur. l. circa. ff. de probat. sed qui habet cautionem, euestigio præsumptionem habet, vt ante dixi. nam nec diuersa partis assertores negationem probari negant. glos. & Bart. in d. l. si ex cautione. quum reum, post biennium, ad probandam exceptionem admittunt: & cum constet reum quandoque subiecti probationi. l. ij. & d. l. in contractibus. C. eod. illi hoc modo explicant, vt probare possit post biennium, sed eo durante, eo ipso probare, quod contrarium non probatur. Barr. in d. l. ij. C. de non numer. pec. **C A L L.** † Quam delicatè agunt cum debitoribus Doctores, quos ego non existimo post biennium ad probationem admitti, per l. in contractibus. §. illo videlicet. C. eod. vbi reus qui exacto tempore nequit excipere non numeratam pecuniam, nequit etiam iusiurandum offerre. cui iunge l. cum de indebito. versic. in omnibus. ff. de probat. iungito insuper d. l. si intra. C. sed Bartolum non pudet dicere in l. si ex cautione. C. eod. post biennium non admitti nisi, inquit, probare velit. quid possum, quàm indignari huic diuinationi? & impetere eum ex d. l. in contractibus. & ex §. illo videlicet. ead. l. vbi non licet deferre iuramentum, quare nec probare, d. l. cum de indebito in fi. Plus dico, quòd cū debitum non sit, sit tamen præsumptio, post lapsum biennij quam Accurs. in d. l. non est. ff. de eo quod met. vocat iuris & de iure, quæ non magis mouetur probatione contraria,

Quam si dura flex, aut ster Marpesia cautes.

l. vnic. de rei vx. act. l. si mulier. C. ad Velleia ratio sita est in §. consensus. vt immobilia antenuptialis donation. col. 5. nec enim quæritur vti sit debita pecunia, sed an scriptum sit, debitam emenso demum biennio. Quocirca lex, quæ statuit, post biennium non recipi reum probantem, non præcisè dicit deberi pecuniam, sed forsitan deberi. §. fin. Inst. de lit. oblig. In summam, cum quæritur, quænam ex literis sit nata obligatio, Respondeo, durante biennio esse vtram natam, naturalem & ciuilem. l. si quasi. C. de non numerat. pecun. §. j. Inst. de lit. oblig. ibi: sic fit, vt & hodie dum quæri non potest, scriptura obligetur. id est, sic fit vt & hodie post biennium obligetur. ergo etiam ante biennium, quia copula implicat. l. ea tamen. ff. de legat. iij. Intelligo autem, dummodo ea scriptura causam insitam habeat, tunc enim tantummodo orta erit naturalis & ciuilis, contra quàm, vt admonui, probari possit. Verum post biennium ambas quoque ortas esse, sed arctiori præsumptione, quæ probationem aduersam non reformidet: quam non incitè nec illepide fictionem dixeris. nam fictio semper obrinet, quanuis certò sciamus aliter in veritate esse, exemplo sunt fictio legis Corneliæ & iuris postliminij.

OBSER-

- | | |
|--|--|
| 1 Fictio legis Corneliæ & iuris postliminij quæ sint. | 5 Intellectus d. l. si is qui pro. |
| 2 Postliminium quo iure ortum. | 6 Iulianus nimis extendit postliminij fictionem, Marcellus nimis arctauit. |
| 3 Lex Cornelia prorsus à iure ciuili. | 7 Quid sit, plenius accipi legem Corneliæ. |
| 4 De quatuor rebus dubitatur in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. | 8 Versic. quemadmodum est Marcelli Iulianum reprehendentis. |

INTERLOCVTORES.

PAVLVS, VLPPIANVS.



MIROR cur Doctores, qui tractatum fictionum perdiderunt, non protinus rideant, cum se mutuo aspiciunt: adeo scater nugis ac fabulis. **VLP.** Post fictions à iure introductas, complura ipsi figmenta iunxerunt, illis non absimilia, quæ poëtæ fabulantur de Ixionis rota aut de ficto Salmonei fulmine in inferis. **PAVL.** Bartolus mihi videtur alter Sisyphus in fictionibus, qui sudando saxum ingens versat, nec quicquam proficit. **VLP.** In fauorem eorum, qui pugnando pro patria ac principe, capi ab hostibus, quàm se fuga turpiter eripere maluerunt, Romani, quibus disciplina castrorum & militiæ antiqua fuit. l. postliminium. §. filius. ff. de captiuis. & postli. † duas fictions introduxerunt, vnam, legis Corneliæ, alteram, iuris postliminij. Lex Cornelia fingit captum ab hostibus prima hora captiuitatis mortuum fuisse & ita liberum decessisse, etsi apud hostes decesserit. §. si. Inst. quib. non est perm. facer. rest. l. in omnibus. ff. de cap. & postlim. l. lex Cornelia. ff. de vulg. Ius postliminij fingit captum ab hostibus domumque reuersum, nunquam captum fuisse, sed semper liberum mansisse. l. retro. & l. postliminium. ff. de capt. Dicitur postliminium à, post, & limine, quòd capti rursus ad idem limen redeant, vt dicebat Mutius Scauola in Tulij Topicis. at Seruius verbi productionem esse putabat, non compositionem, sed opinio Scauolæ probatur in §. si ab hostibus. Inst. quib. mod. ius patr. potest. toll. † Ex quo iure ortum habuerit postliminium, indagemus. Accurs. in l. postliminium. ff. de captiu. ad ius gentium reuocat, ex eo text. qui non admodum euidenter hoc probat. dicit vti que naturali æquitate inductum, id est, vt puto, ratione & eo iure naturali, quod semper est bonum & æquum. l. pen. ff. de iust. & iur. &, quod est anima iuris ciuilis, vt vulgo proditum est. l. cum ratio. ff. de bon. damnat. Porro ius gentium naturali quadam ratione niritur. l. j. ff. de acquir. rer. dom. sed æquitas ab ipso non est: quin potius dura pleaque, vt bella, seruitus. vel indifferentia, vt cõditiones. l. ex hoc. ff. de iustit. & iur. Ipse præter Accursium, & Isidorum can. ius gentium. dist. sic probo esse ius gentium, argumento manumissionis. nam posteaquam ius gentium luem seruitutum induxit, adhibuit & remedium manumissionis. l. manumissiones. ff. de iustit. & iur. ita idem ius gentium, inuentis bellis, postliminium accommodauit. & ideo ius postliminij congruit deportatis. l. in bello. §. si deportatus: de captiuis, non legis corneliæ cõmentum, ciuile penitus. l. quidam. ff. de pœn. de postliminio quoque negari non potest, quin plurimum habeat iuris ciuilis, nam fingit non captum meum, qui naturaliter captus est, hoc sine legis summo ministerio nõ fit. ergo concurrunt tria ad postliminiũ, equitas, ius gentium, & ius ciuile. hoc totum in duo capita iuris postliminij deduci poterit. Prius caput & antiquius, est ius gentium, & vult omnia sua recuperare, eum qui reuersus est ab hostibus. l. cum duæ. ff. de capti. quod quidem citra fictionem ferè fit. omnia enim dominia ilico recuperat. d. l. postlimi. ff. eod. Posterius caput plenu fictionis est, quia fingit factũ non factũ: captũ, nõ captum. d. l. postliminiũ. §. si. quib. nõ est perm. fac. l. retro. ff. de captiu. Demũ æquitas vtrũque caput amplectitur. quid moror, quasi pendens animi cum sola l. postliminium. ff. de captiuis & postlim. tria hæc iura quàm appertissimè ostendat. nam dicit postliminium inter omnes populos & reges seruari, ergo ius gentium est. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Item addit moribus & legibus constitutum. l. nunc, & iuris ciuilis esse negat. d. l. omnes populi. l. de quibus. ff. de legib. Postremò subdit, naturali æquitate inductum esse, hoc est, stimulantem, vt captus amissa recuperaret. cum si hoc ius naturale semper æquum & bonum pe. de iustit. & iure. † Lex Cornelia iuris ciuilis est, quia solummodo fingit mortuum eum, qui vixit, ne milites formidine seruitutis à bellis terreatur. l. in omnibus. de capti. **PAVL.** Ex istis iacta sunt optima fundamenta ad l. meam, si is qui pro emptore. ff. de vsucapio.

† præfabiatur adhuc eidentia causa, quatuor de rebus controuerti in d.l. si is qui. vt sciamus quibus in rebus fictiones ambæ prodesse possint ijs, qui capti fuerunt, ne capti videantur, vel vt perinde vsucapiant, atque si semper in ciuitate fuissent. Primum dubitatur de rebus, quas is ipse per se possidebat, antequam caperetur. Secundò, de rebus, quas per seruū possidet nomine peculiari. Tertio, de rebus, quas per seruū quoque possidet, sed non ex causa peculiari. Quarto, de rebus, quas seruus capti ab hoste, post captiuitatem possidere cœpit, ex causa nō peculiari. † Et omnino de primis rebus, quas quis possidebat & vsucapere cœperat per seipsum ante captiuitatem, expeditum est, nam interruptitur vsucapio, nec lex Cornelia hæredibus defuncti proderit, vt tempus captiuitatis annumeretur eis, neque ius postliminij, vt ipse reuerso. l. in bello. §. facta. ff. de capti. l. si is qui pro. de vsucap. in princip. l. De secundis rebus, quas per seruū, nomine peculiari, possidet, aliter obtinuit, vt scilicet seruus ante captum ab hostibus dominum possideat. & ipso deinde capto, non interruptat possessionem. l. peregre. §. quæsitum. ff. de acq. poss. l. iusto. §. si. ff. de vsuc. adde, etiã si seruus post captiuitatem domini cœperit ex causa peculiari possidere. d. §. facta. ibi: vel si quæ postea. De tertijs quartisque rebus, id est, quæ ante captiuitatem domini per seruū possidentur, non ex peculio, vel etiam quæ non ex peculio, post captiuitatem, possideri cœpere dubitatur in ij. parte l. si is qui pro emptore & peculiari animo & corpore serui possidere intelligimus reliquas tantum eorumdem corpore sed nostro animo. l. §. saltus. de acq. poss. ff. Itaque sciendum est Iuliani fuisse opinionem, vt tertiæ res, nempe quas seruus ante captiuitatem domini possidebat, vsucapionem, continuam haberent, quanuis non nomine peculiari, quod sanè verum est, licet reprehensum à Marcello sit malè quidem, vt Tryphoninus ostendit in d. §. facta. l. in bello. ff. de capti. Fuit item eius opinionis Iulianus, vt in rebus quas itidem possedit seruus ex causa peculiari, & post captum ab hostibus dominum, procederet vsucapio. sed hac distinctione: aut, inquit, dominus redit ab hostibus, & tunc ei reuerso procedat vsucapio. Si verò ibi decedit, non profit possessio facta hæredibus eius per legem Corneliam. In hoc reprehenditur à Marcello Iulianus in versic. Marcellus. & seq. & meritò. Ostendit enim Marcellus, quòd non solum lege Cornelia earum rerum post captiuitatem domini primum possessarum, progredi non potuit vsucapio, sed neque etiam iure postliminij rebus per seruū possessis. & in hoc à Marcello iustissimè Iulianus arguitur. † Proinde hallucinatus est Iulianus, dum nimias voluit esse vires fictionis postliminij, & flosculos quosdam caducos euandiosque pro fructu exhibuit: & quem commemorasti Ixonem representauit, similiter quoque cum nube loco Iunonis veræ congregientem. vtpote qui voluit postliminium extendi ad eas res, quas seruus, non ex peculio, post captum dominum possidere inceperit, quare Marcello reprehendendi ansam præbuit. E conuerso Marcellus reprehenditur, qui nimis exiguas fecit vires postliminij legisque Cornelia, vt scilicet nequirent fingere circa illa, quæ possidebat seruus non peculiariter, antequam caperetur dominus. idcirco Iulianum contrarium sentientem reprehendit, sed Tryphoninus in d. §. facta. Iulianum sequi maluit. Inde, d. l. si is qui pro emptore. versic. quòd si seruus. hoc modo explicetur, nam quæ præcedunt, extra omnem dubitandi aleam posita sunt. Quòd si, inquam, seruus eius, qui in hostium potestate est, emerit, in pendenti esse vsucapionem Iulianus ait: nam si dominus reuersus fuerit, intelligi vsucapionem: si ibi decesserit, dubitari an per legem Corneliam ad successores eius pertineat. Hoc est, si seruus captiui emerit ex causa non peculiari, nam de peculiaribus ne verbum quidem in tota l. si is qui pro. cum exploratum sit iure singulari vsucapionem in illis permanere. l. peregre. §. quæsitum. de acq. poss. sed in non peculiari causa Iulianus ait, in pendenti esse vsucapionem. id est, an valeat iure postliminij, reuerso domino: an non valeat domino, ibi defuncto, per legem Corneliam. nam ex eo quod Iulianus notat, dubitari an per legem Corneliam procedat vsucapio, & proficiat successoribus, innuit non proficere, vt l. si quis testamentum. ff. ad leg. aquil. In pendenti esse passim eo modo quo dixi accipitur. pro eo quod est, in dubio esse, vtrum valeat an nō. l. j. §. si pendeat. ff. ad Maced. l. sed interim. §. fin. ff. de don. int. vir. Vt hinc pateat Iulianum non fecisse discrimen inter causam peculiarem, & non peculiarem, sed inter vim legis Cornelia, & postliminij. vtpote qui credidit hoc esse efficacius. male ille quidem. Redeo ad versicul. Marcellus. † vbi Marcellus Iulianum taxat, & ait posse plenius fictionem legis Cornelia accipi. hoc est, nō debuit Iulianus minus iuris tribuere legi Cornelia, quàm iuri postliminij, cum lex Cornelia possit plenius accipi, quàm ius postliminij, id est aquè plenè. vt l. quod Nerua. & ibi glos. ff. deposit. Quintilianus lib. ix. cap. iiii. Vtimur & vulgò comparatiuis pro absolutis, vt cum quis se infirmiore esse dixerit maxime in verbo, plenius. l. diui. ff. de iure patron. Vel Marcellus ait, legem Cornel. plenius accipi postliminio, nimirum cum illa

illa fingat captum obuisse, statim vbi captus est seruus hæreditarium hæreditati iacenti acquirere posse. l. seruus hæreditarius. vij. ff. de stipul. seruo. plenius sine dubio hic largius significat. vt l. cætera. §. penul. ff. de leg. j. ibi ita me vsum meminij. l. j. §. hæc actio. ff. si quis rest. lib. † Statim addit Marcellus rationem in versic. quemadmodum. quia demonstrat Iulianum meritò reprehensum esse, quia tam ex particula, enim, causam reddente, quàm ex interrogatione particula, quemadmodum, fateare oportet, ibi Marcellum loqui, quia sic plerunque interrogat. l. si quis testamentum. ff. ad leg. aquil. & potissimum vbi Iulianum reprehendit, & quasi increpat. l. filius. §. sequens. ff. ad leg. Corn. de fals. scripsit notas in Iulianum. l. j. C. de comm. seru. ma. & imperator non aliter interrogauit in l. sancimus. C. de testam. idque vel Oedipus vel alius veterum cæcorum perspicue posthac intuebitur, si in lucem vitæ redierit. Ergo Marcellus, Iulianum sic redarguit: quemadmodum, ô bone, putas locum esse fictioni postliminij in acquisitis per seruū, non ex peculio, media captiuitate domini, cum interruptatur vsucapio earum rerum, quous ipsas per se ipsum dominus possidet, cum capitur? d. l. si is qui. in princ. certè non est, inquit Marcellus, verisimile dominum plus iuris habere in his quæ per seruū possidere cœpit se capto, quàm in his quæ per se vel per seruū possidebat. puta antequam caperetur. Siquidem, vt Iulianus errauit credens esse locum fictioni postliminij etiam in possessis per seruū post captiuitatem domini, Marcellus contra putauit in causis non peculiaribus nunquam esse locum fictioni postliminij, siue per seruū possiderentur capto demum domino, siue nondum capto, sed in hoc à Tryphonino arguitur in l. in bello. §. facta. ff. de capti. nanque ego hic ipsum non reprehendi, cum non hic de talibus rebus dubitaretur, sed duntaxat de possessis à captiuitate domini, in quibus iure Iulianus corripitur. Subdit denique Marcellus in si. vers. nam hæreditates. rationem, qua explanet quomodo frustra Iulianus dubitauerit, an etiam lex Cornelia operari posset, in eisdem rebus. itaque posteaquam Marcellus abundè docuit postliminium non proficere, idem dicit in lege Cornelia. nam hæreditates, inquit, in quibusdam vice personæ funguntur, quasi dixerit generaliter vtiq; hæreditatem pro persona esse, sed non hic. vt l. forma. §. quanquam. ff. de censib. l. hæreditas. ff. de acq. rer. dom. Vbi hæreditas in multis vicem personæ tenet. idèd non in omnibus, quia dictum est, in multis. l. in multis. ff. de stat. hom.

Tandem, tandem, Marcelli opinio hic rerum potitur, vt scilicet in rebus possideri cœptis, in capto domino, per seruū in ciuitate, dicamus non habere locum vsucapionem. Legitur, nō habere, cum negatione, vt vetus est litera, vel Accursij testimonio, & ille scit, qui hæc scripsit. Hic est verus genuinusque sensus l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapi. Hugol. quidam antiquus interpret olfecit nescio quid huius intellectus, vt de illo retulit Bart. sed in eo defecit, quia licet putaret Marcellum vera dixisse, constituit tamen differentiam inter legem Corn. & postliminium, in acquisitis per seruū ex causa non peculiari nōdum captiuo domino. Præterea versic. Marcellus ad principium l. reuocat, & alijs miles absurdioribus scater Hugol. intellectus. inuiderem ei, si bonus esset.

OBSERVATA IN LXXVII. DIALOGVM.

- | | |
|---|--|
| 1 Declaratio l. in bello. §. facta. ff. de capti. | vsucapio. |
| 2 Cur in causa peculiari non interruptitur vsucapio. | 4 An filiosa. possidente, patri capto procedat vsucapio. |
| 3 Necessè est constitutum peculium esse seruo ante captum dominum, ne interruptatur | 5 Facilius acquiritur, & retinetur dominium, quàm possessio. |

INTERLOCVTORES.

TRYPHONINVS, CALLIDEMVS.



A BUNDARE dulcibus vitijs videtur Hugol. intellectus: sed vix est, vt interpolari possit aut fucum accipere. CALL. Non est abutendum otio in rebus tam serijs, quæ me totum audiendo reficiunt. non ardentius ceruinus spiritus serpentes trahit, & absorbet, quàm ego Pauli declarationem in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. & in §. facta. l. in bello. ff. de capt. quando quidem ex ijs, quæ dixit, videor sequentia elicuisse ex d. §. facta. Primum est, † eorum quæ quis per semetipsum possidet, captiuitate definit vsucapio. Idem habetur in l. si is qui pro emptore. in princ. Secundum est, in versic. eorum verò. & hoc continet, quòd eorum

quæ quis possidet per seruum ex quacunque causa, antequam capiatur, non infringitur captiuitate vsucapio: item nec eorum quæ post captiuitatem domini seruus possidere incipit, dummodo sint ex peculio. Inde sunt illa verba in d. §. factæ. vel si qua postea peculiari nomine comprehenduntur. & hoc ex Iuliani sententia. Tertium est, quod Marcellus non putauit eorum, quæ quis antequam caperetur, per seruum possidebat, non ex peculio, persistere posse vsucapionem: Iulianus contra: tu, o Tryphonine, Iuliano subscribis. Sic è diuerso in l. si is qui pro. male Iulianus existimauit in omnibus per seruum possessis habere locum fictionem postliminij, licet de lege Cornelia dubitaret. quia si ex causa non peculiari seruus post captum dominum possidere cœperit, non est vsucapio. τ ρ υ φ η. Peripicaci donatus es ingenio, qui vtrunque textum difficilem perfecte intellexisti. satis est. nam hæc materia sobrio eget interprete ne crebra repetitione, aut fastidium velut facietate pariat, vel tenebras accumulet. † Quæro quid causæ sit. cur in peculiaribus nõ modò seruus captiui possit continuare possessionem cœptam, sed etiam incipere possidere, & proinde vsucapere? expedita est quæstio l. peregre. §. quæsitum. ff. de acquir. poss. Iure singulari, inquit Paulus ibi, & vtilitatis causa receptum est, vt ignorantibus omnino dominis per seruum possessio queretur: ne cogerentur domini per singula momenta species & causas peculiorum inquirere. proinde corpore ipsius serui possidemus, imo etiam animo. l. 3. §. saltus eod. Non igitur elaborandum est scrupulosè de ratione, cum, quæ iure singulari recepta sunt, contra tenorem rationis vtilitate quædam suadente, introducta sint. l. ius singulare. ff. de legib. Potro communis ratio & regula iuris est, vt seruus à domino prorsus pendeat. l. si mihi. §. regula. ff. de legat. j. item vt pro nullis serui habeantur. l. quod attinet. ff. de reg. iur. etiam nequeat possidere animo. l. possessio. ff. de acquir. posses. sed ius singulare aliter permisit in peculio. d. §. quæsitum. idque vtilitatis causa, id est, propter æquitatem. l. 3. §. saltus de acq. posses. & hoc iuris rigore neglecto. §. constituitur. de vsuf. Inst. l. iusto. §. pe. ff. de vsucap. Itaque cū seruum hominem in peculio tanquam in pusillo patrimonio iura negotiari sinunt. l. depositi. de pecul. commodum fuit scientiam domini non requirere, in incipienda peculiarium rerum possessione. l. iusto. §. si. & l. Labeo. ff. de acq. posses. l. eum qui. §. in hac. ff. de publici vbi dolosus serui animus in adipiscenda possessione, non domini, spectatur. l. cum quidam. §. pe. de acq. hæred. hæc tibi plausibilia esse de vultu tuo colligo, qua propter pluscula subnectam. † Ita demum verum est seruum sine scientia domini capti peculiaria vsucapere, si antea ei fuerit constitutum peculium: nam si proprio consilio seruus iam capto domino sibi peculium faciat, in cassum audet, & nihil vsucapit eo nomine. l. si. ff. de vsucap. ibi Accurf.

4 † De filiofam. subnectam aliqua obiter. prima sit regula. Si filiofam. possideat rem non peculiarem, capto patre ab hostibus, eadem de filio locū vendicant, vt scilicet procedat vsucapio, in his quæ possidebant ante patris calamitatem, postea non incipiunt. l. iusto. §. fin. de vsucap. l. in bello. §. factæ. de capt. & hoc patre reuerso, postliminio. dd. ll. Secunda regula: si pater apud hostes decesserit, filius omnia sibi quæsiuisse intelligitur ab eo tempore, quo primùm pater captiuus exitit, ex quo sui iuris cœpit dici filius. l. iusto. §. si. ff. de vsuc. l. in bello. §. si quis capiatur. ff. de capt. nam & mortuo parente filius non habet peculium, sed est paterfamil. l. si. C. de inoffic. testam. Quæ diximus de possessione in filiofam. cum distinctione illa, aut pater redit, aut non redit ab hostibus, eadem de dominio dicenda veniunt. vt patre redeunte, ei acquisiuisse censeatur: patre ibi decedente, sibi ipsi. d. l. in bello. §. si quis capiatur. ff. de ce captiu. Seruus autem si stipulatione, legato, donationeue acquisiuerit, sèper alij acquirit vel domino reuertèti, vel hæreditati si ibi decesserit. d. l. in bello. §. si quis capiatur. Ex hoc colligitur † facilius acquiri & retineri dominium, quã possessionem, cū, capto domino, ipsa possessio per seruum quæri nequeat, sed dominium queat. l. cū hæredes. de acquir. posses. ff. l. si quis vi. §. differentia. ff. eod. Item que qui apud hostes est, hæres institui potest. l. illa. §. j. ff. de har. inst. possidere verò non. l. cū hæredes. §. j. de acquir. posses. Si mihi obiicias, quòd dominium non transfertur sine possessione, l. traditionibus. C. de pact. respondebo titulum dominij saltè exquiri, ex quo deinde sequetur traditio necessario. nam ad eam cōtractus tendunt. l. cū manu. in fin. ff. de cōtr. empr. Quare res seruo tradita cū dominus captiuus est, quo ad dominū operatur, non quo ad possessionem. d. l. si is qui emptore. ff. de vsucapi.

OBSERVATA IN LXXVIII. DIALOGVM.

1 Cur reuersus ab hostibus omnia recuperet præter possessionem.

2 Cur

- 2 Cur facta pro infectis non habeantur in possessione, cum secus in dominio. 4 An saltem rerum suarum possessionem reuersus ab hostibus recuperet.
- 3 Intellectus l. denique. ff. ex quib. caus. maior. 5 Vxor non recipitur postliminio.

P A P I N I A N V S.



V A R E † captus ab hostibus, postliminio reuersus possessionem non recuperet, ratio illa mihi videtur vnica, quia possessio multum habet facti. l. j. §. Scæuola. ff. si quis test. lib. l. denique. ff. ex quib. caus. maior. factæ verò res, infectæ fieri non possunt, vt Tryphoninus dixit. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis. ideo vsucapio, quæ semel desit captiuitate, nõ potest esse continua, cū possessio interrupta fuerit; quæ vtiq; facti est: atqui, vt ait Aristoteles ad Eudemum: το δὲ γερονός οὐκ ἐνδέχεται μὴ γένηαι. id est, quod factum est, non factum fieri nequit. nec à Deo quidem, vt Plinius lib. ii. cap. viii. putat nescio an satis pie, sane Hieronymus can. si episcopus. 32. q. 5. ait à deo non præstari ne virgo vitium passa fuerit, sed non dubitat, opinor, quin possit redintegrari. Vereor tamen, ne huiusmodi ratio non sufficiat. nam neque contremimus, vt factum infectum sit, cū volumus redeuntem postliminio possessionem recipere, sed volumus factum haberi pro infecto, hoc est, vt non secus habeatur, quàm si nunquam captus ab hoste fuisset. quod quidem iure sæpenumero admittitur, vt l. nuda. ff. de contr. empr. & l. j. ff. de iis quæ in test. de. l. vbi quod incaute factum est, pro non facta est. Et apertius in l. non dubium. C. de legib. & quod natura fieri nequit, remedio à lege introducto repræsentatur. l. 2. §. 1. ff. de vsuf. earum. rer. l. 2. de capit. dimi. ff. accedit. aperte l. i. ff. vnde vir & vxor. & contractus facti respiciunt vt venditio. l. consilio. §. si. ff. de curat. furio. tamè hæc ipsa pro infecta prorsus habetur, adeo vt infecta dicatur noua diffensione. l. 2. ff. de rescind. vendit. & §. si vero minus. de non alien. aut permut. reb. eccles. col. 2. addatur l. facta. ff. de ædil. edict. & ipsum ius postliminij aliàs fingit non captum eum, qui captus fuit. l. retro. ff. de captiu. Item lex Cornelia viuum mortuum esse fingit. l. in omnibus. ff. eo. Item non natus pro nato fingitur, vel è contrario. l. qui in vtero. ff. de stat. hom. l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth. idcirco aliunde eruere responsionem debemus, qui sit vt, qui desit possidere, pro Republ. militans & periclitans, non perinde æstimeretur, ac si nunquam possidere desuisset. † Rationem meram latere puto in scrinio. l. denique. ff. ex quib. caus. maio. cum l. nec enim. eod. tit. dixi in l. denique. placere interruptam vsucapionem postliminio non restitui, eo quòd vsucapio sine possessione non consistit, possessio autem, inquam, plurimum facti habet: causa verò facti non continetur postliminio. Mox subiungitur l. nec vtilem. vbi nec vtilem actionem capto ab hostibus reuerdque tribuo. quia iniquissimum est auferre dominum, quòd vsus non abstulit, ex viraque l. iuncta, eminet ratio propter quam in possessione & vsucapione fictio non sit. ea est, quia possessio plurimum facti habet. hæc sola non sufficit nisi addatur, quòd possessio quæ tendit ad vsucapionem, tendit ad priuandum verum dominum suo dominio. l. iij. ff. de vsucap. quod perdurum est. §. j. vt eccles. Rom. cent. col. ij. id est, quòd dicitur in d. l. nec vtilem. esse iniquissimum auferre dominum, quòd vsus non abstulit. hoc est, auferre dominum à vero domino fingendo vsucapitum, quòd re vera vsucapitum non fuit. nam absentis causa reipub. iura in perniciem aliorum non fauent. l. sciendum. ff. ex quib. caus. maio. † & ita venit intelligenda l. denique. consinis illi l. sciendum. vt rectè censuit Tribonianus. quia particula, denique, pender propriè à superius dictis. l. denique. ff. de iniust. test. Cū itaque prædictum sit, cum pœna & damno cuiusquam iura non opitulari maioribus, denique nec capto ab hostibus in causis auaræ vsucapionis, vt & l. nec vtilem. confestim amplissimè demonstrat. Etiamnum instatur contra sanctissimam rationem, quam adduxi. † quia, inquiet argutus quispiam, si iura intantum male affecta sunt vsucapioni, ne ruptam refarciri patiantur fictionibus, quòd aliena ambire videtur, cur saltem captus ab hostibus suarum rerum possessionem non recuperat: cū munus sit iustitiæ suum cuique reddere. l. iustitia. ff. de iust. & iur. nimitum reuersus nec suarum rerum possessionem magis recuperat, quàm alienarum. l. cū hæredes. §. j. ff. de acquir. posses. Soluo tantum dubij in hunc modum: & fateor quidem reuersum ab hostibus possessionem suarum rerum statim non recipere, vt nec etiam alienarum, nisi nouè apprehēdat possessionem. d. l. cū hæredes. §. j. ff. de acquir. posses. sed in suis cuiusque rebus introductum est remedium alienis minimè accommodatum, vt scilicet qui reuertetur denuo declaret se sua velle possidere: non enim magnum erit negotium, quo factio iam tum omnia emolumenta, omnes fructus, quos amisit per mediam captiuitatem,

capiet secundum Vlpian. in l. ait. prator. §. j. ff. ex quib. caus. maio. ergo quauis lex non concedat effectum postliminij in possessione, tamen aliquid æquè efficax concessit, dum agatur de proprietate rerum receptione, non de alienis caprandis. Ita creberrimè leges cum vident non nihil durum factu natura, vel constitutione, sed æquum ut fiat, remedia æquipollentia introducunt. l. ij. §. ff. de usufr. ea. rei. & si quid lex acerbior interdum videtur vna manu adimere reddit altera. l. si inuitis. ff. de condit. & dem. l. si fideiussor §. in omnibus. ff. mand. at. l. pantonius. ff. de acq. hæredi. Exemplum remotum non erit in l. cum duæ. in fi. ff. de capt. vbi captus ab hostibus, si domum redeat, vxorem non recuperat, nisi consensu reintegretur matrimonium, quid potest esse durius, quam pugnantes pro aris & focis etiam vxore carere diuinæ & humanæ domus consortio? l. aduersus. C. de crim. expila. hæred. Verum vbi fictio postliminij deficiebat, remedium inductum est, ut mulier matrimonium reintegret, aut pœnis disfidij teneatur. l. non ut à patre. ff. de capt. suspicor quod siquidem prisca illa lex de amittenda per captiuitatem vxore, pristinum vigorem reciperet, inuenerit in hostes irruerent, quo capi possent, & morosam vxorem honestè dimittere. Reuertor ad id vbi desij: dixi reuersum suas res non ilico recuperare, sed simile esse, atque si recuperaret, possessionem dico: nimirum quoniam leue onus imponitur ei possessionem rursus accipiendi: cum id possit vel solo aspectu facere & sibi ipsi præstare. l. j. §. si iusserim. ff. de acquirend. poss. Itaque ius non finxit circa facta, quæ facile in manu hominis posita sunt, sed liberius & παχυλερέστερον finxit circa ea, quæ homo sibi non efficeret: puta ut qui decessit seruus apud hostes, liber decessisse videatur, ut captus, semper ciuitate potitus habeatur.

OBSERVATA IN LXXIX. DIALOGVM.

- 1 Duo extrema considerat. Bart. in fictionibus.
- 2 Inuentum Bart. de extremis falsum est.
- 3 In lege Corn. extremum ad quod, semper deficit.
- 4 Iura ibi fingunt, vbi dicitur aequitas, non vbi

extrema.
 §. Explicatur l. obseruare. §. fin. ff. de offic. pro-
 consul. & l. bonorum. ff. rem rat. hab.

INTERLOCVTORES.
 APHRICANVS, CALLIDEMVS.

PEROSAM scientiam nihil allaturâ vtilitatis affectauit Bart. in d. l. si is qui pro emptore. & dum extrema duo considerat in fictionibus, extremè desipuit, in re perparua magnum versatorem agens. CALL. Istud quod dicis, nonnunquam verum esse suspicabar, sed non audebam hominè carere, tum quod pudor sit, carere quod non intelligas: tum quod ea ferè arate in d. l. si is qui editos à se cõmentarios memorat, qua ego nunc sum. APHR. Verbofos edidit, & callidos: nã infuscat tractatum difficultate instar Sepiæ piscis, quæ ne à piscatoribus prehendantur, effundit atramentum, quod illi est pro sanguine. Quarit, cur reuersus ab hostibus possessionem postliminio non recuperet: cuius rei optimam rationem supra Papinianus attulit. Bartolus autem in omni fictione duo extrema consideranda proponit, extremum à quo. & extremum ad quod, quæ, nisi sint habilia, fictio nulla consistit. Extremum à quo dicitur ei, ex quo fictio incipit, & in præteritum respicit. Verbi gratia, ius postliminij capit extremum à quo tempore reditus captiui ab hostibus, à quo retro videtur fuisse in ciuitate, qui rediit. l. retro. ff. de captiui. & ita refertur ad alterum extremum ad quod, hoc est, ad tempus captiuitatis. Inde, inquit, si accipias postliminium & possessionem, videas licet, illud, in hac non posse fingere, quia deficiat extremum à quo nam cum duæ sint species postliminij. l. cum duæ. ff. de capti. & postl. vna fit, ut reuersi omnia recuperemus. l. postliminium. ff. eod. altera, ut captus nunquam captus habeatur. l. retro. ff. eod. atqui prior species secundum veritatem procedit, quia reuersus verè sua recuperat, non fictione. d. l. postliminium. posterior verò species secundum fictionem procedit. ideo, l. retro. ff. de capti. dicit, quod retro creditur in ciuitate fuisse, qui reuertitur. ecce qualiter cautè Iurisconsul. vsus est verbo, creditur, fictionem significante. Nunc accipe vltimum actum fabulæ. proinde, ait ipse, quia prior species postliminij verè, omnia præstat, id est, quoniam verè qui rediit, omnia recuperat, possessionem sine nouo facto reddere non potest, quia factum corporale desideratur. l. iij. & l. quemadmodum. ff. de acquirend. poss. Posterior autem species, siue caput postliminij

minij posterius, quo captus nunquam creditur is, qui reuersus est, possessionem non iuuat, quia deest illud extremum à quo, cum se possessorè non inuenit: ergo retrorahi nequibit possessio, ut captus possessisse videatur. & sic, inquit, intellige l. denique. ff. ex quib. caus. maior. tu, qui nunquam intellexisti. Nusquam, hercule; ineptias subtiliores legisse memini. attende iterum, Bartolus quærenti cur reuersus ab hostibus non possideat, præsertim cum multa quæ facti sunt, recuperet, non possessionem, dupliciter responderet: prius, quia possessio facti est, nec nisi corpore apprehenditur. hoc ipsum sciebã. Sed quare lex non finxit circa facta possessionis, ut circa alia? l. quisquis. C. de donat. & d. l. retro. ff. de captiui. responderet ipse, quia deest extremum à quo. nam quo ad omnia creditur in ciuitate fuisse præter possessionem. & cum redijt non inuenit se possessorè. ò infaniã, ò deceptos post Bart. Doctores. quæro de Bart. cur reuersus ab hostibus, rursus postliminio non possideat, responderet ipse, quia non possidet. Quæro, cur deficiat extremum à quo? quia, inquit, deficit. quo respondendi genere nullum ieiunium aut magis fatuum est. l. qui interrogatus. ff. de petit. hæred. Præterea, quid prohibet, quominus lex fingat possessionem si placuerit? ut d. l. quisquis. C. de donat. l. raptores. vers. sin autem. C. de episc. & cleri. aut quid prohibet, cur non æquè reuersus ab hoste recuperet possessionem, ut qui peregre profectus est? l. clam. §. fin. ff. de acq. poss. occultior ratione à Papiniano paulo ante subdita est, quàm quæ Bartolo in mentem venit. totus circa extrema duo miserè ac sophistice infudauit: cum nec Paulus, Marcellus, aut quisquam huius ordinis extremis hæserit. Si quidem in fictione legis Corneliæ semper deficit extremum ad quod, sed fictio non deficit. quia mortuus apud hostes fingitur mortuus tempore extremi ad quod, id est, captiuitatis, cum verè non fuit mortuus. l. in omnibus. ff. de capti. Huc nihil affert Bartolus, quàm acinum ineptiarum. & duobus modis responderet: quod imo extremum ad quod habile fuit per seruitutem, quæ morti comparatur. l. seruitutem. ff. de regul. iur. quæ responsio nequissima est. nam si seruitus mors esset, quid opus esset fictione legis Corneliæ, quum captus illico decessisse crederetur non in seruitute, sed magis per seruitutem, velut per mortem, agens animam? Insuper si vera mors reducitur ad tempus primæ captiuitatis, ne seruus decessisse censetur, quomodo ipsa seruitus sibi ipsi poterit esse remedio, ut pro vera morte intelligatur? Itaque Vlpianus Bartolo consultior non dicit in l. seruitutem. ff. de regul. iur. ipsam seruitutem mortalitatem esse, sed mortalitati comparari: nec penitus comparari, sed ferè. viuunt enim, & valent serui.

Altero modo soluit Bartol. obiectum de lege Cornelia, in qua extremum ad quod, vsque quaque deficit, satis esse inquit, si in finitione quacunque sit re vera habile extremum à quo, licet extremum ad quod, potentia siue τῆ δυνάμει tantummodo consistat, uti euenit in lege Cornelia, cum, in extremo à quo penes hostes quis est, & ibi moritur: cum autem capitur non moritur verè, sed mori potest. Exemplum adducit funiculi, quem si velis tendere: in primo loco vbi figitur, necessariò necesse debet, ut possis in alium locum protendere. & sic mala malis corroborat. quoniam licet principium dimidium sit totius, ut l. i. ff. de orig. iur. tamen si finis non sequatur, quid iuuat incepisse? vnde est illud Solonis: Finem vitæ expecta, Cræse. aut quid prodest duorum necessario requisitorum alterum præstare? l. qui duos. ff. in ius vocati ut eant. optimè in l. si alienum. §. j. ff. de hæred. instit. Vtique plus facit, qui incipit, quàm qui terminat: sed qui incipit, cum certum est finiturum non esse, ridiculus est. In summa, notissimum est, nullibi iura extremorum rationem habuisse, neque taliû præstigiatorum: sed vbi, duntaxat fingunt, vbi suadet æquitas: ibi non fingunt, vbi deficit præluens æquitas vel rei aut tractatus subiecti ratio dissimilis. l. i. §. i. ff. de legat. 3. vnde sunt illæ duæ nobiles fictiones iuris postliminij & legis Corneliæ, quauis in hac semper deficit extremum ad quod. Contrà, in postliminio noluit fingere quauis extaret extremum à quo in hac specie: captus ab hostibus, in hostili loco fecit testamentum, reuersus est, testamentum eius nullum est. l. eius qui. de testa. ibi ius & æquitas non aderant: idcirco reuersus sibi consulat, & testetur, quia facile potest.

Adde l. filiusfamil. ff. de verbor. obligat. vbi deficit extremum à quo. nec contra Bartol. deficiebat extremum ad quod, vincit tamè, neque dicas ibi aliud militare, quàm æquitatè, iurisq; regulas, quia aliud obseruatur in vltimis voluntatibus, in quibus, eo casu, extremum à quo vinceret. l. quæ legata. ff. de regul. iur. qui vnicus locus aliter in testamentis, aliter in contractibus extremum primordij metiens, perperam allegari à Bartolo. l. necessario. §. quod si. ff. de pericul. rei vend. declarat: vbi re perempta, quæ sub conditione venijt, non est venditio. nihil miror, cum venditum esse nequeat sine re & pretio subsistente pure ab initio: quo casu illico perfectus est contractus, detracta conditione l. nec emptio. ff. de contrah. emptio. d. l. necessario. adit. l. i. §. i. de legatis. 3. vbi extremum à quo

debile nõ obest fideicommissis, sed institutionibus maioris nempe momenti. & hoc est quod dicitur in l. x. de captiu. à naturali æquitate manasse fictionem, cuius artificio suppletur id quod natura non præstaret, vel communis cum feris potestas. l. i. §. ius naturale. ff. de iustit. & iur. sed hoc ius naturale cum deo commune est, & rationem iustitiamque semper habet. l. pe. ff. eod. licet hæc vulgus nesciat. CALLIDEMVS. Complura exempla deficientis alterutius extremi Iason cumulat, vir impensè doctus, tandem in opinionem Bart. inclinatur, & synceram sic destituit, vt olim Medeam Iason ille Æsonius. A P H R. † Desciuit Iason à saniore parte, propter l. obseruare. §. si. ff. de offic. proconsul. & l. bonorum. ff. rem ratam habet. in d. l. bonorum. Ratihabitio quæ solet comparari mandato, l. fin. C. ad Maced. non retrahitur, quia deficiebat, inquit, extremum à quo. Optarem, qui meus est in Iasonem amor, vt vidisset vanam subtilitatem extremorum id non facere, sed defectum æquitatis: quia æquum non est fictionem plus operari veritate. l. filio. ff. de liber. & posthum. atqui in d. l. bonorū. dubitabatur, an ratihabitio ibi valeret, vbi mandatum nihil proficeret: & responderetur non valere: & frustra post centesimum diem mandari, vt bonorum possess. capiatu fieto mandato, id est, ratihabitio, cum verum frustra interueniret, nõn aliter atque in d. l. obseruare. §. fin. ff. de offic. proconsul. vbi proconsul, qui mandat legato iurisdictionem antequam ipse prouinciam sit ingressus, nihil agit nec si post ingressum ratum habuerit factum legati, quia ratihabitio plus mandato vero non potest præstare: & qui nondum ingressus est prouinciam, nihil vtiq; mandare quiret. denique illa l. obseruare. Bartol. doctrinam sola impugnat: cum ibi extremum à quo teneat, non extremum ad quod. at Bartol. prædixit sufficere si extremum à quo ster, quod est contra d. §. fin. imò contra iura omnia, quæ sola æquitate, vt dixi, dictante fingunt, non stolidorum regulis. Frontem caperas, Callideme, pertæsus Doctorum ægotantium deliria: & forsitan sermonem hunc, qui nihil redolet præter bella, seruitutes, hostiles incursus, postliminia. nec sine causa te angit bellicus tumultus, cum proauus tuus Gallica signa secutus, belloque fortunis suis spoliatus, in tenuem fortunam deductus fuerit.

OBSERVATA IN LXXX. DIALOGVM.

- | | |
|---|--------------------------------------|
| 1 Quid sit, summarie de plano cognoscere. | 4 Quid sit per bellum expedire. |
| 2 Quæ causa de plano expediuntur. | 5 Intellectus l. pen. C. de naufrag. |
| 3 An citatio fieri possit die feriata. | |

INTERLOCVTORES.

IABOLENVS, ALPHENVS.



SVMMA causa cognitione expedita est de fictionibus disputatio, non summarie (vt dicitur) & de plano. A L P H. Hoc verbum multis modis explicat Bart. in extranag. ad reprimendum. quoniam, in læt. maiest. interim cõcludit aliud esse de plano cognoscere, aliud summario iudicio. I A B O L. Quomodo igitur Eurymus Castorem & Pollicem fratres vehementer amantes inter se, committere tetauit, sic Bartolus disidium quartit rerum verborumque idem significantium. † nam de plano cognoscere, nihil est aliud, quàm summarie sine diligenti examine causã dirimere l. j. §. dies. ff. quis ord. in bon. possess. l. iij. §. si causa. ff. de bonor. possess. Tractum est hoc verbi inde, quod iudices tribunal in loco edito habent, & nõ in plano. l. si vt. §. plane. ff. commodat. Seneca in libr. de Clementia: Hæc ramen magnanimitas in bona fortuna latiore locū habet, meliusque in tribunali quàm in plano cognoscitur. l. sed & si pupillus. §. j. ff. de institor. vbi de plano & claris literis præscribere quis debet, quod vult. id est, ne altius proponendo scriptum legi non possit, Ausonius ad Gratianum imperatorem Has ego literas tuas in omnibus pilis & porticibus, vnde de plano legi possent, instar edicti perperui pendere mandauero. Lucretius lib. j.

Hoc tibi de plano possum promittere Memmi.

hoc est, leui negotio præstare possum. Vnde verum est, de plano expediri posse aliquid pro tribunali vel alibi dummodo summarie cognoscatur. sed de plano expediri dicuntur ad differentiam earum rerum, quæ causæ cognitionem desiderant, nec nisi in iudicio terminantur. vt d. l. iij. §. si causa cognita. de bon. poss. ff. & l. ij. §. dies. quis ord. in bon. poss. ff. l. voluit. §. si. ff. de interrog. act. † De plano expediuntur ea, quæ manifestam & notoriam æquitatem habent.

habent. l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offic. proconsul. Item princeps de plano expedire negotia potest. l. j. de cost. princ. sed. d. l. j. videtur sentire de interlocutorio principis iudicio, non de diffinitiuo. Item causæ leues etiam criminales summario iudicio terminandæ veniunt. l. leuia. ff. de accus. Item (& hoc est Bart. in d. loco) citatio de plano expediri potest. l. miles. §. sexaginta. ff. ad leg. Iul. de adult. vbi citatio die feriata fit, quia de plano quoque libellus dari potest. † Bart. in proposito cum dubitatur an citatio feriis fiat distinguit: aut, inquit, feriæ in honorem hominis sunt, & hoc casu feriis caret citatio. Aut in honorem Dei, & tunc citatio fieri nequit. per l. si. C. de feriis. sed illa l. si. non satis comprobatur, quod vult Bart. sileat, inquit, præconis vox horrida. vt sentire videatur de criminali cognitione vel executione, in qua adhibetur præco ex more, teste Seneca lib. v. Controversiarum: Noxiæ, inquit, ligantur manus, stat intento ac tristi omnium vultu, fit à præcone silentium. nam facinorosi festis diebus plectendi non sunt, nisi qui famosi sunt. l. pe. C. eod. Verum in causis ciuilibus, citatio diebus feriatis & Deo diuisque sacratis fiet, quia non ipsa est lis, sed vocatio in ius est, differens litem in tempus permissum. §. si. de pæn. rem. litig. arg. l. in tempus. ff. de hæc. instituen. & l. omnes. in ij. C. de feri. cognitio sola iurgiorum prohibetur in feriis, non vocatio in ius. facit l. j. §. nuntiatio. ff. de operis nou. nuntiat. vbi nuntiatio noui operis non habet prætoris aditionem, & omnibus diebus fieri potest. quia & hodie Prætor in citatione adeundus non est. etsi adeundus esset, nihilominus valeret, differens effectum in posterum. l. amplius. ff. rem rat. hab. etsi Bart. in d. l. j. §. nuntiatio. diuersum sentiat. quia, inquit, non actum sed effectum suspendit: & legem initio resistere prædicet, nihil probat lege. verum, l. j. C. de feriis. ostendit appellationem feriatis diebus fieri, quæ effectum suspendit sententiæ non actum, & prouocationem continet ad maius tribunal maiusque iurgium. at, ne quid taceam, d. l. j. C. de feri. non loquitur de feriis diuinis, sed pro nobis est optima legum interpretis consuetudo. A L P H. † Res, quæ de plano terminantur, per libellum expediri, iura frequenter dicunt. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de off. proconsul. & §. de plano ead. l. dd. §§. ostenditur decretum contrarium esse finitioni de plano & per libellum factæ. quia decretum à decerno, id est, cognosco venit, & indagacionem subtilem habet, nec de plano fit. l. j. ff. de const. princ. Decretum semper pro tribunali fit, non id, quod libello terminatur, sed tam pro tribunali quàm extra. l. ij. C. quemadm. resta. aperi. l. voluit. §. fin. ff. de inter. act. Per libellum facta dicitur expeditio, cum visis solius petitionis literis, quæ libelli vice funguntur, iudex rem diffinit, vel, vt Budæus dicit, quum per simplicem requestam negotium terminatur. † Quod ite nos de plano diffiniri, siue libello, siue etiam summarie diximus, Imperator dixit, leuato velo. in l. pe. C. de naufragijs, lib. xi. ita Accurs. Bart. & nouissime Alciatus lib. iiii. de Verb. sign. de submersis, inquit, nauibus decernimus, vt leuato velo istæ causæ cognoscantur. Caterum ego existimo, dictum esse leuato velo, pro eo quod est, subtiliter & cum acuta cognitione. exemplo navigationis, quæ suspensis, & erectis velis fit. quia tunc nauis mare subeunt, & navigationi maximè inuigilant. qua figura vsus est Ouid. lib. iij. metamorphos.

Et quoniam magno feror equore, plenaq; ventis.

Vela dedi.

Pindarus eadem figura est vsus in Nemeis ode 5.

Δίδου φωνάει, ἀνὰ δ' ἰστία πείνοντες ζυγὸν κερχασίου.

id est, da vocem, sursum tende vela ad summum antennæ iugū. Et leuare, pro attollere, dicimus. l. item. j. resp. de iniur. Propertius lib. 3.

Quò me fama leuat terrâ sublimis.

Est enim diligenter expendendum hoc dilectum à præside, cum nauicularius aliquid dolo vel lata culpa amisisse diceretur, ex quo subuersio secuta sit: qui vel fecisse consequenter de rebus ipsis teneretur. l. j. §. magistrum autem. ff. de exercit. act. nam dolus subtilibus iudicijs, non repentina cognitione, disquiritur. l. dolum. C. de dol. Itaque in d. l. penult. dicitur in versic. si verò, quod siue libelli donatione, siue plenaria interpellatione quis de nauiculario queratur, intra biennium terminetur. agè, nunc si potes causam de plano expeditam dicito, quæ duret vel durare possit biennium. Sanè illa l. probat vocationem ipsam in ius, vel plenè vel solo libello fieri posse, sed cognitionem nõ similiter, nisi summa inquisitione. l. quories. eo. tit. l. nequid. ff. de incend. rui. nauft. l. deprecatio. ff. ad legem Rhod. Nā nauigantibus si in portum deferantur, vel in stationem ocyssimè consulendum esset, quia longius tendunt. l. hæres. §. proinde. ff. de iudic. sed rebus submersis & facto naufragio, plenè de admissio nauarum cognosci debet.

1 Quid sit causa inaudita.

2 Quando quis puniatur causa inaudita.

3 Indicta causa, siue nō dicta, quid sit Vlpiano.

4 Interpretatio l. inauditum ff. de sicar.

5 Quando filius à patre puniri occiditue possit.

INTERLOCVTORES.

POMPONIVS. CLEMENS.



ERACTIS de plano & summarie iudiciis, illa vicina sunt, quæ causam habent inauditam: nisi quod in his vitium est, quia partibus nō auditis præpropereque fiunt. † apud Martianum l. j. ff. de requir. reis Diui Verus & Antoninus rescripserunt, ne quis absens puniatur: nec enim inaudita causa quenquam damnari æquitatis ratio paritur. Seneca in Medea:

*Qui statuerit aliquid, parte inaudita altera,
Æquum licet statuerit, haud æquus fuit.*

Plinius Iunior lib. Epistolarum vi. ad Arrianum, ait spatiofam esse causam inauditam, & quæ longiorem habeat tractatum, quàm quæ cum patientia iudicis dicta est. Apuleius lib. x. vt, inquit, ritè & more maiorum iudicio reddito, & vtrinque secus allegationibus examinatis, ciuilitè sententia promeretur, ne ad instar Barbaricæ feritatis & tyrannicæ potentia, damnaretur aliquis inauditus. vel causa non dicta. l. minor. §. i. de minorib. ff. l. 4. §. reus de re milit. ff. quoniam negotiorum merita partim assertionem panduntur. l. si. C. si per vim vel ali. & vbi causa controuersa decretum, id est, cognitionem desiderat, ea per libellum à præside seu proconsule non potest expediri, id est, per subscriptionem iudicis libello extremo incertam, non audita ea parte contra quam preces porrecte à supplicante fuere. l. nec quicquam. §. r. de offic. proconsul. ff. l. iudex commination. epistol. subscriptiones auctoritatem rei indicat non habere. † Ex magna vrgenteque ratione damnatur inauditus, si concurrant ea quæ habentur in l. si quis filio. §. hi autem. ff. de iniust. test. Primò, si crimen sit atrox & notoriū. Secundò, si moram res commodè non patiatur, quia timetur, ne eripatur reus, dum amplius inquiritur. Tertio, si iudex summum habeat Imperium, qui superiorem, præter principem, nullum agnoscat, vt præses proconsul. Quartò, si reo non aliā ob causam infensus sit, quàm detestatione facinoris, nec sub prætextu facinoris priuatas inimicitias vindicet pœnam festinando. d. §. hi autem. & l. si. C. de malefic. Denique & punitio reo, præses certiorè principem faciat, vt ibi dicitur: aded suspecta est causa inaudita, sed dum rem omnem considero, liquet in d. §. hi autem. scelerosum hominem causa audita damnatum per sententiam iudicis, à quo appellatum fuerat. tantum dubitabatur, an sustinenda esset pœna atrocis facinoris pendente appellatione. † Quam causam inauditam vocauimus, eandem T. Lilius, Tullius, & alij indictam vocant. vnde indicta causa damnari, inquit Budæus, id est, per contumaciam, vt aunc loquimur. ita Budæus in l. ij. ff. de orig. iur. bonus certè grammaticus, sed qui nimirum aliquando sibi placuit, accommodando antiqua verba moribus præsentibus. nam causa indicta siue inaudita, nunquam quis iure damnatur. l. j. ff. de requir. reis. Per contumaciam autem aliquis iustissimè condemnatur. l. absentem. §. j. ff. de pœn. l. 4. C. de accusatione. Præterea, & qui præsens in iudicio erit, indicta causa damnabitur, si allegationes eius prætor non audiat, vt dixi in exemplo Apuleij, non enim interest vtrum non audiarur aliquis, an cursim & defunctorie. l. 2. §. non solum. ff. ad Tertullian. & est textus in l. minor autem. §. j. ff. de minor. x xv. annis. Vbi si princeps sententiam dixerit in minorem, solet, sed rarò, restituere, si minor causam non dictam alleget, vel ab aduocatis se proditum queratur. Ibi Accursius nesciens quid sit causa indicta vel non dicta, exponit textum quatuor modis inepte certè. verba sic se habent: dū ea, quæ pro causa sunt non dicta, allegat. hoc est, minor restituatur. allegans ea, quæ ita se habent, vt pro causa nō dicta sint. l. qui cū vno §. reus de re milit. ff. c. l. e. m. † Inauditum filii (Vlpianus ait) pater occidere non potest, sed accusare eum apud præfectum præsidemue prouinciæ debet. l. ij. ff. ad leg. Corn. de sicar. Ibi Accursius exponit inauditum filium, pro supposito & simulato. falsum est Deinde iandum filium exponit, non accusatum. quia auditus est, inquit, accusatus. l. iij. ff. de re milit. hoc æquè falsum est, eo magis quod in d. l. iij. desertor auditus est, qui non solum accusatus est, sed etiam post accusationem à iudice interrogatus est super desertione. Postremo inauditum explicat pro impio, qui comisit aliquid inauditum: quod verbum vsurpatum est pro indigno qui

qui audiatur. vt l. calicularum. C. de Iudæ. ibi, nomen inauditum, id est, impium, & sacrilegum. l. iij. C. de apofat. Hæc interpretatio Accursij à nobis sic adiuta placet. Budæus autem accipit inauditum pro reo iudicio non conuicto, quem Græci ἀκατατον vocant. vt affatum supra tractasti. sed hæc expositio non huic loco conuenit. nam si d. l. ij. de sicar. pater filium inauditum, id est, indicta de eo causa, non potest occidere, ergo vbi res examinata iudicio fuerit, ipsum occidet, & lictoris non patris fungetur officio, quod inhumanum est. Potius enim calore iracundiæ, quàm post moram iudiciorum, hoc ei permitteretur. l. nec in ea. l. nihil. ff. ad leg. Iul. de adult. Item tantum abest, vt pater filium oblatum iudici postea possit occidere, vt quoties offert, pœna filius ex vovo patris leuetur. l. milites. §. si. ff. de re milita. Vbi dubitatur, † quando in liberos patres adimaduerrere possint, sic (vt mea fert opinio) distinguendum est: si delictum contra patrem commissum est, ex quo filius ab extero non posset accusari, quia domesticum est, pater punire potest: aut, si videatur, offerre iudici, qui eam pronuntiabit sententiam, quam pater dictauerit. l. respiciendum. §. furta. ff. de pœn. l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offic. proconsul. l. si filius. & l. sequent. C. de patr. potest. statuit itaque pater in filium & seruum fures domesticos, non ritu forensi, nec actione perpenfa, cuius ipse iudex sit: sed vt pater familias medius inter iudicem & actorem l. serui. ff. de furr. Si verò crimen est atrox & immane contra patrem, in filium sauire pater nequit, sed accusat eum. l. propter. C. de ijs qui accus. poss. d. l. ij. ff. de sicar. sed eo ipso quod pater accusat, mitius punietur. l. milites. §. si. ff. de re milit. Hic claret patres qui in liberos olim vitæ necisque potestatem habebant, l. in suis. ff. de lib. & posth. iure Digestorum non habere, nisi in adulterio filiam deprehenderit. l. nec in ea. ff. ad leg. Iul. de adult. vel nisi nouercam à filio, hoc est, vxorem suam adulteratam sciar, si patris id animo fecerit, non infidiatoris. l. diuus. ff. ad leg. Pomp. de parric. Si verò delictum sit graue atroxque in extraneum commissum, pater nihil iuris habet in vindicando: quia mitior præsumeretur, quia filium peramat. l. isti quidem. §. si. ff. de eo quod met. caus. l. si. C. de cur. furios. & plerunque indulgentia patrum, delicta filiorum prouocat. Neque, opinor, pater filium accusabit. d. l. pater. & l. si magnum. ad arg. C. de ijs qui accus. poss. Non procederent ista in filio, qui in patriam coniurasset vel in principem: l. minime. ff. de relig. & sumpt. necnon si proditor vel desertor esset militiæ, quia disciplina castrorum antiquior est charitate liberorum: inquit, Paulus, in l. postliminium. §. filius. ff. de captiuis. id est, nobilior & magis in pretio habita. exemplo est T. Manlius Romanus, apud T. Lilius, lib. 8. decad. i. qui prouocatum filium occidi iussit, quod spreto castrorum edicto, contra hostem extra ordinem pugnaisset. cum Virgilius lib. vi. Æneidos, sauum appellat: sed pro Manlio est l. iij. §. in bello. ff. de re milit. vbi, qui rem bene gessit miles, sed contra ducas imperium nō eripitur supplicio, quādoquidem tu. T. Manli, neque imperium consulare, neque maiestatem patriam veritus, aduersus edictum nostrum pugnaisti, & quātum in te fuit disciplinam militarem soluisti, morte tua sauciemus prolapsam tristi exemplo, sed in posterum salubri. Sic fere se patris seueri, aut verius saui, habuit sententia: cuius laudator esse quis malit quam imitator.

OBSERVATA IN LXXXII. DIALOGVM.

1 Actiones an à iure ciuili sint.

2 An ante principium sit aliquid.

3 Iudicia sunt à iure ciuili.

4 Quod actiones à iure gentium esse nequeant.

5 Actionis vis non debetur obligationi.

6 Intellectus l. si mandauero. §. is cuius. ff. mandat.

7 Solutio ad l. rerum. ff. rerum amor.

INTERLOCVTORES.

IULIANVS. ALBURNVS.



IN e possumus intelligere, leges omnes detestari, si quis sibi non propria causa velit ius dicere: quin potius legitimum esset, vt accusat reū culpæ, vel actionibus in debitorem experiamur. quæ ob id iure ciuili inuentæ sunt. A L B. † Quidam vtrique actionum inuentum iuri ciuili tribuunt: multi iuri gentium: plerique, velut concordiam redimant, vtriusque iuris actiones profitentur. quid primum, quid vltimum ponas, vix habeas in re tam ancipiti. Hic originem iuris gentium esse volunt, sed approbationem iuris ciuili. Rursus alij inclamant, eo quod omnia, quæ iure ciuili confirmantur iuris ciuili sint, arg. l. j. §. sed neque. C. de veter. iur. enu-

cle. vbi Iustinianus omnia responsa Iurisperitorum sua facit. quæ subtiliter emendauit, & sua auctoritate firmavit. l. affe. ff. de hæred. instit. nimirum si non alias essent valitura. multò igitur melius Marcellus in l. opus. ff. de oper. publ. qui operi publico non permitit inscribi titulum alterius, quàm eius, qui fecit nomine. 1 v l. Imò verò & principis nomē ibi inscribitur, sed non continuò aut princeps, aut alius cuius opus fecit præter architectum. quid enim magis ridendum esset, quàm si tēplo Dianæ Ephesinæ, cui faciēdo præfuit Cræsisiphon architectus nobilis, aliquis à se factum inscriberet? Sed vt ad actiones redeam, & ad illud, quod ais quotidie dici solere, inuenta iuregentium, iuris ciuili approbatione, fieri: idemet Iustinianus contrarium sentit in §. venditæ. Inst. de rer. diuisi. facit l. qui à patre. ff. de confirm. tut. Percrebruit altera ratio propter quã actiones iuris ciuili videantur, quia inquirunt, † ante principium nihil esse potest, sed principium earum est iuris ciuili vel prætorij. §. fi. Inst. de pœn. tem. litig. vbi vocatio in ius, quæ est iuris ciuili, principiu omnium actionum est. Verum huic ita responderi posset, quòd imò ante principium aliquid esse possit. deindeque principium subsequutum fuisse, & multa principia esse. vt ecce olim non præponebatur nomen Imperatoris instrumentis, imò post constitutionem Iustiniani, §. j. vt præpo. nom. imperat. col. v. vbi etiam singularim tria narrantur principia. dubitet tamē nemo, quin antea instrumenta fuerint, item nostro seculo nō præponebatur summi Dei nomē secus hodie, idq; rectè l. ij. C. de off. prat. Aphri. & proh. ff. & C. Sic actiones olim fiebant, & instituebantur sine vocatione in ius, prætoris auctoritate: sed omnes gentes forsitan obseruabant, vt reo denunciarent, quod propediem acturi essent. §. appellamus. Inst. de action. l. quidā. ff. de seruit. vrb. præd. Neque vocatio in ius videtur pars actionis, sed actionis institutæ principium. d. §. fin. de pœn. tem. litig. vt præparatorium quoddam, quale dici potest de actione ad exhibendum, quæ præuenit rei vendicationē, vt commodius agi postea possit. l. ij. ff. ad exhib. A l. B. Tamet si vera sunt quæ dicis, tamen ego primæ factionis volūtaria comes fio, & actiones ad eò iuris ciuili esse puto, vt nihil debeant iuri gētium. 1 v l. Hoc certè verisimilius est, sed rationes potiores communibus adducas, obsecro. A l. B. Actio est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. §. j. Inst. de actio. l. nihil. ff. eod. hoc est, actio est ius, quo petere possimus in iudicio, quæ nobis debetur, quia antequam petamus in foro, habemus actionem, & cedere possimus eam alij. l. j. C. de actio. Sed vt qui dicit se habere ius eundem per fundum Titij, vel agendi, non querit, an illud ius seu facultas sit gentibus consentionibus, vel à legislatore introducta, vt nugatur Accursius, sed sibi habet illud iuris omnino tempore, nedum cum it, agit: ita qui habet ius petēdi in iudicio, ius habet antequam in iudiciū actu veniat. arg. l. j. ff. de seruit. rust. præd. quod obiter diximus, ne illos insequi videamur, qui non putant actionē esse, nisi tandem cum iudiciū res deuenit: item etiā, ne illis assentiremur, qui actionem sine iudicio cōfingunt, quod nusquam est. imò actio iudicium necessariò consequitur, aut illicit, sed τῆ δυνάμει, id est, potentia. l. serui. ff. de furtis.

3 † Cum itaque iudicium & actio simul sint, vtrunque iuris ciuili est. Porro iudicium iuris ciuili esse quis ignorat? nam ius ciuile statim ciuitatibus conditis cœpit: quia proritus cœperit creati magistratus, qui ius redderet ciuibus. §. singulari. in fi. Inst. de rer. diuisi. Vnde cum Æneas apud Virgil. lib. v. Æneid. vrbem designasset aratro, & domos sortitus esset, *Indicitq; forum, patribus dat iura vocatis.* nam magistratus est lex loquens, vt ait Cicero lib. iij. de Legib. & ciuitas sine lege esse non potest. l. ij. ff. de legi. ita nec lex sine magistratu. l. ij. §. post originem. ff. de orig. iur. Magistratus verò cui rei præficitur, nisi audiendis actionibus præficitur enim, vt ius dicat, vnde & iurisdictio est: & venit à Græco verbo δικάζω, vt Varro ait, quod significat iudicio. pars autem præcipua iudicij actio est: quia iudicium constat ex iudice, actore, & reo. C. forus. de verb. signific. & sine actione nemo est in iudicio. l. si pupilli. §. fi. ff. de negot. gest. Actor enim ab agendo nomen habet: neque, quisquam est, qui sibi possit fingere iudicium sine actione ciuili vel criminali.

Nisi subuentum fuisset actionibus iure ciuili, obligationes de iure gentium inermes erant: nec maiorem ex contractu nominato, quàm ex innominato producebant efficaciam. quia quocunque modo, qui promiserat, dare tenebatur. l. cum amplius. §. fin. ff. de reg. iur. tenebatur, inquam, non necessariò, sed pudore quodam: quia graue erat fidem fallere. l. j. ff. de const. pecun. † Crescente hominum perfidia, & postquam cœperunt pudorem abijcere, actionibus coacti sunt stare promissis. arg. §. j. Inst. de fideicommiss. hæred. Et, quod diligenti animaduersione dignum est, actiones à iure ciuili productæ sunt, non sine delectu pro omnibus promissionibus, sed pro quibusdam nominatis atque excellentioribus. d. l. iuri gentium. ff. de pact. ex quo argumentum est, actiones non esse à iure gentium, quia si à iure gentium essent,

essent, omnes promissiones parerent actionem æqualiter. d. l. cum amplius. ff. de reg. iur. in fi. l. accedit. §. item Seruiana. de action. vbi certe actiones ex ipsius prætoris iurisdictione substantiam capiunt, id est, essentiam seu οὐσίαν vt explicatur in l. in venditionibus l. pacta de contrah. empt. ff. nam ius prætorium, vox iuris ciuili fouit quasdam inermes antea obligationes, & actionem dedit, vt pro pignore in d. §. item seruiana. & l. si tibi. §. de pignore. ff. de pact. si tu substantiam pro materia sumas vt l. 4. §. si ex lana de vsucapi. iam euidentius obtinui contra plebem doctorum, à quibus forma sola non materia iuris ciuili asseritur. Insuper ius gentium peræquè inter omnes homines seruat. l. omnes. in fi. ff. de iust. & iur. & est antiquissimum: sed ius ciuile actiones quotidie producit. neque vbiq; æquum est aliquem cogi ad faciendum, cogit protinus, sed vbi legislatori visum est. vt ecce, ante Gallum Aquilium nemo de dolo egerat, vt ait Cicero lib. iij. Officio. referens quendam Cannium equitem Romanum à Pythio Syracusio deceptum in emptione horrorū. sed quid faceret? inquit Cicero. nondū enim Aquilius collega & familiaris meus pertulerat de dolo malo formulas. aliud exemplum sit in l. si quis argentum. §. fin. de donat. vbi actio ex solo consensu donationis proficiscitur, non ita olim, cum tamen eadem esset æquitas. Itē actio non exigēda est à iure gentiū, cum multis in locis eam det magistratus. l. si quis sepulcrum. ff. de religiof. id est, ibi dat, vbi æquum videtur: sicut ab initio, cum vniuersa turba actionum inuenta est. nā impulsio introducendæ actionis fluit à iuris naturalis fonte, vt cuiusuis suū, seu sibi debitum, concederetur, iuxta id quod iuris præceptis adigimur, & iure naturæ equo & bono. l. iustitia. & l. pe. ff. de iustitia & iur. & quia hoc ius naturale prorsus diuinum est cano. 1. ff. distincti. 1. ideo Iustinianus ait legiflatores diuino quodam motu, & subtili ingenio ad actiones & earum iura descendisse. l. fi. C. de præscr. longi temp. sicut lex donum dei est, & inuentio cœlestis. l. 2. ff. de legi: ipsa tamen nihil ciuilius. huic omnino acceptæ ferendæ sunt actiones quælibet, & illa doli formula Aquilio autore, nisi quis dicat magis ipsam formulam agendi concinnasse, & extendisse, vt in omnem fraudulentum accommodaretur sine delectu. nam Cicero ibidem fatetur legē xij. tabularum & lege Latoria circumscriptiones adolescentium punitas & dolos in bonæ fidei iudiciis, & l. 1. de suspentur.

† Item actionis vis ipsi met actioni insita est, non obligationi: quia qui obligatur, ad vnum quid obligatur verbis, re, consensu, aut ex maleficio: sed actio ex vna obligatione, ad varia respicit, & iuxta qualitatem rei vel actoris fingitur. l. nō debet. ff. de dolo. Adde, quòd ex eodem facto plures nascuntur actiones, & plurium dissimiliumq; potestatum, cum vna sit obligatio. l. j. §. dixerit. ff. de publica. l. sed & partus. §. si. ff. de eo quod met.

Non immerito actiones passim ciuiles seu prætorias vocantur. l. si quis. ff. de relig. §. de cōstituta. Inst. de actio. l. j. & ibi glof. ff. commod. l. in commodato. §. sicut. ff. eod. l. et si forte. §. j. ff. si seru. vend. & actio præscriptis verbis, quoniam præ cæteris actionibus late patet & pro pluribus datur negotijs, & actio in factum illa laxior, ciuili appellatur, excellentiæ argumento l. 1. & l. solent. ff. de præscr. verb. 1 v l. † Percrebuerunt ratiuncula nonnullæ, quæ aduersantur isti sententiæ, eas, si videtur, diluamus. opponitur hoc modo: is qui deportatus est, amittit ea, quæ sunt iuris ciuili, retinet tantum, quæ sunt iuris gentium. l. quidam. ff. de pœnis. sed deportatus retinet actiones, ergo iuris ciuili non sunt. l. si mandauero. §. is cuius. ff. mand. Respondeo, ibi non apparere agentem deportatum esse, sed magis relegatū nec obstat, quòd bona eius fuerant publicata: quia & relegati bona, ex sententiâ publicari queūt. l. relegatorum. §. ad tēpus. ff. de interdic. & releg. l. ij. C. si pend. appell. mors int. Atqui relegatus retinet ciuilia. l. si. ff. de cap. dimi. Idcirco arbitror, bona presentia relegati addicta fuisse fisco expressim per sententiā, & actio ex bono & equo durat. l. eas. ff. de capi. dimi. quam l. videre videor sufficere posse, etiam si deportatus esset, ad puniendam eius perfidiam, cui mandatum est. d. §. is cuius. Cæterū tutius erit dicere, relegatum duntaxat fuisse maximè cum bona post publicationem acquisita non publicentur. d. §. is cuius. imò bona deportatorum. l. ij. C. de bon. proscript. vbi deportati ne rerum quidem post sententiā quæsiturum hæredem habent, nisi etiam dicere malit, internudum viuit tristissime deportatus posse eū negotiari, & largiri, tolerantia qua dā, vt l. sed si alia. ff. de bonis damnat. l. si deportati. ff. de legat. 3. † Objicitur deinde l. rerum quidē. ff. rer. amot. vbi res quas mulier durante matrim. subtraxerit, iure gentiū cōdici possunt. Propter. d. l. rerū. cōplures à meliori opinione defecerūt, cum nō oblit, quia aliud est iure gentiū agi posse vel cōdici, aliud actiones seu cōditiones esse à iure gentiū. vt l. si. ff. de rit. nupt. aliud est iure gentiū incestū cōmitti, aliud esse à iure gentium. & in l. indebitam. ff. de cond. vbi pecunia iure gentium indebita est, sed significatur, iure gentium demonstrari incestum & indebitum. l. si adulterium. §. 1. ff. ad

leg. Iul. de adul. sic iure gentium condicatur pecunia, id est, æquitas vel saltem ratio naturalis dicta cōdici oportere. non enim idem est aliquid esse à iure, vel iure impellente fieri, nam & ius naturale sapissimè impellit ad actionem. l. ij. §. item Varus. ff. de acqu. pluuiæ arc. nec continuè actio est de iure naturali. & iure diuino ad actiones ventum est, nō quòd sint iuris diuini. l. fi. de præscr. long. temp. & suspecti tutoris crimen à lege xij. tabul. descendit. l. i. de suspect. tut. id est, decemviri primum Romæ detexere, & pœnam in illud præstiterunt. sic fatendum est causam actionis introducendæ fluxisse à iure gentium, id est, obligationem, lex hoc. ff. de iustit. & iur. l. licet. §. ea obligatio. de procurator. sed istæ de actionib. Adhuc resistunt muniti interpretes, & mirantur obligationem de iure gentium, posse parere actionem ciuilem: non minus quàm si agnum pepererit homo, ridiculum, quasi partum obligationis homini conferri necesse habeant: cum obligatio ante septimum mensem pariat, quo tempore partus hominis non est vitalis. l. septimo. ff. de stat. hom. & obligatio quidem literarum, more elephantorum, partum fert. denique homo semel mortuus suscitari denuo nequit, imo actio, seu perempta obligatio. l. fi. C. si aduers. transact. l. 2. §. fi. ff. si ex noxal. caus. agat.

OBSERVATA IN DIALOGVM. LXXXIII.

- | | |
|--|---|
| 1 Explicatur l. ij. §. deinde. ff. de orig. iur. | 3 In iurisdictione voluntaria lege agitur. |
| 2 Quid sit lege agere, quid legis actiones. | 4 Intellectus l. actus legitimi. ff. de reg. iur. |

INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, POMPONIVS.



OMPONIVS † in l. ij. §. deinde ex his. ff. de orig. iur. sic scribit: Deinde ex his legibus, eodem serè tempore actiones compositæ sunt, quibus inter se homines disceptarent: quas actiones, ne populus vt vellet, institueret. certas solènesq̄, esse voluerunt, & appellabatur hæc pars iuris, Legis actiones. hoc solo §. explanatur actiones. ex legibus & iure ciuili ortas esse. nec sint qui obstrepant propter id, quòd ex legibus nō ortæ sed compositæ dicuntur: nam & componere, creare & facere significat. §. sed nostra. Instit. de success. libert. Cicero in lib. de

Vniuersitate: Atq̄; is quidem Deus qui cuncta composuit, in suo manebat statu: qui autem ab eo erant creati cum parentis ordinem cognouissent, hunc sequebantur. Præterea quauis componere non sit aliud quàm digerere & ordinare, Virgilij. viii. Æneid.

*Is genus indocile ac dispersum montibus altis
Composuit, legesq̄ dedit.*

& §. postea. d. l. ij. de orig. iur. tamè in d. §. deinde ex his. iure ciuili actiones compositæ sunt: ergo ius ciuile materiam præbuit, dictante natura præpositionis, ex l. adeo. §. cum quis. ff. de acquirend. rer. dom. P O M P. Ille §. deinde ex his, non pertinet ad actiones, hoc est, ad iura petendi in iudicio, magis quàm ad alia iuris negotia. nam lege agere, aliud quàm petere significat, argumento, quod actio est ius persequendi in iudicio, vt res soluat quod debet, vel reddat quod detinet vero domino. §. 1. & §. 2. de actionib. ita ne qui agit, defendit ve, in causa propria iudicet. l. qui iurisdictionis. ff. de iurisdictione omnium iud. atqui cum lege agitur, adoptando, emancipando, manumittendo, aliud seruatur, & tenet actio. l. 4. de adopti. ff. l. non est, ff. de manumiss. vindic. Budæo atque Alciato, lege agere, est exequi & subsequi iussum iudicis, vel etiam petitionem facere. hi duumviri ne grammaticis quidem imbuti videntur, qui verò in medio rerum & hominum vitam colunt, ignorare non debent verba actionum ciuilium, vt ait Aulus Gellius lib. xx. sed hi (pace vtriusque dixerim) nesciunt, quid sit legis actio, vel, lege agere. † Legis actiones sunt quædam formulæ verborum solenniū & certorum, à quibus non licet discedere in petitionibus, persecutionibus, conuentionibus, adoptionibus, & executionibus. Denique cum iurisdictionem, altera sit voluntaria, altera sit necessaria, l. ij. ff. de offic. proconf. in vtralibet olim lege agebatur, de contentiosa est text. in meo §. deinde ex his. vbi quondam actiones, quibus inter se disceptarent, solennes factæ sunt, ne populus pro arbitrio ageret, sed verbis quibusdā conceptis: & vocatæ sunt Legis actiones. neq̄; enim sufficiebat exponere in libell. quid velles nisi legitimis verb. vt l. fi. C. qui admitt. & qui in verbo syllabæ age do deficiebat, cadebat causa. l. j. C. de formul. hoc apertius scripsi in d. l. ij. §. deinde

deinde sextus. & §. ira in ciuitate. ff. de orig. iur. vbi, aut sunt legis actiones, quæ formam agendi continent. Proinde, lege agere non est petere, sed formam petendi adhibere, nō exequi, sed formulā verborum exequendo addere, vt patet ex T. Liuiio, quæ frustra pro se Budæus & Alciato citat. ille ait lib. v. i. Decade III. Licet viro forti adde virgas, & in eum primum lege age. idem alibi: Licetorem, inquit, lege agere passus non est. id est, inquit, ex equi. imò verius, verba solennia dicere, quoniam licetores exequendo capitalem sententiam, veteri ritu, certa verba proferebant. & mox flagra vel securis aut aliud subsequebatur. §. 1. in auth. constitutio quæ de dignit. col. 6. & in executione non capitali scelerum. l. fustibus. C. ex quib. caus. infam. Seneca libro v. Controuersiarum: Ascendit Prætor tribunal inspectante prouincia, noxiæ post terga ligantur manus, stat intento ac tristi omnium vultu, sit à præcone silentium, adhibentur deinde legitima verba. & paulo post: Et nunc à Prætoris lege actum est. quoniam & Prætor in sententia, & licetor qui reū ligabat, verba legitima dicebant. Valerius lib. vii. de Calpurnio Pisone præfecto vrbis, qui Terentium patrem vii. librorū superstitiū, contra testamentum filij, à quo ex hæres factus erat, admisit, & hæredem lege agere passus nō est. hoc est, solennibus verbis petere bonorum poss. secundū tab. vt antiquitus fiebat. l. fi. C. qui admitti. manifestius Cicero lib. primo de Orat. ad Q. Fratrem: Atqui nō defuit illis patronis eloquentia, sed iuris ciuilis prudentia, quòd actor plus lege agendo petebat, quàm quātū lex xxii. tab. permiserat. Si exponas cum Budæo & Alciato, lege agendo, id est, petendo, ineptus sis. quia redundabit illud, petendo petebat. facit l. Barbarius. ff. de offi. præ. vbi quæritur an ea quæ coram Barbario prætoris acta fuerant, vel lege, vel quo alio iure valerent. vbi delirat Accursius, exponens pro iure ordinario vel extraordinario, cum significet, vel solenniter actu ex lege habito, vel aliter. vt l. si constat. ff. de appellat. quia non in quibuscunque negotijs lege agebatur. † Videamus secundò de iurisdictione voluntaria, quæ consensu partium exercetur: vt d. l. ij. ff. de offic. proconf. & vtiq̄; in ea similiter lege agebatur, vt in emancipationibus, manumissionibus. l. manumissio. ff. de manumiss. vindic. & l. magistratū. ff. de adopt. l. si tibi eod. tit. vbi eiusmodi actio nihil habet commune cum forēsi perfectione, quæ ius est. vbi etiā patet quomodo olim quidam erant maiores magistratus, coram quibus lege agi poterat, nō corā alijs. l. j. & l. adoptio. C. de adopt. l. j. ff. de offic. iurid. Alex. meminit & Varro lib. ij. de Re rustica vetustius fuisse vt in venditione animalium, contrahentes verbis scrupulosis agerent, secuti Manilij actiones, de quo in l. ij. §. post hos. ff. de orig. iuris. Dies quibus lege agi nō poterat nefasti vocabantur, reliqui fasti, vt in fastis cecinit Quid. lib. primo. proinde cū in l. 2. ff. de origin. iur. §. postea cū Appi. dicatur Gn. Flauij Appij Claudij scribā vulgasse librum, quo legis actiones & fori solennia continerentur, fastos publicatos ait à Flauio Plinius lib. 33. cap. 10.

OBSERVATA IN LXXXIII. DIALOGVM.

- | | |
|--|--|
| 1 Flumina qua publica sint, & qua priuata. | 4 Commune, à publico differt. |
| 2 Flumina censitorum loco sunt. | 5 Tria consideranda in flumine. |
| 3 Vt flumen priuatum sit, quid requiratur. | 6 Littorum iurisdictione penes quos sit. |

INTERLOCVTORES.

MARCELLVS, CALLIDEMVS.



VID sibi vult istud silentium, Callideme? absens mihi adesse videris, qui mos est amantium. CALL. Nihil mihi cum Amore aut Venere, nisi quòd deam hanc in aquis natam ferunt, & ego in aquis sum aurium tenuis, ad strepitum proximi fluminis. MARC. Vis irrigemus orationis nostræ agros aquis virreis & limpidis? CALLID. Maximè. MARC. † Fluminum quædam sunt publica, quædam priuata publica, perennem aquam habent. priuata, non, sed æstate arefcunt. l. j. §. fluminum. ff. de fluminib. priuatum flumen in d. l. i. torrens appellatur, Græcè χείμαρρος, quòd hyeme tantum fluat, quæ Græcis χείμα dicitur. atque ita Græci nomen priuato flumini dederunt ab eo tempore, quo fluit: Latini autè, ab eo, æstiuo scilicet, quo crescit, vt obseruauit Isidorus. nec si aliquando estate, repentina pluuia increuerit torrens, priuatus esse definit: sicut è cōtrario nihilomin⁹ flumē est publicū, si aliqua æstate exarefcit. l. j. §. torrens & §. ripa. ff. eod. Amnes, torrētes, priuata flumina, eorū sunt, in quorū prædijs fluunt neq̄; quisq̄; in illis aliquid facit inuito domino. l. j. §. hoc interdict. ff. de fluminib. idcirco rectè dictū est, in priuato flumine nō esse alluioni locū. quia per alluionem, id est, per

incrementum latens & sensim factum, ager alterius alteri accrescit. §. præterea. Inst. de rer. diuis. §. eo quod flumina censitorum vice funguntur, vt Pomponius notat in l. ergo. §. allu- uio. ff. de acquir. rer. dom. hoc est, eorum qui agros olim dimeticabantur, & diuidebāt ipsi mi- litibus, quorum laboribus illi agri capti fuerāt. l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. & hi sunt qui primi agros cōstituisse intelliguntur in l. quod principis. ff. de aqu. pluuiā. Censitores etiā di- cuntur, qui sensum colligūt pro principe, & mensuras agrorū atq; vbertates nouerūt, vt iux- ta reditum, censum imponant. l. forma. §. illam. ff. de censib. & horum est censum auge- re vel minuere. d. §. illam. sic flumina agrorum limites mutant, augent, vel minūunt, si modo publica sint. Sedin priuatis fluminibus idem dicere non possumus, quia censito- ris loco esse nequeunt. nam censitoris munus publicum est, & tributis præpositum. d. l. forma. ff. de censib. ideo nō est mirū, si alienum dominiū, alij applicet. §. si. Inst. de offic. iud. priuatus verō nō faceret, quia nec potestātē à publico accepit. l. cum prætor. ff. de iudic. sic nec priuatū flumē. l. j. §. item si amnis. ff. de flumin. Nō prætermitto, quod Iurisc. in l. nemo. ff. de rer. diuis. scribit, omnia penē flumina esse publica: mirū cum nemo nō videat plura esse priua- ta, quā publica. sed hoc, nisi fallor, voluit, quod quæ priuata sunt magis amnes, riuī, vel tor- rētes ab accolis appellātur, quā flumina. nā nō solum magnitudo flumen à riuo distinguit, sed etiā existimatio accolentium. l. j. in j. resp. ff. de fluminibus. † Iason in l. quominus. ff. eo. nō putat flumen priuatū singulorū dominorū esse, nisi in quorum prædijs nascitur, & fluere incipit. sed Vlpianus in l. si quis diurno. §. agi. ff. si serui vend. nō idē putat: nā priuatū flu- men cuiusque est, quatenus in eius agro fluit, exemplo riparū. l. riparū. ff. de rer. diuis. Videtur quod flumina non solū publica sint, sed etiā cōmunia. l. quādā. ff. de rer. diuis. vbi aqua pro- fluēs cōmunis est, non minus quā ipsū mare. C A L L. Ergo cōmune à publico distinguis?

4 M A R C. Quid nī? cū in quamplurimis inter sese differant. † Commune illud est propriē quod occupanti conceditur, vt mare, maris littora. d. l. quādā. Publicum verō est, cuius vsus publicē multis cōpetit, sed occupari non potest. vt sunt portus, flumina & reliqua, de quibus, in tit. ne quid in loc. public. & ne quid in flum. publ. negotium facere videtur, quod in d. l. quādā. aqua fluminum communis vocatur, cū constet flumina esse publica. §. flumina. Inst. de rer. diuis. Præterea in §. & quidam. Inst. eod. littora communia sunt, at in §. littorū. publica nuncupantur. & in l. quod in littore. ff. de acq. rer. dom. enim vero scitu dignum est, commune à publico perinde differre, atq; à nobis præscriptum est. Verū illud prætermittend- um non est, nihil esse publicū, quod & cōmune nihil habeat: nihilq; esse cōmune, quod non aliquid publicum habeat, veluti paria inuicem faciant. vt ecce, flumē publicum est, sed vsus fluminis æquē communis est vt maris. l. pen. ff. de fluminib. vtar ergo liberē aqua fluminis, sed non vt aliquid ædificare, molire ve possim. & scitē in l. quādā. ff. de rer. diuis. dictū est, aquam profluentem esse communem, quasi innuat aliter in alueo & ripis iudicandum fore, quia eorum proprietates non fiet occupantis. Dixi itidem communia, continere nonnulla, quæ publici iuris sint, non occupatorij, vt ecce, mare commune est. d. l. quādā. portus autē maris publici tantum sunt. §. flumina. Inst. de rer. diuis. item stationes nauium. l. j. §. si in ma- ri. ff. de flumi. † Placuit peritioribus, in fluminibus tria præcipuē considerare, ex quorū diuer- sitate flumina mareq; diuersimodē accipiantur. Tria sunt, vsus, proprietates, iurisdicō. Vtus fluminis, vti prædixi, communis est. l. diligenter. de aqua du. lib. xi. C. l. fluminū. ff. de dam- no infect. vbi vsū fluminis & maris promiscue lex accipit & exæquat. Proprietates autem publica est, ad populum spectās, vt stadia, theatra, quæ dicuntur vniuersitatis. §. flumina. & §. vniuersitatis. de re. diuis. Inst. quia in patrimonio populi sunt, aliter atque mare. l. quod in littore. ff. de acq. rer. dom. Iurisdicō fluminum principis est, cap. vnic. quæ sint regal. in vsu- bus feud. l. quominus. de flumi. inde delicta in flumine commissa princeps vlciscitur, vel eius officialis, qui supremū habent imperiū eius territorij. † Idē cēleo de littoribus maris, quorū iurisdicō penes pop. Rom. fuit. l. littora. ff. ne quid in loc. pub. & sic deinde in principē hoc ius transferarum fuit. l. j. ff. de constit. princ. quare suspicor, quod si quidem nauigatio impedi- rerur, princeps vel Respublica hoc damnum restitui curaret, vel saltem ius diceret inter eos, qui super ea re litigant, & interdicut. nam & priuatus impedire potest, ne quid aduer- sus nauigationem fiat. l. j. §. si in mari. ff. de flumi. Neque obstat. l. j. §. quod si quis. ff. de oper. nou. nunc. vbi ædificanti in littore, non potest nunciari nouum opus, quia hoc verū est priua- to nomine, vt ibi Accursius ait, vt d. §. innuit. cū dicit, vna in causa nunciare posse, si nun- cians sibi cauere de damno infecto perat, quia fortē vicinum haber ædificium. d. l. fluminum. ff. de dam. infect. publico autē nomine, cū nauigatio deterior redditur, dubitari non de- bet, quin nunciari ei possit, præsertim à procuratore principis, in cuius tutela littora sunt. l. littora. ff. ne quid in loc. public. cum. l. in littore. ff. eod.

- 1 Flumen constat ex aqua & alueo, & homi-
ni est simile.
2 An præscribi possit vsui fluminis.
3 Intellectus l. si quisquam. ff. de diuers. &
temp. præscr.

- 4 Declaratio l. quominus. ff. de flumin.
5 Quare de mari semper aqua duci possit.
6 Non est eadem ratio eius qui est in via ab-
que in termino.

INTERLOCVTORES.

CAIVS, CELSVS.



FLUMEN † accipi debet, tam ex aqua quā ex alueo. nam quæra- admodum homo ex animo & corpore compositus est: & animi im- perio, corporis seruitio magis vtimur, vt ait Sallustius, ita flumen, alueum habet vt corpus, aquam velut animam, quæ præcipua est. l. j. §. in flumine. ff. de flumi. multi passim aberrarunt, qui aquam discre- tam ab alueo acceperūt commentitijs distinctionibus. Neque etiam audiendus est Heraclitus, qui dicebat, vt Plutarchus scriptum reli- quit cap. 2. de causis naturalibus, neminem per idem flumē bis tran- sire, cū vndis vndæ succedant: quia Iuriscōsulci vocant flumina perennia, hoc est perennem aquam habentia, l. j. ff. de fluminib. optima ratione. qui aut pop. Romanus idem nunc est, qui fuit hinc centum annis superioribus. l. proponeretur. ff. de iudic. alioquin, vt ibi Alphenus ait, corpus humanum aliud esset hodie, atque heri, cū, si phi- losophis credimus, ipsa particula, ex quibus consistit, id est, atomi, quotidie mutantur. C E I S. Si vis homini flumina comparare, Pythagoreum agas oportet, & putes animas in aliena migrare corpora, sic flumina in nouos alueos. §. quod si naturali. Inst. de rer. diuis. nam Caicus alia fluit, quā olim.

Necnon Sicanijs voluens Amasenus arenas.

vt ait Ouidius libr. xv. Metamorph. & sicut corpus demortui homini terra est, sic alueus exiccatus. l. adeo. §. quod si toto. ff. de acq. rerum dom. neque amplius est in vsu populi. l. ergo. §. Celsus. ff. eod. Verum cur tibi non liceat flumen homini conferre? cū ei Papyrius Fronto peculium contulerit, in l. peculium nascitur. ff. de pecul. vbi falsē ridetur ab Accurs. qui eadem opera posse asino simile dici affirmat. Atqui veteres simulacra humana flumini- bus dicarunt: Syracusani in Sicilia Anapum vt hominem effinxerunt, Cephisum Athenien- ses cornuti hominis effigie Cyanem verō fontem fœminam faciunt, fluuiosque αὐθροῦτο- μόρφος, id est, humanæ formæ vocant, vt Ælianus amplissime recensuit lib. 2. varia histo- riæ cap. 33. & Cicero actione 6. in Verrem idem de Chrysamne siculo tradit, eiusque simu- lacro marmoreo. Iam hæc flumina trahentes quæramus, † an facultas vsusue fluminis tem- pore amittatur: quid de mari censendum? quia vtrobique piscari licet omnibus. l. nemo. ff. de rer. diuis. & vtique si feci pactum, ne piscarer, valet. l. venditor. ff. commun. præd.

Item si in fauorem Titij princeps rescripserit, ne alius præter eum in aliquo diuerticulo fluminis, vel ne intra septa limitata piscationem exerceat. l. quominus. ff. de flumi. l. sanè. ff. de iniur. † Postremò, si tanto tempore piscatus solus intra certum littoris spaciū ac maris fuerit, cuius non extet memoria, l. si quisquam. ff. de diuers. & temp. præsc. secus si extet initij memoria. l. fin. ff. de vsucap. hoc enim modo componi debet dissidium duarum legum, quæ alioquin nimis dissentiunt. nam idem potest tempus immensum, cuius nemo memoria te- neat originem, quod titulus ex conuentione. l. quod principis. §. si. de aqua pluui. hoc iure. §. ductus. ff. de aq. quotid. at id pacto permitti potest. l. venditor. ff. communia præd. ergo & tempore. Quod autem d. l. si. ff. de vsucap. hunc in modum intelligenda sit, probò. ibi dici- tur, vsucapi non posse loca publica, vel si maus communia, vt littus maris, quale est, inquit, si quis in littore ædificium deposuerit, aut dereliquerit, nam diruto illo, aream eandem ædi- ficij alius impunè capiet, sicut & eundem locum, in quo pluribus annis aliquis solus piscatus sit, vides, vt confertur piscatio vnui opus, positioni ædificij cuius extabat memoria, quia ismer, qui contendebat, posuerat. quare longè diuersum dicerem, si ædificatio memoriā hominum excessisset. d. l. si quisquam. ff. de diuers. præsc. C E L S V S. Inter Castorem & Pollucem fra- tres amicissimos dissidium miscere potuit, qui vtrumque hoc responsum in contraria di- strahit, nec videt eadem verba in duobus locis aliter atque aliter accipi, aut eodem modo, licet alibi negent, alibi affirmant: vt interest mea nō corrumpi filij mei animum id est, vtile

est l. vt tantum. §. i. ff. de seruo corr. & idem negans significat damno esse, si ad hostem referas, imo afirmando. etiam, interest, sic varie capitur, vt Reip. interest hominem occidi, pro vitale est, si malus est homo. Sunt qui suspicentur, nunquam piscationem posse vsucapi aduersus quemquam, nisi à tempore prohibitionis, quod displicet. quia quanuis Scium prohibuissent piscari, & is acquieuisset, aduersus eum præscriberem. l. 4. §. si viam. de vsucap. ff. non enim debet leuiter reluctari iure publico tanquam priuato vtés. l. 2. commun. prædior. ff. & sic contra eum iure stare, tanquam impiger contra timidum, non aduersum alium. quin res inter alios acta, aliis nõ noceret. l. quia. ff. de iureiur. & qui prohibetur, potest iniuriarũ agere. l. iniuriarũ. §. si quis me. ff. de iniuri. Sed ego velut dulci susurro fluminũ sopitus, videor obliuisci quæ de verbis contrariis nõ repugnantibus dixi, & ideo ausim intelligere. d. l. si quisquam. vt qui pluribus annis in fluminis publici diuerticulo solus piscatus fuerit, alium eodem iure vti prohibeat. id est, prohibeat inquam, ne alius solus piscari queat, putabat enim contrarium prima fronte, ideoque is qui solus piscationis ibi fructum acceperat, impune non posset postea idem bonum alij inuidere, neque obuiere alij id, in quo ipse peccauerat: exemplo eius qui illicitè in publico ædificauit: alij nequaquam ædificandi ius impediturus. l. 2. §. idem ait. ff. ne quid in loco public. tamen in d. l. si quisquam diuersum statuitur: nempe eum qui solus diurnam piscationem exercuit in diuerticulo fluminis vberimo, iure alium prohibere, ne solus idem faciat. quia prohibens, antea solus licite piscabatur, nullo prorsus ei molestiam faciente, ideoque ambo, & cæteri in eodem diuerticulo legitime piscabuntur. cum ea quæ facultatis publicæ sunt, nunquam præscribantur: vt ius eundi per viam publicam. l. 2. ff. de via public. Igitur nec vsus fluminis viæ similis ij. l. fluminum. ff. de damno infect. sic responderetur l. cum par. §. fin. de regul. iur. vbi illi permitti debet pœnam petere, qui in eam non incidit. idcirco piscatus diu, tamen alterum diu piscari vetabit. 4 ne noceatur bono publico. † Aliis quoque rationibus flumine publico vti non licet, vt l. quominus. ff. de fluminibus. nam communi iure, ex flumine publico aquam ducere fas est. Non procedit, si princeps prohibeat aquæ ductum, idem est si senatus vetuit. d. l. quominus. Vetare autem possunt, etiam si ductus aquæ Reip. non sit nociturus. l. Lucius. ff. de euic. ad argu. quia priuatis iura publica adimere possunt, cum in eorum manu sint. cap. vnic. quæ sint Regal. in feud. l. littora. ff. ne quid in loc. publi. imo etiam, vt dixi, priuata priuatis adimunt. d. l. Lucius. ff. de euic. l. item si. §. item si. ff. de rei vend. Et hoc est speciale principi vel Senarui Rom. nam ex causa etiam quiuis priuatus inhibere potest aquæ ductionem. l. j. ff. ne quid in flum. public. per hæc fit, ne oblit id quod primo Bartol. opposuit. Vltimò habetur in d. l. quominus. quòd si flumen in vsu publico sit, aquam ex eo ducere non licet. Si modò, inquit Pompon. ea aqua in vsu publico non erit, sed si, aut nauigabile est, aut ex eo aliud nauigabile fit, non permittitur id facere, id est, ducere. Erigitur strenuè Bart. cominus feriens ac apertè ostendens, d. l. quominus. sibi ipsi possidere, nam primò dicit ex flumine publico licere ducere, mox excipit, nisi aqua in vsu publico sit. Exceptio dictum tollit, quia cum omnia flumina publica, sint vsui publico destinata, §. flumina. Inst. de rer. diuis. igitur ex nullo aqua ducetur. Primo respondet Bart. verba illa, si modo ea aqua in vsu publico non erit, restringi per sequentia. Sed si aut nauigabile est, id est, quòd ex omni flumine publico aqua ducitur, nisi sit nauigabile, aut alterum faciat nauigabile. Caput scabis, Celse, mihi quoque non placet hæc solutio, quia exempla regulæ non coarctant, nam etsi non sit nauigabile flumen, neque aliud nauigabile efficiat, ducere non licet, si in vsu publico sit, & nimis ductibus ac deriuationibus arefcere possit. l. j. ff. ne quid in flumi. publ. l. j. §. non autem. ff. de flumi. vbi de flumine innauigabili notatur. Secundò exponit Bartol. illud, si modo ea aqua in vsu publico non erit, hoc est, in vsu fisci vel municipij & molendini eorundem, vt toto tit. de aquæ d. xj. C. hoc verum est, maxime cum publicæ res sint in duplici differentia: & earum quædam vsui publico non temere seruiant sed à proceribus ciuitatis gubernentur. vt campus Martius antea Tarquinij Regis ager. l. sed celsus contra §. empt. ff. sed non bellè quadrat l. quominus. quia non modo prohibetur priuato aquæ ductus ex flumine publico, si noceatur molendino fisci vel castri, sed etiam si nocius sit molendino cuiusquam priuati. glos. in d. l. quominus. in verb. aqua. per l. ij. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. quia tales æmulationes priuatorum, odibiles sunt. l. opus. ff. de oper. publ. Præterea in tit. de aquæ d. libr. X I. C. non agitur de ductibus aquarum ex flumine, sed de epris, & quodammodo in meatus secretos formatis. l. diligenter. C. eo. cum l. si. Non conuiueo ad tertiam solutionem Bar. reprobam prorsus. & puto sic solui posse, quod dicitur, ex flumine publico aquam liberè duci posse, nisi vsui publico derrahatur. hoc est, alij vsui publico potiori, quàm sit aquæ ductus. vt si flumen nauigetur, vel nauigabile aliud faciat, vel aliter Reip. commodo derrahatur,

hatur, si areat flumen, vel molendino aqua subtrahatur, aut ibi ductus aquæ incipiat, vbi in procliuè nimium it, & periculum sit de mutatione aluei. Ergo flumine publico vramur, nisi, publicum alium vsum præster meliorem. quandoquidem non est nouum dictionem, alius intelligi, vt l. hæc stipulatio. ff. vt leg. seu fideic. ibi, hæreditas siue ius. id est, siue aliud ius. l. 1. §. si pecunia. ff. deposit. ibi, coram prætore vel honestis personis potissimum vbicun que exceptio idem continet quod dictum: vt est illud Zenonis Citiensis philosophi, qui rebus amissis naufragio, Crateris auditor factus est: perieram, inquit, nisi periissem. hoc est, nisi aliter & felicius periissem, alij Themistocli tribuunt, vt Plutarchus. certe simili phrasi dixit Iulianus venationem in fundi fructu non esse, nisi fundi fructus in venatione consistat. l. 26. ff. de vsuris. l. æstimationem. §. fin. ff. de muneribus. † Si verum est, inquit, Bar. quòd nullo ex fluuio alium qui nauigabilem efficit, aqua duci possit, ex nullo igitur ducetur, quia omnia flumina intrant mare, quòd quidè est maximè nauigabile, vnde à Lucretio poëta nauigerum dicitur. Respondeo, Ratio cur à flumine duci aqua nõ potest, si aliud nauigabile faciat, est, quòd aquæ ductu quantitas aquæ minuitur, sed non idem est in mari, quia, vt sapiens Hebræus ait, omnia flumina intrant mare, & mare non exundat. neque detracto vno flumine, mare decrescit. ex quo etiam omnia flumina putantur procedere. hinc Lucanus lib. 5. Pharsaliæ de fontibus loquens:

Non magis ablati vnquam decreuerit aquor,

Quam nunc crescit aquis.

Quare puto ex flumine, quòd nauigabile facit aliud, vel ipsum nauigatur, aquam duci posse, si tam magnum sit, vt propterea verisimiliter non derrahatur nauigationi, quales in Europa sunt Ister & Rhodanus: nam quia cessat ratio prohibitionis, cessat & prohiberio. l. adigere. §. quanuis. ff. de iur. part. & ita Vlpian. in l. j. §. non autem. ff. de fluminibus. non, inquit, prætor coërcet, quòd in flumine fit, nisi deterior aut statio aut nauigatio fiat, ex magno verò flumine deducere riuulum damnosum non est: cum è diuerso in prouerbum venerit, *μεγάλο ποταμόν ῥυαρχὴ ἐπάγειν*. id est, magno fluuio riuulum inducere. nam ῥύαξ, riuus est. l. j. ff. de riuis. dicitur autem de iis qui frustra dant abundantibus. apud Suidam est ῥυαχέων, id est, aquæ ductum, flumini adiungere vario studio. nam non nocere is creditur, qui derrahit superuacuum. l. 38. §. sed enim. ff. de ædilit. edic. secus vbi tota aqua ad certum vsum expetere- tur. l. pe. de aquæ ductibus. li. xj. C. e l. s. Teneo memoria Bart. notare ex d. l. quominus. ff. de fluminibus. † Non secus puniri eum, qui in via delinquendi est, atque is qui in meta delicti est 6 punitur, nimirum cum eadem sit ratio fluuij nauigabilis, quæ est eius qui alium facturus est nauigabilem. In delictis non puro verum esse, quòd ait Bart. quia is qui ad delinquendum it, pœnituisse potuit cogitationis. l. cogitationis. ff. de pœn. & ita retrocedere poterit consilio saniore vsus. flumina verò destinatum cursum habent, & ideo siue in meta sint, siue futura certo sint, nihil interest. vt l. qui mittuntur. §. fin. ff. ex quib. caus. maio. l. iij. ff. de furtis. l. at si quis. §. funeris. ff. de religiof.

OBSERVATA IN LXXXVI DIALOGVM.

- | | |
|--|---|
| 1 Quid sit aquam deducere. | 4 Venditis agri iugeribus, an ripa mensuratur. |
| 2 Quid sit ripa, & de ripis. | 5 Quis præferatur in arbore ipsius ripa dominus an alius. |
| 3 Vbi erit ripa fluminis inter duos montes labentis. | 6 Ripa semper accedit proximo prædio. |

INTERLOCVTORES.

MODESTINVS, PAVLVVS, MAXIMVS.



V I D † sit aquam deducere, duo primi nominis grammatici nesciuerunt in illis versibus in primo Georg.

Quippe etiam festis quadam exercere diebus

Fas est iura sinunt riuos deducere, nulla

Religio vetuit.

Seruius ait ibi, deducere riuos, esse, siccare riuos. nam irrigare, inducere est. sane sciendum est, inquit, Varronem contra religionem esse dicere, si vel irrigentur agri, vel si lauentur animalia festis diebus.

Nymphæ enim sine piaculo moueri non possunt. Macrobius autem lib. III. Saturnaliorum cap. III. scribit nihil aliud esse deducere riuos, quàm detergere, quæ

fordidatos festis diebus detergere licet, non nouos fodere. Caterum Virgilio non est aliud riuos deducere, quam inducere & dirigere aquam, quod volueris, & caespitem tollere, & viam aquae facere: non, ut ipsi volunt, siccare, aut detergere, quia utrobique vilior est opera, quam aquam diuertendo. ecquomodo festis diebus non liceat aquam diuertere, vel in pratum vel in hortos conuerrere cum liceat?

*Segeti praecondere sepem,
Insidias amibus moliri, incendere vepres.
Balantumque pecus fluuio mersare salubri.*

Verum huic ultimo respondent ipsi, consuli sanitati animalium, nec vident per riuos & aquae ductum consuli vitae hominum: quia sine aqua, frugiferae arbores, prata, horti, exarsurunt. Iis cuius, ff. si seruit. vend. & homines siti multis in locis, non refectis riuus, necarentur, l. si. ff. de riuus. At alimenta ferias nesciunt. l. ij. ff. de fetiis. facit l. Mela. §. si. ff. de alim. Varro. cum irrigationem prohibuit, de illa censuit, quae manu & vrceolo fit, per quam mouetur aqua continuo & labore homini assiduo: vel cum aqua per totam trahitur, ut in palatio Accursij. l. qui fundum. §. rota. ff. de contr. emptio. Sed cum è riuo, semel sublato caespitem vel glebulam, deducitur aqua, Nymphae non mouentur, nisi morosae & plus satis delicatae sint. quare deducere aquam, & ducere aquam, non discrepant. l. de interdicto. §. placebat. ff. de aqua cotid. P A V L. Nunc faciamus, quod primo vere ranarum faciunt, è fluuiis ac riuus in ripas profolientes, ut apricentur. † Ripa est, id, quod flumen continet, naturalem rigorem cursus sui tenens. l. j. §. ripa. ff. de fluminibus. & l. pe. ff. eo. Riparum proprietates eorum est, quorum praediis adhaerent. l. riparum. ff. de re. diuis. vsus autem riparum est publicus, & cuius licet natis ibi arboribus naues alligare, retia exiccare, onus reponere. d. l. riparum. Scripsi, si memini, in l. pen. ff. de flum. his verbis: Secundum ripas fluminis loca non omnia publica sunt, cum ripae cedant, ex quo primum à plano incipit vergere vsque ad aquam. Accurs. legit, ripae, datiuo casu. hoc est, quod loca cedunt ripae potes legere etiam plurali nominatio, idque tutius, cum ante dixerit, ripas, in plurali: non quod loca cedant ripae, sed quod ipsae ripae cedere incipiant, ex quo incipit ager vel praedium vergere aquam versus & vsque ad eandem. id est, cum agri exitus accliuus est in descensum veniens. littus autem est quousque fluctus maris quamuis hyeme alluit. l. littus. de verbor. signific. ff. nihil enim verat littus quam maxime extendere propter impetum maris. & quia littus commune est vterius, atque occupantium: at qui ripa augustanda fuit, vtpote cuius proprietates sit eorum qui agros finitimos habeant. referam tamen id quod non vna in regione obseruatum vidi iuxta fluuios rapidissimos. & ripas vastas ac fere communes. & id inquam, referam quod Aggenus ait interpres Frontium in libro de controuersis limitum: scio inquit, quibusdam regionibus, cum assignarentur agri, ascriptum aliquid per centurias flumini, ut in tempestate sine cuiusque iniuria deflueret. ita prouidit autor agrorum diuidendorum. sic ripae proprietates nullius esset. l. in agris. ff. de acquir. rer. domi. Inde quaerit Accursus, † quid erit ripae, si flumen inter duos montes labatur, cum montes perpetuo in aquam vergant. respondet ipse id esse ripae, quatenus flumen plenissimum continetur: nisi quid plus propter attractionem aquae vergeret, quia eatenus etiam ripa esset: non verò vsque ad montis fastigium. verè sentit, arg. l. in lege. de cont. empt. ff. Quæstio iam pridem agitata est: † vendidi tibi agrum meum ad flumen situm, in singula iugera, conuenit uti xxv. deanrios dares: num ripa in modum agri veniet? Tutius est utique ut veniat, ne emptor nimio lucro accessionis afficiatur. Probo per l. littora. ff. de cont. empt. vbi littora modo agri non cedunt, quia nullius sunt, sicut nec via publica, loca religiosa vel sacra, quorum proprietates nullius esse constat. §. nullius. Instit. de re. diuis. Ergo in ripis aliud est, quia proprietates domini agri confinis est, & minima earum pars publica est: puta vsus quidam. facit l. id quod. §. fin. ff. de peric. & comm. rei vend. vbi etiam limites non mensurantur, quia nullam vtilitatem habent, nisi signum diuisionis. cap. forus. de verb. signif. sicut nec via publica nec luci, id est, nemora deorum cultui, prisco ritu, sacrata. de quibus ipse consultus respondi. d. l. id quod. sanè quod d. l. littora. in si. idem videtur statuere in publicis rebus quod in sacris, omnibusque intelligo in publicis, quorum proprietates vendentis non est: quale est ipsum flumen cui fundus finitimus est. Præterea emptor, qui scit agrum esse fluuio propinquum, non debet queri, si ripa eius vtatur populus. l. quæro. ff. de act. emp. Adde, quod ripae frequenter amœniores sunt, & fructuosiores propter saliceta & populeta. quare vel ripam consitam cometiatur, vel postea conferat arboribus. Itaque mensura iniri debet ab ipsa aqua. l. Rutilia. ff. de cont. empt. & si secus fieret, nimio damno venditor afficeretur, nimio lucro emptor: qui, ut dixi, ripae arenas & glareas, fertiliores reddere poterit industria, plātando salices, alnos, siler, populam, nec habet quod queratur. nec taceo interim quod

quod propter ripam & frontem agri, insulae & alluiones accrescunt agro. §. insula. de rerum diuis. l. Martius. ff. de acquir. rer. dom. M A X. In dubium reuocatur ab Accursio in l. riparum. ff. de rer. diuis. † quid dicendum, si dominus fundi & ripae velit arborem cadere, & eodem momento quispiam piscator è populo vult nauem aut retia eidem arbori alligare, vter praefertur. Responder ipse piscatoris causam potiore esse, ego domini: quippe duplici iure nititur, nam & ripae & arboris proprietatem habet. d. l. riparum. tum etiam idem ius nauis alligandae habet, ut popularis quilibet, qui & ipsam arborem subsecare potest. d. l. riparum. Neque obstat. l. fin. ff. de vsu & habit. vbi is cuius proprietates est, non potest deteriorem causam vsus habentis facere: quia illud procedit, cum vsus eius sortis est, ut inuito proprietario debeat, non in proposito, vbi aliàs potest dominus ripae quiduis in ea facere. l. j. ff. de rip. munien. & quodocumque arbores natas tollere. vtuntur enim populares, si ibi sint arbores, non aliter. nec obest, quod qui vsus habet iure seruitutis, proprietarium interim impedit. l. diuus. §. pe. ff. de vsu & habit. vnde proprietates videtur inutilis & minime vendibilis. quia vsus, cum est seruitus priuata, impedit utique dominum, secus in ripa, qua fundi proximi dominus aequè ut alij ciues vtitur: imo etiam supra ceteros semper fruitur. nec prohibetur ius priuatum cum eo quod aliis etiam commune est retineri. l. i. §. quibus. de successor. edic. l. j. de milit. testam. non omitto, vsuario in praediis rusticis dominum nequam cedere. l. fundi. de vsu & habit. Minus reluctatur quod ait. Accurs. quod qui vsus petit, de publica vtilitate certat, dominus de priuata: quia eo quod certat de vtilitate publica, id est, omnibus competente, in priuatum sui commodum, iam minus iuris habet, quam priuatus in re propria. l. in tantum. §. itemque. ff. de rer. diuis. secus si in publicam vtilitatem de loci publici iure disceptaret. l. i. §. sunt autem. ff. ne quid in flum. publico. Neque creditur dominus arborem cadere, ut alteri nocent, sed suo iure vti l. Proculus. ff. de damno infect. l. i. §. denique. ff. de aqua pluua. P A V L. † Quod dicebam, ripam coherere proximis priuatorum praediis, vsque adeo verum est, ut etiam si inter praedium Seij & flumen ripamque fluminis, via publica intercesserit, non via publica cedat ripa, sed fundo Seij vteriori. l. Martius. ff. de acquir. rer. dom. quod non est ab Accurs. in §. riparum. Instit. de rer. diuis. praetermissum. & hic sit finis huius aquatilis & madidae disputationis,

OBSERVATA IN LXXXVII. DIALOGVM.

- | | |
|--|---|
| 1 Cernere quid sit, explicatur l. cretionum. C. de iur. del. | reditas non adita. |
| 2 Caducum quid sit. | 4 Declaratio l. unica. C. de iis qui ante apert. tabul. |
| 3 Cur legatum magis transmittatur, quam hereditas. | 5 An ad ascendentes fiat transmissio d. l. |

INTERLOCVTORES.

LABEO, NERATIUS.



R E V I, inquit, P. Festus, id est, hereditatem adiuui. melius utique Festus quam Seruius & Macrobius supra, qui in aquarum deductione aridi fuerunt. † nam cernere est, hereditatem adire. Cicero lib. III. Rhetoricorum ad Herennium: Ambiguum, inquit, est cum verbum potest in duas pluresue partes accipi, sed accipitur in eam partem, quam vult is qui dixit: ut de eo si dicas, qui multas hereditates aduerit: prospice tu qui plurima cernis. vnde cretio erat aditio cum solennitate verborum, quae amputatur in l. cretionum. C. de iur. delib. vt l. si. C. qui adm. in bonorum possessionibus. glo. in d. l. cretionum. dicit esse certorum dierum numerum, intra quem testator voluerit hereditatem adiri, quae cretio vocetur. Idem Isidorus etymologiarum lib. v. cap. xxii. nisi quod etiam innuit à lege tempus etiam praestitui adeundae hereditatis, idque vocari cretionem à decernendo, id est, constituendo: quod haeres debeat decernere. hunc sequitur Alciatus lib. Dispunc. III. cap. vii. Varro lib. vi. de lingua Latina: Ita que haeres cum constituit se heredem esse, dicitur cauere, & cum id fecerit creuisse. In codice Gregoriano etiamnum extat huius verbi mentio in tit. de patria potest. cum hereditas Bassi tibi obuenerit, eamque iussu patris creuisti, iure patrie potestatis ei eam quaesiuisti. & in Theodosiano Codice lib. II. rubrica legitur, de cretione & bonorum possess. & in volumine, quod Vlpiani corpus vocatur, antiquarium potius quendam redolens, titulo. 22. qui heredes institui possint. §. cretio. non est aliud Cretio illa prisca, quam certorum die-

rum spacium quod datur hæredi instituto ad adeundum, seu deliberandum vtrum adire expediat. Titius, inquit, hæres esto, cernitoque in diebus centum proximis. non quod centum dies præcise quibus hæredibus præstituerentur ad deliberandum, sed quod ceterior dies præfigi nequibat: imo amplior, vt idem Vlpianus scripsit. l. 1. & 2. ff. de iure deliber. forte enim hæreditas implicita ære multo alieno ac suo plus deliberationis postulauit. atqui in bonorum possessione tempus annale maximū est liberis hæredibus. l. 1. §. largius. ff. de success. edict. subdit Vlpianus ille, in d. tit. 22. cernere est verba cætionis dicere.

2 † Lege Papia Poppea sub D. Octauio Augusto lata inductum fuit, vt hæreditas, quæ non adita esset post apertas tabulas, ad fiscum veniret: idque vocabatur caducum l. j. C. de cad. tollen. quia cecidisset, in fiscumque venisset, vt glans caduca, quæ cecidit. l. sylua. §. glans. ff. de verb. signif. & bello caduci Dardanidæ, apud Virgilium. id est, qui ceciderant. l. dore. ff. de rit. nupt. Porro, iure veteri ff. qui erat ex asse institutus, clausis tabulis adire non prohibebatur, secus si ex parte duntaxat. l. j. §. fin. ff. de iur. & fac. ignor. nisi esset è liberis: vt l. iij. cum gl. C. de iur. deliber. hic enim vel non apertis tabulis omnimodo adibat.

Ius autem recentius C. omnibus, vel extraneis, clausis adhuc tabulis aditionem promittit. l. 1. §. cum igitur. C. de cadu. toll. siue hæres sit, siue legatarius. Sanè quod pertinet ad transmissionem, inter hæredem & legatarium obseruatur differentia: nam si hæreditas adita non est, ad hæredes instituti non transmittitur, sed legatum non acceptatum ad successores legatarij designati transmittitur. d. l. j. §. in nouissimo. C. de cad. tollen. quod vtique ignoranti quoque acquiritur. l. si partem. §. j. ff. quemad. seruit. amitt. † Differentiæ ratio germana esse videtur, quod hæres institutus non transmittit, ideo quia protinus à morte testatoris, clausis tabulis adire potest, minima declaratione voluntatis suæ facta. d. §. cum igitur. & l. pro hærede. ff. de acq. hæred. & idcirco impuretur ei, quod sedulo nõ adiuerit. nã si peregre distineatur negotiis, ne id facere commodè possit, iure succursum est, vt restituatur. l. Pantonijs. ff. cod. accedit, quod legislatori curæ fuit, ne diutius hæreditas sine domino iaceret, atq; ita longior mora fieret creditoribus debitum recipiendi. l. 1. ff. de success. edict. itaque licet hæres adeundo tardius, credatur à morte testatoris adiuisse. l. 54. ff. de acq. hæred. hoc verum est, quod arriuerit ad suum commodum: sed cum creditur iactura cunctari non debet. proinde moriens non transmittit hæreditatem non aditam. nam procrastinans defunctum videtur iniuria afficere, cuius inter fuit quam primum successorem vniuersorum habere, à quo representetur. vel ad hoc ne moriens inopiæ accusetur non vulgari iniuria. l. & quia. ff. de interrog. action. §. 1. de iure iur. à morient. præstit. col. §. 1. atq; quis. §. iudex. ff. de religiof. in legatis non impendet hoc periculi, cum non accepta ab illis quibus relinquuntur, apud hæredem tuto resideant. l. 2. §. vbi. C. de caduc. tollen.

Atqui legatio semper fauendum est, quod transmittat in suos successores: eo quod non euestigio à morte testantis legatu agnoscere vel adipisci quibit, cum id partim pendeat ab hæredis instituti arbitrio. quia nisi hæres hæreditatem adiuerit, legata non valent. l. ij. in fi. ff. de vulg. l. filium. ff. de bon. poss. cont. tab. Ne igitur duplici onere grauetur legatarius, & ne ex alterius mora puniatur vel grauetur. l. sanctio. in fi. ff. de pœnis. l. sancimus. C. eod. factum est, vt legatum transmittat, quod acceptare quocumque voluit, non potuit. Iustinianus in d. §. in nouissimo. duos casus eximit à regula, quæ vetat hæreditatis nondum aditæ transmissionem. alter est in l. cum in antiquioribus. C. de iur. delib. alter in l. vnic. C. de iis qui ante apert. tabul. quæ vult † quod liberi testatoris in infinitum in linea descendentiū hæredes instituti, si decedant, hæreditatem non aditam ad reliquos descendentes transmittunt. pleræque notatu digna continentur illa l. vnic. & præsertim, quod non est necesse filios esse in potestate, vt transmittant, quia idem est in matre instituente vel auia, quod in patre vel auo. Item quod huiusmodi transmissio vincit ius accrescendi. ibi, seu cum extraneis seu soli sint instituti. Insuper quod non est opus vt sciant se hæredes scriptos, qui transmittunt, nam vtroque modo transmissio erit. Ad hoc notatur ibi, si tamen hæreditatē non recusant, quod si institutus recusat hæreditatem, toti posteritati aditum præcluderet. vbi enim primus hæres repudiat, fit locus substituto aut ab intestato venientibus. l. pe. ff. de iure delib. nisi in l. fi. §. simili. C. de bonis quæ liber. eo quod ille in quem fit transmissio, videtur ab initio hæres vocatus. Item, quod idē iuris est in legatis seu fideicommissis particularibus, quod in hæreditate. tamen si iure cōmuni legata alioquin forent transmissibilia, quauis in exteros legatarios. nisi intelligas hic etiam legata transmitti. id est, prælegata filio cohæredē habenti, etiam pro ea portione qua hæreditariū aliquid sapiunt. l. in quartā. ff. ad leg. falcid. l. miles. fide legat. 2. Præterea quod hæc transmissio substitutione potior est, ibi, ali oq; aduersus auitū desiderium venire. Alios, interpretor substitutos, qui quauis sint expressè vocati, veniunt contra testatoris voluntatem,

voluntatē, quandiu est posteritas instituti, & sic aui testantis. l. cum auus. ff. de cond. & dem. Verum substitutos excludo, qui veniunt ex capite, si hæres esse non poterit, qui instituitur primo gradu: secus autem si veniant ex capite, si hæres institutus hæreditatem recusauerit, quia tunc recusante primo instituto, reliqui ad successionem aspirare nequeunt, vt dixi ex versic. si tamen. d. l. vnicæ. & mox subditur, indignum esse ob fortuitos humanosque casus, nepotes maiorum hæreditate fraudari. aliter igitur dicendum cum non fortuna vlla, sed patris deliberata recusatione arcentur: non enim pater præsumitur in fraudem liberorum, quibus omnia ex voto quærit, repudiare lucrum. nec videtur præterea fraudem facere, qui non adit ablatam hæreditatem. l. nihil. ff. de bonis libert. l. qui autem. §. 1. ff. quæ in fraud. credit. plane si filio nepos esset substitutus, potius vi substitutionis expressæ ab homine, quam legis beneficio ex transmissione veniret: vt innuunt illa verba: licet non sint inuicem substituti. l. quandiu ff. de acquir. hæred. At dicit quispiam: quorsum prodest, hæc egregia transmissio nepoti, qui subducto morte filio aliàs ab intestato auitam successionem consequeretur? cæterum prodest, quod nepos vincit cohæredem patri coniunctum, & substitutum, fiscum quoque præcipue excludet: qui ante Theodosij constitutionem potior erat in hæreditate non adita à filio. l. 1. §. in nouissimo. C. de caduc. toll. cum sufficeret filium institutum esse qui nepotem præcedebat. l. libertinus. in fin. ff. de bonis liber. Postremò. colligo ex d. l. in fin. tantum deberi hæreditatem parentum liberis, vt nefas sit, liberis extantibus, ab extraneo hæreditatem expectare. quia lex ait, aliòsque aduersus auitum aut proauitum desiderium insperato potiri commodo. dicitur enim insperatum commodum pro insperabili, vt casus improuisus, id est, improuisibilis. l. à procuratore. C. mandat. vt apud Virgil. lib. vii. Æneidos.

Dives inaccessos vbi Solis filia lucos.

id est, inquit Seruius, ad quos nullus debeat accedere, vt illud:

Aut illaudati nescit Bursidis aras?

id est, illaudabilis aliter exponentibus dicendum esset nepoti præferri substitutum qui non vana ratione sperat mortē filij instituti & ira dicitur spem nõ habere is qui male sperat. l. 1. ff. de inoffici. test. l. xv. §. 1. de publicia. N E R. † Sed vitā verum est, quod dicitur l. nunc. C. de iis qui ante apert. tab. in ascendenti sibi locum non vendicare, neque transmissionem hæreditatis non aditæ verso fieri ordine: & magis est verum esse, quia posteritatis tantum ratione fundatur, ad quam verissimi liter parentes bona sua protendete student, per quam vident diuturnitatis memoriam in ærum relinquunt. l. liberorum. §. fin. ff. de verb. sig. Præterea quidam fauores à iure parentibus institutorum expressim indicati sunt in l. si infanti. C. de iur. delib. l. apud. C. de suis hered. posteritatis fauor in illis nullus est dabilis. Nonnulli parentibus idem ius transmissionis indulerunt, eo quod d. l. vnic. in fin. dicat in solatium tristitiæ de morte parentum acceptæ hæreditatem tradi liberis, atqui certum est maiorem esse mœrorem parentum ob mortem liberorum, quam econuerso. l. fin. C. de institu. l. liberi. cum glo. C. de inoffi. Ægeus desperato filij reditu è saxo se dedit præcipitem: Theseus audita patris morte non item: paululum cōdoluit, vt qui regnū accepit. quare videri transmissionē parentibus potius competere. Cæterum fatius est hoc negare, quia illa ratio tristitiæ obiter assignata fuit, tam in parentibus quam in liberis. quod ex eo pater, quia si primus ex liberis institutus repudiet, posteriores, qui sequuntur, repulsi sunt. d. l. vnic. vers. si tamen. etiam si eodem modo ex aui morte angantur. Præterea in §. j. de Terrul. inst. matri in consolationem amissi filij data est successio, quæ magis solet dolere mortuo filio, quam ediuerso, tamen hæreditas matris magis debetur filio. l. scripto. ff. vnde lib. l. nam et si. ff. de inoffici. testam. accedit, quod in d. l. vnic. insperato successionis commodo nemo potitur: at commodum sperare ex præpostera liberorum morte auo & prauo absurdum est. nec obest l. 1. ff. de inoffici. test. vbi parentes spem habent in hæreditatem filij, licet inuiti habent. nam ibi agitur de spe quærelæ inofficiosi testamenti contra elogium filij pietatis obliti. sicut & fratres quandoque habent, vt ibidem dicitur. proinde spes parētum & fratrum à morte filij vel fratris nascitur. sed spes liberorum iusta est etiam parente viuo l. in suis. ff. de liber. & posth. d. l. nihil. ff. de bonis libert.

OBSERVATA IN LXXXVIII. DIALOGVM.

- 1 Declaratur l. j. §. apud Iulianum. ff. de ad. edic.
- 2 Capitis iactatio per luxuriam facta, vitium est.
- 3 Quid sit luxuria in Iure.
- 4 Quid sint circulatores in l. fin. ff. de extraord. crim.
- 5 Declaratur l. qui clauum. §. fi. de adil. edict.

NECYOMANTIAE STEP. FORC.
INTERLOCUTORES.
CALLIDEMYS, EPHESTION.



OBTICVI Trepentè Neratius stupens, quasi religione oborta attonitus, viderat, ô Ephestion, spectrum mirabile & horrendum. vidi ego etiam, vidi, turbam vtriusque sexus, quæ sibi ferro quasdam corporis partes dirè laceraret. multi cincinnatim serpentibus implicati erant. caput autem maximè iactabant vociferantes atque cantantes versus Accij in Bacchis:

*O Dionyse pater optime vitifator, Semela genitus Euchia,
Almaque curru noctiuago Phæbe.*

tum Neratius ad me conuersus, Vides, inquit, Callideme, ad læuam eos qui toties caput iactant, † ad hos pertinet l. j. §. apud Iulianum. ff. de ædil. edict. vbi sic Vlpian. ait Apud Iulianum quæritur, si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset, an nihilominus sanus videretur, & ait Iulianus nihilominus hunc sanum esse: alioquin, inquit, futurum vt multos sanos esse negaremus, si vitium animi in sanitate inspiceremus, vt puta leuem, superstitiosum, iracundum. & paulo post, in versic. cæterum, dicit, quod si in eo maneret vitio, vt circa sana baccharetur, & quasi demens responsa daret, etsi per luxuriam id factum esset, redhiberi non posse ex edicto ædilium: quia non sit vitium corporis, sed tamen ex empto agi posse. Inde notatur, propter vitium animi non esse locum redhibitorie actioni. verum si vitium animi nimis excedat, & gliscat, actione ex empto subueniri. l. ob quæ. ff. eo. quale est cum capitis iactatio fanatica sit, sicuti olim fieri accepimus in quibusdam satis perniciosus, in quibus qui caput iactabant, profari se dicebant, vt dicitur in d. §. apud Iulia. hoc est, futura prædicere vatium more. T. Liuius in historia de bello Macedonico refert. latè Senatusconsultum, quo Bacchanalia Romæ, deinde per totam Italiam prohiberentur: vbi moris erat velut mente captum, cum iactatione fanatica corporis vaticinari, matronas baccharum habitu, passis crinibus, cum ardentibus facibus in Tyberim decurrere. Catullus in Berecynthia & Aty:

*Vbi capita Manades vi iaciunt hederigeræ,
Vbi sacra sancta acutis vluatibus agitant.*

Lampridius in Heliogabalo: Iactauit, inquit, caput inter fanaticos. Cor. Tacitus lib. xi. At Messalina non aliàs solutio re luxu, adulto autumnno simulacrum vindemiæ per domum celebrabat, vrgeri præla, fluere lacus, & fœminæ pellibus accinctæ assultabāt, vt sacrificantes vel insaniens bacchæ: ipsa crine fluxu thyrsum quatiens, iuxta que Silius hedera vincus gerere cothurnos, iacere caput, strepente circum procaci choro. Ferunt Vectium Valentem lasciuia in præaltum arborem connisum. † Ecce luxu & lasciuia bacchatum Cor. Tacitus scripsit, ita Vlpianus per luxuriam, sic enim habet verus lectio in d. l. j. vers. cæterum. atqui Budeus voluit, per luxuriam, non legi, sed plurifariam, quod falsum est. quia non aliud Vlpianus Iuliani sententiam secutus voluit, quàm ex empto agi propter vitia animi in seruo qui veniit, si modò illa vitia modum omnem excederent, vt innuit d. l. j. §. fi. de ædil. edic. ibi, idem dicendum in iis, qui præter modum cupidi auarique sunt. & ll. sequent. † Est autem luxuria omnis excessus in re qualibet, & ideo latæ culpæ assignatur. l. fi. ff. de incend. & malè Accur. pro libidine venerea exposuit in l. illud. ff. de man. vind. nam & in l. non debet. ff. de dolo. luxuriosus atque prodigus opponuntur viro receptæ autoritatis: quia luxuriosus latius patet quam prodigus dilapidator facultatum suarum: ille enim in epulis & vestitu atque alea nimius est vt in l. 15. ff. de curatorib. vbi etiam mulieri quæ luxuriosè viuit, bonis interdici potest, id est, lautius & splendidius viuenti. nam si qua indulget turpissimæ libidini, ea auara & rapax est. ideo alibi dicitur meretricem non turpiter accipere, cum sit meretrix. l. 4. ff. de condic. ob turp. caus. vnde exclamat Sratius vetus poëta in Synephebis, & implorat adolescentum fidem pro re noua:

Ab amico (inquit) amante argentum accipere meretrix non vult.

vt refert Cicero lib. i. de natura deorum. vnde liquet luxuriosæ mulieri, id est, impensius ornata & comelsanti bonis interdici, & curatorem dari. idem si ædificando pernium studeat. l. ex damni. ff. de damno infec. vbi patet in extructura & picturis luxuria. Quintilianus lib. viii. cap. iiii. Sume venenum, decet luxuriosum bibendo mori. & mox: illa quoque quidam *χαλκῆσις*, esse voluit, cum pro temeritate virtus, aut pro luxuria liberalitas dicitur. In priore exemplo luxuria est ebrietas, in posteriore prodigalitas. vt l. si verò non. §. si adolescens. ff. mand. l. & mulieri. ff. de cura. furiosi. Seneca in declamationibus: Quidam habebat

bebat filium frugi & luxuriosum. id est, parcum & prodigum. l. sciendum. ff. de æd. edi. Fana autem à faunis & fatuis deducuntur, vt ait Martianus Capella, qui solebant diuinare. EPH. † Maleficum mihi genus hominū narraſti, qui implicitos serpentes ferrent. an hi sunt de quibus Paulus in l. fi. ff. de extr. crim. In circulatores. inquit, qui serpentes circumferunt & proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur. sunt circulatores, præstigiatores qui carmine serpentes sopiunt, & deinde ferunt sibi innoxios, vt alios homines terreant. Apuleius lib. i. de Asino aureo refert, vidisse circulatorem, qui equestrem spatham deuorabat, & serpentem generosum baculo inherentem ferebat. itaque si metu mulier abortum fecerit, vel aliquod tale damnum acciderit, circulator tenetur. etsi metus vanus sit, vt l. pe. §. sunt quædam. ff. de extr. crim. quia vitiosum initium est: nempe maleficium & cantus magicus: alioquin vani timoris nulla est æstimatio. l. metum autem. ff. de eo quod mer. caus. l. vani. ff. de reg. iur. & mericulosis timiditas excedens est pro vitio, vt dicebat Vlp. in l. j. §. ff. de æd. edict. † In eodem titulo plenus est dubitationis locus Vlpiani, in l. qui clauum. §. fin. ff. de æd. edict. vbi is cui os oleat, an sanus sit quæsitum est. Trebatius ait non esse morbosum os alicui olere, velut hircosum, strabonem: hoc enim ex illuue oris accidere solere controuertitur, eo quod inter oris odorem, exemplum hircosi & strabonis infuerit, cum strabo oculis vitiosis magis sit. Ego puto hircosum etiam ibi vitium oculorum esse, non minus quàm strabonis, sed vtrunque tale, vt propterea non fiat redhibitio. Hircosi sunt qui oculos transuersos habent. hoc est, visu in nasum propenso. vnde est illud Virgil. Ecloga 111.

Novimus & qui te, transuersa tuentibus hircis.

Alij, inquit, Seruius legunt, hircus. hi sunt oculorum anguli, vt ait Suet. in vitijs corporalibus. sed ego applaudo vulgari literæ. nam & tragicè aspicere vitium est *τραγωδιῶν βλέπειν*. meminit ille vir optimi iudicii D. Erasmus Chiliade 11. refertque ad fastum Tragediæ: ego non male ad hircinum aspectum etiam, quia *τράγος*, hircus est. vult itaque Vlpian. eum cui os graue oleat, non esse morbosum, velut hircosum & strabonem, qui ob vitium oculorum non detrahens vsui, sani nihilominus sunt. nec est dissimile illud eiusdem Vlpian. in l. ob quæ. §. item aleatores non continentur edicto, quemadmodum nec gulosi, impostores. ira olidi non continentur, sicut nec hircosi, strabones: nam dissimilia vitia iungi non est nouum, vt balbus, atypus, varus, varius. l. item. §. fi. cod. tit.

OBSERVATA IN LXXXIX. DIALOGVM.]

- | | |
|---|---|
| 1 Formare seu informare contractum, idem significant. | 6 Pactum incontinenti ponitur, contractum non profecto. |
| 2 Informare est extendere. | 7 Pactum nudum ex intervallo quando vestitur, sed ante contractum. & quo stipulatio veste aliena egeat. |
| 3 Quæ pacta informant. | |
| 4 Legem dare contractui, quid est. | |
| 5 Quid sit ingressus contractus. | |

INTERLOCUTORES.

CALLIDEMYS, MAVRTIANVS, VLPIANVS.



SUNT ista lenocinia magis quàm ornamenta veri intellectus, sed per me (quo te amore prosequor) illi stare fas sit. referam autem quid mihi postea contigerit obtueri. vidi Satyros, vidi Egipanes, quales apud Atlantes vltimi occasus gentes sine tectis ac sedibus vagantur lasciuientes. magis atque magis obstupui noua rerum forma & facie. Tum Mauritianus obiurgans me, præstaret, inquit, Callideme, varias conuentionum formas, quibus abundat Ius ciuile attentum contemplari. præstat sanè, sed, inquam, dicito, quid sit formare contractum vel actionem pacto, quid etiam informare. MAVR. † Vtrunque idem significat. Cicero in oratore ad Brutum scribit se informare perfectum oratorem. at Quintilianus, libro 2. cap. 16. nos, inquit. ingressi formare perfectum oratorem, quem bonum virum esse volumus. Varro lib. v. de lingua Latina: Fictor cum figuram imponit, dicit, fingo: cum dicit informo formam. Virgilius lib. 8. Eneid.

Ingentem clypeum informant.

Imperator. l. 4. C. de operib. public. nullus iudicum nouum opus informet, inquit, ita pacta

incontinenti posita iuxta contractum informant contractum & actionem eius. l. iurisgentiu. §. quinimo. ff. de pact. hoc est, formam dant. id est, fines certos praestituunt, ad quos actio porrigitur. ut si vendidi domum centum, & conuenit uti Romam pretium perferres, hac conuentione, forma quaedam contractui emptionis datur, & pro illa ex vendito agam. nam forma non sic accipitur pro artificio, quod adhibetur materiae, vel pro solennitate, ut alijs in locis: sed pro certis cuiusque negotij publici priuative finibus unde lex seu statutum iubens certo modo quippiam custodiri, forma dicitur. l. 4. ff. de censib. l. mela. ff. de alim. legat. l. quidam de administr. tut. & quemadmodum lex publica formam dat, & forma rigide seruanda vocatur, sic lex priuata fit pacto. l. 1. §. si conueniat. ff. de positi. & ita forma datur pacto incontinenti contractibus, quorum singuli habent certam naturam & formam seu finem. l. si vnus. §. pactus. in fi. ff. de pact. l. septimia in fi. ff. de pollicit. sed ex accidenti pacto incontinenti inserto producit vis contractus: ita ut fines ipsius extendantur per pactum, & consequenter eius actio. l. diuortio. solut. matrim. l. Pomponius. ff. de negot. gest. ubi probatur actionem formati ex accidenti & imper, cum noui aliquid superuenit inchoatis negotijs. Quinetiam si formam vulgo accipiamus pro artificio materiae adhibito, certum est eam non ante consummationem operis censer. l. si is quadring. §. quaedam. ff. ad leg. Falcid. sic contractus non censetur absolutus sine pacto adiecto, quod illius portio est: & forsitan sine pacto non initus esset contractus. l. si sterilis. §. si tibi. ff. de act. empt. l. si venditor in fi. ff. de seruis 2 export. Propterea assentior iis qui dicunt, ↑ informare esse extendere, non ex vi verbi informo, sed ex effectu. ut amare est desipere. nam effectus amoris ostenditur. & pecora agro imponere, est stercoreare. l. impensa. ff. de impens. in reb. dot. & in culpa est. id est, castigabitur. l. si. ff. de custod. reor. l. si prius. de operis noui nunciat. in fi. sic informare est dare formam, sed quoties forma datur contractui per pactum, actio ex contractu extenditur ad deducta in pacto. d. §. quinimo. itemque formam dare, siue legem, vel etiam addere pro eodem accipi probatur manifestò in l. in conuentionalibus. ff. de verb. oblig. ↑ Pacta verò eadem demum solent informare, quae initio contractus fiunt, contractu nondum absoluto, & quae dicuntur incontinenti fieri. d. l. iurisgentium. §. quinimo, & §. ut pura. ff. de pact. exemplū sit in l. si sterilis: §. si tibi. ff. de act. empt. vendidi tibi fundum, conuenit, ut eum mihi certa mercede annua locares: si non vis locare, agam ex vendito, ut loces. quia pactum locandi adiectum est, & sic extensa est actio venditi propter pactum incontinenti positum. & hac conuentio legem dedit contractui, quasi non aliter fuisset venditurus, nisi sub hac lege, ut tu mihi locares. nam scitè Vlpianus, ea, inquit, pacta insunt, quae legem contractui dant. id est, quae in ingressu contractus facta sunt. ↑ Proinde legem dare, est formam dare, quatenus eat vis contractus. l. legem. C. de pact. ubi malè Accurs. exponit legem pro conuentione. cum in l. j. §. si conueniat. ff. de positi. scriptum sit, contractus ex conuentione legem accipere. ubi nemo rectè diceret, conuentionem ex conuentione accipere. sed pactum adhærens contractui est lex priuata. l. venditor. ff. comm. præd. quia sicut leges publicas nemo impunè egreditur, ita nec ea pacta incontinenti facta. d. l. si sterilis. §. si tibi. ff. de act. empt. denique si in d. §. ut pura. datur lex per pactum contractui, ergo à pacto dante lex differt, ut affectus à causa quamuis alibi lex ipsum pactum videatur vocari. l. si in lege. ff. locat. nisi ibi quoque lex pro effectu capitur. Itaque, o Vlpiane, cum in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. dixisses ex nudi conuentione non dari actionem, illico subdis: quinimo interdum informari ipsam actionem. non quasi te simpliciter corrigas, sed quasi corrigendo explices per particulam, quinimo, ut fecisti in l. i. ff. de preuaricat. nam subiungis informari pacto actionem ex contractu, non generari. cum aliud sit addere cæptis aliud instituere. l. si. C. de iudeis. v. l. p. 3 ↑ Dixi pacta informantia non aliàs legem dare contractui, nisi in ingressu contractus fiant. d. l. iurisgent. §. ut pura. ff. de pact. Alciatus lib. Parergon II. cap. xxxiiii. notat ingressum mihi fuisse, id quod Rhetoribus ἐκβασις dicitur, hoc est, ingressio, ad propositam materiã pertinentens. quid sibi rhetores voluerint, mihi non est curæ: atq; adeò Alciatum labi deprehendo, tamen si vnus est, qui de se dicere possit illud Lucretianum:

*Avia Pieridum peragro loca, nullius ante
Trita solo.*

Primus enim eloquentiam ipsi Iurisprudentiæ restituit tot seculis intermissam: sed vereor ne nimio iuandi studio defecerit. Id utique falsum est, quòd ait pacta ad materiam propositam pertinere debere, cum & præter naturam contractus facta valeant. d. §. ut putat. & l. venditor. ff. comm. præd. Quorsum hæc? cum manifestum sit, ingressum non aliud esse quàm initium: l. 1. §. proinde. ff. de varijs & extrao. cog. l. in singulos. ff. de annuis leg. quia pacta quae incontinenti fiunt post contractum, initio facta dicuntur. l. contractus. ff. de reg. iur. l. sed

sed Celsus. §. si. ff. de cont. emptio. & ita euenit, ne obsit, quòd ille torquet, quia, inquit, si ingressum pro principio acciperemus, falsò id diceret Iurisconsultus, cum constet inesse contractui etiam pacta, quae post fiunt, dummodo incontinenti. Non vidit Alciatus, passim leges id initio factum vocare, quòd statim post fit, nondum finito negotio in totum. ut initio commodati conueniri potest, ut dolus solus praestet vel culpa. l. ut certo. §. nunc videndum. ff. commod. & initio venditionis, hoc est, cum venditio fit. l. nunquam. ff. de vsucap. sic initio ciuitatum fuit ius civile. §. singulorum. de rer. diuis. Inst. hoc est, paulo post ciuitates conditas. & in primordio litis iuratur in l. ij. C. de iureiur. calumni. id est, post litem contestatam. ↑ Itaque illud rectè dicitur, pactum incontinenti positum esse, quotiescunque contractus nondum habetur pro perfecto: quamuis tractatus longe processerit, continua tamen voluntate. l. quòd ait. §. si. ff. de adulter. adeo ut quòd ex interuallo magno fit pro continenti habeatur, si nondum pro perfecto habitum sit, quòd agitur. l. quoties. ff. de solut. matrim. nam & cum te rogo an velis decem dare: tu respondes te deliberare: ac ita cunctaris, donec dare tu decreueris, continuo actum respondisti. l. 1. §. 1. de verbor. oblig. l. hæredes. §. si. de restam. ff. l. cum antiquitas. C. eod. cum pactum sit pars contractus. l. si sterilis. §. si tibi. ff. de act. empr. idque ex supradictis abunde docuimus. & malè profectò Ias. in §. quinimo. hanc refellit sententiam duplici ratione, vtraque leuissima. Primum, inquit, si pactum informat contractum, ergo contractus perfectus antea: alioquin diceremus pactum esse in contractu, non iuxta contractum. Respondeo, pactum est iuxta contractum & in contractu simul, nec ista sunt contraria: fateor utique iuxta contractum esse pronuntiatione paciscentium, ut ostendit particula, incontinenti, quae significat contiguum actum, non intrinsecum. l. notionem. §. continentes. ff. de verb. signific. verum cum voluntas contrahentium potior sit conceptione verborum. l. fin. C. quae res pig. oblig. l. labeo. in fi. ff. de supell. legat. ubi etiam prior est voluntas oratione. videre licet contrahentes eo fuisse animo, ut simul pactum cum contractu valeat, quasi non aliàs sim ego venditurus, nisi tali lege apposita. d. l. si sterilis. §. si tibi. ff. de act. empti. Nam quamuis contractus integer fuisset sine pacto, si conuenienti placuisset, tamen posteaquam sic placuit, mancus sine conuentione praesumitur. ut ecce, emptio sine scriptura valet. l. j. in fi. ff. de cont. empr. sed si initio placuit, ut scripta fieret, non creditur perfecta citra solennem scripturam. l. contractus. C. de fid. instr. Secundo obiicit Iason, nescio quam particulam, perinde, in l. lecta. ff. si cert. per. ubi pacta non insunt contractibus, sed perinde sunt, atque si essent intra contractus, non igitur verè insunt. Sed non obest, cum iam dixerim verborum superficie non inesse, sed mente & effectu. l. quia perinde. ff. ad Treb. l. nam sicut. ff. ad leg. aquil. iuuat l. 1. §. ex incendio. ff. de incendio ruina. CALIDEMVS TU, o Vlpiane, letheo de flumine nuper es potus, ut obliuisceris te ex dicto promissove longo interuallo post venditionem interueniente dedisse actionem quantum minoris ob mancipium. l. sciendum. §. si. ff. de ædil. edict. ubi Accursius propterea fertur attonitus: & nescio quid de stipulatione mutans comminiscitur. an tu dicturus es, ibi dictum aut promissum praecessisse venditionem, & illexisse emptorè, ac ita dedisse causam contractui. merito seruandum id quòd suauis emptori, ut compararet, licet nuda pollicitatione. l. ea quae. ff. de contrah. empr. modo scilicet pollicitatio aut praecesserit, aut comitetur illico contractum. ita enim sequi debet ut pedem pede premat quòd aliquando in stipulatione accidit, ut ipsa fomento finitimi praecedentis contractus egeat, & procul. l. sita non profit stipulanti. d. l. quoties. ff. solut. matr. l. quòd si Lycus. ff. de religiosis. non enim longe post pigra stipulatio proficiet & l. pe. de pact. ff.

OBSERVATA IN DIALOGVM. XC.

- | | |
|--|--|
| 1 Declaratur l. fundi. ff. de contr. empr. | 4 An tot sint stipulationes, quot corpora. |
| 2 Plura pacta ab uno contractu vestiuntur. | 3 Intellectus l. petens. C. de pact. |
| 3 Contractus stricti iuris vestit pactum. | |

INTERLOCVTORES.

IULIANVS, APHRICANVS, CAIVS.

COMMENDO maxime in conuentione incontinenti facta, quòd Homerus in Vlyse solitus est commendare: quem vocat πολύτροπον, quòd versatilis esset, & quamcunq; personam gereret, prout locus tempus ve postulabant. quia & pacta quae insunt, eam actionem capiunt, eamque personam gerunt, quam contractus, cui hærent, & adeò, ut quamuis conuentione per se robusta sit, & de grege nobilium,

ramen actionem propriam dimittat, & aduentitiam contractus actionem assumat. vtq; Polypus & Chamæleon, alieno colore vtatur, propriū dissimulet. † Species est in l. fundi partē. ff. de cont. empr. vbi fundi partem dimidiam ea conuentione incontinenti facta venderat Seiūs Titio, vt Titius reliquam partem non venditam quotannis certo pretio conduceret, vēditor agit cōtra Titium, vt iuxta conuentionem conducatur, & mercedē, de qua conuenerat: præstet: quænam sit actio queritur. Labeo & Trebatius negabant ex vendito agi posse gemina ratione, tum quia pactum id videbatur esse in fauorem Titij emptoris, & eum poterat remittere. l. si iudex. ff. de minor. tum, & præcipua ratione, quia ipsa conuentione locādi æque potens est, vt emptio, nomen scilicet elegans habēs. l. iuris gen. ff. de pact. & solo cōsensu celebratur. l. j. ff. locati. non ergo peregrino egebat auxilio. Iabolenus rectius sentiens contrā putat, eo quod locatio iuxta emptionem posita, est velut pars emptionis & venditionis, quia pars est pretij. vt in l. si sterilis. §. si tibi. ff. de act. empr. nā cum partē fundi Seiūs venundedit, adiecit pactum, vt Titius emptor reliquam cōduceret, aliās pluri vendidisset, nisi interuenisset illa conuentione, præterea animaduertendum est, nihil esse otiosū in illis Iaboleni verbis. d. l. fundi si modo ideo fundum vilius vēdidisti, vt hæc tibi cōductio præstaretur. Idem dicendū si post locationis & conductionis contractum conuenisset, vt pro mercede pecuniaria locator tritici modio aliquot certo pretio cōpararet. l. sed addes. §. si dominus. locat. quocirca nō inspicitur in rebus, geminis ac negotijs id quod est pretiosius, sed potētius vt alterū accessionis iure trahat, Idē omnino obtinet in duabus stricti iuris cōuentionibus, vt altera alterū æque fortē ad se pelliciat: quod late patet in multis iuris tractatibus: vt in auro & gemmis legatis: in villa fundisq; l. & si non §. si. cū l. seq. ff. de auro & arg. leg. l. fundi l. quid tamē. ff. quib. mod. v. usufr. amitt. de stipulatione & mutuo strictissimus est. l. cū enim. ff. de nouat. † Præterea non solū vnū pactū informat cōtractum, & accipit actionem, cū incontinenti sit, sed etiā plura incontinenti posita actione cōtractus iuuantur. §. si fundus. l. sed Celsus. ff. de cōtrahen. empr. quia primo contractui reliqua pacta copulata per seriem accedunt. l. cū de lanionis. §. item cacabos. ff. de fund. instru. & sicut magnes lapis trahit ferreū annulum, eiq; vim illicem communicat: ita primo pacto cohæretī semel vestito, sequētibus succurritur. † Denique pactum iuxta contractum informat, quauis contractus sit stricti iuris. l. lecta. ff. si cert. pet. l. petens. C. de pact. atqui Barr. in d. l. lecta. & deinde Alciat. in l. in bonæ fidei. C. de pact. commentitiam inducunt differentiam, inter cōtractus bonæ fidei, & contractus stricti iuris, quod videant mentionem fieri bonæ fidei sed prorsus vt in l. 3. transac. in bonæ fidei, vt aiunt, per pactum contractus & actio informantur. l. iuris gen. §. quinimo. & §. vt puta. ff. de pact. sed in his contractus tantum per pactum incontinenti informantur, nō actio: quoniā actio noua producit, nō vetus extenditur. nugantur certē, nam si nouo dabilis est, fortius & vetus extenditur. arg. l. fin. C. de Iudæis, in versic. illud. & l. patre. ff. de ijs qui sunt sui vel. quin potius ex pacto iuxta strictā donationē posito, vt id feruetur, si stipulatio interuenierit, ex stipulatu ageretur sin minus conditione ex lege Iustiniani. l. si quis. §. si. C. de donat. per rationem positam in versic. cū enim. ne quis temere proflariat aduersus promissā, quæ militat potius contra improbum donatarium, quam è diuerso contra Munificum. & vt liqueat glomerari actiones donatori, reuocabit si velit donatum: & si collibuit, in rem actione vendicabit. l. si. C. de reuoc. donat. l. 1. & l. quoties. C. de donati. quæ sub. mod. & quo res in stipulatione magis perspicua sit, singe speciē: stipularis à me domū, spondeo tibi domum cum pacto, vt pro me Romam eas: dedi tibi domum promissam, dico mihi competere actionem ex stipulatione, vt Romam eas: nam si dicas cum Barr. Alcia. & reliquis qui circa minutæ rei intellectū operose versantur, & milij granum torno poliūt, vix bona fide illi, mihi competere actionem præscr. verb. quæ noua est, absurdum dices: præsertim cū citra stipulationem, si vtrinque pactum nudum esset, agerem præscriptis verbis post implementum ex parte mea. porro autem cū stipulatio interuenit, ex stipulatu agendum est l. cum precibus. C. de rer. permut. † Videamus an verum sit pactum illud incontinenti post stipulationem subditum, nouam stipulationem facere, si ex eo agatur ex stipulatu, quia tot sunt stipulationes, quot corpora. l. scire debemus. ff. de verb. oblig. & obtinet, ne sit nisi vna stipulatio, vt l. hoc iure. §. si. ff. de donati. quia cū pactum accedat stipulationi, principalē tantū stipulationē cōsideramus. Nō tamē hoc adeo planū & procliuē sit, quin sentibus & dumetis quodāmodo præpediatur ex l. si tibi. ff. de reb. cred. vbi dedi tibi pecuniā, vt mihi eā rursus crederes, nec est sola donatio quæ ad se rapiat mutuū, sed æque vterq; cōtractus viget. sed nō negat ibi lex quin ex sola donatione agatur maxime cū mutuū fiat re nō credēdi promissione. l. si pœnā. de verbor. oblig. & cū ingratus sit ille perfidus. l. si. C. de reuoc. donati. Præterea veritate inspecta, pactū aliud est ab stipulatione, licet quo ad fomentum

mentū & auxiliū, pars dicatur stipulationis. vt, verbi gratia, pupillaris substitutio est pars testamenti paterni, & sine illo constare nequit. l. moribus. ff. de vulg. arramen exploratū est duas esse hæreditates tanquam testamentis ipsdem relictas, vna principalis est. altera accessoria filij. l. patris. ff. de vulg. l. pe. ff. quemadm. testam. aper. Ita pactum iunctū stipulationi, pactū est, licet adiutū stipulatione. l. si ita. §. si. cum l. seq. ff. de nouati. & ei cui adheret, coagmētatur. sed si diuersam re à stipulatione cōtineat, vim habet separatę stipulationis. A P H R. † Quæcūque dixisti, bona ex parte tendūt ad declarationē. l. petens. C. de pact. Petens, inquit Imperator, ex stipulatione quæ placiti seruandi causa secuta est, seu antecessit pactum, seu post statim interpositum sit, rectē secundum se ferri sententiā postulat. hæc sit eius l. species, ne bonas horas in malis intellectibus refellendis teramus: stipulatus sum à te fundū pro domo promissisti vt l. hoc iure. §. si. ff. de donat. Quæstionis est, vtrū ex stipulatu possis agere contra me ad cōsequendam domum, & responderi posse, licet domus tibi per stipulationē non sit promissa, quia nō me interrogasti, sed solo pacto tibi cauisti: nec refert, an antecessit pactū, hoc est, an initio vnā factum sit cū stipulatione vt casu præmissio, an pactum statim interpositum sit post stipulationem: puta quia interrogasti te, an mihi fundū promitteres, promissisti: continuo dixi: & ego tibi promitto domū illam. certē pro domo ages cōtra me ex stipulatu, perinde ac si me interrogasses. Obijcies, quomodo ergo dictū est in l. petens. siue stipulatio subsecuta fuerit, cū in hac specie præcedat, & deinceps pactum subiungatur? Respondeo, Iurisconsultis idem est, secuta stipulatio, quod interposita. l. si pro fundo. C. de transac. ibi, ex stipulatione si secuta est, vel non intercessit. Vides sequi & intercedere pro eodē poni. l. cū hic status. §. si diuortium. versic. si mulier. ff. de don. int. vit. & vxo. §. j. in fi. de empr. & vend. Inst. vbi datio arrharum quæ præcessit, dicitur subsecuta. & l. ex placito. C. de rer. permut. C A I V S. Quid si existimen bona tua veniā, Africane, in l. petens. Imperatorem voluisse nihil interesse, vtrum sit pactū incontinenti, vel multo ante factū, quoties vere secuta est stipulatio: nimirum præcedens pactum confirmatura, at si pactum sequatur stipulationem, non aliās ab ipsa iuuabitur, quam si incontinenti adijciatur. sic ego in l. si vero. ff. de adilit edict. sic tu in l. cum essent. §. si. ff. de seruit. rustic. prædior. subsecutam dixisti stipulationem non pactum de quo ibidem loqueris. Nemo existimet ex eo pacto, quod sit in fauorem alterius quàm stipulationis non dari actionem ex stipulatu, per illam futilem rationē, Quod stipulatio in vnus fauorem vestire non debet, in alterius gratiam pactum, contra stipulationem. l. quod fauore. ff. de reg. iur. quia hoc est merum delirium. nā pacta qualiacūque sint, vestiuntur, l. cū res. C. de donation. etsi ipsum contractum dissipent & distrahant. l. ex empto. §. is qui vina. ff. de act. empr. l. ij. C. de pact. tantum abest, vt eundem fauorē cū cōtractu aspicere necesse habeant, vt l. si vt certo. commodati. vbi commodatum erat in fauorem accipientis, quis dubitet, pactum autem in fauorem dantis commodatō: puta vt certo loco vel tempore reddatur, & actio eadem accōmodati competit, cū sit negotium bonæ fidei. l. in bonæ. ff. de eo quod certo loco. licet officium iudicis actori quoque opituleretur & de pacto iuxta stipulationem, & simul iuxta mandatum posito, & in fauorem promittentis roborato, expresse tractatur in l. si ita quis. §. seia cauit. ff. de verb. oblig. I V L I A N V S. multis stadijs aberat pactum à mandato, & soli cohæsit stipulationi. nam seia cauit se longe ante hortos emisse ex mandato Lucij. ceterum si illico post mandatum assura fuisset stipulatio licet fortissima perfese, tamen accedens alij negotio pars eiusdem accessoria diceretur, vt robusta locatio iuxta venditionem. d. l. fundi. de qua tam anxie disserui. & sic impossibile est resilire contractum innominatum cum pactum sit pro eadem persona.

OBSERVATA IN XCI. DIALOGVM.

- | | |
|--|---|
| 1 Quæ actiones dantur ex pacto incontinenti posito. | 3 Tunc ex pacto incontinenti datur præscr. verbis, si non resultet cōtractus innominatus. |
| 2 Si resultat contractus innominatus non datur præscr. verbis. | 4 Intellectus l. Labeo. ff. de contr. empr. |
| | 5 Explicatio l. permisisti. ff. de præscr. verb. |

INTERLOCVTORES.

MENANDER, POMPONIUS.



NGRATÆne dicam impiæ conuentiones sunt, quas commemoras, quæ postquam à contractu vestitæ (vt aiunt) & adiutæ fuerint, ipsum denudant, & destruunt. l. sed Celsus. §. si fundus. ff. de contr. empt. d. §. is qui vina. l. ex empto. ff. de act. empt. ecquis Actæo deteriora nunquam à suis passus est: POMP. Nullus, hercule, memineris tamen eiusmodi pactis non fieri quominus venditio perfecta sit: sed sub conditione resoluitur. l. i. ff. de lege communi. deinde tali pacto plurimū debet cōtractus præcedens: quia sine illo nunquā initus foret. non enim aliās viderem fundum meū, nisi ea pactione, vt quotiescunque pretium tibi refunderē. mihi restitueretur. l. 2. de pact. inter empt. C. l. si veditor. si. de seruis export. ff. quodq. mirabili⁹ est, pacta cōtract. ipsū, à quo fouetur quādoq. dirēp. fūdus, duas actiones sibi assumūt. l. ij. C. de pact. int. empt. Doctores cōmuniter distingūt, quōd si quidē ex cōtract. & pacto resulet cōtract. innominatus, duæ suppeditetur actiones, nēpe illa verus ex cōtractu, & noua præsc. verbis, qualis oritur ex reciprocis innominatis pactionibus. vt vēdo tibi domū, cōuenit vt eam mihi loces. ecce, facio, vt facias. ergo ex empto agā vel præscriptis verbis. Si verò nō resulet cōtractus innominatus, tūc sola actio ex cōtractu pro pacto cōpetet. Alcuius libro Paradoxorū v. cap. i. negat nūquam præsc. verbis actionē dari. vbi subit actio ex cōtractu. per l. quoties. de præsc. verb. vbi nō aliās datur actio præsc. verb. quā si alia deficiat. cui respōderi potest, d. l. quoties. obtinere, vbi cūq. vnicum solummodo est negotiū, non autem cū duo sunt, vt cōtractus & pactum. nā cū vulgō iactari soleat, vnicum duntaxat videri ex cōtractu & pacto, quia sit pactum pars cōtractus, l. fundi. ff. de contr. empti. tamen certum est pactum discretum esse, vt codicilli à testamēto discernūtur, cuius pars appellantur. l. penul. ff. quemad. test. aperia. igitur ex duplici fonte oriuntur diuersæ actiones vt l. si duo. §. si quis. ff. de iureiurand. Proinde non est nouū plus concedi pacto accessorio, quā cōtractui principali, qui contentus est vna actione. quoniā sæpe quæ accedunt, potiora sunt. l. si in emptione. ff. de contr. empt. & puer a sidens humeris gigantis longius videt. quā ipse gigas addito. l. non est nouū. ff. de acq. rer. dom. nec obest. quod aiunt fictionem non plus posse quā veritatem, sed si vnus esset cōtractus, vnica act. cōtētus esset. nā fictio ideo inducta est ex æquitate, vt suppleret quod re vera præstari nequit. l. itē mela. §. sed si plures. ff. ad leg. aquil. & cū viuus apud hostes, per legē Corneliam fingitur cōfessum & captus & mortuus. l. in omniū. ff. de captiuis quod si illis placet tātoperē veritatē seruari, igitur desinat mirari, ex pacto iuxta cōtractū duas nasci actiones, dū veritate duæ cōuentiones sūt. quarū altera ab alt. informatur. tamen illa quæ est natia cōtract. si est bonæ fidei, videatur nobilior propt. fruct. & access. l. videamus. §. si act. ff. de vsur. si quādo petātur. alioquin licebit vtravis experiri. Neq. itē frustra præsc. verb. actio inducta est, quāuis altera nō desit, per rationē l. j. §. dixerit. ff. de publicā. Quid ergo, pro cōmuni opinione sū aduersus Alcuiū, nequaquā imō vtrunq. hallucinari ostendā. præfatus tamē actionē præsc. verb. quæ oritur ex pacto vēditioni cōglutinato, posse satis videri bonæ fidei: licet in. §. actio. de action. dicatur duobus tantū casibus bonā fidē sapere hoc genus action. nā cum detur pro pacto, quod assuitur vēditioni, cumq. eius portio sit l. fundi de cōtrah. empt. iam instar vēditionis actionis, bonæ fidei ascribetur. l. si cōuenit. ff. de resc. vedit. MEN. Poteris ne refutare, quæ tā doctē cōprobāsti: POMP. Possum. quocirca cōuersis velis aliō cursum facio, sed ne in vanū multa aniliter disceptando effutiam, modesta simplicitate res in duas deducetur regulas, atq. per breues. Prior est, si habita pacti ad cōtractū contēplatione, resultat cōtractus innominatus, nunquā præsc. verbis actio dabitur. neque aliter vsquam in iure probatur leguncula. Nā si actio præsc. verbis, velut ex collimatione cōtract. innominati, nasceretur, conditio ob causam volēti cōpeteret l. iij. §. j. ff. de præsc. verb. atqui quāuis pactū incōtinenti ponatur à cōtractu, nunquam conditio cōpetit. l. ea cōditione. C. de rescind. vendit. ergo neq. præscriptis verb. Quāquā vno casu dissoluitur cōtractus vēditionis propter pactū non obseruatū: quādo pactū causa fuit præcipua, propter quā cōtractus fieret. nō tamē cōditione ob causā. l. cū te. C. de pact. inter empt. ibi glo. nobilis. nā tunc accessio pacti in principale versa fuit propter consensum cōuenientium l. arborib. ff. de cōtrah. empt. idq. patet in l. cū te de pacto precipue cogitatū. nō de cōtractu: quoniā cōtractus vtrinq. perfectus fuerat re tradita, & dato pretio: dirimitur tamē propter nō seruātū pactū. secus in l. legē. C. de donat. vbi pactū vt access. erat, alioquin nō esset donatio simplex. l. i. ff. eod. l. si. C. de reuoc. donat. vbi simplex quoq. efficitur. Insuper quid tā indignū esse potest, quā insignē cōtract. nominatū, partē cōuentionis innominatæ facere: eō max. quōd vbi cūq. cōuētio vergere potest in cōtract. innominatū ex parte, tota innominata sit. l. si. de præsc. verb. neq. ampli⁹ actio nominata tribuitur.

buitur. vbi si scyphos tibi dedi. vt eisdem mihi reddas, commodatum est & eius actio: si verò conuenit, vt eisdē mihi reddas, vel tanti ponderis argentū, propter hoc vel tanti pōderis argentum totum negotium est innominatum, & actio præscriptis verbis sola dabitur. pariter igitur actio ex cōtractu deficeret pro actione præscriptis verbis, quod nemo admittit.

Secunda regula sit, si ex cōtractu & pacto incontinenti facto nequit resultare cōtractus innominatus, tunc vtraq. actio dabitur, & ex cōtractu & præscriptis verbis, vt l. ij. C. de pact. int. empt. l. si vir. ff. de præsc. l. si conuenit. ff. de resc. vendit. In quibus casibus pacta tendunt ad dirimendum cōtractum, vt d. l. ij. C. de pactis. inter empt. qua potissimū in contrarium male nituntur Doct. vbi venditus est fundus, sic, vt quotiescunque reddito pretio, fundus restitueretur. non enim ideo vānijs fundus, vt tandem restitueretur, sed obiter conuenit, vt recuperari possit. ibi enim nō est modus sub quo semper cōuentiones innominatæ sunt per particulā, vt, finem significantem. do vt des, do vt facias. id est, ad illum finem. vt liquet in l. aristo. ff. de donation. vbi tunc est negotium seu cōtractus reciprocis, cum do vt facias tua demum opera. obiter admoneo in d. l. 2. sic restitui pretium, vt venditio dissoluatur compacta prius, non vt noua fiat, idque ex mente contrahentium, etiam si pacti essent, vt fundus reuenderetur: perinde ac si dicerent, vt inemptus foret. l. lege. ff. de lege commissor. nisi paciscerentur, vt consummata venditione emptor potius venditori distractus cederet quā alij. l. si sterilis. §. si tibi. de action. empt. planē, si vsquam in cōtractu innominato legatur conditio, pro modo tunc conditione abutimur. l. quoniam. C. de rerum permutat. l. si repetendi. C. de condit. ob caus. planē nemo contrahit ad eum finem, vt post is cōtractus dissoluatur, et si conueniri possit, vt dissoluatur. d. l. ij. C. de pactis inter emptor. d. l. si conuenit. & similibus.

Præterea in cōtractibus innominatis ille demum agit præsc. verbis, qui impleuit, quod promisit. l. rebus. C. de rer. permut. at in d. l. ij. & d. l. si vir. de præsc. verbis. vbi est, proprie pactum, quod vulgo vocant de retro vendendo, non in d. l. 2. C. de pact. inter emptor. nemo dixerit ex implemēto agentis agi, sed ex conditione adueniente, imo illa contra quā agebatur, mulier fecerat aliquid simile implemēto. in d. l. si vir. quia nupta esse desierat. MEN. Species, tuæ regulæ conueniēs legitur in l. Labeo scribit. ff. de contr. empt. in qua datur præscriptis verbis propter pactum, quod cōtractui collmans non facit innominatū, quia non est mod⁹ sed mera cōditio. vt l. cū ab eo. ff. eo. nam d. l. Labeo. vēdidisti biblior. mihi sub cōditione, si impetrare locū à Cāpanis in quo eā ponerē. Duæ dātur tibi aduersū me actiones, vt bibliothecā accipere cogar: eo quōd cesso impetrare locū à Cāpanis, præscriptis cōcessa est. ratio est, quia quāuis certō sciamus cōtractū esse nominatū empt. aut locat. si tamē aliquod emergat dubium super eo, datur præsc. verbis. l. i. ff. de præsc. verb. ibi domino mercium. sed in l. Labeo. dubiū erat, quoniā cōditio impetrandi loci adiecta erat emptioni, eaq. dubia vtrum esset in fauorē emētis, vt nō aliās esset vendita bibliotheca, quā si locū impetraret, non autē vt ipse teneretur impetrare. vt l. cū ab eo. ff. de contr. empt. an magis esset, vt conditio pro vendente interpretationem acciperet, quod Vlpianus sequitur. ideoq. agi dicit nō solum præscriptis verbis, vt Labeo voluit, sed etiā ex empto: quia conditio impleta intelligatur, cū per emptorē steterit, quominus impetraret. & iure ciuili cōditiones habētur pro impletis, si per eos stat, qui implere tenentur. l. iure. ff. de regul. iur. & si quis obijciat, in dubio casu fauori venditoris non consulendum, sed potius emptori. l. veteribus. ff. de pact. respōdebo in d. l. labeo. procul dubio fauori magis venditori quia bibliothecā tradiderat. nam sine implemēto præcedente non haberet actionem præscriptis verbis: quia non sub esset causa l. iuris. ff. de pactis nihil mirū si veditio steret, & si moroso emptori imputeretur quod bibliothecā teneat, nec loco impetrabili eam reponat. at in d. l. cū ab eo tantū à traditione aberat, vt res vedita apud tertium obligata maneret, sed luenda sub modo vel sub conditione quā in ambiguis pro veditore nō interpretaretur. † Superest explicare tribus verbis. l. permisisti. ff. de præsc. verbis. vbi veditio est & pactū incōtinenti, ex quo nō emergit cōtractus innominatus, & sola actio venditi datur. quia vēdidi tibi cretā, pacto subiecto, vt locum exēptæ cretæ mox repleres, nō enim ideo cretā vēdidi. neq. ad eū solū finē, vt repleres, quia creta vulgari terra melior est, sed in trāscursu cōuenit, vt egesta creta terrā inferres. Respondeo, l. permisisti. dicere quidem actione vediti agi, sed non cōtinuō negat, quin etiam præscriptis verbis agi possit, vt & l. rogasti. in fi. ff. eo. tit. vbi ex locato datur pro pacto incontinenti apposito, ex quo non resilliebat cōtractus innominatus, & præscriptis verbis nihilo magis negabitur, vt ibi glo. notat, per l. si. ff. de estim. act. l. si vir. ff. de præsc. verb. l. ob eam cum gloss. ff. eod. neque enim vnus actionis expressio aliam excludat. §. recuperandæ.

de interdicit. Vel si quis faceri velit agi tantum ex vendito in d.l. permisisti rationem affert quia pactum replendi cretae exempli locum non spectabat ad destructionem contractus & videbatur id negotij redolere modum innominatae conuentionis vt superius attigi.

OBSERVATA IN XCII. DIALOGVM.

- 1 Intellectus l. seruus ea lege. ff. de seru. ex- port. 3 Casibus nonnullis ex pacto incontinenti facto non agitur.
2 Pœna irrogata homini an pacto debeat.

INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, PAPINIANVS.



MNES, vti video, consentiunt & vno ore fatentur, ex pacto incontinenti appposito post contractum actionem dari. videamus ne hoc credere non sit necesse. per l. seruus ea. ff. de seruis export. & l. si venditor. in fi. ff. eo. quæ duæ leges ita inuicem dissentiunt, vt doleam ego Papiniani esse. P A P. Ab hoc dedecoris me facillimè vindicauero, si me audieris, & falsam illam similitudinem in veram concordiam reducã. † Dixi in l. si venditor. in fi. ff. de seru. exp. si quid emptor contra quam lege venditionis cautum est, fecisset, aut nõ fecisset, nobis aliquãdo placebat non aliter ex vendito propter pœnam homini irrogatã agi posse, quã si pecuniarum ratione venditoris interesset, veluti quia pœnam promississet: ceterum bono viro nõ conuenire, credere venditoris interesse, quod animo sequentis satisfactum non fuisset. sed in contrarium me vocat Sabini sententia, qui vtiliter agi adeo arbitratus est, quoniã hoc ipso minoris homo videatur vniisse. Videor mihi contrarius in l. seruus ea lege. quæ ad Tribonianum nutum mox sequitur eo. tit. in qua euidenter dico, nunquam posse agi ex pacto quo pœna seruo vendito irrogatur, est enim durum & plus quam mus qui hber indocile, nec cicuratur à contiguo contractu & mansueto, nisi quatenus in pecunia venditoris interest: pura quo casu venditor pœnam pecuniariam cuius alij promississet. si seruus esset in Italia. atqui in l. si venditor. in fi. scripti agi posse, quãuis venditor nulli alij pœnam promississet: secutus sum Sabini sententiam, qui vidit semper venditoris interesse licet nulli pœnam promississet. quoniã ob causam huius pacti, quo conuenit, ne seruus esset in Italia, minoris vendidit hominẽ verisimiliter. si enim emptor hominẽ, quẽ emit, vbicunque habere non potest, minoris eũ æstimabit. verum vt his duarum legum componi possit & sedari, regulis sequentibus vtendum est. Vna est, † si seruus vendatur, & pactum inseratur venditioni, vt seruus exportetur, vel alia pœna efficiatur, emptorq; pœnam alio rursus pacto promiserit si fidem fregisset, ex tali pacto non obligatur. d. l. seruus ea lege. Limitatur, si is qui vendidit seruum, sub simili conuentione ab alio emisit, & pœnam priori venditori promississet, quo casu seruus non exportaretur, vel si ei pœna, hoc est, molestia, non infligeretur, idque per stipulationẽ, certè in hac specie posterior emptor serui teneretur ex pacto duro incontinenti facto. ratio est, quia venditor secundus, cum ei vendit tam durum pactum apponere intelligitur, non sequendi in seruum animo, sed vt se à pœna, quam suo venditori præcedenti promisit, liberet, quãque vult exoluere pudori suo parcens. l. quintus. ff. mandat. vel quia interrogat is spopoderat stipulanti. hoc vult d. l. seruus ea. ibi acturus vtiliter, si non seruata lege, in pœnam, quam alij promisit, inciderit. facit l. nummis. ff. de in lit. iur. Altera est regula, si pacto placuerit, vt seruus in Italia nõ esset, sed pœna pecuniaria promissa nõ esset, quo casu contra fecisset emptor, ex pacto illo agi poterit aduersus eum venditi iudicio, quatenus tantum venditoris interfuit: videtur autem eatenus interfuisse, quatenus minoris propter tale pactum seruus fuit venditus. l. si venditor. in fi. de seru. export. Neque in l. seruus ea lege eo. tit. diuersum scripsi, in qua nõ negaui id interesse vendentis agi potuisse propter pactum, vt seruus si extra Italiã. Porro ibidem de hoc pacto nõ queritur, sed de pœna ultra pactum promissa per aliud pactum equè nudum. Atqui in l. si venditor. is qui vendiderat. non pepigerat sibi dari pœnam pecuniariam, casu quo seruus non afficeretur pœna & molestia, sed tantum conuenerat, vt molestaretur, & exportaretur, merito agit venditor ad interesse & supplementum pretij, quasi propter tale pactum minoris vendiderit. quia pactum in partem pretij fuit. l. fundi. ff. de contr. empt. Ceterum quod dixi in l. si venditor in hæc verba: Sed in contrarium me vocat Sabini sententia: non est referendum ad l. seruus ea. vt in hac contrarium existimarim (quãuis

uis d. l. seruus. lib. vi. quæstionum lecta sit, & l. si venditor. lib. xxviii.) sed referendum est ad cogitationes nostras quales studiosis in dubiis plurimum occurrunt, idque Tribonianus intellexit quando illam. l. seruus ea. postposuit seriatim. l. si venditor. ne ipsi nos correxisse putaremur. Cur verò pactum serui exportandi terribile & odiosum sit, sumptum est ex vetustis imprecationibus. nam veteres si quem detestarentur, in vltimas gentes exportandum optabant. vt apud Euripidis Hecubam.

Ουχ ὄσον τοῦ χόρος
Μήσον ἐρήμιον ἀυθὸν ἐκβαλεῖς ποί.

Non hunc solitarias, quantum queat aliquo asportabis in insulas: Cicero in Epistola ad Marcellum lib. xv. Nos quidem longinqui & à te misi in vltimas gentes. † Sunt & alij casus (vt superiora reperam) in quibus ex pacto incontinenti, iuxta contractum, facto non agitur, vt in l. quod si locus. ff. de relig. & sumpt. funer. vbi conuenerat, ne emptor in fundo sibi vendito sepulcrum faceret. non obligatur, sed pactum turpe non est, quia id stipulatione caueri posset. d. l. quod si locus. de relig. & arg. l. seruus ea. de ser. exp. Arbitror itaque, quod licet emptor non teneatur ad obseruationem pacti, tamen obligatur in id quanti minoris emit, pacti occasione, vt l. si venditor, in fin. ff. de ser. export. Ita forsitan intelligitur l. si. de pact. int. empt. quæ habetur pro contraria. Præterea ex pacto incontinenti non agitur in l. aui. C. de iur. dot. vbi qui aliam habet actionem, quã quæ ex pacto producat, actionem pacto non querit. non quia pactum ad actionem non sufficiat, sed quia propter nouam actionem acquirendam, non videtur pristinam omittere, vt innuit d. l. aui. Sunt & alij casus ferè similes, vt l. ij. C. de euct. l. quanuis. C. de v. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. per. l. si tibi. C. locat. qui omnes suis rationibus fulciuntur. potissimum si pactum quid moribus bonis alienum contineat, vel mariti negligentiam circa res dotales prouocans. l. v. & vj. ff. de pact. dotalib.

Non omitto pactum odiosum legibus, quo homo accedit rei vilioris pretij distractæ, ex quo à venditionis contractu firmari respuit. l. iusti simc. ff. de ædilit. edict.

OBSERVATA IN XCIII. DIALOGVM.

- 1 De vi particula, præter an excipiat, an addat. 4 Intellectus l. Titia. §. Lucius. ff. de manumiss. testa.
2 Præter, in numeralibus cuius sit effectus.
3 Nisi, particula cuius sit potestatis.

INTERLOCVTORES.

PROCVLVVS, HERMOGENIANVS.



OBIS, ô socij, cedo ego sublimia, & vt Myrmecides aliquis Iurifconsultorum, id est, minutulorum operum fabricator, de articula, † præter, & nisi, dicere aggredior: quarum cognitio ad multorum negotiorum decisionem pertinet, neque instructuosa est. Primum illud sit de particula, præter, quod vbi inter genus & speciem ponitur, semper excipit, siue præcedat affirmatio, siue negatio. de priore exemplum sit in l. leg. Papia. ff. de rit. nupt. l. iij. versic. item teneretur. ff. ad leg. Iul. de vi pub. de posteriore l. si venditor. §. sed etsi. in fin. ff. de in diem add. & hoc est, quod vulgò aiunt, præter ponere, quia post negationem ponit, quod excipit. Secunda regula sic se habet: præter, inter species positum semper cumulat & addit, siue species sub eodem genere sint, siue sub diuerso. & pro, vltra, capitur, vt, lego vxori centum præter annum quod præstabam. l. Seio. §. vxori ff. de annuis leg. lego seruum præter equum. Quod diximus de genere & specie, nempe quod inter vtrunque, præter, excipit, idem de toto & parte censeo dicendum, lego domum præter conclauem. vel lego quæ ibi sunt præter materiam. arg. l. iij. ff. ad leg. Iul. de vi public. lego fundum præter vsum fructum. nam & si vsum fructus non sit propriè pars fundi, quia corporalis non est vt fundus, tamen fundi nomine comprehenditur. l. si alij. ff. de v. l. legat. non obest. l. pe. de coll. dotis. ff. vbi pater legauit quasdam res præter dotem. id est, & dotem. quoque. tamè nullum verbum patet latius quam res: ceterum ibi dictio, quasdam, ipsum restringit ita, vt quasdam res pater legauerit. id est, corpora quædam. nam & cum dicimus, in rem agi: speciem non genus demonstramus. l. 6. ff. de rei vendic. Ira demum inter genus & speciem, præter, excipere solet, si genus præcedat, secus si subsequatur, præcedente specie: vt lego Stichum præter seruos. lego conclauem

præter domum, ob eam scilicet causam, quod impossibile est genus excipi ab specie, totum à parte comprehendens à comprehenso. Quocirca cum demere non possit, addere conatur. nihil mediocre faciès: sed mulierum in morem, aut amat, aut odit, dat vltro: si dare non possit, tollit, arg. l. interdum. §. paterfa. ff. de hæ. inst. l. Iulianus. §. fin. eo. glo. l. cum quæstio. C. de legat. † Vidimus de toto, quod partes habet continuas, nunc de toto, quod habet discretas, videamus: quales sunt in numeralibus. Numerus utriusque, ut Euclides scribit, est monadum siue unitatum collectio, sed ut totum & pars capi solet. l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur. Itaque si præcedat numerus maior, & minor sequatur, præter excipit: lego centum oves præter decem, sicuti supra diximus de toto continuas partes habente, & genere. excipito, si qualitas alia iungatur positis in minore numero, quæ non sit positis in maiore. Lego centum seruos præter decem citharædos, si in centum seruis nulli citharædi sint, & centum, & decem debentur. arg. l. j. ff. si quis caution. vicena millia passuum in singulos dies dinumerari. Prætor iubet præter eum diem, quo cautum promittitur, id est, & eum diem. l. qui libertinus. ff. de oper. lib. l. quicumque. C. de seru. fugit. l. relegatorum. §. si quis eam. ff. de inter. & releg. ex quo textu dicam, licet audacter, solum nomen pro qualitate esse, ut præter excipiat. veluti si princeps dicat legato suo, Volo, ut præter tribus prouinciis præter Italiam, hoc est, & Italiam, lego decem seruos præter Pamphilum. hoc est, & Pamphilum lego: si modò plus quàm decem seruos testator habeat. Vbiunque minor numerus præcedit maiorem, præter, addit, ut lego decem præter centum, arg. d. l. interdum. §. paterfamil. ff. de hæ. inst. ideo quod demere non potest, ut supra ostendi. Proinde idem respondi, si par sit numerus utriusque, ut lego decem præter decem. l. si ita legatum. ff. de leg. ij. vbi plenius hæc explanantur.

H E R M. Noua & mirifica audio de particula, præter. ego de, nisi, viribus, tractaturus sum aliqua, quæ tu boni consules. **P R O C.** Quin potius id ut cito facias, oro, nam si Tyberius Cæsar sese oblectauit propositis quæstiunculis, quæ nihil ad frugem facerent, ut quæ fuisset mater Hecubæ, qui Sirenarum cantus: ego magis delectationem capiam tum comitate tua, tum rei fructu & amœnitate. **H E R M.** † Nisi, siue præcedente affirmatione, siue negatione excipit, significatque id quod si non. l. si eum. §. fin. & glo. ibi. ff. si quis cauti. ut lego centum, nisi extraneus fueris, non lego centum nisi fueris cognatus. Fidem excedunt ea, quæ dicunt, Doctores de hac particula, nisi, fabulantur enim solam aptitudinem siue potentiam ponere, non autem effectum. vnde est illud Scauolæ in l. Titia. §. Lucius. ff. de manumiss. testam. Onesiphore, nisi diligenter rationes excusseris, liber ne esto, si, inquiunt, diligenter rationes excusserit, liber non erit, sed poterit esse liber, si hæres velit. monstrificum hoc est & à iure penitus abhorrens. Quare perpetua sit regula: raturum pollet, nisi, post negationem, quantum, si, post affirmationem: & idem est dicere, lego tibi libertatem, si rationes excusseris: quod, non lego libertatem nisi rationes excusseris. l. cum ita. ff. de option. legat. l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de cond. & dem. † Neque in d. §. Lucius. diuersum probatur. Onesiphore, inquit, nisi rationes diligenter excusseris, liber ne esto. Quæro, an Onesiphorus ex his verbis libertatem sibi vindicare possit: respondi, iis verbis quæ proponerentur, libertatem adimi potius quàm dari. hoc est, non solum datur libertas si fiat quod iubetur, sed etiam adimitur, si non fiat. Vel Scauola volens ostendere vim ipsius particulae, nisi, dicit quod præcedente negatione, magis adimit, quàm dat, quia primò dat, si fiat: si non fiat, adimit. quale est illud in l. qui cù tutoribus. §. qui per fallaciam. ff. de pactis. ibi, non tã paciscitur quàm decipitur hoc est, & paciscitur, & decipitur. cur verò dicar Scauola potius adimi quàm dari libertatem, ratio est illa, quod nemo quidem adimit, quod non sit datum. l. iij. §. conditio. ff. de adim. legat. igitur si Onesiphoro libertas adempta est sub conditione, ergo & data, verum data censetur purè, adempta sub conditione. perinde ac si dictum esset, Onesiphore sis liber, sed nisi, vel, si non reddideris rationes, non sis liber. & ita potius inspicitur ademptio, quàm datio. quoniam ademptio conditionalis datio, quæ fuit pura reddit conditionallem. l. si legatum. ff. de adim. lega. l. quod purè. ff. quando dies leg. Idque potissimum cum interuenit particula, nisi, l. ij. ibi. si autem. ff. de in diem. add. maxime in l. ij. §. fin. ff. de statulib. quem locum non tacuit Iason in l. 4. de transact. C. sed singulari ratione effugere conatur trepidus. Consideremus, quæso, si redditis rationibus seruus non esset necessario liber, sed esse posset, quid consequeretur redditione rationum, cum etiam illis non redditis liberari possit, arg. l. ij. C. de vindic. nam potissimum si Onesiphorus esset

Seruus nec infidus domino, nec inutilis cuiquam.

ut dicebat Lucilius de suo Metrophane: certè is semper manumitti potuit, ideo conditio reddendarum rationum illi prodesse debet. l. si iam facta. ff. de condit. & demonstr. Amplius dico, quod si hæc verba, nisi rationes excusseris, liber ne esto, solam potentiam inferrent, ut verbo

verbo Doctorum utar, tamen pro libertate effectu disponent. quia verbum, potest, in fauorabilibus disponit. l. fideicommissa. §. hæc verba. ff. de lega. ij. l. statu liberos. §. si quis sic. ff. de statulib. Secunda regula sit: quotiescunque articulus, si, potentiam solam inter post affirmationem, ibidem, nisi, idem præstat post negationem, ut remittitur peccatum si ablatum restitatur. hoc est, remitti potest à deo, nec deus remittere cogitur, cum nec lex indistincte remittat pœnitenti. l. qui ea. ff. de furt. Ita in illo, non remittitur peccatum nisi ablatum restitatur. cap. peccatum. & seq. de reg. iur. lib. vi. ut illud in l. fin. ff. ad Turpilianum. Item rescripserunt, nisi euidenter probetur consentire aduersarium, abolitionem non dari. quia hic inferitur consentiente aduersario dari posse abolitionem à principe, non autem necesse esse principi dare, qui sine causa non dat. l. abolitio. ff. eod. idem est, si quis dixerit, si aduersarius consentiat, princeps dabit abolitionem. id est, dare poterit. ita in l. in adoptionem. ij. C. de adoption. iuuat. l. nuptiar. i. & 2. de ritu nuptiar.

OBSERVATA IN DIALOGVM. XCIIII.

- 1 *An cautio Mutiana in contractibus locum habeat.*
2 *Quare in contractibus non sit locus cautioni*

- Mutiana.*
3 *An saltem in contractibus boni. fid. locum habeat.*

INTERLOCVTORES.

CAIVS, PAVLVS.



V M verissima sint, quæ audio, miror Doctores velle obstrepere. **PAVL.** Ego etiam Hermogeniano consentio, atque si vult, cautionem Mutianam de non faciendo controuersiam præstare paratus sum: si modò in contractibus locum vindicare possit. **CAI.** † Receptor opinio negat conditiones de non faciendo per Cautionem Mutianam impleri. freta est autoritate. §. si quis ita. Inst. de verborum oblig. Sed ille §. ut Plauti verbum dicam,

Altera nam fert lapidem, panem ostentat altera.

Siquis ita, inquit, stipulatus fuerit, si in Capitolium non ascendero, dare spondes: perinde erit atque si stipulatus fuerit, cum moreretur sibi dari. Vides, quomodo hic §. vtramque paginam facit. si vis probare in contractibus non esse locum cautioni Mutianæ, dic hoc modo: si stipulari sub conditione de non faciendo idem est, ac stipulari cum promissor morietur, igitur mors expectanda est, ut l. vnic. C. ut actio. ab hæred. Si verò vis probare Mutiana cautione caueri posse à promissore, hoc modo dicas: certum est, quod in testamentis ibi Mutiana cautione cauetur, vbi sola morte eius cui relictum est, non factum impleri aliàs potest: ut si relictum sit Seio sub conditione, si in Capitolium non ascenderit, non nisi morte Seius conditionem impleturus esset. quia si hodie non faciat, cras vel perendie facere poterit. Idèque cautionis utilitatem Mutius iuuenit. l. Mutianæ. l. hæres. §. quantis. ff. de condit. & dem. nisi quis excipiat libertatis fauorem, si ea Sticho legitur, si in Capitolium non ascenderit, id est, si cum primum possit non ascendat, illico fit liber. l. libertas. ff. de manumiss. testam. & hoc in dubio. nam si appareat, in vltimum vitæ tempus voluisse testatorem differre libertatem, cautionis quæ Mutianæ commodum seruo subtrahere, atque ita impedire ne seruus liber viuus fiat, tunc perit libertas. l. si. ff. eod. sed hoc nemo nisi violenta coniectura præsumet. Plane alibi mutianæ cautionis viget autoritas: & in libertate quidem si testatoris animo sederit perspicue, prætere a in aliis legatis si conditio implebilis sit, eo viuo, cui relinquatur, cautioni non est locus. l. cum tale. §. j. ff. eod. l. hoc genus. eo. tit. Quamobrem cum eadem ratio versetur in contractibus, hoc est, quod similiter in tempus mortis eius, cui promissum est, res differtur. d. §. si quis ita. cur tam variè constituemus. l. illud. ff. ad leg. aquil. Sed dices, si cui post mortem suam promittitur, nonne differtur post tempus mortis omnino, si ne spe cautionis citioris? differtur utique. d. l. vnic. C. ut actio. ab hæred. & contr. sic & in vltimis voluntatibus, si Seio reliquerit cum ipse morietur, sed expressa nocet, non expressa non nocent, ut l. hæres. §. quanuis. ff. de cond. & dem. & l. nonnunquam eo. tit. **PAVL.** Reluctantur multi ex l. ita stipulatus. versic. sed etsi. ff. de verb. oblig. horum est Accurs. in d. l. Mutianæ. ff. de cond. & dem. cui Bart. ad stipulatur. male ille quidem, eo quod in d. l. ita stipulatus. non agitur de conditione non faciendi iniuncta ei, cui promittitur, sed ei, qui promittit. quia stipulatus fueram centum, si in Capitolium non ascenderis, non verò, si in Capitolium non

ascendero, quod est thema propositae quaestionis.

Citat ibidem Accurs. cum Bart. l. dedi. j. ff. de cond. caus. dat. quae in contractibus certe loquitur, sed nihilo magis probat, in iisdem non fore cautioni Mutianae locum, siquidem ibi erat modus non conditio, do scilicet, ut non eas: non, do si non iueris, dedi, inquit Vlpianus, pecuniam, ne ad iudicem ireretur, id est, ut non, per d. l. dedi. ver. an. ut & mihi. Vel tutius respondeo, in l. dedi. is qui commodo affectus erat, non volebat praestare cautionem de non faciendo, ut tandem quicquam sibi promissum assequeretur, iam enim illi datum erat, ut inuit verbum, dedi. Sed magis recusabat praestare cautionem eius quod debet non facere. proinde ibi eandem praestare non tenetur, nisi expressim cauere promiserit, atqui cautio Mutiana desideratur ab eo, qui, ut quod vult assequatur, cauere paratissimus est. c. a. i. Tametsi nullibi euidenter probetur in conventionibus non esse cautionem Mutianam, puto Accurs. & Bartol. vera sensisse, eo magis quod nusquam probatur locum esse cautioni Mutianae, cum alicui sub non faciendi conditione alius responderit, nimirum verisimile non est Iuriconsultos id praetermissuros fuisse, si utile fuisset: utpote qui in ultimis dispositionibus multa de ea re tractauerunt. † Quae sit ratio, cur diuersum sit in conventionibus atque in testamentis, quaeritur. Ias. in l. siue aqua. C. de transf. aliquas rationes allegat: illa verissima sit, quod cum in testamentis honoratus relicto, teneatur non facere, praestat cautionem de non faciendo; quia legem sibi apertius dicere non potuit, neque colloqui testatorem ipsum, ex cuius arbitrio pendet tota vis testamentorum. In conventionibus autem imputetur stipulanti, cur non etiam declarari fecit, ut cautione promissum obtineret. l. quicquid. ff. de verb. obl. & l. veteribus. ff. de pact. Præterea iura voluerunt consulere promittenti, ut tardius solueret. d. l. veteribus. ff. de pact. PAVL. † Obtineat ergo, quod Accurs. Bartolusque volunt, in contractibus non esse cautionem Mutianam. excipit Bart. contractibus bonae fidei, quod centum Bartoli & totidem Iasones mihi non persuadeant. Labeonem citant in l. infulam. §. si. ff. locari. vbi quidam balneum municipio praestandum conduxerat, dans municipibus pro mercede xx. nummos annuos: sed quia balneum refectione indigebat, conuenit ut municipes conductori traderent centum nummos ad refectionem labri, fistularum, & rotius balnei: petit centum nummos, an habeat per cautionem, si satisfecit se illos in balnei refectionem impensurum. hic est ille eximius textus, qui tam loquitur de cautione Mutij, quantum profus. l. precibus. C. de impub. nam in d. §. non erat conditio de non faciendo, sed modus potius, do ut impendas in refectionem, certum est autem debita sub modo facilius haberi per cautionem quam quae debentur sub conditione. l. quibus. §. Termilius. ff. de conditionibus & demonstrationibus. & fingamus esse conditionem, certe negatiua non est, sed affirmatiua, sed reficiat balneum, quod abhorret à Mutiana cautione. c. a. i. v. s. Animaduerto ego Bartolum dicere, in d. l. quibus. §. Termilius. in contractibus sub modo conceptis cautioni locum esse, per l. infulam. in d. §. si. ff. loca. & l. si vero non. §. si. ff. mand. quod longe falsissimum est. quia si do ut facias, antequam agam necesse habeo implere ex parte mea. l. iij. §. j. ff. de praeser. verb. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. nec implet, qui satisfecit. iij. §. ait praetor. ff. de re iud. Nec obest d. l. infulam. §. si. ff. loc. quia ibi ratio vera & specialis, pecuniam sub modo promissam, per cautionem, ante implementum modi, haberi permittit, quando utriusque contrahentes placuit, ut ex ea pecunia modus impleteretur. & modus per particulam, ad refectionem, bellissime conficitur. l. quibus. §. fin. ff. de conditi. & demonstr. nam nisi conductor egenus centum nummos accepisset, non poterat balneum reficere. sic d. l. si vero non. in §. fin. ff. mand. Ad l. in omnibus. ff. de iudic. vbi in omnibus bonae fidei iudiciis, cum nondum dies praestandae pecuniae venit, si agat aliquis ad interponendam cautionem, ex iusta causa condemnatio fit. Respondeo, ibi agi de cautione, quae à debitore in diem exigitur per creditorem, qui eum suspectum habet propter iustam causam, ut. l. si creditores. ff. de priuileg. credit. l. quaesitum. ff. de pignori. non autem de cautione, quam vult praestare is qui aliquid sibi dari preproperè postulat. Vno casu, in fauorem honorari conventiones cautionem, in eo iudicio, reciperent, si is qui cauere vult, omnia egit, ut impleuisse videatur, sed etiamnum in aliquo dubium est, utrum rectè impleuerit necne, cauebit de residuo implendo, si opus fuerit. l. statuliber rationem. ff. de statulib. Gaudeo, quod haec porrecta hilarique fronte audit Callidemus, quasi inaudita Doctoribus, nota & explorata Iuriconsultis sint, & iis, quos retulit Iurisprudencia in commentarium selectorum.

OBSERVA

OBSERVATA IN XCV. DIALOGVM.

- | | |
|---|---------------------------|
| 1 Intellectus l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro socio. | operam. |
| 2 In societatem sufficit conferre artem vel | 3 Quid sit manus pretium. |
| | 4 Quid Leonina societas. |

INTERLOCVTORES.

TRYPHONINVS, CAIVS.



YNCERI est animi homines admirari, qui admiratione dignissimi sunt. CAIVS. Sed & illud humanum est aliorum errata dissimulare, si nihil posteritati deperat. TRYPH. Est sane, ideoque inuitus facio, ut Budæum reprehendam in explicando l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro socio. † Vlpianus post Celsum ait: si in coeunda societate artem operamue pollicitus est alter, veluti cum pecus in commune pascendum, aut agrum pollicitatori colendum damus in commune quaerendis fructibus: nimirum etiam ibi culpa praestanda est. pretium enim operæ artis est velamentum. Budæus notat legendum esse licitatori. id est, colono partiario, plurimo omnium licitanti. nam pollicitator dici non debet is, qui contrahit, quia pollicitatio est solius offerentis promissio. l. pactum. ff. de pollicit. at hic erat contractus societatis. Denique elici vix posse sensum dicit ex eo, quod sequitur, pretium operæ artis est velamentum. nisi qui sit huiusmodi: operæpretium artis est velamentum. pro eo quod est, magni pendendum est. Ita hunc §. miserè vexat, explicans quid significet operæpretium, & sexcenta afferit testimonia pro re notissima more suo, quæ afferre operæpretium non fuit. Imprimis diuinar Budæus hic colonum partiarium fuisse qui plurimo omnium licitatus sit, & iure suo, antiquam literam immutat sine causa, ut ostendam. nam quantus colonus partiarius iure quodam societatis teneatur. l. si merces. §. vis maior. ff. loca. tamen licitatoris nomen illi non conuenit, quia licitator est ille, qui bonis sub hasta positis inter ceteros offert mercedem seu pretium, ut sibi plus offerenti res addicatur. l. locatio. ff. de publicanis. quod nihil commune habet cum colono partiario, cuius fines praescripti sunt, ut dimidiam partem accipiat. d. §. vis maior. Cato. in lib. de Re rustica: Vineam curandam partiario: bene curet fundum, arbutum, agrum frumetarium, partiario fœnum & pabulum, quod bubus satis fiet, qui illic sient, cetera omnia pro indiuiso. Deinde sciendum est pollicitatorem pro contrahente accipi posse vel paciscente, ut & pollicitationem pro conuentione. l. nuda. C. de contr. stip. Præterea pollicitatio in contractum incidens obligat, si eius causa vicissim aliquid factum est. l. ea quæ. ff. de cont. empt. l. sciendum. §. promissum. ff. de æd. edict. quid enim est æquius, quam si vel pollicitatione me prouocaueris ad aliquid promittendum, tu ex ea tenearis? ut d. §. si in coeunda. ff. pro socio. vbi pollicitatori colono fundum meum colendum dederam, ideo quod ipse mihi pollicitus est fundum colere & dimidium fructum tradere. in super dictio, pollicitus, quæ præcedit satis ostendit Budæum deprauare, quæ emendare conatur. proprius intellectus l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro socio. pendet ex eo, quod dicitur, † non posse iniri sic societatem, ut alter ex sociis pecuniam præstet, alter nihil, & tamen lucrum commune sit. l. si non. §. ita coiri. ff. pro socio. l. societas in fin. ff. eo. Hoc limitatur in §. si in coeunda, dupliciter: priore modo, potest esse societas si vnus pecuniam & rem conferat, alter nihil, modo is qui nullam rem confert, artem suam conferat: verbi gratia, iniui societatem cum sculptore peritissimus, conuenit ut ego præstarem marmor, ipse artem sculpendi, & statuas, deinde venderemus communicaturi pretium: hæc est mera societas, quia ars sæpe pretiosior est ipsa materia. Quid. Materiam superabat opus. l. mulieris. ff. de verb. sig. Quid si cum Appelle aut Parrhasio coiuerim, ita ut ego colores & tabulam, ille verò aut ille, manum præstaret? quotusquisque non tanti saltem eorum artem faciet quanti ea quæ ipse confero? §. litteræ. Instit. de rer. diuis. hoc genus societatis optimū est. neque bonus vir aliter arbitraturus sit, quæ ut opifex minus conferat pecuniae l. 6. ff. pro socio. Sed de arte minus est dubitationis, quam de opera, propter excellentiam artificum. de opera dubitabilius est, in qua non est ars sed solus labor. & ideo hanc partem prosequitur. Vlpian. in d. §. si in coeunda, diffusus, & tandem concludit idem esse de opera, quod de arte. Si, inquit, in coeunda societate artem operamue pollicitus est alter, deinde quasi exploratū sit de arte, subiicit operæ exemplū: Veluti, inquit, cum pecus in commune pascendum, aut agrum pollicitatori colendum damus, in commune quaerendis fructibus, hæc sunt duo operæ exempla, in quibus non est artificium. puta si forte

D

Tityro pecus pascendum tradimus, ita ut ipsi operam pascendi pecus praestet, nos ipsum pecus, & fructus communes sint, bene contractum est, vel cum damus pollicitori colendum fundum, hoc est, ei qui operam pollicitus est agriculturam, nos fundum, ille diligentiam praestat, certe societas est, & fructus communicantur secundum legem societatis; inquit Vlpianus, ibi etiam culpa praestanda est. pretium enim operae, artis est velamentum. hoc est, sicuti ars ab uno ex sociis praestita iustam facit societatem, ita pretium operae, id est, aestimatio operae est velamentum artis, id est, habetur pro artificio, & perinde atque si artem praestaret, nam velamentum, praetextus est. l. transactionem. C. de transact. Tacitus. lib. 13. haecenus. inquit, Hero flagitiis & sceleribus velamenta quaesivit. l. si quis fundum. §. Celsus. ff. locat. Celsus etiam imperitiam culpae annumerandam lib. vii. Digest. scripsit: puta si quis vitulos pascendos, vel sarcendum quid poliendumve conduxit, culpam enim praestare debet, & quod imperitia peccavit, culpam esse: quippe ut artifex, inquit, conduxit, haec Vlpia. vides, quomodo confert ibi pascendum pecus artificio, & eius operam artificio. d. §. si in coeunda. CAIVS. Ille solus §. Celsus. tutum reddere potest intellectum tuum, qui &, sicut §. si in coeunda. Vlpiani est, ut phrasis eius ostendit. nam l. si quis fundum. ff. locati. olim §. erat Vlpiani, pendens ex l. si quis domum. ff. eo. ostendit. §. si in coeunda. vbi idem Vlpianus Celso autore fulcit suam sententiam & in praeced. §. Proinde hic scopus fuit §. si in coeunda. quod cum in §. praec. in d. l. cum duobus. Vlpianus post Celsum dixisset culpae dolique nomine socium socio obligari, subdit in §. si in coeunda. idem dicendum, si alter ex sociis, rem, pecuniam, materiam: alter artem aut operam, quae pro arte est, praestiterit. idem in l. si quis fundum. §. fin. ff. locat. Operae pretium, separatim dixit Vlpianus, ut ego tamen pretium, id est, artis aestimationem, in l. mulieris. ff. de verb. sign. Plinius lib. xxxiii. cap. xi. Nec copia tantum argenti fuerat vitae, sed validius penes manus pretium, idque iam pridem ut ignoscamus nobis, Delphinos quinis milibus in libras emptos. C. Gracchus habuit. L. vero Crassus orator, duos scyphos Mentoribus manu calatos sestertius 100 manus praemium dicitur in l. qui insulam. pe. §. locat. & pretium pro mercede vel compensatione docti usurpant. TRYP. Hoc egerunt leges, ne societati inaequalitas interesset: ne alter totum, alter parum aut nihil conferret: neque alter damnum, lucrum alter sentiret. tamen quod genus societatis leone dignum est, & eam Cassius faceret leoninam appellitabar. d. l. si non. §. fin. ff. pro socio. Alludens ad Aesopi apologum apud quem Leo, Asinus, Vulpes venarum euntes tractatu habito iniure societatem, ut quicquid cepissent commune esset, uti decet bonos inter bene agere: capta multa praeda, diuidendi negotium Asino iniunxit Leo: ille adeo fuit Asinus, ut aequas tres portiones fecerit: Leo vero indignatus, quod reliquis aequaretur, illico lanauit non magni iudicij neque industria arbitrum. l. si quis ante. in fin. ff. de acq. post. & Ouidius lib. 2. Tristium exul ob carmina: hoc, inquit, pretium vitae, vigilarumque laborum cepimus manus. quoque dicitur id operis, quod manu efficiatur instrumentorum excellentissimo ac naturali. inde manus, id est, scriptura cuiusque. l. Ofidius. de legat. 3. ff. mox Vulpes, congestis in unum rebus, diuisit denuo, & Leonis penes omnia fecit, sibi paruum quid accipiens. Tum Leo, πρὸς σὲ ὁ βελτίστη διαρεῖν οὕτως ἰδὶδαξέ, quis te, o optima, diuidere sic docuit: cui Vulpes, Asini calamitas. haec habentur in annalibus animalium.

OBSERVATA IN XCVI. DIALOGVM.

- | | |
|--|--|
| 1 Quid sit actio. | 7 Quando a fure nostrum auferre possimus. |
| 2 Quod nostrum est, nobis debetur. | 8 Magistratum ab administratione fugientem detinere licet. |
| 3 Aliquando, qui agit, dicit se debitorem. | 9 Ex pacto sibi ius decet aliquis. |
| 4 Quid significant illa verba: est ius petendi in iudicio. | 10 Debitorem fugientem an capere liceat. |
| 5 In quibus casibus quis sibi ius dicit. | 11 Latronem cur occidere licet. |
| 6 An furem occidere liceat, & quando. | 12 Isauri latrones insignes. |

INTERLOCVTORES.

SABINVS, ELIVS.



VOVS QVE tandem nos patiemur despici, Aeli Galle: quandiu nostro abute- tur silentio Callidemus? qui ex omnium Iuriconsultorum disceptationibus animum explebit suum, utrunque duntaxat nostrum excipiet, sicut solent apes ex omnium satorum floribus mella figere, praeter Rumicem & Chenopodem

nopodem abiecta gramina. quid censes? AELI. Quid? nisi ut tu quippiam serium proferas. nam iam auditionis perta sum est, & Callidemum amissi pudet. vides ut genas ipsius moderatus pudor inuestiuit. SAB. Video. atque, quod feliciter succedat, incipio. tamen nihil aliud est actio, quam ius, quod sibi debeat, iudicio persequendi. & alibi: Actio autem nihil aliud est, quam ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. illud Celsi est in l. nihil aliud. ff. de actio. hoc Iustiniani est in §. j. Instit. eo. tit. Concurrunt in eandem definitionem selecti Iuris prudentes, & nihilo magis perfecta est, cum in rem actionem non definiant, sed personalem tantum: nam rei vindicatione non persequimur, id quod nobis debetur, sed id quod nostrum est, & ab alio possidetur. §. omnium. Instit. eod. l. quintus, §. argento. ff. de auro & argen. Quid dicemus? ego medius fidius utranque actionem succincta definitione contineri scio: neque est verisimile realem actionem praetermissam esse, quae personalibus multo nobilior est, tanto profecto, quanto id, quod meum est, praestare solet iis, quae nobis debentur. arg. l. fin. C. de codic. l. videamus. §. si actionem. ff. de usur. l. & an eadem. §. actiones. ff. de excep. rei. iudic. Experiamur, quomodo absoluta & integra sit haec definitio. nonnulli probant ex verbo persequendi, quod utranque complectitur. l. actio. ff. de acti. l. pecunia. §. actionis. de verb. signific. Sed falso probant, quia post verbum persequendi generale sequitur relatiuum, quod cuius vis est, ut ad sequentia restringat, hoc est, ad verbum debetur. l. ea tamen. ff. de leg. iij. l. Stichum qui. ff. de leg. j. AELI. Quid si definitio illa solam personalem definiat, quae proprie est actio? & cum realem comprehendit, petitio magis dici debeat, siue actio generaliter & improprie. l. actionis. ff. de action. & d. l. pecunia. §. actionis. ff. de verb. signific. vbi addit in si. iuriconsultus verbum, debuit, omnem, sine exceptione, actione comprehendere, seu civilem, seu praetoriam seu fideicommissi persecutionem: non tamen attingit petitionem rei, cuius nos ministerio domini dicamur. SABINVS. Istud neutriquam admitto, imo asseuerare non desinam, sub verbo, debetur, comprehendi etiam rei vindicationem, in tantum, ut tamen quod nostrum est si ab alio possideatur, nobis debitum recte vocetur etiam in actione criminali vel quavis alia etiam populari, in qua qui primis litteris contestatus est contra eum, qui album praetoris corruptit creditor esse incipit. l. si cui. ff. de verb. signific. accedit, quod id quod nostrum vere est, debitum nihilominus vocatur. sic in l. vnic. §. igitur. de rei vxor. act. C. dos dicitur debita mulieri, mortuo viro, quae verè mulieris est. l. in rebus. C. de iur. dot. inde fit, ut id quod nostrum est, solui nobis non male dicatur. l. pignorum. C. de usur. l. si in emptione. §. rei suae. ff. de contr. empr. E contrario id quandoque vindicare dicimur, quod actione personali persequimur. l. si in personam. C. de fideic. Et restitui dicitur, quod idem debetur, ac soluitur. l. ea conditione. C. de rescind. venditi on. & in eodem titulo de actionibus. §. in bona. l. haereditas. C. de pact. conuenit. Denique id quod debitum est, suum dicitur, in l. j. quod cum eo. ff. citetur iustitiae definitio ius suum cuique tribuentis. certe pariter cuique ius debitum tribui vult: siue actionem siue seruitutem. res non eget testimonio. plane debetur quoque id quod deberi desit. l. cum filius. §. haeres. de legat. 2. & adhuc supradictis accedit. l. vj. §. apud. ff. quae in fraud. credit. Et ut semel dicam, nullum est verbum quod latius extendatur, praesertim in definitionibus, quam hoc verbum, debetur. l. depositi. §. peculium. cum l. nec seruus. ff. de pecul. Quae circa is qui petit in libello sibi deberi, declarare necesse habet, utrum vendicet, an agat personaliter, propter l. fin. ff. de excep. rei iudic. l. Aurelius. §. Mauia. ff. de lib. legat. 4. tamen nonnunquam euenit, ut is qui agat, fateatur debitorem non esse reum. ut l. Iulianus. ff. de excep. dol. quia actor agit, ut ipse liberetur, nisi dicas liberationem ei debitam. In quadam specie actor fatetur eum, quo cum agit, non esse obligatum, neque debere tum cum agit, sed ideo agit, ut rursus fiat debitor. l. si quis accepto. ff. de condic. caus. dat. AELI. Vehemens & disertus es, mi Sabine, age, accipe hoc extemporaneum distichon velur subtilitatis tuae praemium.

Vt nos Cecropij miramur iura Solonis.
Sic tua miratur, doctae Sabine, Solon.

&, qua comitate es, audi me reliquam definitionis persequentem: tamen Actio est ius persequendi in iudicio. id est, vbicumque iudex salua maiestate imperij sui, & saluo more maiorum, ius, dicere constituit. l. pe. ff. de iustiti. & iure. sed extra tribunal auditoriumque actio exercetur, quoties res qua de quaeritur, de plano expediri potest. l. voluit. §. si. ff. de inter. actio. l. vile. §. dies. ff. quis ordo in bon. poss. deinde, ea quae sunt voluntaria iurisdictionis, extra curiam expediuntur, & sine iudicio, in quo actor reus & iudex desiderantur, sed in voluntaria iurisdictione idem petit, & decernit. l. an manumittere. l. non est. ff. de manumiss. vind. igitur non est actio haec, ius persequendi: sed est legis actio in manumissione & ado-

ptione: id est, solennis & verbis conceptis formula, in certis requisita negotiis: quibus actus legitimi ex eo nome est. l. 4. ff. de adoption. l. actus. de regul. iur. ff. Quod si quando lex permittat, ut quis de re sua vel aliena libere sine iudice statuat, non tamen adest ibi actio: sed facultas lege conueniente concessa ut in patre domesticè filium furè coercente. l. serui. ff. de furtis. l. xj. §. 1. ff. de pœnis. Vbiq; autem consulendus est iudex, nã si quis sibi ius diceret, & à debitore inuito propria autoritate auferret, causa caderet & debito. l. extat. ff. quod met. caus. † Per pauci sunt casus, in quibus aliquis ius sibi impune dicit, & seipsum vindicat. Primus est in l. vt vim. ff. de iust. & iur. quando vim inferenti confestim vim infert ob tutelã corporis sui magis quãm ad vindictã. l. scientiam. §. si. ff. ad leg. aquil. l. idè est. §. eũ igitur. ff. de vi & vi arm. Secundus est in patre qui filiam in adulterio deprehendit in domo sua vel genere sui. l. necin ea & seq. ff. ad leg. Iul. de adult. nam filiam & adulterum lege permittente occidit. l. nihil. ff. eod. Item & marito licet adulterum occidere, non quencunque, sed viliozem. l. marito. ff. eod.

† Tertius est in fure nocturno, vt etiam reulit glos. in d. §. j. de acti. Cicero in oratione pro Milone. l. itaque. ff. ad leg. aquil. sed oportet clamore testificari vt ibi dicitur. Cæterum & furi nocturno parcendum esset, si aliter dominus rebus suis consulere posset citra furis necem. l. furem. ff. ad leg. Corn. de sicar. quod non præsumitur propter tenebras, quã nihil moderate suadent, & furum amicã suni, qui à furuo, id est, nigro nomen habent. l. j. ff. de furt. Horatius: Et furuã regna Proserpinã. tamen si non omnibus hoc erymi placuit aliis doctis viris aliunde trahentibus in d. l. i. est A. Gellio lib. i. cap. 18. Diurnum furem non æque licet occidere cum clamore, nisi se telo defendat. d. l. itaque. ff. ad leg. aquil. l. si pignore. §. furem. ff. de furt. tunc enim vulnerare paratus, plus quã fur esse incipit vt D. Augustinus ait cap. 3. de homicid. est enim homicida. l. 3. C. de iis qui ad eccle. vbi quoque alia vindicatio priuatis dominis indulgetur. nam furem diurnum facile cognoscere possumus, non autem nocturnum, & vel deferre postea vel saltem nostrum reperere protinus. Addit Bart. in d. l. furem. ff. de sicar. quod si eum, qui interdiu furatur, cognoscere nequeo propter loci obscuritatem, occidere possum perinde ac nocturnum, eadem ratione. sed addubitem, cum breui in lucem mediam deduci possit, alioquin passim liceat diurnos fures occidere, cum obscura loca sequantur: quia is qui malè agit, lucem odit. Clamor in vtroque fure occidendo requiritur, tam ad testificationem doloris illius, qui suum amittit, quãm ad deterrendum furem meticulosum. hinc Virgilius:

Et cum clamorem, quò nunc se proripit ille?

Tyrene, coge pecus, tu post carect a larebas.

7 Quod dictum est, † à fure rem auferri posse, procedit euestigio cum furtum fit. l. siue manifestus. ff. de cond. furt. Proinde à fure nõ manifesto rem extorquere. proprio iure, non licet. d. l. extat. ff. quod met. caus. Limitatur, si fur rem nostram esse fateretur, & redditurum se diceret. sed aliàs de pondere aut de modo rei adhuc dubitaretur. sic intelligitur l. qui vas. ff. de fur. vbi pendens: iure de surrepto vase fur ipsum protulit, atque exhibuit: sed actor maioris ponderis fuisse asseruit, mox eodem contentus ipsum vas abstulit. arque ira furè liberauit à conditione furtiua, non ab actione furti in duplum. cæterum ausim affirmare, vas ibi à fure non violentia extortum sed acceptum tantum, & verbum, abstulit, expono pro accepit, vt in l. pe. C. de actioni vbi hoc suboluit Accursius, allegatque d. l. qui vas. sic in §. de si. de oblig. quã ex delict. auferit rem dominus à fure, id est, agendo accipit, non autoritate propria. † Quartus casus est in §. necessitatem. in auth. vt iudices sine quo. l. i. ff. col. ij. vbi iudex & administrator prouinciã exacto tempore suã administrationis 1. dies in eadem prouincia commorari necesse haber, vt postulari possit ab iis, qui se vexatos ab eo queruntur. quin si aufugerit, capi potest, non tamen res auferri, quã forsitan per sordes acquisitã sunt, nisi saltem de plano ab alio magistratu cognitum fuerit. Adducitur & huc l. j. C. vbi quis de cur. vel coh. illa l. nihil facit, pace Doctorum dicam, sed hoc loquitur, quod si quis è collegio vel sodalizio aufugerit, à reliquis sodalibus eiusdem corporis conueniri potest, vbicunque offendant eum, id est, coram omni iudice non suã iurisdictionis. Sed non nego quominus ad suum iudicem deduci possit fugax decurio captus à reliquis, si vbi inuenitur, non sit iudicis copia. l. generali. de decur. lib. v. C. † Quintus est, cum sic planus contrahentibus, vt sibi ius diceret alter eorum, quo casu placita non seruantur. si modo constiterit tutius esse per omnia iudice consulto id perficere. l. si pupillorum. §. r. ff. de rebus eorum qui) sed statur placito alioquin. l. causam. §. puellam. ff. de manum. vbi puellam vendidi ea lege, vt post annum manumitteres, aut si non manumissis, manum iniicerem. id est, autoritate priuata caperem. l. generali. de decur. lib. x. C. l. pen. C. de pig. act. ibi, citra conuentionem, vel præsidalem iurisdictionem, igitur alterutrum sufficit.

sufficit. l. ij. de pign. C. ita accipitur manus iniectione, in l. Titius. ff. de seru. export. Apuleius libr. ix. Metamorph. Et emerfis protinus scalis, iniecta manu, quidam me veluti captiuum detrahunt. & hoc puto habere locum in mobilibus rebus aut se mouentibus, vt is qui ex pacto sibi ius dixerit, vim priuatã minime fecisse intelligatur, & euitet pœnã. l. pen. ff. ad legẽ de iul. vi priu. si modo nihil acerbitus contigerit. nõ enim puto aduersario resistendi & forte pactum manus iniectionis negati, aut forte ignorantia causanti, vim fieri posse impune. hoc enim casu nõ puto creditori vim aduersus debitore exercere licere: cũ nec domino aduersus possessorem liceat quamuis iniustum §. recuperanda. de interdicit. nec pacto priuatorũ fugtum futurum aut rapinam remitti posse. ne detur impostherum ansa delinquendi. l. si vnus. §. pacta. ff. de pact. In rebus autem immobilibus, quarum nobilior est possessio. l. si rem. de acq. possess. & securior, cum ex res auferri nequeant alioquin, non sine delectu pactum ius sibi dicendi, remque venditam inuadendi valere: sed eo vsque valere, vt seruandum sit, cum autoritate tamen iudicis exequentis. nam licet pœnas id pactum vires habere sententiẽ forensis l. §. inde quaritur. ff. de oper. noui. nunciat. tamen in executione requiritur iudicis presentia, vt adeatur iudex à creditore, & pacti cretior fiat, partes suas futuras intelligens, vt pactum sequatur, & priuatorum consensu. l. tale. §. qui prouocauit. ff. de pact. l. 3. C. de patr. potest. l. quauis. ff. de acq. ter. do. hic est intellectus verus, & æquitate plenus ad l. 3. C. de pignor. ad quam quosdam non puduit verbum, debet, pro eo quod est, potest, interpretari quod nusquã in iure inuenietur. nam verbum debet, cogit: aut, nisi quis paruerit, ei quod facere debet malum expectet necesse est. l. qui interrogatur. ff. de interrog. acti. Alii maluerit pactum, vt rem inuadere liceat ciuilitè nõ valere, sed à crimine violentiẽ publico excusare, quod est alienius & absurdus. l. iurigenium. §. si paciscar. ff. de pact. ecquis nescit priuatorum incommoda facilius tolerari ex pacto. l. vi. ff. de seru. export. Sextus est † in debitore aufu gente, quem creditor sequi & detinere potest, & suam ei pecuniã tollere. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quã in fraud. cred. Suspectum verò de fuga nondum fugientem, ante diem ac præmatore conuenire possum, non detinere. l. quãlitum. ff. de pignor. quoniam hic copiam iudicis habeo, illic non habeo. hoc est, commodè non habeo in media ipsius fuga. l. nepos de verb. sig. facit d. l. generali. C. de decur. lib. x. sed vtroque periculum est in mora. vt l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de oper. noui. nunciat. Dixi, à debitore fugitio rem auferri posse, hoc temperandum est, vt procedat in ijs rebus, quã in suo genere functionem recipiunt, quãq; in pondere, numero, mensurãve consistunt, vel, si speciem eãdem quam debet per creditorem auferri admittamus: nam si aliud pro alio creditor auferret, impunitatem non haberet, quia hic bis sibi ius diceret, tum quia ante tempus auferit, tum quia rem aliam pro alia, quod non licet in mero fure. l. qui vas. §. si. ff. de furt. Septimo casu is qui à se ipso exigere tenetur, inconsulto iudice exigit l. quoties §. item si temporali. ff. de adm. tuto. nam id sine actione vltro facere tenetur. l. si pupilli. §. si. ff. de neg. gest. Octauo; seruum fugitium alterius apprehendere, & in publicum deducere licet. l. j. §. vnusquisque. ff. de seru. fugit.

Nono, populatorem agrorum perimere licet, si noctu palãtem per agros quis inuenit. l. j. C. quando lic. vnic. sine iud. populari agros, est latè vastare & fructus ac fata consumere. l. j. §. plerunque. ff. ne quid in fum. publ. Claudianus in Rufinũ j. Et luxus populator opum. Decimo, † latronem, id est, aggressorem, qui itinera obsidet, vt viatores occidat, aut spoliet, 11 perimere concessum est. l. si vt allegas. C. ad leg. Corn. de sic. nam, vt ait Ouidius:

Et latro, & cautus præcingitur ense viator.

Ille sed insidias, hic sibi portat opem.

Itaque qui talem occidit, non tenetur, quia salutis suã conseruandã causa fecisse videtur. l. pen. in si. ff. ad leg. Iul. de vi publ. Neque, vt in fure, expectandum est, vt se telo defendat, si loca insidijs frequentata obsideat. quia præstat occurrere in tempore, quã post exitũ vindicare. l. j. C. quando liceat vnic. & fatius est, inquit Iustinianus, citò præcauere, quã remedium vulnere illato querere. l. si. C. in quib. caus. in integ. restit. quam sententiam Theognis expressit, Ζητώ μὲν δ' ἔλκει φέρμακα Φυομένω. l. de pupillo. §. si quis riuos. de oper. noui. nunciat.

† Latrocinio infamis fuit gens Isaurica, proxima Ciliciã & Pamphylia. l. penul. C. de ferijs. vbi Isauri latrones, vel die paschatis, puniri possunt. Probus imperator, vt de illo Flavius Vopiscus refert, dixit, facilius esse ex Isauria latrones arceri quã tolli, voluitque, vt Isaurorum filij, ab anno x v 111. in militiam mitterentur, ne antè latrocinari discerēt, quã militate. eius prouinciã sit mentio in l. ij. de mil. vest. lib. x 11. C. Isaurorum & buccellatorum in l. si. C. de vi publ. & Alciat. lib. 111. Dispunctionum, cap. xx. Vndecimo casu;

Desertorem militiæ occidere permittitur. d. l. fi. C. quando lic. vnic. sine. vt, qui honestam mortem pro repub. noluit oppetere, turpiter moriatur. desertor autem est, vt l. iij. §. desertor. ff. de re milit. Duodecimus casus vindictæ liberrimæ sit in eo qui hostis est iudicatus Reip. l. amissione. §. i. ff. de capit. diminuti. qui ideo vulgo diffidatus vocatur cap. i. de homicid. lib. vj. vbi de assassino agitur, qui necat homines mercedis causa. in omnibus tamen huiusmodi casibus videndum, ne fraus fiat ob licentiam occidendi. l. fi. C. de maleficis. sunt & alij casus in quibus quis scuit sine fraude & supplicio. l. capite. ff. ad legem iul. de adult. & §. si. vt liceat matr. & auia. col. 8. Item in l. 3. §. i. ff. de eo quod met. caus. accedit. l. fi. §. si ad iannum. ff. que vi aut clam. sed & vim facienti vim commode facimus, confestum scilicet. feruente calore: & defensionis non offensæ sollicitudine l. 3. §. eum igitur. ff. de vi arm. l. scientiam. §. si. ff. ad leg. aquil.

OBSERVATA IN XCVII. DIALOGVM.

- 1 An vera sit differentia natiua & datiuæ actionis.
- 2 Actio cum datur, nascitur.
- 3 Cur Prætor dicat se dare actionem: qua sit præscriptis verbis.
- 4 Actio in factum, generalior est act. præsc. verbis.
- 5 Intellectus l. iuris gentium. in fin. de pact. ff. & §. at cum do. in fin. ff. de præsc. verb.
- 6 Actio in factum vocatur præsc. verbis.

INTERLOCVTORES.

CALLISTRATVS, IVLIANVS, CELSVS.



CTIONES alia à Doctoribus datiuæ finguntur, alia natiuæ. Datiuæ sunt, inquit Barr. in l. j. ff. de actio, quæ immediatè à lege conceduntur sine matre. vt l. iuris gentium. ff. de pact. Natiuæ sunt, quæ matrè habent obligationem. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. vt ecce, inquit, Adam fuit homo datiuus sine patre & matre à Deo datus, cæteri natiui sunt. Profectò hæc differentia siue Bartoli primum fuit, siue cuiusquam, datiuæ est, hoc est, nullo Iurisconsulto autore edita, sed ab ipso excogitata vel potius ex ipsius capite nata, vt Pallas ex Iouis ca-

1 pite. † Siquidè nullū est discrimen datiuæ & natiuæ actionis, sed omnes dantur & nascuntur promiscuè. argumento est quod prætor ibi dicit, iudicium dabo, vbi iure civili actiones proditæ sunt. & ex iure gentium obligatio sultra maxima æquitate, vt l. j. ff. commod. l. j. ff. de seru. corr. & l. j. ff. de vi & vi arm. nam prolixum esset dicere, natam iure civili declarabo. mirandum, cur Ias. in §. rursus de actionib. Bartolo deplorato succursurus alleger l. 3. ff. commod. vbi in pupilli locupletioem datur vtilis actio. sed profecto ex æquitate immensa nascitur vt & illa negotiorum gestorum, quæ datur in furiosum: vt quamplurimi inuitentur ad eius negotia gerenda, & ne alieno labore impensa que locupletetur. l. 3. §. & si furiosi. ff. de negot. gest. l. iure naturæ. ff. de regul. iur. igitur lex succurrit æquitati naturali, & actionem gignit. l. diuortio. §. si. ff. solut. matrim. & quidem instar fungi ex pluuia actio hodie repente nascitur ex pingui & fecunda æquitate. l. sed si. §. si. ff. de bonis damnar. Probatur in l. j. ff. de æstim. act. vbi datur ea præscriptis verbis actio, vbi æquum est dari. Igitur datiuæ actio habet præuiam æquitatem, quæ obligat. & quoties lex, aut prætor dat actionem, quæ antea non dabatur, præfari solet, se propter æquitatem facere, non temere & ad nutum hominis. l. si quis argentum. §. si. C. de donat. l. an vsu fructus. ff. de vsufr. & verius, dare est accommodare l. quia. de præsc. verb. ff. Malè igitur datiuam à prætore dari sine origine voluit Doctores, quorum alij eam fingunt ἀνοικτοεχ & ἀνοικτοεχ. id est, ipsam sui partè & ipsam sui matrem, vt dicebat Hermes de Deo: quod neque lex, neque prætor facere potest, quia vbi cūque actionem dant, saltem est obligatio ex lege. l. j. ff. de cond. ex leg. l. legitim. ff. de pact. Inducunt l. iuris gentium. ff. de pact. vbi actio præscriptis verbis nasci dicitur. at actio in factum danda est: sic hæc datiuæ est, illa natiuæ. Respondeo, vtranque & datiuam & natiuam esse, voces vt volueris: nimirum actio præscriptis verbis mille locis etiam dāda dicitur. l. j. ff. de præsc. verbis. & datur ex robustissima obligatione. l. j. ff. de æstim. actio. l. si tibi areæ. ff. de præsc. verb. l. i. §. si quis seruū. ff. de positi qui textus negari nequit. † Num putemus curè fuisse Iurisconsulto vtrum verbo, do, vteretur, an, nascor, dummodo ortum actionis ostenderet: cum nusquam sint verba, quæ magis variè accipi possint; nam dantur, quæ traduntur. l. quicquid. ff. de act. empr. & solem quotidie nasci dicimus, cum nemo illi actionis

obsterricetur. nascitur eodem die actio. l. sed et si alia. in fin. ff. de bon. damnar. homo verò non. nascitur aliquid cum datur, id est, conceditur, moritur, cum adimitur. l. peculium nascitur. ff. de pecul. † Cur Prætor gloriatur se dare actionem, in causa est, quod olim annuo eius officio, qui coram eo acturi erant, non omnem indiscretam petitionem proponebant, nisi rite & certa formula conceptam, cuius nimia subtilitas exhibita est. l. j. & ij. C. de formulis. sed mediocri quidam agendi modus obseruatus fuit, & seruabitur in posterum. Verum, qui olim aut emerant, aut conduxerant, vel aliter nominato contractu conuenerant, certam agendi formam habebant, atque statim vt dixerant agentes, peto exempto, informatus erat prætoris animus, qualis cōtractus initus esset, & an deceret & agi ipse censebat actionē que introducebat, vbi æquitaris pondere mouebatur. l. si quis stipulatus. ff. ex quib. caus. maior. sed cum plura sint negotia quàm vocabula. l. iij. ff. de præscript. verb. eueniebat, vt plures conuenissent incerto contractus nomine. vt sic, do decem, vt Romam eas. do librum vt des Stichum. facio ædes, vt librum scribas. certè his casibus antequam vocarem aduersarium in ius, adibam prætorem, & petebam formam agendi contra promissorem. nam non est prætermittendum, quod sicut hodie hi qui acturi sunt literas, quas vocant, accipiunt à tabellione iudiciario ipsius iudicis nomine emissas & deinde debitorem vocant in ius: ita olim formam agendi à Prætore petebant, priusquam agerent: quæ quondam nimis anxia fuerat, & desijt imperrari in cotidianis negotijs, non in noue emergentibus d. l. 2. C. de formulis: & quotiescunque deficiebant certæ & nominatæ actionum formæ, subueniebatur actione præscriptis verbis, vel in factum actione. Dicebatur præscriptis verbis, quia tales literæ cōcedebantur, qualia verba actor præscripserat, & iuxta negotium, quod narrauerat. l. cum mota. C. de transaction. præscribere enim est præstituere. Cicero primo de Natura deorum: Hoc homini natura præscripsit, vt nihil pulchrius quàm hominem putaret. d. l. 1. §. si quis seruum. in fi. ff. deposit. l. in commodato. §. sicut. ff. commod. † In factum actio inde dicta est, quod secundum factum propositum concederetur, & generalior est, quàm actio præscriptis verbis, quæ solum pro conuentionibus competit. gloss. rub. ff. de præsc. verb. saltem quasi contractum sequitur hæc actio, vt familiæ herciscundæ iudicium l. si familiæ. C. familiæ hercisc. §. ite si in fi. de obligati. quæ ex qual. cōtra. & dicitur civilis actio l. v. §. at cum do de præscr. verb. si, antiquitus vsitata l. 2. ff. de fideicom. heredit. petir. sane pro conuentione tacita datur hæc actio, vt si dono hereditatem tibi, tacite accedit vt satisfacias creditoribus, sic ago præscriptis verbis. l. hereditatem. ff. de donati. modo ipsi non recusent à te potius accipere l. 2. de pact. C. Actio in factum ex varijs figuris causarum oritur. l. sancimus. C. de factolan. eccles. & pro maleficiis datur. l. quia. ff. de præsc. verb. §. si. Inst. de leg. aquil. In proposito igitur Prætor dicit se daturum actionem, hoc est, permissurum agere. quoniam & prohibere poterat, ne ageretur. sicuti eueniebat cum quis acturus erat ex negotio, ex quo nulla euidenter nascitur obligatio. l. & eleganter. §. si. cum leg. seq. ff. de dolo. nam & hodie tabellio actorem repelleret, si agere destinasset contra Seium, qui cælum tangere promississet, nec ei literas concederet. dabat etiam proconsul. in prouincia sibi decreta prælucente in equitate. l. is qui qui. ff. de religi. & sumpt. 1 v l. In illa l. iuris gentium. vbi videtur curiosis Doctoribus probari discrimen datiuæ & natiuæ actionis, de me triumphat Mauritianus, vel Vlpiani testimonio, qui sic scribit: † Puro, inquit, rectè Iulianum à Mauritiano reprehensum in hoc: Dedi tibi Stichum, vt Pamphilum manumittas: manumifisti, cuius est Stichus. Iulian. scribit in factum actionem à Prætore dandam: ille ait incertam actionem, id est, præscriptis verbis sufficere. esse enim contractum, quod Aristo ουνάλλαγμα dicit, vnde hæc nascitur actio. Quererem ego libenter ab Vlpiano, cur me Mauritiano rectè reprehenderit, ego in factum actionem dandam volui à Prætore: ille dicit actionem præscriptis verbis sufficere, nugæ. quasi verò in factum actio & præscriptis verbis ibi diuersæ sint, meo iudicio, ostendisti, ô Callistrate, actionem in factum magis esse generalem, fateor. quare non erraui ego, si actionem præsc. verb. in factum appellauit, sicut nec errat, qui hominem, vocat animal qui emptionem, vocat cē umentem, cum sit contractus. † Inde videas actionem in factum & præscriptis verbis pro eadem actione vsurpari, l. Titius. ff. de præsc. verb. cum ab omnibus Iurisconsultis, tum à me præsertim, l. si tibi areæ ff. eod. neque in factum actio à Prætore danda in d. l. iuris gentium alia est quàm civilis præsc. verb. d. l. si tibi areæ. nā Prætor dat ex iuris civilis præcepto vt in d. l. iurisg §. Prætor ait, vbi pollicetur se seruaturum pacta iam à legibus seruata. ex quo vanissima demonstratur datiuæ & natiuæ actionis commentitia differentia. Secundo, errauerunt Mauritianus atque per Iouem, Vlpianus, qui in ea specie sufficere putarūt præsc. verb. actionem, cum, do tibi Stichum, vt tu Pamphilum manumittas: manumifisti, at Stichus alienus declaratur, & euincitur: ostendam non sufficere

nam si dolum commisi, quippe qui sciebam alienum esse Stichum, in me de dolo actio dabitur, si minus, praescriptis verbis. l. iij. §. at cum do. in si. ff. de praesc. verb. quis enim negabit de dolo dari, ubi dolum sit. l. solent. ff. co. tit. Si vero, ut dixi, dolum non sit, praesc. verbis actio erit, quam in factum ego voco, in d. l. iuris gentium. & in l. naturalis. §. at cum do. in si. Scio me in omnibus persuasurum vix esse: & erunt, qui putent me in d. §. at cum do. in si. recataste, quod quidem verum non est. nam in l. iuris gentium in factum actionem tantum danda respondi: quia rogatus fui super facto, a quo dolum aberat: in d. §. at cum do. indistincte querebat Navius Tipula, nomen teneo, quid agendum proinde distinguendum dixi, dolum intervenisset necne. c. l. s. v. s. Fuit alius aequalis meus non inelegans Iuriscōsultus, qui diffidit verus iuuenili arguria. sic componeret cum d. §. at cum do. in si. quod illic servus Stichus promissus esset in specie & nominatim, ut Pamphilus manumitteretur, & sic nulla erat doli suspicio, si talem Stichum dederat, qualis erat. l. si a substituto. §. i. ff. de legat. i. at in §. at cum do. de dolo agi poterit, quia servus in genere erat promissus: pro manumissione alterius servi. itaque promissor qui de multis vnum servum eligere potuit, non debuit evincendum eligere, ideo dolum facilius praesumi. urgebat ex l. ex empto. ff. de actio. empti, ubi acrius iura cum emptore agunt, & ipsum arctius obstringunt, qui ex toto genere pecuniae pretium dare tenetur, quam venditorem, qui plurimum tenetur ad speciem. Quid si Iulianus & Mauritianus vera aequae dixerunt cum hac distinctione: ut si servum manumisisti pro eo quem dedi, qui evictus est, detur praescriptis verbis ut contractum impleam, & evictum ab ipso domino redimam, si autem manuis tui servi manumisisti pretium repetere, tunc descendendum ad l. §. at cum do. de praesc. verb. l. i. §. si. de rerum permut. ubi de re aliena dare quaeritur.

OBSERVATA IN DIALOGVM. XCVIII.

- | | |
|--|--------------------------------------|
| 1 Intellectus l. j. ff. ad Maced. & quid sit nomen. | 3 Tabellio non est servus publicus. |
| 2 Incerta nomina qua sint: Et filiumfamil. ob peculium recte mutuum sumere pecuniam. | 4 Tabellio potest dignitatem habere. |
| | 5 Accipere nomen quid sit. |

INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, ALIVS, SABINVS.



VLIANI reprehenses, ut video, decepti sunt: & capta est ratio, quae captabat. multos huius generis inuenias Lamiis similes, quae cum foris oculatissimae sint, domi mihi vident, φιλομαθῶν ἀλλοτριωνχεῶν habentes. A. L. Hoc Budæo viro docto contigisse experior in explicando l. j. ff. ad Maced. ubi superbe reprehendit Accurs. cum ipse parum feliciter eandem l. explicet. Verba senatusconsulti Macedon. haec sunt: Cum inter ceteras sceleris causas, Macedo, quas illi natura administrabat, etiam res alienam adhibuisset, & saepe materiam peccandi malis hominibus praestaret: qui pecuniam, ne quid amplius dicatur, incertis nominibus crederet: placere ne cui filiosfam. pecuniam dedisset, etiam post mortem parentis eius, cuius in potestate fuisset, actio petitioque daretur: ut scirent, qui pessimo exemplo scelerarent, nullius posse filiosfam. bonum nomen, expectata patris morte fieri. Nomen: inquit Budæus, interdum pro causa ponitur, & Cicero appellare solet causas & negotia & personas, quibus in conficiendis rationibus expensae pecuniae feruntur. sane nomen dici debitoris obligati probat iocus salus Bibaculi in Valerium Catonem res alieno obrutum:

Mirati sumus unicum magistrum,
Summum grammaticum, optimum poetam,
Omnes solvere posse quaestiones:
Vnum difficile expedire nomen.

Sed redeo ad d. l. i. & ad Budæum. Sensus est igitur, inquit, huius loci: Macedonem incertis nominibus in creditum ire instituisse, ne manifestus aliquando fraudis & sceleris fieret. non enim credendi causas & negotia, in quae pecuniam dabat. in cautionibus ascribi volebat, ut interdum fit, cum turpi de causa mutuari, certa quadam de causa mutuum nos accepisse fatemur. Difficiliter ista Budæus & digressim. sed non est effugere iustam reprehensionem. Nomen, ut vera dicam, non est aliud, quam contractus & obligatio in scripturam

pturam redacta verbis solemnibus. §. j. Inst. de liter oblig. Olim, inquit Iustinianus, scriptura fiebat obligatio, quae nominibus fieri dicebatur: quae nomina hodie non sunt in usu. nam olim postquam contractus aliquis celebratus erat, nomina fiebant, hoc est, certis verbis in scriptum redigebatur; ut ibi laus explicat Theophilus scribens, solitas conuerti omnes obligationes in scripta, deinde in mutua pecunia potissimum viguisse. vnde alibi Iustinianus exposuit nomina, id est, sceleratitas cautiones. l. si. C. de pact. conuent. sed sine differentia nomina vsurpantur ex quocunque contractu in scripturam redacto: ita ut nomina fieri dicantur, cum quis in scriptis vendit, aut donat. l. pupillus. §. sane. ff. de adm. tu. ro. l. Thais. §. si. de fideic. libert. & bonum nomen tunc fiat, cum facile a debitore, qui sit soluendo exactio sequetur. l. inter. §. i. ff. mandat. vnde apud Ciceronem libro iij. Officio. Cannius cum emisset hortos a Pythio, nomina fecit, negotium confecit, hoc est, in scriptis contractum redigi curauit. Erasmus autem exponit, hoc est, se debitorem constituit, quasi verò in emptione solus emptor, non etiam venditor obligetur. Non dissimilis est error Beroaldi in annotationibus in Columellam, exponentis nomina, id est, debitores.

Nec sane (inquit Columella lib. i. cap. v. i. i.) vindicandum nobis quicquid licet. nam summum ius antiqui summam putabant crucem: nec rursus in totum remittendum, quonia vel optima nomina non appellando fieri deteriora scelerator Alphius dixisse verissimè fertur. hoc est, bona instrumenta & cautiones sunt inutiles si quis non interpellat debitores, dum sunt soluendo. Marianus in l. in ratione. ff. ad leg. falcid. in ratione legis falcidiae haeredi percunt mortis seruorum, & debitorum facta peiora nomina. expone, id est debitores debitorum, sed magis obligationes & instrumenta debitorum. nam nomina, ut dixi, sunt obligationes scriptae. l. qui chirographum. ff. de legat. iij. non causae obligationis, nec personae, ut Budæus dicebat. Cui vult subuenire Alciatus lib. Parerg. i. i. cap. xxxi. sed aequè labitur, non ignoro Accursium in d. l. Thais. §. si. exposuisse, nomen fecit, id est, debitorem sed id ex effectu negotij exposuit, nam qui nomina facit se vel alterum quo cum contrahit debitorem constituit. sic dicimus esse idonea nomina, cum propter debitorum inopiam obligatio in instrumentum redacta non euanescit. l. Caius. ff. de vsur. multominus erunt nomina causae & tituli obligationis. eque modo, quæso, in l. j. ff. ad Macedon. nomina essent causae vel tituli datae pecuniae: aut quanam esset astutia Macedonis mutuantis pecuniam incertis nominibus, id est, incertis causis: certe sibi potius nocuisset, quam filiosfam. quasi certa causa non inseritur chirographo, non obligat. l. cum de indebito. §. si. ff. de probation. & otiosum esset senatusconsultum odiosum si iure communi iam non erat obligatio. l. generaliter. C. de non numerat. pecun. † Dicamus ideo incerta nomina esse obligationes scriptas, quarum solutio certum tempus non continebat. hoc enim agebat scelerator, ne tempus solutionis insereretur instrumento, ut tandem posset quoties veller petere, & semper immineret debitori, sed & ipse sceleratius creditori nihil non moliretur insidiarum in sui debitoris patrem. l. si sciente. ff. ad legem Pompeiam de parricid. id sensit. D. Vespasianus Augustus, de quo Suetonius: autor inquit, fuit Senatus decernendi ne filiorum familias sceleratoribus exigendi crediti ius vnquam esset: hoc est, ne post patrum quidem mortem, ut ipse explicat cap. xi. quod si quis aduersus nos obijciat, obligationem sine praefinito tempore censerit praesentem. §. omnis. de verb. oblig. fateor utiq; sed solutionem differri cum quodam temperamento. l. quod dicimus. ff. de soluti. praesertim ex calliditate sceleratoris filiumfamilias viuo patre egenum dignoscens. Ille igitur, ut se posset a tali onere leuare (nam eris alieni comes est miseria, ut dixit Chilon) cogebatur optare mortem patris. verum post senatusconsul. Macedon. sciant tales creditores, nullum bonum nomen expectata patris morte fieri. quia filiosfam. non obligatur efficaciter, sed habet exceptionem Macedonianam. c. a. l. l. Simile veri non est quod ait Accurs. in d. l. j. ff. ad Maced. Scribi solitum, pecuniam post mortem patris soluendam fore, ideo talia nomina reprobari, quia qui mortuo deum patre teneretur, illum longum veller, & ter illi Tithoni senectam optaret: ne prope audiret a creditore horrendum illud verbum, Solue Phædræ §. illud. quod cum eo, qui in alien. pot. ubi Iustinianus elegantissime. & in §. post mortem. de inutilibus stipul. ubi post mortem patris sui filius patre viuento non inutiliter stipulatur: quia tunc non cum creditore molesto illi negotium est, sed cum promissore debituro. planè filiosfamilias mutuam pecuniam impunè accipit ex causa peculiari negotians. l. i. C. ne filius pro patr. alioquin negotio non commode exerceretur. & pater concedens peculium videtur id concessisse, ut mutuo capiat filius, sicut cum eum praeficit tabernæ l. sed Iulianus. §. quanquam verè. interdum. ff. ad Macedon. probatur hoc amplius. l. si vero

non. §. si quis mand. ff. mandati. s. a. b. Probè conijcis, & scitus homo es. Nunc quoniã scripti instrumenti recordari contigit, illud dicam quòd publicæ scripturæ multū fidei adhibēt iura. l. comparationes. C. de fid. instr. Publica verò scriptura est à publicis personis, id est, tabularijs facta. l. orphanotrophos. C. de episc. & cler. † Vulgò increbuit tabularium esse seruum publicum. ita Accurs. in §. cum autē. Inst. de adopt. & in l. ij. ff. rem pup. salu. for. eo quòd in l. ij. C. de adopt. dicitur seruū publicū stipulari pro illo, qui in adoptionē deditur, & in d. §. cum autem dicitur publicā personam pro adoptando stipulari: vt negari non possit, quin tabularius, qui persona publica est, seruus publicus iridem sit. Hæc est cōmunis nō perinde vera opinio, vt quamprimum ostēdam. nam vltro fateor tabulariū esse publicam personam, sed nō continuò quicūq; in numero publicarum personarū est, tabularius est, qualis est seruus publicus ciuitatis. Itaque in §. cum autem. de adopt. & d. l. ij. ff. rem pup. seruus publicus stipulatur pro pupillo. hoc est, seruus ciuitatis. l. in tantum. ff. de rer. diuis. nimirum sibi pupillus per ætatē stipulari nequibat, neq; etiam liber homo ei ipsi. §. alteri. Inst. de inutil. stipul. idcirco si seruum non sibi habebat, iure comparatum, vt seruus ciuitatis stipularetur, quasi quodammodo sit cuiusque ex ciuibus, de quibus seruis agitur in tit. de seru. reip. C. l. debitor. ff. de compensat. & l. non aliter. ff. de adopt. vbi defecit Accurs. & l. Tabellioni seruo publico esse non licet. l. generali. de tabul. lib. x. C. liber sit necesse est. publica quidem persona est, quid nūcūm & magistratus publicæ personæ vocentur. §. nos autē. Inst. de Atil. tut. Iulius Capitolinus in Gordianis seruos publicos & scribas vt diuersos posuit: vel si nolent, inquit, ad amicos aliqua permanere, Senatusconsultum tacitum fieret, ita vt non scribæ, non serui publici, non censuales, illis actibus interessent. Atqui dices in d. l. generali de tabul. lib. x. C. prohiberi, ne deinceps quisquam seruus ad tabularij munus aspiret: ex quo sequitur antea licuisse seruo tabulariam facere ante Arcadium Imp. minime verò licuit lege aliqua publica: sed quia bonæ leges malis moribus quandoque corrumpuntur, & cedūt, Arcadius sciens vix libertinis personis sub Diocletiano Imp. permittum, esse tabularijs, ex lege Vectibulici l. si. de seruis Reip. C. tursus renouat vim obliteratæ malo more legis, vt accidit in l. lege. C. de legit. hæredib. sane notarij priuatim notis scribebant serui impune fuere l. Thais. §. seio. de fideic. liberti quales erant librarij. † Tabellio, in decurionem eligi potest & dignitatem adipisci. l. vniuersos. de decurion. lib. x. C. vbi iubetur decuriones à tabellionum temperare officijs. ergo qui ante fuerunt tabelliones, creati decuriones possunt: & tum scriptum amplius non facere, vt fecit Cneus Flavius scriba Appij Claudij, postquam ædilis curulis fuit. l. i. §. postea. ff. de orig. iur. de quo T. Liuius lib. ix. ab Vrbe condita: eodem anno Cn. Flavius Cn. filius scriba patre libertino, humili fortuna ortus, ceterum callidus vir & facundus, ædilis curulis fuit. Inuenio, inquit, in quibusdam annalibus, cum appareret ab ædilibus, fierique se pro tribuno ædilem videret, neque eius accipi nomē quòd scriptum faceret, tabulam posuisse, & iurasse se scriptum non facturum. Verum in l. si quis decurio. C. de falsi. decurio functus est officio tabularij. nisi dicas, scripsisse testamentum propriuato non tanquam decurionem. glos. in d. l. vniuersos. de decur. lib. x. C. Vel decurio, qui vilescere sinit dignitatem, & adhuc scriba est, desinit habere commoda dignitatis non onera muneris. glos. in d. l. si quis. C. de falsi. † Accipi nomen alicuius, apud Liuium, est in albo describi & in actis inseri ac recipi. l. j. ff. de consul. l. iij. si. §. qui post. ff. de re mil. vbi nomē dare est inscribi & recipi. Notario dignitas tribuitur. l. vnic. C. de mand. princip. nisi quis exponat pro conditione cuiusque dignitatem vt l. 19. ff. de vsuf. certè de notarijs principis. vel senatus non dubitem quin seria dignitate decorentur l. 4. §. & postquam de advocat. diuersor. iudicum. C. hi hodie grapharij, vel secretarij appellantur, sed principales.

OBSERVATA IN DIALOGVM. XCIX.

- | | |
|--|--|
| 1 Bona fides dupliciter accipitur. | 5 Intellectus l. ij. §. si. ff. pro socio. l. & eleganter ff. de dolo. |
| 2 Strictum ius quid sit. | 6 An dolus incidens faciat rescindi contractum. |
| 3 An dolus dans causam contractui nullam faciat. | |
| 4 Nullum dicitur sepe, quod rescinditur. | |

INTERLOCVTORES.

VLPIANVS, LABEO.

HACTENVS



A CTENVS de scripturis publicis ac scribis dixeritis. Iam dudum aurē mihi vellit Callidemus, suadens, vt quiduis tractem potius, illud maxime, nunquid dolo dante causam contractui bonæ fidei, contractus nullus efficiatur. non detrecto prouinciam, & ad eam breuī præfatione vtor. † Bona fides duobus modis vsurpatur iuris peritis: altero cōtraria est malæ fidei seu dolo, altero stricto iuri cōtraria est. De priorē exēpla sunt in l. cum post. §. si. ff. de iure dor. l. medicus. de varijs cognit. ff. & in l. vbi est. ff. de reb. dub. Videas ibi bonam fidem in stipulatione requiri, quæ proculdubio est stricti iuris, sed ea bona fides est cōtraria malæ fidei, hoc est, dolo & calliditati, quæ ab omnibus contractibus abesse debent. l. bonam. C. de actio. l. ij. ff. de precario. vbi actio præscriptis verbis, quæ est stricti iuris, nisi duobus casib⁹. §. actionum. Inst. de act. nihilominus dicitur oriri ex bona fide, nempe dolo contraria. d. l. ij. in princ. l. seia. ff. de donation. caus. mort. vbi in donatione itidem expetit stricta sane l. eum qui. ff. de donati. De posteriore modo, in quo bona fides stricto iuri contraria est, affirmat in d. §. actionum. Inst. de action. † Strictum ius vocamus rigorē iuris sequentem verba, magis quàm æquitatem. l. non solum. §. de vno. ff. de rit. nupt. l. ij. §. item varus. ff. de aq. plu. arc. stricta ratio vocatur in l. si ita. §. pe. ff. ad leg. aquil. l. pe. C. ad exhib. Itaque bona fides interpretationē capit pro eo quod est, laxum ius & rigori oppositū. l. cum hic status. ff. de don. inter vir. Quocirca bona est distinctio in §. actionum. Inst. de actio. quòd aliæ actionū bonæ fidei sunt, aliæ stricti iuris. non secus atque si dixisset, aliæ sunt laxi, aliæ stricti iuris. quia, vt Quintilianus ait lib. v. l. i. cap. ii. proprietates non ad nomen sed ad vim significandi referuntur, nec auditu sed intellectu perpendenda est. vt cum plenam proprietatem dicimus oppositam nudæ, non autem vacuæ. id est, eam quæ vsu fructui conglutinata est. §. si. de vsu fruct. Cicero in lib. iij. de Natura deorum, actiones empti, tutelæ, mandati, pro socio, fiduciæ, & locati, iudicia de fide mala vocauit. cur ita: video: nam hæc conventiones fidē malam despuunt præ ceteris. pro eo est l. si fraude. C. de præf. long. temp. l. j. C. de rescind. vendit. Quæ situm est, † vt rum dolum dans causam contractui bonæ fidei, ipsum, ipso iure, nullū faciat, an verò rescindi solūmodo indicet (nam de contractibus stricti iuris obtinuit, rescindi tantum posse) vel exceptione doli deceptum iuvari l. dolo. C. de inutilibus. stipular. præcipua scribentium opinio, ipso iure, nullum dicit. aliter atque si dolum incidat. quoniam hoc casu cōuentio bonæ fidei nulla non esset initio per l. & eleganter. ff. de dolo. & mox per l. Iulianus. §. si venditor. ff. de act. empt. Ego autem compluria esse contractibus bonæ fidei peculiaria non nego. glos. in d. §. actionum. illud nego per dolum vnquam nullos illico effici, magis quàm si strictissimi iuris essent. sed vtrosque æqualiter rescindi posse assero. Iam satis nota est l. si dolo. C. de resc. vendit. l. dolus. eod. satisq; aperta l. medicus. ff. de varijs cognit. adijcitur, quòd multoties vtile est inducto per dolum, vt contractus obseruetur, potuit enim esse, vt dolo me inducas ad emendum ædes tuas, quæ mihi sint commodissimæ. cum plerumque is proficit qui nocere vult: vt qui Iasonem Pheræū occidere gladio voluit, & vomitum ei aperuit aliàs insanabilem teste Cicerone. Accedit, quod si dolo initus contractus cōfestim irritus esset, certe venditor fraudem passus posset rem venditam reuocare iure dominij in rem agens, quod non recipiunt iura. l. dolus. C. de resc. vendit. Non obstat l. & eleganter. ff. de dolo. vbi emptio dolo inita nulla est. siquidem nullam intelligo effectu tandē, sed non protinus. † quia creberrimè nullum appellamus, quod rescindi potest, & exitu nullum fieri. l. j. C. de resc. vend. vbi venditio facta irrita est, id est, rescisibilis. l. si vi. C. de ijs quæ vi vel met. sic in l. cū postea quæ. C. de pact. l. j. in fin. ff. de ferijs. vbi actus nullius momenti infirmabitur. Hoc modo, vt mea fert existimatio, accipitur l. in causæ. ij. ff. de minoribus vbi minoris circumscripti societas nulla est. id est, rescindenda. & quod subdit text. satis ipso iure munitum esse minorem. intelligo ipso iure communi, nō quòd societas ipso iure nulla sit. hoc vult series l. probo necessario, nam d. l. in causæ. dicitur, quòd si minor societatem donationis causa cōtraxerit, restituitur vt maior communi beneficio. atqui certū est talem societatem aliquem habere effectū. licet non rectè contracta sit. l. societas. §. donationis. gl. ff. pro socio. Ausum quoque asserere, tum rescindi negotium bonæ fidei solummodo, cum in eo licet lucrum solertia tenere, vt in emptione, in locatione l. item si. §. si. cum l. & ideo. ff. locati. secus cum æqualis diuisio desideratur l. 3. C. cōman. vtriusq. iud. l. a. b. Malo dissentire tibi salua conscientia, quàm salua gratia molliter cōsentire. non est, Vlpiane, Labeoni imponere. dixisti contractum bonæ fidei. qualis est emptio, nullū ipso iure nō esse, id ego perseueratè asseuero: neq; aliud quicquā met. nisi vt obijcias mihi dolo illect. errare. igitur non consentire l. si per errorem. ff. de iurisdic. quod si non consentit, iam nihil

agit contrahens. l. i. §. i. ff. de pact. ceterum dico adhuc stare contractum: cum saepe accidat ut fraude persuasus emat, faciat nihilominus lucrum. deinde si huiusmodi ratio vera esset, iam contractus stricti iuris dolo initus eque nullus esset ipso iure: cum similiter consensum affectet, siue stipulatio, siue mutuum. d. l. i. §. pe. de pact. LABEO. Ista ratio ad examen diligens reuocata, quod scilicet plerumque interfit eius, qui dolum perpeffus est, contractum seruari. fucata est, vera non est. nam & cum in gratiam alicuius, venditoris puta vel alterius, actus nullus vocatur, ita demum nullum intelligi oportet, si ei placeat, pro quo (ut sic dixerim) annullatur. l. ij. ff. de leg. commiss. l. filio. ff. de iniust. testa. Deinde ubi legis conventionem bonæ fidei nullam esse, prout in d. l. & eleganter. ff. de dolo. & l. in caus. ff. de minor. respōdes nullam exitu non à principio. Eadem opera mediusfidius respondebo ipse l. si dolo. de resc. vend. C. & l. medicus. de var. cog. contractum bonæ fidei rescindi. hoc est, nullum declarari. quia nullus à primordio fuerit. & iuuabo me l. illa prima. ff. de feriis. ubi, quod nullum est, deinde per sententiam infirmatur. hoc est, nullum declaratur. l. iij. §. j. ff. v. usufr. quemadm. caueat. l. ex empto. §. is qui vina. ff. de act. empt. paria feci tecum. Sed age satisfacito l. iij. §. fi. ff. pro socio, & obtineat quod contendis, ibi euidenter constitutum est societatem dolo malo vel fraudandi causa initam, ipso iure, nullius esse momenti. v. l. p. Placet conditio, possum imprimis dicere aliquid dici ipso iure nullum, quod tamen confirmationem libenter capit, ut experimur in donatione inter coniuges. l. 3. §. sciendum. ff. de donati. inter vir. l. cum hic. eod. sed. alter dissoluo † atque dico in d. l. iij. §. si. societatem, bonæ fidei contractum, esse nullius momenti singulari ratione, non utique propter fraudem & dolum alterius ex sociis alterum decipientis, sed propter fraudē vtriusque. inibant enim societatem duo, ut alios deciperent, Dolo malo & fraudandi causa, inquit Paulus ut cum veneni omnino nocituri societas initur. l. quod sepe. §. veneni de contr. empt. ff. nempe ut impostero emptores circumuenirentur. An non idem tibi, ô Labeo, merito dixerim de d. l. & eleganter. ff. de dolo (postquam tantopere fastidis traditam dissolutionem, nempe ibi venditorem circumscriptum fraude serui sui, & præterea emptoris cumalata: ad hoc enim seruus nequam & emptor conspirant. atque ita fraudandi causa. vt in l. cum ratio. §. ex bonis ff. de bon. damnato. id est. vt in futurum minor fraudaretur. l. ex hoc §. i. ff. de alien. iudicij. at quod vnus tantum fraudandi causa facit, vt proxeneta, non perinde illico destrui contractū. l. 2. ff. de proxenet. accedat. l. si mensor. ff. si mens. fals. mod. sed hic erat dolus incidens mensoris qui optat contractum dirimi, ideo de dolo tenetur. superioribus quadrat. l. à diuo cum gloss. ff. de ritu nuptiar. l. si res. §. i. de iure doti. Hæc sit ergo regula, quod quocumque dolus vtriusque contrahentium causa contractus est, ipso iure nullus est contractus. Etiam (vti arbitrator) si dolus incidens esset. l. domum. in fin. ff. de contrah. LAB. † Si dolus vnus non det causam contractui, sed incidat, didici ego neque contractum nullum esse, neque rescindi. sed decepto subueniri per actionem ex contractu. l. qui per collusionem. ff. de act. empt. Idque tu respondisti in l. Iulianus. §. si venditor. eo. rit. in illa specie, in qua venditor empturienti suaserat vt pluris emeret. seruum commendans & eius artificium. Vel per contrarium. cum emptor ei qui rem venalem exposuit, versute persuaderet, vt minoris venderet, aget venditor in tantum, quantum pluris res quam vendidit, fuerit, quam propter dolum emptoris vendita sit. in summam constat verum esse oraculum. l. bonam. C. de actionib. vbi æqualiter in omnibus contractibus bona fides desideratur, cum est dolo contraria, licet cum opponitur stricto iuri, differant contractus bonæ fidei à stricto iure: vt circa fructus & vsuras. l. 38 §. si actionem. de vsuris. l. mora. §. in bonæ. eod. Leum qui. ff. de donati. fateor tamen dolum magis esse pudori fraudulentis in bonæ fidei iudiciis. sic intelligitur l. 3. C. pro socio. sic explicuit Proculus in l. in proposita. ff. pro soci. vbi Accursius circa sententiam arbitrio boni viri rescindendam excluso dolo, idem iuris in vtriusque naturæ contractibus possum ostendit. proinde ne contractus vllus metu factus ipso iure irritus erit, tametsi mala fides non absit à violentia vt idem Accurs. in l. i. C. de resc. vendit. nam odiosior est qui clam nocet more vulpeculæ, quam qui aperte instat Leonis. l. sed si ex. §. si. ff. de dolo. qui fallitur non consentit, alter vero saltem coactè vult.

OBSERVATA IN C. DIALOGVM.

1 Declaratio l. ij. C. de resc. vend.

2 An d. l. ij. in emptore locum habeat. & quid in venditione duplici.

3 Testes de rei pretio deponentes qui audiatur.

4 Quid debeat inferi libello rescindere volentis.

5 An iuramentum impediatur rescissionem.

6 Quid si venditor maiorem rei valorem donet.

INTER-

DIALOGVS C.
INTERLOCVTORES.

IABOLENVS; SCAEVOLA:



I Musæ, dignarentur ad me ex Helicone mittere duos Dactylos † te dideram versibus l. ij. C. de resc. vendit. quæ Isthmo permodico diuiditur à proposita materia. finire, teneo, feci sed, vt, par est, ruditer, accipitote.

*Æquarent fuluos Titij cum prædia nummos
Ter quinque, is septem vendidit aureolis.
Contractum, Titij rescindere destinat hæres
Ob vilem summam. Quæro quid emptor aget?*

*Eligat alterutrum: vel prædia reddat agenti,
Autore hic nummos Iudice restituet.)*

Prædia vel seruet, pretium si suppleat æquum.

Indemnis tali fiet vterque modo.

Nam læsus nimium, qui vendidit, esse videtur.

Si iusti accipit dimidium pretij.

Sancra est hæc constitutio, imitatrix l. i. §. si quis in. ff. si quis in fraud. patr. † nam licet naturaliter liceat contrahentibus se inuicem circumuenire. l. in caus. ij. §. fin. ff. de minor. non eousque id licet, vt venditor minus accipiat, quam sit dimidium iusti sue veri pretij, vt inquit Accurs. si res valet x. & veniit quatuor. Idem ait in emptore simile esse, si, inquit, res valet x. & empta est xvi. non autem, vt quidam putant, si res valet decem, & empta fuit xxi. quia tunc emptor non esset deceptus in dimidia pretij, sed plus duplo dedisset, quia res valet decem, quorum dimidia pars quinque sunt, quare cum emptor dat sexdecim, verum pretium, nempe decem, dat & dimidium pretij, hoc est, quinque. proinde vnus denarium sextundecimum vltra dedit, quam expedisset. hæc est Accursij supputatio. & eam quidem verbum legis admittunt, sed legis sententia repugnat, ad quam omnia reuocanda sunt, ne fraus legi fiat, si sequamur *ῥῆτ' ὀν* potius quam *δρανοίαν*. l. fraus. ff. de legib. nec enim verba captanda sunt. l. pe. ff. ad exhib. Porro si quis æquitatem legis amplectatur, videbit idem esse in emptore, quod in venditore. l. j. de cupress. lib. xi. l. cum emptor. ff. de resc. vendit. vbi æqualitas vtriusque contrahentis in rescissione potissimum custoditur. accedit quod venditor discedens vltro ab emptione arras duplicat: emptor autem datas simpliciter amittit, nec propterea effectu magis grauatur. l. contractus. §. si. C. de fide instrum. inde est, quod sicut venditor deceptus est, cum rem valentem xxi. venundedit x. ita emptor, queri velut deceptus, potest, qui dedit xxi. pro re quæ duntaxat valet x. quia plus duplo dedit. l. i. §. sed si emerit. ff. si quis in fraud. patr. hoc addito, quod non debet esse potior imitans, eo quem imitatur. §. minorem. de adept. Inst. Cum igitur emptor æmuletur venditorem, de quo expressè lex loquitur, non debet facilius rescindere quam venditor, qui non rescindit nisi deceptus vltra dimidiam, at venditor rescinderet, eo quod aliquid plusculum dedisset vltra tertiam partem iusti pretij, quod nemo dixerit. Quod si duarum rerum venditio fiat, vt prati & vineæ, in quarum vna sit deceptio, cum quinque singulæ venierint, & vinea sit xi. aureorum, certe placet non fore rescissionem, si paratum iusto pretio venierit. l. si duos. ff. de euictionib. non vtraque res simul egreditur xx. aureos.

† Testes, qui deponunt de rei pretio, communem æstimationem sequi decet. l. pretia rerum. ff. ad leg. falc. non autem hærebunt ipsius venditoris voluntati, aut singulari eius utilitati, vt l. si cui. ff. de leg. ij. Dicent insuper, quod prædia valent xxi. & quod tantundem ipsi darent, & tantidem abs quouis emerentur: idque, quod tantos habent redditus, tot prouentuum. l. solam. C. de testib. l. si quos. C. de resc. vend. l. pen. ff. de reb. eor. nec exactius æquo indulgebunt venditori instar Veneris Erycinæ, ad cuius aram non litabat, teste Æliano, nisi qui victimam iusto pretio comparasset. Nisi in l. si spōsus. §. circa. de donation. inter vir. vbi non inspicitur læsio, sed potius quatenus emptrix sit facta locupletior. In rebus mobilibus aut mouentibus idem sit iuris, si modò res fructum ferat & redditum, vt equa velox quinquennis, sæcunda, seruus liberaliter eruditus, frugi. In aliis autem rebus sequemur l. si quis vxori. §. si. ff. de furt. l. si seruus. ff. de cond. furt. vbi res tanti sit, quanti vendi potest. Æstimatione inspicenda est, non quæ est tempore litis institutæ, sed quæ fuit tempore contractus. l. si voluntate. C. de resc. vend. hæc libello inferi debet. Vel certe iudex succurrit læso vltra dimidiam, & idcirco coniecturam erroris faciet. nam scientem surda aure excipiet, vt quæ

E iij

femet ipsum fefellit l. 1. §. fin. ff. quod fals. furor. & talis dolus non adiget contractum ad rescissionem, cum à suo autore perperam allegetur. l. xxx. C. de transacti. l. ea quæ. ff. de contrah. empt. sed qui simpliciter vendit, errare præsumetur, & magis se sinere circumuenire quam id velle. vnde si neutri iniuria fieri dicitur, & refarciri iubetur. l. 4. §. fin. de ficari. s. c. A. E. V. Interim dum tu collatis signis pugnas cum Bartolo, interim dum ipse trepidus fugam cogitat, † quæram num venditor, qui iuravit se non rescisurum venditionem, possit uti remedio l. ij. C. de resc. vend. ex eo saltem capite, quo petitur suppleri iustum pretium? Accurs. non posse respondit, quoniam quodammodo rescissionem petere videretur. arg. l. quæ sub conditione. §. si quis sub. ff. de cond. instit. quod quidem durum est: nam alioquin plus iuris haberet ille qui vult à iureiurando resilire, quam is qui non iuravit. nam hic disunctiue peteret rescissionem aut supplementum pretij, ille simpliciter supplementum, quod non est admittendum. Si minor iurauerit non discedere à venditione, nihilomagus, inquit Accurs. impeditur uti remedio. d. l. ij. utpote cum ratione minoris ætatis non minoris pretij iuratus intelligatur. quod verius est, si expendas auth. sacramenta. C. si aduer. vbi iubetur inuolabiliter seruari iuramentum minoris super contractibus non retractandis interpositum. atqui hic contractus retractandus est vilitate pretij. Itemque magis videtur renuntiare beneficio, quod procedit ætatis causa, quam aduentio. arg. l. qui habent. ff. de tutel. accedit, quod ex hac. l. 2. non petitur ab emptione abiri, si emptor malit. iustum supplere pretium. Quinimo videtur (dicam ex industria vt Callidemus deliberet) minorem iurantem non retrocedere à contractu citius, remississe videri auxilium. l. ij. C. de resc. vend. quàm ætatis. nam illud solum ei competit, quasi iure communi concessum. l. in causæ. ij. ff. de minor. xxv. † Quid si, vt assolet, vendens donet maiorem rei venditæ cotidie dici scribique assolet) valorem? an dicemus posse adhuc vt l. ij. remedio? notissima est illa distinctio, aut totus contractus donationis gratia initus fuit, & vt donatio, non vt venditio, valebit. l. si quis donationis. ff. de cont. empt. l. cum in venditione. ff. eod. l. si donat. C. eod. Sin verò contractus vera sit venditio, non prohibetur venditor, qui id donauit quanti plurius est rei, iusta æstimatio quàm conuentum pretium, vt rescissione. l. ij. non enim prodegisse censetur id plus, quod dimidiam attingit, sed paruum aliquid. l. hæc adiectio. ff. de verb. sign. Caterum non desino super his dubitare, cum verba donationum frustra non debeant accipi, sed vt in aliquo operentur. l. si quando. ff. de legat. j. Sed cum dono plus illud, quod est citra dimidiam iusti valoris, in manum dono, quia licet se contractibus decipere. l. in causæ. §. pen. ff. de minor. Ecquid putem prodesse emptori, si donem, quod non poteram auferre? nihil penitus. hoc obstat receptæ sententiæ, sed per me stare illi vsquequaque liceat, nam & moribus vigorem accepit. vtar in hoc Pythagoræ consilio, qui ne à via publica deflecerem admonuit.

OBSERVATA IN CL. DIALOGVM.

- | | |
|--|--|
| 1 Quare à contractu liceat discedere decepto ultra dimidiam iusti pretij rei venditæ. | ei qui læsus est. |
| 2 Solertia nimia, & quicquid ultra mediocre est, iure reprobatur. | 5 Quando iure natura aliquis cum alterius damno locupletetur. |
| 3 Quæ actio competit pro rescissione venditionis: explicatur lex in contractibus. C. quib. ex causis maior. l. quisquis. C. de resc. vendit. | 6 An liceat contractibus se inuicem decipere, & quonam iure: & quid in causa dotali. |
| 4 Sæpe non est beneficium rescissionis contractus, | 7 Vtrum per l. 2. C. de rescind. venditi. plus venditori consulatur quàm emptori, & solido plus quam prudenti. |

INTERLOCVTORES.

CALIDEMVS, HEPHÆSTION. PAVLVS.



ERGEBANT duo nobiles iurisperiti in suscepto tractatu, magno animi mei oblectamento, cum diremit colloquium fera admodum terribilis ex dumeto exiliens, quo arca marmorea semirutata pene occultabatur. sepulchrum id fuisse postea ex inscriptione comperimus, & feram Hyænam Africæ alioquin alumnam, à qua vna inquisitione corporum, sepulchrorum busta eruuntur. humanæ enim carnis auida est, teste Aristotele: corpore non minore quam lupus, equinam iuba insignis, & multiplici

plici oculorum varietate, pastorum sermones sæpe æmulatur callida, vt aliquem eorum foras euocati laceret: adeo illi naturaliter scire liber, licetque decipere. HEPHÆSTION. Non miror ista licere animali rationis experti, cum homini licere iurisperiti fateantur. nam naturaliter seruus in seipsum scire potest, nec deducitur ex peculio id damni quod sibi intulit pessimus, & nihil non in alium ausurus, qui in domini perniciem se vulnerauit, vt Vlpianus ait in l. 10. §. si ipse. ff. de pecul. l. cum autem. §. malus. ff. de ædil. edict. idem secutus Pomponius scripsit, in pretio emptionis & venditionis licere contrahentibus se circumuenire naturaliter prorsus. l. in causæ. 2. §. pe. ff. de minorib. xxv. quod vehementer reluctatur iis quæ tam magnifice, vt audio, Iabolenus & Scevola differuerunt de l. 2. C. de resc. venditi. CALIDEMVS. præsenferam ego iam fore, vt contra me tu Pomponi sententiam Vlpiani que responsum non aliter excites, quam villaticum canem contra inermem viatorem. maxime cum iure naturæ æquum non sit quemquam cum aliena iactura locupletari. l. iure naturæ. ff. de regul. iur. plane sustinebis tuum iudicium, quoad ego quæ de hac re didici, commemorauero: quæque audiui à Paulo iurisperite eximio, qui se tempestiue immiscuit superiorum disceptationi. sed iam ipse in scenam prodeat, & loquatur. PAVLVS. Recte à Cæsariibus inductum censeo, venditori supra dimidium iusti pretij læso subueniri, idque ex humanitate, vt ipsi aiunt in d. l. 2. C. de resc. vendit. nã summo iure videri poterat diuersum obtinere: cum contractus consensu libero in necessitatem transeat. l. sicut. C. de actionib. sed profecto non præcise rescinditur venditio in d. l. 2. cum possit emptor supplens quod deest iusto pretio venditum retinere, quod iam vtitatum fuerat patrono reuocante in fraudem suam vendita per libertum, modo emptor fraudulentæ consilij non inueniretur particeps. tunc enim supplemento iusto sibi consulebat. l. 1. §. si quis in. ff. si quid in fraud. patron. præterea nihil tam cogit in iure, quod ex causa, necessitatis vinculo non soluatur, quædam postea emergente ratione. l. 34. §. ait prætor. ff. de iureiur. maxime in contractibus. l. æde. C. de locat. & cond. l. si fundus. ff. eod. atqui dicta ratio, vt discedatur ab ea venditione, quæ nimiam læsionem habeat. nam quamuis æquum sit pacta seruari, & fidem dictam à Stoicis quia fieri deceat quod promissum sit. l. 1. de constit. pecun. tamen, vt sæpe accidit, æquo æquius inuenitur. l. si seruus communis. §. quod vero. ff. de furt. & longe æquius est dissipari contractum, quam sequi perniciam offensionem simplicioris venditoris, cum vel optima quæque iusta mensura carentia in malum degenerent. vt religio nimia in superstitione. l. quæ sub. ff. de condit. instit. miris enim modis illud laudatum est à sapientibus, ne quid nimis, τὸ μὴ ἐν γὰρ ἀγαν, ἀγαν μὲ τέρπει. inquit Alpheus poeta. id est, illud enim: ne quid nimis, nimis me delectat, sicut & Iustinianum mediocritati hærentem §. 1. de consulib. col. 4. itaque fatebor ego semper contractus inuentos esse propter hominum vtilitatem. l. actionū. §. ex contractu. ff. de action. l. 1. ff. de contrah. empt. & licere cuius esse solerti & cauto sibi, modo dolo careat, qui non ex pretij quæritate sed ex insidiis deprehenditur. l. dolus. C. de resc. vendit. cæterum nimia solertia ementis suspecta est, nec dolo omnino absimilis. l. fin. de vestib. olober. lib. xi. C. maxime circa venditionem. l. 1. C. de episcop. pal. audi. per quam temperatur. l. viij. C. de iudæ. quia strænum iniicitur mediocritatis omni generi, negotiatorum. sic castigatio mediocris salubris est discentibus, sed si nimia fuerit in præceptore culpatur. l. v. §. fin. cum. l. seq. ff. ad leg. aquil. hoc eleganter explicant autores. d. l. 2. C. de resc. vendit. Diocleri. & Maximianus in. l. si voluntate. C. eod. quod etiam vaticinari fuerant in l. in contractibus. C. quib. ex caus. maior. nempe subueniri minoribus quoque xxv. annis in bonæ fidei contractibus siue dolo læsis siue aliter perperam. l. maioribus. C. communia vtriusque iudic. ideoque necesse fuit nominatim læsionis modum præscribi in d. l. 2. C. de resc. vendit. vt inde nasci possit conditio ex lege. quoniam in d. l. in contractibus, tantum subueniebatur officio iudicis implorato & nimium arbitrario. quia non præcedit ipsum obligatio coactura partem vel iudicem. l. qui per. §. fin. ff. de action. empt. secus cum lex pro certo obligat. l. obligamur. §. de action. l. vnic. ff. de condit. ex lege. cum vero paulo vilioris pretio vendita res est, quam te vera æstimaretur, non succurritur maiori, quamuis causetur rem distractam procul à se sitam, sed suæ facilitati expensum feret detrimentum: quia ultra dimidiam non est læsus. l. quisquis. C. de resc. vendit. nõ magis quàm subueniretur emptori, qui agrum sine dimensione comparasset obtutu contentus, spacium eius & amplitudinem agnoscere per iugera neglexisset. nam vigilanti subueniunt iura, non supino. l. pupillus. ff. quæ in fraud. credit. sed tamen subueniunt venditori nimis læso: quia cum venditoris facilitas fastidiatur, non continuo remanet inulta nimia ementis sedulitas & solertia, cum eo temperamento vt supplere possit id quod deest iusto pretio, & rem retinere, si modo dolus abfuerit, quo veneno nullum præsentius bonæ fidei contractibus. l. & ele-

4 ganter. ff. de dolo. † Ex his colligam audacter non fore locum remedio. d. l. 2. C. de resc. ven. vbi cumque vendito mero iure sine re quæ vaneat, intelligi potest. vcluti sub alea contracto negotio fortunæ liberalitatem expectante. vt cum iactus retis à piscatore emitur, vel captus fortuitus eorum demerem ferarum à venatore, vel mulsilium, aut pantheris rectis, de quo in l. emptorem. §. fin. de action. empt. sic enim aucupes non omittam. l. nec emptio. ff. de contrah. empt. vbi patet tantum abesse venditorem à querimonia, si deceptus tandem inueniatur vltra dimidiam iugo columbarum vel sturnorum grege capto, vt nec emptor queri possit, si forte venditor nihil omnino ceperit. ratio est, quia inspicitur tempus contractus, vt exploremus an læsus contrahentium alteruter fuerit. l. si voluntate. C. de resc. vendit. sed cum fortuitum quippiam emitur, iam non allegabit venditor se pluris potuisse vendere id quod vtrum contingat dubium est. Idem iuris in vendita hereditate, quæ velbeat emptorem si ampla est, vel si obnoxia creditoribus aut alioquin tenuis ad inopiam redigit: cum id actum est, vt emptor omne periculum & emolumentum recipiat. l. quod si in. ff. de heredit. vel action. vendit. † Nec me terrebit, quod vulgo dici solet, neminem cum alterius damno fieri debere locupletiorum iure naturali: quia hoc locum habet cum alter dissentit. sed ex consensu cuiusque æquissime locupletor. aliter æstimantibus, donatio & liberalitas iustitiæ non vltima pars exploderentur. item stipulatio, commodatum, mandatum quæ soli domino profutura. non omitto, quod æquitas non vult nos locupletari cum aliena iactura, quoties qui damnum patitur in culpa est, & causam damni præstitit sibi ipsi. vt cum fiscus delinquentis bona inuadit dicta multa à iudice, qui si libuerit priuato quoque accusatori multam addicit. l. lex Cornelia. §. fin. ff. ad syllani. imo nec videretur damnum pati, qui sua culpa id patitur. l. quod quis ex. ff. de regul. iur. ergo delinquens sibi met damni auctor est, & quamuis vltimæ legi non consentiat, locupletat fiscum vel priuatum: vel certe ab eo licet inuito lex extorquet consensum. l. si seruus seruorum. §. si oliuam. ff. ad leg. aquil. vbi donasse creditur is, qui potius alij iniuste auferre voluit. **C A L L I D E M V S.** Cuiusmodi fuerint quæ Paulus discrete attulerit vides, ð Hephæstion, iuri certe consentanea. pluscula addidit ad idem pertinentia, quæ postmodum recensebo, si prius iuxta ipsius mentem explanauero id quod à me tantopere exigit, spectans ad deceptionem permissam. ne sit locus Theophrasti hortamento, qui, vt Suidas refert in libr. de legibus iuber ædiles seu fori curatores cauere, vt in foro modestia seruerent, & vt ementes ac vendentes mendaciis absterneant *κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδῆ ἐν*. vt pote cum fas sit sese circumscribere inuicem omnibus pariter contrahentibus naturaliter. d. l. in causâ. §. pe. ff. de minorib. vbi verbû circumscribendi respicit deceptionem carentē dolo, vbi exponitur à me & ab Hermogeniano in. l. item si pretio. §. si. ff. locati. cum l. & ideo sic vltus sum in l. quod si minor. §. restitutio. ff. eo. sic apud Vlpianū deceptus dicitur quis suapte facilitate, nō calliditate aliena. l. si rem. §. omnis. ff. de pignorat. acti. nam qui machinantem fallitur, non proprie potest dici contraxisse, cum erret, ideo non consentiat. l. si per. ff. de iurisdic. quocirca sublato vel deficiente consensu non dicitur conuentio. l. i. §. pe. ff. de pactis. Et hoc forte est quod iactatur, licere contrahentibus se inuicem circumscribere naturaliter. id est, sine artificio sed sine fallacia, sponte naturæ, & proprietatis contractum. sic accipitur naturaliter in l. i. §. si. ff. de aqu. pluuiâ. quia contractus reciproci ita comparati sunt, vt vteruis quærat, quod sibi expedit: nec rarum est vt vtrique utilitas contingat. d. l. si voluntate. C. de resc. vendit. Vel secundo, naturaliter licet circumscribere. id est, iure gentium quod naturale etiam appellatur. §. singulorum. de rerum diuis. ex hoc enim iure contractus introducti sunt. l. lex hoc. ff. de iustitia & iur. proinde idem ius permisit contrahentibus esse industriis, & vtile sibi acquirere, quod procliuus contraherent semota fallacia. Vel tertio naturaliter circumscripto permittitur in contractu. id est, iure illo naturali quod æquum & bonum dicitur in l. ne. ff. de iustit. & iur. quod si sequamur boni erimus & dolo carebimus vulpeculis quam hominibus digniore. ne quisquam speret ex dolo suo præmium. l. ita. ff. de recept. arbit. & præterea nauiter atque cum aliqua industria nobis parabimus quod ad lucrum faciet. scite enim Plato in libr. 5. de legibus: *τὸ δὲ ἐστὶν ἐλέγχειν, ὡς φίλος αὐτῷ πᾶς ἀνθρώπος φύσει τὰ ἐπιχειρῶντα ἔχει*. id est, hoc autem est quod dicunt quemlibet sibi natura amicum esse, idque certe fieri, idem expresse præcipitur lege euangelica, quæ ius naturale continet can. 1. dist. 1. nam cum iuber Christus Matthei cap. 22. vt quisque diligat proximum sicut seipsum, iam aperte innuit quemuis sibi amicum esse potissimum oportere. & charitas verò nititur ordine quam quisque à seipso incipit teste Augustino can. qui vult. de peniten. dist. 3. l. præles. C. de seruitur. proinde lucrum quod quis facit contrahendo, natura prælucente facit, etiam in conuentionibus, quæ vnum tantum obligant, vt in donatione, stipulatione, cum interfit

hominis

hominis hominem affici beneficio. l. seruus ea. ff. de seruis export. & qui digno donat, pariter accipere beneficium intelligitur. quin etiam scenerat iura cum deo ratione, qui bonorum dator vtrique est. si vero conuentio vtrique obligat, tunc amplius decipere sine consilio fraudis licet, vt ostendit particula, inuicem. d. l. item si. §. fin. ff. locati, quia decipiendo iuuat, cum pretium pro re dat vel è contrario: nisi, vt sæpe dictum est, nimia solertia vtatur. d. l. 2. C. de resc. vendit. nec mirum si forte venditor non perinde lucretur, vt cautus emptor, postquam natura dictante sibi studuit sine fraude: cum liceat alienas ædes intercideri arce di incendi gratia porro à nostris, modo nocendi absit animus. l. si quis fumo. §. si. ff. ad leg. Aquil. & sic ex causa, cum aliena iactura nobis ipsis opitulamur. Sane vno casu non finit lex aliquem versari in nimio lucro cum alieno incommodo, quamuis lucrifaciens dolo careat, in causa mulieris etiam maioris ingentem dotem constituentis. l. iure. §. fin. ff. de iure dot. l. si res. §. 1. eod. tum quia diuina quædam est coniugum societas & communio, indigna mutuo quæstu quasi inter incognitos. vnde donatio alibi laudata prohibetur. l. 2. & 3. de donat. inter vir. ff. l. 1. ff. de actione rer. amor. tum quia dos non debet esse arbitraria, sed modum accipere ex dignitate & facultatibus viri. l. quæro. ff. de iure dot. & denique quod æquum & bonum maxime in dote expenditur. d. l. iure. ff. eod. l. eas. ff. de capi. dimin. nec repugnat quod paulo ante dixi ex bono & æquo vtilitatem sibi quemlibet quarere: quia hoc non obrinet in viro & vxore in vnum corpus fere coagmentatis. **HEPHÆSTION.** 7 Mirifice recreor istis enarrationibus: nec puto quenquam tam auxiliæ cupidum, vt non sibi satisfactum fateatur iis quæ ad. l. 2. de resc. vendit. pertinent. tamen non defuerit qui demireretur ibi adeo consuli venditori cum damno emptoris aduersus l. veteribus. ff. de pact. verum cum lex ait, in obscuris potius emptori fauendum, nihil nobis derogat, qui fauemus. venditori aperte læso, redundante emptoris solertia. At dicit aliquis, venditori prodesse nimiam stoliditatem, qui fundum dignum centum, vendidit solummodo. xlviij. sed si vendidisset. l. non rescissurus contractum. proinde quanto facilius fuit in vendendo & stultior, tanto plus habet remedij. ar in l. Seruus. ff. quod vi. aut clam. non melioris est conditionis resupinus homo quam prudens & peritus. plane stultitia est rem longe minoris vendere, pluris uè emere quam sit. l. 3. ff. ad legem Falcid. Sed iam abunde ex te audiui non faueri venditori ob suam simplicitatem & incuriam, aliàs miseratione dignam bono viro. l. cum ij. §. sed & person. ff. de transact. vnde prodigis tantopere lex bene cauet quos tamen despiciat & furiosis æquiparat. l. his qui. §. fin. de tutorib. ff. lex quoque ab industrio viro plus exigit probationis si se errasse causetur. l. cum de indebito. vers. qui enim. de probationib. desidi profusus ignoscit & succurrit iurisconsulto, ibidem paulo post. §. sin autem. sed in. d. l. 2. de rescind. vend. C. non tam venditor. ob ignauam facilitatem ipsius subuenitur. quam propter emptoris diligentiam quætuosam, non alienam à præsumpta vafritie. quare **Q** Scæuola. P. filius melior vir fortè quam sapientior. cum postulasset vt sibi fundus indicaretur semel, cuius emptor erat, idque venditor fecisset, dixisset quæ se pluris æstimare, addidit centum. milia hunc laudat. M. Tullius, nec paritur sapientis nomen frugi hominibus communicari: secus Pomponius. l. quæstum. ff. de conditi. & demonstr. poterat vtrique laudabiliter donare Scæuola quodcumque pretium, sed postquam fuit emendi voluntas, prodigere visus est quod addidit. argumèto est, quod is vendidit in d. l. 2. de rescind. vendit. impune quoque donasset totum fundum venditum, nec postea repetiisset: sed tamen rescindit contractum, quia non visus est donare voluisse, qui pretium exegit. l. imaginaria. ff. de regul. iur.

OBSERVATA IN CII. DIALOGVM.

- | | |
|---|---|
| 1 An in transactione sit locus remedio legis. 2. | 4 Per calumniam facta transactio que dicatur in. l. in summa. ff. de condit. indebit. |
| C. de rescin. vendit. | |
| 2 Rem suam ementi non succurritur læso. | 5 Conuentio vili pretio facta quando nulla sit, & quid sit vno nummo vendere. |
| 3 An conditio indebiti impediatur transactione. explicatur. l. si. §. pe. ff. de condit. indebit. | 6 Imaginaria transactio vel veditio qualis sit. |
| | 7 Aperitur l. si usufructus. ff. de iure dot. |

INTERLOCVTORES.

PAVLVS, CAIVS, TRYPHONINVS.

F

M I H I, quod philosophorū pace fiat, perplacet id quod Ennius notauit, nec quicquā sapere sapiētem, qui ipse sibi prodesse nequiret. verē enim sapiēs nec fallere vult, nec falli potest. ideoque lex, dū suppleri iustum pretium constituit decepto ultra dimidium, stultitiā ipsius quodammodo miseretur: & vt paulo ante demonstratum est, insectatur curiosam emptoris industriā. *C. A. I. V. S.* Id profecto obseruatum inuenio Lacedemone: vbi, si quis Æliano crediderit, adolescēs vilissimo pretio fundū emerat, eoque nomine ad magistratū perductus, multatus est. nam vt contra hostes, sic cōtra auaritiā pugnarunt Lacedemonij. tamen leges quibus vtimur in trāsfactione sinunt: quemquam longe ultra dimidium rei, qua de litigatur, circumscribi, nec subueniunt læso vllō modo: cui bene obtigisse putant, quōd à lite forensi discesserit, & metuere desierit, ne iudex corrumpeteretur: vel ne aduocatus aduersæ partis fuco eloqui iudicem fascinet: vel denique, ne non probari testimoniis possit quod in veritate est. *l. item si res. §. si. de alienati. iudic. ff. propter quod iudicia non sunt absimilia rebus fortuitis. l. seruus. ff. de statu homin. scite namque Chilon sapiens apud Plinium lib. 7. dixit, sicut artis alieni sic litis comitem esse miseriam.* Secūdo amplius dico à trāsfactione non abiri, quamuis in totum quis deceptus fuerit. *l. si pro fundo. in fin. C. de transac. vbi si peto à te fundum quem possides vt meum, tu fiducia nimia iuris tui meive alterum dedisti, vt lis sopiretur: deinde tertio vendicante fundū eundem à te possessum, amisisti, non ideo circo auelles à me quem trāsfactionis nomine dedisti. vt habet verus intellectus illius rescripti, explosis commentitiis Iasoni Alciati que. nam etsi lege id non esset cautum, tamen nemo aliter respondet, quam non teneri de euictione rei petita actorem, qui à lite discessit accepta pecunia. hāc enim accepit non velot rei pretium, sed vt pretiū dubij litis euentus. & litē intercessisse sufficit. quinimo puto, si vēditio fingi posset in proposito, scilicet actore vendente spem & emolumentum litis instituta, locum nō habere remedium. *l. 2. C. de resc. venditi. quia tanquam sub alea vaneat arg. d. l. nec emptio. ff. de contrah. empt. argumento est, quod aliquis rem suam emere potest, cum id actū est, vt in iudicio possessionis potior sit, & molestiam probandi possessionem redimat. l. si in emptione. §. rei suæ. ff. eo. quo casu re vera emptor longe supra dimidiam circumuenitur, sed dubiam iudicij aleā præuertitur pactione. Tertio vulgō succurrit. *l. in summa. ff. de cōdict. indebit. vbi qui dedit pecuniā aduersario litigatori, licet postea detegatur bonā causam fouisse, nihilomags repetit indebiti conditione. nam sufficit ob sedandam litem datum, quamuis nulla obligatio insuper adfuerit. liquet igitur trāsfactione impediri conditionem indebiti *l. 2. C. eod. quanto magis impediatur rescisio prætextu deceptionis ultra dimidiam, cum hāc puta in *l. 2. C. de resc. vendit. is qui quaritur se deceptum venditor vel emptor contractui consenserit: atqui soluens indebitum, errans erranti dedit. §. pe. de oblig. quæ ex quas. contr. P. A. V. L. V. S. Teneo re folio ficulno, aut modo, quo anguillam possim facile sistere, ex *l. cum hi. §. modus quoque ff. de transac. vbi cum de trāsfactione super alimentis tractatur, ex quāritate pecuniæ fides bona malauē colligitur. Sed tu pertinax homo, dices ibi trāsfactionem non super dubia re extitisse, sed pro remissione sumi. *l. de alimentis. C. eo. præterea ibi de trāsfactione ex cōsensu facta non quaritur, sed de prætoris decreto interponendo super alimentis mortis causa relictis, vbi solennitas adesse omnino debet. *d. l. cum hi. §. si prætor.********

Adducitur huc etiam *l. lucius. §. si. ff. ad trebell. vbi hæres eius qui post mortem suam rogatus erat hæreditatem restituere, tam paruum quantitatem restituit, vt per instrumenta post manifesto patuerit quadruplo plus fuisse in hæreditate, ideoque tenax restitutor in reliquū iure conuenietur, nisi cum fideicommissario transegerit. proinde trāsfactio vetat querelā institui ex causa deceptionis in totum quadruplum. sed hic locus iuuare nos vix potest, alioquin satis securos, cum ibi trāsfactio facta fuerit super lite mota ob quadruplum occultatum sordida vel dolo, cū super dolo præterito admittatur trāsfactio. *l. actione. C. de transac. ibi itaque non intercessit deceptio in quadruplum trāsfactioni, sed hæc dolum præcedentem obliterauit. maxime quia si deceptio manasset ex restitutoris consilio in trāsfigendo fraudulentè versati, conuentio prorsus expugnaretur. *d. l. actione. & l. sub prætextu. i. C. eod. vbi trāsfactio bona fide inita instrumentis postea repertis non rescinditur, cum generalis fuisset super generali petitione, secus si dolo instrumenta subtracta fuissent.***

Potius confirmaret quod volumus Scæuola in *l. 3. debitor. ff. de transac. vbi minimo facta trāsfactio non exiguitate dari, sed alia ratione non consistit, idq; valde impugnat Bartolum in *l. si quis cum. ff. de verb. oblig. vbi asserit succurri decepto trāsfigenti ultra dimidiū euentus dubij, hoc ita spectans vt lites in immensum, prorogentur, dū euentus dubij æstimatio inibitur. *c. A. V. S. Dissimulabis aliqua tibi aduersa, Paule, aut, vt homo astutus es, desiliens tanquā foueā præteribis quod inter pretes intorquet d. l. si superstitite. C. de dolo, vbi filia emancipata matris hæres cū patre olii in tutore suo trāfgerat, & læsa immodicē nō de dolo propter paternam***

paternam verecundiā, sed in factum ager, vt subuerat trāsfactū. sed iā præsentio quid velis nimirum ibi dolum interuenisset trāsfactioni, bonā fidem abfuisse. hoc contextus, hoc titulus, hoc indeque actionis in factū natura arguit: quippe quæ datur cōtra patrē dolum propter reuerentiam ipsi debitam. *l. non debet. ff. de dolo. proinde immodice fuerat læsa filia non solum respectu quantitatis, quæ vt sit duorum aureorum in actione doli sufficit, sed etiam respectu calliditatis proter modum regulæ. nec dubito trāsfactionem duorum dolo factam in tertij fraudē rescindi *l. i. §. vtrum. in fi. ff. si quid in fraud. patr. Vehementius oberit tibi asserenti conditionem indebiti aduersus trāsfactionem non dari, cum, vt inquis sufficiat à lite discessum esse. *l. si. §. pe. ff. de cōdict. indebit. vbi ex hoc contractu, nullam inter se controuersiam amplius esse, non impeditur indebiti cōdictio. sed fortasse ibi non erat trāsfactio, nec lis iudiciaria præcesserat. imo supputatio familiaris inter eos, qui inuicem obligati ex variis negotiis fuerant, & calculo subducto controuersis mutuis imposuerant finem hac clausula, controuersiam nullam amplius futuram. vel ibi indebitum fuerat solutum antequam tranfigeretur, & trāsfactio secuta non potuit pertinere in dubio ad pecuniam indebite per errorem solutam: nos autem tunc indebiti conditione trāsfactionem. dissolui negamus, cum ea pecunia, quam tranfigens promittit, indebita dici posset, nisi propter litem finiendam data esset. *d. l. in summa. ff. de cōdict. indeb. TRYPHONIVS* Neuter vestrum, vt video, trāsfactioni pacique studet, dum de trāsfactione mirifica loquitur, sed in permultis vos rixamini cum Bartolo, ceterum excepit Paulus, cum euidentis calumnia detegatur, ne impediatur per trāsfactionem cōdictio indebiti. quia, inquit, trāsfactio imperfecta est. *d. l. in summa. nam si calumnia proprie referatur ad causam criminis, quod falso imponitur. *l. i. ff. ad turpil. cerpe plerumque euenit, vt reus innocens potentiorē aduersarium metuens der pecuniam in re capitali publici iudicij, ideo tanquam indebitam postea repetet, nec interpretabitur iudex esse ob trāsfactionem veram aliquid datum, sed esse potius concussionem illicitam & sordidam, quam fecerit accusator vafer, vt Vlpianus eleganter dixit. *l. i. §. pe. ff. de calumni. secus cum super causa dubia reus tranfigeret iuxta *l. tranfigere. C. de transac. non desunt qui in *d. l. in summa calumniam quoque transferant ad ciuile iudicium, eamque accipiant pro quauis indebita vexatione bonæ fidei contraria. *l. athelæ. §. amplius. ff. de excus. tut. l. pe. ff. ad exhib. vt cum mulier se asserit pregnantem falso, ex industria non facili existimatione. *l. notatur. l. non alia. ff. de iis, qui notant. infam. itaque si aliquis me vocet in ius, petatque indebitam prorsus pecuniam data opera, & cum eo transegero minore summa, ne malis rationibus in maiorem petitam condemnet, repetam detecto ipsius commento fallaci. idque satis videtur arridere Vlpiano in *d. l. i. §. pe. de calumniator: cum priuati iudicij mentionem facit. vel calumniam pro dolo interpretabor. *l. ob fœnus. ff. de administr. tut. ergo dolus redder trāsfactionem imperfectam, nec enim ipso iure nulla erit, sicut nec alij contractus dolose initi. *l. si dolor. C. de resc. vendi. Existimo præterea trāsfactionem imperfectam in qua aliquid tam minutum daretur discedenti à lite, vt nulla proportionē verisimili æquaret dubium litis. vnum nummum dari dicebant veteres, & nummo factam venditionem locationemue improbabant: quod Budeus exponit pro pretio vilissimo velut panis frusto, ita vt donatio potius videatur fieri quā venditio vel locatio. *l. si quis ante in fi. ff. de acqu. possess. l. 49. ff. locat. inde Horatius:**************

*Fortē cohæredum senior male iussit, huic tu
Dic ex parte tua, seu fundi sine domus sit
Emptor, gaudentem nummo readdicere.*

hoc est, vt ipsum empturientem captes breui motiturum, dic te velle illi partem tuam vendere tenuissimo pretio. raceo quæ ibi somniauit Porphyrio, de lege qua cautum fuerat, ne quis rem donatam testamento donaret alij, quare specie venditionis donaturum accepisse nummum vnum: quod vanum est: Quocirca trāsfactio vno nummo facta imaginaria est, tanquā gratuita contra propriam substantiam. *l. trāsfactio. C. de trāsfactione. ideoque instar donationis inter coniuges prohiberetur. An vero talis trāsfactio facta pretio imaginaria transeat in donationem (quia etiā lis donationis titulo sopiri potest. *l. 3. C. eod.) quaritur: & putem valere, si propter liberalitatem hoc factum sit, vt vmbra quædam pretij intercederet, secus si omnino contrahentes putauerint trāsfactionem fore vno nummo. *l. nuda. ff. de contrah. empt. vbi imaginaria venditio non transfert dominium. est autem imaginaria cum abest pretium. *l. imaginaria. ff. de regul. iur. quia videtur aliquid esse quod non est, vt accidit ægris vel amentibus. vt cum apud Pacuuium Puthæus duos soles duasque Thebas cernebat. hinc Catullus:****

Non est sana puella, nec rogare

Qualis sit: solet hac imaginofum.

Imaginariam tamen venditionem permittit lex. l. si usufructus. ff. de iure dot. vt aliquid peius euitur: sicut solemus è duobus necessariò malis lenius eligere, & sicut medici venenis vitur, vt malum aliud doment. l. quod saepe. §. r. ff. de contrah. empr. sic cum dominus fundi usufructum pro muliere dotalem marito constituit, secuto diuortio maritus usufructum mulieri locabit aut vender vno nummo. satius est enim hoc fieri quam mulierem vtilitate usufructus priuati, quia ius talis seruitutis cedi non potest. igitur ibi venditio necessaria non spontanea reperitur: hæc enim imaginibus non delectatur, in illa autem aliud iuris est, in qua lege conuiente hoc agi debet vt imaginaria sit. sic olim in §. 1. de testam. cum familia vendebatur hæredi, modico ære appenso in libra, in memoriam antiquæ venditionis ante nummi inuentionem pretium in pondere habentis: vnde adhuc expensa in rationibus dicuntur teste Plinio lib. 33. cap. 3. nec erat prorsus ineptum tam modicum pretium præstitui magnæ hæreditatis ab hærede, quem testator etiam gratis locupletaturus fuisset. ideo lex permittit actum imagine innumbrari, quam desuerudo obliterauit non vbi que, sicut alibi Vlpianus monet. l. is qui in princ. & §. si ab ignoro. ff. de manumissionib. vbi est imaginaria pretio quidem accedente, sed alia simulatione non leuiore. quoniam seruus suis nummis emebatur, qui suos propriè habere nequit: & emptori pretium sui concesserat idè postea numeraturo, atque ita gemina sub imagine.

OBSERVATA IN CIII. DIALOGVM.

- | | |
|---|---|
| 1 <i>Obligatio sine consensu fit, cum soluitur indebitum, & donatio sequitur, licet ignorantis sciens soluat.</i> | 6 <i>Soluens indebitum à chirographo non repetit.</i> |
| 2 <i>Cum ab errante sciens indebitum accipit, furatur.</i> | 7 <i>Liberatus pacto de non petendo nec naturaliter tenetur nec ciuilitur.</i> |
| 3 <i>Condictio indebiti an contra furem detur.</i> | 8 <i>Per iusurandum vtraque tollitur obligatio.</i> |
| 4 <i>Ex solutione induci obligationem contrariam & tacitam.</i> | 9 <i>Debitor absolutus à iudice soluens, quare repetere nequeat.</i> |
| 5 <i>Indebitum plurifariam inueniri, quanam ex scriptura nascatur obligatio.</i> | 10 <i>Post iusurandum debitor soluens plerumque repetere non poterit, instar absoluti per sententiam.</i> |

INTERLOCVTORES.

PAPINIANVS, IABOLENVS.



Væ audiui ad cõditionem indebiti pertinencia me sollicitat, vt plura subiungere non pigeat. ita Cyndri in morem ex collis vertice præcipitis oratio nõ desinet, quousque in planiciem prouolura quietescat, propter mirificam actionis huius naturam contemplatu dignissimam, cum sine vlllo consensu nascatur: at consensum negotia omnia desiderant. l. 1. §. pe. ff. de pact. vbi nec contractus qui refit, vt mutuum, depositum ve, ab ea regula excipitur. quocirca mirum est indebitum solutum re ipsa obligans consensu carere. §. 2. quib. mod. re contrah. oblig. nam si exacte solutionem indebiti perpendamus, fieri inueniemus ab errante atque erranti pariter, quia vbi sciens indebitum scienti soluit, cessat condictio, cum donauerit l. cuius. ff. de regul. iur. ideoque insinuari eam liberalitatem necesse sit iuxta §. alia de donatio. secundo cum soluit sciens indebitum ignorantis, æque cessat condictio. l. 1. ff. de condict. indeb. sed Bartolus negat esse donationem: cum, inquit, accipiens non consentiat, in cuius gratiam Iason allegat l. si ego. ff. de rebus credit. vbi si ego donaturus pecuniam, numeram tibi tanquam mutuam accipienti, non est donatio, ego vero puto donationem esse roborarique ex eo quod accipiens pecuniam eandem reddere noluerit, cum à se conduceretur. nõ si vltro redderet, nulla lis subesset, nulla dubitatio igitur præsentis solutum indebite à sciente & prudente, nisi sit donatio, quid aliud vocari possit non video: cum eo animo acceperit, ne redderet. proinde non obest d. l. si ego. vbi donatarius accipiebat pecuniam velut mutuaticam, igitur animo reddendi ex natura mutui, quare impediēbat donationem: secus si ita acceperit, ne refundere teneretur, vt in proposita specie. potius enim huic bona fide accipienti fauere tenemur, quam ei qui non ignorat indebitum se accipere ab errante: quo tamen casu Bartolus iuris ciuilibus lumen vulgo appellatus aperte defecit, & huius luminis splendorem

dor nube auraque equitatis vehemientiore caligat. Iam videndum quid tertio dicitur, cum errans scienti indebitum soluerit: & magis est vt furum faciat, qui accipit, nec dominium nanciscatur nummorum indebite solutorum simulatus creditor. l. falsus. ff. de furt. ideoque actione furti & conductione furtiua obstringetur. l. si procuratori. ff. de condict. caus. dat. addit Scauola conductionem indebiti eligi posse. l. quoniam. ff. de condict. furt. non sine prodigio, vt quis condicat id quod suum est vltra furtiuam conductionem, quæ sola competit domino, gliscente in fures cotidiani sceleris reos odio. §. sic itaque de actionib. sed profecto (vt omittam quæ huc congeruntur suis locis ab interpretibus) dum errans soluit indebitum falso creditori, & mox condicit, est nihilominus soluta per errorē pecuniæ dominus, sed licuit ei eam viam eligere, qua dissimulet dominium, quod re ipsa habet. vt in l. ea lege. C. de condict. ob caus. sic rei commodatæ quisque dominus manet. l. rei. ff. commod. tamen repetiturus commo datum personali actione, si malit, experietur ex contractu. l. in commodato. §. sicut. ff. eod. quinetiam cum quis commodatum vendicat, multum iuris sui dissimulat. quamuis enim rem ipsam possideat d. l. rei. tamen ex potestate in rem actionis tanisper aduersarium possidere innuit: non vt ei faueat, sed vt sibi. l. officium. ff. de rei vendicat. Quarto cum errans erranti indebitum soluerit, proculdubio indebiti conductione sibi subueniet, adeo vt solus error hanc conditionem progeneret non sola vis indebitæ prærogationis. l. sed addes. §. si quis cum. ff. locat. si modo meminerimus dubitantem pro errante & ignorante haberi. l. si. C. de condict. indeb. & in hac specie quod distrahendi consilio factum est, vt scilicet obligatio dissolueretur, in quasi contractum à lege conuertitur. §. item is cui. de oblig. quæ ex quasi contr. adeo vt ex solutione obligatio nascatur: sicut cum reprobos nummos pro veris tibi solui, si veros deinde soluero, non dubitem quin reprobos saltem reddere mihi tenearis l. eleganter. §. 1. ff. de pignor. act. nec oberit quod res inducta ad vnum effectum, non debet contrarium operari, sicut adeptio dationem nunquam efficiet. l. legata. ff. de adiur. leg. quoniam hoc obtinet cum ex scientia cuiusque contrarium inducitur, nam tunc præposterum esset contrarium colligere: secus cum soluens errauit existimans se debitorem, non soluturus, si sensisset nihil alteri debitum, quemquidem ex contractu obligare non potuit sine consensu, sed ex quasi contractu & re, id est; numeratione pecuniæ: qua locupletari accipientem cum dantis errore & iactura ab æquitate dissentaneum omnino est. igitur in quasi contractu consensus non necessariò desideratur. inde furiosus negotiorum gestor obligatur. l. 3. §. & si furiosus. ff. de negoti. gest. sed hoc nemo elegantius expressit quam Pomponius in l. si is qui. §. si. ff. commod. vbi ait huiusmodi obligationem ex indebito soluto esse tacitam extra id quod partes deliberauerint. IABOLENVS. Quænam Sirenum auribus meis tam dulcem concentum instillauit? Papinianum audiui vocis suauitate vel Sirenas ipsas superaturum & sopituum. itaque auidius liber de condicendo indebito differere, & me profus animi voluptate satiare, non prætermissem Accursij distinctione in l. 1. ff. de condict. indebit. vbi quatuor modis indebitum accipit. primo cum nec naturaliter nec ciuilitur debetur: quo conditioni locum semper fore definit. nempe quia solui centum, quæ me tibi spondidisse falso persuaseram: vel quæ spondidi quidem, sed sub conditione & ante huius aduentum solui nisi conditio omnino extitura sit. l. sub conditione. & l. nam et si. ff. eod. secundo, inquit, est indebitum naturaliter licet debitum ciuilitur: exempla subdit, quorum primum est in eo qui se fatetur accepisse pecuniam mutuam in chirographo, quam non accepit: ideoque ante biennium non putat obligari eum. §. 1. de litter. oblig. & soluentem ait condicere perperam solutam pecuniam iure posse, quod ego nõ approbo. nam ait is qui scripsit chirographum fatetur se debere pecuniã adiecta causa mutui, emptionis aliãve qualibet, aut sine causæ adiectione. priore casu, scriptura indiscretè loquitur, nec obligat vlllo modo ne ciuilitur quidem. l. cum de indebito. §. si. ff. de probationib. præsumitur etenim in dolo creditor, qui tam mala ratione contraxerit, vt causam præ pudore obtinuerit, ideoque doli exceptione repellatur, nisi probet. l. si ex cautione. C. de numerat. pecunia, si vero chirographo causa debiti inserta legitime fuerit, tunc creditoris potiores partes sunt, & scriptura ciuilitur obligat: imo etiam naturaliter præsumptione iuris: quia scriptura non addit obligationi, sed inducit probationem, aut certè validam præsumptionem. l. contrahitur. ff. de pignor. tamen quia contingere potest, vt spe numerationis futuræ aliquis scribat se accepisse, quod propediem accepturus sibi videbatur, cõpetit ipse exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium tantum, postea nullo modo. l. in contractibus. C. de non numer. pecun. scio vulgus aliter statuere, sed non possum dissentire Iustiniano Imp. nec duobus Iurisconsultis, qui accurate superius de hac re sermocinati sunt. Quod si intra biennium debitor soluerit creditori pecuniam, quam se accepisse scripto pro-

fessus erat, nullo modo eam condicer: debuit enim ciuilitate, & naturali præsumptione ac prorsus verisimili quam rursus soluendo roborauit. l. cum fidem. C. de numerat. pecun. nisi vno casu, cum soluens postea euidentissimis probationibus scriptis posset aperte conuincere duo: puta indebite promissam fuisse pecuniam, & errore facti solutam. l. cum de indebito in fi. ff. de probati. ad hunc errorem demonstrandum plurimum iuuerit ostendere debitorem supinum & desidem, non solertem patremfam. d. l. cum de indebito. vers. qui enim & §. sin autem. proinde in d. l. cum fidem, non sit repetitioni locus vel alij exceptioni, quia debitor sponte agnouerat fidem scripturæ. Accursius ibi renititur & leuiter conditioni indebiti locum facit: quæ quidem difficilius permittetur quam exceptio non numeratæ pecuniæ, utpote cum solutionis actus subsequens promissionem scriptam debiti rependendi, velut geminatis viribus, repellat condicentem. P A P I N I A N V S. Alia exempla indebiti naturalis, sed debiti ciuilitate, afferri consueuerunt ab ijs, qui cæci hominis aliena manu destituti instar, in præcipitia facillime deducuntur: nempe cum ductari à iurisperito desiere, & Accursium sequi malunt alibi quidem perspicacem in hoc cæculum, cum liberatum pacto de non petendo vel iureiurando adhuc putat ciuilitate teneri, & auulsam fuisse naturalē obligationem tantummodo. proditur autem ac refellitur Pauli testimonio, quem incitat. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solution. vbi ita tollitur naturalis obligatio iusto pacto vel iureiurando, ut pecuniæ numeratione: atqui numeratione simul cum naturali ciuilitate stirpitur tollitur §. i. quib. mod. toll. oblig. quamuis enim ciuilitas iuncta naturali plurimum possit, tamen sublata naturali corruiat instar superficiei & ædificij subducto fundamento, quo solo sustinetur, si bene expendatur d. §. naturalis. cum enim pactum tendat ad liberationem, in quâ merito procliuiores sumus & fauorabiliores, omnem obligationem tollit: non inspecto verborum sono, quia promittens non petere prima facie liberare non tam censetur quam non molestus imposterum esse: sed perspecta æquitate, pacti conuenti exceptione repellitur. §. præterea. de excepti. sicut & ille quo deferente aduersario nihil se dare oportere iurauit. §. æque. eod. tit. pactum vero, ne quid peteretur, iustum dici aperte Iulianus docet in l. cum emptor. ff. de resc. vendit. vbi subdit illud dirimi re integra emptionem & venditionem. nec dicendum est superesse ciuilem aliquam obligationem. id conuincit ex eo quod venditionis fideiussor tali pacto liberatur. d. l. Stichum. §. fi. de solution. quod non esset, si vel aliqua ciuilitas restaret: cum soli ciuili possit accedere fideiussor. l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiussor. sed extincta naturali obligatione ciuilitas prorsus intercidit, sicuti umbra remoto corpore. l. si vnus. §. sed si stipulatus. ff. de pact. vbi pacti, quod vocant de non petendo, summa potestas exprimitur. Iam tempestiuum est ostendere per iusiurandum omnino tolli naturalem obligationem & simul ciuilem, quam superesse perperam asseruit Accursius frater autoritate l. fi. de iureiur. ff. vbi cum iurat debitor se dare non oportere, naturalis obligatio ea pactione tollitur: quia notum est transactioni simile iusiurandum. l. 2. ff. eod. sed cum lex ait tolli naturalem intelligit vnâ ciuilem aboleri: nisi velit ciuilem intelligere euanidâ, nullius succi, & pumice aridiorum, ut in l. non solum. §. i. ff. de pecul. non inuidebo huic. sed interim scio cum naturali obligatione ciuilem funditus destrui. sic cum filium naturalem dicimus, intelligimus sæpe legitimum simul. l. i. §. fi. ff. de suis & legit. heredib. & hoc aperte significat d. l. fi. ff. de iureiur. cū docet in dubio ab omni cōtentione discessum sacramēto: cū vinculum æquitatis sublatum sit pactione & religione, atq; ita fundamentum obligationis. d. Stichum. §. naturalis. de solution. manifestius in l. iusiurandum à debitor. ff. de iureiur. vbi iurans ab omni cōtrouersia discessit & tanquā acceptilatione liberatur quæ sine dubio ciuile tollit vinculum: cū ab Aquilio ciuili solēnitate inducta sit præter quâ quod iureiurando vis inest solutionis l. 27. ff. eod. ideo sit vt soluens, postquam iurauit quasi bis soluens repetat conditionem indebiti. l. fi. ff. eod. & l. si quis iuravit. ff. de condict. indeb. vbi Iulianus ait ab omni contentione discessum: proinde solum post iusiurandum repeti: licet idem autor aliud senserit in sententia iudicis absoluentis verum debitorem. l. Iulianus. ff. eod. an quod sententia in inuitum fertur, nec nascitur ex conuentione seu consensu vt iusiurandum. l. inter. §. i. de verbor. oblig. sed hoc displicet, quia qui absoluitur à iudice post litem contestatam, qua se debitorem pernegauit, utique vltro absoluitur. quid si dicamus religioni iusiurandi magis tolli obligationem quam sententia? minime, opinor, cum tota vis tollendi obligationem iureiurando imputetur consensui deferentis, & quodammodo sententia iurans damnati. l. i. quar. rer. actio. ff. l. admouendi. ff. de iureiur. nec quidem abest à sententia religio. l. rem non nouam. C. de iudic. quare passim legimus religionem iudicantis vltra publicam autoritatem, qua nititur sententia. Quid si magis sit, vt verus debitor, qui iurauit creditore deferente se nihil debere, aliquo casu non repetit? non magis quam post rem iudicatam, qua quidem

quidem omnis sublata est obligatio, cum pro veritate habeatur, etiam in ijs quæ à fonte naturæ manant, vt ingenuitas & status personæ. l. ingenium. ff. de stat. hom. vnde absolutus à iudice liberatus est penitus, nisi cum ipsemet sibi cōsciis veritate patefacta sponte postea soluit debitum creditori, & ita discedit ab vtilitate sententiæ: quod cuique, licet facere. l. si iudex. ff. de minorib. atque hoc modo reuiuiscit obligatio iam extincta instar Phœnicis Arabici vt l. 2. §. si. ff. si noxat. caus. agar. proinde qui falso iurauit se nihil dare oportere, si postmodum soluerit, repetet causatus oblitum se iurasse. non enim error in facto proprio impedit conditionem indebiti. l. sed et si me. ff. de condict. indeb. quid enim si multis annis ante solutionem temere factam iurasset? an non fas erit infirmitatem memoriæ causari. l. peregre. ff. de acq. possess. nihil est hac magis fragile in homine: cum constet Messalam Coruinum clarissimum oratorem ex egritudine in obliuionem sui nominis deuenisse, & alios istu lapidis, aut alijs casibus teste Plinio. sed & is qui iurauerit se nihil debere, repetet si in iure errauerit, existimans minitante adhuc creditore, de suo posse quæri perituro. Quod si remordente conscientia, cum verus debitor instrumento vel restium assertionem ostenderetur, ac pudore premeretur, soluerit, non purem repetiturum, magis quam post absolutionem ex sententia in d. l. Iulianus. ff. de condict. indeb. & multum interest qua mente & qua ex causa aliquis iurauerit, vt repetat. l. si. ff. de iureiur. fortè enim absolutus quia peierauit, postea luere mauult pecunia pœnam in hoc seculo quam deum vltorem expectare ex l. 2. C. de reb. cred. nouit enim pecatum satisfactione demum redimi.

OBSERVATA IN DIALOGVM. CIIII.

- | | | | |
|---|--|----|--|
| 1 | Debitum naturaliter tantum quocunque errore soluitur, non repetitur. | 7 | Mulier fideiubens, ne naturaliter quidem tenetur. |
| 2 | Explicatur l. si non sortem. §. indebitum. ff. de condict. indeb. | 8 | Favor vel odium senatusconsultorum, non inducit, vel amouet conditionem indebiti. |
| 3 | Pacto nudo debitum sufficit ad compensationem, quid in pollicitatione. | 9 | Macedonianum plus fauoris habet quam odij, & eius fauori filiusfamil. renunciare nequit. |
| 4 | Indebitum errore facti solutum quando repetatur in l. cum quis. C. de iuris & fact. ignor. | 10 | Sive errore facti siue iuris filiusfamil. soluat mutuum pecuniam, non potest condicere. |
| 5 | Aperitur l. fideicommissum. ff. de condict. indeb. | | |
| 6 | Mulier errore iuris soluens non repetit. | | |

INTERLOCVTORES.

SABINVS, NERATIVS.

MIRIFICARE fecit animum meum istiusmodi tractatio. & licet agitata abunde videri possit, vt subtiliter, tamen suauitas eius reddit eam compendiarium, & quodammodo breuitatis accusat. NERATIVS. Equidè pro eo quanti facio cōditionem indebiti, futurum existima, Sabine, me quocunque duci posse vel per totam Europam, nedum per has opacas conualles, ab eo qui pluscula adiungere voluerit: non aliter atque capræ illiciuntur sequiturque, si quis ipsis Cythisum agrestè, aut iligneum fruticem ostenderit, nec sum veritus aliquando. Accursij Bartolique de ea conditione sententiam pendere, quoad spectat indebitum ciuilitate debitum, de quo in l. §. imperator. ff. de solut. & quo impeditur repetitio: ita demum, vt aiunt, si debitor errore iuris soluerit, secus si in facto errauerit. l. error. C. ad legem falc. sed magis est ne error vllus facti faciat locum conditioni, quamuis minus supinus fuerit. ridiculum enim esset dicere solutem ex pacto nudo ideo repetere, quia arbitrabatur se interrogatum promississe, & ex stipularum teneri. nam sublata causa stipulationis remaneret vis pacti nudi, quod parit exceptionem sic retentionem. l. iuramentum. §. sed cum nulla. ff. de pact. & haud dubie obligat naturali ratione propter fidei seruandæ præstantiam. l. i. ff. de pact. l. cum amplius. §. si. ff. de regul. iur. idem dicendum cum mutuo accipiens pecuniam sponte promisit vt iuras sine interrogatione, hoc modo indebitas, id est, ciuilitate, vt Vlpiano placet d. l. §. imperator. ff. de solut. vbi aperit naturaliter tamen teneri promissorem, nec repetere solutas. nec est quod obstrepat propter errorem facti, quia forte se stipulanti spondidisse existimauerit, cum pacto

solo promississet, quod iuxta contractum firmari non potuit seu vestiri: nam nudum permā-
sit odio vsurarum, tamen retentioni suffecturum propter naturalem tantum obligationem,
quæ sola sed illæsa arcet indebiti conditionem. l. si pœnæ. ff. de condic. indeb. l. quod pu-
pillus. ff. eod. vbi solvens ex promissione quæ saltem natura non obligat, repetit igitur natu-
ralis obligatio. obuiat repetitioni. l. 3. §. si. ff. quod quisq. iur. itaque si mulier existimet se
promississe viro suo dotē in facto errans, cum nullam promississet, non poterit solutam re-
petere, quia naturaliter pietatis intuitu propter onera matrimonij subleuanda obstricta fuit.
2. l. cum is. §. si in ea. ff. de condic. indeb. l. si non. §. libertus. ff. eod. **SABINVS.** Auellam
re ab ista opinione, quam mordicus retinendam asseueras propter d. l. si non. §. in-
debitum. ff. eodem, vbi indebitum etiam illud dicitur, quod per aliquam exceptio-
nem perpetuam peti non potest, non modo si omnino non debeat. certe qui pacto
nudo obligatur repellat aduersarium exceptione perpetua, quoniam nimirum pactio nu-
da actionis expers dignoscitur, vt dixisti. quamobrem si quis ex pacto nudo soluerit, repe-
ret, nisi sciens se non teneri soluerit, vt ibi Vlpianus ait firmatus regula perpetua, contra
quam frustra pusillæ rationes aggregantur: exercitumque faciunt multis rixis non multis mi-
3. litibus abundantem, nec Vlpianum queunt à loco dimouere. **NERATIUS.** Vide ne non sit
tutum putare, agentem ex pacto nudo perpetua exceptione repulsum iri, quippe cum possit
aduersario inde compensationem obijcere. l. etiam ff. de compensat. nam quod dicitur in l.
quæcunque. ff. eod. non iure terret. fateor vtique non venire in compensationem quæ exce-
ptione perimi possunt. quod quidem locum non habet in ijs, quæ pacto nudo debentur, quia
exceptio opposita à promissore non perimit creditoris intentionem, sed tantisper decla-
rat pactum esse debilius, quam vt quisquis promiserit cogatur stare promissis à iudice, si
malit sine rubore haberi perfidus, & naturæ vinculum negligere: quod tamen soluti repetitionē
impediet sine distinctione erroris iuris factive, vt asserui. sane ex pollicitatione solvens, que
nō habet consensum eius cui fit, condiceret indebitum: quia perimere potuerat actionem, &
prorsus repellere agentem ex ea l. pactū. de pollicit. l. i. ff. eod. idē iuris vbi cunq; lex enetur
sponsionem: vt in muliere que contra senatusconsultū fideiussit. l. qui exceptionē. ff. de cō-
dic. indeb. Idem statueram in eo, qui donatori repensurus munificentiam soluisset, se iuris
errore obligatū ad recipiendū domum arbitratus aduersus. l. sed etsi lege. §. cōsuluit. de petiti.
hæred. ff. l. 3. ff. de action. in errore facti multo magis, vt nosti, repetitioni locus foret.
Quod si quis insurgat ex l. cum quis. C. de iuris & fact. ignor. vbi indebitam pecuniā sol-
uens errore iuris non repetit, errore facti repetit. fatentur omnes interpretes id rescriptum
angustandum quidem, sed ad solum precedentem obligatione naturali tantum. quod ego
inficiatus sum, cū obligatio naturalis solida est, & tam integra quā ex pacto nudo vel simili
causa vt d. l. 3. §. si. ff. quod quisq. iur. quocirca admitto pariter generale dictum in d. l. cū
quis angustari vt alibi. l. priuilegia. ff. de priuileg. credit. l. i. §. item emptio. cum glo. ff.
4. de rer. permur. sed tunc tantū admitto distinctionem errantis in iure, vt indebite solutum
non repetat: vel in facto, vt sic repetat, cum naturalis obligatio debilitata est altera non mi-
nus pollente, & ecce, cum hæres soluit legatum integrum, vel fideicommissum restituit nō re-
tenta quarta ignarus legis Falcidæ, per quam sibi consultum non putat. l. error. C. ad leg.
Falc. l. regula. §. si. ff. de iur. & fact. ignor. in hac specie hæres si allegaret errorem facti,
quia putabat suffecturam hæreditatem omnibus legatis exoluendis & multo latiore,
condiceret indebitum: nec obesset naturalis obligatio, qua freti sunt legatarij propter vo-
luntatem testatoris præfractè seruandam. l. i. C. de sacros. eccles. & quia impiè volunta-
ti morientis refragaretur hæres, per quam hæreditatis compendium ipse nactus conuincit-
tur l. si. C. de fideicommissis. cæterum ipse hæres contraria obligatione naturali ful-
tus est, quæ illam debilitat & percellit: tum quia non est æquum vt hæres vanum no-
men sine lucro habeat: tum quia secundum naturam est vt commoda sequantur oner-
atum §. i. de lege Falc. l. secundum. ff. de regul. iur. maxime cum spe commodita-
tis propensior sit ad adeundum hæres, & ita ad roborandum supremum testatoris iu-
diciū. Quod si hæres soluerit legatum ex minus solenni testamento, censet Accur-
sius eadem distinctione vtendum, vt erranti in iure non sit repetitio, in facto autem sit: nisi
sit minor x xv. annis ius ignorans & læsus: vt pote qui restitutionis beneficio fruatur. l.
5. si. C. si aduers. soluti. maior autem nec restituetur, nec condicet ex receptiore opinio-
ne l. fideicommissum. ff. de condic. indeb. qui locus, si diligenter discutiatur, oppugnat
Accursium, & liquiddo probat ibi ideo fideicommissum ex inualido testamento solutum nō
condici, quoniam hæres stipulanti vltro sponderat. igitur sola solutio per errorem facta
ex testamento, quod credebatur valere non impediet repetitionem: cum fideicommissa-
rius

arius nullo titulo, nullo obligationis naturalis vinculo firmeretur. solum imputatur hæredi,
si sciens se non cogi posse consensu nouo agnouerit relictum. l. i. C. ad leg. Falcid. non enim
agnitio fit facto solutionis, sed consensione, vt pater in l. non dubium. in fi. C. de testam.
vbi qui agnouit legatum legibus non subnixum, cogitur implere. igitur agnitio imple-
mentum solutionis præcesserat. quod si legatarius dicar, plenum esse æquitatis naturalis
voluntatem vltimam cuiusque seruari, intorquebit hæres repetiturus, non videri volunta-
tem eam quæ legitima non fuerit, sicut nec iniquus modius est modius. l. Paulus. ff. de verb.
signif. neque cuiusquam magis interest quam testatorum ne testamentum non solenne
serueretur vt ita falsi fabricandi vitetur materia. l. si. C. de fideicommiss. Quamuis Accursio
visum sit errantem in iure non repetere indebitum ciuile, naturaliter duntaxat debitum,
pupillum vulgus excipit. l. interdum. ff. de condic. indeb. & Bartolus in l. i. ff. eod.
mulierem: sed imperatores in d. l. cum quis. C. de iur. & fact. ignor. qui rescribentes
Araphiæ mulieri, & iuris ignorantiam exprobrantes, declarant Bartolum iuris errore lap-
sum segniter expendentem. l. quamuis. §. interdum. ff. ad Velleian. vbi mulieri contra
senatusconsultum obligata, & debitorem suum deleganti fideiussorio nomine condi-
ctio indebiti competit: non miror siue in iure siue in facto errauerit, quia nec ciuiler
nec naturaliter obstringitur sponsione. non enim sequor Accursium aut Bartolum, qui-
bus visum est naturaliter & ciuiler mulierem fideiubentem obligari, sed creditorem a-
gentem exceptione interim repelli, atqui Iulianus ait totam obligationem mulieris à Sena-
7. tu improbatam in l. si mulier contra. §. si. ff. ad Velleian. vnde nulla potuit oriri obliga-
tio. l. non dubium. C. de legib. nam Senatus rationem naturalem imitatus fragilitati sexus
consuluit, & eiusdem fauori hoc concessit, vt habetur in l. 40. ff. de condic. indeb. qui ex-
ceptionem, inquit, perpetuam habet, solutum per errorem repetere potest. sed hoc non est
perpetuum, nam siquidem eius causa exceptio datur cum quo agitur, solutum repetere po-
test: vt accidit in senatusconsulto de intercessionibus: vbi verò in odium eius cui debetur,
exceptio datur, perperam solutum non repetitur: veluti si filiusfamilias contra Macedonia-
num mutuam pecuniam acceperit, & paterfamilias factus soluerit, non repetet. hinc turba
vulgaris ait: si quid sit naturaliter & ciuiler debitum, sed ope exceptionis fauorabilis
indebitum, repeti: si odiosa non repeti, nisi per ignorantiam facti probabilem solutum sit
l. si. ff. ad Macedonian. quæ doctrina miris scæter nugis, si libeat à capite arcessere. **SABINVS.**
Valde falluntur interpretes, dum putant ratione fauoris vel odij inductum, vt mu-
lier ex intercessione soluens repetat, non filiusfam. mutuam reddens. Macedoniani benefi-
cio. non enim in d. l. qui exceptionem. de condic. indebit. fit mentio fauoris vel odij,
ita vt alterutro fiat, vt condic. debiti competat vel non, sed pro demonstratione id ad-
iectum est, non pro causa. namque odium gliscens in creditorem filij non obfuit ipsi filio-
familias, hoc enim præposterum esset, nempè idem odium in fauorem perniciosi credito-
ris retorqueri. l. quod fauore. C. de legib. l. 7. §. si. ff. de interd. & releg. neque fauor
mulieri concessus Velleiano creditori solus obesset, sed ratio occultior: tantummodo ita-
que demonstratum est fauorabile senatus consultum prodesse ad conditionem indebi-
ti, sed non propter solum fauorem id operantem. namque canis fodicans terram vtrif-
que pedibus tempestates portendit, vt ait Aratus:

Mollipedesque boves spectantes lumina cæli:

vt scribit Tullius non tamen causa tempestatum sunt, sed instare demonstrant. sic mulier
quæ fideiussit, ac soluit, repetit propter senatusconsulti fauorabilis rationem. non propter
fauorem. vt pote cum fideiubens nec naturaliter nec ciuiler obligetur. d. l. si mulier. §. si. ad
Velleian. nam senatusconsulto sublata est vtraque obligatio opitulante naturali ratione, ne
mulier facile fideiubens pro eo, quem suspicatur soluturum, decipiatur, & pro alieno nego-
tio suas fortunas comminuat. atqui cum filiusfam. mutuam accipit pecuniam, ope Mace-
doniani eximitur ne soluat, si autem soluerit, postquam bona sibi habebit morte patris vel
emancipatione, sera est repetitio: quia obligatus fuit naturaliter, & eius quoque nomine da-
tus fideiussor. & persuasum est naturali obligatione impediri indebiti conditionem: ma-
xime cum mutuum fiat re & numeratione, non verbis solis sine emolumento vt fideiussio,
l. sed etsi. §. si. cum. l. seq. ff. ad Macedon. argumento est quod mulier, quæ pretium ex fi-
deiussione accepit non iuuatur Velleiano. l. antiquæ. C. ad Vellei. igitur non odio credi-
toris factum est, vt ei faueatur, ne filiusfam. debitor solutū repetat, sed naturali vinculo, ne
debitor locupletetur pecunia aliena, aut saltem ne repetat quam soluerit obstrictus natura-
liter. Quod si odio soli inniteremur, iam Macedonianū plus fauoris saperet, inductū quidē
in odiū creditoris, sed filio propitiū, mox patri ne mors eius capretur. §. illud. quod cum eo
qui in alien. adeo vt filius mutuū accipiens non possit renunciare beneficio senatusconsulti:

nō quia odiosum est, ut vult Accursus in l. si. C. ad Maced. sed quia fauorem proprium quiuis remittere potest nō alienū l. scire. C. ut in poss. non legator. accedit quod tali pacto renūciationis induceretur votum paternae mortis reprobū. l. si. C. de pact. nisi pater cōsensisset 10 pactioni ut ibi dicitur. nam & tunc mutuum approbaret. l. 2. C. ad Macedon. In summam excusatur filiusfam. ne mutuum soluat, non iuuatur ut solutum condicat, siue errore iuris soluerit, nesciens sibi succursum senatusconsulto, siue errore facti. nec deterreret me ab hac sententia Accursus ob l. si. ff. ad Macedon. quia ibi filiusfamilias sui iuris factus nō soluerat mutuū, sed nouatione facta promiserat stipulati. d. l. 2. C. eod. nec ignoti iuris est facilius aliquid retineri quā extorqueri. l. 4. C. de vsur. potissimū vbi cunq; queritur de debito naturali duntaxat. l. §. im perato. ff. de solutionib.

OBSERVATA IN C. V. DIALOGVM.

- | | | |
|---|--|--|
| 1 | <i>Fructus naturales tantū nō industriales veniunt in cōditionē indebiti. explicatur l. indebiti de condic. indeb. & numero 6.</i> | dantur. |
| 2 | <i>Quis bonæ fidei possessor, & quales fructus suos faciat.</i> | 5 <i>Vsuræ condicenti indebitum non præstantur, aliter in mutuo.</i> |
| 3 | <i>Error iuris non impedit bonam fidem.</i> | 6 <i>Fructus industriales quare nō repetantur, & quid deducatur à naturalibus.</i> |
| 4 | <i>An ante litis contestationem fructus red-</i> | 7 <i>Condictio indebiti quomodo probè ad æquitatem naturalem referatur.</i> |

INTERLOCVTORES.

POMPONIVS, CAIVS.



AT ICINATVS omnino mihi videtur Accursus in l. indebiti. ff. de condic. indeb. cum Paulus scripsisset indebiti conditionem naturalem esse. quia, inquit, naturales accessiones in eam veniunt. nam vaticinantes plerunq; ea dicunt, quæ ipsi non intelligunt: quia vi diuina & penè furore perciti sunt. vnde veteres diuinationem *μαντικὴν* vocauerunt non *μαντικὴν*, ut ait Plato in Phædro, à furore scilicet: ita profecto Accursus præsensit quod non percipit, accessiones naturales cum indebitio soluto rependi ei, qui se debitore fundi vel animalis putauit. sed à civilibus accessionibus, id est, ab vsuris tantū eas distinxit, ignorans eam fuisse iurisconsulti mētem, ut fructus naturales, quales sunt partus ancillæ, licet hi propriè fructui nō aggregentur propter hominis præstantiam. l. in pecudum de vsur. ff. item fœtus animalium, poma arborum, secus dicendum de fructibus industria hominis factis & collectis: ut si is, cui indebitum solutum est, frumentum aut legumē seuerit, & redditum annuum industria sua perceperit. sicut solemus dicere in fundo donato viro ab vxore, vel è diuerso. l. fructus. ff. de vsur. scimus vtiq; omnes fructus ad bonæ fidei possessorem pertinere sine delectu. l. bonæ fidei. ff. de acq. rerum dom. sed non ad quemlibet bonæ fidei possessorem, ut ego expresse notauit in d. l. fructus: nec animaduersum est à quoquam interpretum, qui exponunt, non quemlibet, pro nullo penitus: sed non ij qui sapiunt, ut Martianus. l. etiam. §. 1. solut. matr. ff. Vlpianus in l. 25. §. procuratoris. ff. de ædil. edict. sensi ego, nec pœniter, bonæ fidei possessoris fructus omnes seu naturales seu industriales fieri, sed non cuiuslibet, illius nempe tantum qui cum bona fide legitimum copulauit titulum emptionis hæreditarium, aut donationis sed illibata. nam quando coniunx coniugi donat, labescit à legetalis donatio, non prius valitura quam donantis morte confirmetur. l. cum hic. §. 1. ff. de donat. inter vir. ideoque vxor ex re sibi donata non faciet alios fructus suos, quā quos factō suo, & anniuersaria ratione colligit. non autem naturales tantum, vel si quid incrementi alluuiō adiecerit arbitrio fluminis, non illius industria ut censeo obseruandum in illo, qui condicit fundum indebitè solutum, ut simul repetat fructus, qui non accepto referuntur solertia soli eius quem putauit creditorem: secus si creditor existimatus triticum aut milium seuisset, hæc enim sua facit propter diligentiam, & errorem quō inductus fuit ad indebitum accipiendum: non enim impedit error fructuum perceptio- nem, etiam si iuris fuerit: neque prorsus extinguit bonam fidem. l. sed et si. §. scire. ff. de perit. hæred. in summam huc dirigenda sunt, & ad hanc distinctionem redi- genda, quæ de fructibus iurisconsulti responderunt circa conditionem indebiti. l. xxxv. §. item si. ff. de vsur. l. in summa. §. ei qui. ff. de condic. indeb. non enim meruit

meruit fructus aliena industria productos recipere, qui tam supinus fuit, ut solueret indebitum, & sibi mer fucum faceret. Vnde verendum ne non tutum sit quod vult Barto- 4 lus, fructus condicenti restitui à tempore solutionis perceptos, maxime cum negotium stricti iuris sit, atque ideo à lite contestata fructus debeantur eius rei, quam non vendicamus, sed actione personali petimus. l. cum fundus. ff. de rebus credit. l. 38. §. si actionem de vsur. præterea cum agatur de conditione indebiti, iam litem contestatam fuisse verisimile est, in qua primordium verum petitionis existit siue cuiuslibet actionis, qualis est condictio. l. amplius. ff. rem rat. hab. denique non est hoc inuidendum ei qui fructus tantum industriales suos quādo cunq; facit, ut videlicet quos cirra litis contestationem percepit non restituat: naturales tantum reddat, quorumquidem perceptio originem habuit à stoliditate condicentis, qui sponte sine alterius dolo soluit indebitum. si enim accipiens certè sciret se falsum creditorem, furtum faceret & omnes fructus redderet, cum in mora semper esse intelligatur. l. falsus. ff. de furtis. l. in re. ff. de condic. furt. Plurimum iuuat id, quod paulo ante distinxit de fructibus natura vel industria perceptis, quod is cui indebitum erranti solutum est, vsuras solutæ pecuniæ sibi lucrifacit, quas accessiones ciuiles vocat Accursus: quia non possunt in fructus referri. l. vsura. ff. de verb. signific. & sæpenumero ex sedulitate extrinsecus veniunt, vnde sicut mulier fructus fundi à marito donati partos industria sibi lucrifacit, ira quoque fœnus donatæ pecuniæ. l. ex annuo. §. si. ff. de donat. inter vir. puto autem nec à lite contestata vsuras quantitatis indebitæ repeti per condicentem, cum aduersarius errans velut debitam acceperit: nec litis contestatio errorem hunc possit auellere, sed tantum inducere dubitationem, quæ erroris instar est. l. si. C. de condic. indeb. In mutua pecunia aliud liber multis asserere, ut à lite contestata illico vsuræ currant. l. litere. ff. de vsur. nam qui mutuum accipit, redditurus vtiq; est quandoque. §. i. quib. modus re contrah. id est oportune & congruo tempore. l. rogo. ff. quando dies legat. qui autem indebitum imprudens accepit, iam non animo reddendi accepisse creditur: & cum lis contestatur pertinax impune est in errore suo, quem leuitas aduersarij aluit, & auxit, ut abundè patefactum est. CAIVS. Nescio qui factum sit, ut Bartolus are- 6 næ funiculum nectens ut vinciat aptè quæ asserit, insultet Accursio in d. l. indebiti, negans naturalem esse conditionem indebiti: & ideo si partus fructusue accesserit, rei solutæ, vnà condici. non enim, inquit, dixisset, & ideo, sed quia id quod accessit æquè condicatur: & rationem reddidisset iurisconsultus, non intulisset: perinde ac si conditionis vis ex effectu non agnoscat. voluisti tu, Pomponi, ideo quæ naturalis sit conditio, partum & fructum accedentem simul repeti. præterquam quod particula, & ideo, non ineptè locatur ibidem vbi rationem reddi expedit. l. si fratres. §. idem respondit. ff. pro socio. l. 1. §. si. ff. de contrah. empt. cæterum aduersus ea quæ dixisti de fructibus industrialibus remansuris penes eum, à quo condicimus, videtur stare Papinianus in l. penult. ff. de condic. indeb. hæc condic. inquit, ex bono & æquo introducta est: & quod alterius apud alterum sine causa deprehenditur reuocare consuevit. sed, ut coniecto, tu dices fructus industriales non sine causa apud possessorem inueniri, imo pro cultura, ratione & cura. §. si quis à non. de rerum diuis. naturales verò nulla iusta causa retinebit, saltem quatenus factus est locupletior, non vltorius, idque deducta impensa. l. si non fortem. §. liberrus de condic. indebit. l. in summa. §. ei qui. ff. eod. hoc dicit æquitas, quæ plurimum inspicitur in fructuum restitutione. d. l. 38. §. in actionem. de vsur. Inde non prorsus displicet, quod Bartolo placuit explicare naturalem conditionem indebiti, id est, æquitatem naturali subnixam, ut probare potuit ex d. l. pe. de condic. indeb. & l. eas. de capit. diminur. vbi obligationes ex bono & æquo manantes naturalem habent præstationem. sed Bartolo collibuit citare. l. nam hoc. ff. de condic. indeb. vbi pupillus mutuum accipiens sine tutore autore, ac postea soluens pubes, non repetit cum naturæ non conueniat ditari cum aliena iactura. constiterat enim locupletatum ipsum ex mutuo. videre, obsecro, o sodales, ieiunum exemplum, in quo, hercule, tractatur de conditione indebiti cessante propter æquitatem naturalem. l. iure naturæ. ff. de regul. iur. planè in d. l. indebiti. hoc actum est propter æquitatem naturalem non tantum res indebitè soluta repetatur, sed etiam partus fructusque aliqui, & si quid alluuiōe increuerit. sed quia me Bartoli non obscuri interpretis iam miseret, ne vos tædeat confabulationis meæ metuo: proinde mihi dicendi finem, & cuius meliora adferendi locum haud grauatè facio.

- | | |
|---|--|
| <p>1 Quare inter patrem & filium sola naturalis sine civili sit obligatio. & numero 4.</p> <p>2 Pater & filius an eadem persona sint. & civile vinculum inter utrumque non abesse.</p> <p>3 Manus regia qualis olim fuerit, male à Bart. traditum.</p> <p>4 Seruus pro nullo iure habetur. utrum idem in filio.</p> | <p>5 An quicquid acquirit filius, patri acquirit.</p> <p>6 Explicatur l. placet. ff. de acq. heredit. & quod ius operetur mira celeritate.</p> <p>7 Pater haeres rogatus filio restituere hereditatem, num eam protinus recuperet. declaratur l. cum filiof. de legat. 1.</p> <p>8 Filio exheredato à patre aduentitia non auferuntur.</p> |
|---|--|

INTERLOCVTORES.

HEPHÆSTION, CALLIDEMVS, VLPIANVS.



NV M, quæso, defuit Africanus tetricus ille iuriscōsultus, qui aliquid cōtribueret de conditione indebiti sermo cinantibus? **CALLIDEMVS.** Citius Africa ipsa bestiam aliquam nouam parere desineret, quàm tam seuerus autor responso aliquo non minus sententioso quàm perplexo destitueretur. **HEPHÆSTION.** Probe dicis, vt enim Africa subinde nouas feras producit cœuntibus animalibus diuersi generis, vt aiūt, ad eximios fontes & riuos aridæ & sticulosæ regionis, sic Africanus in l. frater. ff. de condict. indeb. monstri similem fœturam edidit, ex varijs obligationibus compactam: ex gemina naturali, quarum vna sit inter patrem & filiū: item inter duos fratres altera, quæ volubiliter in patrem, cuius ditioni subsunt, resiliat sine civili: mox non desit civilis iuncta naturali in causa peculij, vel in solidum danda in filiū debitorem, vel in patrem ipsius, sed quatenus est in peculio exteris creditoribus agentibus. l. si quis cum filiof. ff. de pecul. cæterum austeritas huius tractatus mitigabitur præ risu concitato ab ijs, quæ affert Bartolus inuestigans quare inter patrem & filium atque inter duos fratres naturalis tantum non civilis cadat obligatio. ipse autem imprimis probat aliorum interpretum vulgares rationes, considerantium iure civili inductam patriam potestatem §. si. de patr. potest. rursus eodem iure patrem & filium eandem censerī personam. l. si. de impuber. atqui sibi ipsi nemo obligatus esse potest, ideo nec pater filio vel è contrario. verum Bartolus quasi per transennam strictim inspexit. d. l. si. de impuber. non deliberatè ac seridè. ibi enim Iustinianus ait non lege, sed natura, patrem & filium eandem intelligi personam: nec re vera, sed penè, ideo quod corpus à patre filius acceperit, animum à deo immortalī. præterea non est dubium quin civile vinculum sit inter patrem & filium inducens officium iudicis & coactionem, cum alter alterum alere cogitur. l. si quis. ff. de liber. agnos. vel cum pater adigitur, vt collocet liberos in matrimonium, & docet. l. qui liberos. de rit. nuptiarum. deinde subdit Bartolus obligationes & actiones esse inductas propter iudicium, sed litem nullam inter patrem & filium subsistere. l. lis nulla. ff. de iudic. hoc ego puto præposterum, cum magis sit, vt iudicia propter actiones, quæ ex obligationibus oriuntur, terminandas inueta primum fuerint. nam antiquissimum fuit homines natura duce obligari simul atque quippiam promississent, & fidem suam obstrinxissent. l. cum amplius. §. si. ff. de regul. iur. solus pudor suadebat stare promissis. l. quintus. ff. mandat. scripsit perfidiam ideo inductæ actiones, vt cogerent & dati iudices. §. 1. de fideicommiss. hered. l. 2. §. post originem. ff. de orig. iur. ideoque omnis actio in iudicium deducitur. §. 1. de action. ne quis sibi ius dicat in causa propria, & vitetur materia rixarum & cædis. Accedit quod iam ostendi, tamen si actionem non intendat filius in patrem aut pater in filium, tamen officio iudicis neutrum destitui quauis actione nobilius, & iudicium ac causæ cognitione expectens. d. l. si quis. §. sed si filius. §. idem iudex. ff. de liber. agnos. **CALLIDEMVS.** Tam recreor ijs que argutè congeris aduersus Bartolum & vulgus, quàm si haussem cum vino pharmacum Nepentes, quod apud Homerum luctum omnem expellit, & malorum omnium obliuionem hilaritatēque inducit. sed, si memini, idem Bartolus suo Marte adiecit rationē, quia fiat ne filius patri obligetur. **HEPHÆSTION.** Forte illa, quia ante quam essent iure civili actiones, quibus nostrum vel nobis debitum consequeremur, iure gentium per manum regiam utrumuis consequebamur. l. 2. in princ. ff. de orig. iur. postea introductis actionibus eadem manus regia mansit penes patrem in filios seruos uè. quocirca, inquit, remedio actionis patri non prouidetur, cum illos labere cœercere domi possit, & ad officium impel-

lere

lere l. serui & filij. ff. de furt. l. congruentius. C. de patr. potest. duo itaque dicit Bartolus, & in vtroque splendide hallucinatur: priore loco dum putat manū regiam fuisse ante actiones. imo vero cum in d. l. 2. de org. iur. Romulus iudicabat sine certa lege, ea, quam meturus fuerat æquitate, & arbitrio proprio audiebat partes vtrinque agentes & defendentes, & pro captu animi sui dirimebat, & quidem summa autoritate nondum latis legibus, quæ post nexu suo vincierunt reges. l. digna. C. de legib. & semper fuerunt actiones & iudicia à ciuitatibus conditis vsque ad hunc diem. §. singulorum. de rerum diuis. & vtiq; longe ante Romulum reliqui reges iudicarunt, scientes armis parari regna, sine iudiciis nullo modo stare posse, vt lib. regum. 3. cap. 3. cum Salomon iurgium discussit duarum mulierum de infante incolumi litigantium, cum alterius infans per noctē & somnum oppressus esset. quinetiam hodie & semper hanc manum habent reges pro nutu iudicandi obortis nouis causis nulla lege antea terminatis. l. si. C. de legib. vbi iudicia principum legem dant posteris negotiis. l. & hoc Titus. ff. de hæred. instit. iuuat, quod manus non est aliud quam potestas, vnde manumissio dicitur, nec potestas in magistratu aliud quam iurisdictio. l. potestatis. de verb. signif. sane olim ante leges promulgatas reges ipsi frequentius in parua dictione iudicandi manus subibant, quàm hodie post leges & magistratum copiam, nam vt Iustinus scripsit, lib. primo, principio rerum gentium nationumque imperium penes reges erat, populus nullis legibus tenebatur: arbitria principum pro legibus erant. & meo iudicio tunc actiones nobilitabantur ipsius Regis iudicis præsentia. posteriore loco displicet quod ait Bartolus manum hanc regiam penes dominos & parentes resedisse, qui possunt statuere quiduis in seruos ac filios. sed hoc nō dicunt Impp. in d. i. congruentius. quā ipse allegat, vbi in re capitali non est notio patris in filium. l. 2. ff. de sicariis. sicut nec domino in seruum. §. si. de iis qui sunt sui: multominus quidem quàm præcis temporibus. l. in suis. ff. de liber. & posth. igitur nihil regiū, nihil meri imperij, nihil gladij vel seuerioris coercitionis habet pater in filium, sed rex in subditos habet, imo est autor & iurisdictio.

CALLIDEMVS. Satius fuisset Bartolo, vel iis, qui quam à Bartolo sorbserant opinionem, euomere, dixisse filium patri nō teneri civiliter vinculo obligationis vel filio patrem, idem in domino & seruo, qui pro nullo habetur quod attinet ad ius civile: quoad naturale, quo omnes homines æquales sunt, teneri. l. quod attinet. ff. de regul. iur. nec non idem iuris esse in filio erga patrem, quod in seruo erga dominum. §. quæ diximus. quod cum eo qui in alien. potest. sed enarra mihi, quid rationis idem autor afferat, quare patrem filius non obliget. nam superiores rationes ipsius spectant ad patrem qui filium obligare nequit. sed tu forte dicatur ex hac vna ratione, quod cū filius in potestate iure civili pro nullo habeatur respectu patris, iam patrem cui subsit civiliter obligare nequire. Vel forte addes redundante vi naturæ factum, ne inter liberos & parentes ipsos reciproca civilis obligatio intersit. sicut enim vis naturæ inducit naturali iunctam civilem obligationem sine consensu, cum furiosi vel infantis gerimus negotia. l. 3. §. etsi furiosi. l. si pupilli. ff. de negot. gest. ita duce æquitate excellens natura perimit civilem: non aliter atque lenis aura flammam nutrit, & vehemētor extinguit. proinde cum arctissimo vinculo patri filius neatur, cum natura pene eadem cum illo persona sit. l. si. C. de impub. cumque pater filio ex vno omnia acquirat. l. nihil. ff. de bon. libert. non decuit inter tales personas civilem & necessariam obligationem inducere, tanquam altera ab altera cogi possit, & cum alterius nolentis incommodo lucrum facere. l. 3. ff. de domat. inter vir. l. si id quod. §. si quas. ff. eod. vbi eadem ferè ratio redditur inter coniuges, quorum societas paternæ vix dignitati comparabitur. l. non vt. ff. de captiuis. at vero considerare maluit Bartolus fax iuris ad incendium non minus quàm ad lucem parata, in proposito patrem ideo filio non obligari, cum filius omnia confestim patri acquirat. l. placet. ff. de acq. hæred. addita insuper illa regula quæ est in l. si seruo. ff. de usufr. l. liber. 2. ff. de verbor. oblig. quod quis ab alio stipulando mihi acquirat, id si à me stipuletur, nihil agit. **HEPHÆSTION.** Non est mihi hoc quisquam persuasurus in peculio filij, quamuis millies persuaserit. nam ita subuerteretur. l. frater. ff. de condict. indebiti, vbi saltem naturalis obligatio inter patrem & filium gignitur, quæ ex regula. d. l. si seruo. funditus labefactatur. præterea pater concedens peculium separet tenuè hoc patrimonium à suis rationibus. l. depositi. ff. de pecul. denique velim, & qui nunc sunt homines, & qui vnquam futuri sunt, animaduertere quod Vlpianus respondit diuinitus in l. §. si. ff. de in rem vers. peculium ita hære seruo, ac ita filiofam. vt si domini ille rem gerens nummos peculiare impenderit, tunc dominus actione de in rem verso creditoribus serui teneatur, quod minime contingeret, si peculium omnino domini esse existimaretur, quid enim posset videri versus in rem domini cum peculium eo augmento minueretur. de eo autem, quod vulgo receptum est, patri fi-

lio protinus omnia acquirere, quid tu sentis? *CALLIDEMVS.* Quid aliud, quam id quod ex Vlpiano audiui multo planctu vallem implenti propter reprobam interpretationem l. placet. ff. de acq. hæred. v. l. p. r. a. n. v. s. Dolore magno conficior quia videam cotidie laua manu accipi in scholis, quod ego porrexi dextera: placet inquam quoties acquiritur per aliquem hæreditas, vel quid aliud ei, cuius quis in potestate est, confestim acquiri ei, cuius est in potestate: neque momento aliquo subsistere in persona eius, per quem acquiritur, & sic acquiri ei, cui acquiritur. id patet Suetonio referente in Tyberio: adoptatur, inquit, ab Augusto simul cum fratre eorum, M. Agrippa coactus ipse prius Germanicum fratris sui filium adoptare, nec quicquam postea pro patre famil. egit: nec ius quod adoptione amiserat vlla ex parte reinuit. nam neque donauit, neque manumisit: neque hæreditatem quidem aut legata percepit vlla, aliter quam vt peculio referret accepta. dixi autem in d. l. placet, quoties acquiritur, propter ius militiæ seu venalis dignitatis cohærentis personæ. l. 3. §. si quid. de minorib. l. creditor. §. inter. de acti. empt. ac propter fideicommissum relictum filio alieno ne patri acquirat. d. §. si quid. ac denique propter hæreditates militi quæstas solo respectu militiæ, quæ castrensis peculij sunt. l. j. de castr. pecul. lib. 12. C. alioquin olim priusquam Iustinianus aduentitij boni vsum fructum tantum seruari patri, dominium filio, quicquid filius acquirebat alieno beneficio, vel labore suo, aut prospera fortuna, patri confestim acquirebat. l. i. si à parente quis fuer. manumiss. vbi generaliter me ipsum & priscum morem explanauit. §. igitur. per quas pers. nobis acquir. quod autem dixi, neque momento subsistere in persona filij vel serui, non eod. pertinet, vt numquam hæreditas vtriusvis quæstas fuisse intelligatur, sed vt dignoscatur non subsistere, id est, non hæere neque morari aliquo puncto temporis, quin iuris ministerio transeat in patrem vel dominum. sic Iulius Cæsar Rauennæ substitit apud Suetonium. cap. 30. notissimo subsistendi significatu, pro immorandi tardiusculè, & dubitandi. vt apud eundem Vlpianum. l. seruum quoque de procura. l. si & me. ff. de reb. cred. vnde interest, mihi an seruo meo legeret. l. si seruus legatus. §. i. de legat. l. 3. §. hoc autè. de legat. præst. prius ergo sibi quærit filius quam patri. l. i. C. ad Orficiam, alioquin si omnia iura sine delectu transfrent in patrem à filio, iam ius adeundi hæreditatem filio delatam pater haberet, & adire posset, quod non est: sed præceder iussus ipsius aditionem filij. l. si quis mihi. §. iussum. ff. de acq. hæred. & scientia solius filij in adeundo inspicietur, aut dubitatio, non patris. l. cum quidam. §. pe. eod. nec pater sine filio repudiare poterit. l. is qui hæres. §. si. ff. eod. & sic pater quiescere hæreditatis ius in filio, sed non subsistere cunctanter villo momento in huius persona, quin transeat in patrem volucris æquiratis beneficio: cuius mira est velocitas, & alis suis Aquilæ vim præuertitur ac Delphini. nec celeritate tantum valet, sed etiam mobilitate huc atque illuc subsiliens, vt à filio in patrem repente migrans, rursus impetu quodam reuertatur ad filium, in momento, in ictu oculi, vt cum vsus fructus filio relictus videbatur periisse patre capite minuto vel ab hac luce subtracto, nisi obuiam huic malo itum esset seruato vsu fructu filio, cui emolumentum testator proprie addiderat. l. si. C. de vsuf. nec me pœnitent dixisse, nullo momento rei legata dominium penes hæredem manere. l. 10. §. sed & creditor. ff. de pecul. tamen ita ad hæredem reuolat, vt legatario potrexisse credatur & cessisse. l. huic scriptura. ff. ad leg. Aquil. volucris hæc celeritas iuris bellè describitur in l. 3. §. sed si debitor, de donati. inter vir. sic cū quidam filium obligasset ex vendito, & ab eo fideiussorem accepisset, ac denique eundem filium hæredem instituisset, extincta fuit obligatio filij debitoris succedentis creditori, & consequenter fideiussor fuit liberatus, nec à patre conueniri potuit fideiussor, licet pater allegaret illicò ad se pertinuisse hæreditatem, nam & pertinuit ad filium, ita vt pater & filius eodem momento fuisse hæredes & domini in solidum credantur, quod non est mirum fictè. l. in suis. ff. de liber. & posth. & in re dotali cuius vterque coniugū non frustra dominiū habere creditur. l. dotale. §. dotale ff. de fund. dotal. l. in reb. C. de iur. dot. & hoc facilius in patre & filio recipitur, quia eadē persona creduntur esse. l. si. C. de impuber. proinde licet quicquid acquirat filius, patris confestim fiat, non, ita tamen vt non prorsus auellatur à filio. l. qui hæredi. ff. de conditi. & demonstr. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. vbi filio seruat honor. hæreditarius non sine lucro: sicut cum exhæredatur à matre, ipsius est indignatio non patris. l. filius. ff. de inofficio. testam. neque ius instituendi querelam inofficio. testamenti ita penetrat ad patrem à filio exhæredato, vt nō magis censeatur filij. Ecce hoc lepidum figmentum in tam coniunctis personis non admittimus, cum vulgo dicatur legatū extero factum recta via trāsire in legatarium. l. à Titio. ff. de furt. idem tamen adeo hæret hæredi, ne legatarij solius autoritate inuadi queat impunè. l. i. ff. quor. legat. nihil mirū igitur si filiosam, hærede instituto pater rogari possit vt restituar, & quidem ipsemet filio. l. i. ff. ad Trebell. l. cum filiosam.

filiosam. ff. de legat. l. vbi luctantur interpretes cū l. placet de acquir. hered. si enim simul atque pater restituerit hæreditatem filio, mox eadem patri acquiritur, nec quicquam fuit facta restitutio, & otiose ibidem dicitur patrem sine Falcidiæ detractione restituere. Bartolo placuit patrem videri rogatum restituere filio, si sui iuris factus fuerit tacita scilicet cōditione. sed hoc non dicit Paulus sodalis noster in l. vbi. ff. ad Trebell. ibi enim testator iusserat patrem hæredem institutum dare filio, & facere vt ad ipsum hæreditas perueniret, quod à Iasone animaduersum accepi. alij crebrius malunt, vbiunque pater filio rogatus sit hæreditatem restituere nihil agi, nisi dilatio præscribatur à testatore in tempus, quo filius desinat in patris esse potestate. sin autem filius primò instituat, ac deinde pater rogetur ipsi filio restituere, stabiliri fideicommissum. sed ita non distinxit. l. i. ad Trebell. sed citra distinctionem pater rogatur filio restituere. quin etiam à filio per prætorem cogi potest, vt adeat. l. cogi. §. pater. ad Trebell. nec expectatur vt filius tunc cogat, cum sui iuris fuerit, quod forte post xx. annos sero accideret. nec hoc ipsum expectabunt creditores vel alij, quorum interest, ne diu iaceat hæreditas. l. i. ff. de successor. edict. puto itaque dicendum, patre aduentem, si purè sit à testatore institutus rogatusque restituere, aut coactum adire, aut sponte: priore casu nihil habiturus est emolumentum §. qui suspectam. l. ira tamen. ff. ad Trebell. posteriore detrahet Trebellianicam, nisi filio prius instituto ipsemet filio tanquam pater rogaretur restituere. d. l. cum filiosam. ff. de leg. l. neque filius id quod sibi acquisitum est, patri acquireret, quia pater sponte contra hære videretur ad eundem. l. 3. §. si. ff. quib. ex causis in poss. eat. videtur inquam ita restituere, vt morem defuncto gerat, & filio concedat quodcunque compendium, id retenturo naturali obligatione, quæ producit vbi que ex patris tolerantia vt in d. l. frater. ff. de conditi. in deb. l. si id quod. eod. non enim patrum aliquis verisimiliter inuisurus est filij lucrum alienæ liberalitatis. Quid amplius, si dixerò nec eum id temerè inuidere posse antiquo iure. licuit vti que patri quæstas per vnum ex liberis, cæteris communicare. d. §. igitur. per quas pers. nobis acq. sed hoc ita, si ille liberorum qui rem acquisiuisset, hæres institueretur. exhæredato autem videas seruari aduentitia, ideoque eidem fieri pupillarem substitutionem. §. non solum. de pupillari. l. si is qui ex de vulg. ff. si enim pater exhæredans filium, ipsum abigeret à bonis vndeunque partis, nihil habiturus esset substitutus sed non est nouum ea quæ semel consensa fuerè, post iure distante, secerni. l. 2. §. fin. ff. de hæred. vel acti. vend. l. si ei. ff. de commu. prædi. idque, vt superius visum est, veloci æquitatis opera: etiam si filius instituat vt in d. l. si is qui ex de vulg. & pupill. ff. c. ALLIDEM. Cum dicendi finem fecisset Vlpianus, Africanus contraxit frontem haudquaquam sibi dissimilis, & seuerè de naturali obligatione, quæ inter patrem & filium inuenitur verba fecit.

OBSERVATA IN CVII. DIALOGVM.

- | | | | |
|---|---|----|---|
| 1 | <i>Explicatur l. frater à fratre. de conditi. in deb. Et quando censeatur constitutum peculium.</i> | 6 | <i>Non sic peculium communicatum pro quota confundit obligationem vt hæreditas: est tamen vniuersitas aliqua.</i> |
| 2 | <i>Mirum quomodo consistat inter duos fratres. & an dans sit dominus.</i> | 7 | <i>Quomodo inter fratres obligatio consistat, & an pater eorum respectu creditor & debitor censeatur.</i> |
| 3 | <i>Voluntas patris facit, vt peculium resideat penes filium, & versat quò vult peculium. & aduentitium in seruo inueniri.</i> | 8 | <i>Tres rationes, quare frater particeps peculij pro eius quantitate onera sustineat.</i> |
| 4 | <i>Filiosam. in causa peculiari impunè accipit nuntium.</i> | 9 | <i>Qui partem accipit peculij quando caueat creditoribus de solutione.</i> |
| 5 | <i>Pro qua parte filius debitor successit patri, confusa fuit obligatio ante vel post aditam hæreditatem.</i> | 10 | <i>An duæ obligationes naturales sint, una apud filium, altera apud patrem.</i> |
| | | 11 | <i>Pater & filius non sunt duo rei.</i> |
| | | 12 | <i>L. frater. reddita versiculis prorsus.</i> |

INTERLOCVTORES.

AFRICANVS, TRYPHONINVS, CALLIDEMVS.



TSI minimè impediendus esset iste orationis vestræ cursus, patiemini tamen me pauca commentari vobiscum; vt meum responsum, quod adeo abstractum iactari consuevit, explicem. saltem eo nomine quod, vt quidam poëta dixit.

Gratis ex ipso fonte bibuntur aqua.

videbor forte vobis dura verba vorticibus implicita radicibus ex pulmone auellere, & exagitate difficultatibus: mansuefaciam tamen naturam meam, quam incusari audio: & vt commodius potero, lucem obscuris rebus dabo, idque facilius multò, quia vos, superiore colloquio strauistis viam ituro mihi, explicatione l. placer. ff. de acq. hæred. quod bene verat, igitur Pater duorum liberorum vtrique concesserat peculium, vel vtrumque passus erat negotiari ex rebus non militiæ causa quæsitis, quod satis erat ad cõstructionem peculij tam in seruo quàm in liberis. l. quam tuberõnis. §. sunt quidam. ff. de pecul. l. non solum. ff. eod. §. quæ diximus. quod cum eo qui in alien. potest. alteri liberorum nomen admitto fuisse Glyconi, alteri minus frugi (postquam, vt accepi, Callidemo nostro ita collibuit) Sybari, similiter in patris potestate existenti: qui à Glycone fratre mutua decem acceperat: & mortuo patre soluerat, nec sine delectu repetere potest. Primo itaque in loco noratur mutuuum inter duos fratres æque patri subditos consistere, & nihil impedire quominus filiusfam. mutuuum accipiat securus senatusconsulti Macedoniani in proposito. quod non caruit dubitatione, cum pecunia peculiari proprie fuerit patris, vt profecta à patre, vel quæsitæ patri iuxta d. l. placer. de acq. hæred. at in mutuo dantem oportet esse dominum. l. 2. §. appellata. ff. si cert. petat. ideoque non consistit mutuuum ne naturaliter quidem in alienis nummis: nec admittit fideiussorem, nisi tale mutuuum nummorum consumptione conualescat. l. si quis pro. §. pe. ff. de fideiuss. at diuinare consumptionem nummorum securam, non est fas, neque eò restringere negotium: sed expeditius est dicere hic alienos nummos datos consensu domini, id est, patris qui permittens peculium filio, permittit liberam negotiationem sine qua si iustra esset peculium separatam à paternis rationibus. l. qui peculij. ff. de pecul. l. depohri. ff. eod. aperius hoc ostenditur in l. rogasti. §. fin. ff. de rebus credit. Vel potius dicemus filium haberi pro domino in mutuo, quò fœnerans possit quæstum magnum facere, cum sit velut pusillum ipsius filij patrimonium, quandiu pater non adimit. argumento est, quod filius non videtur in rem patris vertisse id quo auxit peculium suum, nec patrem obligat actione de in rem verso, sed quatenus est in peculio. l. §. fin. & l. nam si hoc. ff. de in rem vers. Et patris voluntas hoc sola operatur, quæ tanquam clauus est dirigens nauem peculiarem. l. quam tuberõnis. §. fin. de pecul. illa facit ne filius peculium ipsum, eiusve incrementum, protinus censeatur quæsiuissæ patri: quoniam pater id noluit, vt liberius sint qui contrahant cum filio, succurrit valde huic sententiæ l. cum oportet. §. si autem. C. de bonis quæ liber. ne quis posthac existimet filium patri charum a quis beneficij perfluentibus illiudi, quasi hauriat dolo Danaidum. nam etiam in seruo eadem voluntas regina est, quoad peculium. l. vj. §. sicut. de leg. pecul. præterea videmus vxorem ex negotiatione quiduis marito acquirere. l. Quintus. ff. de donat. inter vir. sed non cum maritus ipsi donauit pecuniam, & passus est v suras illam exigere, vel ex fundo donato solertia fructus percipere. l. ex animo in fi. ff. eod. l. fructus. ff. de v sur. adeo interest an maritus pateruè iure suo vti velit, an potius dissimulare vxoris filijue licentiam & lucrum. Nec denique tam velociter euolat peculij accessio in patrem, quin in filio sinitineatur, vt patet cum bona patris fisco addicta sunt. l. 3. §. vtrum. ff. de minorib. sic in seruo hæret quodammodo peculium vt dum suis nummis seruus emitur. l. 4. ff. de manumissionib. & ibi aduentitium habet peculium seruilis persona conuiente domino. certè professio adhuc liberè fruitur. iuuat l. pe. §. pe. C. de necessar. seruis. & dum liber esse iuberetur, si hæredi decem dederit, eaque offert non improbè ex peculio. l. 3. ff. de statulib. nec obiicit hæres suum sibi à seruo dari. vt enim philosophis placuit omnia flumina, quæ intrant mare, ab eodem scaturire, nec tamen eadem cum mari dici, quandiu separata sunt: sic peculium tandem patri vel domino reddendum, à quibus profectum est, quoad auulsum manet à rationibus eorum, filij vel serui non male intelligi possunt. Secundo collegi, filium in potestate mutuam accipere pecuniam, nec impediri obligationem senatusconsulto, si in causam peculij accipiat: quasi vmbra in eo referat exigui patri famulias vt sustis videbitur in vers. quæsitum & liquet in l. 1. C. ne filius pro patre cum peculium sit quasi patrimonium. §. actiones. de actio. l. si vero non §. si quis. ff. mandat. si modo quod accipit nomine & re peculiari sumatur non aliter vt didici in l. sed est. §. hoc senatuscons. ff. ad Macedon. quid enim si creditor sciat apertè id non negotiandi causa per filiumfamil. mutuam accipere, sed in ædificia vel apparatus alios versurum? secus si vt peculio studeat. Vel ante constitutionem peculij fuerat datum filio mutuuum vel denique quamuis filius in rem peculiarem mutuuum capiat, non tamen in eius patrem penetrat vis actionis, sed cancellis filijfamil. solius cohibetur. l. pe. C. ad Macedon. vel ibi efficaciter non tenetur pater quia in causam peculij non acceperat filius vel efficaciter. id est, in solidum sed quatenus est in peculio. Cæterum ex voluntate patris videatur mutuuum accipere, quò negotietur commodius accepta mutua pecunia, vt

nia, vt fortè differat aliarum mercium venditionem nondum tempestiuam. l. sed Iulianus. §. quamque. ff. ad Macedon. Tertio dixi, Sybarim pro ea parte, qua patri hæres extitit repetiturum id, quod soluit fratri: quia pro ea parte, qua parte debitor succedit creditori, vel è diuerso, confunditur obligatio. l. si ab eo. C. de negot. gest. l. Stichum. §. aditio, de solut. at Sybaris patri creditori ex parte successit, vt cui quæsitæ tandem fuerat obligatio per alterum filium creditorem. l. 1. si à parent. quis fuer. manumiss. mors enim patris fateretur peculium liberorũ conglutinari successori patrimonioque paterno, & inter fratres cohæredes diuidi. l. certũ. C. famil. hercis. non autem distinxit Azo serius interpretes, quò tempore Sybaris debitor fratri soluerit, ante hæreditatis aditionem, vel post, cum retroagatur aditio ad tempus mortis eius cui succeditur. l. 54. de acq. hæredit. ff. Quarto subdidi, pro ea parte, quæ Glycon hæres patri fuit, Sybarim non repetiturum solutum, nisi tantumdem ex huius peculio Glycon acceperit, communicato scilicet inter fratres à morte patris. d. l. certum. C. famil. hercis. sed non instar hæreditatis, non, inquam, pro rata portione, quia debitor successit creditori vel è diuerso, tollentis obligationem. d. l. si ab eo. C. de negot. gest. at cum frater creditor obuentione peculij fruitur ex dimidio, expenditur quæritas & æstimatio dimidij, solummodo. Quoniam, inquit Bartolus, pro qua parte quisque hæres est, pro eadem personam defuncti refert: at peculium est quædam vniuersitas, quæ seruum filiumuè minimè representat, id eò non tollitur obligatio, nisi iuxta quantitatem communicatam. tamen nondũ didici singulos hæredes pro suis portionibus hæreditarijs defunctum referre, nec probatur in l. cum à matre. C. de rei vendicat. nec ius hoc patitur, vt homo diuidatur in specie aliquo intellectu quamuis in genere promissus præstationem pro parte suscipere queat eaque vanã. l. 2. §. 1. de verb. oblig. quin potius singuli hæredes integrum testatorem referunt, quamuis secta per vncias hæreditare: sicuti fracto speculo accidit, vt singula frustra integram reddant imaginem. idque liquet in pluribus hæredibus in §. de iureiur. à morient. præstit. in auth. col. §. ideoque quælibet plurium hæredum portio assem sibi facit & in xij. vncias scinditur. l. si vni. ff. famil. hercis. Proinde nõ inuideo quidem ego vniuersitatis nomen peculio, quod nec fundo inuidit Paulus in l. 2. §. cum Stichum. ff. pro emptor. & noui peculij amplexu multa contineri. l. serui. ff. de euiet. vbi vendito peculio euietio rei singularis non onerat venditorem. sed non omnis vniuersitas eisdem regulis continetur. l. vendicatio. ff. de rei vendicat. nec sic peculium totum vendicari potest, vt peti tota hæreditas, quæ præterea ius est, & sine vllò corpore intellectu concipitur. l. hæreditas. ff. de petit. hæred. non peculium. l. quæsitum de pecul. ff. nec ausim peculium iuris nomine insignire, eò respicit, quod subijcio naturalem obligationem sublatam videri, eò quod Glycon Sybaritici peculij partem sit consecutus: quæ videlicet æstimatione æquaret dimidiam partem debiti. Quinto itaque colliget quilibet ex nostro respõso, inter fratres eiusdè parentis potestati subditos naturalem intercedere obligationem ex contractu. sed cum ea patri acquiratur, addubitet aliquis quomodo constabit, cū pater fiat creditor ex persona vnus, & debitor ex persona alterius, qui pecuniam mutuicã accepit vnde obligatio abolebitur compensatione in negotio tam liquido. l. qui inuicem. ff. de condiet. indeb. cæterum magis est, vt creditor pater censeatur: quamuis enim seorsum etiam debitor censeretur quatenus est in peculio Sybaris, tamen non est nouum contraria in iure recipi in eadem persona separatim, quæ non eodem temporis puncto. l. Titia. ff. de condiet. & demonstr. nec recipitur contraria allegans, vt semet excludit. l. pe. §. 1. ff. quãd. appell. sic idcirco pater eligit partes creditoris tanquam nobilioris: cum sit beatus dare quã accipere ex Christi sententia & magni Apostoli Actorum cap. xx. & à pæta Automedonte felix ille demum nuncupatur qui nulli debet, ο μὴδενὶ μὴδὲν ὀφείλων. & felicitatis amor cuique ingenuus est. illud liquido patet ex eo, quod cum de peculio vnus serui vel filij tractatur, quia obnoxius est creditoribus dominus aut pater deducet, non tantum quod sibi debetur, sed etiam quod ijs qui in sua potestate sunt, nempe alteri seruo aut filio. l. peculium autem in princ. & §. 1. ff. de pecul. vbi aperitur vis voluntatis paternæ mirifica peculium huc illuc liberè circumagentis sine fraudatione. simile quiddam contingit in argumento illo prima facie insolubili, quod dicitur ἀσχετων in l. qui quadraginta. ff. ad leg. Falcid. eo quod eius pars vna alteri resistat, sed æquior eligitur. Sexto subiecti tres rationes, propter quas explanem peculium omnino æri alieno obnoxium, & ideo fratri creditori obstringi. prima est, quoniam si filius debitori à patre prælegatum fuerit peculium, hic cui præcipuum est, tenetur creditori fratri, vtique pro parte dimidia peculij in qua legatum constitit, non in altera, quam is cui prælegatum est capit à se ipso iure hæreditario, ne sibi ipsi legatum præstare dicatur, quod est impossibile. l. legatum. §. 1. ff. de legat. 1. nisi repudiaret hæreditatem contentus legato. l. qui filiabus. §. si. cum l. seq. ff. eod. Secunda ratio

similiter probans as alienum pertinaciter sequi peculium, sumitur ex eo, quod si frater bebitor antequam diuideret cum fratre peculium, extraneo creditori aliquid soluisset post mortem patris, tantumdem mox à cohæredibus quibuslibet repeteret quibus cõmunica. s. et peculium, per actionem familiæ hercisundæ, pro quantitate peculii quæ cuique contigit. l. certum. C. famil. hercis. l. si quis seruum. ff. de pecul. nam quasi contraxisse censetur cohæres ob onera æquabiliter sustinenda. §. item si. de obligat. quæ ex quas. contract. Tertia similitudo sumitur: quia re integra, id est, cum nondum Sybaris debitor pulsatur à creditoribus, minimè oblitis iuris sui, vel dum conuenitur quidem ab ipsis sed ante exactionem, tantum percipiet à cohæredibus, id est, à cohærede fratre mutatione numeri pluralis in vim singularis vt l. 3. §. negotia. ff. de negot. gest. retinebit igitur facilius tantum quantum est præstaturus alijs creditoribus subducta persona sua: quia & ipse pro parte sua ipsdem tenetur. l. quæsitum. §. 1. de pecul. occur non retinebit, cum exceptio detur paratius quam actio. l. inuitus. §. 1. de regul. iur. ff. nisi quis malit diuidi interim peculium inter cohæredes, & caueri solutum iri quod creditoribus peculiaribus debetur. l. si socij. ff. pro socij. sed ibi de debitis in diem, non de iis, quorum dies venit, respondet Paulus vel sub conditione. l. creditoribus. ff. de separati. nam hic cautione multo magis quis admiserit, cum incertior die prestituta cõditio euidenter appareat & interusuriu proderit æque cohæredibus. l. peculiu autè. §. si. ff. de pecul. cauebit igitur frater creditor pro ea portione, qua sibi à fratre cõmunicatur peculiu, defesum iri fratre aduersus exteros creditores. porro in quâ, eum quæ aduersus extraneu defendi oportet, longe magis in eo quod fratri debuisset indemnè eum præstandum. ex quo significo fratrem creditorem onera peculij sufferre: quia id participat. ita merito cauere debet afflicto debitori, fore vt equaliter extraneis creditoribus respõdeat, cū oportunū fuerit, vt pari lance creditor Glycon Sybari prouideat, qua suæ indénitati consultu uoluit retento debito naturali tantu. cū ratio dicat vt erga me indénem eã personã seruè, quã aduersus aliãs tueri debeo. l. si fundu. ff. mād. l. cū in eo. ff. de pact. inde qui rem gerit alterius, & exigit as à debitoribus ex officio, à se quoque exigere tenetur. l. peculiu autè. §. 1. ff. de pecul. TRYPHONINVS. Scitè Mediufidius Diogenes cuidam vt ænigma solueret roganti, cur soluã, respõdit, quod rogatu multu exhibet negotij. ita, Africane, cū tu perplexu tuu respõsum discussis, vt perspicuū uideri possit, discussum tamè difficultates cõplures ingeminat, & agmen detegit naturalium obligationu. quippe cum certu sit fratrem mutuo dantem acquirere sibi naturalè obligatione, deinde patri acquirere, cui omnia acquirunt. l. placet. ff. de acq. hered. hoc amplius, quoniã ex peculio filij debitoris pater deducit quod sibi debetur vel alteri filio, qui mutuã dedit pecuniã. l. peculiu autè. ff. de pecul. nec cū Accursio restrigi debet. l. placet. ad ciuiles obligationes imo generaliter ad omnes porrigenda. l. 1. si à parèt. quis fuer. ff. maximè vt nosti, cū ciuiles obligationes lentius ad aliã personã transeant quàm naturales. l. si eius. ff. ad Trebelli. tametsi d. l. si eius. non potest pertinere ad hunc tractatu, in quo exploratum est naturalè obligatione traduci à filio in patre, & ciuile etiã, si fortè filius cū extraneo cõtraxerit, & eum utroq; vinculo obligauerit. cū pater & filius eodem ore loqui, eodè spiritu intelligantur. §. ei uerò. de inutilib. stipulat. quid ergo dicemus? nū duas naturales inueniri, vnã in patre, alterã in filio? vel vnã dūtatur excellentè in patre vt Bartol^o Accursio obstrepès putat: neutru prorsus, sed poti^o vnã naturalè, quæ modo in filio, modo in patre excellat. cū enim filius mutuã dat pecuniã, fratri sibi querit naturalè obligatione eximiã: sicut & cū obligatur ipse, magis obligatur quã pater. l. si quis cum filio. ff. de pecul. & quia ex primeua uoluntate patris cõcedētis peculiu id iuris nactus est, vt pro domino sit. l. rogasti. §. si. ff. de reb. cred. atqui quoniã vt Heliotropiu herba cū sole perpetuo circūagitur, sic peculiu cū uoluntate patris, si cõtingat patre ad se reuocare peculiu & quæsitã per filiu simul, illico naturalis obligatio ad eum migrat. l. quã Tuberonis. §. si. de pecul. ideoq; si re peculiarè filius uendiderit, mox re integra empt. cū patre pepigerit, vt ab emptione abeat, statur pactioni. quia tūc pater ea pactione declarat imperiu quod habet in peculiu quoties uoluerit, & ipse principaliter liberatur filius uerò, obiter. l. 1. ff. de rescind. uēdit. quæ Põponij locu cõsiderari à doctis cuperè. at si nescio patre filius pactus esset, uti abiretur à cõtractu, ipse principaliter, sed pater obiter liberaretur: qui utique obligatur ex contractu filij quatenus vires peculij extenduntur. Vnde perperam sensit Accursius, patrem & filium qui fœnerauit duos reos esse credendi: neque enim quilibet eorum obliget insolidum: quod in duobus reis æqualiter desideratur. l. eandem. §. sed si quis, de duob. reis. ff. præterea ubi creditor succedit alteri è duobus reis debendi, non continuo confunditur obligatio. l. Vranus. ff. de fideiuss. sed in. d. l. frater. filius alter patri succedens, pro rata parte qua fit hæres extinguit obligatione acquisitam patri morituro. eius enim morte peculium ad communionem reducit. l. certum. C. famil.

C. famil. hercis. similiter pater & filius non possunt esse duo rei debendi, propter disparitatem obligationis, cum vnus insolidum, alter quatenus est in peculio tantum ab initio obstringatur. d. l. si quis cum. ff. de pecul. plura huc spectantia adnecterè, sed laborare Callidem ex uultu eius colligo: secum namque meditabundus loquitur, rodit ungues an quod uulgaria nimis adferam tædet eum? quid sentiat rescire auco. CALLEDIVS. Volutabam animo loquentibus iuriconsultis, ô Hephæstion, aliquot versiculos, quos aliquando scripseram, sensum l. frater, de condict. indebit. vt licuit, exprimes. eosque rogatus pronunciaui memoriter, postquam me ipsum coronassem herba Heliochryso, florem auro similem habente, folium tenue, gracilem catliculum: quam magi ad gratiam facere prædicarunt.

*Eiusdem canimus fratres sub iure parentis,
Glyconem & Sybarim: mille hic patre mutua uiuo
AGlycone tenens, patris post funera soluit.
Vtrum eadem repetat quaras: Respondeo, quid nisi?
Pro qua parte fuit genitori debitor hæres.
Nec repetet quingenta, patris nisi morte peculii
Tantumdem à Sybari Glycon, quam credidit, aufert.
Texta etenim digitis natura vincula frater
Præsecuit, fratris pro parte peculia nactus.
Tota parens Sybari qua si præleget, in hinc pars
Vt legata ualens fraterno obstringitur ar.
Cum Sybaris uerò communicat omnia, tunc quod
Debit as, partim Glyconem soluere coget,
Iuliano ut placuit, dum creditor externus instat.
Sic Herciscunda, Sybarim regit actio, quem iam
Actio nudarat, patris post fata peculii.
Integra re igitur, miserum si credita nondum
Infestent Sybarim, luet hæc, pro parte, cohæres
Externus. Ergo quia indemnus præstatur in istum,
Dulcem erga fratrem damni manet æquius expers
Quæsitum est, capiat si mutua filius ipso
A patre, deque manu missus persoluerit, an mox
Hæc repetat? minime, superest si nulla parenti
Summa peculij: ob id natura quod obligat, arcens
Audentem frustra inuenem reuocare soluta.
Quem debere patri referat deductio, qua fit
Per patrem è rebus nati, quam creditor urget
Mancipio excusum, dum uoluitur integer annus.
Contra, si qua patris sit facta solutio, cum sit
Libera creditrix proles, condictio cessat.
Lex debere negat patrem, natura fatetur.
Arguit hoc, intra celerem quod creditor annum.
Iure peculij agens extraneus æra reposcet
Debita per patrem nato: simul arbitror æquum,
Vt si exhæredi quid soluerit externus hæres,
Postea nil repetat, patris quia iure tenetur.*

OBSERVATA IN CVIII. DIALOGVM.

- | | | | |
|---|---|----|--|
| 1 | Filius soluens mutuum à patre acceptum non repetit et cur licitè mutuetur. | 6 | Explicatur l. si quis pro eo. §. 1. ff. de fideiuss. |
| 2 | Qui soluit recepturus an alienet. l. qui sic. ff. de soluti. | 7 | Filio non aufertur peculium exhæredatione. |
| 3 | Quando actio de peculio annalis sit. | 8 | Publicatis patris bonis fiscum non sequitur peculium ipsius filij. |
| 4 | Mortuo filio, qui mutuum accepit an pro eo detur iure fideiussor. explicatur l. pen. C. ad Macedon. | 9 | Adempto peculio cur adhuc filius creditoribus tenetur. |
| 5 | Pater filio obligatur ex mutuo, & quod huic debet proficit creditoribus. | 10 | Quando inuitum patrem filius in peculio obliget. |

II *Exemptio in profectiis inter patrem & filium consistit. & quid de emptione*

rei sua.

INTERLOCUTORES.

IVLIANVS, MARCELLVS, VENULEIYS.



REDIDERE verbis idē respōsum Africani Iason & plerique veterum. nescio an legem iuriscōsulti obseruauerint. poēticam certe neglexerunt. tu non passus es, Callideme, nostrā professionis autores ab alienis rideri: & accuratē ac solidē affecutus es mentem auctoris asperimi. nam quidam non inculti vsque ad versic. quāsitum, tantum carmina emiserant: forte quōd existimarent à nemine aptē absolui possē. sicuti Appelles ille pictor nobilis Venerem imperfectam praestitit, vt oris pulchritudo reliqui corporis imitādi spem auferret aequalibus ac posteris. sicut autem tu absoluisisti versiculis iugi liuia, vt puto, vexatis, ita ego pergā interpretari, vbi Africanus desit. Et septimo in loco colligam, si filius emancipatus patri soluerit mutuum, quod existens in potestate acceperat, non repetere si apud patrem nihil ex ipsius peculio remanserit. recte igitur filio pater mutuum dat, nec repugnat senatusconsultū Macedonianum in causa peculiari. l. i. C. ne filius pro patre. Item hic quaeritur tantum de obligatione naturali non de ciuili, atqui naturalis non impeditur Macedoniano, quin soluti repetitionem impedit. l. sed et si. §. fin. ff. ad Macedon. denique nisi patria potestas interueniret, non obesset Macedonianum ciuili obligationi ex mutuo patris in filium nasciturā. quia senatusconsultum factum est, ne filius vitæ paternæ prae maturē in sidiaretur. §. illud. quod cum eo qui in alien. planē cum consensus patris contractui alioquin periculoso interfuit toleratur. l. fin. C. de pact. nec est quod quis dicat mutuae pecuniae transferendum dominium l. 2. §. appellata. de reb. credit. non autem in filium transferri potuisse, cum patri repente quiduis acquirat. Quoniam in peculio singulare quoddam ius seruatur utilitatis causa. l. peregre. §. quāsitum. ff. de acq. poss. nec dici potest patrem ita alienare cum dat, vt momento eodem acquirat, ne retorqueatur datio in actum contrarium aduersus notissimam iuris regulam. l. legata. ff. de adim. legat. taceo id, quod tam saepe ex vobis paulo ante audiui, voluntate patris peculiū filij omnino quocunque agitari: nec quod peculiū est in patris comodum versus temerē intelligi. l. quam Tubet. §. fin. ff. de pecul. Ex quo fit ne obsit l. qui sic. ff. de solut. vbi qui sic soluit, vt recuperet, non liberatur. nec enim de nuda possessione hic quaeritur. l. si quis vj. §. fin. de acq. poss. sed de domini translatione ex mutuo ad id prope genito. quemadmodum, inquit, non alienantur nummi, qui sic dantur, vt recipiantur. exemplum sit in eo qui commodauit pecuniae quantitatem ei, qui ea ostentata apud sponfam locuples videri cupiebat. l. 3. §. fin. & l. 4. ff. commodat. at pater mutuū dans filio, nō ea mēte dat, vt protinus recuperet, nō magis vti que quā dū filij dotē dat, & eidē actionē pro dote comunicat. l. 2. §. i. solut. matrim. quia dat prae maturē legitimae portiois loco, vt foueat pudicitiam filiae. sic filio dat mutuum, vt filius negotiari discat, & rem facere, sicut separatim eidem dedit peculium: idque verisimiliter, ne illico adimeret hostili leuitate: sed vt gauderet augeri peculium in dies solertia filij. l. non solum. de pecul. ff. potuit pater aliō destinare numerationem, sed pietas impediuit vt in l. quae pater. 2. ff. famil. hercisc. nec enim eget ea quam numerat pecunia: sicut sol radiis suis clypeum nitidum quoties accipit inde fulgorem, quem minime possit, nec indiget eo. ita pater soluit filio frugi, & nihil tale optans per eundem illico censetur factus locuples, si modo post recipere velit res filij quod si dicatur etiam inuito per seruum acquiri domino. l. etiam. de acquir. rer. dom. dicam vicissim, id verum si seruo sit animus domino acquirendi filio, non dum à patre accipit aliquid sibi, vel si pater tandem repudiet. Accedit quod Octauo subdit Africanus argumentum naturalis obligationis, qua filius patri ex mutuo obstringitur esse, quod extraneo agēte intra annum de peculio contra filiū debitore, pater tanquam eximius creditor deducit quod sibi debetur. vt etiam definitio peculiū significat. l. depositi in fin. ff. de pecul. nam actio de peculio anno finitur incepto ab eo tempore, quo filius emancipatus fuerit, vel alienatus seruus, manumissusve, aut si filius morte sua patrisve aut deportatione peculium habere desierit. l. i. ff. quando de pecul. actio annal. Nec obest. l. qui contra. ff. de fideiuss. vbi mortuo filio qui mutuum ab extraneo acceperat naturalis euauit obligatio, frustra que accessit fideiussor: quia post annū accesserat. vel forte ibi filius non habuit peculium, secus si habuisset. l. creditorem. ff. ad Macedonian. vbi aperte intra annum à morte filij fideiussio constitit in mutuo peculiari. ideoque

ideoque puto intelligendum quod dicitur in l. pen. C. eod. patrem non teneri de mutuo per filium accepto, nec actione quidem de peculio: scilicet cum filius non haberet peculium, sed sponte mutuatus esset. hoc liquet, quoniam ibi dicitur acceptam contra senatusconsultum pecuniam sanē peculium tractanti filiosam. impunē creditur mutuatricū as, ac pater ei obnoxius efficitur. l. i. C. ne filius pro patre. igitur tenetur pater creditoribus quibusque, quatenus est in peculio filij, deducto quod sibi debetur saltem naturaliter. l. nec seruus. ff. de pecul. Nono notamus, vice versa patrē ex mutuo filio obstringi naturali obligatione, quae facit vt si emancipato soluerit, non condicat: vtque extraneo intra annum agente de peculio, quod pater filio debuerit computetur. si enim aliter statueremus, tererentur creditores praeuidētes deducendum ex filij peculio quod patri deberetur, non quod ipse deberet: atque ita penē commercio & quaestu ob quem peculium introducit. l. quod si minor. §. non semper. ff. de minorib. proinde quamuis actione pater à filio pulsari nequeat ratione profectiij, à creditoribus tamen filij conuenietur, & quod filio debuit contribuet. ad eō quaedam alijs per nos acquiruntur, quae nobis ipsis non comperunt. l. non est. ff. de acq. rer. dom. sic quod filius non habet. l. lis nulla. ff. de iudic. creditoribus suis concedit. MARCELLVS. Libenter refragarer Africano assenti patrem & filium vltro citroque similiter obligari naturali vinculo, ad hoc saltem ne otij à quoque infimuler, nisi ratione repugnare difficillimum foret. sed vt Mustelz aduersus serpentes dimicatur: se ruta comela praeuiniunt, sic ego duello me accingens firmabor prius Pauli responso. l. si quis pro eo. §. i. ff. de fideiuss. vbi si quid filius patri promisit, non caret naturali obligatione & fideiussorem recipit. aliter atque si pater filio vel dominus seruo promiserit: quia non potest, inquit, pro eodem eidem esse obligatus. quippe cum filius patri acquirat stipulationis commodum, ita fideiussor pro patre ipsimet patri obstringetur. nō magis enim hoc recipietur, quā vt pro se ipso aliquis fideiubeat. l. haeres. §. seruo. ff. eod. Sed forte non ideo negauit Paulus habere naturalem obligationem filium, cui pater promisit in patrem ipsum, quoad ipse pater vltro promittendo id paritur. sed tamen non accedere fideiussorem: quia aut pater solvere paratus est, igitur nihil fideiussore opus fuit: aut non vult solvere filio, & non est cogendus, cum possit vel totum peculium filio adimere. l. 41. ff. de pecul. proinde non debet pro eo fideiussor obligari, ne si soluat pudore saltem vt l. Quintus. ff. mandat. patrem mandati iudicio vexaturus sit. l. si fideiussor. §. si. eod. inhumanum quidem esset patrem ab extraneo vexari propter eam promissionem, quam suo fecit filio, cui omnia adimere suo iure potuerat.

Novissimē ac decimo loco Africanus ostendit patrem adeo obligari filio ob mutuum, vt si filium exhaeredem, & extraneum haeredem fecerit, & exhaeredito haeres soluerit datam patri pecuniam, non possit repetere. aliter dicendum si pater alium filium haeredem instituisset, cui communicandum fuisset exhaeredito peculium. l. certum. C. famil. hercisc. & ideo pro parte, quae ipsum contingit repetere: ne melioris conditionis exhaereditus, quam patri amabilis filius: & qui offensa patrem, quam qui obsequio demeruit. l. 3. §. i. ff. de donat. inter vir. Velim mihi aliquis teuelet, quare filio exhaeredito legitima iure naturae debita auellatur, non autem peculium nullo iure debitum. an quia legitima bonis paternis conglutinata est, peculium autem separatim traditione mera. l. non statim. de pecul. sic filia à patre exhaeredita nihilominus dotem habet praecipuam, quae loco legitimae alias fungitur. l. i. §. videamus. C. de rei vxor. act. l. quoniam nouella. C. de inoffic. testam. quia dos data extra partis patrimonium iam fuit. l. pater filiam. ff. ad legem Falcid. nihil mirum si exhaeredito fungatur suo munere contra legitimam filij, ob quam tollendam inducta est, non ita contra peculium secretum à bonis patris. nam & cum filium exhaeredito pater, non censetur ei adimere quae alioquin solent parenti acquiri per filium iure prisco, id est, aduentitia haereditatem. & hoc pacto sit pupillaris substitutio exhaeredito, quae frustra fieret nihil habituro bonorum. §. non solum. de pupill. substitu. Praeterea peculium non esse omnino coniunctum paternis bonis probatur in l. 3. §. sed vtrum. de minorib. xv. vbi additis fisco bonis patris ob debitum pecuniarium, peculium filij separatur, si forte ob conductionem vectigalium pater fuerit obnoxius. secus dicerem si ob delictum bona patris publicarentur, ne delictum patris lucro sit filio, cuius peculium ad haereditatem rediturum erat. l. si sequēs. ff. ad Syllanian. & ne pater peccet sponte praeuidens in tuto esse peculium penes filium successorem designatum cui quiduis aliās acquirat verisimiliter. l. nihil de bonis libert. ff. addo singulare esse vt patre damnato iura libertorum sint filio integra. l. iura. ff. de iure patro. vbi benignissimē ita comparatum vltra vs commune Martianus fatetur. Item ne fraus legi fiat, vt patre concedente peculium multa solui non possit, vel ob immane facinus fisco applicari, & filio extorqueri peculium, quod re vera patris est. l. ex consensu. §. i. de appellat. Ideo

que cum filius ex delicto mulatur, ad patrem redit. l. 3. C. de bonis proscr. vbi idem dicitur in peculio castrensi, cum filius est deportatus bonis amissis. quasi mortuus. Plinius tamen libro. 34. cap. 4. refert ex peculio s. p. Calij, quem regnum affectantem pater interemerat, simulacrum ex ære factum Cereri. sed hoc consensu patris filium & filij pecuniam detestantis, vel propter crimen læsæ maiestatis, quod etiam à patre admissum filium afficit. l. quisquis. §. i. C. ad leg. Iul. maies. v. n. l. e. i. v. s. Copiosam sanè messem fecistis ex fertili aruo. l. frater. ego ponè vos sequar tenue spicilegium facturus, ac inuestigaturus cur pater pro nutu suo filium priuare queat peculio, & tamen eundem relinquat obligatum in solidum creditoribus. l. si quis cum filiofam. cum l. seq. ff. de pecul. neque enim potest hinc dici quod de hæreditate, quæ est ius, & post restitutionem adhuc directas actiones seruat hæredi. l. si hæres. ff. ad Trebell. deinde si peculium accipiens pro quantitate parteque quam accipit obligatur, vt Africanus statuit, cur pater qui toto potitur peculio cum adimit, non respondet etiam in totum creditoribus: An quia pater dolo carere debet in ademptione peculij, nec temerè adimere potest in fraudem creditorum. l. summa. ff. de pecul. Vel fortè hoc comparatum est, vt filijfamilias admoueanur diligentia, ne exuti à patre peculij à creditoribus molestantur, si malè negotiati fuerint, nam etsi inanis sit actio quàm inopia debitoris eludit, prodest tamen vt improbus debitor vexetur iudicio l. si. §. si. ff. quæ in fraud cred. Sanè cum pater filij creditor est, ademptione peculij extinguet naturalem obligationem, cum id sequantur onera. d. l. frater. & iure filius obijciat patri inopiam, cui pater causam dedit ademptione. nec tenetur patri ultra quam præstare possit. §. sed etsi quis. de actionib. At dicit quispiam, quid operatur peculij ademptio, cum inuitum dominum seruum peculium habens obliget, etiam si prohibuerit, inquit Caius, cum seruo contrahi dominus, erit in eum de peculio actio. l. si quis seruum. ff. de pecul. cogita de responso, inquit Iason, ego puto in eum dari actionem, id est, in seruum non in dominum, qui re ipsa debuit adimere non nuda prohibitione contrahendi. Planè etiam dominus potest dici obligatus, quatenus ex proterui serui contractu sit locupletior non amplius. l. si quis mancipijs. in princ. & §. Proculus. ff. de institor. cæterum debitores seruo post ademptionem peculij perpetam soluunt, nisi ademptionem ignorauerint. l. si non fortem. §. qui filio. ff. de condict. indeb. Inter patrem & filium non posse consistere emptionem Vlpianus ait l. 2. ff. de contrah. empr. vbi Accursius putat id habere locum cum effectu & actione: subolens vti que obligationem naturalem non minus ortam quàm ex mutuo in d. l. frater. & quidem multo potius: cum mutuum filio patre datum non penitus careat suspicionem, si fortè pater obiurgauerit filium tardius soluentem. emptio autem & venditio nihil sapit sinistra, cum par sit ac reciproca obligatio, & cū pretium rei venditæ teneat vicem. l. quia. ff. de vsufr. non quia obstringat patrem ea cōuentio ex se, sed ex voluntate patris qui sponte permittit filium negotiari, & specimen edere industria, nec sinere se circumueniri in pretio. l. quam tuber. §. si. ff. de pecul. l. 40. ff. eod. atque ita non obest, quod rei suæ non est emptio. l. suæ. ff. de contrah. empr. quia debuit animaduerti sse Bartolus peculium filij non pertinere ad patrem, quando pater mauult ipsum esse filij. l. si. C. de vsur. & multa licet alioquin dissimulare domino rem suam empturienti. l. si in emptione. §. rei suæ, de contrah. empr. alibi quoque Paulo attestante mera ratio rei suæ emptæ dissimulatur in l. si mandauero. §. si ij quorum. ff. mandat. nec terret me l. si venditor. §. si. ff. de in diem addict. vbi qui fundum vendidit, pacto vt impunè abiret à venditione, si alius meliorem conditionem attulisset, potest sequi pretiū amplius, quod pupillus sine tutore adiecerit, quia saltem naturaliter obligatur non autem pretium auctum à seruo suo vel filio. non quidem quod hic desit naturalis obligatio, vt diuinat Bartolus, sed (præterquam quod ibi de peculio non queritur) quia facillimè venditor per dolum seruum suum aut filium supponeret: nec debet proficere venditori falsus emptor. l. item quod. ff. eodem. fumos, vt video, tanquam Vlysis socij gustata Loto, obliti sumus præ dulcedine huius tractationis aliud quippiam non minus frugiferum inquirere. tempus admonet vti absoluiamus.

OBSERVATA IN CIX. DIALOGVM.

- 1 Enarratur l. i. ff. si quis ius dicent. non obtemper. ac extremi explicatio. & numero 4.
- 2 Vocationem in ius olim sine iudice petitoris arbitrio factam.

- 3 Aperitur l. qui neque sequatur. ff. de verb. signif.
- 4 Sequentia quid significent in d. l. i. & quid particula, tunc.
- 5 Quomodo à iudice in contumacem multa diceretur.

- 6 Index post sententiam diffinitiuam adhuc audit partes, & cognoscit.
- 7 Extremum non ineptè pro vilissimo explicari.

8 Falso videri interpretes, qui medium inter duo extrema collocant. item sequentia pro medijs usurpari. adimicula quoque ea que præcedunt, sequentia dici posse.

INTERLOCVTORES.

CALLIDEMVS, SCÆVOLA, VALENS.



ON FESTIM iurisconsulti rogarunt Scæuolam taciturnum, vt aliquid serium interpretaretur: sed reuebat ipse modestè, ita vt recusatio disceptationis esset periucunda disceptatio. tandem persuasus, Aggrediar, inquit, ne non vobis obtemperasse dicar: neue multam subeam, si diutius restitero. quando non apud duumuiros mihi defensionem subeundam intelligo, sed apud præfectos prætorios magna autoritate præditos, Papinianum, & Vlpianum firma legum columna. & oportunè Vlpiani responsum referabo in l. i. ff. si quis ius dicenti non obtemper. Omnibus Magistratibus (non tamen duumuiris) secundum ius potestatis suæ, concessum est iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio. Is videtur ius dicenti non obtemperasse, qui quod extremum est in iurisdictione non fecit. veluti, si quis rem mobilem vendicari à se passus non est, sed duci eam vel auferri passus est: Cæterum si & sequentia recusauit, tunc non obtemperasse videtur.

Vulgo interpretes hæc verba accipiunt, vt in quacunque parte iudicij reus actoruè, de quo mox idem statuit Vlpianus in vers. non solum iudici non paruerit, multari possit ab ipso iudice. quod certè æquitatis plenum est, cum liqueat iura exacerbari in eum, qui cum in ius vocatus fuerit, parere dedignatur: ratio in manu est, cum dolum cuiusque puniri deceat l. ita. de recept. arbitr. & cum dolosus sit, quisquis magistratui non parat. l. non potest dolo. ff. de regul. iur. ead igitur bonis auiibus, qui in ius vocabitur, etiam ad tribunal alienum, quando dubium est vtrum alienus sit iudex, & num vocatus priuilegiarius sit. l. si quis ex. ff. de iudicij. alioquin accideret, vt paulatim neglectis magistratibus ciues insolenter se gererent. & in primo limine iudicij discerent sententias & executiones contemnere, quod vitandum est. l. si prætor. ff. eod. meritò exhibita est Bulgari opinio, qui putauit non videri non obtemperasse eum, qui in principijs iudicij proteruus fuit: sed qui duci passus non est, & in extremo defecit, id est, in executione sententiæ. Paulus verò sic ait in l. 2. ff. si quis in ius vocat. non ierit. ex causa à iudice vocatum, qui ad iudicem non iuit damnari multa pro iudicis iurisdictione, sed rusticitati parcendum, & vlciscendam superbiam. quod verò dicit multari vocatum pro iudicis iurisdictione, retundit eorum sententiam, qui intellectum Bulgari recoquentes aiunt in d. l. 2. multatum eum qui vocatus est, non à iudice motu proprio, sed actore postulante. nam talis multa non respicit priuatum agentis commodum seu damnum quod patitur, imo magis contumeliam factam publicæ personæ, id est, iudicij. §. si. d. l. i. si quis ius dicent. non obtemp. & vt ostendi, nisi iudex se in primordio suberbis ac contumacibus seuerum ostenderit, cætera erunt inutilia: cum actionum principium in vocatione versetur. §. si. de pœna temet. litigant. præterea Vlpianus ait non obtemperasse videri, qui extremum iurisdictionis non fecit, veluti si rem mobilem à se vendicari non patitur, quamuis duci vel auferri passus fuerit. igitur longè ante executionem, qui præcedentia iudicij detrectat, multabitur. subdit tamen Vlpianus, eum qui & sequentia recusauit immunè non esse multo magis. quia licet paruisset in principio & medio, in executione deficeret, vbi est effectus totius iudicij. l. pe. C. de execution. rei iudicar. scio ego extremum id esse quod vltimum, quoque τὸ τέλος græcus dicat, vt ait Cicero lib. 3. de finibus bonorum, sed tamen alias recipit significationes, vt ipsemet ibi interpretatur pro summo, & paulopost ego apertius demonstrabo, cum ipsius Vlpiani mentem detexero, præfatus olim vocari reos in ius solitos pro ijs rebus, quas debebant aut possidebant: inde fiebat vt sequerentur, ducerentur, auferrentur, seu traherentur. nam simul atque quis vocabatur in ius ab aduersario, id pretor ratum habebat, nec necessarium fuerat adiri prætorem aut literis prætorijs accersiri nisi reus abesse latereuè inciperet. l. ad peremptorium. ff. de iudicij. quia semel prætor vocantibus pareri iusserat vt l. i. §. nunciatio. ff. de oper. noui nunciat. quod si vocanti minus paritum esset, tunc vocatus iubeatur duci, sed prætoris autoritate, non priuata actoris. l. x.

ff. de in ius voc. l. si plurium. §. si. ff. de noxalib. huc spectat locus Caij nondum explicatus in l. qui neque. ff. de verbor. signif. qui neque sequantur, neque ducantur. id est, si vocatus in ius non sequatur, vltro, non debet duci à vocante inuitus. particula enim illa, neque, pro non accipitur, vt apud eundem Caium. l. prator. §. si. ff. de bonis autor. iudic. poss. hæc actiones, inquit, neque temporariae sunt & tã heredibus quã in hæredes dantur. idem de particula, nec. l. quæcunque. §. 1. ff. de publican. fiet igitur ductio prætoris autoritate. l. 2. §. si. ff. si ex noxal. caus. aga. vbi si seruus vocatus in ius non defendatur à domino, iussu prætoris ducitur, si tamen ductum alius velit defendere pro domino, indulgetur ei. l. electio. §. si. ff. de noxalibus action. quod si vocatus aliquis vltro non sequebatur, rapiebatur in ius, Plautus in milite:

Ducite istum si non sequitur, rapite sublimem foras.

quod si secuturum seruum dominus percelleret, nec sequi pateretur, iam videbatur non obtemperasse, & multam luere tenebatur. & hoc est quod Vlpianus ait: si quis rem mobilem vendicari à se passus non est, sed duci eam vel auferri passus est: ceterum si & sequentia recusauit, tunc nõ obtemperasse videtur. id est, si cum mancipia sequentia & euictia in ius post vocationem ipse dominus impederit, & duci maluerit, atque trahi, auferri, capi, quam obedire, tamen multandus veniet. sequentia dixit iurisconsultus vt mouentia in plurali. l. mouentium. ff. de verbor. signif. ita tamen vt sequentium appellatione etiam comprehendit suspicer animalia rationis expertia & res inanimas, quæ capræ porrantur. nemo obsecro, rideat, nam & Vlpianus dixit rem mobile duci nedum auferri. ducitur inquit, cum portata exhibetur. & qui adduci & auferri passus est nec sequi permisit, arbitrio iudicis multari potest: quia quod extremum est in iurisdictione tunc non fecit. hæc particula, tunc propriè ad extremum refertur. l. 4. §. si. ff. de conditi. & dem. id est, ad summum vt Cicero ipse exposuit, quemadmodum iam aperui. proinde subdit hoc esse extremum congruenter naturæ conuenienterque viuere. quod Zeno Stoicorum princeps dixit summum bonum: quid enim maius potest esse in quacunque parte iudicij, quã vt persona sistatur vel res exhibeatur, qua de litigatur, vel in quam facta est executio: non enim erubescio referens extremum ad principium instituendi iudicij. id est, ad vocationem. sic Virgilius lib. 4. Georgicorum:

Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis.

ita vt post hoc principium aliquid secundum subiungatur, nemo enim nescit quam multa subdantur maxime aduersus contumaces decreta ductionis, vnde sequentia de qua quasi tertio loco accedunt. l. veluti. §. 1. ff. de edend. quia forte res per licitorem iudice imperante abducta est. & iam ostendi vocationem in ius magni momenti esse. & nõ esse contumacem ac contumacem omni iure puniendum litis damno quoad aduersam partem contumacia. ff. de re iudic. in super multa quadam, quam iura infligi sinunt ipsi qui motum gerere recusant, ob contemptum iudicem. M. Varro verba iudicis multam dicentis concepta antiquitus refert. Quando citatus neque respondit, neque exuatus est, ego ei vnam ouem multam dico. vbi Gellius libro xi. cap. 1. annotauit non fuisse fas ouem in multa nisi masculino dicere. at, dicit quispiam, Vlpianus dixit pœnale iudicium esse, quo non obtemperantes iudicibus plectuntur, igitur multam infligere nequeunt quæ à pœna differunt. aliud est fraus. §. si. de verb. signif. verum pœnale iudicium præterquam quod pœna non generale est ac multam comprehendens, lex vocauit, eo quia vltima multam aliter vindicare potest magistratus contumacem carcere vel castigatione. l. cum eo. ff. ad leg. Iul. pecul. l. 2. ff. de in ius vocan. quod circa executionem sententiæ plurimum obtinebit. l. qui restituere de rei vendicat. ff. l. pen. ff. ne vis fiat ei qui in poss. ne, vt videmus, elusoriae res iudicatæ fiunt, nam quod Alciatus scripsit lib. 2. paradox. cap. 15. post sententiam iudicem partibus suis omnino functum. l. iudex. ff. de re iudic. non obinet nisi in pleno iudicio, non cum super pignoribus captis in causam iudicati summam idem iudex cognoscere possit. si forte tertius de illis moueat controuersiam in proprietate. l. à Diuo pio. §. si super. de re iudicat. ff. vbi etiam potest iubere capi aliud pignus magis liquidum, atque ita tum condemnatum tum actorem victoremque multa terrere, si à se vendicari non patiantur, tumultuario illo iudicio. ergo pignora capi imo & distrahi præ nimio cõtempu indebiti, aut multabit. l. 1. §. post edictum de ventr. inspici. VALENS. Placet admodum quod syncerè attulisti, mi Scauola, id quod animo Vlpiani federat: nec moratus es in refellendis intellectibus quos quisque finxit pro significatione varia extremi & sequentium: ita vt non defuerit, qui extremum pro vilissimo exposuerit vetus autor. sic dicimus extremæ sortis hominem, extremum militiæ gradum, in quem truditur miles fraudulentus. l. si. ff. de custod. reor. perinde ac voluerit lex,

etiam

etiam qui restitit iudici circa abiectissima iurisdictionis plectendum, quamuis in arduis ac quiescat. id est, in abductione rei mobilis, quam à se vendicari non erat passus. Sed nec auisim refellere vulgatam explicationem, quam Alciatus, Zasius & alij, pexi, doctores ingenti fastidio despuunt, vt extrema duo sint vtrinque, id est, in principio, sineque iudicij, in quibus magistratus coercere valeant contumaces: atque ita in medio, cum vtrumlibet extremum procurrat ad punctum medij. & sic non circa vocationem in ius tantum versetur, sed etiam in litis contestatione vel iureiurando, quo reus se purgare renuit. l. quoties. ff. de moralib. & §. quod si reus ead. l. sic in l. 1. §. post edictum. ff. de ventr. inspici. quod si quis dicat, sibi non liquere quomodo extrema duo id quod medium est complectantur, addam in gratiam vulgatæ doctrinæ, satis media comprehensa, cum mox dixerit Vlpianus, sed etsi sequentia recusauit multandum: nam sequentia vnum extremum comitatur. sic idem Vlpianus sequentem prouisionem pro trium media posuit. l. 3. §. Stichus. ff. de statuliber. extrema vero sic collocari, vt medium aliquid habeant Paulus docet. l. in tradendis. §. 1. ff. communia prædior. & Virgilius Zonæ cœlestem vnam è quinque semper sole rubentē descripsit lib. 1. Georgic.

Quam circum extrema dextra leuâq; trahuntur,

Carulea glacie concreta.

duas subiungit temperatas illico apud Aratum in Phænomenis Lentisci arboris fructus triplex trifariam arandi tempora diuidit, medium, & vtrinque extremum.

— και γὰρ τ' ἀροτήσιον ὀρνυ

Τετραπλόα μέσσην, μέσσην, και ἐπ' ἀμφοτέρ' ἀκρὰς.

quod si quis crispulorum interpretum parum Cicronianum hoc putet, audiat ipsum Cicronem delicatum sane libro de Vniuersitate. Vir enim, inquit, audeo dicere medietates, quas Græci μεσότητες appellant, sed quasi ita dixerim, ita intelligatur, erit enim planius: earum alteram eadem parte præstantem extremis. denique sequentia vocare auisim in iudicij administranda, quæ sequuntur necessario sententiam vel præcedunt, nam & hæc sequi dicuntur vt vsum fructum legatum seruitus itineris. l. 1. §. 1. si vsum fruct. per. sic sequester dicitur sequi, cum ipsum litigatores asseclentur. l. sequester. ff. de verb. signif. cuiusmodi esse dixi vocationem, contestationem, interlocutores. & nemo non recte dixerit actionis in rem sequelam esse actionem ad exhibendum, quæ tamen præcedit, sed in animo vendicaturi prius fuit petere quippiam restitui, quã exhiberi oportere cognosceret.

OBSERVATA IN CX. DIALOGVM.

- | | |
|---|---|
| 1 Solos Proconsules & Præsides in provinciis merum & mistum habuisse imperium, non magistratus municipales. | 6 Multam in contumaces non dicebant, nec ad indicabatur in l. aliud est fram. §. ff. de verb. sign. ff. |
| 2 Colonia & municipij differentia, & quid colonia rustica. | 7 Actioni in factum consultum. diuimura in contumaces. |
| 3 Decurionum origo, & Duumvirorum potestas. | 8 Delegatos multam irrogare potuisse ostenditur. |
| 4 Defensores civitatum à duumiris differunt. | 9 Multam non esse liberam pro arbitrio iudicis, sed limitatam à iure fuisse. |
| 5 Duumviros colonis, vt municipijs præfuisse, & an fasces habuerint in l. duumvirum. C. de decurion. | 10 Rationes complures, quare magni videretur Imperij multare nõ obtemperantes iudicibus. |

INTERLOCVTORES.

MAVRITIANVS, CLEMENS.



MT Duumiris non fuisse ius multæ dicendæ liqueat, cõtmemorabo Romanos fortuna sollicitante victicia signa extra Italiam proferentes, quò nationes & populos, quos armis ditionis suæ fecerant, in fide tenerent, legibus, consilio, & solertia, ad prouincias singulas singulos Proconsules misisse. interdum Prætores Prouinciales. l. 2. §. capta. de orig. iur. qui omnes rectores, paulatim cõpere dici præfides prouinciarum, item legati Cæsaris posteaquam Imperium in Augustos translatum est. l. 1. pen. ff. de offic. Præsid. & quò victi populi vel dediti deficere minus auderet, eorum proceribus & præcipuis viris vix vmbra alicuius potestatis maioris iurisdictionis reliquerunt. sed soli Proconsules aut Præsides, qui plurimum in Metropoli prouinciæ residebant, omne exercebant imperium, & fungebantur vice omnium

magistratum Romanorum, & de omnibus controuersijs merum vel mistum imperium attingentibus cognoscebant & iudicabant. l. de omnibus. ff. eod. l. nec quicquam. de offic. proconsul. post principem enim maius habebant imperium. l. & ideo. ff. eod. in oppidis autem alijs regionis & prouinciae commissae, magistratibus minoribus ea, quae simplicis iurisdictionis erant ad priuatum ciuium utilitatem pertinentia permittebant, expedienda actionis iure, & officio iudicis nec libero nec nobili. l. ea quae. ff. ad municipal. hi dicebantur magistratus municipales, quia municipes vocabant antiqui non tantum munerum participes sed etiam cuiusuis ciuitatis ciues. l. 1. ff. eod. quamuis in colonia sedes haberent. nota uero est differentia inter municipium & coloniam scripta apud Gellium lib. 16. noctium Atticarum cap. 13, in illo enim ciues suo iure, suis legibus, utebantur: cum numquam pupilli Rom. eorum fundus factus esset. munerum tantum cum pop. Rom. honorarij socij ac participes. colonia uero ut ex urbe. Rom. propagata iura institutaque pop. Romani non sui arbitrij habebat. atque ita minus erat libera, sed praestabilior uisa propter Romanam maiestatem. ideo Diui Verus & Antoninus Antiochenfes colonos fecerunt saluis tributis. l. si. ff. de censib. & Misena ciuitati in Syria Phoenice nomen coloniae Alexander Seuerus dedit apud Vlpianum, & ius italicum contulit. l. 1. ff. eod. Colonias primum appellatas Hygenus ait in libro de limitibus, ab agrorum noua dedicatione & cultura, quos populus Rom. victor emeritis militibus assignauerat ut l. in agris. ff. de acq. rer. dom. terra igitur praemium militum, & rustica opera, nomen indidit colonis. argumeto est quod etiamnum villa cum agro colonia uocatur. l. 2. §. priuatae. ff. ne quid in loco publ. l. eius. ff. ad municip. ubi tamen cum colonia a municipio seceratur, quidam malunt pro oppido accipi, in quod deducti milites veterani ad incolendum fuerint. rustice tamen coloniae mentio est in l. si in lege. §. colonus. ff. locat. ceterum Magistratus illi minoris, qui honoribus fruebantur in municipijs, decuriones appellabantur, sumpto tamen a colonis nomine: quia decima pars eorum, qui in colonias nouas ab urbe vel ab exercitu deducebantur, consilio capiendū destinabatur. l. pupillus. §. decuriones. ff. de uerbor. signif. erant autem perpetui decuriones, adeo ut filios quoque suos curiae obstringerent. l. si. de decur. lib. x. C. nisi ad altiore honorem prouiderentur. l. a decurionatu. ff. de vacat. muner. aut nisi ex causa successorē nominassent. l. 2. §. 1. ad municipal. ff. potuit enim morbus, aut senecta morbo simili inexorabili, excusationem tribuere. l. xiiij. de decur. ff. At quoniam ordo quilibet dignitatum principe ac rectore aliquo eget, quotannis ex ordine decuriali eligebantur duo, qui unius magistratus loco habebantur pari gradu honoris. l. magistratus. ff. ad municipal. l. in honorarijs in si. ff. de actionib. & in oppidis ipsis suae curiae quodammodo senatores uidebantur. l. omnes. de decurionib. lib. x. C. est & titulus, de decurialibus urbis Rom. lib. xi. ubi duo quotannis similiter praecellebant praediti iurisdictione. l. inter. ff. ad municipal. omnes salarium a publico capiebant. l. Herenius. ff. de decurion. duo uero illi & uocabantur duumuiros, intra territorium praescriptae ciuitatis tenuem iurisdictionem exercentes. l. duumuirum. C. de decuri. lib. x. & idem liquere nemo nescit ex l. si. C. de iudic. hi duo multa sine alijs decurionibus poterant, alij uero sine his eximium nihil. l. item. §. 1. ff. quod cuiusq. uniuers. sanè ubi duumuiros abessent, reliqui decuriones illorum partibus fungebantur, ideoque dabant tutores. l. ubi. ff. de tutorib. Eligebantur duumuiros solenniter idque ex ordine decurionum. l. 3. C. quando prouoc. non est necess. non aliunde. l. honores. §. is qui de decurionib. ff. & l. 3. §. si. ff. de pecul. nec uero eis popularium suffragia quicquam proderat. l. si. constat. de appellat. poterat autem quidam decurionum a proconsule vel praeside prouinciae commendari, non eligi. & praesces plerumque intererat electioni, non eligebat. l. 1. §. solent. quando appell. sit. ff. ut electi duumuiros praecellebant in oppido decurionibus: ita inter duumuiros antiquissimus quisq; l. 1. ff. de alb. scrib. At defensores ciuitatum, qui plebi uicē parentis praestabant, iudicij & potentiorum occurrebant insolentia. l. 4. de defenso. ciuit. C. & iure nouo ad trecentos usque aureos iudicandi facultatem nati sunt. §. & iudicare. eod. tit. in auth. col. 3. non è decurionum numero sed ex alijs personis idoneis eligebantur. l. 2. C. eod. biennio expirante honore, nisi a praefecto praetorio celerius propter culpam & noxam expellerentur. §. iusiurandum auth. de defensor. ciuit. col. 3. nec praetermitto defensores ciuitatum pro syndicis olim dictos. l. si. §. defensores. ff. de munerib. sed hic de illis agimus, qui ex optimatibus per circulum in oppidis seligebantur, etiam ex ijs qui dignitate publica fulgebant. §. interim. de defensorib. ciuit. col. 3. & §. 1. eod. cauendum iubetur a Pauperibus & obscuris. unde multa mala contingere Reip. Laconum, quod Ephori è plebe summi magist. caperentur ex quo uenales erant, ut scribit Arist. lib. 2. politicorum cap. 7. duumuiros autem ex decurionibus anniuersaria electione sumptos tam municipales a quibus magistratus municip. dicitur, quae colonijs fuisse patet ex eo, quod utrob. decuriones fuerunt & Valerij lib. 9. cap. 3. script. reliquit L. Syllam praerata mortuum, indignatum quod

quod Grauius princeps coloniae Puteolanae serius daret pecuniam a decurionibus ad refectionem Capitolij promissam. Suetonius tradit corpus Augusti demortui portatum a decurionibus municipiorum & columniarum a Nola Bouillas usque. planè cum tam exigua fuerit duumuirorum potestas, cumque proconsules non amplius quam sex fascibus uterentur. l. proconsules. ff. de offic. proconsul. miror cur fasces ascribantur duumuiris. d. l. duumuirum. C. de decurion. maxime cum duumuiros prorsus essent imperij meri & gladij expertes. & fasces uirgarum cum securi, qui a lictoribus praeferebantur proconsuli, terrendi uendicandique causa, facinorosus hominibus imminerebant. sed putem ibi fasces pro quouis honore sumi. Cicero in Bruto: & cum tibi, inquit, aetas nostra iam cederet, fascisque submitteret. hinc depositi fasces pro cuiusuis iudicis dignitate deposita. §. necessitatem. ut iudices sine quoque. supra. col. 2. nec quidem multam duumuiros infligebant sanè in l. si quis uxori. §. si fugitiuum. ff. de furt. duumuiros fugitiuum è carcere liberauerant. ergo coercere & in carcerem detrudere poterant sicut liberare. l. solet. ff. de offic. proconsul. Respondeo ibi in personam seruilem coercio tenuis fuit. l. 12. ff. de iurisdictione. Alij liberam duumuir. nec multam dicere poterat pro sua potestatis tuitione aduersus contumaces. d. l. 1. si quis ius dicent. nec pro quouis partis litigantis proteruitate uiscenda. l. aliud est fraus. §. si. de uerbor. signif. ubi nemo magistratus multam dicit, cui ad iudicatio non comperat, quam habet praesces prouinciae quilibet, sicut & merum imperium. l. illicitas. §. qui uniuersas. ff. de offic. praesc. & quam ego non refero ad exolitam illam corporis debitorum additionem, quae ex lege. xij. tabul. creditoribus fiebat ut Alciatus, sed ad illam, quae sit officio iudicis, qui mira potestate quod alterius est, alteri ad iudicat: ut in finibus agrorum, qui comode non possunt distinguere: & si liber, multam dominum agri parum obtemperantem. §. si. de offic. iudic. nam etsi hoc iurisdictionem simplicem sequatur, tamen non quilibet iurisdictione promiscue praesidis personam egreditur, aut minoribus magistratibus datur, ut super statu personae & praediciali actione. l. 2. C. de pedan. iudicib. At ne quis putet magistratus municipales remedio destitutos ad coercendam contumaciam illorum, qui iustissimè nisi, obsequi reluctantur, dabatur ipsis coram praeside actio in factum in pernicaces. l. 4. §. 1. ff. de damno infect. sic enim ille textus enodatus uenit, in quo laborat Accursius. T E R E N T I V S C L E M E N S. Non mirum est duumuiris multare non huius, quoniam hoc ijs confessum est prisca iuris regula, quibus publici iudicij & capitalis tributa est notio. l. 2. §. si. de iudic. illi uero nec a seruis sumere supplicium poterant, sed modicè castigant ueteratos nequissimos habena uel ferula terredi instrumentis. l. 1. §. impuberi. ff. ad Syllani. instar coercionis domesticae magis quam publicae. l. magistratibus. ff. de iurisdictione. de grauioribus statuendum sinebant praesidi prouinciae, & ad eum referebant instar defensorum ciuitatum. §. audient. de defensor. col. 3. Sanè uno casu purè permissum duumuiris multare, si delegata esset ipsis causa imperij licite. non enim sequor Bartoli & sequacium sententiam, qui negant iudici delegato licere multa infligere, quia noui ei & alijs summis uiris licere decipi, & quia inquam, noui mandata iurisdictione id venire imperium, sine quo superuacua esset iurisdictione, & uana delegatio. l. 1. §. si. & l. si. ff. de offic. eius cui mand. quod etiam propterea dicitur coherere iurisdictioni. atqui nisi multare liceret delegato iudici uocatum in ius contumacem, uel litem contestari recusantem, iam frustra fieret delegatio, opitulatur nobis Imperator l. 2. C. de sportul. & multa digni sunt doctores qui hoc rigidè pernegant, nisi appellatum sit ad delegantem imperium, multam luent utique. l. 2. ff. quis & a quo appell. ff. aut, quae so, quanam esset coercio alia expeditio, qua pecuniaria: cum in corpus translata acerbior censeatur quilibet multa pecuniae. l. in seruorum. ff. de pœnis. nec obijciat multam dici non posse nisi a iudice, cui sit publicum iudicium quia hoc uerè principaliter, tamen obiter fas esto plus facere, sicut ob usufructum fundi superioris cedit grauior seruitus itineris per multos fundos & ob aquae hauritum uiliorem. l. 1. §. 1. si usufruct. publ. l. 3. §. 1. de seruit. rust. ergo in praeparamentum iurisdictionis multa licent, quae alias non permetterentur, maioris quidem momenti quam id quo de principaliter quaeritur. l. quoties. C. de iudicij. nec speciale est in l. 2. C. de sportul. ut delegatus multare possit. proinde cum in d. l. 2. §. si. de iudic. dicitur magistratus quoslibet seu iudices multare posse, quibus specialiter conceditur, satis patet delegatis ius multandi esse, quibus speciali necess. fas est, ne propter contumaciam in ius uocati litigat. nihil agat. Planè non quilibet multa sequere deleg. licebit, sed quae minima. d. l. 2. C. de sportul. certa. quando prouoc. non est necess. cum ibi nec ordin. iudicib. liceat in immensum mult. sed pro iurisdictione. modo ita ut proconsul. senas auri libras non transiliat. l. eos. C. de mod. multar. A. Gellius lib. xi. cap. 1. scripsit multam supremam apud antiquissimos iudices triginta bouum fuisse, ouium duarum, pro ouium penuria. deinde lege Aterina factum, ut in singulas oues aëris deni, in boues aëris centeni penderentur, ut quae minima multa esset ouis unius.

quoquomodo pater plurimam auctoritatem esse concessam iudicibus circa multam definiendam, quæ certa non est in qualibet persona. d. l. aliud est fraus. §. si. de verb. signific. l. si qua pœna. ff. eod. ideoque vetitum dæmuis multâ irrogare propria potestate. Secundo quia qui non obtemperantem reum actoremue multat, vtrunque iudicat in causa propria, dum suam tuetur iurisdictionem, quæ licet publica sit, tamen hæret personæ iudicium vocati arrogatia exacerbatorû. l. cognitio. ff. de offic. eius cui mand. l. si quis ex. ff. de iudic. d. l. si quis ius dicent. quod certè repugnat mero iuri. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdictione.

Tertio, quia quamuis iudex quod semel definiuit, nequeat retractare. l. iudex. ff. de re iudic. nec quidem prætextu paupertatis, quæ condemnatis celsionis inducit beneficium luctuosum in causa civili non in criminali. l. 4. quod cum eo. nec in pœna corporali pœnitere iudicem potest. l. pœnam. C. de pœnis. at in multa inflicta iudex potest inopiæ misereri, & quantitatem, si collibuit, minuere. l. eos. in fi. C. de mod. mult. vsque adeo vt remissa semel multa non exigatur. l. illicitas. §. si. ff. de officio præsid. & ita fit, vt discendatur à regula puniente in corpore æris indignum. l. 1. §. si. ff. de pœn. l. si quis. ff. de iurisdictione. quia in pœna certa lex iusta futuris prouidet negotijs, neque vt iudex, præsentibus affectibus mouetur. Illud quarto mihi videtur potissimum in arbitrio iudicis multam dicentis, quod eam vel aduersario, vel fisco, vel operibus publicis, adiudicare quibit. l. multarum. C. de mod. mult. vel etiam inter omnes pro nutu diuidere. legis tamen præscriptum sequetur, si prius lex multam diuiserit. l. lex Cornelia. §. si. ad Syllan. Non omitto multam, pro dignitate iudicium varia itidem infligi maiorem aut leuiorem ex pari proteruitate damnatorum. l. 2. C. de sportul. d. l. eos. C. de modo mult. sed hoc iam attigi superius.

OBSERVATA IN CXI. DIALOGVM.

- | | |
|--|---|
| 1 Interpretatio. l. 1. ff. de legat. 1. & distinctio quadam, ac verbi, relinquendi. | 6 Legata à fideicommissis differunt, & numero 10. |
| 2 Legatū non traditur à testatore, vt donatum causa mortis. quid in l. Lucius de legat. 2. | 7 An in codicillis legatur. |
| 3 Donatarius causa mortis nō tenetur interdictione quorū legatorū. quod donatio à legato differat, & numero 9. | 8 An legati & fideicommissi. vis & natura eadem sit. |
| 4 Quid sentiendum de legato rei aliena. | 9 Per omnia exæquata in multis differunt. Et filium familias legare nō posse, sed donare. |
| 5 Legatū quare delibatio appellatur: & in definitionibus figuram sermonis usurpari. | 10 Legata & fideicommissa inuicem superari & vincere. |

INTERLOCVTORES.

ALPHENVS, PAVLVVS.



V I D me quietum & disceptationis securum, prouocas, o Paule? vide, obsecro, ne tibi contingat quod Antæo illi Libyco, qui cogebat hospites secum luctari: hunc lucta tandem superauit Hercules. si tibi vt mihi interdum, videor roboris exigui, experire protinus, num tu possis legati definitionem à Iustiniano traditam asserere, & obstacula repellere nō mediocria. si quidem didici imprimis tibi cordi esse, quod ille constituit: legatum est donatio quædam à defuncto relicta ab hærede, inquit, præstanda, quæ verba nouissima Modestinus omisit in l.

legatum. ff. de leg. 2. quid tu censes? P A V L V S. Modestino faui semper, tibi quam optimè cupiui, pro Iustiniano rursus emori non dubitem. atque vt tu illius definitioni nihil prorsus deesse putas, sic ego in huius nihil redundare. Legatū, inquā, est donatio quædam hoc verbo, quædam innuitur legatum vix esse donationem propriè: tamen negari nequeat, quin sit liberalitas in legato, & quin donatio simplex legato in quibusdā cōparetur: quia Iustinianus eā ait nō omnino legatis cōparari. §. aliq. de donat. sed quodammodo in d. §. 1. vt si quis dixerit senectā esse quendam morbum assiduum: exceptionem doli esse quandam appellandi speciem. l. non distinguemus. §. eum quidam. ff. de recept. arbitr. l. si decem. de verbor. oblig. & coloni censiti quadam seruitute obstringuntur. l. 2. in quib. caus. colon. dominos. lib. xi. C. neque enim legatū potest dici donatio inter viuos conuentione facta neq; causa mortis. quia impropria illa donatio in legato relicta dicitur, ergo post mortem refertur præstanda suprema voluntate. l. 1. §. si. ff. de tabul. exhib. vbi verbū, reliquisse, ad viui tabulas nō retulit prætor. atqui donat. causa mortis directo à moris, traditur donatarijs interdū translatione facta dominij l. 2. ff.

l. 2. ff. de donat. caus. mort. & quod viuis tradidit, vel cessit, hæredis nō eget ministerio nec vilius testamēti. doctè hoc aperuit Accurs. in l. §. qui mortis. ff. de iis quib. vt indig. vbi impugnās testamentū legato priuatur, non donat. causa mortis, quæ à testamēto nō pepedit. nec obest l. Lucius in priore. ff. de legat. 2. vbi testator, qui Næmo legauerat, ac pretiū dedit legatario: quoniā ibi legatum quoque ab hærede præstandū veniebat iuxta voluntatē testantis, sed casu aliter accidit, ne ex ea ægritudine moreretur, atque vt ipse repræsētaret viuis. nec propterea vitatur legati significatio, sicut nec posthumi instituti, qui præter opinionem viuo patre natus est, idem in exhæredatione. l. Titius. §. 1. ff. de liber. & posth. l. 3. §. pen. ff. de iniust. testam. ac fortè in d. l. Lucius. quod legatum erat, transiit in donationem simplicem, si pretium militiæ testator donauit liberalitate non reuocanda: quod si animo legati præstandi dedit, præmaturè officio sui hæredis ipse functus videtur, nec iterum ab hærede id relictum peti potest, vt ibi Celsus statuit. Quod si quis dicat legatum recta via transire in legatarium l. à Titio. ff. de furt. id circo frustra ab hærede præstitum iri: constat teneri interdictione quorum legatorum eum, qui sibi legatum inuaserit, non ex voluntate hæredis. l. 1. ff. quorum legat. nihil mirum, cum aliàs verus dominus non possit ab eo, qui rem possidet arripere. §. recuperandæ. de interdictione. igitur hæreat definitioni legatarius, & hæredis opera vtatur in assequendo legato. quod secus est in donatione causa mortis, ea ratione, quod à defuncto præstita iam est, nec ex testamento pender. d. l. 1. §. si quis ex. quorum lega. Cæterum, quod dicitur confestim à morte relinquentis dominium legati transire, verum est; si legatarius non repudiauerit: quod si repudiet, retro fuisse hæredis intelligitur. l. legatum ita. ff. de legat. 2. sed nec putem ita velox huiusmodi dominium, vt si testator rem alienam sciens legauerit vel ignorans, quando ei licuit iuxta l. cum rem. C. de legat. protinus legatario afficiatur donec hæres redemerit. l. magis. §. si fundus. ff. de rebus eor. nam hæres vel redimere à volente domino tenetur, vel eo nolente pretium iustū soluere legatario. §. non solū. de legat. quo casu legatum tenetur ab hærede præstitum, & ab hæreditate auulsum: cum pecunia rebus omnibus æqua lance sufficiatur. non quod res aliena legata ideo censetur hæreditaria, quia luit potest. l. propemodum. ff. de verb. signif. sed quia postquam redempta est, retro videatur fuisse testatoris. maxime cum hæreditas accessiones & decissions recipiat. l. 30. ff. ad leg. Falcid. & hoc est quod Florentinus dixit in l. legatum est. ff. de legat. 1. legatum est delibatio hæreditatis, qua testator ex eo, quod vniuersum hæredis foret, alicui quid collatum velit. nam degustat legatarius velut primoribus labris hæreditatem tanquam frustulum accipiat. hoc enim est libare vel delibare. l. pe. C. de pagan. Ouidius lib. 1. Tristium:

Indelibras cuncta sequuntur opes:

At simul intonuit, fugiunt.

& quadrans hæreditatis illibatus. id est, integer. l. si vni. ff. famil. hercisc. l. fœminæ. C. de secund. nupt. nec nouum est vt in definitionibus arduis lustrant iurisperiti. vt cum Gallus. Aquilius litus definiuit, qua fluctus eluderet. idque non sine figuræ lepore, & lepida translatione vt si quis senectam occasum ætatis dicat teste M. Tullio lib. 2. Topicorum. Non est quod quisquam inuideat hunc honorem legato, vt fragmentum hæreditatis videatur, cum lex xij. tabul. illis verbis: vti quisque legasset ita ius esto, hæredis institutionem complecteretur. l. verbis. ff. de verb. signif. & hodie qui sibi atque heredi cauet pacto, videtur prouidisse legatario. l. in conuentionibus. ff. eod. Plane quod diximus, legatum præstari ab hærede, ad testamentarium referendum est. & in hoc differt legatum à fideicommissio, quod quidem etiam ab intestato relinqui potest seu vniuersale seu rei singularis. §. præterea de fideicommissi. hæredit. hinc manat secunda differentia, vt videlicet à legatario fideicommissum relinqui queat non legato vt Iustinianus ait §. 1. de singulis reb. nec seipsum correxerit in l. 1. §. & hæc. C. commu. de legat. imo ibi cum de hærede tractat, legatum relinqui ab eo ostendit, fideicommissum autem pariter à legatario, vel ab alia persona, id est, ab intestato. Sane non dubitem quin legati quoque possit à legatario, sed semisus vel alterius portionis hæreditaria, simillimo ei qui ex parte hæres est, & honoratior titulo donatus splendet. l. filium §. sed et si. & §. is autem. ff. de legat. præst. §. sed quia hæred. de fideicommissi. hæred. Tertio in codicillis fideicommittitur non legatur. l. illud. §. fin. ff. de iure codicill. l. conficiuntur. eod. nec obest. l. quod purè. §. si. ff. quado dies legat. legatū enim fuit codicillis testamēto cōfirmatis vel ab eo dependētib: ita vt ipsius portio esse credatur, vt in l. pe. ff. quemad. testam. aper. tunc namque ius testamenti sequuntur. l. ab intestato. ff. de iure codicill. huc spectat. l. si tibi. §. 1. ff. de legat. 1. sic accipio. l. viij. versic. quæ in C. qui testam. fac. ideoque nisi ex testamento sit adita hæreditas, codicillare relictum corrumpit. l. 3. §. fin. ff. de iure codicill. legata plane codicillis adimi in comperto est. §. 1. de adempt. legat. nam fauetur hæredi exonerando, l. etiam

nuda voluntate testantis postea diuersa. l. 3. §. de adim. leg. gloss. l. hæredes. §. 1. de testam. vbi in hac re non desiderat codicillos testamento roborari ex Io. opinione. cui accedo altera ratione, quod vel sola epistola legatum adimatur. l. alumne. §. fin. de adim. leg. Quarto aliter no seruo libertas legari directo non potest, per fideicommissum potest. & qui directo manumittitur, defuncti libertus fuisse intelligitur Orcinus. §. pe. de singul. reb. ideoque directo libertas codicillis non dabitur, si non testamento confirmetur. l. libertates. ff. de manumiss. testa. fideicommissaria vel nudis codicillis vel ab intestato præstatur. sed cum bona pars harum differentiarum ex Iustinianis institutionibus colligatur, seu corroboretur, quid causæ est cur in §. sed non vsque de legat. idem scripsit, necesse omnia legata & fideicommissa exæquari: in codice apertius id ipsum constituit vnam naturam, easdem actiones pro vtriuslibet induxit, non oblitus rei vendicationis legatario ac fideicommissario competentis velut dominis rei testamento relicta à tempore mortis defuncti, quod olim peculiare fuit legato per vendicationem facto, vt notat Theophilus. P A V L V S. Quinertiæ subnectemus differentias plures. tamen non desinit Iustinianus inculcare se vnâ naturam, vim, ac potestatem legatis ac fideicommissis communicasse. forte postquam ea perfecta sunt, eadem regula censentur, easdem actiones gignunt, similiter patiuntur Falcidiam. §. sed quia. de fideicommissis. hæred. præterea pariter vocantur ad successionem legatarij ac fideicommissarij, quando hæres remouetur, quia nõ implet defuncti supremum iudicium admonitus à iudice §. etenim. de hæredib. & Falc. col. 1. accedit quod promiscuè legatum & fideicommissum vsurpamus, & vnum alterius nomine significatur vt d. l. Lucius. 1. ff. de legat. 2. quod legatum erat fideicommissum dicitur. l. codicillis. §. 1. eod. & de diuerso legatarius, cui fideicommissum restitueretur. l. si ita relictum. §. pe. ff. eod. non aliter atque Falcidiam passim pro Trebellianica, à qua tot stadiis distat, capitur l. cohæredi. §. cum filia. de vulg. ff. l. si Titia ad l. Falcid. l. in quartam. ff. eod. quod si originem fideicommissi inspicias, imbecillam prorsus & legatis posteriorem deprehendes. §. 1. de fideicommissis. hæred. item verba iubendi rogandiue, & reliqua, quæ à te Paule, decursa fuere, mirum in modum discrepabunt legata fideicommissa quæ neque exæquari commode quibunt. A L P H E N V S. sed non est dissimulare. l. 1. ff. de legat. 1. vbi per omnia sunt exæquata legata fideicommissis. igitur sine delectu idem iuris in vtriusque statuendum: nec origo progressusue vtrorumque discrepat. P A V L V S. Sciebam fore, vt ille Vlpiani locus asperrimus profecto in me concitaretur, sed quæso cum Vlpianus dixerit per omnia exæquata legata fideicommissis, & tamen cuius patefactum sit, vel ex iis quæ commemorasti, non parum ea inter se discriminis habuisse, nonne id sequitur, quod volo, dictionem per omnia, idem significare quod in quamplurimis nisi diffidimus Iustiano, qui sic explicat in §. 1. de donat. vbi donationes causa mortis per omnia ad exemplum legatorum redactæ sunt. mox subdit, per omnia ferè legatis connumerari. nam & in §. 2. eod. ait donationes simplices non omnino legatis comparari: igitur superiores omnino legatis comparantur, id est, in permultis. verum liquet ex iis, quæ paulo ante diximus plurimum eas à legatis differre. nec ex testamento pendeat. ideo à filiofamilias rectè patre consentiente fieri: non autem legata, quoniam hæc pendent ex testamento, quod filius in potestate, nec consentiente patre, non facit. l. qui in potest. ff. de testam. atqui donabit causa mortis patre assentiente, quid nõ cum etiam inter viuos ita donet. l. filiusfa. ff. de donation. & ratio vult, vt liberius reuocabilis causa mortis donatio quam simplex permittatur. l. vbi. & l. tam is §. 1. de donat. caus. mort. ibi Accursius nugatur aliquid de legato hodie filiusfam. concessio, quod nusquam legitur. nam in §. nostra de legat. nihil istiusmodi dicitur. & quamuis ab intestato fideicommittere liceat, non licebit legare. cum vtrique legatis & fideicommissis indita sit eadem vis postquam facta fuerunt, non immutatus ipsorum forma modus. sic alibi Vlpianus ait, quæcunque de legatis dicuntur generaliter transferenda ad donationes. l. illud. ff. de donat. caus. mort. sed generalis locutio restringitur ad quamplurima vt simili verbo: per omnia. l. Antoninus. de fideicommissis. libert. & Iulianus ait furiosum per omnia & in omnibus absentis loco esse. l. 2. §. pe. ff. de iure codicill. vbi Accursius multa excipit. & in l. prætor. ff. de regul. iur. & omnia iudicia absolutoria iactamus sed cautè hoc exaudimus. §. si. de perpetuis & temporalib. acti. A L P H E N V S. Quam vellem vt liberet Vlpiano semetipsum explicare, apertè videres exæquata omnino legata fideicommissis virium compensatione, non vt vbi que eiusdem potestatis sint: sed vt intelligamus fideicommissa aliquando præualere, & itidem fideicommissa legatis præstantiora in aliquo. sic M. Tullius lib. primo officiorum suos de philosophia libros ait orationibus ferè exæquari: haud equidem stilo eodem aut sententia, sed perpenis omnibus vtrinque forentis eloquentiæ flumen grauitati philosophicæ comparandum. hoc apertè declarat Iustinianus in §. sed non vsque. de legat. quædam

quædam fideicommissis, & inuicem communicari postquam ea perfecta sunt, nihil immutari de ritu faciendi. sic Plinius lib. 7. scripsit Pompeium Alexandro magno rerum fulgore æquari. non quod easdem gesserit, sed alias æquipollentes ne putemus. d. l. 1. de legat. non esse Vlpiani à Triboniano suppositam, vt calumniantur plerique recentiorum interpretum. quis non agnouit interdum legatum præpollere, cum legata libertate, leuissima conditio inspicteretur, non relicta per fideicommissum. l. quod tradit. l. per fideicommissum. ff. de conditi. & demonstr. de diuerso liberius est fideicommissum, cum à legatario relinqui & ab intestato possit, vt visum est: multis præterea in locis luctantur fideicommissum & legatum, & in aliis alterutrum excellit.

OBSERVATA IN CXII. DIALOGVM.

- | | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | <i>Seruitutem quærendæ aquæ & mox ducenda rectè constitui, repugnantia iura conciliantur.</i> | 5 | <i>Vtrum urbana rei quam rustica citius subueniri debeat.</i> |
| 2 | <i>In aquæ ductione tria considerari: quid sit iter aquæ.</i> | 6 | <i>Probatum plurifariam nunciari propter rusticarum seruitutes.</i> |
| 3 | <i>Aquæ, cuius non extant indicia, an iter permittatur, & quid in aliis rebus, volente domino prædij.</i> | 7 | <i>Explicatur l. qui viam. ff. de oper. noui nunci. & an qui nihil agere dicitur, omnia frustra faciat.</i> |
| 4 | <i>An propter seruitutem rusticam nunciatur opus nouum.</i> | 8 | <i>Operis noui nunciatio non est actio, nec vocatio in ius. quod furioso & pupillo rectè nunciatur.</i> |

INTERLOCVTORES.

VLPIANVS, FLORENTINVS, LABEO.



V A M V I S adit qui sique nostrum possitque id, de quo respondit ac scripsit, enarrare, patietur tamen non grauatè Callidemus alium alienæ sententiæ explanatorem esse, nescio enim quomodo ea, quæ quisque nouit & edidit, cum tædio repetit, & prolixius explicat. sic videmus herbas aquarum alumnas siue in fluiuis siue in paludibus nascantur, imbribus tamen ali, & eos naturaliter expetere: vt Plinius accidere potissimum ostendit in nobili fonte Orge non procul ab Auenionensi Gallia agro, vbi boues herbas eiusmodi immerso capite quærant domestica aqua suauis, aliena & cælesti vberius prouenientes. FLORENTINVS. Mira sanè est cognatio herbarum aquarumque, maior arborum & stuticum: quod aquam quærentibus innotescit, qui tum ex iunco tenui, tum salice, alno, vitice, arundine, hedera, signum residentis in terræ visceribus humoris capiunt teste Palladio, quæ inuestigatio vtilissima est, cum sine aqua siti homines, plantæ siccitibus, interciderent. l. fin. ff. de riuis. l. is cuius. ff. si ser. vendic. de iure quærendæ aquæ sic Paulus, si audire luber, respondit in l. 10. ff. de seruit. rustic. Labeo ait, inquit ille, & talem seruitutem constitui posse, vt aquam quætere & inuentam ducere liceat. nam si liceat nondum ædificato ædificio seruitutem constituere, quare non æquè liceat nondum inuenta aqua eandem constituere seruitutem? Et, si vt quætere liceat cedere possumus, etiam vt inuenta ducatur, cedi potest. alibi tamen idem Paulus notat Labecnem dixisse: si qua aqua nondum apparet, eius iter constitui non potest. proinde ipse illi cò subdit: Imo puto idcirco id falsum esse: quia cedi potest, vt aquam quætere, vt inuentam ducere liceat. l. pe. & fin. ff. si seruit. vendic. miramur, prima facie, Labecnem sibi ipsi dissidere, & à Paulo semel approbatum obliuiose reprehendi. sed vt hæc simultates componantur, pauca adferam, si lubet nec vero à cane rabido vos emorfos puro, vt ideo aquam oderitis. Igitur quoniam attenditis, sciendum est in aquæ ductu tria considerari: primum est ipsius aquæ inquisitio, alterum aquæ inuentæ ductio, tertium est iter aquæ. Itaque cum meus fundus tuo vicinus esset satis aridus, & animaduertissem in tuo indices latentis aquæ plantas, impetraui à te vt aquam in tuo mihi quætere liceret, & mox inuentam ducere. in his duobus Labeo & Paulus neuti quam dissentere, sed cum de tertio dubitaretur, hoc est, de itinere, iure à Labeone desciuit Paulus. iter aquæ autem riuum & alueolum vocamus, per quem aqua fluit. l. Quintus. ff. de seruit. rustic. l. fin. ff. de aqu. coridi. Labeoni quidem videbatur stolidum aquæ nondum apparentis riuum iterque stipulari, & nocere promissori sulco effosso in eius agro, antequam exploratum sit aquam

eminere, quæ ducatur, quod est contra naturam seruitutis. l. quoties. ff. de seruit. nec enim noxia seruitus admittitur, quæ non prodest prædio dominanti, sed Paulus: æquius sensit iter idcirco constitui possit ante inuentam aquam, quia stipulator verisimiliter præsentit aquam subesse in aliquo fundo, unde ipse postea impune ducat, quia publicus sit. vel ex radice mortis Septentrionem versus: vel denique, quod nemo prohibeatur aquam quærendi ius impetrare, & ita ducere cum expedierit sine magno concedentis scilicet incommodo. l. si cui. ff. de seruitutib. plane si quis mihi permiserit aquam ex suo fundo ducere à capite forte, iam iter aquæ necessario permisisse censetur, ne inutilis alias sit constitutio. l. 3. §. ff. de seruit. rustic.

3 LAB. Procliuor fuit Paulus ad reprehendendum quam oportuit. nam cum dixi, si aqua nondum appareret, eius iter non posse constitui, sensi ego de ea aqua cuius apparituræ non extarent aliqua indicia: cuius quidem non est eadem ratio, quæ ædificij futuri cui me adsentiente seruitus imponi potest. cum in arbitrio cuiusque sit ædificium vbiunque velit commodè ponere. at cum de aqua quæritur est nobis ratio cum natura loci, qua inuita nemo aquam eliciet. nisi vel è pumice aquam quidam expectare auit. maxime cum, nec volente domino, in alieno agro fodere aliis liceat nobis, & occulta quætere, ac sic perniciosè vastare, & agriculturæ obesse. l. vnic. de thesaur. lib. x. C. secus si constat iam in terræ intimis ædificium rei indagandæ occuli. l. venditor. §. si constat. ff. com. præd. Ceterum postquam Paulum reprehendendi incesit voluntas, vicissim ipse reprehensionis sagittis crura præbeat, expedit. & ne longe à seruitutibus abeam, tueatur id quod vulgo ipse asseruisse fertur, propter seruitutem rusticam non nunciari nouum opus ab eo, qui eam potest vendicare. l. qui viam. ff. de oper. noui nunciat. quando pro urbana nunciationem admitti receptum est. l. etsi forte. §. 1. ff. si seruit. vendic. & l. creditori. ff. de operis noui nunciat. quæ tamen, cum de prædio loquitur, non magis de urbano quàm de rustico tractat. sed ita placuit doctoribus explicare, rationes vanissimas adferentibus, quare potius pro urbana seruitute, quàm pro rustica nunciatio recipiatur, potissimum pro via. quia, inquit, is qui ædificat, impeditque aditum aut vecturam, in alio equè commodo vel etiam commodiore loco fundi eiusdem viam constituere & transferre potuit. l. 2. §. pe. ff. de religio. Sed hæc ratio non egêt longa refutatione, cum ex d. §. pe. aperte redarguatur, quæ fauore religionis tantum nititur & mutari locum seruitutis speciatim permittit, non aliter. l. si cui. ff. de seruit. præterea certum est nunciationi parendum quauis iniustæ. l. 1. ff. de oper. noui nunciat. etsi dubium sit quod opus fiat. d. l. 1. §. sed si is. cur igitur dum dubitatur, an aliò commodè transferri valeat commeandi vtilitas, non pareatur nunciationi, non video. Accedit quod in seruitute urbana stitidij paratus variatio loci reuè admittitur. l. seruitutes. §. si antea. ff. de seruit. urb. Alij maluerunt pro seruitute rustica non nunciari nouum opus, quia non habeat causam continuam vere. l. 14. ff. de seruit. Sed nec hoc placet, dum stitidij urbanæ seruitutis interualla longiora cõsidero: eûque aquæ ductus rusticus perpetuus esse queat, vt vidi in quibusdam pratis biferris. denique displicet illa ratio, propter seruitutem eandem aquæ ductus & itineris, quæ sine dubio urbanæ erunt, si certo prædio urbano debeantur, eo quod prædium dominans inspicitur. l. si ego. §. 1. ff. de publician. l. iter. ff. com. præd.

5 Tertio iam trasuolatur ad aliam rationem ab iis qui à via regia declinantes tenuem fornicarum semitam anxie frustra que indagant: nãque aiunt, urbanis prædiis celeri remedio subueniendum, ne ruinis vrbes deformetur. l. 2. §. si quis nemine. ff. ne quid in loco publ. in agris nõ item, sed expectandum ordinarij remedium confessoria actionis seruitutem vendicanti. sed hæc ratio id, quod videtur probare, impugnat. si enim in vrbe molitioni ædificiorum maxime studendum, iam ibi minus fauendum nunciationi, quæ sinit pulchra opera, & extructiones ædium impedit. quinimo etiam iure facta superbe destruit. l. prætor. §. 1. de oper. noui nunciat. Animaduerto insuper celerius rusticæ reique urbanæ consulendum, vt Plato ostendit apud iurisconsultum. l. 2. ff. de nundin. præsertim in proposito, cum in vrbe adsit copia iudicis coram quo vendicetur seruitus, in agris desit. proinde maturius succurrendum. l. generali. de decurio. lib. x. C. In summam intrepidè affirmo pro seruitute prorsus rustica opus nouum nunciari cum Vlpiano in d. l. 1. §. siue autem. ff. de oper. noui nunciat. & ne quis putet ibi prædium urbanum fuisse, id est, ædificium vt l. urbana prædia. ff. de verbor. sign. ait Vlpianus nunciationem in villis & agris vigere, id est, in agris extra villæ ædificium. secundo in l. creditori. ff. cod. non modo dicitur creditori, qui prædium accepit pignori nunciare licere pro seruitute sine distinctione prædij, sed etiam subnectitur ratio: quoniam ei vendicatio seruitutis datur, quæ in rusticis perinde, ac in urbanis competit. l. ei qui. ff. de seruitut. Tertio discuitur hoc l. in iudicio. ff. famil. herciscund. vbi pro seruitute prædiali nunciatio fit, vt ne effugere hoc possimus, prædium mox fundum lex interpretatur. ibi laborat Accursius nimium pertinax in sententia nunciationem in rusticis non admittente, tametsi

tametsi alleget l. 1. §. idem Iulianus. ff. de remissionib. vbi quarto loco pro qualibet seruitute nunciatur nouum opus, tam urbana quam rustica, nisi sit personalis veluti vusfructus. l. 1. §. si. de operis noui nunciat. vbi vusfructuarius nunciat procuratorio nomine proprietarij contra alium vicinum, contra ipsum verò proprietatis dominium vendicando per confessoriam sibi abundè subuenit. VLP. ANVS. Ecquis putabit me aliter existimasse? aut quenquam melioris notæ iurisprudendum? cum in l. 3. §. pen. de riuis scripserim, riuos reficiti singulari iure frustra nunciari propter seruitutem: non quia rusticum ius controuersum sit, sed quod contemnatur nunciatio lege permittente, & aquarum salubritati studete. l. 1. §. si quis riuos. ff. de operis noui nunciat. igitur vendicari seruitus in iure poterit, non refectione verbo vel lapilli iactu impediri. Non puto itaque Paulum diuersum voluisse in d. l. 7 qui viam. ff. eod. Qui viam habet, inquit, si opus nouum nunciauerit aduersus eum, qui in via ædificat, nihil agit, sed seruitutem vendicare non prohibetur. his verbis non negat Paulus licere vendicaturæ seruitutem rusticam operis nunciatione prius vt aduersus eum, qui moliendo locum præpedit, sed ait nunciationem nullius esse vtilitatis, ad hoc vt seruitus debita declaretur. l. sciendum. cod. tit. quia nunciatio impedit quidem alienam extructionem, sed de toto iure dominij vel seruitutis nihil definit, cum etiam iniustus nunciator timeatur. d. l. 1. ff. eod. & hoc maxime cognitum necessarium est in seruitute qualibet rustica: cum non prius nunciatur opus, vt frequenter, quin præparamentum aliquod materiæ vel quin facies aliqua operis extet, vel coniecti lapides cementauè sint, quæ eundi, vchendi, aquam ducendi, vsum impediunt. l. stipulatio. §. opus. ff. de oper. nou. nunciat. vel saltem quin sciamus esse maturandum nobis antequam noceatur, magis quam postea expectandum remedium. l. 1. C. quado lic. vnicuique sine iudic. proinde nunciatio retardat quidem cõptam structuram, sed illibatam seruitutem nunciatori non seruat. imo nec domino succurrit, vt videatur possessorem interpellasse, & vusucapionem eius infregisse. l. alienam. ff. pro emptor. & quamuis Paulus generaliter dixerit nunciantem nihil egisse, restringi debet ad id quod sequitur, vt scilicet propterea seruitutem sibi asseruisse putetur: sed agit aliquid, vt ædificantem sistat, & nisi paruerit, demolitio sequatur. sic Papinianus: vnus ex sociis fundi communis permittendo ire agere nihil agit. l. vnus. ff. de seruit. rust. hoc est, vt protinus constitutio seruitutis valeat, sed valitura si alij mox cefferint eandem seruitutem: ita retroagitur sociorum permissio. l. per fundum. ff. eod. sic ego in l. si maritus sit. §. si. ff. ad leg. Iul. de adult. si quis adulterum & adulteram simul detulerit, nihil agit. id est, quoad hoc, vt propterea veterer, postea alterutrum deferre. egit tamen aliquid, quoad alia, vt ibi eleganter Accursius, l. mulier. §. 1. ff. de condit. institutio. proinde qui seruitutem sibi competere asserit, nihil agit nunciatio nouum opus. id est, si tantum nunciet, nec ulterius progrediatur. quod si Paulus particulam, tantum, adieccisset, res caruisset scrupulo. illa tamen aptè subintelligitur, vt apud me in l. 1. §. purgandi. ff. de riuis, & apud eundem Paulum. l. si. ff. de condit. & demonstr. quocirca post nunciationem prosiendum est ad actionem confessoriam. quia nunciatio nõ est actio. vnde dicitur, cum eo, qui ædificando obsecrat domum meam, nullam mihi esse actionem. l. cum eo. de seruit. urb. ff. vbi nemo dixerit excludi nunciationem, metuendam donec remittatur, vel donec satisfat de demolitio is, cui nunciatur nouum opus: aut denique donec prætor de iure ædificantis cognouerit. sed nec habet instar principij actionis, id est, vocationis in ius. §. fin. de pœna temer. litig. quippe cum non habeat cõctam prætoris aditionem. l. 1. §. 2. de oper. noui nunci. & hoc amplius, cum furiosus vel impubes vocari in ius nequeant. l. neque. ff. de iniur. vocan. quibus tamen recte nunciatur. l. operis. ff. de oper. nou. nunci. si modo, in quâ, in re præsentem nunciatur fabris exaudientibus, interest verò tum furiosi tum impuberis nunciationem formidare, ne opus ipsorum impensa procedat, postea demolitioni expositum. quippe cum expediat cauere, ne huiusmodi personis blandiamur ita, vt inde afficiantur incommodo. l. 2. §. si. ff. de Carboni edict.

OBSERVATA IN CXIII. DIALOGVM.

- | | |
|--|--|
| 1 Quid sit Antichresi obligari seruitutes. | fit in seruitute. |
| 2 Pignori rectè dantur, vusfructus, habitatio: quid de vso. | 6 Rigor iuris quare olim noluit oppignorari seruitutes, & cur locari vetuerit. |
| 3 Seruitutes urbanae quando pignori obligentur vel precario. | 7 Seruitutes in bonis nostris omnino esse. |
| 4 Seruitutes non sine distinctione in pignus dantur. | 8 Explicatur l. 1. ff. de vso & vusfr. legat. Item in bonis esse, & ex bonis, differe. |
| 5 Propter vtilitatem aliquid constitui quidnam | 9 Interdicto recuperanda an seruitus recipiatur. |

HENGENVVSomnino mihi videtur iste sermo de seruitutibus & verè urbanus, quauis ad tuitione seruitutum rusticarū magis spectet. & in summā eiusmodi est, vt ipsius dulcedine lōgius auca progredi ac inquirere, an seruitutes ipsæ pignori dari queāt: si prius admonero Martianū hoc idē aptissimè tractasse in l. si is qui. §. i. ff. de pignori. postquā in §. i. de eo pignoris genere differuisset, quod ἀντιχρησιον vocam⁹, in quo pign⁹ ita obligatur, vt creditor vsū rei immobilis, puta domus aut fūdi, redit⁹ percipiat loco vsurarū pecuniæ muruaticæ. vbi tamē cauendū esset, ne creditor domum obligatā sibi in aliū transferens locatiōe, pensionem supra modum legitimū vsurarum perciperet. l. si ca. C. de vsuris, quā Hermenopol⁹ inseruit titulo, πειλ ἀντιχρησιον, de industria, sicuti, vt dixi, Martian⁹ postea quā de ἀντιχρησιον egit, id est, de vsu opposito, pōtificibus inuiso in ca. i. de vsur. maximè in hac specie, non iuriscōsultis. l. si pecuniā. de pig. acti. & longè apertius in l. cum debitor. ff. in quibus caus. pign. tacit. contrahit. vbi prima facie videretur sine vlla pactiōe antichresin à creditore sibi fingi, interim dum gratuita pecunia debitor gaudet, nam & cum gratuita ibi dicatur, iam vsuris conuentis locus non fuit, licet aliud sentiat Accursius, proinde dicendum à mora debitoris impunè creditorem fructus retinere ad modum vsuræ legitimæ, cum beneficio gratuito diutius abuti dederat debitorem, vt quidem scitis, igitur reuertor ad Martianū, qui illicò respondit de seruitutibus, & primo de personalibus, saltē de vsufructu. statuitque dupliciter pignori dari posse: priore modo, cū dominus proprietatis mutua capiat pecuniam, & firmans pignore creditorem, ei vsufructum in re, cuius est dominus, fundo nempe vel ædibus, altero modo cum ille qui habet in alieno prædio vsufructum, ipsum iam pridē constitutum dat pignori alicui creditori. nam, inquit, cū vendi possit vsufructus. §. i. de vsu & habit. quid obstabit quominus pignori obligetur? cum facilius pignus recuperetur refusa pecunia, non ita quod semel vaniit. Idem de habitatiōe dicerem per omnia, quæ transferri quoque potest. l. cum antiquitas, C. de vsufr. ideo pignori rectè dabitur, siue à domino ædium, siue ab eo, qui alienæ domus ius habitatiōis habet, & locare non prohibetur. Quod attinet ad vsū, non dubitem quin dominus prædij Titio creditori, à quo mutuum argentum accipit vsū possit constituere: scit enim pro certo qualis quantus ve sit futurus Titij vsus: atqui Titius rursus pignori non posset dare illum vsū, vel cum quem ex legato habet in alterius prædio. quoniā vsus non est semper idem, sed in aliā atque aliā persona diuersus est, pro cuiusque dignitate. l. plenum vers. Iuuenus. ff. de vsu & habit. ideoque non potest cedi ab eo, qui illum habet. §. i. de vsu & habit. scio quendam aliter sensisse, sed me pudet auditorem lectoremuè circumuenire, perinde atque piget decipi, exēplo eorum, qui Martiano parum auscultarunt in d. l. si is qui. §. si vbi de seruitutibus rerum ait: & prius de urbanis. Iura inquit, prædiorum urbanorū pignori dari non possunt, igitur nec conueniri potest, vt hypothecæ sint. hoc omnes intelligunt pertinere tam ad eū, qui habet ius in alienas ædes, ne alius tollantur, vel vt in eas tignū immittat, aut quid simile, quibus assentior: quā ad eū, qui egens pecunia creditori, à quo mutuatur, constituit aliquam eiusmodi seruitutem pignoris loco, vt ea vtatur donec ipse debitor retinebit pecuniam. hic ego dissentio. ecurr nō licebit debitori oppignerare seruitutē, & cōstituere pro pecunia, cum gratis liceat concedere, & quidē fragiliore conuentiōe precarij. l. & habet in fi. ff. de precari. l. 2. §. si. & l. 3. ff. eod. nec timetur periculū, ne vrbes deformētur ruinis de quo in l. 2. §. si quis nemine. ff. ne quid in loc. public. quod vulgo deformiter teneri audio, cū & ruri sint urbanæ seruitutes. §. prædiorū. de seruit. rustic. & cum pariter Senator rusticis consulerit ædibus. l. cætera. §. sed etsi. de legat. i. itaque licet videatur Martianus generaliter negasse iura urbana pignori dari, tamen angustatur ad tractatū huic contiguū, in quo agebat de eo, quod vsufructum in alieno prædio nobis cōpetentē impunè transferimus contractu pignoris, non similiter urbanam seruitutē. sic alibi generaliter dictū ad vnū duntaxat membrū stringitur è duob⁹. l. i. §. in operis ff. de oper. no. nūciati. l. de pupillo. §. meminisse. ff. eod. viderit ille qui precario rogat, quiuè pignori accipit seruitutē, cur non præuiderit eam leuiter auelli posse cum damno noui ædificij, aut alio remedio sibi consulat ad tigni immisionem. fortè enim mutua pecuniam dedit nec sperat nisi sero redditum iri, vel temporarium molitur ædificium ob spectacula publica. sed cum mihi debetur seruitus urbana in prædio vicini illā pignori non iure obligo, nec hypothecæ solo consensu: non magis profecto quā vsū seruitutem personalē, quum ostendi ad alium, quā qui sibi pactiōe vel testamento quæsiuit male frustra transferri propter dissimilitudinem eius pro varietate personarum.

personarum, ita mediūfidiū cum alicui debetur seruitus urbana accommodata ædificio imperrantis & pro situ eius instituta, vix erit vt ad alium vicinum transferatur eadem aptitudine, eodem iure. si quidem debeam seruitutem prospectus, si transferas ad alium, melades: quia alitè ex tollendo etsi tibi impedimento non sim, ero forrè alteri vicino cui cedis fortasse nimium moroso & delicato. pereurrantur aliæ seruitutes urbanæ, plura occurrent mala celsi iuris: maximè in tigno immittendo, cum foramē aliò traducatur, & tigna vastiora vicinus ditior immittat. MAXIMVS. Pulchrè & urbanè prorsus ista discutis, res ipsas verbis & verba sententiis illustrare gnarus. Ego subrusticus commodū persequar, quæ Paulo placere de rusticis seruitutibus in l. sed an. ff. de pignori. num quod vulgo circumfertur, seruitutes rusticas sine delectu oppugnari posse: minime quidē: vix enim his plusculum quā urbanis tribuitur. ait enim Paulus in priore membro, cum quæritur an dominus prædij mutua pecuniam accepturus poscit præstituerit creditori confinem fundum habenti, vt tantisper ἀντιχρησιον percipiat vsūque reciprocum itineris, actus, viæ, aquam uè in suum fundum ducar, dum ipse retinebit nummos mutuos, quod si confinis non esset fundus, nec seruitus iure constitueretur vlla conuentiōe. l. mela. §. si. ff. de alim. legat. nisi prædium inter vtrunque fundum similiter seruiret, nam prædia media libera impediunt seruitutem rusticam. l. qui sella. §. fin. de seruit. rust. Videndum nunc de posteriore membro, quando is, qui non est prædij dominus, sed habet seruitutem in alieno prædio (cum res sua nemini seruiat) vult ius rusticū dare pignori, an ei liceat: & ne liceat, magis est, quamuis in precario aliter comparatum sit, vt habens seruitutem in alieno prædio eandem alij precario det: ideo quod illicò cum placuerit ad ictum oculi sit reuocaturus, imo etiam si non reuocet, quia ad accipientis hæredem non transit. l. quæsitum. §. si seruitute. l. cum precario. ff. de precar. at in pignore luendo pecunia opus est, & hæredes sequitur rei obligatio: ideo quæ nobis seruitus in alieno competit, non rectè dabitur pignori. probo id ratione, mox auctoritate: quia fieri non facile potest, vt si ego habeam seruitutem viæ, vel itineris, vel aquæ ductus, vt eam in te transferam, quin noceam domino prædij meo seruiantis: cum vehendo, aut eundo, ducendo ve, molestior fias ampliore forte vehiculo, armeto, aut familia: vel agris ficcioribus plus aquæ desiderantibus. & pacta aliorum aliis nocere iniquum est. l. si vnus. §. ante. ff. de pact. præterea si eges pecunia, in promptu habes fundum dominantem, quem obliges potius quam seruitutem seruienti fundo onerosam, & tuæ commoditati, non insperatæ creditoris, comparatum. nec est incognitum in re nostra quam in communi vel aliena nos plus iuris habere. l. hæredes. §. nō tantū ff. famil. hercisc. Accedit quod Paulus ait, creditorem, cui seruitus nouè est à debitore constituta loco pignoris, conuenire posse, vt si intra diem certum pecunia soluta non fuerit, seruitutem itineris, actus, viæ, alij vicino vendere liceat: & hanc sententiam propter vtilitatem contrahentium admitti. igitur nisi pactum intercessisset, is qui quomodo habet in alieno rusticam seruitutem, transferre non poterit: cum sit hoc speciale fauore pacti positi incontinenti iuxta contractum, quo casu multa alioquin acerba recipiuntur. l. si. C. de pact. inter empt. C. l. si venditor. in fi. ff. de seruis export. præsertim in seruitutibus. l. cum essent. §. fin. ff. de seruit. rust. nam sine illo pacto non foret creditor daturus pecuniam. ideo, licet durum, toleratur, id sentit vtrique Paulus, cum subdit propter vtilitatem contrahentium hoc admitti: quæ verba nō referemus vel ad vtilitatem Reipubl. vel ad compedium priuatum eorum, qui iura rustica obligant, sed ad quoddam ius singulare contra tenorem regulamque iuris, æquitate duce ius strictum leniente. l. ius singulare. ff. de legib. l. seruum. ff. r. em pupill. sal. l. peregrè. §. quæsitum. ff. de acq. possess. vtpotè cum tenor iuris agrè pateretur vllam seruitutē rerum dari pignori à domino prædij seruituri, tantum abest, vt qui eā in alieno nactus est, pignori rursus dare stricto iure valeat, cū ex tempore vel ad tēpus nulla seruitus ipso iure cōstituatur. l. 4. ff. de seruitutib. at nemo nescit eam esse mentem contrahentium in pignore, vt breui tempore repigneratio fiat, vel vt creditori alienare fas sit. l. 4. ff. de pignori. actio. sed quia id non exprimitur in pignore dando, nisi per raro, tolerabilior est durities, vel ob hoc vt pacti fides seruetur. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. d. l. 4. de pign. actio. Adde mirabilius, quod fructus rei est vel pignori dare re aliquam. l. fructus. ff. de regul. iur. atqui fructus seruitutis constitui non potest iure mero, sed si pactio interuenierit, obsequimur. proinde domino prædij, qui potest fructus eiusdem prædicere, licebit loco pignoris seruitutē permittere, non alij personæ habenti seruitutem in alieno mendicaram. locari autem nequit seruitus. l. locare. ff. locat. fortè quia conductori non est actio prodita, qua se tueatur in rem, qualis pro pignore competit. l. pignoris. ff. de pignori. nec interdictum vt pro seruitutibus & precario. l. pe. ff. de seruit. l. qui precario. ff. de precar. vnde purem ad tempus immodicū locari seruitutē posse, ex quo in re actio superest exemplo

superficii. l. i. §. quod autē. ff. de superficieb. hæc enim instar est seruitutis. l. si tibi. §. fin. de legat. i. nec est qui nesciat interdictis & in rem actionibus gaudere seruitutes. §. æquē. de actionib. locationem ad immodicum tempus soluenda mercede probo in seruitute. ex l. venditor. §. fin. ff. communia prædior. HERMOGENIANVS. Itæ rationes succi plenæ sunt, non exangues, quales videre est apud Accursium vrbanas seruitutes à rusticis fecerunt, & in illis pignus reicientem, quas, inquit, decet esse perperuas, ne vrbes ruinis deformentur. tu autem probasti à domino prædij impunè constitui. ait insuper pignus non constitui nisi earum rerum, quæ in bonis nostris sunt. at vero seruitutes nec in bonis nec extra bona censeri: cum tamen fateatur rusticis pignori dari, & quidem laxius fateatur, quàm ius permittat. sed vt hastæ si primam aciem frigeris, reliquum contum inutilem efficies, ita si nos probauerimus in bonis nostris nihil magis esse vrbis seruitute rerum, clarius patebit hallucinari vulgo interpretes, & velint nolint seruitutes in bonorum intimo recessu deprehendi. si modo verum est eam rem esse in bonis, quam retinemus exceptione vel amissam actione recuperamus. l. rem in bonis ff. de acq. rer. dom. nec ignoti iuris est seruitutes exceptione retineri, vel ex eo quod cui damnis actionem, potius exceptionem maximè pro iuribus. l. i. §. quod autem. ff. de superfic. at pro seruitute datur actio confessoria aduersus eum in cuius prædium ipsam vendicamus. sed & negatoria actio datur domino prædij, & possessori neganti seruire illud: quod in rebus corporalibus vix inuenies. §. æquē de actionib. maximè igitur sunt in bonis, & beatiores nos reddunt, & pretiosius prædium cui hærent. fateor quidem seruitutes esse qualitates appendices prædiorum, nec per se sed cum prædio possideri, vsucapi. l. si aliena. §. i. de vsucapi. verum nõ continuo in bonis non sunt. non enim quisquam negauerit gemmas & eximios quosdam lapillos in bonis esse quod per se non considerentur, sed inclusi phialæ pro ornamento sint: sicut è diuerso aurum gemis solet accedere. l. etsi non. §. fin. cum l. seq. ff. de auro & argen. quod si quis neget pertinaciter iura esse in bonis, iam nec actiones ipsæ, nec hæreditas ad eunda vel adita in bonis erit. cõtra l. inde Neratius. ff. ad legē. Aquil. si qualitates quis nolit in bonis censeri, accidit vt nec bonitas ipsa in bonis sit, cuius tamè respectu agitur, & æstimatio in iur. l. bonitatis. cū seq. ff. de euitio. plurimum opitulatur nobis quod dominiū seruitutis haberis, cui in alieno prædio illa deberur. l. 3. ff. si vsufr. pet. & apertius in l. loci. ff. si seruitus vendicet. est quidem propriè in l. 3. §. quædã de interdict. vbi qui experitur de itinere & actu, proprietatis non possessionis causam agit: vtq; ostendat iuriscõsultus id re vera contingere, subdit veluti proprietatis causam intendi interdicto de locis sacris vel religiosis, quæ extra bona singulorum existunt. At l. i. ff. de vsu & vsufr. legato habet opinor, Gygis illius Lydi anulum, vsque adeo non viderur, nec penitus inspicitur. nam propius attento ex ea liquebit seruitutem veram esse in bonis, falsam & adulterinam non ita. nec vsus, inquit Paulus, nec vsusfructus, actus, via, aquæ ductus, legari potest: quia seruitus seruitutis esse non potest. nec erit vtile ex senatusconsulto, quo cauetur, vt omnium, quæ in bonis sunt, vsusfructus legari possit: quia id neque ex bonis neque extra bona sit. ecce, Paulus vsus vel vsusfructum itineris vel alicuius seruitutis in bonis esse. pernegat, non ipsam seruitutem. neque enim relatiuum id refertur ad iter, actum, vel aquæ ductum, sed ad eorum vsus vel vsusfructum legatum contra regulam iuris, quæ seruitutem seruitutis exhorret. l. cum essent. §. fin. ff. de seruit. rustic. quem locum cum citet Accursius diligens interpret, odoratus est satis, magis quam aperuit quod volumus. namque ibi ab Africano nec haustus ex aquæ ductu permittitur vt seruitus dicatur, & qualitas qualitatem sustineat, quando seruitutes qualitates esse placet. l. quid aliud. ff. de verb. signif. proinde scitè & consultissimè Paulus ait, id genus vsusfructus, qui itineris aut viæ legatur, non esse ex bonis. id est, ex iis quæ re vera in bonis sunt seruitutibus: cū seruitus seruitutis improbetur: atque ita perspicuè fateatur seruitutes in bonis esse, & prædij dominantis bonum & comoditatem respicere. l. ergo. ff. de seruit. rustic. cæterum in bonis esse ea dicimus, quæ actione persequi & retinere exceptione licet. ex bonis autem dicimus esse inquit Iustinianus latius paulo complectentes quæ ex substantia nobis auulsa sunt, quamuis nostra esse per actionem non asseramus. §. si. de vi bon. rapt. planè cum res ita se habeat, Paulus seruitutis seruitutem extra bona esse diffitetur, cum saltem aliqua actio competit legatario, vt fruatur vmbra li facultate eundi agendi quoad viuet exemplo vsusfructus cum persona extinguendi, vel nudi vsus relictus pro aquæ ductu. l. vt in l. vsus aquæ. ff. de vsu & habit. vnde legatarius ex testamento ager. nisi hæres, vt id pariat pulsatu actione in factum, malit seruitutè constituere itineris relecto nomine vsusfructus: alioquin legatarius dum viuit iturus aquam ducturus ex voluntate testatoris, non dicitur habere seruitutem non magis quam is cui vsusfructus ipsius fundi relictus est, ad quem per alium

alium fundum necessario it, agit, non iure seruitutis. l. i. §. ff. de seruit. vendicet. sed & aliter 10
fructus seruit. pro comoditate capitur. l. etsi fortè. §. si. eod. Quod si antiquos enarrat. Pauli nouis quibus reprehensibus colore aliquo asperari licuit, debuerat certè, vel id quod dixi imitari, vel ad extremum argutè colludere ac negare seruit. aliquam prædij propriè in bonis esse: si id in bonis est, ad quod recuperandū actio datur. d. l. re in de acq. rer. domi. at seruitutè recuperandæ interdicto parum propriè recipi, quippe cum mero iure nemo ab illa deiciatur. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapi. & hæc erit posterior nostra enarratio verisimilitudine satis pollens alijs placuit non cum cui debebatur seruitus itineris legasse eiusdem vsusfructum, sed magis dominum liberi prædij constituisse vsusfructum noui itineris: quasi eodè momento iter & vsusfructum eius testator voluerit constitui. sed vt dixi in d. l. cum essent, l. si. species aliter sonat & expeditius fuerat legari Titio iter quoad viueret. l. idem Iulianus. §. i. ff. de leg. i. non tamen erit seruitus. l. Caius. ff. de annuis leg.

OBSERVATA IN CXIIII. DIALOGVM.

- | | | | |
|---|---|----|--|
| 1 | Regulam in iure quadrupliciter accipi numero. 3. | 6 | L. i. ff. de regul. iuris explicatur. |
| 2 | Explicatur l. in iis. de legibus. ff. aduersus glossam. | 7 | Quare regula causa coniunctio vel collectio appelletur. |
| 3 | In can. regula. dist. 3. regula est ipsa lex, vbi male interpret. & numero 8. | 8 | Coniectio causa forensis non pertinet ad iuris regulam. |
| 4 | Ex definitionibus iuris elici regulas: & quod definitio dupliciter vsurpetur. | 9 | Catoniana regula ex veris legum capitulis composita fuit. |
| 5 | Exceptio vtrum impugnet an roboret regulam. & numero 1. & 6. | 10 | Regula exceptione atque iusta interpretatione cohibetur. & ibi aequitate vrbis, vbi lex deficit. |

INTERLOCVTORES.

HEPHÆSTION, CALLIDEMVS, SCAEVOLA, PAVIVS.

NON ausum tibi refragari, Callideme, ne duobus mihi amicisimis videar repugnasse, tibi nimirum & veritati. non enim tu effutis nouos quosdã intellectus nouis nummis nequiores, sed haussisse te ostendis quæ recitas à fonte ipsorum iuriconsultorum, quos audiuisse tibi cœlitus concessum fuit. CALLIDEMVS Fuit tamen aliquando vt me pœniteret colloquij toties antea exoptati, cum Scaeuola iurisprudendum non vltimus præbita occasione superioris disceptationis suo iudicio laudabilis, & vestigijs antiquorum inherens, capit exandescere in recens quoddam scriptorum genus, qui sibi mirabiliter placent, si legumlatori displicuerint, deprauatis responsis sanctissimis & in corruptis legibus, quas se corrigere iactant ausu proxfus sacrilego, vt ipse dicebat superciolioso vultu, & voce penè tragica. & quo cautius fucum faciant, Ciceronis venantur locutiones, vt velut trochleis distracta iura ipsis accomodent, non ipsas iuribus. non aliter quam Lesbij architecti plumbeam regulam lapidibus captabant præposterè: cum præstititisset inflexibili amussi respondere lapides. exemplum innumeris vnum adtulit ex l. i. ff. de regul. iuris, vbi Paulus iuris regulam quasi causæ cõiunctione compactam scripsit. coniectionem audaculi suffecere, expunxere coniunctionem legis sensui coniunctissimam. Et quò res, inquit Scaeuola, apertius patefiat, scire oportet regulam quadrupliciter in iure ciuili vsurpari. primo significat legem meram ratione sultam: vnde Iulianus ait, in ijs quæ contra rationem scripta sunt non posse nos sequi regulam iuris. l. in ijs. ff. de legib. vbi Accursius interpretatur nescio quid exceptiones respiciens, quæ oppugnant regulam in exceptis, firmant in residuo. §. vt autem de non alienand. rebus eccl. col. 2. vt cum regula velit licere cuique domino rem suam transferre liberè, exceptio eximit minores. item lex ait furtum nisi inuito domino non fieri, exceptio est in l. si quis. C. de furt. sed profecto. d. l. in ijs. non id sentit quod vult Accursius. nam exceptiones vtrouque rationem ducem habent, & quidem naturalem tantum abest vt contra eam sint. quid enim æquius quid magis naturali rationi consentaneum quàm fauere minoribus x x v. annis l. i. ff. de minorib. atqui auxilium magnum illis confertur cohibita alienandi licentia: postea exuti temerè bonis lugeant. l. si. §. filiis. C. de bonis quæ liber. deinde, vt ad furti exceptionem veniam, ex l. si quis. C. de furt. ibi dominus, cui seruus detexeret sua soris improbum consilium, inuitus erat maximè

dum simulabat se velle, vt facilius sceleratum corruptorem deprehenderet, instar aucupis auibz insidiantis, esca porrecta impensaque vt plus lucretur. proinde in d. l. in ijs. regula non erat collecta ex multis iuris locis, sed lex ipsa quæ ratione nititur, & quæ aliquando iure conueniente violatur, vt aliquid asperius vitetur: vt solemus eligere minus in duobz malis propositis. l. quoties nihil. ff. de regul. iuris, vbi iniquitas minima eligitur. vt dum natura & diuinum præceptum iubent nos obsequi parentibus, cum rationis expertia bruta etiã idem faciant: tamen si pater nefarius patriæ molitur insidias & cladem, impunè à filio occidetur. l. minimè de religiof. ff. satius enim est hoc admittere, vt terreantur homines à tanto scelere, vel à liberis suis erunt occidendi. sed hæc licentia non debet trahi in consequentiam. l. quod verò. ff. de legib. cum sit contra apertam iuris naturalis & ciuilis rationem. & ne quis putet regulam pro ipsa lege non accipi, aderit Chrysippus Stoicorum princeps laudatus à Martiano in l. 2. ff. de legib. apud quem lex non describitur constata ex multis iuris particulis, sed regina rerum diuinarum & humanarum: & quam oportet esse principem bonorum & malorum *χρηστὴν γέμωνα* inquit, ac *μοχρηστὰ τοῦτο γέμωνα τ' εἶναι δεῖται, χρηστὰ δὲ καλῶν.* idest, & secundum hoc regulam esse iustorum & iniustorum. nam *χρηστὰ* dicens regulam dicit. can. canon. & seq. dist. 3. vbi Isidorus: regula est dicta inquit, eo quod rectè ducit. nec aliquem aliorum trahit. vel quod regat & normam rectè & benè viuendi præbeat vel quod distortum prauumque corrigat vbi attonitus interpres calumniatur verius quàm explicat. quomodo, inquit, aliorum non sumitur regula si componitur ex iuris locis. l. i. ff. de regul. iur. nec videt aptissimè Isidorum definiisse regulam principalem & præceptum iustum ac constans, quod non vacillat nec aliorum à ratione trahitur. nec vsus est verbo, aliundè autor, quia non respexit regulam affectatricem de qua in l. i. ff. de reg. iur. quæ vti que aliundè colligitur. Secundo regula est ius commune non privilegiarium, vt cum dicitur tum paganis tum militibus testari licere secundum iuris ciuilis regulam & solis militibus contra eam. l. si certarum. §. si. de milit. test. Tertio regula dicitur definitio: vt cum furtum definitur, contrectatio rei alienæ inuito domino. l. i. de furr. ff. d. l. si quis. C. eod. quoniam ex definitionibus præcepta colliguntur, vt si pactum est duorum plurimum consensus. igitur ea sit regula inter dissentientes pactum non esse. l. i. §. i. ff. de pact. l. an inutilis. ff. de acceptil. ita ex furti definitione liquet volenti furtum non fieri, itaque in titulo. ff. de regul. iuris commodè sita est l. omnis. vbi omnis definitio in iure periculosa est, parum enim, vt non subuerti possit. hæc definitio pro regula accipietur vt l. i. ff. de regul. catoni l. suus. §. puto. ff. de hered. inst. vel si malimus definitio capietur pro ea, quæ ex genere & differentijs constat, ex qua, vt dixi, regulæ eliciuntur, vt ostendi in pacti definitione, quæ curiosius inspicenti recipit exceptiones, cum sæpè inuiti vendant, & donent. l. si quis. i. ff. de religiof. l. si seruus. §. si oliuam. ff. ad leg. aquil. ceterum cum lex excipit casum aliquem, nõ propterea vitiatur definitioni in totum. nec desinit vigere seruitutis definitio, idest, constitutio iurisgentium, qua quis subiicitur dominio alieno contra naturam, eo quod iure ciuili quidam vltro serui fiunt. l. & seruorum. de stat. hom. ff. sed restringitur, & extenuatur, velut frusto quodam subducto. l. qui hominem. ff. de adim. legat. sed hoc inquit Scauola patebit manifestius cum quartam regulæ significationem enodabimus, quæ est apud Paulum, quem non possum non vehementer obsecrare vt semetipsum explicet. PAVLVS. Expeditius fuerat illis, qui parum l. i. de regul. iuris assequuntur, quique mea verba expulere, vt adulterina sufficerent dicere, fabula est vel delirium, qua satagere in probanda fallacia. Regula est, inquam, quæ rem, quæ est, breuiter enarrant. non vt ex regula ius sumatur, sed vt ex iure quod est, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, & (vt ait Sabinus) quasi causæ coniunctio est: quæ simul cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum, primo igitur ostendi regulam esse breuem multarum rerum strictim cõiunctarum narrationem vt apud Ciceronem lib. 4. Academicar. quæstionum. Habeo enim, inquit, regulam, vt talia visa vera iudicem, qualia falsa esse, non possunt. Secundo docemur illic vnde regula colligatur. tertio potestatem eius pro iure esse, quatenus constat illam sparsim à iure collectam quarto vitiari regulam in aliquo, & ibidem non fungi officio suo: quod extremum supra factis discussum est, cum ostendimus per exceptiones in aliquo impugnari regulam, sed in reliquis præcipuè roborari. quia vulgare est in paucis excipientem cætera affirmare l. i. de offic. eius cui mand. l. ex co. ff. de testib. nec est nouum exceptionem spectare in aliquo ad regulæ tuitionem, quam alioquin impugnet cum vulgò dicamus præterito filio emancipato dari bonorum possess. contra tabulas paterni testamenti, & tamen ex testamento esse. §. sunt autem de bonor. possessionib. sed, videndum quare regula appelletur causæ coniunctio: nempe quia quod varijs legum capitibus cõtinetur, in fasciculum per regulam redigitur. vt quia consti-

constitit mulieres neque legē condere. l. i. de legibus, neque iudicare, vel in senatum allegi: nec, nisi perraro, tutrices pupillorum fieri, aut argentariam facere. ex his collectis edita est regula, quæ vult foeminas à publicis muneribus arceri, licet quoad vtilitatem publicā non sint. l. 2. de regul. iur. pone nunc in diuersum consuetudinem Gallicam, qua Regine iudicant. cap. dilecti. de arbitr. hac exceptione magis fitmas regulam in eiusdem sexus personis: & dum vitias, opitularis. vt solent medici, dum membrum aliquod recidunt putre pro incolumitate residui corporis. vel verius agricolæ, dū latiorē oleæ frondē amputat, ne toti arbori inferat tabes. c. v. o. l. Benè est quod tibi per omnia assentiri me cõigit, vel eo in loco, quo, vt tu, Sabini autoritate vtor. & quā tu causæ coniunctionē dixisti, ego causæ collectionē appellauit in l. quidā. ff. de iure codicill. vbi dubitatum fuit, nū legata codicillis valent tūc scripta, cum iam hæres testamento scriptus obiisset. Sabini causæ collectionem, quam & ipse sic vocauit, in hunc modum duco: cum totum valeat, partes valere necesse est, at codicilli pars sunt testamenti. sed quamuis argutè Sabinus causam collegerit, & coniunxerit decursis & inspectis multis legum locis, quibus probetur vigente toto partes constare, tamen in eo defecit, quod codicillos propriè partem testamenti integri esse putauit, cum sint quedam accessio instar pupillaris substitutionis, sine qua testamentum stare posset. l. pen. ff. quem adm. test. aper. quocirca cum codicilli alio quam testamentum tempore facti fuerint, alio iure censentur. l. si certarum. §. si. ff. de milit. test. PAVLVS. Cum ista verissima sint, quid impulit ariolos quosdam causæ coniectionem, non coniunctionem adscribere, & diuinare: & quia,

Benè qui conijciat, vatem hunc perhibebo optimum.

vt M. Tullius è græco vertit, & talis coniectio digna iurisperito est. l. heredes. §. sed et si. ff. de testam. experiamur, an causæ illa coniectio forensis accommodari rectè mihi possit. causæ autem coniectio, teste Alconio, fuit causæ forensis in breuè coactio: cum litigatores antequam causa diffusio eloquio tractaretur, eam exponebant quasi per indicē iuduci, vt apud. A. Gellium lib. 5. cap. x. in insigni controuersia Protagoræ sophistæ & Euathli discipuli. cū, inquit, ad iudices litem contestatus Protagoras conuicendę consistendę quæ causæ gratia venisset, sic exorsus est, cui veterator ille mercedem promiserat, cui primum apud iudices orasset, & vicisset: si cõtra telis data erit, merces mihi debetur, quia ego vicerò. sin verò secundū te iudicatum erit, merces mihi ex pacto debebitur, quia tu viceris. nūc, quæso, inspiciamus quid hæc cõiectio causæ forensis cõmune habeat cū collectione seu coniunctione, quæ facit regulæ cõpositor, in ore apud ex innumeris floribus fauum fingentis, præter breuitatem: at collectio seu coniunctio breuitati mirificum rationum & iuris cumulū regulæ assignat. ideo Iustinianus Nicenam Synodum & tres reliquas, vocat regulas, & legis autoritate firmat, tanquam ex intimis euangelij recessibus collectæ fuerint. §. i. de ecclesiastic. titul. col. 9. sic regula Catoniana, quæ regula iuris dicitur in l. cum legato. ff. quand. dies lega. ced. haud dubiè nomen accepit, excerpta scilicet è varijs prisorum placitis, quibus relicta testamento deperibant, non valitura æquè, si testator testamenti facti tempore decessisset. l. i. de regul. Catoni. non enim Cato legem fecit nouè, sed ex legibus obseruatis regulam deprompsit dignam Catonis ingenio, & frequentiore obseruatione. tamen quia Catoni summo iuriscõsulto creditum est super assiduo vsu, quæ viderat in foro, superuacua videtur disputatio, an potius ipse legē fecerit: cū regula vndique collecta à iuriscõsultis autoritate principū fretis legis virib⁹ cõsecratur, eo quod arbitramur id quod est, summa fide & industria facta collectione l. i. §. sed neque C. de veter. iur. deinde quod scimus regulam velut frõnem ab exceptione cohiberi, vel iusta interpretatione. vt in l. in omnibus. ff. de regul. iur. dicitur vbi que & maxime in iure æquitatem considerari. si hoc crudè exaudiat, elanguescunt leges & proterentur à iudicibus pro arbitrio æquitatem sibi ficturis contra. §. i. de offic. iudic. vbi secundum legum præscripta omnino iudicandum venit. sed multa sunt, quæ neque definitione, neque regula, demonstrari possunt à lege, sed relinquuntur pro loco, tempore, & persona, religioni iudicantis perpendenda. l. mora. de vsur. l. aut facta. ff. de pœnis. in his naturalis æquitas præpoller, ac pro æterna lege est. l. scire. §. consequens. ff. de excus. tut. quod si dubitetur an lex scripta sit de mora controuersia, vel an magis æquitate terminetur, tunc ad principem referendum est, cui licet potissimum legem nouam condere, aut veterem interpretari. l. i. & l. si. C. de legib. sed iam ego vltra regulam mihi videor sermonem exeruisse, cum me hiantes attentique nimium exauditis.

OBSERVATA IN CXV. DIALOGVM.

- 1^c *conditio legalis, si liberi donanti non nascantur, inest perfecta donationi.*
- 2 *Propter supernascentes liberos donatio non reuocatur ex l. si vnquam. C. de reuocand. don. si pater exteros, non filios, heredes fecit.*
- 3 *Prætextu liberorum iam natorum non reuocatur in totum donatio facta extraneo.*
- 4 *Explicatur l. si vnquam. quæ pro re minima non competit.*
- 5 *Donatum Ecclesie an reuocetur ob liberos incan. si. 17. q. 4.*
- 6 *An in l. si totas. C. de inoffic. donat. tractetur de querela inoffic. donationis.*
- 7 *Quid sit dimidia. quæ reuocatur in l. Titia. §. imperator. ff. de legat. 2. eundem euentu metimur non etiam consilio*
- 8 *Fin querela inoffic. competente liberis.*
- 9 *Non sicut per querelam inoffic. testamenti, ita per hanc semper in totum fit reuocatio.*
- 10 *An in l. 1. C. de inoffic. donat. differentia sit inter donatum filio vel extraneo.*
- 11 *In donatis extraneo sit totius reuocatio ob fraudem consilij & euentus.*

INTERLOCVTORES.

VLPIANVS, PROCVLVS.



Str profecto verum quod dicitis, & quicquid inuicem, o socij, confertis nihil non æquitati tribuentes: sed ita, vt non violentur scripta iura, quorum auctores æquitati summopere consuluisse credibile est, vel dum pœnas infligere impijs, vel dum dedere pijs hominibus mercedes: vel dum testamenta Euripi maris instar refluere ac mutari, non septies tantum die ac nocte, sed milles siverunt. pacta verò duorum consensione inita duplici quoque atque adamantino vinculo colligarunt, nec alterutrius voluntate dirimi passi sunt. nec quidem donationem quauis parum fauorabilem, donantem eiuictionis nomine obligare minime solitam. l. 2. C. de eucti. id liquet ex l. perfecta. C. de donationib. quæ sub mod. vbi postquam perfecta est donatio, quod olim post traditionem, hodie post consensum contingit, non capit conditiones vllas sine consensu scilicet, donatarij nisi quis dicat conditionem capere, si donatori liberi non nascantur. l. si vnquam. C. de reuoc. donat. & hæc est conditio legalis, vt in fideicommissio. l. cum acurissimi. C. de fideicommiss. nam lex interpretatur hic mentem defuncti suam posteritatem extero verisimiliter postponi nolentis. plane vt in testamentis, ita in conuentionibus voluntas expendenda venit. l. si. C. quæ res pignor. oblig. poss. & nemo nescit voto parentum omnia bona liberis quarì & parari. l. nihil. ff. de bon. libert. vnde lex perfectæ donationi adiicit conditionem ab initio statim: ne ob sit d. l. perfecta. quæ dicit postea conditionem frustra adiungi, scilicet ab altera partium, sed liquet donationem patris liberis carentis nasci protinus cum tacita conditione reuocationis, si liberi nascantur, ex augurio coniectoris optimi. sicut & locationi, cum dominus promisit se non expulsum quinquennio colonum adiecta pœna: hoc ita, inquit, lex, si pensio soluatur. l. quæro. §. inter. ff. locat. & quamuis donatio perfecta maneat, resoluitur sub conditione vt l. 1. ff. de lege commissor. conditionem immittam à lege dixi ea probatione, quam vocant iuris & de iure, contra quam donatarius nihil probare posset aduersus patrem reuocaturum, qui si præuidisset natiuitatem liberorum, cælebs orbisve, non ita donasset. l. tale. §. si. ff. de pact. fit itaque hæc reuocatio ex voluntate donantis quod d. l. si vnquam, satis innuit, cum reuocatum donationem in arbitrio donantis rursus constituit: igitur si non eum pœnituerit, donatio constat. nisi quatenus de legitima portione filij, si queri possunt. Præterea puto liberos postea natos non reuocaturus donata, si pater alios quam filios hæredes instituerit postea. ideoque in d. l. tale. §. fin. pater, qui iudicium liberalitatis contulerat in fratrem hæredemque, quia postmodum liberos susceperat, & hæredis nomine eosdem ornauerat. aduersari videtur. l. filiusfamil. §. cum quis. de legat. 1. vbi cum aliquis rogatur restituere hæreditatem, si sine liberis decesserit, susceptis liberis postea non tenetur restituere, modo superuixerint, quamuis sint exhæredati. sed ibi fideicommissum non habebat originem à fideicommissario, qui suscepit sobolem: nec agebatur de ipsius voluntate interpretanda, sed magis de testatoris, à cuius bonis fideicommissarius suos liberos exhæredare non poterat, sed à suis. at tota reuocatio. d. l. si vnquam. pendet ab interpretatione voluntatis donatoris filios natos peramantis, nisi apertissimè diuersum liqueat, cum cessent coniecturæ in rebus certis. l. continuus. §. cum ita. de verbor. obligat. at cum pater agnascante sobole adhuc exteros relinquit hæreditatem, amasse non præsumitur, quia ex institutione quiuus præsumitur charus defuncto. l. si. C. de institution. Ita quoque fit, vt si donans

donans tempore munificentiae liberos habeat, nequeat ipsorum prætextu reuocare donationem. l. velles. C. de reuocand. donat. iuuat à simili ratione. l. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de recept. arbitr. nihil enim inopinatum nouè accidit: magis enim videtur donasse, vt ipsis parum frugi parumque gratis facultates alijs largiendo præcipiat. & iam persuasum est in donatione mentem largientis dominari. l. Aristo. ff. de donat. At, obicit quispiam, cum liberi agnascantur post donationem, videtur non ideo reuocabilis donatio, cum deuenit ad eum actum à quo potuit incipere, id est, ad tempus liberorum, qui si extitissent, cum donatio intercessit, ratam eam fecissent. cæterum sciendum est non ipsos liberos tantum facere locum reuocationi, nisi amor in ipsos pateat, qui verisimiliter præsumptus rescindit liberalitatem præmaturam. at amor ille minime allegari potest in parente, qui extero donat, liberis exstantibus, & despicatui habitis. idque merito, si verisimile spectemus: cum natos liberos non esset neglecturus pater, si non offensione laceffitus. idcirco lex ei facile permittit esse severo atque adeo sæuo, qualem non præsumit fore, nisi ex iusta causa. l. nec in ea. ff. ad leg. Jul. de adult. Sic propemodum videmus exemplarem substitutionem cessare, cum filius cui facta est, liberis substulerit. ea tamen probe fit filio furioso liberos habenti. l. ex facto. ff. de vulgat. l. humanitatis. C. eod. In nascituris liberis nihil sinistrum suspicari possumus, quos pater fatetur amabiles, dum eorum contemplatione donatum reuocare contendit: siue liberto donauerit, siue alij cuiquam. exemplum enim in liberto positum est, quia ita euenerat. rescribunt enim ibi Cæsares consulti de facto, quod euenerat, rari idem multo magis obseruandum cum penitus extraneo donatum fuisset. auth. si captiui. C. de Episcop. & Cleric. nec vno posito alia persona excluditur, in quam plus est rationis. l. 3. C. qui ætat. vel profess. vbi Accurs. & in tantum reuocandæ donationis habenas laxant, vt etsi non totum patrimonium, sed partem bonorum donauerit aliquis, eam receter natis liberis reuocet: vel si re aliquam sit largitus, nisi ob causam probabilem donasset. l. 1. C. de pact. vel nisi quis putet propter re exiguam donatam, nulli rescisionem restitutionemue cõpetere. l. cio. ff. de restit. in integr. res autem magna vel exigua cõsetur proportione illius, qui donauit & pro ipsius fortunis. l. filius. ff. de don. p. r. o. c. Nuperrimè in campis Elysijs prope vireta amœnissima

Fortunatorum memorum sedesq; beatus,

vt poeta loquitur, sermocinabar de æquitate mirifica reuocandæ donationis vix summis digitis tractata à Papyrio in d. l. tale. §. si. de pact. nec fundata in liberorum inopinata natiuitate tantum, sed potius in nomine hæredis trallato à fratre, cui paciscens parès curabat prospectum fore, in liberos. tum Laurinus iurisperitus Christiana religione imbutus compellās me comiter: quæ vellem, inquit, o Procule, legisses sacræ Philosophiæ nostræ præconis Aurelij Augustini de ista tua tractatione sententiam in can. si. 17. q. 4. is præfatus ecclesiæ prudētī testatori liberorū charitati posthabendam, quidam, inquit, cum filios nō haberet, nec speraret, retento sibi usufructu, res suas omnes donauit Ecclesiæ, nati sunt ei filij; nec opinanti reddidit sanctus Aurelius Carthaginensis Episcopus laudabiliter donata. in potestate, inquit, habebat Episcopus non reddere, sed iure fori, non iure poli. igitur, inquit Laurinus. l. si vnquam. pudore quodam reuocationem donationis admittit, non autem forēsi necessitate adstringit. nisi putemus. D. Augustinum cœlesti studio addictum calliditatem iudiciorum minus nouisse, quæ nec Philosophis admodum cognita est. vnde Socrates in Gorgia non est veritus fateri se ridiculum fuisse, quia in comitijs tribuum suffragia computare nesciuisset Reip. gerendæ parum idoneus. enimvero, inquam, nihilomagus esset excusandus tuus Augustinus, qui fori obseruationē incognitam sibi pro cognita allegaret. Illud paratius est & dictu verius. d. l. si vnquam. scribente Augustino nondum in foro frequentatam fuisse, cuius auctores fuere Constantinus & Constantinus Magni Constantini filij, consulatu Arbitrionis & Lolliani, anno Christi nati trecentesimo quinquagesimo septimo, pubere tunc Augustino nusquā rescriptum Diuorum fratrum vñari vidente. quia ad Orphitum Prætorio præfectum mittebatur controuersiæ ventilatæ in iudicio sedandæ gratia, non vt vbiq; pro lege reciperetur. Si hoc, quod verum prorsus est, respiciamus, dici potest laudabiliter fecisse Episcopum, qui quæcūque donator Ecclesiæ tradiderat, vltro reddidit, iure fori & apud tribunal conscientia suæ. cum iure fori tantum obligaretur liberorum natorum fauore reddere vsque ad eorum legitimum subsidium: eo quod Ecclesiæ loco filij sit. auth. nisi. C. ad Trebellian. quare ferunt donatione in quendam à liberis facta, mox natorum respectu non quicquid donatum est reuocari, sed pro ipsorum legitima. l. si totas. C. de inoffic. donat. Vel tertio, donatio facta Ecclesiæ in totum reddita ei, qui post suscepit liberos gaudio insperato, non iure fori quia donator, nuper factus parès, nullā actionē instituebat, nullā querimoniā, tamē pupugit cœlestis iudex Episcopū, adegitq; vt simplici & incauto homini caueret, & donata restitueret. ac, si vis,

eo potes referre ea verba Augustini: donauit, inquit, omnia ecclesiae, nati sunt ei filij: nec opinanti reddidit. ita vt donatas res in solidum nullo compellente reddiderit patri, nec opinanti, nec forum cogitanti. cum in donatoris arbitrio positum sit propter liberos post natos reuocare vel non, quemadmodum in eius ditione reuocatum manet in d. l. si vnquam. Sed tamen quererentur iure liberi ratione portionis legitimae, idque aduersus patris voluntatem. Proinde restat vt disceptemus paulisper de illa posteriore reuocatione donationis secuta contra donatoris desiderium liberos proprios negligentis, quoniam de ea visum est, quae ex voto patris facta dicitur, & quae reuocatur in totum si collata in extraneum fuerit: aut si in aliquem de liberis pro legitima duntaxat auth. vnde si. C. de inoffic. test. vbi Falcidia pro legitima capitur. l. quae imper. eod. succurrit dictis superius d. l. si totas. C. de inoffic. donat. vbi Diocletianus & Maximianus Constantino & Constante antiquiores prouidere huic speciei donationis immensae in vnum liberorum erogatae, & ex causa mox nascentium pro parte reuocabilis consentiente patre profuso largitore, rescribunt enim Augusti Cottabeo patri viuenti, & de reuocatione sollicito ne quis putet ibi tractari de querela inofficose donationis, quae non nascitur nisi a morte parentis, & quam ipsemet pater contra pietatis officium factam a se non diceret, nec dicere posset, cum donans de liberis fururis non cogitauerit, aut certe fore non praesenserit, vt pro certo nascerentur. cum nemo ausit propriae turpitudinis accusator esse, nec quis diuinare cogatur. l. transactione. 2. C. de transact. l. si putator. ff. ad leg. Aquil. praeterea querela inofficose donationis, quae impietatem donantis instar querelae aduersus testamentum arguit, non datur vbicunque praesto est aliud remedium. l. si filius. C. de inoffic. don. igitur benignior sit reuocatio usque ad liberorum legitimam ex poenitentia & consilio donatoris. VLPIANVS. Plausibile est quod a se iuxta receptiorem interpretum opinionem in d. l. si totas. non plus legitima portione reuertit ad donantis patrimonium, cum vulgare sit pari in parem nihil licere. l. 4. de recep. arb. ff. l. verum. §. si. de minorib. xxv. ideoque filijs postea natis in filium non licebit insurgere, vel patri eorum nomine, nisi quatenus ipsorum portio iure naturae debenda extendi posset. nec vero dubium est, quin pater maxime cuperet donationem a se in filium emancipatum collatam subuertere natis praeter spem deinde liberis, vt quisque procliuor est ad miserandum anniculos, opisque ac consilij egentem prolem. verum non iam dudum deliberas de ea donatione dicere, quae inuito donatore auocatur, ferum penes erit incipere.

7 PROCVLVS. Primus de ea statuit liberis ad Iulianum praefectum vrbi missis Alexander Seuerus Imperator, qui te parentis loco reueritus est, & patriae communis nempe Syriae necessitudine honorauit. Si liquet tibi inquit, Iuliane charissime, auia ob euertendam inofficiosi querelam, patrimonium suum donationibus in nepotem factis exinaniuisset: ratio depolice, id quod donatum est pro dimidia parte reuocari. l. Titia. §. imperator. ff. de legat. 2. fateor quidem, prima facie, ex his verbis quicquid donatum est videri reuocabile: vt pote cum auia ex filio duos nepotes superstitibus habens, ab intestato vtriusque semissem relictura foret. itaque alterum nepotem, in cuius caput auia profuderat facultates insidiosissime muliebri calliditate, vulpeculae aemula, dimidia parte totius patrimonij receperat, sicut accidit per querelam inofficis. restam. in proposito dimidium testamentum rescindentis. l. cum duobus. C. de inoffic. test. Sed pronius est, vt dicamus pro dimidia reuocatione fieri. id est, vt sanior opinio habet, pro dimidia legitime cuiusquidem altera dimidia penes nepotem deceptum resederat ex auiae testamento. testator namque auiam hinc colligo, quod propterea immensam donauerat, vt auerteret inofficiosi testamenti querelam. igitur testata est de modico residuo vix suffecturo ad dimidium legitimae portionem inuili nepotis, si quisquam totam anus callidae substantiam cumularat. nam quod dicitur exinaniuisset facultates, non facit vt aliquid earum non superfuerit, sicut cum exhaustis dicimus eum, qui reliqua quaedam habuit, & diuisit. l. cum donati. l. si mater. C. de inoffic. donat. vbi etiam is, qui querebatur de donatione inofficiosa, dimidium interim legitime sibi competituram penes se habebat, efflagitabat dimidium alterum, & iure obtinebat vt in d. §. imperator. in quo re & consilio auia fraudem faceret nepoti nihi plus consecuturo quam legitimam ex consilio fraudulento. euentu enim tandem fraudem merimur, cum liberis donatum fuit, vt aliorum nomine reuocatio sequatur. Nec oberit. l. si liqueat. eod. tit. vbi consilium cum euentu desideratur, prima fronte, ad reuocationem: vt alibi. §. in fraude. quib. ex caus. manum. non licet. quia fatebor propensior fore iudicem ad rescindendum donationem immensam cum fraudis consilium detectum fuerit, vt accidit in d. l. si liqueat. vt ibi imper. expressim praefatus est, & ideo paulo post consilij & euentus danosi meminit, quoniam ita contigerat. & ratio redditur ex abundantanti, qua cessante idem esset. l. si pignus. ff. de pign. act. l. liberorum. §. i. ff. de ijs qui not. infam. itaque euentus sufficit reuocationis causa contra damnam donationis. d. l. Titia. §. Lucius.

Lucius. de legat. 2. eo magis quod in d. l. si liqueat. in subiecta specie hac querela confertur querelae inofficiosi, quae competit iure prisco quocumque animo pater filium exhaeredem fecerit: neque enim adijciebat causam pater, qua lacesitum se ostenderet, quinimo saepe exhaeredabar bona mente innoxium, vt furoris gratia. l. si patronus test. §. si quis non. ff. de bon. libert. l. libert. C. de inoffic. test. At, inquiet argutulus, vtraque querela similis est. l. si. C. de inof. donat. igitur exemplo illius totum expugnare debuit nedum pro sola legitima. cui ego: quid nunc vel quid tum? certe in plerisque similis est, cum in iudicium deducitur, non ex causis effectibus sine distinctione. cum querela inofficiosi testamenti non possit nisi ex impugnatione testamenti locum habere, secus in hac l. 3. C. de inoffic. don. & quod magis est, nostra querela non a tempore mortis defuncti bona aestimat, sed a suo cum facta fuit donatio. l. cum queritur. auth. vnde si. C. de inoffic. accedit quod testamentum prorsus impugnatu facilius est in solidum, quia reuocabile, quam donatio inter viuos pro nutu donatoris minime infringenda. quoniam qui praesentat rescisurum se, cum liberit eroga- ta, libentius largitur, quam is qui se postea nihil se posse refragari. quare plus licet inter viuos donanti. l. viuos. ff. si quid in fraud. patr. l. sed si ego. ff. ad senatufc. Vell. vbi tu, Vlpiane, demonstras iure licere cuiquam donare alijs potius quam aliter se obstringere: vel ex eo, quod nemo se ipsum ita odisse praesumitur, vt alium beare sine summa ratione irreuocabiliter velit sibi detrahendo. quare pater donans immensam vni liberorum etiam ad eludendam in inuidiam ceterorum inofficiosi querelam, non meruit inofficiosa accusacionem imposterum. l. i. C. de inoffic. dona. vbi se ipsum superauit Accursius. PROCVLVS. Quantum ego memoria repero, istud rescriptum Philippi Augusti in d. l. i. sensum oppugnat illorum sententiam, qui persecuti membrum illud spectans ad donationem inofficisiam factam extraneo in necem liberorum, aiunt eam aut recidi pro eorum legitima, si euentu duntaxat inofficiosa apparuerit: aut in totum conuelli, si quidem consilio simul immensa erit. nam ibi sine delectu non amplius legitima parte reciditur. siue inquit, pater in quosdam liberos siue in extraneos exhaustit, cum tamen ad eludendam querelam inofficisii testamenti de industria id fecisset non minus quam in d. l. si liqueat. nec est quod nos conetur ludificari Bartolus euentu non consilio ibi fraudem metiens: cum imperator pergat fallax donantis consilium adeo declarare, vt post donationem nequitia factam duas minutas vncias non a tempore donationis immodice metiendas, sed a morte testantis iam inopis conatu toto, absumperit, & eadem vncias filijs laeis relictas, legatis exinanire gestiuerit. forte commodius erit in rem accipiti, & morbo velut fontico, periculosum adhibere remedium ac expendere. d. l. i. exactius, in qua vtrique dicitur succurri filijs, vt pote, inquit, quartam partem non habentibus & ob hoc ipsum doleantibus, vt patris implacatum animum & astum apertius ostenderent, non autem quod indistincte legitimam perfici solummodo peterent. quin ita vt quartae diminutio materiae querimoniae praebuerit, sed remedium varie accomodandum, vt aduersus fratrem sola quarta integrari petatur ex donatione: At contra extraneum prorsus donata auelli. maxime cum imperator nocet ibidem, iuxta formam de inofficioso testamento hoc obtinere. quae querela aliter in filios, aliter & acerbius in exteros inuehitur. l. circa. ff. de inoffic. testam. Ideo cum re & consilio fraus intercesserit donationi extraneo factae in perniciem liberorum, funditus subuertetur. cum id iuris sit in patrono, cui non perinde vt filio ius naturae praestituit legitimam. l. si libertus. §. si. ff. de iure patron. Quod si enixè verum indagemus, patebit in filijs se laeos immoderata donatione querentibus, querelam inofficisae donationis effectum habere iuris supplementum legitime postulandi, si modo aliquid huius perceperit: inde querelam reddi superuacuum. quoniam inuento alio remedio conticet. l. si filius. C. de inoffic. donat. sed profecto vtiliter inducta fuit suppletio legitimae in l. omnimodo. C. de inoffic. test. vltra querelam immodicam donationis, & haec vltra illam. nam haec querela contra donarium competit, illa contra haeredem institutum tantum d. l. omnimodo, & ab intestato haec quoque datur d. l. 2. C. de inoffic. donat. praeterea illa testamentaria modum legitimae sumit a tempore mortui patris: haec retroagit ad tempus donationis, quo forte fuit locupletior, vt visum est.

OBSERVATA IN CXVI. DIALOGVM.

- 1 Explicatio l. veteribus. ff. de pact.
- 2 In dubijs venditori fauetur in reru electione.
- 3 In accessione rei vendita venditoris fauor praecipuus est.
- 4 Error in corpore venditionem & stipulationem vitiat, non iudicium.
- 5 Explanatur l. idem promp. §. si. ff. de rei vendic. vbi quoque actoris voluntas inspicitur.

INTERLOCUTORES.

CELSVS, FILIVS, CELSVS, PATER.



RE magna fecisti scilicet, qui fodisti puteum iuxta flumen, ut dicitur: & huc attulisti quæ vulgo raptantur circum scholas. nec est quisquam triduanus legum auscultator, qui non ea pernoverit. mihi per placet illa lex in Repub. Patonis promulgata, quæ iubet aquæ ductum poscentibus prius in loco proprio usque ad cretam fodere aquæ inuestigandæ causâ: & si in tali profunditate nihil inuenerint, tum demum aquam à vicinis postulare: ita herculè, enitendum cuique an suo ingenio serium quippiam inuenire possit: nec prius aliena promat & ventitet, quam inuentionis expertus fuerit. **C E L S V S. P.** Vena iuris aquæ argenteæ prorsus apparet in tractatu contractuum ambiguum, vel quos error aliquis corporis materiæ, qualitatis, vel perplexos, interdum etiam irritos, reddit. **C E L S V S. P.** Istuc spectat id quod Papinianus scripsit lib. v. quest. veteribus placuisse pactionem obscuram vel ambiguam venditori, & ei qui locauit, nocere: in quorum fuit potestate legem apertius conscribere. **I. veteribus. ff. de pact. hinc vulgo colligitur, dubium contractum pro emptore & conductore interpretationem capere. cum nihil de contractu ipso Papinianus responderit, sed de pactione posita iuxta contractum, quæ dat legem contractui. l. iuris gentium. §. ut puta. ff. de pact. l. i. §. si conueniat. ff. de posit. sed nec respondit simpliciter nocere eam pactionem venditori aur locatori, nisi in eorum potestate fuerit legem apertius dicere. nam relatiuum, in quorū vi sua, restringit præcedentia. proinde si pactione adfuitur venditioni, ea non nocebit venditori, qui suæ utilitatis causâ illam inferi curauit, & sibi satis apertè consuluit: vnde postea iuuatur legis interpretatione. ut in pacto legis commissoriæ vel in diem additionis: nisi emptor sibi prouiderit expressa conuentione **l. 2. & 3. ff. de lege commiss. l. licet. l. Sabinus. ff. de in diem addit. idem obtinet in locatione. l. ea lege. ff. de locat. si modo meminimus, antequam vlla fiat interpretatio scrutandum esse quidnam contrahentes voluerint. l. cum in lege. ff. de contrah. empti. l. semper. ff. de regul. iur. Voluntatem colligo primo ex verborū significatione, quæ imprimis curæ est iuriconsulto. l. qui fundum. ff. de verb. significat. quod si latuerit voluntas, demum erit descendendum ad coniecturas. qualis sumpta est in pactis supra scriptis legis commissoriæ. & additionis in diem, ex eo quod venditoris favore interponuntur haud obscure **ut l. si ei. ff. communi. prædi. Quod si emptoris gratia interponerentur, nunquam ab eo deficerent in dubijs. d. l. cum in lege de contrah. empt. eo magis quia venditor in domus distractione dixerat, flumina uti nunc sunt, ut ita sint, & poterat legem dicere manifestius. l. 21. ff. eod. l. si seruitus. ff. de seruit. vrb. præd. Hæc adeo vera sunt, reiecta illa regula quæ cõmenti sunt vulgares iuris periti, ut cum de ipso contractu emptionis principaliter tractatur, in dubio venditori faueamus. l. id quod. §. si. ff. de pericul. & commod. rei vend. & si fortè Stichum aut Pamphilum centenis nummis vendiderit electionem enim habebit. l. si ita. ff. de contrah. empt. l. si in emptione. §. si emptio. ff. eod. siue dicatur, sit venditus alteruter, siue, sit emptus. quare si è diuerso emptor promitteret præteritium in aurea vel argentea moneta, ipse eligeret vtramlibet. sicut dum illo vel illo loco se daturum promisit. quia ut venditor rem debet ita emptor pretium, ideoque liberrimè eligit. non enim imputabitur ipsi, cur legem non apertius dixit: sed potius emptori ignorantia id, quod iure cautum est, commissorem eligere in disunctiuis. §. huic autem. de actionib. vnde lege expressa, quæ per pactionem fit, debuit emptor sagax electionem sibi præcipere. Ita non oberit **l. semper. ff. de regul. iur. vbi in dubijs id, quod est minimum, venit, quia hoc locum habet, ut ibidem exprimitur, quoties aliunde à iure, à more, à contrahentium voluntate, interpretatio sumi nequit. C E L S V S. P.** Mirabili modo lætor, fili, quod serio te iuris prudentem præbeas: quod equè adolescens in legū profundo mari sine cortice nare didiceris, sed, amabo, nonne putas obesse ijs, quæ attulisti de pacto iuxta venditionem posito in ambiguis contra venditorem explicando, qui apertius loqui potuerat, responsum Pauli in **l. si in emptione. ff. de contrahent. emptione si in emptione fundi. inquit, dictum sit, accedere Stichum seruum, neque intelligatur, quis ex pluribus accesserit, cū de alio emptor, de alio venditor senserit, nihilominus fundi venditionem valere constar.********

sed

sed Labeo ait eum Stichum deberi, quem venditor intellexerit, nec refert quanti sit accessio. si dicas ideo hoc constitutum, quia in accessoriis venditionis, non in ipso contractu, venditori faueatur, ut quidam suspicantur, iam tibi partim repugnabis, qui in disunctiua venditione Stichi aut Pamphili venditori permisisti electionem: & è contrario in pacto accessionis emptori succurristi potius quam venditori. **d. l. cum in lege. ff. de contrah. empt. quam non dissimulauit Accursius. c. e. l. s. v. s. f.** Non tanti faciam Accursij opinionem, ut à lege vel à ratione desciscam: quin assidue dicam in dubijs rebus ei consuli; qui aliquid accessurum promiserit, præsertim venditori, si fortè accessura dos aliqua fundo venditò dixerit ex eorum numero, quæ ibi essent. **l. comprehensum. ff. eod. nam vis faciendæ est in accessionis verbo secundum Pauli sententiã in d. l. si in emptione. vbi etiam respondere obiectis eorum, qui diuersum existimarent, propter quasdam accessiones re principali præfiores: sed quia accessiones sunt obiter adiectæ, dominari sinunt principale quamuis vilius. l. et si non. §. fin. cum. l. seq. ff. de auro & arg. & ipsæ subseruiunt, si modo, inquam, ex abundantia adiciantur pacto aliquo: secus si ex potestate negotij alioquin accederent. cuiusmodi sunt seruitutes prædio vendito hærentes antè contractum. l. si aqua ductus. ff. de contrah. empt. ad eas pertinet. d. l. cum in lege. ff. eod. vbi hæc pronuntiatio: stillicidia uti nunc sunt, ut ita sint. significat stillicidia nulli vicinorum debita, sed deberi ædibus venditis, cum ambigè loquatur venditor, qui in dubio laudat venales quas vult extrudere merces: ut ait Horatius, quod si venditor expresserit ædes quas vendit seruire, adhuc incipiem dimittit interpretem. **l. in tradentis. ff. comm. prædior. sed quia aliquam seruitutem inesse oportet, agitur ut arbitrio iudicis seruitus imponatur. l. si binarum. ff. de seruit. vrb. nec enim dubia erant verba venditoris quin seruitutem quampiam reciperent, & ob eam imponendam vilius des vanirent seruituræ. Idem dicendum de illis seruitutibus, quæ tempore contractus emptori deberi incipiunt, sed non iure accessionis, imò principaliter: quia fortè Titio vendidisti vel aliter promissisti ius, ne altius tollendo ædes ipsius luminibus officias. hic sermo generalis ad futura lumina porrigitur. d. l. si seruitus. ff. de seruit. vrb. vbi humanius est hoc obseruari. Quod dixi pactum seruitutem spectans emptori fauorabile censerem in ambiguis, non recipit distinctionem, siue pactum ab emptore proferatur siue non: quippe cum ex expresso duorum consensu constet, ut à pollicitatione & dicto discrepet. **l. sciendum. §. 1. ff. de ædil. edict. & in l. insulam. ff. qui potior. ei qui prior pepigerat magis subuenitur. nam pronunciauerat prior quod placuit, sed pactum dici nondum potuit antè quam alterius consensus accederet: cum in sulæ venditor pacisceretur fore ut primi anni pensio sibi sequentium emptori à conductore præstaretur. cumque deinde controuersia moueretur de pignore rerum à conductore in prædium illatarum, potior erit causa venditoris: quia nimirum legem abunde apertam posuit, cum sibi cauit de prima anni pensione. atque ita proportio iuris, & accessionis æmulatio simul efficit, ut in accessorio pignore potior sit pro illo anno. l. proinde. §. fin. ff. de ædil. edict. Sed iam tempestiuum est sermonem traducere ad errorem corporis alicuius in conuentionem deducti, quo hanc vitari constat. si fortè Stichum tibi vendidisti, & tu vnò, ego de alio sentiam: vel ego fundum Cornelianum cogitem, tu vero Titulianum. **l. in venditionibus. ff. de contrah. empt. quia consensus, qui conuentiones facit, deficit. l. i. §. pe. ff. de pact. l. continuus. §. 1. de verbor. obligat. l. inter stipul. §. i. ff. eod. vbi Vlpianus ait aliud in iudicijs seruari, quæ etiam in inuitos redduntur. nam de eo corpore actum credemus in ambiguis, de quo actor senserit: alioquin reus disiteretur se consensisse, nec intelligo Vlpianum hoc statuisse in casu tantum, cū de dissensu dubitaretur, sed cū dissensisse reum liquet sua asseueratione. quia de dissensu tam in contractu quam in iudicio æqualiter tractat & in. l. in contrahenda. ff. de regul. iur. multominus placet, quod Bartolus. & imitatores aiunt secuti Accursium, actori licuisse se met postmodum declarasse postquam vicerit. non enim hoc expectandum fuit, vel coram ineptissimo iudice: sed factum accipimus actorem suis par tibus, & hominem quem petebat nomine signisque aliis idoneis significasse. **l. 6. ff. de rei vindicat. deinde sententiam, quæ pro varietate habetur, sibi retulisse reum vero quis nescit infanciatorem ac tergiversatorem plerumque esse? Vnde fugientis nomine notatur l. proferandum. §. illo. C. de iudici. quocirca minimum inspectamus quid ei collibuit. nec puto aliud cordi fuisse eidem Vlpiano in lidem Pomp. §. si. ff. de rei vendic. cum in rem agitur, inquit si de corpore conueniat, error autem sit in vocabulo, rectè actum esse videretur. Si plures sint eiusdem nominis serui, puta plures Erotas, nec appareat de quo actum sit, Pomponius dicit nullam fieri condemnationem. hæc verba mihi non videntur dissentanea ab eo, quod idem iuriconsultus respondit in d. l. inter. §. 1. de verbor. oblig. utrobique enim respicitur quid actum sit, id est, quomodo actor intederit: si id non liqueat,**********

L iij

nulla erit intentio, nisi subtilis iudex utilius eligere valeat. l. si quis intentione. ff. de iudici. nec expono, quid actum sit, pro eo quod est inter partes communiter tractatum, ut alias soler vel certe de eo actum videri debet, quod actoris animo liquida petitione sederit. at Bart. insurgit eo quod litis contestatio inter dissentientes esse nequeat. ceterum imputatur reo, cur rem petitam non exhibuerit aut manifestius libello declarari poposcerit, ne postea latebram querat & eludit praesidis sententiam. l. si praetor. ff. eod. nam nec iudici interpretari eandem permittitur desultoria corporum, de quibus controuertitur, mutatione, nisi eodem die. l. Paulus. ff. de re iudic. sed praeterea litis contestatio in inuitum viget. viderit reus qui respondeat, quid dū inficiatur. l. quoties. ff. de noxalib. non igitur dissensus vitabit contestationem, dummodo constet de quo corpore actor senserit, & obtinuerit quod si succubuerit, non prohibetur aliud corpus persequi. l. cum queritur. ff. de except. rei iudicat. non enim nouum est, in his quae instruunt iudicium, actori potius quam reo fugaci consuli. l. pe. §. si. ff. de iurisdic. l. i. §. i. ff. si pars heredit. pet.

OBSERVATA IN CXVII. DIALOGVM.

- | | |
|---|--|
| 1 Error in materia rei promissa an vitiet contractum. | 8 Error circa qualitatem conditionis hominis an vitiet. |
| 2 Donationis & stipulationis simplicis eadem est ratio. | 9 Cur error in qualitate pretiosa rei ledat emptionem in l. si sterilis. §. quamuis. ff. de acti. empt. |
| 3 Pignoris conuentio errore materiae non leditur. | 10 Lapidis pretiosi iuris dispositione à ceteris discernuntur. quare gemmis legatis vasa gemmea veniant. |
| 4 Fauori proprio cur non renunciet emptor in l. si vina. ff. de pericul. & commod. rei vendit. | 11 Empti actio post contractum nullum ipso iure datur. |
| 5 Contractus nullus & irritus à patribus approbari potest. | 12 Quantitatis pretij error quando vitiet contractum. |
| 6 An mixtura aëris cum auro vendito ipsam vitiet: quid in aëre corinthio vel electro, & de viriola. | |
| 7 Quid statuendum de auro vel argēto cooper- | |

INTERLOCVTORES.

PAPYRIVS, SCEVOLA.



NON QUAM Epimenides ille Philosophus Cretensis tantum habuit omnium totis vij. annis, quos in specu obdormiuit, quantum interpretes eifutunt in explicando materiae atque qualitatis errore, qui in rebus in quibusdam consentanea legibus profiteantur: ut cum aiunt errorem in materia rei promissa non vitare stipulationem, quia lucrum vel vitiosae materiae bonum sit saltem stipulanti. Si id quod aurum purabam (inquit Paulus in l. 2. ff. de verbor oblig.) cum aëre stipulatus de te fuero: teneberis mihi huius aëris nomine: quoniam in corpore consenserimus. sed ex doli mali clausula tecum agam, si sciens me fecelleris: igitur in proposito promissor non tenetur ut pro aëre aurum det, nisi expresse dolum malum abesse promiserit, & sciens fecellerit. l. doli. ff. eod. vel nisi ob promissoris dolum, qui tamen de dolo non quicquam cauerat, stipulatoris interfuerit, quia ex aëre, quod aurum esse sibi persuaserat, operosam phialam impendio fieri curauerit. l. Aristo. §. si. ff. de donat. nā et si donatio sit, in qua nemo tenetur de euietione, licet eā nudo pacto promiserit. l. 2. C. de euiet. decet tamē nos iuuari beneficio nō decipi. l. in commod. §. sicut. ff. commod. planē si stipulatoris non aliās intersit, quia ex aëre nihil fabricauit. queri nō potest eo quod delusus sit, ne curiosus asperē censeatur, si (vt dicitur) equi donati detes anxie inspiciat, & edicto adilium vitium muneris resarciri sibi efflagitet. l. ad res. ff. de adil. edict. vbi ostenditur donatorem nihil de sanitate animalis donati repromittere cogi, nec de impensa, quam donatarius postmodum fecerit, teneri, si dolo careat. nec de dolo conueniri, nisi quatenus impendia per accipientem bona fide facta fuerint. quae omnia ad stipulationem commodissimē transferuntur: quae nihil aliud est quam donatio nisi ob aliquam causam fiat. l. hoc iure. §. fin. ff. de donati. l. i. cod. tit. & iam consensum habet in corpore absente, licet in materia erratum fuerit. sed tamen est receptum aliud in venditione, vt error in materia

materia vitiet, quam substantia vocat Vlpianus in l. in venditionibus. ff. de contrah. empt. l. 4. §. si ex lana. ff. de vsucap. eandem illic vocat *vitiosam*, id est, essentiam. quod verbum vt ens, aspernamur. quia in nos iniqui iudices sumus. ideo paupertate sermonis laboramus: de qua re queritur Quintilianus lib. 8. cap. 3. proinde error materiae emptionem corrumpit. non quia bonae fidei est, cum pignus prorsus bonae fidei non perinde corrumpatur. l. 1. ff. de pign. act. sed quia emptor non lucratur, sed onus sentit refusi pretij quod similiter de permutacione dicendum esset, & de contractu facio vt des. l. sciendum. §. pe. ff. de adil. edict. idem de stipulatione ob causam, quae, vt dixi, nihil liberalitatis habet, & eadem ratione nititur. cur igitur tam variē in pignore, quod datur pro pecunia debita? certē, quia is cui aëre pro auro datum est pignori, licet deceptus fuerit, tamen paruum iacturam facit, cum forte id aëre aequare possit summam debitam. praeterea si non aequauerit, non propterea amittit exactionem residuae quantitatis, in quam pignus non sufficit & personali actione experiri potest. l. creditor qui non. ff. de rebus cred. denique pignus, vt frequenter, datur pretiosius quam sit debita pecunia: at in venditione pretium confertur rei aestimationi. vnde dicimus rem tanti esse, quanti vendi potest. l. si quis vxori. §. si. ff. de furt. Accursus tamen in d. l. i. ff. de pign. act. arbitratur generaliter receptum, vt qui in materia fallitur emendo aut permutando possit ipsum contractum roborare consensu suo, quod ego admitto, cum impostor quamuis frontem bene perfricauerit dolum proprium allegare sine rubore nequeat: nec quidem ignorantiam, si aëre pro auro imprudens vendiderit, modo in corpore consensum sit, quia licet cuius renunciare priuilegio rescindi contractum. l. si iudex. ff. de minorib. xxv. l. 3. ff. de leg. commiss. nec obest. l. si vina. ff. de pericul. & commod. rei vend. vbi cum vendita essent vina exceptis acidis & mucidis, emptor acida & mucida inuito venditore frustra petiit, licet pactum in emptoris fauorem non obscure interponeretur. nec placet quod ibi dicit Accursus in acidis & mucidis consensum defuisse. quia à principio venditor consenserat multo magis quam in integris: & potuerat retroagere suam consensum emptor cui exceptio fauebat. sed tamen ille consensus venditoris praeteritus cum consensu emptoris subsequenter, non facit vt vanisse acida mucidaue credantur. quia eodem tempore vtriusque consensu non concurrunt. nam consentiente à principio venditore emptor dissenserat: emptore postea consentiente venditor reluctabatur, ex acido acetum vino carius, ex mucido aquam vitalem concinnaturus forsitan. qui tunc inuitus ad ea tradenda impelli nequit, ad quae capiendā in primordiis emptor inuitus adigi nequiuerat. atque ita emptor non potest renunciare fauori suo, quippe qui nunquam sibi quaesitus fuit. sic non obest. l. pe. C. de pact. nec. l. si iudex. de minor. xxv. annis. Illud sciendum est, quoties in materia erratum fuerit, quamuis venditore ignorante, tamen id praestandum emptori quod venditum fuerat: vt aurum, cuius loco praesens orichalcum traditum sit. l. Labeo libris. ff. de contrah. empt. ex quo patet non adeo aliquid nullum dici in iure, siue sit venditio, siue aliud, quin ab illa persona confirmari queat, cuius fauori lex negotium improbens studuerit. d. l. 3. ff. de lege commiss. l. filio. ff. de iniust. testam. quod si venditori difficile esset forte inopi auri tantumdem praestare, restituens pretium liberaretur. l. si fundus. locat. ff. non enim venditurus fuerat, nisi aurum id esse existimasset quia orichalcum fuit auro persimile, quod primum ex montibus incensis fluxerit. quid si non omnino in materia erratum fuerit, sed partim & promiscue, quia aëre auro mistum fuerit? Et magis est, vt emptio consistat, salua scilicet emptori actione contra venditorem ignorantem quanti intersunt non decipi. l. quid tamen. ff. de contrah. empt. vbi viriola vendita fuerat exquisito pretio, quae aurea dicebatur, inquit Vlpianus, sed mox inuenta est magna ex parte aërea: id est, circulus ex auro lacertos decens interdum ex gemmis, Celticis olim mulieribus vsurpatus, vt hodie quoque de viria Plinius lib. 33. cap. 3. dicitur, si pure legitur. & est viriola armillarum species non perinde solida sed ductilis instar torquis, ex quo ex smatagdis viriola inuenitur in l. fin. §. si. ff. de auro leg. Ceterum, vt Vlpianus illic diuinitus ait auream dictam fuisse. nam si aërea dici consueuisset, non esset venditio, eo quod aëris nomen totum retineret, & partem aëreae materiae, vt accidit in aëre Corinthio de quo in l. haeres. §. pe. ff. de legat. 3. nemo enim id auri vel argenti numero habiturus est: et si aurum, interdum argenti plurimum, ei mistum non natura sed fortuna fuerit, teste Plinio lib. 34. cap. 2. aëre enim vocatur. sic non putarem stare venditionem, si quis mihi aurum argento mistum venderet pro auro, vel argento simplici. si modo id non aurum nec argentum duntaxat sed electrum vocaret, de quo in §. si duorum. de rer. diuis. non vtrique minus videbitur erratum quam si orichalcum pro auro vendidisset. l. 4. ff. de legat. i. merito expendi apud Vlpianum viriolam partim aëream fuisse, sed auri nomen retinuisse, idcirco pro aurea venditam constante contractu. s. c. e. v. o. l. a. Eximia & animaduerti digna recitas: quod si qui-

7 quibus displicuerint, secundum ea quæ proponerentur, fatuos ipsos fore respondi. Nunc videndum de iis quæ non aliquid auri mistum habent, sed quæ auro tecta sunt. & si quidem auro cooperta sunt, ita ut aurea lamina non ferruminetur ipsis, sed pro tegumento sit, & ornatum exemplum præbeat, error est in materia, & venditio non consistit sicuti in arcis & mensis ligneis cotidie cernimus argento vermiculato coopertis, quas aliquis prima fronte solidas diceret. l. cum ab eo. §. ff. de contrah. empt. nisi, quod satis rarum est, cruenta aurea melior pars cederetur, crassa nimirum & aspectu ipso potior latente intus materia. l. pediculis. §. cymbia. ff. de auro & arg. leg. Si vero materia internè latens auro hæret velut cutis, quamvis sit admodum tenuis, quia tamen conglutinata bractæ auri penitus est, cum pro aurea venierit, venditio manet. ut si fortè inauratum æs argentum muè fuerit. d. l. quid tamen. ff. de contrah. empt. Hoc verum ita demum est, si inauratum auri nomen retineat, secus si materia quæ subest præualeat, & argenti vel æris retineat nomen, licet obiter inaurati, non ita ut aurum videatur. unde lecti testudinei legatio præstabitur, cui testudinea relicta sunt, tametsi inargentati fuerint. l. hæres. §. ff. de legat. 3. nota autem est vetus consuetudo fulcra lectorum testudinum se & i. lamini vestienti. l. Labeo. ff. de supell. legat. Sanè venditis aureis vasis vel legatis non venient inaurata. l. et si non. ff. de aur. & argent. idem iuris de argentatis & gemmatis, quæ solida non sunt, sed tantum illita alieno splendore. stat tamen venditio auri, cum tantum esset æs inauratum in d. l. quid tamen. ff. de contrah. empt. ideo quod venditori placuit, id totum aureum asserere, quod auro in superficie resfulgeret. inspiciendū enim est quid paciscens aut testator argenti auriuè numero habuerit. d. l. et si non. §. i. ff. de auro legat. d. l. Labeo. & l. 3. de supell. legat. nec quisquam mihi obiiciat l. cum vsum fructum. §. ff. quib. mod. vsum fr. amitt. vbi non mutatur agri facies, si egesta summa terra aliam iniecerimus, quia quæcumque illa sit, terra vocatur. nec, ut in inauratis rebus, de diuersa dubitatur materia nempe auri deteriorum occultantis. nec quod inauratum est, pro mero auro censi debet effectu. d. l. pediculis. §. aurea. ff. de auro & argent. vbi consideratur, an inauratum auri numero positum fuerit an non, iuxta id quod iam distinximus. nec color immutat quicquā. l. xxvj. ff. de acq. rer. dom. in §. si. P A P Y R I V S. Aurem mihi vellit qualitas & error circa eam minime noxius. nam qui aurum rude pro obrizo vendiderit, vel fossitium pro florantili, impune fecit salua tantum actione emptori quanti interfuit decipi. l. aliter de contrah. empt. idem si vinum mucidum pro bono vendiderit, vel acidum. nisi aceti iam numero fuit degenerante substantia. l. in venditionibus. ff. eod. idem si quis liberum hominem pro seruo vendat, modo conditionem eius emptor ignoret. l. liberi. ff. eod. si sciat, nihil agit: quia eius dominium nancisci numquam poterit quandiu ignorat; bona fide empti operis vitur. ibidem Accursus tractat, cur in stipulatione non iuuet ignorantio promittentis liberum hominem, & ita qualitas error vitiet conventionem de re prohibita alienari. S C A E V O L A. Eleganter Paulus aurei in totum responsi mirabilis artifex supra Boethum & Mentorem calatores nobilissimos alibi dixit in qualitate errorem obesse venditioni, cum ea est qualitas, quæ pene facit ut noua videatur materia in l. si sterilis. §. quamuis. ff. de action. empt. quamuis, inquit, supra diximus, cum in corpore consentiamus de qualitate autem dissentiamus emptionem non esse, tamen venditor teneri debet quanti interest emptoris se deceptum non esse. et si venditor quoque nesciet: veluti si mensas quasi citreas emat, quæ non sunt. non omitto quosdam affirmatiuè legere emptionem esse. quæ utique lectio vera est, si referatur ad communem regulam erroris circa qualitatem venditionem minime labefactantis, ut si quis sterilem fundum pro vberem emerit can. 1. §. si. 29. q. 1. vel pro virgine mulierem sicut & in matrimoniis obseruatur, minime hoc errore impedieris. sed si referatur ad subiectam speciem erroris circa qualitatem mensæ citreæ, de qua alio in loco Paulus disseruerat, certè pestilens est hic error venditioni occulta ratione. quia et si mensa citrea lignea sit, ita tamen pretiosa est, ut ligni limites egrediatur, & iam alia videri possit materia. sicuti ossis appellatione nemo ebur vulgo vsurpauerit, licet Elephantis os esse liqueat, quod si quis pro ebore os bubulum expolitum vendiderit, nullus erit contractus. quia obtinuit ut ebur, propter eximium vsum, ossis pretium & nomen longè egrediatur. sic cum quis mensam quasi citream vendiderit, quæ ex alio ligno crispo & simulato facta fuerit, nulla est venditio. de pretio ingenti mensæ citreæ ex Mauritania adlatæ Valerius Martialis loquitur in lib. 14. in disticho cui Lemma: mensa citrea.

Accipe felices Atlantica munera Syllas:

Aurea qui dederit dona, minora dedit.

proinde quod ait venditionem non esse cum in qualitate erratum est, ad nobile exemplum subditum statim spectat, sicuti in l. quid tamen de contrah. empt. generaliter querit quid statu-

tuendū cum in materia & qualitate simul erratū fuerit, & illico subdit speciem in qua valet venditio: nempe in sola mistura auri & æris aureum nomen retinentis. nam aliud dicendum, si ita erratum fuisset, ut pro auro æs venisset. hæc tractatio potissimum pertinet ad eos qui gemmas & lapillos vident, si fortè lapidem pellucidum, vel calculum ex litore collectum, pro pretioso vendiderint. nam quamuis gemmæ materiam habeant lapideam, noménque retineant: tamen à vulgaribus lapidibus seceruntur vsu & iure. nam marmore legato statua¹⁰ marmorea non cedit, nec vas eius materiæ perpolitæ. l. quæ situm. §. illud. ff. de legat. 3. aliter in gemmis legatis. l. et si non. §. ff. de auro & argent. non alia certe ratione quàm quia (ut interim admoneam) vsitatum est ut vas gemmeum gemmam adhuc vocemus. hinc Virgilius lib. 2. Georgic. & gemma bibat. alij Onychem pro vase eiusdem materiæ passim dicunt, sic Alabastrum, & similia. Itaque non mirum si vendita mēsa, quasi citrea in d. §. quamuis. cum sit ex alia materia fucata quam ex maura citro, et si lignea, nulla sit venditio: & tamen detur¹¹ empti actio contra venditorem licet ignorantem. tum quia non est verisimile ipsum latuisse simulationem materiæ: tum quia scientia cuiusque difficilis sit probationis. dabitur ita ex empto actio, ad hoc ut nullus esse contractus declaretur, & quanti interfuit nō falli emptor consequatur. quod non est mirum. l. ex empto. §. is qui vina. ff. de acti. empt. Sane in d. §. quamuis. particula, quasi, veritatē exprimit. l. emancipatum. ff. de Senatorib. l. mulier. §. si. ad Trebell. ff. Quantitatis quoque error nocet venditioni, si ego me putem videri fundum pretio centum, tu emere quinquaginta. secus è diuerso, si tu pluris emptum tibi arbitrare, ego minoris. quia posteriore casu in minore consensimus. l. si decem. ff. locati, vbi in locatione hoc iuris est.

OBSERVATA IN CXVIII DIALOGVM.

- | | |
|--|---|
| 1 Complures substitutiones ultra quinque directas inseriri Reciproca & Compendiosa veriores. | hæredum. tum decima quadam tacita sine institutione. |
| 2 Gallum Aquilium sextam induxisse substitutionem. | 6 In l. si quis ita. ff. de hæredib. instir. post venientes ab intestato est vera substitutio. |
| 3 Inter coniunctos hæredes est quasi substitutio. | 7 Substitutus datus, si posthumus nō nascatur, vulgaris dici non debet, nec pupillaris. |
| 4 Octava substitutio militaris sub conditione non concipitur, ut alia omnes. | 8 Non infanti sed testatori succeditur per illam conditionem ventri adiectam, si non nascatur. quæ duodecimam facit substitutionem. |
| 5 Substitutio nona simul habet coniunctionem | |

INTERLOCVTORES.

MODESTINVS, IVLIANVS, MARCELLVS.



OPIOSE disseruistis de re proposita, & luculentas ostendistis vobis esse orationis & legum diuitias, præ quorundam penuria: qui etiam in fertili tractatu sterilitèr disceptant. ut ij, qui substitutiones directas quinque tantummodo prædicant, stolidi, ac insulsi magis quàm ille Melitides, quem tradunt Comici sponsam attingere non ausum, verentem ne à puella apud matrem accusaretur. ac magno labore ad quinque vsque numerare didicisse, nec vltierum progressum teste Suida. Sed hoc mihi videtur γελοϊότερον μελιτῆδου, quod Reciprocam substitutionem tertiam genus substitutionis fatentur cum iurifconsulto in l. iam hoc. ff. de vulgar. & tor alias nobiles substitutiones prætermittunt illa synceriores. nam reciproca non est aliud quàm quædam aliarum comprehensio. id est, vulgaris & pupillaris, quas non admodum sæpe comprehendit: sed tunc tantum, cum duobus pupillis pariter facta fuerit. nam si alteruter hæres sit, cessat vulgaris: si alter pubes, pupillaris deficit, ut ibi habetur. vbi non absque causa scriptum est, videri tertium genus substitutionis, non re vera esse. quia aut vulgaris reciproca dicitur, aut pupillaris æquè vtrique impuberi facta. nec nouum est hoc genus quod detectū explicat vulgarè ac pupillarem sicuti is qui frumentum in spicis latens excutit, nihil noui fecit. l. adeo. §. cum quis ex. ff. de acq. rer. dom. Iam compendiosa substitutio, quid quæso aliud habet quàm pupillare: vel quid aliud potest dici quam mera pupillaris breuiter facta in l. precibus. C. de

impuber. & aliis substit. quæquidem si aliud dici velit, eo quod post ætatem pupillarem degenerat in fideicommissum, claudicare inuenietur, nec esse directa, nec eodẽ tempore duas substitutiones continens: sed aut directa aut obliquam, seu fideicommissariam. nam et si fatemur ex duobus mixtis fieri tertium aliquid, vt proximè de auro & argento tertiam meministis electri speciem. l. 4. ff. de legat. 1. quædiu tamen aurum ab argento separatum est, neutiquam tertium illud quod quærimus, fiet. l. idem. §. sed si plumbum. ff. de rei vendic. sed per me compendiosæ speciei nouæ esse liceat, vt docilior iuuentus sit. & quoniam vt reciproca apra est vulgarem & pupillarem completi, sic hæc pupillarem & obliquam, licet non semper effectu contineat: vt cotidiana aqua ducere solemus, quæ cotidie duci potest, quauis non ducatur. l. 1. §. duo. ff. de cotid. aq. cæterum est quod indignè aliàs taceri substitutiones multò clariiores & expressiores: potissimum illam sextam Aquilianam de qua in l. Gallus. ff. de liber. & posth. Si filius meus viuo me morietur, tunc si quis mihi ex eo nepos, siue quæ neptis, post mortem meam in decem mensibus proximis, quibus filius meus morietur, natus natauè erit, hæredes sunt. quis quæritam Galli Aquilij acumine formulam vulgarem dicit? si vulgare est id quod communiter vsitatum est nec rarum. l. 3. & 6. ff. de supell. legat. l. 2. ff. de præsc. verb. sed omiſsa nominis disputatione plerunque fallaci, ad rem penitus accedamus, discussuri num vulgare substitutio sit apud G. Aquilium, vel conditio si hæres non erit. id est, si noluerit, vel non potuerit. l. 3. C. de hæred. inst. minimè sane. nam qui ait: si filius viuo me morietur, non expectat fore, vt nolit filius hæres esse, vel non possit post mortem suam: sed se viuo moriturum metuit. cum viui nemo esse hæres valeat. l. 1. ff. pro hæred. præterea vulgaris substitutio aditione hereditatis expirat. l. post aditam. C. de impuber. Aquiliana vero si filius patri tantum superuixerit: quia nepos queri nequit tanquam sit præteritus, cum pater eum præcedat superstes, & suus hæres. in summam substituitur nepos in casum, quo filius in potestate esse desierit. d. l. Gallus. §. & quid si tantum. ideoque non sapit pupillarem talis substitutio. quia pupillaris patria in potestate mortis testatoris tempore illum esse expetit, cui sit. l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. nec nisi impuberi fieri potest: sed Aquiliana puberi & marito. Quid si extraneum substituerem filio scilicet instituto, ne corruat substitutio sic concepta: si filius meus me viuo moriatur. l. si quis eum. §. fin. ff. de vulg. & pupill. nemo dixerit hic esse pupillarem præsertim si filius sit pubes. nec vulgarem iis quas reuli rationibus. sed est quædam substitutio valitura, si institutio recedens nascatur quasi caduca mitificæ nouitatis exemplo: maximè si exterus in primo gradu hæres foret. IULIANVS. Non defuere Doctores, qui idem de istiusmodi substitutione senserint. præfuere quoque qui in coniunctis hæredibus substitutionem quodammodo esse præsumpserint, tamen si iidem emuncti & arguti facillè intelligerent in pluribus institutis nullum primum secundumue re vera esse, aut tertium nisi nomine tenus, quia simul effati nequeamus plura vocabula, nisi tricripites essemus vt Geryon: & necesse est inter pares aliquem primo occurrere. l. in naue in fin. ff. locat. l. 2. §. si duo. de bonor. poss. secund. tab. sed iam audiatur Vlpianus in l. si Titio. §. Iulianus. ff. de legat. 2. ideo mihi repugnans ibidem scribit onera vni ex coniunctis iniuncta alteri, cui relicta accrescit, incuinbere. quod si verum est in hæredibus disiunctis, quibus inuitis accrescit portio, ne restator pro parte intestatus decedat, erit substitutio legalis. non enim testator coniunxerat l. 1. §. his ita. C. de caduc. toll. vel potius, vt Vlpianus ait, erit quasi substitutio. non vero tacita: nam tacita per expressam extingui prorsus solet. l. cum ex filio. §. filio. de vulg. non coniunctio, sed tantum interim superari. adde quod vera substitutio habet conditionem, si hæres non erit: conditio verò & sic quælibet substitutio, non transmittitur ad hæredem. l. 1. §. si autem. de caduc. toll. atqui ius accrescendi ad hæredem eius cui comperit penetrat. l. si ex pluribus. de suis & legit. hæred. ff. quia partem rei respicit non personam. l. 66. ff. de acq. hæred. quinetiam vt Succina gemma ad se trahit stipulam, sic ius accrescendi ad hæredem vadens, eius scilicet qui solus cohæres est, substitutionem simul transmittit. l. qui patri. ff. eod. modo is qui vult partem cohæredis vacuam, petat eam ex vi coniunctionis subtiliter & cautè, non ex vi substitutionis vt. d. l. si ex pluribus. Verum ab his quasi à substitutione septima ad octauam militaremque veniamus, nempe cum miles ad decennium hæredem Titium scripserit: & à decennio impostertum Gaium re vera substitutum, vt liquet in l. miles ita. ff. de mil. testam. nec dici potest vulgariter substitutus. quia post aditam hereditatem habet locum militaris nostra substitutio, expers soluendi legata ab instituto relicta. l. quærebatur. §. fin. ff. eod. idque ideo quod substitutus non fortuito in defectum conditionis vt euenit in reliquis

reliquis substitutionibus directis quæ tamen aliquando purè concipi dicuntur. l. qui liberis. ff. de vulg. l. Latinus. ff. de leg. 2. perinde atque dicas minus sub conditione respectu duplicis robustiorisque conditionis. sic indebitum appellatur id quod deberetur, sed natura tantummodo, contemplatione ciuili debiti & perfecti. l. 5. §. imperator de solution. ff. nec in militari substitutione temporis vitium reiiciendum venit vt aliàs. §. hæres. de hæred. instit. l. si mater. de vulg. ff. ergo militaris substitutus expectat tempus, quo transacto purè vocatur ad successionem: nec ad tempus sed in perpetuum, ita vt prior hæres imago sit vsufructuarij. quare cum substitutus charior instituto appareat, non eadem subibit onera, quæ institutus temporarius. l. licet. ff. de legat. 1. accedit quod cum legata ex hereditate deducantur, non est magnum grauamen priori hæredi legata soluere alieno impendio. sed & legatariis imputandum, quod tantisper distulerint legatorum petitionem, dum esset locus substituto. quod si institutus ante tempus præstitutum moreretur, hæredi suo ius fruendi hereditate relinqueret illibatum, expectata temporis meta quam testator præfixerit, nec prius vigeret substitutio. l. vxori vsufr. ff. de vsufr. legat. l. cum hæres. §. seruire. ff. de statulib. NONA. Substitutio est in l. qui non. §. fin. cum. l. 5. seq. ff. de hæred. inst. Næuium ex parte quam per leges capere potest hæredem instituo, ex reliqua Titium. Titius hic adiectus, & substitutus simul dicitur sed diuerso exitu. nam si Næuius partis capax est, coniunctio eminet: si nullius, substitutio, non equidem vulgaris: quia hæc de qua agimus conditionem impropiam aspicit: & præsens tempus non futurum, vt mera vulgaris, quæ ideo dicitur particeps veræ conditionis, si hæres non erit. l. institutio. §. fin. ff. de hæredib. inst. ad præsens. ff. de reb. credit. non quod negem vulgarem habere locum post institutos, qui tempore testamenti non extant, pro non scriptis habiti. l. 1. §. in primo. C. de caduc. toll. sed tamen hi qui non erant in rerum natura tempore testamenti, à testatore esse foreuè sperabantur. l. vtrum. ff. de reb. dubiis. at in proposita substitutione tunc cum testator instituebat, meditabatur præsentem alterutrum institutorum incapacitatem. l. quod si Næuius. ff. de hæred. instit. Decima est apud Celsum libro xvj. Digestorum Titius & Seius, vter eorum viuet, hæres esto. quo casu vterque viuens hæres est: sin minus, is qui superest ex asse. quia tacita substitutio inest institutioni. l. Titius. & l. seq. ff. eod. hic nemo vulgarem merito finxerit tacitam, quia vulgaris illi sit, de quo dubitatur vtrum nolit vel non possit esse hæres: hic is, cui facta est tacita substitutio, sub rara conditione, si non viuat & in præsens concepta satis impropiè, non in futurum vt iam proximè dixi. numquam potuit videri institutus, quia viuus non erat: nec quisquam nisi viuus instituebatur. multominus erit reciproca: nam hæc superstitiosa nimis est, & pares hæredes desiderat. l. iam hoc iure. ff. de vulg. vel si fuerit reciproca, inuolucro suo aliàs complectens, iam nouam quandam à vulgari & proposita illa longè abhorrentem continebit. planè mortuo alteri non profuit institutio vel substitutio, sed superstiti duntaxat. non ausim pro vndecima subiungere substitutionem de qua in l. fin. C. de hæredib. inst. cum is qui Plotium hæredem fecerat, dixit: Sempronius Plotij hæres esto. hanc enim Iustinianus vulgarem interpretatur: vt si hæres Plotius non fuerit, Sempronius testatori succedat non Plotio. quoniam non magis nocebit hic relata hæredis mentio ad Plotium quàm verbum, mihi, in pupillari substitutione, quæ spectat verè impuberem non testatorem. l. si ita. §. 1. ff. de bon. poss. secund. tabul. atqui in milite qui substituit impune hæredibus potitis successione aliter opinor, censisset. l. milites. de milit. testa. ff. MARCELVVS. Probè fecisti, ne videare affectasse numerum substitutionum, quæ re ipsa eadem essent instar pauperis ostentatoris: qui quò videretur complures habere seruos, vnicum variis nominibus euocabat apud Athenarum lib. 6. sic Alexis de illo scripsit *ὀνόμασι δὲ πολλοῖν ἑαυτοῦ*. maximè cum adhuc suppetant aliquot substitutiones non obscuræ, quarum illa vndecima: si legitimus hæres vindicare nolit hereditatem meam, puto, inquit Scæuola, deficere conditionem testamenti illo vindicante. l. si quis ita. ff. de hæredib. instit. haud est vulgaris substitutio in hac specie: quippe cum non adsit institutus testamentarius vulgari & vsitato modo: sed legitimo hæredi deferatur conditio ad eundem, primo cuiuslibet gradatim. id est, venienti ab intestato. l. 3. §. de illo. ff. de socio. sic fideicommissa substitutionibus adnumerantur tam vniuersalia hereditatum. l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. quam singularia fundi vel certæ pecuniæ. l. Publius. §. Titia. ff. de conditi. & demonstr. tamen ab intestato relinqui possunt. §. præterea de fideico. heredit. & quidem sine conditione, sicut ex testamento quoque euenit, cum institutus purè rogatur, at in directa substitutione si

defecerit legitimus hæres fastidita successione tantummodo locus est substituto. verum insurget Iulianus aut eruditorum alius, & negabit substitutionem inueniri nisi præcedat institutio: sed non pernegabit vbi expenderit d. l. Titius. & l. seq. ff. de hæredib. instit. vbi his verbis: Titius & Seius vter eorum viuet hæres esto, is solus qui superest substitutus dicitur: attamen is qui obiit nunquam potuit videri institutus, quia non vixit. sed & in cognatione à latere à secundo gradu incipimus: deest namque primus. l. i. ff. de gradib. cogn. vt in quadam superiori confabulatione acutissimum Iulianum dixisse memini. igitur est secunda institutio eaque conditionalis: deficientibus itaque legitimis hæredibus substitutio vt sit necesse omnino est. nec terreor propter regulam, quæ causam testamenti causæ præfert intestati. l. 39. ff. de acq. hæred. quia hoc obtinet, vbi sola causa intestati luctatur cum testamentaria: secus cum ab intestato successurus fulcitur quoque vinculo testamentario vt in d. l. si quis ita. ff. de hæredib. instit. non enim præsumptione tantum sponte creditur testator legitimam successione ibi cognatis reliquisse: sed expressis verbis legi paritum voluit proximū quemque ad succedendum inuitanti. vt cum venientes ab intestato rogat hæreditatē suam Titio restituere. imo longè apertius quam in fideicommissio de quo in l. codicillorum. ff. de iure codicill. vt ecce substitutus cohæredi adiecto præfertur, sed cū cohæres quoque substitutus est, duplici vinculo freus præfertur omnibus. l. cohæredi. §. qui discretas. de vulg. & pupill. subst. iuuat l. si adulterium. ff. ad leg. Iuli. de adult. & manifestius l. vel singulis. ff. de vulg. vbi quoque substitutus iuri legitimæ successione postponitur. quæ præterea facilè migrat in testamentariam institutionem præuiam substitutioni perfectæ, si gradatim testator legitimos hæredes vocari aliquo verbo significauerit. l. Titia. & §. Seia. de legat. 2. vbi Accursius verbum, qui vltimus decesserit, solertia mira expendit. tanquam singulos hæredes testatoris mens voxque percurreret. Duodecima substitutio delitescit in l. fin. C. de institutionib. cum is qui nouerat vxorem pregnantem, illam cum puero nascituro hæredem fecerat. sed infanti, si non nasceretur Titium substituerat: natus, impubes decessit matris commodo substitutum excludentis, si tempore substitutionis superstes illa fuerit. hic Titium vulgariter substitutum sub minimè vulgari & non frequentata conditione, si non nascatur, nemo sanæ mentis arbitrabitur. cum non nasci, & hæredem non esse, differant. quia nasci potuit, & tamen hæres non esse, perpenso iudicio tutoris hæreditate abstinens. præterea vulgaris adita demum hæreditate interit. l. post aditam. C. de impuber. hæc autem sola posthumi natiuitate, quamuis postea non adiuerit, respicit enim casum solummodo vitæ aut mortis, ideo potrigitur ad alium casum, si infans natus impubes decesserit finitimum priori. nam non nasci, vel impuberem mori, non multum differunt. cum & qui non nascitur, abortu secuto necatus ante natiuitatem videri queat. l. i. §. sed et si quis. ff. de ventre in poss. mittend. ideo diuus Augustinus, vt accepi, libr. de ciuitate dei 22. cap. 13. addubitat de abortiuus pueris ac foetibus vtrum pertineant ad futuram resurrectionem mortuorum, cum in vteris matrum mortui sint, eoque inclinat. Attamen pupillarem substitutionem abesse hinc constat, quia pupillus dici nequit is, qui in vtero est. l. non est pupillus. ff. de verb. signif. deinde impuberem necesse est institui, vt secundæ tabulæ valeant, vel exhæredari. l. i. & 2. de vulg. subst. at impunè præteritus est, qui non nascitur: videtur enim nunquam fuisse in rerum natura. l. 2. C. de posth. hæred. l. qui mortui. ff. de verb. signif. non sileo quod per pupillarem substitutionem succeditur ipsi pupillo, cuius ea testamentum creditur. l. patris. ff. de vulg. subst. l. Papinianus. §. sed neque. ff. de inoffic. testam. atqui cum substitutum est, si non nascatur posthumus, adueniente conditione substitutus soli succedit testatori. l. qui posthumos. ff. ad Syllanian. nō enim videtur vnquam fuisse hæreditas abortiti, qui nihil adeundo acquirere potuit. quod si nascatur, velut suus hæres immiscet se ipso iure, nisi expressim abstinuerit, & ad substitutum moriendo intra pubertatem quæsitum commodum transfert. modo mater pueri huic non obsit chara marito testanti, qui cohæredem quoque ipsam filio nascituro adhibuerat. hæcenus sufficiat substitutiones recensuisse, ô Callideme, superest admoneam, vt serò, quantum poteris, hæc vulges, quæ à nobis audiui: eo magis quod quamuis verisima sint, & credi procliua, impediet tamen liuor credulitatem donec spiritum istum tuum posueris.

OBSERVATA IN CXIX. DIALOGVM.

1 Mulieres nubentes intra annum luctus variis penis à iure afficiuntur, & quod matrimonium indiuidua sit coniunctio. quid

iure pontificum.
2 Quid est, quod Apostolus ait, mortuo viro mulierem solutam à lege viri. & qualis sit vnius

- 3 *Equum est licere secundo nubere. & qualis sit vnius uxoris vir. & de vitanda sacerdoti bigamia.*
4 *Rationes ob quas intra annum lex nubere mulieres non suerit.*
5 *Vidua pariens iustum filium intra annum luctus an illico iure nubat. quid si libidinose uiuat.*
6 *Maritum secundum viduæ, error facti excusat, non iuris. quid in incestu.*
7 *An intestata pro parte mulier esse possit in l. 10. C. de secund. nupt.*
8 *Explicatur l. femina. C. de secund. nupt.*
9 *Mulier iterum nubens an amittat relicta ab vno ex liberis.*
10 *Ab intestato quatenus liberis prioris viri secundo nubens succedit.*
11 *Vsusfructus à viro legatus mulieri nō amittitur secundis nuptiis.*
12 *Explicatur l. hac edictali. C. de secund. nupt.*
13 *Mulier impunè plus donat secundo marito, vt ad liberos perueniat.*

INTERLOCUTORES.

POMPONIVS, ALPHENVS.



VIS sonus complet aures meas tam dulciter? num aliquis Orpheus suam nunc denuò repetit Eurydicen? an magis cōcentus hic omnino cœlestis est? ac aurium mearum iudicio cithara quauis præstabilior & suauior. Platoni certè non admodum placet Oeagri filius Orpheus, qui ex inferis redijt nequaquam voti compos, neque vxorē, cuius gratia descenderat secum ducens: quia modulis musicis eam conaretur eximere, non morte propria redimere. aliter atque Alcestis Pelia Regis filia, quæ pro Admeto marito mori maluit incolumemque suo fa-
to seruauit. idem non contigit Artemisæ, quamuis hæc quoque Mausolum virum Caria Regem peramauit, nec extinctum vicaria morte luere potuit: sed, vt est apud A. Gellium, desiderio & luctu flagrans ossa & cineres conutos mistosque odoribus aquæ inditos ebibit: violenti amoris indicio & monimentum illud artificum nobilium autorūque ingenio illustratum erexit. nec nouis nuptijs mariti manes in quietauit aut funestauit, vt verbo vtar Iustiniani. l. femina. §. si. C. de secund. nupt. cuiusmodi faciunt mulieres legum pœnis varijs affectæ, sed non satis pro merito. mariti enim animam valde contristant secundo matrimonio. §. quæ verò. de nuptijs col. 4. nam matrimonio fieri coniunctionem animorum, & rei diuinæ nedum humanæ societatem, quilibet intelligit. l. 3. ff. de donat. inter vit. l. i. ff. de rit. nupt. cum itaque animi immortales sint, perennem post funus amorem fore credibile est. quod pertinet ad definitionem nuptiarum habentium indiuiduam vitæ consuetudinē. §. 1. de patr. potest. id est, vitæ vtriusque, quando post fata viuunt animi. multa huc spectantia accepi à Christianis, & in beatorum sedibus, & apud superos in aula Alexandri Seueri Casaris, qui Christo non minimum honorem imperiebatur, vt scribit Aelius Lampridius quia et si Paulus Apostolus dixerit mulierem à viro mortui lege solutam cap. 7. epistolæ ad Romanos, hoc ipse confestim interpretatur, scilicet, ne si mox nupserit adultera dici queat: non autem aufert pœnas, quæ festinantibus nuptias iure ciuili insignuntur. didici pontificum iure infamæ maculam elui eis, quæ etiam intra annum luctus nupserint, & delicias fecerint calente adhuc viri funere. nubant, inquit, in domino, cum Apostolus eas lege viri soluerit cap. pen. & si. de secundis nupt. cæterum postquam præfatus fuero me morem vltro gerere pontificum sanctionibus, fortè locus Apostoli mulierem properè nubentem adulterij ream esse non sinit, de infamia, quam lex ciuilis & magistratus inurit subicit. quia cap. 13. ad Romanos idem Apostolus potestates politicas mirificè Romanis commendat. & ad Timoth. priore epistola cap. 5. viduas adolecentiores primam fidem irritam fecisse apertè dicit. tamen si sciam ipsum perspicuè loqui de illis, quæ mortuo viro Christo sese dediderant, & interim voluptati indulgebant, antequam rursus nubent, quod satis illis fuisset, quàm molliter viuere, & quæ vri, vt idē diuinæ sapientiæ excellens præco alibi scripsit: non aliter secunda vota viduis permittens, quàm vt supra vitentur, & vt duorum malorum leuius eligatur. l. quoties nihil. ff. de regul. iur. can. duo mala 13. dist. vbi de fide pacta quoque discipatur, quæ irrita sit lege conniiente, si quid durum promissum fuerit. vt eleganter traditur in can. si quæ fuerit. 31. q. 1. alioquin bonum esse viro mulierem non attingere admonet ad Corinth. epistola 1. cap. 7. cum nonnullæ pessimæ sint, nullo domandæ remedio: licet natura contra viperæ & scorpij morsus remedia multa præbuerit. quinetiam idem Apostolus ad eundem Timotheum scribens: vidua, inquit, eligatur non minor sexaginta an-

nis, quæ fuerit vnus viri vxor. de ea loquitur quæ ecclesiæ operabatur, & cibos pauperum accipiebat vt interpretatur Hieronymus can. quomodo 31. q. 1. quem mihi occurrisse gaudeo aliàs explicaturo, vnus viri vxorem. idest, quæ castè cum viro vixerit, & vnice ipsum dilexerit. nam nec obiurgauit Christus mulierem, quæ quinque viros gradatim habuerat Ioannis cap. 4. sed quod sextum haberet illegitimè. quem similiter virum vocat: fatius est enim castè nubere iterum atque iterum, quàm metu casti matrimonij decies millies turpissimè indulgere libidini. §. cum igitur. de non eligend. secund. nubent. col. 1. Accedit quod Epiphanius Cyprius Episcopus, qui Diocletiani & Maximiani seculo floruit cõtra Alogos scribens, Iosephum omnibus numeris iustum virum Mariæ virginis, senio venerandum, ex priorè vxore patrem fuisse factum refert, cum despondit ille Mariam mysterij explendi gratia. an vero tam antiquo scriptori non sit credendum in re tam ardua, peritioribus definiendum relinquo. forsitan quoque idem Apostolus desiderans episcopum vnus vxoris virum non vno in loco, castum intelligi, pellicem vxori non inducentem, vel plures simul vxores execrans. non enim Timotheo Titouè soli hoc præcipiebat, sed deinceps omnibus populis synœra religione imbuendis, vt Thracibus, quos P. Mela tradit plures habuisse coniuges moriente viro disceptantes, quænam ante cæteras vnà cum ipso sepeliretur non sine magno decore. sanè Flamini Diali Romæ non licuit olim mortua vxore alteram ducere, vel matrimonium soluere nisi morte, vt Aul. Gellius scripsit lib. 10. cap. 15. & hoc erat specimen futuri ritus penes Christi flamines. proinde expedit sacerdotibus Bigamiam vitare, & sententiã Paphnuri Thebani episcopi refugere. quem Suidas doctrina & signis clarum refert. cū cælebs & pudicus vixisset, in consilio publico obtinuit vt impunè clerici viduas popularium ducerent, ne nimia seueritate ecclesiam læderent. adiecit tamen clericis non amplius licere vxorem ducere. qua de re Pontifex in cap. 2. de bigamis Apostolum sensisse notat: & viduarum simul nuptias diuinam rem facturis probrosas censet. cap. si. eod. A. L. P. H. E. N. V. S.

4. Multa sunt quæ fecere, vt lex viduas intra annum lugubrem nubere vetuerit. primum ingenuitatis sœminis pudor. nam etsi matrimonium honesta res sit, tamen præmaturum dedecoratur. vt poma acerba sunt, quæ citius colliguntur. & quod properè facimus, festinatione ipsa vitatur alioquin licitum. §. plus autem de action. maximè in coniugijs auth. sed si post. C. de inoffic. test. accedit, quod secundus vir malè ominari cogitur de vxore sua, quæ prioris luctum tam citò deposuerit. vt ornatum lususque sponsalitijs instauraret. atque, vt aiunt, semel malam perpetuè talem præsumer. Tertio suspiciæ vulgus dicit consuetudinem viro secundò fuisse cum muliere adultera, dū prior maritus vixit: cum illa adeo festinasset vt annum velocem expectare nequiuisset. §. si. de restitutionib. col. 4. postremo quamuis legitimum matrimonium intercesserit secundum, tamen sequitur turbatio sanguinis. l. liberorum. §. 1. de ijs qui notant. infam. potest namque ignorari vtrius sit puer post natus, cum vel septimo mense legitimus nascatur. l. septimo. ff. de stat. hom. & quia idem iuris est in matrimonijs diuortio solutis, quod in morte. l. quoniam §. si. C. de secund. nupt. scribit Suetonius in Claudio Liuiam per Octauium Augustum à Tyberio Nerone prægnantem abductam, intra tertium mensem peperisse Drusum, magna suspicione ex vitrico Augusto adulterij consuetudine procreatum: iactato versiculo, quo felicibus trimestres etiã liberos agna sci innotesceret. τὸ ἐν τυχῶσι καὶ τριμῶνα πρῶτα. sed si ratio aliqua virgeat, forte quod secundæ nuptiæ auspiciatæ videantur, & certū sit lunæcæ nihil vtero gerenti eas vtiles, rescribet princeps, & gratiam anni faciet. l. solet. ff. de ijs qui notant. vbi Paulus addit, intra annum spõsam fuisse non esse infamię. quoniam quod vulgò dici solet, sponsalia ibi prohiberi, vbi & matrimonium. l. oratio. ff. de sponsalib. locum habet, vbi sponsaliorum æterna est prohibitio non vbi post annum vel aliud spatium certò scimus approbatum iri. l. si quis. ff. de rit. nupt. Quid autem sentiendum de vidua, quæ intra annum ex marito enixa prolem est, an licitè nubat interim: Vlpianus te autore vsus in d. l. liberorum. §. 1. respondit, o Pomponi, licere nondum expectato anni sine, sed tu, vt rectè coniecit Accursius, de ea muliere id statuisti, quæ perduellem virum aut aliter scelestum lugere non teneretur. quia in viro non improbo, cessante ratione sanguinis turbati, manet alia pudoris & amoris parumper obseruandi: atque ita hæc vnà sufficit. §. affinitatis de nuptijs sed videbitur cuiquam etiam in non lugendo marito annum exigi oportere integrum, cum non sufficiat effectum alicuius rei contigisse, nisi tempus simul exactū fuerit. l. vxori vsufruct. ff. de vsufr. legat. sed dico tempus expectandum, quoties arbitrio testantis adiectum est, cuius voluntati quouis modo parendum venit. l. Meuius. ff. de condi. & demonstr. sed annus luctus præstitutus est cum ob multa vt diximus, tum potissimum vt intra illum partus edatur, qui in annum decimum protrahi solet. l. 3. §. post decem. ff. de suis & legit. heredib.

heredib. nec morà magna est in duobus qui excurrunt mensibus. Sanè si mulier intra annum luctus non nuberet. sed turpiter cum stupratore viueret (quia hoc quam nubere animæ mariti molestius. §. si. de restitutionib. col. 4.) sine dubio infamiam non euaderet, ne pontificum quidem benignitate, qui permittunt ei nubere in domino. d. cap. si. de secund. nupt. non probrum admittère. can. sicut alterius. 7. q. 1. notam igitur non euader infamiæ mœchus, cum nec maritus viduæ festinantis illam euadat. l. liberorum. §. pe. de ijs qui not. infam. vbi error facti excusat à flagitij pœna. non iuris: attamen error iuris ab incestu alterum sexum excusat, in vtroque mitigat pœnam. l. si adulterium. §. incestum. ff. ad leg. Iulia. de adult. ideo fortassis, quod sæpius incestus committi potest per speciem matrimonij inter cognatos, quam dissimulari, vtrū mulieri viduæ iungi expedit, & an nuper vidua fuerit. l. iusto. ff. de vsucapion. præterea vna est omnium viduarum conditio, vna intra annum prohibitio: cognationis verò dissimiles sunt gradus, nec peritis legum satis cogniti, vnde error tolerabilior efficitur. Perdemur in hoc tractatu vagi, nec nos ipsos inueniemus facile, si percurramus multiplices pœnas infictas mulieribus intra annū luctus nubentibus, illa non est omisso digna ex. l. 1. C. de secundis nupt. quæ nõ patitur mulierem plus tertia parte bonorum doti dicere secundo viro, vel ei testamento plus tertia relinquere. non quod pro parte intestata mori possit ab initio exemplo militis, ne pœna veritatur in priuilegium. l. 7. §. si. ff. de interdict. & releg. sed quia cum virum in totum instituerit, qui superuacuis est Bes ipsi auelletur dandus venientibus ab intestato, quibus prius cõsulit quàm fisco. d. l. 1. & sic licebit ei pro parte intestatæ mori post ritè factum testamentum, non ab initio, si trientem marito reliquisset, sperans frustra vt residuum ei accresceret. l. circa. ff. de inoffic. test. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæredib. instit. vel relinquitur auidè vt liberit marito tertiam partem, residuum alijs personis. P O M P O N I V S. Hic locus instar torrentis imbribus aucti multas sordes secum traher, & multa vulgo tractata ab interpretibus, sed scitu necessaria. quorum illud est, sœminas ad secunda vora transeuntes licet honestè post lugubre tempus, si quid à priore marito donatione quauis, vel testamento, codicillisuè, acceperint, non posse alijs personis liberè relinquere: sed cogi liberis præcedentis matrimonij seruare illibatum: diuidendumque iure nouo æqualiter inter ipsos auth. lucrum auth. vxore. C. de secund. nupt. adeo vt re vera non dominæ sed fructuariæ earum rerum censentur excepto quod quamlibet ex his liberis præferre queunt, & munificentiã mariti tur sus in eū, quem dignissimum iudicauerint traducere. l. sœminæ. C. eod. ita enim liberi officiosè & reuerenter magis prosequuntur matrem, si intelligant in ipsius positum arbitrio, quem maximè dignum successione putet. Interdicitur ibidem alienatio earum rerum mulieri habenti superstites liberos. vel potius non interdicitur quidem, sed si quid in exterum transferatur ex maternis, inquit lex, redintegritur facultatibus. atqui si mulier eo inopię redacta fuisset, vt quod temerè alienasset præstare non valeret, nec rescire bonis suis, arbitror filios à parte profecta recuperat. vbi enim petitori rem suam aut debitam tradi æquum est, pauperas vnus alterum onerat. l. si. ff. de eo per quem fact. erit. atque ita possessor filijs reddet quod mater alienauit. l. 24. §. interdum. ff. de minorib. x x v. annis Quæ omnia in parte secundis nuptijs funestato locum habere constitutum est. §. si verò expectet. de nupt. col. 4. non enim minus insanire solent viri secundo matrimonio, & priorum liberorum obliuisci quàm sœminę, imo & nouercas vitricis sœiores omnes nouimus. l. 4. ff. de inoffic. testam. prouidit igitur lex liberis similiter, ne pater nouę vxoris delinimentis illectus dānosum aliquid aduersus eos moliretur.

Sed iam videndū de ijs bonis, quæ mulier non mariti defuncti liberalitate dispositione uè accepisset, sed ab vno suorum liberorum, vtrum domina prorsus efficiatur, possit que in ceterorum damnum pro arbitrio distrahere. qua in quæstione Iustinianus varius fuit, nec aliter mutauit colores quam Libycus Chamæleon. compendium tandem coactum est in auth. ex testamento. C. de secund. nupt. aut enim mater ab vno filio aliquid accepit ab intestato, aut ex testamento. hoc namque casu in totum efficitur domina, ne videlicet mater sit deterioris conditionis quàm extraneus quiuis. nam & qui aliàs ab alicuius successione repellitur, ex eiusdem testamento rectè capit. l. si patronus non. ff. de bon. libert. vnde aiunt eum, qui alterius successioni renunciat, de testamentaria non sensisse. Sed præterea cauendum est, ne dum mulieres asperius insectamur ob secundas nuptias quia hostem verius liberis quam vitricum induxerint, dumque ipsas à commodis arcemus, cogantur odisse liberos propter quos iuuenta in media abhorrent à viro interdum honestissimum, nonnunquã liberis susceptis salutari. cum constet Tiberium Cæsarem non ab alio quàm ab Augusto vitrico imperiū accepisse fortunatis Liuiæ nuptijs. est quoque periculum frequens, ne impudicè vidua viuæ

- 11 que impunè aliquando nubere nequit. d. §. cum igitur. de non eligend. secundo nub. col. 1. quæ duæ posteriores rationes perfecere, vt in successione ab intestato mulieribus consulere-
retur, sed cum delectu: nam mater plurium filiorum vni morienti succedit ab intestato equa
& virili portione cū reliquis, siue ipso viuo secundo nupserit, siue mortuo, quoad vsumfru-
ctū duntaxat, proprietate reliquis filiis seruanda. §. hinc nobis. de nupt. col. 4. quod si nō alij
superessent liberi, sed vnicus ille obiisset, nemo aliorū cognatorum in dominio matrē præ-
uerteretur. quare & vulgo & iustè reprehenditur Accurs. in d. auth. ex testamento. matrē vni
filio succedentē, quem solum habuit superstitem, priuandam proprietate rerum sibi ab eodē
relictarum asserens cōtra l. fœminæ. §. si. eod. nō enim in successione intestari filij derogatum
est matri, nisi propter alios filios defuncti fratres. d. §. hinc nobis. de nupt. col. 4. vt distingui-
tur ibidē: puta vt in quæsitis per ipsum filium mater æqualiter succedēs cum filiis, pleno do-
minio potatur in quæsitis à patre, solo vsumfructu auth. defuncto. C. ad Trebell. in fi. vbi nihil
immutatum ostēditur in tali successione ascendentium & simul eorum, qui à latere veniunt,
quod de secundò nubentibus Iustinianus statuerat. adeo vt anima filij nō cōsuetur cōtristari,
quod mater iterum nubat, sed anima mariti, quem vidua mulier quādiu est in eodē statu re-
præstat ipsiusque honores retinet. l. filij. §. j. ff. ad municipal. sic etiā maritus dicitur perman-
nere in priore matrimonio, quādiu non superinducit nouercā filiis. l. fi. C. de bon. mater. Ex
12 iis quæ paulo antè agitauimus patet facilius auelli proprietatē rerum mulieri quam vsum-
fructum, præsertim earum quas olim maritus elargitus illi esset. quippe cum vsumfructus sit
res volucris collo cucurbitæ recentis fragilior, multis modis finiri solitus. §. finitur. de vsumfr.
vnde iure nouo, si maritus vxori fundi vsumfructum legauerit, non amittitur nuptiis secun-
dis, nisi nubere eā testator nominatim prohibuerit auth. hoc locum. C. si secund. nupser. mu-
li. quoniā in vidua, nō nubēdi conditio recepta est. auth. cui relictum. C. de indi. viduit. tol-
lend. tamen res ita temperanda est, vt si vir vxori omnium bonorum suorum vsumfructum
legauerit, protinus pro liberorum legitima parte vsumfructus vxoris extenuetur. §. prohibe-
mus. de trient. & semiss. col. 3. ita corrigitur. l. vxori meæ. ff. de vsumfr. legat. vbi in huiusmodi
vsumfructu legatum vxori cedūt redditus supellectilis & calēdarij. vel fortè ibi curæ fuit iu-
risconsulto explicare quatenus extēderetur legatum vsumfructus omnium bonorum, nō de-
negare ex his alimēta liberis, seu legitimā. aut potius ibi legatus vsumfructus fuerat vxori in
annū xvij. quo perfectè filia foret nubilis, & interim legitimæ suæ prouētu non priuaretur,
perceptis ab altrice matre alimentis & moribus. & sic mora in gratiā filia adiecta fuit. l. si ita
relictū. §. pe. ff. de leg. 2. Cerrè si ad Iustitiæ librā examē reuocemus, vbiūque maritus totius
suæ substantiæ vsumfructū vxori reliquisset, nō rerū singulariū putarē illū nuptiis extingui.
ideo in §. si verò solum. de nupt. col. 4. & in l. 1. C. si secund. nupser. mul. quæ emendatur, sit
mentio rerum in plurali, non rei vniuersæ. nam & rei verbum ad vnam potest referri. l. cogi-
§. generaliter. ad Trebell. l. nam quid. §. si. eod. quod si quis dicat plus licere vsumfructui bono-
rum omniū quā rei singularis. l. quoties. §. si. ff. de vsumfr. fidebor. sed dicam hoc plus suspectū
esse in vxore, de qua vir meliūs præsumpserat, & perseveraturā in liberorū cōmuniū cha-
13 ritate putat. l. vnum. §. si. de legat. 2. A. L. P. H. Non modo lex cohibuit parentes, ne liberos
prioris matrimonij fraudarēt in illis bonis, quæ ab horū patre matreue accepissent, sed etiā
ne de propriis bonis in perniciem liberorū immodicè secundo cōiugi largirentur. l. hac edi-
ctali. C. de secund. nupt. vbi mater secundo viro vel pater nō potest nouercā plus cōferre ali-
quo titulo, quam vni ex liberis prioris matrimonij, cui minimū reliquit. & licet quandiu vi-
tricus viuit, qui dotem à matre immoderatā accepit damno priorum liberorū, tātisper dum
viuit, statque cōiugium, illa fruatur. l. si liberis. C. de donat. ante nupt. tamen matre moriente
prioris thori liberi reuocabunt, æquabunturque vitrico, vt non plus habeat quam vnus eo-
rum minima portione donatus. atque ita coercentur pacta inter coniuges de lucranda dote
vel donatione propter nuptias, scilicet sine fraude præcedentium liberorū. sicuti è diuerso
cum pactum est fauorabile liberis susceptis, puta dum mulier paciscitur cū primo marito, vt
si soluat matrimonium, dos apud virum liberorum nomine remaneat, lex infringit illud, si
mulier viro superuixerit. l. 2. ff. de pact. dotalib. l. quamuis. C. de pact. cōuent. nam lex matrē
vt cōmodè nubere possit, & ita liberorum nomen ac decus obscurare spurca libidine non
14 adigatur, iuuat. post eam eiusdē liberos. Sed quid statuemus, si nubens mulier pacta cum vi-
ro sit, vt marito lucro sit amplissima dos, ita vt (quemadmodum assolet) ad sobolem tandem
perueniat. & magis est, vt hæc pactio non rescindatur, nisi quoad legitimā portionē libero-
rum prioris matrimonij, quia licuit mulieri ex posteriore thoro susceptis liberis, vel horum
vni, fortunas suas largiri. §. illud. de nupt. col. 4. igitur quod viro donatū est, vt ad liberos cō-
munes cæteris chariores perueniat, manebit. quia nō videtur quisquam id capere, quod alij
necesse

necesse habet restituere. l. 52. ff. de regul. iur. l. cum ei qui. ff. de legat. 2. non igitur donatum vi-
ro fuit propriè, sed liberis suauissimis, ne præmatrè accipientes ipsi dilapidarent, quibus lex
non inuidet, dummodo aliis intacta seruetur legitima, & hoc modo mulieres se dignos viros
nanciscuntur, cum dotem pro dignitate cōiugis amplificari deceat. l. quæro. ff. de iure dot. &
vir illustris viduam grege liberorum vallatam & locupletem procliuus ducet; si speret fu-
turum, vt saltem nascituri liberi reliquis præferri possint, cum parètes quiduis proli suæ ac-
quirere studeat. l. nihil. ff. de bonis libert. & lex quæ suspicatur, id certè quod accedit, nupti-
zientes viduas non solum facultates liberorum priorum, sed etiam vitam secundis maritis
addicere. l. lex quæ. C. de adm. tut. (nimirum cum pleræque dotatæ liberorū sanguine secun-
dò nubant) non pertinet ad mulierem de suis bonis largiūs cōcedentem fauore posteriorum
liberorum. quia cuique permittitur deligere liberos, quos plus diligit. d. l. fœminæ. C. de se-
cund. nupt. nec mater sobolis sine causa obliuisci præsumitur. vnde etiā veteres, vt patriam à
patre, sic matrimonium à matre deduxerunt, nisi aliquis Cretenses excipiat, qui à matre pa-
triam quoque *μυτρην* nuncuparunt Plutarcho teste. sic Pompeius Magnus Ponticis con-
cessit iure singulari vt materna origine ciues censerentur. l. j. ff. ad municipal. vbi idem de
Delphicis Vlpianus commemorat.

OBSERVATA IN CXX. DIALOGVM.

- 1 Iurisdictionis originem è cælo esse, eamque re-
gibus datam, quorum fuerit iudicare.
- 2 A Rege in magistratus ius imperij transire,
& tamen retineri ab eodem.
- 3 Iudices delegati aliena videntur iurisdictione,
ordinarij plus habet quā exercitacione imperij.
- 4 Iurisdictionis in genere definitur: cur potestas,
cur publica sit.
- 5 Iurisdictionis necessitatem habet, cum acquiri-
tur, & retinetur.
- 6 Ius dicere, seu reddere, idē sunt, & ad solum
magistratum pertinent, qui æquitatem quo-
que statuit.
- 7 Gladij potestas quid sit in l. 3. de iurisdic. ff.
- 8 In l. 3. de iurisd. nō esse definitiones sed exēpla.
- 9 Multa esse meri imperij ultra gladij potestatem.
- 10 In capitalibus iudicijs quare verberetur merum
imperium.
- 11 Absolutio in causa capitali est misti imperij.
- 12 Mistum imperium quid sit, & quandoque
solum esse Regis.
- 13 Iurisdictionis simplicis quænam vis sit.
- 14 Populares actiones num publicam utilitatem
spectent.
- 15 Delegatio iudicis numquam est simplicis iu-
risdictionis.
- 16 Proconsul necessariò mandabat iurisdictionē.
- 17 Prætor Rom. iudicabat etiam in causa crimi-
nali, & iudices ac leges dabat.
- 18 Mistum imperium, an delegeretur, & gladio ni-
ti plerumque explicatur l. placet. C. de peda-
neis iudicib.
- 19 Causa indelegabiles, in quibus præfides ex of-
ficio suo cognoscunt.
- 20 Quare præfides ad mortem damnare non de-
portare queat.
- 21 Quæ sit modica coertio, quæ accedit iurisdic-
tioni: & quomodo coertio capiat.

INTERLOCVTORES.

VLPIANVS, PAPINIANVS.

MVLTIVGA eruditione plenum sermonem fecistis, ac reclusistis ea, quæ non
minus secretò quàm Vestalis ignis in adyto Iurisprudentiæ adseruari con-
sueuerant, permistis iis, quæ doctores quoque non minus vtiliter quàm vul-
gò congerunt, quos vehemèter diligo atque complector tum minor istius,
tum iurisdictionum tractatus: in quo mihi videntur superasse vel ipsum Ofi-
lium, qui equestris ordinis non vltimum decus de iurisdictione libros pri-
mus conscripsit. l. 2. §. Seruius. ff. de orig. iur. fatebor equidem, siquidem in Ofilij tempora
Accursius & Bartolus incidissent, aut ab Ofilio decerpisse, quæ ad iurisdictionem spe-
ctantia scripserunt videri potuisse, aut ab vtrouis Ofilium. sed quia vos attentos aspicio,
quædam iuri iurisdictionique contentanea in medium adferam: originem à summo cælo
deducens, ex quo, vt Iustinianus ait, demissum principis in terras imperium, vt præcipuè le-
ges hominum generi accommodatas promulgaret. §. 1. de instrumentor. fide col. 6. vt enim
princeps magistratibus communicat suam potestatem, sic Deus principi cæterum Deus
plenitudinem cæli & orbem terrarum, quem nimirum solo verbo creauit, suum asserit
Psalmo 49. vbi Rex atque vates: & annūciabunt cæli iustitiam eius. quoniam, inquit, Deus
iudex est. quis præterea nescit illud Hesiodi in Theogonia:

E² *ἰδὲ δὲ βασιλῆος*
 idest, ex Ioue sunt Reges. subdit mox eum Regum felicissimum, quem Pierides amaerint, & dulcis ei ex ore vox fuit. quānam verò dulcior & salubrior vox esse possit latis legibus & optimis iudicijs non video: ne iurisdictionem sibi adeo concessam Rex elanguescere permittat. Nam proprium Regis munus atque antiquissimum fuit iudicandi, vel iuxta leges quas ipsi tulissent, vel ex æquo & bono qualiter iudicauit Romulus statim in urbis infantia, l. 1. in princ. ff. de orig. iur. & ante ipsum Solomon: vnde obsecrat deum, vt corde docili donetur, quo populum sibi creditum iudicare valeat lib. Reg. 3. cap. 3. & multis præclaris iudicijs specimen regiae bonitatis patefecit. sed et lib. Regam. 1. cap. 8. ad Samule prophetā populi proceres dixerē: constitue nobis Regem, qui nos iudicet, & cotidie Reges ipsis lites magni momenti iudicijs iustis dirimant, ita vt posteris ea imitanda præbeant. l. fi. C. de legib. verum cum amplificati sint regni fines, & singuli principes tot obeundis negotijs, tot arcendis hostibus, tot controuersijs terminandis, nequiverunt sufficere, paulatim factum extitit, vt magistratus iudicēque crearent, qui regia autoritate, & cælesti iustitia præditi, ius populo dicerent. id patet euidenter in duobus cōsulis qui exactis regibus creati sunt Romā. l. 2. §. exactis de orig. iur. Regio imperio duo sunt, inquit lex XII. tabul. apud Ciceronem lib. 3. de legib. quibus militia occupatis prætor urbanus creati cœpit iuri dicundo. §. eamque consules. ead. l. nam ibidem Cicero notat, consulum partes prius fuisse vt prætores quoque dicerentur. vt liqueat à cælesti Rege in terrestrem delapsam iurisdictionem: ab hoc tadem in reliquos iudices quorum creandorum solus potestatem habet. l. i. ff. ad legem Iul. de ambit. Et quemadmodum deus imperium in Regem contulit, nihil interim amittens, & vt D. Augustinus tradit, pactum societatis humanam mentibus indidit, quo fit vt Regi pareamus tanquam præcellenti. can. quæ contra. 8. dist. ac ita multo magis sibi pareri vult tanquam Regum opifici, vt ibidem perbellè habetur: eodem modo Rex in magistratus quod libuit potestatis transfert. sicut quoque eisdem aufert iurisdictionem vel ciuitatibus ea præditi cap. nos Federicus. tit. de statutis & consuet. contra libert. ecclesi. in Feud. maxime ob delictum vel rebellionem. cæterum deus per regem iustitiam exercens & legē tribuens, & rex per magistratus, iam eandem exercere & tribuere creditur. vnde in monte Sinai legem deus Mosi dedisse traditur Exodi cap. xx. tamen per angelos ab Apostolo Paulo ordinata asseritur ad Galatas cap. 3. proinde princeps intra regnū suum imperij ius transfert penitus, vt & in l. cognitio. ff. de offic. eius cui mand. vbi idem prodigiose facultatis cōpetit pro consuli, ne quis principi inuideat, dum iurisdictionem omnimodam tribuit, & tamen retinet, instar solis luminū cælestiū principis & moderatoris, qui lucē minoribus stellis cōmunicās, ne scintillam quidē eius perdit. vnde Lotarius, delirum caput, perperam contra Azonē meliorem interpretē asseruit merū imperiū penes solū imperatorem esse, & pessimè obtinuit, equumq; abstulit, qui in sponsionem venerat, vt victori cederet. arbiter honorarius Henticus, vt ferūt, sortitō datus Sueu⁹ princeps Sicilia & imperio Romano demū in Germania potitus. P A P I N I A N V S.
βαρος π χη π δ' ἐστὶ ἀνεϊοθαλια, inquit in Oreste Euripides. idest, onus est etiā laudari nimis idq; nimium mihi placet, tā prorsus quā Hérico vi. Cæsari nocuit. dum enim delinitus blādimentis Lotarij totū sibi arrogauit imperiū, quod merū dicimus nō sensit mirabili quodā artificio ipsum à principe omnino retineri, quod totū transfertur in iudices non exercitio tantū sed iure ipso. Qui vniuersas prouincias, inquis tu, regū ius gladij habet. l. lilitas. §. pe. ff. de offic. præsi. & Aelius Lapidus in Alexandro Seuero tibi amicissimo, honores iuris & gladij nūquā vēdi passus est, dicēs necesse est, vt qui emit, vendat, sed paulò obscurius hic probatur ius meri imperij in magistratus à principe traduci, cum fortē ius honorum & honoris iuris discrepent. apertius in l. more. & seq. ff. de iurisdic. vbi quis habet iurisdictionē ordinariam, suo iure habet illam, & principaliter. præterea pro suo imperio ius dicit prætor iure ordinario. l. etsi prætor. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. nec sit qui inuideat, cum à proconconsole, qui in prouincia maius habet imperium post principem. l. & ideo. ff. de offic. proconsul. in legatum totum transeat imperium, & proprium ipsius proconsulis. l. cognitio. ff. de offic. eius cui mand. l. 1. §. damus. de suspect. tutor. nemini tamen dubium est, quin proconsul id retineat, quod transmisit, & paulò vberius. l. solet. ff. de offic. proconsul. tamen legatus proconsulis ordinario quodam munere fungeretur, necessarius proconsulis assecla non voluntarius. l. obseruare. §. si. ff. eod. nam verè delegati iudices non iurisdictionem ab eo, qui spontē delegabat accipiebant, sed aliena potestate vrebantur. l. 1. §. qui mandata. ff. de offic. eius, & eleganter Iustinianus dixit, iudicandi facultate. l. fi. C. vbi & apud quem cognitio in integr. proinde quod ego dixi in l. 1. ff. de offic. eius errare magistratus qui cum publico iudicij habeant exercitationem, iurisdictionem suam mandant. exercitationis verbo nō indicaui deesse ius imperij in delegatē, magis innuebā exercitatione ius

ius ad effectum perducere à magistratu. l. 2. §. post. orig. ff. de orig. iur. Aut si mihi diffidant hoc explicanti, exercitationis verbum retuli ad personam eius, qui delegatus est: vt liquet, quia suam delegantis iurisdictionem nominauit: qui ipsam retinuit mordicus & iudicandi facultatem seu exercitationem tantummodo transtulit. Accedit, quod licet referamus exercitationē rei capitalis ad personam mandantis merum imperium, quoties expedit, non tamē ideo negamus ius & cognitionem solidam eidem competere, vt cum tu scripsisti pœnam à quocūque iudice irrogari posse, cui criminis executio competat. l. aliud est fraus. §. si. ff. de verb. signi. l. hæc stipulatio. ff. eod. adhuc planius, si memini. l. secularij. §. 1. ff. de extraord. crim. num. quæso negas cognitionem quoque & ius imperij adesse iudici pœnam infligenti? haud sanè, aliàs principem excluderes, cui omnia simul sine dubio competunt. nam & qui dicit cognitionem non ideo excludit executionem. l. 3. §. cognoscit. ff. de offi. præ. vigil. l. 1. C. si cōtra ius vel. Iurisdictionis in genere sic definitur ab Accursio, vt si potestas de publico introducta, cū necessitate iuris dicendi, & equitatis statuēdæ potestas, vti que est genus in definitione, non ius potestatis. l. inter. ff. de administ. tut. vbi diuisionem tutelæ nō iurisdictionis esse respondi. nec certè aliud est potestas relata ad magistratū quàm iurisdictionis siue imperium magistratum spectans. l. potestatis. ff. de verb. signif. vnde interdū potestas pro ipso magistratu capitur. l. fideiul. 2. ff. de pignor. sic præfectura pro ipso præfecto urbis. l. eleganter. §. si. de pig. action. Gabiorumque esse potestas, dicitur à Iuuenale iudex, Satyra 10. nā potestas per se, vt imperium cerea quadam vi significationē capiūt pro ratione adiūcti. vnde in patre & domino potestatis dicimus erga filios vel seruos sic imperiū. l. 4. ff. de regul. iur. & tu seruo colono imperiū dedisti in familiā. l. quæsitū. §. quæritur. ff. de fundo instr. arqui iurif. quārumcunque latè capiatur, nunquam egreditur potestatis eius qui ius reddere publicè potest pro suscepto munere. idcirco publica potestas ab Accursio nuncupatur vario respectu: primo, quia à principe confertur, qui publicā & regia lege potestatis munitam habet à populo. l. 1. de constit. princ. scio ego lege quoque concedi iurisdictionem. l. 1. ff. de offic. eius itē consuetudine seu statuto municipij. l. 1. & si. C. de emancip. sed præterquā quod hæc publica sunt, nō prius valēt, quā à principe corroborata fuerint, qui ea sursum versus rescripto agitare potest. l. 3. §. diuus. ff. de sepulchro violat. secūdo dicitur potestas publica, respectu personæ accipiētis. quia cum primū aliquis magistratus efficitur, incipit persona publica dici. §. sed hoc iure de Attili. tut. Tertio publica est: quia publicè interstit sententias iudicū, licet asperas & sordidè latas ac ambitiosè, mandari executioni, vt incolumis sit eorum autoritas apud vulgus aliqua arte cōprimendū sine dato litibus. l. seruo. §. cum prætor. ad Trebell. postremò contemplatione eorum, in quos ius reddi potest, interdū in vniuersum populum coactum. l. metum. §. animaduertendum. ff. de eo quod metus caus. vt euenit cum ex flagitio maiestatis lætè curia vel ciuitas amouetur aut proscribitur. quid si addamus publicam quoque iudicis potestatem, quia licet aduersus priuatum hominem ferat sententiam, eandem rueri potest armis, quorum vsus aliter interdictus est. l. qui restituere. ff. de rei vendic. §. 1. de armis, in auth. col. 6. habet enim sententia publicam autoritatem & præsumptam æquitatem. l. si fideiussor. §. in omnib. ff. de mand. l. pe. ff. de iustit. & iur. Quod verò huiusmodi potestas habeat necessitatem, nemini dubium est, siue iurisdictionis sit ordinaria siue delegata. quia omne munus publicum necessariò cogit. l. munus. ff. de verb. signific. item iudicandi est quædam necessitas & inchoatum iudicium peragendi. l. si. §. iudicandi. ff. de munerib. l. de qua re. ff. de iudic. præterea inest iudici alia necessitas, nempe iudicandi secundum leges. §. 1. de offic. iudic. facti quidem quætionem in arbitrio suo sitam habet non autem legis præscriptum violare poterit. l. 1. §. 1. ff. ad Turpil. Quarto adde, si placet, necessitatē muneris retinendi. nullus enim honore suscepto abdicare se potest iniussu principis. l. legatus. ff. de offic. præsi. sane princeps abdicando se amitteret imperium: quia superiorem non habet penes quem deponat. Diocletianus & Maximianus Augg. eodem die deposuere, ille Nicomedie, hic Mediolani, vt prodidit Eutropius. sic etiam omnes magistratus Romani se abdicarunt, vt status turbata Reip. renouaretur. l. 2. §. & cum placuisset. ff. de orig. iur. sic Pontifex Rom. Celestinus renunciauit dignitati impune, imo etiam plausibiliter successore Bonifacio approbante. cap. 1. de renunciat. lib. 6. at episcopus alius non idem posset non magis quàm magistratus, qui omnino habet necessitatem iuris dicendi. id est, reddendi, vt explicatur in l. penult. de iustitia. l. 2. §. post originem. ff. de orig. iur. & quod dicitur, ius dicere prætorem vel iudicare. l. voluit. §. si. ff. de interr. act. perinde est atque si quis dicat eligi posse, vtrum aliquis dicat. sed vtroque idem significari: vt cum dicitur testamentū vel elogium. l. si quis in suo. C. de inoff. testa. actor siue syndicus l. 1. §. 1. ff. quod cuiusq; vniuers. sanè verb. iurisdictionis excludi

ditur à definitione pater, de quo sicut de tutore, nescio quid nugarur Bartolus: quod scilicet habeat publico iure inductam potestatem, & necessitatem ius dicendi liberis. sed fallitur, cum nec magistratus, qui hortatur populum aut domesticos ad iustitiam aliàs dicatur ius dicere quam cū in loco maiorum causa cognita iudicat. l. sed et si. §. per magistratū. ff. ex quib. caus. maior. pater itaque alens filios, & iusta illis reddens, imo etiam cognoscens & puniens domesticè, non ius dicit, quia non publico iure accusationem audit ut iudex, sed ut parens. l. respiciendum. §. i. de pœnis, nec actione discutit, quæ semper est in iudicio exercenda. l. ferui. ff. de furtis. nouissimè habenti iurisdictionem incumbit necessitas æquitatis statuendæ, in ijs quæ nequeunt regula iuris definiri, sed arbitrio ipsius relinquuntur, ut cū de sinceritate testium exploranda agitur, ne scilicet numerentur testimonia magis quam ponderentur. l. 3. §. i. l. ob carmen. §. si. ff. de testib. item in tractatu criminali, cum ob eas, quas vocant circumstantias, personæ, loci, temporis, numeri, delicta augentur vel extenuantur. l. aut facta. ff. de pœnis. similiter, ut ego respondi, cū mora definienda venit ex interpellationibus tēpestiuis. l. mora. ff. de v. sur. mille possē percurrete exēpla, ne ruditer Bartolū sequeretur æquitatis cōmendatōrē iuxta l. quod si. §. i. ff. de eo quod cert. loc. scim⁹ nos vtiq; æquitatē oportere haberi à iudice præ oculis in omni negotio in quo ius redditur. Sed ibi potiss. æquitate industriaq; præpoller, vbi iuris regula deficere deprehēditur. Imperiū magistratus, seu potestas, vel iurisdictione in genere sumpta, rursus secatur in, imperium, merū, mixtū, iurisdictionem simplicē & quartò in cōrtionem, de quibus tu, Vlpiane, Paulusque in l. 3. ff. de iurisdic. l. si. ff. de offic. eius cui mand. quia non est nouum idem nomen genus esse & speciem ut adoptio & actio ostendunt. l. i. de adop. l. pecuniz. §. actionis. ff. de verb. signif. VLPIANVS. Plurimum iuuat istud quod ais explanationem responsi mei in d. l. 3. nec sole aut sale, ut dicitur, pluribus in locis vrimur quàm eius consideratione, quod dixi: merum imperium est habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, vbi gladium accepi pro omni vindicatione criminali, licet alibi in specie à pœna metalli separetur. l. illicitas. §. pe. ff. de offic. præsid. l. i. §. quamquam. ff. de abigeis. vbi hoc planius est quàm in d. §. pe. in quo de præside provinciz tractatur: qui ius habet ad mortem damnandi non deportandi. l. 2. §. de pœnis. adest præterea alusio, ut cum sceptrum dicimus pro toto ditione regni. §. si. de trient. & semi. col. 3. l. aut annum. §. i. de pœnis. vbi vita adimur gladio, non securi, nō telo, vel fustibus. ibidem considerandum etiam est telum valdè in specie sumi pro spiculo ut l. 3. ff. ad legem Iul. de vi publ. vel pro eo quod arcu mittitur, nam generaliter à gladio non feceruntur. sed à lapide aut fuste. l. i. C. de emendat. feruor. imò verius teli verbo veniret, gladius & fustis, ac lapis, ut in lege Cornelia de sicarijs. l. sylua. §. si. ff. de verb. signif. §. item lex Cornelia. de public. iudic. prætermitto hic, merum imperium appellari nullius alterius iurisdictionis consortio inquinatū, sed per se solum, quia, ut Festus ait, merū veteres dicebāt, solū: vnde mera aus quæ foliuga. & merū hodie purū, inquit ille Triphoninus. l. bona fides. ff. de post. merum ius gentiū non mistū ciuili. euidētius longè explicat id Callistratus noster paucis perspectus in l. cum seruus. ff. de conditi. & demonstrat. & §. i. de diti. stipul. sic donatio mera & mista quæ nobilior. l. Aristo. l. Artilius. ff. de donationib. ceterū si quisquā arbitretur me his verbis imperiū definire voluisse, vel deinde mistū, vel iurisdictionē. prorsus decipitur, & plus mihi tribuit quam vnquam optaui exēpla tantū subieci, ut ex his innotesceret, qualis posset coagmentari definitio. ut cū quæritur, quid sit falsum, & Paulus respōdet, si quis alienū chirographū imitetur. l. quid sit. ff. ad legē Cornel. de fals. & impensę voluptariæ sunt balinea extruere. l. r. 4. ff. de impensis. & dolus est, si quis persequi nolit, quod persequi potest. l. dolus. ff. mandat.

Virtus est hominis, scire id quod quæque habeat res.

Virtus, id dare, quod re ipsa debetur honori.

inquit Lucilius vetus autor, quem citat Firmianus, proinde exemplum sit meri imperij vñ in gladij potestate, modo tendat ad animaduertendum in facinorosos, non si propter executionē decreti sui manu armata iudex procederet. l. si quis in illis. ff. ne vis fiat ei qui in poss. l. qui restituere. ff. de rei vēdic. verū multa alia sūt meri imperij, quæ ad animaduersionē in delinquentes nō pertinet. ut creare magist. legū ministros & quodā modo leges loquentes. l. i. ff. ad leg. Iul. de ambit. cap. i. quæ sint regal. in feud. rex enim sursū versum agit impia & prou. præfectos, angustat, amplif. l. si. C. de offic. magistr. mil. deinde cū in principē vnum à populo imp. & potestas trāsuiit, nihil pri⁹ habuit leg. promulgainaces. l. i. ff. de cōstit. prin. quod per. frustra negā, esse meri imperij vel soli⁹ principis vel ab eo ius habentis. nā si punire meri imperij est, multo magis erit legē condere, cuius præcipua est vetare & punire. l. legis. ff. de legibus. quod si dicant id esse plus quàm meri, iam fatebuntur id saltem meri esse quod plus

plus est. l. cum furti. ff. de in lit. iur. erit igitur legis condendæ autoritas meri ac summi imperij, quia eiusdem complures gradus sunt. l. 2. §. exactis. ff. de origi. iur. idem dicendum in nundinis constituendis solum Regis beneficio. l. vnic. C. de nundin. item vbi cunq; princeps cognoscit de causa priuatorum quid, cum ob festiuitatem publicam concedit abolitionem accusatoribus parum cautis, & reis ita exemptis. l. si interueniret. ff. ad Turpil. arque ira gladij vis & iurisdictionis vlticis ac Reip. profuturæ ostenditur. sed in alio iuuat quod publica est concessio. l. abolitio. ff. eod. ideo meri est imperij regij. sine causa cognitione. l. 2. C. de abolition. idem dicendum, si causa cognita veter æquam ex flumine publico duci. l. quominus. ff. de fluminib. prodest enim tunc Reipublicæ, ne publicum flumen deriuatione immodica exarescat. idem si in litore permiserit sententia sua arcem extrui lumē facturam nocte concubia nauigantibus, ne in præcipitia & scopulos deserentur. qualem Solstratus Guidius in Pharo Egypti posuit, & publicæ saluti dedicauit. nemo enim hoc peteret iure actionis, sed implorabit à principe aut senatu populoq. Rom. l. littora. ff. ne quid in loc. publ. præsertim si interdicto fuerit impeditus moliturus opus. l. 1. §. si in mari. ff. de fluminib. ex his patet veracem Bartolum, cui merum imperium est iurisdictione, quæ expeditur officio iudicis nobili ad publicam vtilitatem. nam & in puniendis criminibus versatur vtilitas publica. l. locatio. §. quod illicitè. ff. de publican. si modo tanquam à iudice crimen vindicetur: non cum ius publicæ vltionis priuatis iurisdictionis expertibus conceditur, forte ad latrones occidendos vel desertores militiæ. l. 2. C. quando liceat vnicuique sine iudic. arbitria satis hoc aperit. eccui non est cognitum illud Solonis, Remp. duobus contineri sententis, præmiū & pœna. ut in epistolis ad Brutum Cicero refert. l. i. ff. de iustitia. & iur. ar. in pœnis constituendis, licet iuris constitutionem iudex negligere nequeat. l. 1. §. i. ad Turpil. ff. tamen habet liberum ab eodem iure officium accusationi non parendi, & ex persona iurato, tempore, qualitate, delicta exaggerandi ac supplicia cum facti quæstionem in arbitrio habeat, ex quo ius oritur, ut ibidem tu dixisti, aut Marcellus, si memoria reneo, & Callistratus l. 2. de termi. mor. §. pœna. de iniur. ego rursus l. hodie. ff. de pœn. maxime autem elucefcit nobilitas officij in diiudicandis sceleribus sine accusatore detectis, per inquisitionem, aut denunciationem, vel notorium. l. congruit. de offic. præconsul. ff. l. ea quidem. C. de accusat. Non defuere, qui reorum absolutionem, me autore, ut condemnationem merito ascripserint imperio: cum satius sit innocentem dimittere quàm nocentem condemnare. l. absentem. ff. de pœnis. ideoque in absolutione versari vtilitatem publicam, sed ego ibi hoc statui, cum ex suspicionibus iudex terminare causam nititur, non dū inuincibilibus argumentis fretus est. præterea id satis non dixi esse Reipubl. sed iudicanti bono viro proinde nihil finitum de aliis suspicanti, testibus minimū vrgentibus. l. custodias. ff. de public. iudic. quæ enim vtilitas redundat in Rempub. si homicidij postulat abfoluitur: num propterea salus multorum procuratur, sicut cum homicida vel latro plectitur. l. prouinciarum. C. de feriis: num propterea exemplum ad terrorem impiorum sequitur, ut dum condemnatur. l. aut facta. §. si. ff. de pœnis. l. per omnes. C. de defensor. ciuit. forte arguē dices, absoluto reo merum imperium in eo consistere, quod accusatorem expectat ratio & similitudo supplicij. l. fin. C. de accus. quod si verum est, iam per se absolutio non est meri imperij, nec quonies citra accusationem criminis vindicantur, per inquisitionem, aut notorium, vbi calumniatur nemo vel vbi accusator, calore, temeritate uē citra dolam instituit iudicium. l. 2. C. de abolition. aut si iusta causa extimulet accusatorem. l. 3. C. de calumniatorib. & profecto id omnino verum est, quod cursum arigi in d. l. solet. ff. de offic. præconsul. indicauit namque præconsulem non posse transferre gladij potestatem vel coercionis pœsimilis, atque ita nec absolutionis. non quia absolutio per se meri sit imperij, sed quia neminem absolute posse conset, qui condemnandi facultatem non habuerit, proinde absolutio, in quam iura nos propensiores esse iubēt, officio saneque nobili explicabitur, sed ad priuatam absoluti vtilitatem, sicut in abolitione concessa cum causæ cognitione accusatori. l. i. §. abolitio. ff. ad Turpil. hæc similitet soli postulantia prouidet ad accusandum sine fallacia perducto: nec propterea quicquam accedit lucro Reip. l. aut priuatam. ff. eod. nec mandati abolendi cognitio quoque poterit à præside, ut illic Marcello placet. igitur erit misti imperij, cui, inquam iurisdictione inest. d. l. 3. de iurisdic. quod in danda bonorum possessione consistit. exempli gratia, ut iam ostendimus restitutionem in integrum nemo misti quoque diffitebitur imperij. l. ea quæ. ff. ad municip. vel dum audito contradicte princeps concessit alicui, ut in publico adisset. l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. publ. vel ut ex castello aquam ducat. l. 2. §. pœn. ff. de aqu. cotidian. & hoc est genus misti imperij ad principem solum pertinentis: perinde atque ceteri mus aliquam iurisdictionem simplicem actioni obsecundantem, adeo claram propter præ-

iudicium & statum personæ, vt soli præfidi prouinciæ cōpetat, nec delegetur. l. 2. C. de pedan. iudicib. sicuti est quoddā imperij exemplum non adeo sublime, quod præfidi prouinciæ non cōgruit, vt deportatio in insulam: quāuis morti licitè addicat faci nosos l. 2. §. 1. de pœn. l. 6. eod. ideo quod insula, in quam quis deportetur, desit illius prouinciæ, aut procul ab eadem exilij locus eligendus veniat. l. fin. de iurisdic. ff. Quod vero dixi imperio misto inesse iurisdictionem eò pertinet, vt iurisdictione pro parte tantum ei insit: si enim tota inesset, inquinaret illud. nam ad componendum mistum imperium partem meri accipimus, vt videlicet nobili officio expeditur: partem iurisdictionis, vt priuatam vtilitatem respiciat. sic dicimus flumen prorupisse. id est, ex vno latere pro parte. l. adeo. §. insula. ff. de acq. rer. dom. & pretium fundi pro parte pretij accipitur in l. fundi. ff. de contrah. empr. nec latet aliquam iurisdictionem ita definiti, vt sit quæ officio iudicis mercenario expeditur & priuatam vtilitatem respiciat. vt cum quis petit quod suum est, vel sibi debitum, vel se ingenium asserit. nam seruit iudex naturæ actionis propositæ, quæ ex obligatione nascitur vel ex dominio, cum res vendicatur. l. officium. ff. de rei vendic. l. sed & partus. §. fin. ff. de eo quod dicitur. caus. nam nobile officium non habet obligationem præcisam. l. quod si minor. §. fin. ff. de minorib. xv. l. qui per. §. ff. de act. empr. Quod si quis obiiciat mihi aliquam Remp. agentem ex mutuo conditione certi, vel pulsaram actione vt l. ciuitas. ff. de reb. cred. l. propter. ff. de pollicit. sciat tunc Remp. priuato iure ceteri, vt & Regem in causa patrimonij vel fisci. l. 2. §. publici. cum. §. seq. ff. ne quid in loco publico argumento est quod in priuatis actionibus Respublica se pupillæ titulo ruetur. l. 3. de iure reip. lib. xi. C. accedit quod publicam vtilitatem certam metimur in puniendis improbis aut absoluendis innoxiiis. aliter enim sequitur post institutam accusationem. sed cum Respublica actoris partes vel defensoris sustinet, incertum est prorsus vtrum ex ea lite ciuili commodum vel damnum sortiat. cum possit condemnari à iudice ob dubiam aleam iudicij vt si petat Respublica se in integrum restitui. l. imperatores. ff. de re iudic. non continuo versatur hic neutrum imperij sed mistum. quia nō inspicimus id quod sequetur, si restituitur sed nostram infirmitatem. l. 28. §. fin. de iudic. ff. Multi desiderant quartum membrum ob populares actiones, quæ cum actiones dicantur, mercenario explicantur officio iudicis, sed ad publicam vtilitatem, præpostera penè misti imperij natura. nam earum is finis est, vt delicta coerceant, vel alio prætoris corrupto, vel cum quid ex cœnaculo deiectum est, aut sepulchrum violatum. l. 1. ibi Accursius. ff. de popul. act. l. 3. §. fin. ff. de sepulchr. viol. sed profecto popularis actio priuatam demum spectat vtilitatem illius, qui primus è populo idoneè litem contestatus fuerit. quia tunc creditoris loco est. l. si cui. de verbor. signif. ff. nec tam delictum infestatur, quam quasi delictum. §. 1. de obligat. quæ ex qual. delict. nam si quid acerbius admissum est à violatore alibi prætorij vel sepulchri, nihil vetat neglecta actione ad publicum iudicium transire, & mero imperio id nobilitare. l. 8. & l. fin. ff. de sepulchr. violat. idem innuit. l. licet. ff. de procuratorib. ostenditque non leui negotio dissimulari posse meri imperij præstantiam. P A P I N I A N V S. Multos audiui in l. 3. ff. de iurisdic. intellectus verisimiles, qui vel tibi auctori futurum facerent: sed tu vnus assentiens in quibusdam Bartolo rem acu ipsa tetigisti & reliquas interpretationes licet subtiles vanas ostendisti, quando argentei speculi & gemmati non ita magnus vsus est, nisi aduersam reddat imaginem: sic nihili facio illustratos eloquio enarratores, qui iurisperiti menti dissentiant. quales sunt illi, qui delegationem iudicis aiunt iurisdictionis simplicis esse. quod displicet, licet delegatio fiat de lite pecuniaria: quando etiam de eadem re legem condere nemo dixerit esse iurisdictionis vel imperij mero inferioris. vnde aliquis ordinarius delegat extra fines sui territorij l. fin. de offic. præf. vrb. quia delegatio spontanea est & voluntariæ iurisdictionis in genere, id est, potestatis, sicut adoptio seu emancipatio in l. 2. ff. de offic. proconsul. ergo à necessitate intimæ iurisdictionis discrepat, & à vili iudicis officio. Iurisdictione etiam est, inquis tu, iudicis dandi licentia. prodigiosum scilicet demonstraturus vt iurisdictionis concessio, sed delegata, sit ipsa iurisdictione. cæterum per particulam, etiam, implicuisti iurisdictionem tunc largè accipi, & satis improprie: cum ius delegandi complectitur vt in l. etiam ea. ff. de verbor. signif. l. proximi. ff. eod. hoc in summam tibi curæ fuit, vt ostenderes iurisdictionis verbum in genere sumptum comprehendere imperium merum, mistum, & simplicem iurisdictionem. nimirum cum ad totidem potestates spectet delegatio iurisdictionis, quot imperium. cumque eadem particula, etiam, semper aliquid aliud implicet, l. 5. ff. de verbor. signif. & in d. l. 3. ff. de iurisdic. vbi tu exemplum misti subicis imperij, cui etiam iurisdictione inest. proculdubio significas vltra quod iurisdictione simplex notissimi significatus est, vt expedita mercenario officio priuatam metiatur vtilitatem, etiam merum & mistum latissime continere imperium, vt liquet

liquet ex l. 1. ff. de offic. eius cui mand. vbi iurisdictionem habet, is qui de adulterio iudicare potest principaliter & iure ordinario. nam nemo iure existimari delegandi potestatem esse simplicis iurisdictionis, cum explicetur hoc nobili officio, nec vsquam prodita sit actio, qua magistratus delegare compellatur. & quod scimus proconsulem cogi mandare iurisdictionem suam legato, vt habetur apud te, Vlpiane, in l. obseruare. §. fin. ff. de offic. proconsul. vbi non vt Accursius, sed vt tu cupis verbum, debet, necessitate inferre, asseuero; id nō fiebat iure actionis, sed more & imperio senatus, aut tandē principis postquā Cæsares rerū potiti sunt, qui semper, vt paulo ante tractauimus, legatū comitē dabant proconsuli, & iure quodammodo iurisdictionis, ordinariæ muniebant. l. 1. §. 1. ff. de suspect. iur. cumque consules regia annuaque potestate freti vrbis detenti negotijs nō possent interesse prouinciis, primò proconsules creati delegata illis iurisd. vt Fenestella notat: quæ paulatim luxurauit in ordinariâ, ita vt fascibus & licitoribus inueniretur instar consulis. l. proconsul. ff. de offic. proconsul. & legatū semper acciperet, qui plus cæteris legatis haberet iuris & honoris more Rō. nā & præfidi prouinciæ vicē gerens à principe vel à præfecto prætor. datus ordinarius fuit. similis. l. 2. C. de offi. eius qui vicē alter. nō enim proconsules sortiti prouinciâ omnes comites sibi eligebāt, sed plerique eorū à senatu mittebantur. hinc querimonia C. Marij, quia bellū asperrimū in Affrica gerenti, quæstor L. Sylla obuenerat mollis admodū iuuenta, qui querendē Mariū fregerit, teste Valerio de prætoribus Rom. non est ambiguū, quin iudices dare non cogere, quia de eo sic habebatur in xij. tabul. vt tradit Cicero lib. 3. de legibus: iuris disceptator, qui priuata iudicet, iudicariuē iubeat, prætor esto. præstiturus namque fuit vt iudicaret partibus vtriusque auditis. l. si prætor, in princip. & §. Marcellus. ff. de iudicibus. vbi quoque exequitur sententiam à se dictam. l. Stichus. de legat. 3. vnde ius dicens appellatur. l. 1. ff. de iurisdic. dabat enim iura & iudices, & ius dicebat populo, etiam in causa criminali, saltem post legem xij. tabularum vt patet in l. 2. §. deinde Cornelius. ff. de orig. iur. vnde L. Cæsij prætoris tribunal propter nimiam feruorem scopulus reorum dicebatur, si quid eidem Valerio creditur lib. 7. vbi de M. Antonio incesti postulato apud Cæsium meminit. idem prætor alibi dicitur ius reddere, & quidem iuste vulgari præsumptione. l. pe. ff. de iust. & iur. quod nihil est aliud quàm ius dicere l. 2. §. post origi. de origi. iur. ff. cum ius dare sit legem ponere. vt cum Dido Virgiliana iura dabat legesque viris. & coram prætore causa agebatur in foro. l. 2. de in ius voc. ff. de aduocati. postulabant l. quos prohibet. ff. de postul. cum itaque prætor, quoties liberet, obrutus forte multitudine litium, vel aliter occupatus delegaret, nulla actione impellebatur ad delegationē: quæ proculdubio aut est meri imperij, si causa madata capitalis est, & publicā vindictæ vtilitate spectat. vt l. 1. ff. de offi. eius. l. si lōgius. ff. de iudic. aut est misti imperij delegatio si causa cognosci & iudicari cōmissa priuati inruerit cōmodū. Illud vero studiose obseruandū est prætori præfidi que, & omnibus ita vrbis quā prouincialibus magistratibus, ne leuiter causas delegēt, quas ipsi per se terminare examinatas possunt: ne uel consulant socordia, cū sciant in dustria suā, ab eo qui cōcessit iurisdictionem, electam. inde manauit rescriptum nobile Diocletiani & Maximiani Augg. l. placet. C. de pedaneis iudicibus. quod Bartolus difficilimum iudicauit, & reddidit. ideo quod nihil attigit eorum, quæ in eo continentur: sed aliorum traduxit ad prohibitam meri mistique imperij & magnæ iurisdictionis delegationem: causis mediis delegari permissis, seruata præfidi sententia. medias verò trecentorum aureorū facit. quam opinionē non assis ego facio, non plures certè quā illa Alciati, qui veritā in misto imperio magis quā in mero delegationē scripsit libro Poradox. 2. cap. 2. quia inquit, sedulo absolui reū aut dānari expedit, ideo mandari cognitionē propter absentiam vel occupationē præfidi: mistū vero ad officium præfidi penitus spectare. atqui nemo non videt trecentorū aureorū iudicium permissum à Iustiniano nuper longè post Dioclet. & Maxim. idque pedan. iudicibus, id est, qui humiliores causas disceptabant. l. si. C. de pedan. iudicibus. §. audient. de iudicibus col. 6. & §. iudices. vbi probatur, cum causa pedan. cognoscenda creditur, non seruari præfidi sententiæ proferendæ ius, sed pedaneum diffinire prorsus, cui causæ mandari ab ordinariis libentius debent, quia iam ille nonnulla iurisdictione præditus est. vt probatur in l. inter. ff. ad municipal. quamuis priuato non ineptè mandetur. l. præcipimus. §. fin. C. de appellat. quemadmodum iurisdictione alicuius iudicis. facile prorogatur. ex priuatorum consensione, quia iam sulta est verisimili primordio. l. 1. ff. de iudic. & l. 2. §. si iudex. eod. licet non ita institui & inchoari queat. l. 3. C. de iurisd. proinde in pedaneum iudicem procliuus migrat imperium alterius ordinarij pollentioris. l. prætor. ff. de tutorib. l. fin. C. vbi & apud quem cognit. in integr. restit. sicut ignis in sulphurrata & reliqua quibus inest non nihil ignei seminis celerius transit. & hoc liquet in §. iudicibus. in authen. de iudicibus. coll. v. sic vtrique datio tutoris mandari

respuens. l. nec mandante. ff. de tutorib. in duumuiros municipales se à præside prouinciae transferri patitur. l. Lucius. §. cum testamento. ff. de admin. tutor. l. ius dandi. de tutorib. ita iuuatur d. l. si. vbi & apud quem, quo loco singulari iure, iurisdictione delegata accedit imperium mistum: & multo magis in specie delegabile censetur in causa, de qua ibidem tractatur, in integrum restitutionis. item in causa missionis in possessionem ante vel post sententiam, quæ eiusdem sortis est & mixturæ. l. ea quæ. ff. ad municipal. l. cognitio. §. fin. ff. de offic. eius cui mand. planè fateor mandata iurisdictione vulgò non comprehendi mistum imperium, sed duntaxat modicam coercionem. l. 2. ff. eod. & l. j. §. fin. atqui mistum speciatim delegari nihil vetat. l. à diuo. §. j. ff. de re iudic. vbi de executione sententiæ quæritur. l. & si non. C. si contra ius vel util. atque ita sequitur missio in possessionem delegata, & quædam gladij minacis potestas vt quidem videre videor in l. si quis. ff. ne vis fiat ei qui in poss. l. qui restituere. ff. de rei vendic. qui si non cædit proteruos, certè terret, & adigit. addo supradictis l. j. ff. de damno infect. & d. l. 2. de offic. eius cui mand. & quidem paratius quàm merum, in quo de iure gladij, de sanguine, de libertate, de fama & fortunis differitur. l. solet. de offic. proconsul. Hæc dico obiter maturans cursim ad d. l. placet. C. de pedan. iudicib. vbi primum Imp. effrenatam delegandi licentiam reprimunt, atque strictius postmodum iuxta Zenonis Aug. sanctionem. §. illud. vt defunct. seu funera eor. col. v. nec absque causa delegatio admittitur. l. prætor. ff. de iurisdic. itaque Cæsares in d. l. placet. de pedan. iudicib. iubent, vt si quando præsidēs non possint de causis cognoscere, id est, facto ipso, non iuris impedimento, nepe districti occupationibus grauioribus, ac tunc soliti pedaneos iudices dare, id est, iam pedaneis notionem committere. d. §. iudicis. in auth. de iudicib. parcius postea mandent iurisdictionem suam seu mistum imperium, sed examini suo adferuent, atque ipsimet iudicent, nisi publica negotia ingruant, vel litium forensium multitudo addi potest iusta præsidis alio sum auocari absentia, propter quam merum quoque imperium mandatur. l. j. de offic. eius cui mand. ff. verum hæc rarior erat in præside, cui vix abnoctare à prouincia fas erat. l. illud. ff. de offic. præf. Quod non ita accipi conuenit, inquit Cæsares in d. l. placet, vt etiam in iis causis in quibus solebant ex officio suo cognoscere, dandi iudices licentia eis permittenda credatur. hinc colluuiis quædam influit opinionum officium suum præsidis variè explicantium. quod vt perspicuum fiat, sciendum est non modo curæ fuisse Imperatoribus cohibere præsidēs ab immodica delegatione, sed etiam vt si quando causæ viderentur iusta ratione delegabiles, earum haberent delectum, & illas potius mandarent pedaneis, quæ non specialiter affectæ essent præsidum cognitioni, sed generaliter more aliorum iudicum vrbanoꝝ quorum partes subeunt in singulis prouinciis. l. de omnibus. ff. de offic. præsid. verum peculiariter præsidēs tractabant causas militares. l. illicitas. §. illicita. ff. eod. l. si quis in hoc. C. de episc. & cleric. vtque milites per diuersa prædia pro modo facultatum distribuuerentur. l. 2. ff. de variis & extraord. cogn. sic præfecto vrbi quædam crimina discutienda tribuebantur, quæ nec ob quamuis absentiam alij permisisset: quoniam præ cæteris huic vni plectenda veniebant. l. pe. §. i. ff. de extraord. crim. l. i. §. solent. de offic. præfect. vrbis, vbi de tutoribus in rem pupilli grassantibus discipitur quos quidem ideo prætor idoneus alioquin facinororum iudex ad præfectum remississet. l. j. §. fin. ff. de suspect. tutor. atqui seruasset sibi causas in integrum restitutionis pro minoribus xxv. annorum. l. j. §. an autem. ff. de postul. quas licet impunè iam deleger. d. l. fin. C. vbi & apud quem cognit. in integr. tamen non nisi vrgentiores notiones obruant forum. quia specialiter ei restitutionis examen lex decreuit. vt Ephoris magistratibus Lacedæmoniis iudicia de cõtractibus, autore Aristotele lib. 3. politicorū cap. 1. proinde licet ipsi essent summi magistratus regi adeo imminentes, tamen mandata iurisdictione quamuis vniuersa vt. l. solet. ff. de iurisdic. omni. iudic. non viderentur contractuum mandasse. quia mandata iurisdictione non transeunt quæ specialiter alicui iudici conceduntur, vt dixi in l. i. ff. de offic. eius: nec ibi inclusi magis meri aut misti imperij causas quàm simplicis iurisdictionis. nam & in d. l. placet. actio præiudicialis de ingenua vel libertina persona, sane quam priuati iuris. l. v. C. de calumniat. à præside in prouincia nominatim dirimitur, vt à prætore in vrbe. l. i. C. de offic. prætor. postquam specialiter præstituta ei à lege fuit. sicut in prouincia ipsi præsidi. d. l. placet ratione nimirum ibi subdita, vt hac delegandi persimonia autoritas eiusdem aucta potius quam diminuta existimeretur. quod videlicet de pluribus causis diligentius cognoscat. sic apud Lacedæmonios Theopompus rex cum ab vxore obiurgaretur, quod primus Ephoros regis potestati obieciisset, qualis Romæ esset Tribunorum plebis aduersus consulare imperium, vt Valerius notat, respondit minorem se potestatem relictorum quidem liberis, sed longè diuturniorem, atque ideo firmiorem. cæterum quicunque vident

vident iurisdictionem circa statum personæ liberæ vel libertinæ non demandari à præside attoniti sciscitantur, qui fiat, vt simplex iurisdictione pretiosior imperio existimeretur, ita vt præsidi prouinciae id quod plus est delegare licuerit, non id quod minus. bellè succurret. l. vij. §. j. ff. de interdic. & relegat. diuersa ratione scilicet dictante: nam & alicui capitale est, si se sponte castrandum præbuerit. l. 4. §. si. ff. de scar. cum tamen tædio vitæ semet impunè trucidet. l. si quis filio. §. eius de iniust. test. An non etiam præses ius gladij vtrique habens deportandi facultate caret, & de ea scribit ad principem. l. 2. §. j. de pæn. l. inter de interdicit. & releg. vbi aliud in præfecto vrbi seruatur, & d. §. eius. Et hoc ideo quia verè exules longè à mandabantur in insulas aut vrbes maritimas, in quas nihil imperij habebat præses, nempe extra fines suæ prouinciae. relegabat verò mitius intra eosdem, desertiore tamen loco præstinato damnatis. l. 7. §. sicut. ff. eod. l. diui. §. pe. de pæn. Ideo in l. i. de sentent. passis. C. legatum Cæsaris consulto eo deportasse puto. at in l. si. C. vt nemo priuat. titul. libertatis ademptio à præside in prouincia facta est, non sola deportatio, quam tamen præfectus vrbi habet, vrbis ipsius dignitate. sanè præses in metallum damnat. l. in metallum. ff. de pæn. cum in prouincia sua metalla habet, quibus damnati operentur. l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offic. præsid. si verò deportatione dignum facinus præses censeat, potest de ea te referre ad principem, vt reo adnotato insulam assignet. l. j. ff. quand. appell. sit. VLP. AN. Vnicè te complector, erudite Papiniane, & diis maximam habeo gratiam, quod in tua tempora scriptaque inciderim. non aliter atque Plato, vt Plutarchus refert in Mario, plausit suo genio, quod homo non belua, quod Græcus non Barbarus natus, in Socratis seculum tandem incidisset. atque vehementer mihi arridere fateor quod in transcurso artigisti, mistum imperium non transire si iurisdictione in genere manderetur, sed tamen expresse mandari posse. Quare cum ais in d. l. i. §. si. de offic. eius cui mand. iurisdictione mandata transire imperium quod iurisdictioni cohæret, non puto pertinere ad iurisdictionem generaliter delegatam, nec ad mistum imperium quod eidem accedit, sed ad simplicem iurisdictionem, quæ ne eludetur delegata, necesse fuit leuiusculam castigationem subsequi, fortè aduersus in ius vocatum non obsequentem. sic Paulus scripsit l. si. eod. mandata iurisdictione imperium quod non est merum accedere, idque coercionem mox vocat modicam vel simplicius coercionem. ne si intelligamus de misto imperio ipsum loqui, absurdè colligamus semper venire mistum imperium quoties iurisdictione manderetur. at venit coercitio illa modica vel administrabile, quamuis maioris momenti videri prima fronte possit quàm principaliter delegata iurisdictione. cum non sit nouum id quod est nobiliter iure accessionis ab obscuriore trahi. l. et si non. §. si. ff. de auro & argent. leg. vnde vsusfructus volucris per se & parum duraturus seruitutem adducet itineris suapte natura diuturnioris. l. i. §. i. ff. si vsufr. petat. nemo obstrepit quod imperij verbo coercionem complectamur, cum vice mutua coercitio. quodlibet contineat imperium mera neutriquam exceptio: hinc capitalis coercitio. l. hæc stipulatio. ff. de verbor. signif. & gladij coercitio. l. 7. ff. de regul. iur. l. si quid. ff. de offic. Proconsul. Secundo extraordinaria coercitio est, si quis flagellis aut fustibus cædatur. l. i. §. si. ff. de pæn. l. si quis iniuriam. ff. de iniur. Tertio est coercitio modica inferior flagris & quæstione. l. itemque de vsufr. l. fratres. de pæn. ff. & nominatim coercitio modica vocatur in l. ossa. §. si in locum. ff. de religiof. huic adiungitur in carcerem ductio. l. 2. §. exactis. ff. de orig. iur. quæ instar habet supplicij. l. j. §. si. ff. de aleæ lusu. quia nec carcer ad pœnam inuentus fuit, nec est sine aliqua pœnæ imagine. l. aut damnum. §. carcer. de pæn. l. diuus. i. ff. de custod. reor. certè proprie coercitio est leuis castigatio infra pœnam. Velleius Paterculus lib. 2. Historiæ Rom. de Tiberio Imperatore loquens: cum rex Galliarum, inquit, maximæ molis, accensâque plebis Viennensium dissensiones coercionem magis quàm pœna molisset. Quarto coercetur contumax captis iussu magistratus pignoribus. l. 4. §. j. ff. de damno infect. Quinto cum multatur pecuniaria summa. l. 2. ff. de public. iudic. ita demum cum pecuniaria coercitio à lege vocatur, non aliter. l. j. ff. de termin. mot. l. j. §. post editum. ff. de ventr. inspici. sed iam tempus est, vt finem dicendi faciam, & linguam eburno carcere dentium coarctem & compescam.

OBSERVATA IN CXXI. DIALOGVM.

1 Hoc dialogo enarrabuntur tres iuris regule, ac primo quid sit actus legitimus, quid lege agere.

2 Emancipationem vt adoptionem actum esse legitimum.

3 Quare actus legitimi coram summo iudice peragendi conditionem & diem reiciant.

4 Tutoris datio ex testamento non est actus legitimus.

- 5 Non quivis actus legitimus iudicem requirit, ut acceptilatio, qua effectus pendere potest.
- 6 Solutio conditionem recipit, non verò diem.
- 7 Desueta solemnitas non facit desinere actum dici legitimum ut in manumissione, aditione, bonorum possessione.
- 8 Optio servi aut electio publica cur sit actus legitimus.
- 9 In sententia iudicis conditionem aliquam admittat.
- 10 Etiam conditio de præterito vel præteriti obest actibus legitimis, non modus.
- 11 Regula iuris vult per alium actus legitimus non fieri.
- 12 Regula iuris eum in culpa constituit, qui se rei ad se non pertinenti immiscet.

INTERLOCUTORES.

CÆLIVS, CALLIDEMVS, MARCELLVS.



RE C T E facis, Vlpiane, nam & suavitatis ac deliciarum nonnulla satietas est. C A L L I D E M V S. Putabam alioquin nos pervenisse ad Lotophagos illos, qui apud Homerum lib. 9. Odyssæ *ἄνθρωποι ἐὶ δ' ἀρ' ἐδ' ἔσθον*, id est, floridum cibum comedunt, & ab illorum regione nimium hospitali Vlyssis focij auelli vix poterant Loti fructu semel gustato: adeo vellem adhuc aliquid iurisdictioni simile in medium proferri saltem voluntariæ, qualis in manumissione vel adptione deprehenditur, & aliis actibus legitimis diem conditionemque fastidientibus in l. actus. ff. de regul. iuris. vbi emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, servi optio, datio tutoris nominatim recensentur exempli gratia ab Vlpiano, non ut soli videantur actus legitimi. C E L S V S. Prorsus: nam actum omnem dicere licuit legitimum, in quo lege ageretur. lege verò agi tute scis ex colloquio paulo superius transacto, cum solemnia verba certis formulis concipiuntur coram magistratu in vtrauis iurisdictione, voluntariam malis an contentiosam. ita ut promere mentis sensum in iudicio non sufficiat, nisi ritè concipiatur ex forma præstituta. l. 2. §. deinde ex his. ff. de origi. iur. & §. ita in ciuitate. vbi legis actiones sunt eiusmodi formulæ. actus autem legitimi sunt ij quibus legis actio adhibetur non modo in actione vulgari, qua quis persequitur quod suum est, vel quod sibi debetur, vt. §. 1. de actionib. sed etiam vbi voluntariæ partes coeunt & consentiunt. idcirco in l. pen. ff. de offic. prætor. quæritur, an effectu careant quæ prætor servus, qui liber putabatur, decreuerat, cum apud eum lege ageretur, vel quo alio iure. certè non est dubium emancipando filium scrupulosis verbis agitari consueuisse negotium ante curiam, vbi libripens aderat cum quinque testibus Romanis, & eo qui antestatus vocabatur, aut duo alij pro vtrolibet. omitto pretij similitudinè accedentè & reliqua quæ superstitiosè descripsit Caius lib. 1. institutionum tit. quibus modis filij exeunt de potestate patris. omitto, inquam, reiecta à Iustiniano Imp. rhapsimata, id est, inflicta alapas duro ritu legis actionum, vt ipsemet explicat. l. fin. de emancip. C. §. 1. constitut. quæ de dignitatib. in auth. coll. vj. non taceo quod Modestinus notat. l. 4. ff. de adopti. magistratum apud quem legis actio est apud se ipsum adoptare & emancipare filium posse. qualiter vero adoptarentur liberi tertia emancipatione in iure celsi ab eo in cuius essent potestate, apud eum magistratum cui legis actio esset, notat A. Gellius lib. v. capit. xix. vbi quoque arrogationis subdit formulam. quamquam in contentiosa iurisdictione nemo in causa filij iudicet quin saltem recusari & reiici possit. l. in priuatis. de iudici. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdictioni. cæterum lege agere non licuit antiquitus nisi coram magni momenti magistratibus imperij vtriusque nempe meri vel misti capacibus, vel ex eorum delegatione. l. 1. ff. de offic. iuridic. Alexand. vnde ius dandi tutores magistratibus municipalibus id est, duumviris est prædis prouinciæ mandato tributum licenter fuit, non aliter. l. ius dandi. ff. de tutorib. l. Lucius. §. cum testamento. ff. de administr. tutor. Cum itaque quivis actus legitimus anxius verbis formulisque perageretur eorum iudice non poterat sub conditione concipi, ne decreta prætorum essent elusoria. l. si prætor. ff. de iudici. nec in diem differri, ne aliquandiu frustra scrupulositas solemnium accessisse crederetur, argumento est, quod tutoris datio in testamento conditionem recipit non in iudicio, nisi quæ insit ex natura actus. l. 9. §. si testamento. ff. de tutel. & rationib. distrah. l. muto. §. 1. de tutel. sed tamen curator datur ad tempus à iudice quamdiu tutores cessant. l. cum in vna §. si. ff.

vna. §. fin. ff. de appellat. ergo tutorem pro curatore exposuit Accutius. l. 2. ff. de tutorib. nam coram iudice datius tutor legitima actione fiebat, non per testatorem. Attamen non quivis actus legitimus iudicis desiderabat præsentiam: non vti que acceptilatio aliàs certa formula concipi solita & præuia stipulatione, nec valitura ex perfecta voluntate paciscentium nisi passionis iure, si deesset præscripta solemnitas. l. & vno. l. sequen. ff. de acceptilati. fulciebatur namque stipulatione duplici, ita ut prior obligationem neceret, posterior autem dissolueret. hæc ratio in tantum vera est, ut effectus acceptilationis pendere possit quamuis non formula. ut cum maritus creditor debitori vxori accepto tulit donandi animo: cum talis liberalitas sola donatoris morte robur capiat. l. cum hic. §. 1. & §. siue autem. ff. de donati inter vir. hinc quoque efficitur, ut vera solutio sub conditione fieri possit non imaginaria illa acceptilatio. quamuis quod sub conditione debetur, purè accepto feratur lege conueniente. l. sub conditione. ff. de soluti. d. l. actus. ff. de regul. iur. sicut in venditione recipitur cum differentia. l. multum. ff. de hæredit. vel acti. vendit. quippe cum solutioni veræ nihil addatur formula. Sed Vlpianus visus est aliud innuisse in l. in diem. ff. de acceptilati. vbi vanam dicit acceptilationem in diem factam. nam, inquit, solutionis exemplo solet acceptilatio liberare. vbi interpretes potissimi valde vexantur: cum solutio conditionem non abhorreat. Ipse arbitror de die certa ibi disceptari vt l. in diem. ff. de condict. i. deb. & sub ea nec acceptilationem nec solutionem fieri: quia qui re ipsa soluit, vt postmodum de adueniente recuperet, nihil egit. l. qui sic. ff. de soluti. cum pro certo recuperaturus sit id quod soluit. quæ ratio in conditione cessat, quæ potest non contingere. & hæc de acceptilatione actu saneque legitimo & solemniter dixerimus: sic enim vocatur in l. fin. C. de reuocand. 7 iis quæ in fraud. cred. Illud animaduertendum est diligenter, solemnitatem demum subcontractam actibus legitimis nihil eis derogasse, nec perfecisse quo magis tempus vel conditionem reciperent, aut nomen amitterent, sicuti de sponsalibus legitur in l. 2. & 3. ff. de sponsalib. hoc dico propter manumissionem. l. manumissio. ff. de manumis. vindict. atque propter aditionem hæreditatis, quæ olim ritu affectato verborum fiebat mox sublato in l. cretionum. C. de iure delib. inde circumferitur Vlpiani titulus, qui hæredes institui possunt, quem vetustioris scriptoris fuisse autumo, eo quod frontem ipse, dum loquor, contrahit. ibi cernere, inquit ille, est verba cretionis dicere ad hunc modum: cum me Mæuius hæredem scripserit, eam hæreditatem adeo cætnoque mox diuidit cretionem in vulgarem & continuam, & vulgaris sit in qua adiciuntur illa verba, quibus scieris poterisque: nimirum diebus adeundum hæreditatem præstitutis, vt paulopost explicat, quia vt in bonorum possessione, certum dierum numerum lex vetus tribuerat inde lib. 4. Codicis Theodosiani extat rubrica de cretione & bonorum possessione, sicut antea Labeonem enarrasse memini. nec quisquam dubitat bonorum possessioni verba captiosa ac inania intercessisse; iam pridem exoleta antiquaque. l. fin. C. qui admitt. ad bonor. poss. & Massurius iuriscōsultus autor est apud Plinium lib. 7. cap. 8. L. Papyrium prætorem, secundo hærede lege agente bonorum possessionem contra eum dedisse, cum mater partum se xij. mensibus diceret tullisse. quare petitio bonorum possessionis non fiet in diem nec sub conditione, licet ad petendum lex centum dies vel annum præfinierit. l. 2. C. cod. l. 1. §. largius. ff. de successor. edict. C A L L I D E M V S. Plenum æquitatis istud est, dari successoribus designatis tempus ad deliberandum an expediat adire vel repudiare hæreditatem fortè onerosam, sed mediocre ne creditorum quemquam ludificentur. l. & quia. ff. de interrog. acti. d. l. 1. de success. edict. sed adire in diem vel sub conditione, ac hæredem esse desinere, nulli fas fuerit. l. & si sine. §. sed quod. ff. de minorib. l. cum qui. §. fin. ff. de acquir. hæredit. quamuis sub conditione hæres rectè instituatur. quia multum interest vtrum offeratur compendium sub conditione an cognoscatur. sic prope modum serui optio in d. l. actus. non admittit conditionem eligentis vel diem certam: attamen olim suaute potestate inerat conditio optionis legato. §. optionis. de legat. vbi hodie expuncta conditione ad heredem legatarij transmittitur. sed & prætor hodie cautè decreuit diem, intra quem legatarius eligere teneatur tria mancipia, quoniam totidem optare ei licet è multis. l. alienationis. §. pen. de verb. signif. alioquin priuandus commodo nisi re integra venerit. l. 1. & l. mancipiorum. ff. de optim. legat. Sed qui optat, purè declarat sensa animi, & sine dilatione adiectæ diei. quia actu legitimo mittitur: quia cur in proposito ita nuncupetur, nescio: & aucto cognoscere. C E L S V S. An fortè, quod olim conceptione non vulgari electio talis fieret.

ficut euenit in suffragiis & electionibus magistratum municipalium, aut sodalium alius cuius collegij, vbi forma absente actus lege habendus effectu caret, vt eleganter Vlpianus prodidit. l. si constat. ff. de appellari. non minus quàm si ad eligendum vocandi negligenter: qua in re plus nocet contemptus vnus quam presentium multorum refragatio, si pontifici Rom. assentimur cap. bonæ 2. de election. ergo licet optio legari queat sub conditione aut potius semper videatur comitem habere conditionem. l. pe. de opti. legat. non tamen optio in executione ipsa conditionem patietur expressè, sed extrinsecus ex tacita conditione, si velit legatarius. l. 3. ff. qui & à quibus manumiss. liber. vt acceptilatio d. l. actus. in fin. vbi quoque expressa præcedens conditio non impedit actum legitimum. Quid si in priuata optione serui certis verbis lege olim actum coniectemus? Quid si magis sit, vt optio serui actus sit legitimus, dum prætor cogente sit, & coram eo aut apud acta. l. si optio. §. fin. de optim. leg. cum iam præterit dies eligendi fortasse, nisi prætor laxasset vt. d. l. mancipiorum. eod. sic enim tutoris datio in d. l. actus. appellatur actus legitimus, non tamen qualibet sed quæ prætor distans eminet, vt visum fuit, cum testamentaria tutela ab hoc grege excluderetur. Sunt qui addant sententiam actibus legitimis quæ extrinsecam conditionem ad actum minimè spectantem non recipit. l. 2. §. biduum. ff. quando appell. fit, vt condèno, vel absoluo, si rex in urbem venerit. secus si ita iudex pronunciet, condemnno illum, si tu verè probaueris vel iubeo capi immobilia, si mobilia condemnato defuerint. l. à diuo. §. in venditione. ff. de re iudic. sed animaduerti ego in d. §. biduum sententiam indignè sub conditione latam benignè tolerari, nisi appellatio damnatum iuuerit: atqui verè legitimus actus prorsus momento caret veneno conditionis deprauatus in d. l. actus. ff. de regul. iur. Vulgò ferunt actui legitimo non obesse conditionem de præsentibus vel præteritis cum nihil suspendat. l. cum ad præsens. l. seq. ff. de rebus cred. l. institutio. §. fin. de condit. inst. vbi filius in potestate etiam sub ea non malè institueretur. Sed profecto hoc obtinet in institutione conditionem de futuro non omnino respuentem licet in persona filij. l. fin. eod. non autem de actu legitimo tractamus, qualis erit aditio instituti hæredis conditionem dilationemque in diem spernere solita. vnde non rectè aditur hæreditas sub conditione præsentibus, si soluendo sit eo iam tempore. l. cum qui. §. fin. de acqu. hæredit. nam mora aliqua interstitiumque temporis inest ad perquirendum quid tunc extiterit. Plane sub modo, qui sit per patriam, vt, vel similem potestate, non negarem actum concipi legitimum. quia modus nihil differt in longius spatium. l. quibus. §. fin. ff. de conditi. & demonstr. id liquet in acceptilatione. l. si quis accepto. ff. de conditi. caus. dat. idem in adoptione, vt exercuit D. Hadrianus Aug. cum Antoninum Pium adoptauit: adoptionis lex huiusmodi data est, inquit Iulius Capitolinus, vt quemadmodum Antoninus ab Hadriano adoptatur: ita sibi ille adoptaret M. Antoninum fratris vxoris suæ filium & L. Verum Ælij Veri, qui ab Hadriano adoptatus fuerat, filium, qui postea Verus Antoninus dictus est. & hi duo in iure ciuili passim diui fratres nominantur. cæterum nec modus adoptioni vel alij actui legitimo adiungi quirit, per quem temporarius actus effectu redderetur. l. si tibi. ff. de adopti. MARCELVVS. Posthac nouerint interpretes natium sensum responsi ab Vlpiano editi in l. 166. nemo, inquit, alieno nomine lege agere potest. vbi mirum in modum sese ex cruciant, cum videant absentis, furiosi, pupilliuè, negotia laudabiliter geri, & agi utiliter ac pro inuito solui. l. 3. §. & si furiosi. ff. de negot. gest. l. soluendo. eod. sunt equidem actus legitimi, id est, à lege confirmati vt l. legitima. ff. de pact. sed non in quibus lege agatur, vt in adoptione aut arrogatione per alium nequaquam explenda. l. post mortem. §. fin. ff. de adopti. non magis quam aditione hæreditatis. l. per procuratorem. ff. de acq. hæred. de bonorum possessione non miror: quia licet petatur per alium, tamen intra tempus à lege præstitutum ratam haberi eam necesse est ab eo qui ratihabitione abunde petere censetur. l. bonorum. ff. rem rat. haber. CALID. Nonnulla adicerem consentanea iis, quæ tu, ô Marcelle, pari veritate ac breuitate mihi detexisti, nisi superuacua videri possent, & nisi culpa esset immiscere se rei ad se non pertinenti, vt admonet Pomponius. l. culpa. ff. de regul. iur. quod ego sic consueui interpretari, vt iuxta proverbium, in artem alienam nemo manus adhibeat, sed eam tractet quam nouerit: ne medicus suringæ, sutor medicinæ incumbat. hoc enim dicitur pertinere ad nos, quod est nostri officij. l. non licet. ff. de contrah. empr. inde lex ait ad præfectum vrbis pertinere quicquid criminis intra urbem admittitur. l. 1. §. 1. ff. de offic. præfec. vrb. vbi multa congeries Accursij & sequacium de nugis nihil ad rem ipsam pertinentibus. Verum dicendi vicem ipse Proculo libenter cedo.

OBSERVA-

OBSERVATA IN CXXII DIALOGVM.

- | | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | An in l. quod euitandi. C. de conditi. ob turp. caus. habilis esset militia qui pecuniam dedit, ne tyrocinium ederet. | 5 | Quid sit proxima causa obligationis, quid prius: & cur in pari causa turpitudinis possessor vincat. |
| 2 | Turpiter donatur iudici, licet vt in bona causa iudicet. | 6 | Fiscus aufert turpe lucrum, & crimen quoque vlciscitur, nisi turpido lege moruè tolerentur vt meretricis. |
| 3 | Quid sit tyrocinium seu rudimentum militia: & quod semel probatur non amplius probari debeat. | 7 | Solon primus statuit meretrici impune cedere flagitium: eamque non turpiter capere noua ratione. |
| 4 | Explicatur l. si ob turpem. ff. eod. vbi non vnus tantum contrahentis turpido fuit. | 8 | An repeti actio queat pignus datum gratia turpis conuentionis. |

INTERLOCVTORES.

PROCVLVVS, ALPHENVS, CALLIDEMVS.



GO verò plus mihi indico silentij quàm vlla rana in Seripho insula Cycladam non vltima. ALPHENVS. Si stultus esses, prudenter taceres: sed cum sis prudens & consultus, tacebis stultissimè in hoc nobili geniorum cœtu. PROCVLVVS. Mirifica voluptate delinior auscultans serias legum reconditarum interpretationes. CALLIDEMVS. Hæc recusatio disputationis fuit periucunda disputatio, mi Hephæstio, maximè cum pertinax ipse Proculus se quantumuis pretij daturum polliceretur, ne quicquam de ingenij sui penu promeret. tum reliqui iurisperiti increpate, quod parum decenter vellet munia sua effugere vt in l. quod euitandi. C. de conditi. ob turp. caus. vbi imp. Dizonti militi ita rescripserunt: Quod euitandi tyrocinij causa dedisse te apud competentem iudicem ei de quo quæreris indubitata probationis luce constiterit, instantia eius recipies: qui memor censuræ publicæ, post restitutione pecuniæ, etiam concussionis crimen inultum esse non patietur. hæc ita definita impugnantur à l. 2. eod. & à notissima iuris regula potiore faciente eum qui possidet in pari causa turpitudinis. cui obuiam euntes Doctores aiunt dantem nihil turpe paciscendo admisisse, cum esset, teste Accursio, inhabilis ad militandum: sed ne inquietaretur à præfecto, promississe pecuniam, ne tyrocinium ederet. quippe cum habilis grauius crimen committat detrectando militiam quàm appetendo. l. 4. §. qui post. ff. de re milit. sed, herculè, plenum diuinatione est, cominisci inhabilem fuisse eum qui pecuniam dedit, ne ederet tyrocinium: deinde inhabilis flagitium grauius patirer, si se aptum habilemque per cotruptelam videri studeret, & tyrocinij sibi gratiam fieri procuraret aduersus legem Iuliam de ambitu & publicam utilitatem, denique tamen armis non esset idoneus, & in bona causa, debuit alia via sibi consulere & causari vitium vel morbum iure aperto. l. milites. §. missionum. ff. de re milit. non minus quàm is qui in foro aciem struxit, & fouens litem iustam dat iudici pecuniam, ex quo ipsum corrumpere creditur, quamuis expressè paciscatur, vt iudex in bona causa pronunciet aded dona declinare cogunt iudicia à limite æquitatis. l. 2. ff. de conditi. ob turp. caus. fraus namque legi fit, cum bonæ causæ mentio sit, vt in mala aliquis superet. licet fatear mitius puniri corrupto iudice litigatorem quàm in alia falsi specie. l. qui duobus. ff. de fals. cum iudicia fortuitis casibus aggregentur. l. quod debetur. de pecul. ff. atque si victoria non tam virtutis quàm sortis beneficio impuretur. nec dubium est desertori militie parem esse parique pœna plecti eum qui rudimentum edere recusat, vt verbo scito Iustiniani vtar in l. 1. de desertorib. lib. 12. C. quod tyrocinium hoc rescripto vocatur siue primi militaris conatus publica ostentatio apud suæ legionis commilitones præfectosque. proinde ibidem, vt semel rem attingam, Diocletianus & Maximianus Aug. alloquuntur Dizontem iam militem, vt in scripto docet, cui per impressionem rursus tribunus iniungebat onus tyrocinij de quo l. 2. de tyronib. lib. 12. C. dedecorans non solum militem approbatum sed etiam eos qui antea approbantur. nec æquum fuit semel approbatum in examen denuò reuocari quasi recoqui. l. Pomponius. 1. ff. de negot. gest. maximè cum iterari solemnibus actus non consueuerit, qualis est legum doctoris vel artificis eximium specimen suæ professionis in lucem vulgantis. secus si doctor ignauia vel stultitia interpretari leges desineret, & ab instituto molliter desisteret: aut miles emansor ex arduo & industrio efficeretur. l. 2. de pro-

fessorib. & medic. lib. x. C. quia perseuerantia in vtroque desideratur. nec benè institui se sufficit postquam tyrocinium semel laudabiliter editum fuit. meritò in d. l. quod euitandi. mentio facta est concussione per praefectum commissae, vt innueretur turpiter ac violenter minis effecisse praefectum, vt iniuste pecuniam extorqueret à nescio turpitudinis milite. l. 2. ff. de concussione. qui quem fugeret videbar, non superiorem illo ad quem posset cōfugere, ne sub incudem iterum reuocaretur. ALPHENVS. In pari causa turpis conuentio nis potiore esse possessorem bellè declarauit Paulus noster in l. pe. ff. de conditi. ob turp. caus. si ob turpem causam promiseris Titio, inquit, quamuis si petat, exceptione doli mali vel in factum submouere eum possis, tamen si solueris, non posse te repetere. quoniam sublara proxima causa stipulationis, quae propter exceptionem inanis esset, pristina causa, id est, turpitudine superesset. porro autem si & dantis & accipientis turpis causa sit, possessorem potiore esse. & ideo repetitionem cessare, tamen si ex stipulatione solutum sit, haec ille, vbi in versic. porro autem, interpretatur assumitque speciem propositam, in qua vtriusque turpitudine versaretur. & malè vulgò putatur particulam, autem diuersum factum inducere ibidem, cum nec ius diuersum inducat à precedenti dicto. vt l. 3. ff. eod. cum vtroque cesset repetitio vel ex communi doctorum sententia vt in l. si quis. C. de institution. & substitit. nec rectè existimatur Paulum in principio locutum de pacione accipientis tantum continente turpitudinem, in qua scimus repetitionem vigere. d. l. quod euitandi. & l. ex ea. ff. eod. vnde fingunt tempore solutionis sponte factae abolitam turpitudinis labem. esto. l. 2. C. de ijs quae vi metusue caus. tamen non cogam Paulum aliud sentire quàm voluerit: vt videlicet explicaret, quare aliquis ex turpitudine propria lucrum consequatur praesertim ex stipulatione contra bonos mores euanida. l. non dubium. C. de legib. & ait vtrique stipulationis proximam causam deperire, sed pristinam remanere, id est, antiquiorem. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. vt pristinus pro eo quod prior est, capiatur: tu subrides, o Callideme, non Vlpianus in l. 3. de duob. reis. ff. & Sernius lib. vi. Aeneidos sic exposuit de Didone loquens cui Sichaeus pristinus coniunx dicitur Aeneae respectu. propter turpitudinem maleficij exequendi, cum quis spondit hominem occidere aut aliquid equè scelestum, stipulatio accessit. itaque possessor fretus detentione iure obijciat aduersario turpitudinem auctori suo semper damnosam, & potiori ratione illi frugiferam qui possidet: eo maiori praemio dignus quod erubuerit, & perfidus esse maluerit quam delinquere, vt è duobus malis minus solemus eligere. l. quoties nihil. ff. de regul. iur. nam & sanctius Agamemnon dux ille nobilis fregisset fidem Dianae, cui deuouerat id quod in suo regno pulcherrimū illo anno nasceretur vnde immolauit rerum omnium pulcherrimam Iphigeniam: qui nec laudatur à M. Tullio lib. 3. officiorum. quod si qui turpem rem promisit perficere, stetit promissis, iam non est quod alter à quo impulsus est mercedi queri possit, ausitue repetere. sed fisci procurator auellet eam flagitiosa promissori, nam fiscus semper hiat, quò absorbeat quascumque scelerum. l. Lucius. ff. de iure fisci. praeter quàm quod inultum cimen esse non sinet. l. vij. §. pe. ff. ad legem Iul. repet. siue turpitudine vtriusque fuerit siue ex parte alterutra. d. l. quod euitandi. Et haec vera sunt. vbi vehemens est turpitudine emendatione digna publicè, non vbi tolerabilis in meretrice quae vitae utilitas digna legū obseruatione non putat qualis. l. quae adulterium. C. ad leg. Iul. de adulter. quæstum namque eiusmodi ei lex indulgit vt plus mali remoueret, vel Solone illo Atheniensi legislatore ad stipulante, qui ob iuniorum aratem mulierculas emptas primus prostare statuit, vt est apud Atheneum lib. 13. cap. 9.

Huc equum est iuuenes descendere, non alienas.

Permolere uxores,

inquit Caro Censorius apud Horatium lib. 1. sermonū satyra. 2. & Vlpianus tradit in multorum honestorum virorum praedijs quæstum eius rei impunè factum. l. ancillarum. ff. de petit. haereditatis à possessore: ne honesta interpretatio in pari causa potiore hunc faciat & locupletiore ex quæstu parum honesto, sed tamen permisso. l. si possessor. ff. eod. accedit, quod non quiduis illicitum lex vlciscitur, sed quoddam dissimulat. l. etsi quis. §. idem labeo. ff. de religiof. adeo vt aliquid esse turpe indicet, & increpet, non verò puniat. quia gradus turpitudinis permulti sunt. l. si quis in. ff. de pign. acti. adhuc in d. l. si possessor. is qui petebat, ab initio non fuerat turpis negotij particeps. meritò Labeo & Marcellus no uam induxere rationem ob quam donatum meretrici reperti nequeat non equidè quod turpitudine in vtraque parte sit, sed quod meretrix nō accipiat turpiter. l. 4. ff. de conditi. ob turp. caus. hinc Staius vetus auctor in Synephebis, referēte Cicetone lib. 1. de natura deorum, facit adolescentem ita exclamantem tanquam de re prodigiosa:

Pres

Proh deum popularium omnium adolescentium:

Clamo, postulo, obsecro, oro, ploro, atque imploro fidem,

Ab amico amente argentum accipere meretrix non vult.

ergo licet turpiter faciat, quod sit meretrix, tamen cum talis sit, non turpiter accipit. d. l. 4. sic causa posterior inspicitur leniens factum, non prior. licet aliter in l. verum ff. de furt. vbi is qui, alienam ancillam meretricem abstulit, non tenetur furti, cum libidinis causa hoc fecerit, non lucrandi animo. & ideo Bartolus ait hoc ita comparatum, quia prima causa libidinis aufert effectum sequentis furti improprij, nec propter lucrum facti.

Ego puto in d. l. 4. libidinis causam prius aspici quàm acceptae postea pecuniae, eamque impunitate donatam efficere vt similiter permittatur quæstus per se quidem turpissimus, sed compensatus cum ignominia prostitutionis instar solatiij. quemadmodum in d. l. verum libido iussit furtum fieri extra legis poenam. & eadem ratio ibidem subiungitur. ita malum vnum permittitur aliud trahit expers supplicij. sed permissionem iam fieri ostendimus, vt peius aliquid in republ. videretur. Quare Bartolus & alij celebres viri putant promissum meretrici hodie exigi posse, cum donatio solo consensu obliget in re non illicita, at licite donatur scorto nisi à milite. l. 2. C. de donat. inter vir & in adolescente praedito. l. si verò non. §. si adolescens. ff. mand. Ego dissentio, cum in d. l. 4. fiat mentio meretricis accipientis donatum, non autem hiantis & expectantis. accedet nobis, quod cum sit meretrix, vt ostendimus, facile fallit & spoliat, ergo ei quoque impunè fucus fiet. l. cum proponas. 2. C. de pact. & succurrit l. si. de actionib. ff. eo magis quod ibi mulier viro promiserat, ergo cum hoc rarius contingat, magis debuit obligare eam. l. sed si ego ad Vellei. sed tamen si turpe suspicetur iudex, mulierem à promissione, qua vir illectus fuerat, absoluet. vt virum è diuerso, qui mulieri sponderit, quae cum sit meretrix amantum periuria à Ioue rideri scire debuit, iuxta Platonem in Symposio.

Quæri consuevit, an contractu inito vtrinque turpi, & pignore dato, competat rei vendicatio promissori nempe pignoris domino: quod placet Bartolo secuto Accursium in l. 2. ff. de conditi. ob turp. & l. 1. ff. eod. vbi Bartolus & alij asserunt pignoralitiam actionem æquè concedi, cum soluta sit obligatio principalis vel potius nunquam inchoata. l. item quib. mod. pign. vel hypoth. soluit. naturaliter enim cum principalis causa non subsistit, nec ea quæ accessit. l. cum principalis. ff. de regul. iur. Verum Galli auctores feruntur aliter existimasse auctoritate magis quàm ratione instructi: quàm multiplicem afferre poterant: maximè cum in regula iuris non semper pereat principale cum accessorio suo illecto ad cladem, sed plerunque, inquit ibi Vlpianus, vt in pignore. l. 2. C. de luit. pignor. potissimum cum accessorio adiicitur ad fulciendam ruinam principalis negotij, sicut in pignore certimus & in fideiussore suffecto in locum rei bonis suis cedentis. §. si. de replicati. sic minimè obest l. non dubium. C. de legib. vbi turpis pactio nec stipulatione nec iure iurando firmatur. quia nec pignus firmat contractum principalem, sed retentio pignoris gignit aliquam exceptionem. l. per retentionem. C. de vsur. ita repellit agentem dominum. l. officium. ff. de rei vendic. nam & retentio in principali contractu contra bonos mores profuisset. d. l. 2. C. de conditi. ob turp. caus. maximè cum pignore dato debitor geminam turpitudinem suam alleger, contractus scilicet principalis, & pignoris, quod parum verecundè reposcit. nisi ignorantiam iuris causari posset super principali negotio, vt accessorio potiretur. l. si. de conditi. sine caus. vbi dos reperitur data ob matrimonium incestu inquinatum, sed excusabile. l. si adulterium. §. incestum. ff. ad legem Iul. de adulter. quia non facile mulier scire intelligitur gradus cognationum. vel fortè facti ignorantia benigniore laborans nesciuit auunculum esse cum in cuius manum conueniebat tradita dote.

OBSERVATA IN CXXIII. DIALOGVM.

- | | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | Elogium quid significet, & cur pro testamento caperit vltari. | mentum firmari; & quando mors esse dicatur. | |
| 2 | An ratione probetur ius faciendi testamenti, quo quis disponit de rebus, quarum perdit ipsa morte dominium. | 4 | Pupillaris substitutio moriente testatore patriam potestatem optat, post mortem odit. |
| 3 | Non post mortem sed mortis tempore testamentum firmari; | 5 | An voluntas hominis morte expiret. |

6 *Morte ipsa non penitus amitti rerum domi-
nium.*

7 *Quare testando permixtum sit libera & re-
uocabili voluntate patrimonium erogare.*

INTERLOCUTORES.

CAIVS, MÆTIANVS.



ELEMENTVM hoc quadrati lapidis sculptura adhuc nobile ad sepulcrum aliquod non dubie pertinuit. id ego vobis loquentibus competi inter hos dumos cum huius inscriptionis vestigio: **ELOGIVM Q. TYBERON. STOICI, IVRISCONS.** ipsum vero elogium cui edacitas inuidit, & subtulit. sic enim vocamus epitaphium, eod quod testificationem virtutis defunctorum posteris relinquat. Suetonius Claudio Cæsare cap. 7. refert Augustum elogiū versibus à se compositis Drusi tumulo insculpsisse. Virgilius in Cu-

llice:

Hu tumulus super inseritur, cum fronte locatur

Elogium

M. Tullius lib. 2. de Finibus tradit Atrilij Calatini monumento ad portam vrbis additum elogium, quo primarius populi vir diceretur. & quia factum mortemque aperte sapit incisum monumentis elogium, ut & testamentum morte sola robur capiens, atque ea viuens. l. 4. ff. de adimend. leg. ideo propensius hoc sequor asseroque, quia inscripta monumentis, quamuis incidantur in æs, vel in marmore, non transferunt aliquid iuris vel dominij, si forte sibi cognatisque suis defunctum extruxisse sepulturam memorent, nisi eam voluntatem morte tandem sua obsignauerit. l. vj. C. de religiof. & l. vel quæ. §. liberti. ff. eod. hinc factum est, ut elogium pro testamento usurpetur. l. si posthumus. §. si. ff. de liber. & posth. l. quidam. C. de iure deliber. vel quia testatores solerent palam nuncupare causas ob quas illi vel illis aliquid relinquerent vel detraherent. nam & elogiū pro sinistra quoque testificatione & probri plena capitur. d. §. si. l. si posthumus. & l. j. §. idem ait. ff. de Carbon. edi. nam & propter bene merita institui aliquis solet vel legatum accipere. l. nec adiecit. ff. pro soci. & hoc luce ipsa euidentius ostenditur. l. cum quis. §. Sciam. ff. de legat. 3. nam & filij obsequio sibi sternerent spem viamque succedendi. l. nec ei. §. si. de adoption. ff. nec moueor quod disunctiue legimus testamentum vel elogium. l. si quis in suo. C. de inoffic. testam. nam id perinde est, ac si imperator doceret parui referre vtrum græcè an latinè id pronuncietur. ut philyra vel tyliarbor. l. librorum. ff. de legat. 3. ager vectigalis vel emphyteuticus. l. sciendum. §. j. ff. qui satisd. cogant. proinde cum elogium significet attestacionem causæ præsertim scriptæ quamlibet boni maliue titulo insignitam. l. dubium. ff. de custod. reor. l. 3. ff. de re milit. maxime in testamento quod & ipsum elogium vocatur, ut ostendimus. attamen ad ipsum testamentum restringitur. sicut monumentum ad solam tumuli significacionem cum generaliter memoriæ causa apud posteros protelandæ positum notet. l. monumentum. ff. de religiof. & sumpt. nec dubium est quin testamentum à testatione mentis deductum. §. i. de testam. ad eam duntaxat angustatum fuerit, quæ postremam morituri hominis hæredem facientis voluntatem contineat. MÆTIANVS. Audiui non semel testamentum sugillari à plerisque, ideo quod vires ei non nascantur nisi opificis sui morte. & sic eueniat ut de alienis rebus testator liberimè quiduis statuat contra munus iustitiæ. nam & si dominus sit dum testatur, tamen morte, quæ omnia soluit, desinit dominari: ex quo veteres hæredem domini significatur capiebant. §. si. de hæred. qual. & differ. quare patet dilatam vim testamenti in id temporis à quo incipere non posset, meritoque corruiere debuisse. l. quia. ff. ad leg. Aquil. l. 4. C. de donat. ant. nupt. Proinde Apostolus ad Hebræos cap. 9. ostendit promissionem æternæ hereditatis ratam factam morte Christi: quando quidem nondum valet testamentum quandiu viuit testator, sed in Christo tolerabile hoc fuerat, ut nuper mihi in elysio Sinesius dixit: ille enim morte sua viuax mansit, & Phænicis alitis instar inter odores & aromata semetipsum sepultus suscitauit in reliquis testatoribus nefas sit idem dicere. CAIVS. Verendum est, ne in eo erratum sit iam pridem, Mætiæne, quod vulgò putatur testamentariam vim omnino post mortem incipere, cum porius ipsa morte exoriatur, nec considerarunt veteres iuris interpretes inter vitæ tempus, & post mortem intercedere medium quoddam tertium ipsius mortis. l. si quis. C. de institutionib. & substitut. eod quod is qui iam mortuus est, mori non potest rursus, sed qui spirat adhuc, animam agere dicitur, ut D. Augustinus animaduertit lib. de Ciuitate Dei 13. cap. 9. & ideo, inquit, morientes eos dicere solemus qui nondum mortui

mortui sunt. l. i. §. sed scimus. C. de latin. libert. itaque moriens loquitur. l. si quis graui. §. i. ff. ad Syllanian.

Atque aliquis moriens hoc breue mandat opus.

Mitte me in Tyberim,

apud Ouidium lib. v. Fastorum. l. qui duos. §. i. ff. de manumiss. testa. vbi conditio, cum moriar, vitæ tempus complectitur valde proprie, vixque fauore libertatis post mortem respicit. quare Epicurus non ineptè dixit apud Laërtium mortem ad nos nihil attrinere: quia cum nos sumus mors non adest; cum vero mors adest, iam non sumus. & apud eundem Diogenes non ausus est malam mortem dicere, utpote quæ præsens non sentiretur. l. i. §. sed scimus. C. de latin. libert. vbi tempus vitæ, mortis, & post facta, secernitur. quod elegantius explanat Taurus philosophus Gellio. autore lib. vj. cap. 13. noctium Atticarum, vbi iuxta Platonem mortis tempus velut in confinio positum vocauit *τὸ ἐξ ὀφθαλμοῦ φθίσιν*, id est, repentinam naturam. & eo momento dominus esse desisse testator videri non potest: atque tunc ratum sit testamentum, cum impunè de rebus suis disponit, priusquam spiritum posuerit. quamuis intelligi possit eodem breui interuallo desinere à rerum suarum dominio lege interprete, quæ eodem puncto temporis varia operatur: ut cum legatur Titio aliquid dum ipse morietur, & ad suum hæredem id transfert. l. hæres. ff. de conditi. & demonst. sic obligatio & liberatio vnà nascuntur. l. in numerationib. §. si. ff. de soluti. MÆTIANVS. Vltro subscribo, applaudo sententiæ: & iam suspicor inde factum ut pupillaris substitutio, quæ tam anxie patriam potestatem desiderat. l. 2. ff. de vulg. & pupill. tamen affectet, ut filius impubes sui iuris inueniatur à morte patris illico, ne recidat in aui potestatem sicut ibidem Vlpianus admonet. cæterum mortis tempore filius in patris potestate deprehenditur. l. cohæredi. §. cum filio. ff. eod. ut liqueat tempus mortis non idem esse cum eo quod post mortem dicimus. CAIVS. Audito me nunc, si tibi molestum non est. MÆTIANVS. Quasi verò mihi quicquam molestum esse possit, quod sit tibi plausibile. CAIVS. Postquam igitur voluntari tuæ cedit, ut eloquar, dic quæso, cur adeo extollatur morientium voluntas, cum morte finiri videatur ut furor. l. certe. de precar. ff. l. centesimis. §. si. de verb. oblig. MÆTIANVS. Et quidem cum in alicuius est arbitrio velit ne, an nolit, viuis de ea re decernere debet, aliàs noluisse censetur. vel cum ad tempus aliquid conceditur reuocabile, ut precarium: quia finito tempore, & simul morte secuta finitur. l. in rebus. §. si. & d. l. certè. de precar. non autem morte sola: quia precarium ad hæredem concedentis transit. l. cum precario. eod. & sic voluntas non moritur vnà cum domino. nec cum habet necessitatem ex aliena dispositione: ut dum rogatur hæres, cum vult hæreditatem restituere. quia moriens velle colligitur ex voto testantis non ex suo. l. vxorem. §. Scauola. de legat. 3. sic exponam, cum vult, id est, cum velle debet. l. neminem. de legat. 2. denique morte non finitur dispositio rerum, quæ à morte tantum virefcunt, ut tumulus fieri iussus, & testamento contenta. l. si verò. §. si. ff. mandat. Quod si amplius scrutemur animorum immortalitatem, non diffitebimur tandem ne morte quidem ipsa mortales dominium rerum suarum prorsus amittere. ut probat M. Tullius lib. i. Tusculan. quæstionum: eod quod omnibus curæ sint ea quæ post mortem futura sunt. quid testamentorum diligentia? quid ipsa sepulcrorum monumenta? quid, inquit, elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare? Elogia autem vocat, ut passim epitaphia, sicut paulo antè commemorabam. quid, quod lex civilis iubet testatorem fenerari de suis bonis, id est, quæ post mortem reliquit, licet eas legauerit alij. l. at si quis. §. sed etsi rer. ff. de religiof. quia naturaliter ad defunctum pertinet locus in quem infertur. l. 4. ff. eod. & seruus directè libertatis legatarius vocatur orcinus ad testatorem iam tum spectans tanquam patronum. §. penult. de singul. rebus per fideicommiss. cur, quæso, in hæreditate aliud dicemus? nam ut dicebat Anchises ille Virgilianus, facilis iactura sepulcri est: & natura derelictos sponte sua sepeliet. hæres verò & hæreditas testatorem ipsum referunt. l. hæreditas. i. ff. de acquir. rer. domin. §. i. de iureiurand. à mori. præstit. col. 5. nec tanti est libertum defuncto acquiri, quanti successorem perpetuum, à quo mortuus emori non sinatur. CAIVS. Tu de mortuis victuram æternam fers sententiam: quæ etiam si morte rerum suarum domini esse desinerent, tamen pleno iuris & æquitatis fauore digni essent, quorum suprema iudicia exitum omnino fortirentur, licet ad tempus illicitum collata credi queant, ut in compluribus aliis locis. l. in ambiguis. §. i. ff. de regul. iur. vel ad hoc ut morientes solatium aliquod capiant benè merendo de amicis, vel cognatis præcipuis. d. l. nec adiecit. ff. pro soci. sic æquitate dictante factum existimo, ut filius arrogatus quartam in bonis arrogatoris capiat, tunc duntaxat cum potestatem morte euaserit, in memoriam videlicet

nexus præteriti. leg. prim. §. si impuberi. ff. de collati. bonorum. Cæterum prouocantur homines vt officiosè senes & destitutos prosequantur, maxime cognatos à quibus necessario hæredes institui non debent. l. prima. ff. de inoffic. testament. accedit, quod ita sedantur propinquorum discordiæ, cum testatori electio tribuitur quem libuit instituendi, vt docet Cyrus Optimus rex apud Xenophontem libro vi. Cambysii filio regnum Persicum relinquens, Tanoaxari autem minori natu aliquot ditiores, & vtrique felicitatem diurnam, quamobrem explorum fuit superstitiosum illud genus testamenti de quo in §. i. de testament. vbi hæres velut emptor familiæ penè viuo testatore capiebat successione, sed tamen reuocabili ad nutum voluntate: tamen si posset videri traditione translatum dominium vt leg. 2. §. aliam. ff. de donati. causa mortis. quoniam quicumque mortis cogitatione quippiam largitur, inuitus eò profilit: cum in cælum solos ingenij & virtutum thesauros permittatur inferri.

OBSERVATA IN CXXIII. DIALOGVM.

- | | |
|---|---|
| 1 Explicatur vis donationis inter coniuges, & inter patrem ac filium in leg. donationes. l. C. de donationibus inter vir. & vxor. | fide, seu pro possessore, dicatur tenere. |
| 2 Vtrum dominium eiusmodi donationibus retrotrahatur, an sola fructuum committatur. | 7 Fructus donati uxori à viro eius nō sunt immediatè. |
| 3 Qua utilitas emergat ex retroacto dominio. | 8 Falcidia detrahatur ex tali donatione, vel ex ea qua causa mortis fit. |
| 4 Quid distinguendum in donatione causa mortis, & in ratihabitione. | 9 An possit vsucapi res donata uxori à marito. |
| 5 Fructus naturalis rerum non pertinet ad quævis bonæ fidei possessorem, vt nec ad coniugem. | 10 Donatio patris in filium inofficiso vix retroagitur. |
| 6 Quando res à viro donatam vxor mala | 11 Qualiter confirmetur mortis paterna momento in l. si donatione. C. de collationibus. |
| | 12 In retroagendi fictione duo extrema à Bartolo frustra considerari. |

INTERLOCVTORES.

APHRICANVS, CALLIDEMVS, SCÆVOLA.



1 Scitari de donatione inter virum & vxorem, aut inter patrem & filium, simili testamentariæ dispositionis quoad confirmationem sola morte viuacem. l. donationes. l. C. de donati. inter vir. sed postquam modica declinatione corporis effugi præcipitis testudinis ictum, non tam dicendi quàm discendi studio flagrans referam memoriter, si potero, quid illo Iustinianus senserit: nempe donationes inter patrem & filium in potestate, item inter coniuges valere, & confirmari silentio pertinaci donantis, si modo fuerint intra legitimam aureorum quingentorum quantitatem: vel vltra eam, si tamen coram iudice competenti insinuatæ fuerint. l. secundum. l. penult. C. de donati. atqui in actis minimè insinuatæ ne morte quidem eius qui donauit roborantur, nec iugi taciturnitate præcedente. Nunc videndum, quid sentie ndum si moriens donator liberalitatem suam expressim confirmauerit: quoquidem casu distinguit Cæsar: nam aut supra quingentos aureos largitus fuit, & vtrique tunc donatio vires habet: sed ab eo tantum

tantum tempore, quo etiam confirmatio intercessit. Sin autem non excefferit summam legitimam, vel cum excefferit, insinuauit, tunc retroagitur confirmatio ad tempus natæ donationis: idque instar ratihabitionis negotium aliquod subsequens: nec curatur discrimen facti vel iuris, quoad errorem nimirum accipientis munificentiam vel exercentis: Itaque sæpè audiui controuerti de potestate confirmationis an respiciat initium donationis quoad dominium nondum quoad fructus, vt illic retulit Accursius. Planè Bartoli cæterua non sinit dominium retrorahi, sed fructus tantum donatario affici. l. si is seruus. ff. de donati. inter. vir. l. cum pater. §. pater filia. ff. de legat. 2. quod apud me non caret prodigio: vt qui video fructus difficiliter transire in aliquem quam dominium, vt in legatarium qui est dominus à morte testatoris & quidem cum effectu actionis in rem. l. à Titio. ff. de furt. l. r. C. communia de legatis maxime in proposito vbi de fictione legis quærimus, sed fructus nisi ab adita hæreditate per hæredem, qui moram non fecit, consequi nequit. l. si tibi. §. cum seruus. ff. de leg. 1. potissimum spectata filij persona, in cuius bonis quamuis aduentitijs pater habet vsufructum. l. cum oportet. C. de bonis quæ liber ille verò dominu tantisper manet, non pater. ergo liquet non frustra dixisse Iustinianum donationem eiusmodi reuerti ad tempus quo conscripta, inquit, fuerit, proinde cum effectu translationis dominij. l. in ædibus. §. si. ff. de donati.

Et hoc plurimum adfert utilitatis, nec sine causa inuestigatur: quia si vxor à marito donatum accepit & alij tradidit, retrorsum acto dominio morte mariti, donatæ rei traditio per mulierem in tertium facta viget. l. sed interim. §. pe. ff. de donat. inter vir. nec mulier auocabit ab eo qui tradidit vel tradere debuit. l. à Titio. ff. de rei vendicat. l. cum vir. ff. de vsucapi. licet, inquam, is qui à muliere accepit, sciat rem tunc ad maritum pertinere, si vir reuocauerit. & ita malè cæpta benè desinunt. l. si. §. 1. ad leg. Rhod. l. si alius. §. est & alia. ff. quod, vbi aut clam. Quod verò ita eueniat in donatione simplici viro à muliere facta vel è contrario, pater, quia in donatione mera causa mortis non solet retroagi dominium in donatarium, id est, in ea quæ sic fit, vt accipiens non nisi morte donantis rem habeat. d. l. sed interim. ergo in donatione inter viuos, in qua pro viribus nisus est donator transferre quicquid potuit, aliud sentiendum: sicut & in illa altera mortis causa donatione, qua id actum est, vt illico donatarius dominio potiretur. l. 2. ff. de donatione caus. mort. d. l. sed interim. §. 1. & penult. vbi eleganter Accursius. Accedit, quod nihil magis gaudet retroagi quàm dominium. l. sub conditione. ff. de solut. maxime cum iam olim id factum fuit inter contrahentes vt statim transiret.

Denique in d. l. donationes. in si. Iustinianus comparat in omnibus effectum ratihabitionis huic confirmationi donationis: ratihabitione verò ad primordium negotij omnino reducitur effectus. l. si. C. ad Macedonian præsertim contemplatione dominij. l. cum mandati. l. C. mand. si ego. ff. de negot. gest. APHRICANVS. Macte virtute ingenti Callideme, perge, sequere, quod te vocat victoria: fieri, rursus fieri surgentes ac penè confitentes dominium trahi retro, coniuge donante ab hac luce subtrahito, non modo commodum fructuum rei donatæ quos alioquin consequeretur, atque ita nisi fateamur dominij respectu etiam retro iri, iam ista egregia fictio Iustiniani superuacanea redderetur, cum emolumentum fructuum non deserat virum ab vxore vel vxorem à viro capientem. l. de fructibus. ff. de donat. inter vir. quia fructus omnes ad bonæ fidei possessorem pertinent. l. bonæ fidei. ff. de acquir. rerum domin. SCÆVOLA. Parum adiumenti Callidemo attulisti, Aphricane, bona ruu venia dixerim. nam hæc quæ retro aspicit productio fructuum utilis & frugifera erit coniugi cui donatum est, saltem quoad fructus non satione annua vel alia industria partos sed naturæ sponte, vt poma, & ligna syluæ cæduæ, quæ nequaquam pertinent ad bonæ fidei possessorem in hac specie. l. fructus. ff. de vsur. quia titulus vitium habet, prohibente lege inter coniuges donationem. l. prima & secunda. ff. de donati. inter vir. sic in d. l. fructus. rectè innuitur fructus quoscunque pertinere ad bonæ fidei possessorem, sed non ad quemlibet, id est, non ad eum qui titulo inuidioso fretus fuit ex vulgato significato verborum, non cuiuslibet. l. marito. ff. de adulter. & si non cuiusvis hominis fuit adire Corinthum in veteri proverbio, ergo alicuius ditissimi: quocirca id quod seruus donatus marito ab vxore acquisiuit, cum mariti industriæ imputari nequeat, pertinebit ad donantem. d. l. de fructu.

bus. in fin. & l. si vxor filio. eodem. ubi amplius probatur, non videri bonafidei possessorem coniugem, si fructus alios quam industriales intueamur, qui à coniuge hominem vel rem aliquam accipit. quia scit alienam, inquit Vlpianus, id est, scire debet lege vetante tales liberalitates in matrimonio si dicimus neminem velle, pro eo quod est, velle debere. l. 4. de legat. 2. ff. sanè vsuras donata pecunià ad solertiam & vtilitarem consequenter accipientis referimus. l. ex annuo. ff. de donati. inter vir. ideo in his non obest error iuris. d. l. donationes. in fi. C. eodem quod obtrinet in fructibus retinendis, at in acquisitione dominij lethalis est. d. l. bonæ. de acq. rer. domin. l. nunquam de vsucapi. **CALLIDEMVS.** Quare fit igitur, vt vxor pro possidere à viro donatam rem intelligatur. l. quod vxor. ff. de acq. poss. atque ita titulo reprobato & fructus omnes auellente instar procellæ vel grandinis violentissimæ. l. pro hærede. §. si. ff. de peti. hæredit. s. c. **ÆVOLÆ.** Fateor vtrò in mala fide vxorem versari, & fructibus vt bona fide carere cum primùm maritus aperuit velle se auocare ab ea id quod donauerat. antea verò non. sic quocumque intelligo. l. si cum ff. de donati. inter vir. Ita propemodum qui possidet precario, donec paritur dominus, iuste possidet: postea improbe. l. quæcunque. §. 1. ff. de publici. l. 1. ff. vti possid. sed amplius in l. sequens. ff. de legat. 2. & l. 1. §. si. pro donat. vbi vxor possidet rem sibi donatam à viro, eo scilicet patiente non si pœnituerit beneficij. Quod dictum, est fructus industriales ad vxorem ex re donata pertinere & vtròque, si ritè confirmata & retroacta donatio fuerit. non porrigetur ad fructus ipsosmet donatos, si ex illis locupletior facta fuerit marito reuocare volente largitionem, vt iam attingi. vtpote cum ex eius constantia vel leuitate mulier bona fide vel pessima possedisse censetur. l. si fructus. C. eodem: nam medio aliquo quædam firmantur quæ, vt aiunt, immediatè disperirent. l. si is qui. ff. de vulgar. subtit. §. item per. quibus modis tollit. oblig. ita fructus rei donatæ, non fructus donati, spectant ad virum vel ad vxorem. sic philosophi fatentur elementa commutari, vt ex terra densa aer fiat tenuis: ex aqua ignis: sed ita vt prius terra in aquam liquetur, aqua in aerem, quo medio in ignem contrarium illa transire potest.

8 Non dubito quin superioribus, quæ de retroagenda iure dominij donatione adduxisti, quidam refragentur, à Callideme, propter rescriptum imperatorium permittens Falcidiam quartam perinde ex eis detrahi atque ex fideicommissis rerum singularium. l. in donationibus. C. ad legem Falcidiam. quod quidem fateri poteris, si modo donatio inter virum & vxorem habilis sit ad dominium retrò duendum, quia intra quingentos aureos facta aut, alioquin insinuata ex d. l. donationes. C. de donati. inter vir. nam & ex donatione causa mortis Falcidia deducitur. l. vbi. ff. de donati. caus. mort. ramentum si statim transferat rei dominium vt in l. 2. ff. eodem fructus quoque ad donatarium spectabunt. l. si is seruus. ff. de donati. inter vir. sobriè igitur versari oportet in tractu hoc, & animaduertere donationem vxori à viro factam nisi reuocetur extra viri bona ceteri iure antiquo generaliter. l. sequens. ff. de leg. 2. sed iure Iustiniano aliquid distinctionis adhibetur, vt vidimus.

Et fortè eò pertinet d. l. in donationibus. cum tantum permittit detrahi Falcidiam à coniugum donationibus, quando funguntur fideicommissi partibus, ita vt retrò non trahantur, sed à morte defuncti vires habere incipiant: & sic particula, quando, non pro, quia, sumitur, sed propriè. l. dicere. §. si. de recept. arbitr. vt particula, cum, in l. sed si mors. §. 1. ff. de donati. inter vir: vbi notat Accursius distinctione: opus esse ex vi eius particulæ, sed & idem notat dum pro quia accipitur in l. quæ dotis. ff. solut. marr. ita vtròque in tuto res est nec aliud innuitur in l. cum hic. ff. de donat. inter vir, quàm detrahi Falcidiam tantum ab ijs quæ testamento confirmantur nec antea. Sed quæso, inquires, cur vsucapio auidæ dominij transferendi non habet locum in re donata vxori. l. 1. §. si inter. ff. pro don.

9 Respondeo: quia dominium iam pridem retroactum est, vt cum vir moritur, & nemo vsucapit rem cuius verè dominus deprehenditur esse iure ipso gentium. l. in bello. §. si quis seruum. ff. de captiu. & postlimin. tunc demum vsucapio vigeret, si rem alienam vir vxori donasset, nec ideo fieret pauperior. l. si vir. pro donat. ff. nec alia confirmatione morientis donatoris egeremus. Sic accidit in donatione patris erga filium. d. l. 1. §. pe. eodem. non enim operatur quoad vsucapionem, nec vlla fuit. vt Paulus respondit ibidem, id est, quin sit reuocabilis nuntio donantis quandiu vixerit vt l. 3. §. sciendum. ff. de donati. inter vir. ceteri morte retroagetur, saltem confirmabitur. d. l. donationes. C. eod. l. 2. §. filium. ff. pro hæred. nec est nouum, vt nulla conuentio dicatur vel aliud negotium, alio tamen modo

valiturus. l. interdicti. l. 2. ff. de precar. l. institutio §. si. ff. de conditi. instit. **APHRICANVS.** Nescio quibus trocleis ac funibus, valde profecto anhelans, tu pertrahas terro talem donationem inter patrem & filium, cum tamen illa ipsa in iudicium familiæ herciscundæ veniat l. 2. C. de inoffic. donat. igitur in patris bonis perstitit, postquam reuocatur in communionem l. certum. C. famil. hercisc. Nisi existimes in d. l. 2. donationem immensam & paternam fortunam exhaurientem aperte indignis insinuatione, cuius defectu nequit cancri fluuiatilis more retrogradi odio præterea inofficiosa liberalitatis in vnum est liberis aliorum legitimam portionem extenuantis, quibus iure naturæ debetur quodammodo viuo patre. §. 1. de trient. & semis. col. 3. l. in suis. ff. de liber. & posth. sic ratione quartæ tam fauorabilis in dominos iudicio familiæ herciscundæ experimur. l. 2. §. si quarta. ff. famil. hercisc. & multum interest aduersus quem competitorum quis dimicet. l. illud in fi. C. de collati. l. 3. §. spurios. de decuri. ff. Sunt adhuc, qui verent retro serpere donatum filiofamilias à patre, iure dominij propter l. si donatione. C. de collat. vbi rem donatam à patre nec à morte eius quæsitam filia frustra præcipuam habere considerat. Sunt alij qui diuinant ibi donationem intelligi de concessione in peculium, ideoque conferri. sed licet hoc fatear, nihil impediret filia exonerè sacris paternis confirmari concessione peculij non adempti morte potius, quàm emancipatione ab hac regressus contingat non à morte inexorabili, idque liquet in l. donationes. §. pater. ff. de donati. Ergo in d. l. si donatione. confirmatur morte donatio facta filia, id est, eo momento quo pater spiritum ponit quod à vitæ differt tempore, & ab eo quod est post mortem quia mori nequit iam mortuus. l. si quis. C. de institutionib. vt Caius paulo ante eleganter docuit, nec demonstratio erudita eius memoria mihi excidit. quid aliud, obsecro, dicitur in d. l. donationes. C. de donati. inter vir. quam morte huiusmodi donationem confirmari, & retrò aspiciere, sed cum aliquo defectu non ita tamen vt collatio eius impediatur, si filia velit simul cum fratribus succedere, nec se contentam donatis rebus fateatur. l. filiam. 2. C. de collati. maxime cum donatio simplex ab eo qui vult æquè succedere omni iure conferatur à suo filio, ab emancipato vero non, nisi in duobus casibus. l. illud. §. fin. eod. vbi de emancipato quæri expeditum est, non doctoribus sed iuriconsultis auth. ex testamento eo. qui sciunt dorem quoque profectitiam conferri. d. l. filiam. tamen est extra patris facultates l. xiiij. ff. ad leg. Falcid. nec est expertis lucris filius qui opimam donationem præcipuam seruare sibi potest repudiata saltem reliqua successione. verum ego longius ab eo ab instituto delibata collationis dulcedine, alibi fusius ab alio quouis tractandæ. Ex his nulli non manifestum est, quam superuacua subtilitate æstuauerit Bartolus negans dominium retrò ire in donationibus coniugum vel patris in filium, quia in omni fictione duo extrema habilia ipse desiderat, à quo, & ad quod, & deficere prius extremum ait, quando enim inchoata verè fuit donatio, dominium in vxorem à marito, in filium à patre, non potuisse transire. quasi verò lex nequeat fingere id quod natura retrò fuit impossibile: maxime circa dominium quod, si liber legi excellat, in manu duorum ponit. vt cum filius semel se immiscuit hereditati paternæ tanquam viuo patre fuerit dominus. l. in suis. ff. de liber. & posth. & qui in vtero est, à primo conceptus die pro nato habetur, si tandem solem aspiciat, quamuis non fuerit animal ante diem quadragesimum in matris, vt Plinius tradit lib. vij. cap. vj. glossa. l. cum quidam. §. suum. de acq. hered. nec dubium est fictione, quiduis à natura negatam fieri possibile, si æquitas dicitur, non aliter, vt constat ex l. 1. §. 1. ff. de legat. 3. vbi grauitas & rei pondus præpedit, leuitas succurrit, retrò actis fingit, itaque lex æqua quippiam mirificum, aliquid duobus in locis esse cum apud hostes, tum domi iure postliminij, nihil dicam amplius eorum, quæ à me in quodam superiore colloquio aduersus Bartoli sequaces à me disputata fuerunt, eo magis quod vos à cachino vix abstinentes contemplor, dum argutas eorum nugas inuitus recenseo.

OBSERVATA IN CXXV. DIALOGVM.

- | | | | | |
|---|--|-----------|---|--|
| 1 | Donatio quare non obliget donantem, quod illa saepe fit donanti vtilius. | numero 6. | 5 | Donare an sit perdere. |
| 2 | Non semper desinit pura esse donatio, quæ sit aliqua vicissimæ pensatione expectata. | | 6 | Ingratus est qui donantem pauperem non alit. |
| 3 | Donatio incunda quoque ipsi donanti est. | | 7 | Donans plus quàm possit, non conuenitur, nec ad litem actione redhibitionis, vel euictionis. |
| 4 | Adantidora obligatio cuius sit effectus, &c. | | 9 | Donatio à traditione capit originem Græcæ vocè olim, & re fieri solita, vt mutuum, |
| 8 | Vtrum pactum promissa euictionis iuxta donationem obliget. | | | |

- 10 *pignusque.* Pactum nudum non est donatio, licet liberalitatis plenam. Item antiquitus donatio penitentiam, & quando non admittit.
- 11 Stipulatio non perficiebat sola inter coniuges donationem.
- 12 Quae actio ex donato supervit: & an donatio nominata sit conventio.

- 13 Quid de donatione ob causam prateritã vel futuram, de commodato, & precario.
- 14 An per epistolam inter absentem fieri quae possit.
- 15 Inuito donatore eadem liberalitas interdum à iure praesumitur.

INTERLOCUTORES.

ALPHENVVS, IABOLENVVS.



Nihil miror, cum donationum tractatio plena sit latitaz. nec frustra Seneca dixit beneficio gaudium capienti simul tribui. §. si. in quib. caus. feud. amitt. in Feud. nec maluz succus adeo prodesse solet melancholicis si nuda sit donatio & meta nullam remunerationem expectans. l. i. ff. de donati. Vnde veteres tres Gratas veneris comites hilares & nudas pinxerunt. IABOLENVVS. Scimus autem nihil esse loquacius ipso gaudio, ideoque plusculum de donatione differamus, interim dum Callidemus à vespa ictus succo maluz linit vulnusculum: quaz hic plurima spote sua provenit, atque arborescit, vt in Mauritania, illic vbi olim fuisse memoratur horti Hesperidum nec vero soli accipienti iucunda est donatio sed etiam danti, cum beatus sit, dare quam accipere, vt Christus Max. dixisse fertur Actor. cap. xx. nam sine consensu non obligat conventio. l. i. §. pen. de pact. atqui accipiens & gratias agens non est eius animi vt creditorem faciat ex liberali ac munifico. l. 3. de actionib. ff. vbi hoc elegantissimè traditur. nec qui donat, creditoris animo largitur sed beneficio affici hominem ab homine laude dignum purat. l. seruis ea. ff. de seruis export. vnde si donet vt vicissim aliquid accipiat, permutare potius censetur. l. i. ff. de donat. nec mirum, cum secuta remuneratione donatio instar permutationis habeat. l. sed & si lege. §. consuluit. de petit. heredit. Et cum saepe utilis credatur donanti officiosè collata. l. si. de curatorib. ita vt verbum donandi habeat solam dandi significationem: si modo, inquam, is qui donat propter reciprocum officium & utilitatem quam expectat, contraxerit. non si aliquod pactu adiciat donationi quod verisimiliter compensare nequeat nec vtile sibi appareat magis quã donatario. vt quia ingentia rura pascendis centum hominibus sustentura aliquis donavit, & sibi alimenta tantu ex his prestari pepigit imposterum. l. i. C. de donati. quaz sub mod. aut si quis donat. reipublicaz ob causam suscipienti honorificam. l. hoc iure. ff. eod. idem euenit in illustri & nominata venditione: cum illi pactio adheret obiter, nam si in totum pactiois gratia res veneat conditioni ob causam locum facit. l. fin. l. cum te. C. de pact. inter empt. non si prior ac potior sit liberalitas: tamen si accedat tenuis pensatio, vt dum fundus qui pretio non vili distrahi poterat, vt emphyteuticus fieret, certa pensione, donatur vt eadem. §. adeo. de locati. nam propter pensam vnculam donatus non fuit. eò pertinet quod dicitur tanquam ab ingrato reuocari donatum ab eo qui pactis adiectis non paruit. l. fin. C. de reuoc. donati. vt fortè si pactus quis est cum amico parum frugi, ne fundum donatum alienaret, quo casu, si non vult ingratitudinis reum facere illum perfidum quem dilexit, potest vindicare fundum, ac si etiamnum dominus esset vel condicere vt translato dominio. l. ea lege. C. de condic. ob caus. l. i. cum res. l. legem. C. de donati. idem pater. l. i. C. de donati. quaz sub modo, atque ita rem suam condicere aduersus. l. fin. ff. v. usufruct. quemad. caueat. ceterum nemo vtrique potest rem suam actione personali repetere, quando iure domini contendit. secus si conuiueat & dominium sibi, quod verè habet, non ascribat. qualis est is qui commodauit vel deposuit & actione commodati vel depositi ex contractu expetit. nisi malit vindicare fretus dominio minime amisso. l. officium. ff. de rei vendic. nec dubium est non seruato pacto adhibito iuxta donatione sedulo dominium ex eo redire ad pristinum locum, vt in pacto legis commissoriae. l. commissoriae. C. de pact. inter empt. nec ob pactum mera donatio, vt iam dixi esse desinit ac pura, quaz tamen aliquo euentu resolveretur. l. i. in fin. ff. de donati. **ALPHENVVS.** Mirificè gaudeo quod ais, atque arguis, donatori deesse obligandi animum quia compenfer impensam cum suo gaudio

Ὁς μὲν γὰρ μὲν ἀνὴρ, ὁ γὰρ μὲν γὰρ δῶν,
Γὰρ τὰ δῶν.
 id est, inquit Hesiodus, quisquis liberalis vir est, licet magna dederit, gaudet donando, ideoque

quod si capter occulta spe mutui muneris recipiendi seipsum ludificatur. l. si repetendi. C. de condic. ob causam. ideoque nec proprie contractum in se habet donatio cum nec proprie vltro citroque obliget. l. interdictum. ff. de precari. nam falsum nomen liberalitatis indidit traditioni nec subuenitur ei qui semet fallit. l. i. §. fin. ff. quod. fals. tutor. vt pote cum lex Persarum minime apud nos vigeat: illa enim actionem dabat contra ingratos, si possent referre gratiam, tanquam aduersus deos, patriam, parentesque negligentes haberentur, vt scripsit Xenophon libr. i. de Institutione Cyri. non obligatio naturalis ad antidora seu dona mutua tenuis admodum est, nec exceptionem quidem pariens, nec locupletans donantem, vnde bonaz fidei possessor qui ex hereditate largitus est, non eo censetur ditior, quia amicos demeruit, si nondum aliquid ab eis propterea acceperit. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hereditat. attamen igitur si vicissim à donatario quicquam accepit, imputatur hoc pro uocationi factaz precedente dono & gratitudine, appellatur que id genus remunerationis honor, quia non abolet nomen beneficij, nec tam compensat quàm honorificè agnoscit gratiam. l. si remunerandi. ff. mandat. planè quoties malaz fidei possessor ex alieno liberalis existit, tanto flagrat legis odio, vt debitorem quazisse intelligatur. l. si pignore. ff. de furt. quia aduersus improbum lex praesumit probum officiosumque fore donatarium. Atque ideo patet non frustra in foro versari semper illam exilem & tenerrimam obligationem quaz inducit *ἀντιδωρα*. Rursus prodest in alia specie. l. si vero non. §. inde Papin. ff. mand. vbi simplex rei alicuius traditio in amicum concessa non inducit donationem. vt in l. donationes. §. pe. de donat. ff. tamen illic aliter obrinet, si traditionis iustum praecesserit liberalitas accipientis: nã cum prope sit vt perdere videatur qui donat. l. filiumfam. ff. eod. nec aliquis praesumitur temerè suum proicere. l. cum de indebito ff. de probati. tamen non perdit qui de se benemeritum remunerat cum potius permuret. d. §. consuluit. l. sed et si. de petit. heredit. praeterquam quod iam vterque nostrum superius declarauit non carere lucro donantem qui dignum hominem demeruit: & adhuc susus dicitur. nam quò donate & perdere eadem pede metimur, locum habet cum tractatur de persona nihil sibi possidente, vt de filiofamil. Vlpianus Iulianusque perhibere. & quidem si is mutuo det recepturus. l. 4. ff. ad Macedoni. quocirca si donatio praecesserit eius qui postea quicquam accipit, eadem quoque praesumitur pari vice & grato animo rependere. sic non obest. l. nec ignorans. C. de donati. vbi nulla donatio donationem illexerat. Nec dubium est tertio eandem obligationem ad antidora admonere donatorum, vt caueat ab ingratitude, alioquin cariturus rebus donatis. l. fin. C. de reuoc. donat. vbi Accursus addidit deducto ad inopiam donante reuocabilem esse donationem, si is à donatario pro modo fortunarum non alatur exemplo liberti & patroni. l. alimenta. ff. de liber. agnosc. quamquam in donatione arctius est vinculum. l. ex hereditate. cum l. seq. ff. de re iudic. impium enim est cum amici bonis fruaris, eundem fame laborantem intueri. capit. i. de noris feudor. in Feud. nisi liqueret paupertatem ingruisse culpa ipsius non fortunaz insidiis. lex namque non miseretur delinquentis. l. bona. ff. deposit. nec coniecti in periculum culpa praecedente. l. in rebus commod. itaque Diogenes cum ab obuuiis posceret obolum, à prodigo poposcit drachmas complures. quoniam, inquit, ab hoc amplius mihi accipere non licebit. at si propter immodicam donationem agere coepisset donator, sine dubio ali iuberem à donatario, qui perperam illi obiiceret culpam facilitatemque à qua lucrum ipse consequeretur. l. amicissimos. §. fin. ff. de excus. tutor. l. ex qua. ff. de regul. iur. Mirum in modum fauit Paulus noster donatori, cum & si stipulanti sponderit, prout olim sola stipulatione constabat: donatio tamen negat eum esse verum debitorem, ideoque ei pinguius, inquit, subueniendum, ne vltra quam facere possit conueniatur, vt plerisque personis idem iure concessum est, sed illi soli deducto quoque arte alieno. d. l. ex hereditatum. ff. de re iudic. quia prorsus est lucratius hic donationis ritulus, nec auarè atque inhumanè interpretandus. ita tamen ne indulgentia hac persona donatoris egrediatur. l. Nefennius. ff. eod. atque ne donatori, postquam semel tradidit rem, & se dominio abdicauit, frui simili privilegio liceat. d. l. Nefennius. §. i. nam tunc donator plusquam verè creditorem perficit recipientem, nempe dominum, qui antea vix creditor erat, tot euentibus minuenda exactione. Cuiusmodi accidit in donatione animalis vitiosi citra fraudem munifici hominis: nam cum id redhibetur, & diles ius dicere respuunt pro illo qui aduersus verus prouerbium equi donati dentes aspicit. l. ad res. ff. de xdil. edic. vbi tertio non silet interpretes de euictione donatorem rei alienaz non fraudulentum minime obligari. l. Aristo.

8 §. si. de donatio. l. 2. C. de euctio. vbi nec promissa pacto euctio consistit, cum id sit acerbum, licet à bonis moribus non ita alienum vt in d. l. seruus ea. ff. de seru. export. nec puto rei traditione fulciri, sicut aliàs. l. in traditionibus. ff. de pact. non enim loquitur d. l. 2. de euctio. nibus, nisi de donatione valida stipulatu, vel traditione olim. l. si quis. §. si. C. de donat. l. qui saxum. ff. eod. à qua tamen iuari pactum nudum & inerme non sinit, quamuis Accursius ibi aliter suspicetur ductus. l. si. C. de rer. permut. quæ de pacto loquitur quod fauet donatori non autem donatorio, cui quidem satisfactum lex existimat, si poriatur liberalitate quali quali, & quatenus is qui donat commodè potuit: sic in l. legem. C. de donati. & in l. si. C. de reuoc. donat. de qua dictum est superius, quando de ingrato accipiente tractaretur, ob non seruatas pactiones. I A B O L E N V S. Itaque, vt ex te colligo, donatio antiquitus traditione vacas inanis fuit: quia à doni datione dictam fertur. atque Græcis *δωρεα*. nec prius absoluta verà que cenfebatur. l. Senatus. §. 1. de donat. caus. mort. vnde nemo negauerit re ipsam fieri solitam, vt mutuum, commodatum, depositum. & nomen elegans sibi semper habuisse à generali conuentionis appellatione separatum, quamuis consensu solo non obligaret, donec Iustinianus hoc statuit in d. §. si. l. si quis. C. de donat. sic etenim videmus *δωρον* Græcè donum vocari vt cum lex est donum Deorum, *δωρον τῶν Θεῶν*. l. 2. ff. de legib. & *ἀντιδωρον* remuneratio. d. §. consuluit. l. sed et si. ff. de perit. hered. quia *δωρον* etiam Græci palmum dixerunt. & ideo innuebatur palmo manūque opus fuisse, vt donatio perfecta cenferetur, sicut eleganter explicat Vitruuius lib. 2. de Architectura cap. 3. dūm loquitur de eo laterum genere, quod *δωρον* scribitur, longum pede, semipede latum, & pentadoron, latum quo quouerfus quinque palmorum. in de dora munera quod manu darentur, inquit Plinius lib. 35. cap. xiiij. quoniam verò actiones iuri civili vel prætorio profusus debentur, vt iudicia. §. singulorum. de rer. diuis. §. 1. de actionib. & §. sed ita. potuit Iustinianus elegans nomen donationis miscere suæ autoritati & pietati, quia, vt dicebat Publius Syrus, beneficium dando accepit, qui digno dedit. aut si indignum eligat, sibi exprobrat. l. lxxiiij. pro socio. ff. quid enim pium humanūque magis esse potest beneficentia optima amicitia conciliatrice, & inter officia tutoris non impigri posita. l. cum plures. §. pe. de admin. tutor. sed & à Cicerone lib. 1. Officiorum iustitiae attributa. iure itaque visum est Cæsari piissimo donationem illustrare, atque ex ea consensu solo obligationem secundam pariundæ actioni profuturam introducere. vt fecit prætor in pignore, quod similiter à pugno & traditione oriebatur. l. plebs. ff. de verb. signific. sed iure prætorio ex consensu obligare incepit. l. si tibi. §. de pignore. de pact. ff. l. contrahitur. ff. de pignorib. quid aliud fecit in constituta. de actionib. quia nimirum graue esset fidem fallere. l. 1. de constit. pecun. vbi proculdubio ratio generalis euitandæ perfidia ponitur, sed angustanda ad propositum tractatum. alioquin omne pactum nudam actionem gigneret. ita angustè sumitur ratio generalis in l. 2. §. mutui. ff. de reb. credit. l. priuilegia. ff. de priuileg. credit. d. l. si quis. §. si. C. de donati. vbi cum in arbitrio cuiusque sit promittere, pudendum est non stare promissis, fateor utique in donationis tractu, quæ nomen iam pridem habet purius & ornatius constitutione pecuniarum: quod de nuda pactione nemo dixerit. Quod si quis retorsit in pacto nudo esse liberalitatem atque donationem. l. contra. §. si. de pact. imò & in pollicitatione aliquo casu valida. l. hoc iure. ff. de donati. dicam vtrò effectum donationis contineri pacto, maxime inito ne quid peccaretur vt in d. §. si. vbi retentione tantum non etiam exactioe opus est: sed tamen nomen deesse ab Imperatore illustratum lege nuperrima. sic nō idem effectus actionis extat. sicut nec emptio est ob rem & pecuniam. l. si. ff. de condicti. caus. dat. nec locatio cum mercede nummaria. l. v. §. ar. cum do. de præscript. verb. tanta vis latet in nomine conuentionis. l. 1. §. item. ff. de rerum permutat. nam nudo pacto emptio fit, quod tamen claro nomine expolitur.

11 Omitto aliam rationem, qua plerique donationem nomine suo refulgentem conati sunt asserere, ideo quod pœnitentiæ non faceret locum. l. Aristo. ff. eod. quia nec pactum nudum nihil reciprocè expectans ab eo cui promittitur, pœnitentiæ fecit locum à traditione, cum operetur exceptionem ac retentionem. l. iurifgentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. l. v. §. imperator. ff. de soluti. & apertè in d. l. Aristo. Iuriconsultus ait traditionem secutam. aut sicubi olim lectum est ex donatione agi, accipiendum est per stipulationem. sine causa. l. hoc iure. §. si. de donati. & expressus in l. si extraneus. ff. de iur. dot. Inter coniuges verò nec sufficit stipulatio nisi in concessis ac exilibus, propter facilitatem amoris mutui quiduis imperatis, aut certè metus quandoque sequentis coniugis. l. Papinianus. ff. de donati. int. vir. l. ex annuo. l. si stipulata. ff. eod. traditionisque perfectæ tempus inspicitur. l. si sponsus. eod. tit. Proinde quod Iustinianus induxit in donationis gratiam, vt si stipulatione fiat, ex eius autoritate agatur, puta, certi conditione, si certum stipulatio contineat. §. 1. de verb. oblig. sin minus, aiunt

aiunt vulgo agi conditione ex l. Iustiniani. d. l. si quis. §. 1. de donation. vbi non statuit ipse condici ex lege, sed ex lege sua imponi necessitatem tradendi, vt videlicet à prætorè induceta est in constituta pecunia. nec si ex lege sua idem Imp. fouet pactum ne locus venditus fiat religiosus, quod prius visum fuerat acerbum. l. si. C. de pactis inter emptor. ideo negat agi ex vendito. l. iurifgentium. §. quinimo de pact. l. si sterilis. §. si tibi. de actionib. empt. vnde donati actionem non magis inuiderem ei qui gratias egit donanti, & liberalis nomen nacti, quam constituti aduersus eum qui constituit, vel quam hypothecariam aduersus debitorem, qui consensu oppignorauit. quo casu hypotheca magis propriè dicitur. l. si rem. §. 1. ff. de pign. act. Quid, quæso, me tam toruè intueris? num hiscere audebis contra idipsum quod affirmo de nominata donatione? forte quia nomen eius latissimè pateat. adeò vt legatum sit donatio quædam. §. legatum. de legat. & ita multo magis hæreditas, quæ capitur ab ipso testatore protinus, nec instar legati, hæredis eget ministerio seu præstatione. l. 54. de acquir. hæredit. ff. cæterum iam demonstratum alibi fuit dictionem, quædam, in legati definitione sic rem temperare, vt indicet, non propriè donationem inesse legato reuocabili. l. si decem. de verb. oblig. l. quarundam. in si. de acquir. possess. ff. nam & donationi causa mortis multa sunt insignia veræ liberalitatis generaliter. l. alienatum. §. si. de verbor. signif. ab ea tamen distat, & in legati vim propendet, teste Iustiniano. §. 1. de donati. d. l. senatus. §. 1. tamen donatio causa mortis nuncupatur, sed cum adiectione, causa mortis: qua deficiente, licet à moriente fiat, remanet simplex atque irreuocabilis. l. Seia. §. si. eod. tit. nec puto venditionem illam fuci & vanitatis plenam, qua hæres efficiebatur in §. 1. de testam. quicquam contractui proximum continuisse, sed vndique reuocationi expositum pro nutu testatoris. idem etiam cenleo in stipulatione si quis testantem interroget. l. Pamphilo. §. pe. ff. de legat. 3. videndum namque est cui negotio verba aptentur, quia secundum id degenerant, & pro subiectæ rei qualitate colorem variant, vt polyplus piscis, maxime donatio. l. si vno. ff. locat. sic verbum, do, non semper translationem dominij significat, & dicimus rem dari pignori, commodato, & donari dotem. vel etiam à mercatore aliquid emimus, donarique iubemus, pro eo quod est exhiberi & tradi æquo pretio. l. si. C. de iure dot. l. vir mulieri. ff. de dona. inter vir. vbi, do, id est, dono. omitto donationis speciem legi apud Iulianum. l. quidam. de pact. dotalib. ex quo donatio genus credi queat. planè ibi species pro similitudine sumitur vt l. 2. de iure iur. l. 2. ff. de liber. homin. exhib. nec donatio ob causam species est donationis simplicis, vt eam generalem faciat: non equidem plus quam venditionem ob causam in l. cum re. C. de pact. inter empt. l. quoties. ff. de iure dot. quocirca donare vt aliquid fiat, vel detur, idem est quod dare, & in summam contractum omnino innominatum componere. l. si. C. de rer. permut. A L P H E N V S. Nec verò duntaxat ob causam datum in futurum mera donatio non est: sed etiam in præteritum vt in d. l. hoc iure. §. 1. vbi verba, si tibi adfuerit, si opera mea vsus fueris vtrique tempori instar viri sapientis & prouidi ritè aptantur: & hoc Attilius expertus est gratissimus Nicostrati Rhetoris discipulus, cui se plus quam parenti debere arbitrabatur: quippe cum vita qualiscunque huic debeat, vt autem melior traducatur, præceptoris acceptum referimus. l. Attilius. ff. de donat. quoniam, inquit, eloquentia & diligentia tua meliorem me reddidisti, permitto tibi habitare in illo cœnaculo eoque vti. debebat enim rhetori mercedem disciplinæ non quantam minimam. l. cum plures. §. si. ff. de admin. tutor. & ad soluendum adigere prætor Attilium potuisset maxime in rhetoricis. l. 1. ff. de variis cognit. ea etenim sunt velut instrumenta in foro persuadendi, & vberem quæstum faciendi, vt ostendit Gorgias doctor nobilis facundia solidam statuam in templo Delphico sibi ex illo statuens Olympiade lxx. teste Plinio. Sanè Papinianus respondit Attilio vsum cœnaculi quoad vixit affectum fuisse, nec morte Attilij desisse: cum in ædificiorum vsu versetur donatio. l. in æd. bus. ff. eod. nisi an commodati certo vsu finiendi animus patuerit, quod si dubium sit, innominatum erit atque incerta actione dignum negotium. l. si gratuitam. ff. de præscr. verb. vel potius erit precarium, si modò cœnaculi concessio facta sit ex voluntate concedentis non solius vsuarij. l. Lucius. ff. de donat. atque ita ibi animaduertit Accursius felicius quam in d. l. Attilius. nec ita curiosus in re perfacili. quocirca concedenti vel eadem actio præscriptis verbis daretur. l. 2. ff. de precar. vel interdictum nō absimile donati actionis. l. interdictum. l. seq. eod. In precario igitur licebit hæredi dantis mutare voluntatem. d. l. Lucius. alioquin adhuc perstat datio precarij, non in accipienti hæredem. l. cum precario. ff. de precar. sed videbitur dantis voluntas morte finiri. l. centesimis. §. si. ff. de verb. oblig. sed hoc obtinet in ea voluntate quæ eget interpretatione non quæ iam à volente explanata est, transitura continuò in hæredem,

nisi & hic dissenserit expressim. **T A B O L E.** Est quod miremur donationē in d. l. Lucius. factam epistola vt l. si aliquid. C. eod. atque ita inter absentes inter quos cessat stipulatio l. r. de verb. oblig. nec comminisci licet ibi inter præsentes locum fuisse epistolæ. vt. l. i. ff. de contrah. stipul. l. emptor. §. i. ff. de pact. quoniam Lucius scriptor illic ait notum se facere illa epistola donatario suam liberalitatem. cui frui non licuit nisi prius traditione facta, ne præsenti dari crederetur. l. 5. de acq. poss. nisi fortè ibi fas sit hoc solenne contemnere: quia donans fateatur ex voluntate sua hospitio illo amicū, ad quem scribebat, vti vel iam amicus in hospitij possessione erat. Idem prope euenit cum absentibus quondam fiebat donatio, maximè si ex voluntate donantis possessionem nanciscerentur. l. nec ambigi. C. de donati. vbi maximè particula respicit possessionem illam, vt quidem suspicor, quam donatarius per seruum suum vel per hominem exterum acquirere solebat. l. absenti. l. qui mihi. ff. cod. scio aliter enucleare Accursium, sed breuitati ego studeo, vt inquam, significem non valde interesse siue absentes rem donatā per se possidere incipiant siue per alium. l. si sponsus. ff. de donati. inter vir. cum per liberam personā possessio se acquiri non respuat. l. r. C. per quas person. nobis acq. in dominio ibi aliter obtinet. Hæc habui quæ ad veram legitimāque donationem spectantia afferrem consensu vtriusque nexam. taceo aliam in odium audacis hominis à lege factam fictamque: si forte oliuam alienam maturam damni dandi gratia excussit, aut vvas legerit, tempestiue tamen, vt cesser Aquiliæ legis actio contra ipsum donasse operam suam creditum, sicut alibi fingitur intercessisse stipulatio, quæ pro certò abfuerat. l. r. C. de rei vxor. acti. verum hîc saltem mulier, cui pro dote fauetur, verisimiliter consensisset: illic verò dominus excussi fructus de aliena querebatur audacia. sed iam nos vsque adeo donationis tractui indulgissimus, vt non tam liberales quàm prodigi erogatores videri possimus: quamobrem disceptandi parsimonix consulendum venit.



SPHÆRÆ LEGALIS,

STEPHANO FORCATULO

Jurisperito autore.

Dialogus Sphære legalis titulo nobilis, in quo iuris ciuilibus processibus refertur ad Sydera, cum aliqua legum noua explicatione, Steph.

Forcatulo Juriscon. autore.

INTERLOCUTORÈS.

MOMVS, IVPITER, MERCVRIVS, ACCVRSIVS.



DREPEDITAM tibi vocem præ clamore nimio significa rancore tonitru, ô Iupiter, vt tandem percillas Mercurium, cui iam centies imperasti euocare Accursium nescio quem iuris ciuilibus interpreterem laude vel certè fama satis notum, atqui tuus iste nuncius diu frustratus causatur infracta talaria, & prælongæ viæ periculum, perinde ac si legati iuregentium sancti non sint inuolabiles. l. fin. ff. de legatio. nib. maximè si insignibus oleæ, verbenæ, aut caducei, græco ritu muniti sint. l. sanctum. ff. de rer. diuis. eiusmodi cunctator egregius est, qui te iam dudum ludificatur dum tu scilicet arduis rebus nauas

operam nempe aut pingendis auro & ostro regibus apium politicis: aut expresscripto iustitiæ suum cuique violæ colorem verno penniculo tribuens. **I V P I T E R.** Per caput hoc, nisi aquila hac mea flumen gerente velocius hinc euolauerit Mercurius, toto anno vertente non vescetur ambrosia, neque suaue nectar bibet: hoc amplius à publicis cœli muneribus abstinebit, vt solent ij apud Vlpianum, quibus sententia iudicis præcipitur ἀπὸ τῶν δημοσίων ἀπέχεσθαι. l. moris est. ff. de pœn. **M E R C V R I V S.** Mirius mecum age, pater: num æquum putas, vt ego deorum te vno excepto eloquentissimus Accursium conueniam, quo nihil ineptius audiri potest. & cum nactus sit campum in quo floribus abundare queat oratio, sentes mauult ipse legere, nec delectatur violis, sicut nec delectat lectorem. **I V P I T E R.** Tu illum inuenies in amœna conualle nemoris iuxta amnem saccaro liquato fluentem, nec procul à viretis latissimis, vbi rosarum minus color niter, cum Paulo & Vlpiano sermocināte, quibus iam facundiam cum vèdidisse credes. & ne quid deesse oblectationis putes, rose illic omnes vmbilico florent asperrimo, proinde longe odoratiores leuibus. rationem noui melius quàm Aristoteles in problematis: sed alibi de his. **M E R C V R.** Rides, Iupiter, alioquin nares corrugans, & moræ impatiens. **I V P I T.** Tu vero seruum in eo experire dicèdi leporem vsque ad phaleras. **M E R C V R.** Cõplector te, mi pater, & vitro legationem oboe, vti Accursium in elysio recoctum & excultū adducā. **I V P I T.** Perge ac vola Feliciter spirāte Fauonio. tu autem Mome, posthac reprehèdes parcius iuris interpretes, & te tuo pede metiri incipies: nec luculentum quicquam fluere posthac senties Accursium in musarum fonte nuper lotum, ac prorsus amabilem. **M O M V S.** Rem magnam præstas, si hoc de Accursij rutorum re mihi persuades, quo nemo minus tersè leges explicuit ab ea ætate qua Cadmus sororem quærens Europam, propter quam bos factus sumpsisti cornua, literas in Græciam è Syria attulerit. sed tu profecto rem dignam legislatore graui præstitisti. Nam & antiquus ille Moses discendens à monte Sinai cum duabus legum sanctissimarum tabulis cornuta fronte (nec in iudeo) splenduit exodi cap. xxiiiij. Et sanè adhuc in Europæ amori-

bus tua mens versatur, si speras mihi persuaderi posse nusquam nugari Accursium, saltē ubi de patria tua scripsit in l. diuus. ff. ad Turpilian. Ceteram pro Africā exposuit, cum sit mediterranei maris insula inter Græciam & Cyrenam sita, Candiam Veneti, in quorum ditionem venit, nunc vocant, cuius incolæ te ciue tument, ostentantque sepulcrum. **IOVIS SATVRNO EDITI** elogio. **IVPITER**, præsenferam fore, infulsissime deorum, ut me tu falsè pungeres, & quidem frequenter: cum ego deū atque hominum rex non nisi æstate perrard fulmen deiiciam multorum terrore paucorum damno, quales summorum magistratum minas & supplicia incuti decet. l. i. ff. ad leg. iul. repetund. **MOVS**. Æstate igitur feruente ira tua anniuersaria accenditur, & nubilo cælo tantum excandescis actum vim illam concitas, quam græci θεσ βία vocant. l. si merces. §. vis maior. ff. locat. à latinis vis diuina vocatur. l. fluminum. §. Seruius. ff. de dāmno infect. & casibus fortuitis & fatalibus dānis excusatione plenissimis aggregatur, quibus procellas & grandines ascribit Plinius lib. xvij. cap. xxvij. cælestem iniuriam, non sine tui nota, simplicius vim maiorem dixit promiscuè. **IVPITER**. At tuus ætus, ô Mome, ut sentio, autumno magis increfcit, cum, eruditus Hippocrates tradit, maximè viget insania & atrabilis: quò fit vt minus tuo scommate commouear, nec magis quam tres Augusti in l. i. C. si quis imperatoris maledix. nam si ex leuitate id processit, contemnendum venit: si verò ex insania, miseratione dignissimum fuerit, si ex iniuria, remittendum adhuc non obliuiscor, quid stellæ meæ conueniat, nempe comitas ingenua, vt sentiunt ij, quorum geneti ipse influxero, & opes ac decus indidero, sicut leges se colentibus solent. l. i. de instit. & iureiur. l. 4. C. ad legem iul. repet. **MOVS**. Ergo ceruicē tuā submittis legibus, quæ vim geneseos donare pœnis minacibus queunt. cæterum, ô Iupiter, nolim tecum diutius legū iustis dimicare, vt pote qui omnes in scrinio tui pectoris inclusageris, sicuti reges solent, si ipsorū assentatoribus assentimur, & Iustiniano idem de se predicari in l. omniū. C. de test. maximè cū Solo le reges ferens Atheniensibus eas ad te retulerit, versibus que ipsas includere tentauerit, si Plutarchus vera de illo prodidit à te in hunc modum auspicante.

Legibus his oro primum rex Iupiter adsit.

IVPITER. Proinde decet me regum causam tutari, & eos à calumnia eripere, potissimum Iustinianum qui in d. l. oratum modestius quàm vulgus putet de se loquitur. non enim omnia iura pectori suo clusa ob signatauè iactitat, sed suis scriniis, id est, legum peritissimis vitis, scriniorum seu libellorum magistris, qui assidere solebant regibus & Cæsaribus. l. fin. §. i. C. vbi senator. l. i. de magistr. sacror. scrinior. lib. xij. C. nam & scholarum comites non ad locum referimus sed ad sodalitiū scholarium l. i. & 2. de priuileg. scholar. lib. xij. C. l. pen. §. hoc etiam. de erogat. milit. annon. vbi insuper principia dicuntur milites primo aciei loco constituti vt in l. officium. §. fin. de re milit. ff. sic scrinia: & ab his Imperatores bellorum sæpe motibus occupati iuris argutias percipere non dedignabantur, maximè Iustinianus vt quidem liquet in l. 2. §. quæ omnia. C. de veterib. iureiur. itaque testamentum conditum solo Imperatore teste solennitate alia non eger, penes quem potestas est legis condendæ confluens ab vniuerso populo. l. i. ff. de constit. princip. & qui consultis præfectis scriniorum leges prisorum principum apprimè callere valeat, etiam si infans fuerit anniculo tenerior. quia maiestas quæ totum temperat orbem, illico virefcit.

Quaque die partu est edita, magna fuit,

est Ouidio in Fastis. sic Lycurgus Spartanus legislator Charilaum fratris filium protinus regem inaugurari quàm se maluit: ita vt puer solem & imperium simul aspiceret felicitatis suæ nescius, nec legum expers, quas virorum prudentum consulta appellamus. l. i. ff. de legib. sed alieno ingenio nempe patris piissimi repente senili sapientia imbutus. At quod Bonifacius ille viii. Francis infestus Papa in cap. i. de constituti. asserit intrepidè omnia iura in scrinio pectoris habere pontificem Rom. qui tamen nisi mente & ætate grauis non designatur, spectat perspicuè & expressè ad iura antiqua, quibus speciatim derogare noua constitutione princeps decreuit. namque temerè ad id non profilit nisi perspectis omnino iis sanctionibus, quas ratio postulat antiquari: pudor enim est reprehendere quod non profus intelligas, Mome, ad hoc tantum vt claris scriptoribus obstrepere videaris. **MOVS**. Nondū exhausti reprehensionum pharetram, adhuc viginti tela supersunt & quidem veneno lita more Scytharum, si nimium me pupugeris. sed quia sulphureum nonnihil odorari cœpi, & à fulmine mihi metuo, cū potentiore contendere desinā iuxta Caij cōsiliū. l. 3. ff. de alienari. iudic. ideo tempestiuè accingor itineri, vt adductum virga Mercurij Accursium, vt iam dudum opto, alloquar: eo, & præcurro. **ACCURSIVS**.

Equus

Quo me nunc reuocant trahunt de fata?

Equare elyfos relinquo fines?

Non hinc ille triceps canis timetur.

Non hinc perungiles manent labores.

Hic sunt mille chori, socii, triumpho.

Hic ver perpetuum fugat pruinas:

Nigrum cum violis ferens amomum,

Dum garrir vitrens per ima riuus,

Cuius nectare temperata tellus

Dat Thus, & triplicis rosas coloris,

Et si quos Oriens parit lapillos.

Nusquam delicia frequentiores.

Circumstant anima locum beata,

Quem vestit nitidum serenus aer.

Nos morem perimus deo iubenti:

Nunc quorsum genium perit sciamus:

Plus est imperio timere numen.

MOVS. Nisi ego parum oculis prospicio, huc aduenat Accursius plus iam quasi-
tus quàm lapis ille aurifex à vanis philosophis. ecquid sibi vult corona, qua circunda-
tur, laurea? quid prætexta cocco rubens? quid oris decor eximius? num Venerem quam
piam transevit ex insula Chio, à qua repente iuuenis & pulcher factus fuerit, vt
olim portitor Phaon? **ACCURSIVS**. Et tu Mome, festiuum caput, salue, tamen
si me suauiter quiescentem interpellari curaueris, reprehensus, opinor, me vel iurif-
consultorum aliquem à te nimirum nihil aliud expectare dicet, non certè magis quàm
à Marte præter arma & cædem quiduis solemus exigere. **MOVS**. Sed quæ Callio-
pe te versus fabricare docuit? aut a quo altero Mercurio nonnihil eloquij didicisti?
ACCURSIVS. Legum scientiæ mediocrem ornatum adiunxi, ne me huius ætatis
hominibus ridendum præberem, qui maciem & ossa orationis fastidiunt, nimis inter-
dum sine delectu, tanquam nesciant id quod physicis placet in macie plus esse sangui-
nis. Ciceronem fortè æmulantur, qui pro L. Murena orans non est veritus dicere iuris
scientiam fraudis & stultitiæ plenam, quam vix summis labellis libauerat, & vt
canis nuper emptus, non exteros tantum allatrauit sed etiam ipsosmet dominos iuris
autores cum more vulturum putria quædam insecterur, & syncera prætermitrat. nam
forenses tantummodo formulas aliquas vituperat, sine quibus tamen ius vix feddi
suum cui que potest, nec est vllum tribunal vsquam gentium quod si non eadem, aliàs
tamen non meliores vsurpauerit. planè in libro prim. de oratore ad Q. Fratrem vni-
cum xii. tabularum libellum autoritate & utilitate prætulit philosophorum omnibus
bibliothecis. nec hoc dico, vt sermonis puritatem à iure velim seiungere propter ali-
quorum amentiam, qui non rei fructu sed verborum superficie disciplinas metiuntur.
nec laudo Licurgum Driantis filium, qui ob multorum vinolentiam vites in Thracia
amputari iussit, satius modum adhibuisset lege sumptuaria. vt pote cum nihil veter
gentem Doctorum eruditas rudèsque simul interpretationes dicendi rationem habere
atque imitari Alpheum Arcadiæ fluuium, quim Arethufam amatum fontem Siciliæ per
aquas marinas ingreditur, neque propterea aliquid propriæ suauitatis amittit. & lex ip-
sa cœlitus demissa (est enim, vt scis, inuentum & donum dei. l. secund. ff. de legibus)
quamuis in pectore atque ore hominū agitetur & versetur, diuinam semper redolet originē. **MOVS**. Quid audio? proh deū atque hominum fidem, vt tu solito confidentior
es pectita modicum oratione nuper fretus, instar anguis verna latitia erecti omnis
rustatis exuijs. sed age, etiamne lex Draconis Attici cœlestis censetur, qua orti con-
uictum infamia notabat, vt est apud Iulium Pollucem libro 8. quid illa Solonis? Si dis-
cordia, inquit, ciuium & discessio in duas partes fiat arreptis armis, nisi quis alterutri
sefe adiunxerit, domopatria fortunisque caret extorrisque esto. cuius rationem ratio-
nis vtique egentem conatur reddere A. Gellius libro secund. cap. xii. vt plerique eius
legis quam Platonis honoris gratia memorare pudet, dum libro 8. de Republic. vxores
communes constituit, quo liberi communicarentur? atque ira dum omnibus ciuibus con-
iugij & liberorum amorem tribuere conatur, omnibus adimit, vaga quadam venere co-
lumbis & turturibus odiosa. taceo acerbam Romanorum legem marito ab hostibus ca-
pto & postliminio redeunti omnia restituentem præter vxorem omnium charissimam.

Quij

1. non vt. ff. de captiu. pro qua paratius alioquin pugnatur quam pro artis, focus, & opibus, vt Menelaus bello Troiano declarauit. l. si vxor. ff. de adulter. Ingenuè profecto quidam dixit legum rationem reddi non posse. l. non omnium de legib. & alius æquè, legè duram tolerari ob eam tantum causam, quod ita scripta sit adamantina pennis. l. prospexit. ff. qui & à quibus manumiss. A C C V R S. Tu vt video, vnum in falcem cœgisti leges quasdam, vel legum scobes & retrimenta verius, aut earum rationes callidè dissimulasti, quas ausim subuertere si prius caueris te facilem atque attentum fore. M O M. Non tantum silentij toto quinquennio præstiterint Pythagoræ discipuli: idque spondeo addito, si liber, Stygiæ paludis sacramento, vbi peierasse dijs nefas fuerit. A C C V R S. Mox experire demissas de cœlo leges sune quodam aureo, & ratione instructas: nec frustra Mosès antiquissimus legumlatorum eas ad deum retulit & re vera ab angelo dei interprete easdem accepit in monte Sina, vt habetur in Actis Apostolor. cap. 7. præmium verò eximij laboris id accepit, vt pro deo habitus sit teste Diodoro Siculo lib. 2. vbi subiunxit in Creta Minœm regè Ioui acceptas tulisse leges, quas dabat: Licurgum Spartæ ad Apollinem, quorum iudex fertur. animarum in inferis, huic replum ciues sui dedicarunt, vt tradit Pausanias in Laconicis. & de ipso consultus Apollo Pythius respondit dubitare se, vtrū deū an hominem alloqueretur, sicut tradit Philostratus. Soloni Atheniensis ad Mineruam leges referenti, quas Romani tantū fecerunt vt eas per legatos sibi peterent. l. 2. §. 1. ff. de orig. immortale nomen & decus obtigit: vt Zamolxi Seythis iura danti simulato Vestæ numine, qui quoq; aræ ædæque meruit, de seruo Pythagoræ mitos honores sortitus & sacrificia pro claro legū beneficio prorsus vtique cœlesti. Atque vt intelligas rei tā excellæ primordiū, scito postquā ego deū præfatus fuero, esse locū vltra anni & solis vias, æstiuā vmbra opacū, & hiberno sole valde blādo apricū, in quo Arabiæ felices odores vberrimè proueniunt, & Assyriorū gēme cumulatę occurrunt, præsertim circa amnē dulci murmure in præceps fugiētē, & rosaria inermi flore spinisque nudo lecta, enodésque arbores coma perenni virentes, quarū vmbra mihi in occidentē aspicienti sinistrorsum vergebant, non sine admiratione. sicut è diuerso Arabes Pompeij exercitū aucturi contra Cæsare ignotum in orbem venere Cancri tropico & circulo æquinoctiali subiecti,

Vmbra mirati nemorum non ire sinistra,

11 vt Lucanus lib. 3. adnotauit. Illic beatè degunt nymphæ ingenij & formæ venerandæ, gratia præstantes, & Iuri prudentiæ comites, præcipuè Eunomia, quā Pindarus in Olympijs ode. 9. Themidis filiam vocat, & vrbium seruatricem: τῆν δὲ Εὐνομίαν bonarum legū cōstitutionem dicere possis, quæ sola vrbes cōponit, & stabilit. l. 2. ff. de legib. chori illa princeps canebat imprimis aliquot versus leges Solonis complexos, non aliter quā Arcadū pueri leges Timothei dicebant inter choreas & cantus, vt Athenęus tradidit lib. 14. cap. 11. & Iustinianus Imp. lege lata, qua iudices æquos & continentes redderet, hymnū Christo legis nouę promulgatori prosperrimo decarati iuber. §. atque deo. in auth. vt iudices sine quoq. suffrag. col. 2. aditit Themidis veridicæ cœlo patre genitæ pedisse qua quædam nobilis hoc modo accinens, tanquam septem lusciniās gutturi eburneo inclusisset:

Dulcis heroum satiata cantu,

Legibus laudes, Eratho, repende:

Adsit oratum quatiāque plectrum

Pulcher Apollo.

Laudibus iuris resonent deorum

Templa: mortales cithara canentes

Definant nunquam dare thura Iuri,

Dent & honores.

Imperat terra, grauibusque vinculis

Tranat Euphratis populos remoti

Vltimas terrens vbi sol recumbit

Herculis aras.

Lege Neptunus cohibet tridentem:

Quam colunt aër, repidæque flamma

Plectit exangues Rhadamantus æquis

Legibus Vmbra.

M O M. Ad tantū melos posset noster ille senex repubescere. cedit illi moriētis cygni carnē, 13 Orphej cithara, quādo è Serio promotorio, vt Mela scribit, illexit syluas, cedat musica triplex Auloni poëtæ, Mistra liberis, secreta astris, vulgata theatris: nā penit cœlestē cōcentū memoras Sirenes è mari in cōtinentē educiturū. sed quid tādē postea vidisti. A C C V R S. Audito cœlū, percipite sydera, vos elementa quatuor (& si quod quintū est, ex quo Aristoteles animū æternum

æternū cōposuit, & ἐν τελευχῶν appell. seu motū cōtinuū intelligite atq; ea quę de sphæra iuris mirifica omnino mihi dicēda veniūt. vidi, o Mome, vidi cœlū nouū & terrā noua, & prim. terra abijt, & mare iā nō est, vt habetur cap. Apocalipsis 21. & vidi in quā, austrin. polū, qui in vulgari cœli globorūque conuersione sub terra occultitur. & proculdubio verū deprehēdi id quod scrip. M. Manili lib. 5. Astronomicō in cœlo esse effigiē express. politici ordinis.

Vtque per ingentem populus describitur urbem

Præcipuumq; patres retinent,

— deinde equites, & vulgus denique subsequitur, sic, hercule

Sunt stalla procerum similes.

quod de sole dicendū nemo addubitat, duce maximo igniū reliquorū, lunæ lucē accōmodāre & reliquis stellis, quarū turba ingens splēdet sine nomine. Axis vero mundū ipsum secās, 14 est enim κόσμος ἢ διάμετρος αὐτοῦ. Sphæra circumactā fustē, at immobilis & volui, nescius: quales oportet esse magistratus, sine quib' frustra ciuitas legē haberet. l. 2. §. post originē, ff. de orig. iur. sic leges Solonis ligneis incisæ tabulis, vt ait Plutarchus, ἀξονες appellari cœpere, quia Senatū in eas seruadas iurauerat. est nāque magistratus lex quę iā loquēs inquit Cicero, sicut lex ipsa est murus magistratus. sic rex dicitur lex animata. §. si. de cōsulib. col. 4. quod ante Diotogenes Pythagor. Stobæo attestāte affirmarat: præterquā quod dei figurā inter homines refert νόμος ἐμψυχος θεός ἐν ἀνθρώποις, quia regis fuit potētiā iudicare, vt expertus est Romulus fūdator Romę in d. l. 2. in princ. ff. de orig. iur. ideoq; Sol' oraculi voce dixit permansurā in optimo statu Rēpubl. si magistratui ciues, magistratus autē legib. obediret: quippè qui secundū leges nō de ipsiū legib. iudicare debet, vt monet D. August. can. in istis. dist. 4. nā lex quæ futura prospicit, nō mouetur affectib. vt iudex præsentib. negotijs sese accōmodans, & vtique ad corruptelā vsque, nisi freno legis cōpescatur, ne potius inuitatur cōficiētē. & hoc est quod aiūt iudicē iuxta allegata probataq; iudicare oportere. l. 2. §. mirabile. 15 de vter. iur. C. §. 1. de offic. iudic. additur vulg. Vlpiani loc' in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid. sed ibi nihil tale habetur imo errore scrib. foretis nō viciari veritatē actorū & ab aduoc. aut iudice pronūciatorū, vt sēsisse ibidē me nō pœnitet, ne sim reus violatę veritatis. nā ibidē Vlpianus vim veritatis metitur expressē ijs, quæ iudici probata testib. aut aliter exit. quod si quis obijciat vnū esse boni iudicis munus, vt ad æquitatē tanquā ad scopū animū dirigat. l. quod si. §. 1. ff. de eo quod cert. loc. maximè cū iuris sciētia sit ars boni & æqui. l. 1. ff. de iustit. & iure: & cū perniciosè erretur, quādo disceditur ab equitate prætextu scripti iuris. l. si feruū. §. sequitur. ff. de verb. oblig. in præpt. mihi erit respondere, id obtinere in æquitate scrip. legib. vel certe in ijs quę à lege definiti nequeūt, & in arbit. iudicis necess. quādā relinquūt. l. 1. §. ff. de effractorib. vt verbi gratia, quādo ex vult. mutatione, vocisue ti tubar. famaue cōiecturā facere nitit. iudex, quāta fides sit adhib. testib. vt ex M. Tul. dixi in l. 3. ff. de testib. & §. 1. eadē. l. atqui cū lex præuenit iudicē, legi parere cōuenit tāquā rerū omnīū, cœlestiū quoq; regi neq; vt Chryssippo Stoico placuit. l. 2. de legib. ne iudex simul testis euadat, & accusat. quodāmodo cap. qualiter. 2. de accusati. si iudicet dictate cōsciaria no ex præf. legis. vel ne sensim leges despiciatur pernicioso exēplo, & iudices venalib. sentētijs dirimāt lites. Nā si quis eos pupugit iudicadi scrupul', quia sciāt alit. esse, aliter probari, omittāt person. iudicis & ad aliū referat. l. 1. §. si. ff. de quæstionib. sic sēper veritas manebit incolūmis. merito Lul' Cæsar apud Senatū orat. perelegati, teste Sallustio, dixit omnia mala exēpla ex bonis iniitijs orta fuisse. cū sēpè ab idoneis & dig. iudicib. ad indig. & minus idoneos imperiū trāstatur. vel cū iudices probi quādoq; degenerēt à semetipsis, vt cōtigit Lacedæmonijs, qui deuitis Atheniēsis, triginta viros impofuere Rēpubl. tractaturos: hi verò pess. quęq; indēnatū necarūt latante populo, mox crescētē paulatim licētia iuxta bonos & malos libidinose interfecere: ita ciuitas feruit, oppressa stultę letitię pœnas dedit, quia lex verat inaudita causa quęqdā nari. l. 1. ff. de requir. reis, vbi iuriscōf. æquitatis ratione id cōparatū refert. ita vt veritas, quā sibi cordi ore iud. deierat, ad legū cōiunct. obseruat. referēda sit. l. 12. C. de iudic. æquitatis ratione id cōparatū refert. Cui' eo libēt' memini, quod in Sphæra legit. orbis iugiter mouebātur: quoniā

Stellas omnes & circulos versatiles

Spiritus intus alit, totamque infusa per artus

Mens agitat molem

vt verbis vtar Virgilij, atqui mēs nihil est nisi ratio seu equitas quā legis animā dicim' nature ductū vegetatē. l. cū ratio de bonis dānat. ff. & quę pro lege viger in ijs, quibus scripto nihil definitur, vocaturq; naturalis iustitia l. scire. §. cōsequēs. ff. de excus. tutor. quinetiā scripta lex, si talis sit qualē esse expedit, à Tullio lib. 1. de legibus dicitur ratio sumā insita in natura, quę iubet ea quę faciēda sunt, prohibetque cōtraria. & lib. 2. quid, inquit, est verius quā neminem oportere tam stultē arrogantem, vt in se rationem & mentem putet inesse, in mundoque non putet. quem vero astrorum ordines quem dierum noctiumque vicissitudines, quem mensum temperatio, quemque ea quę gignuntur nobis ad

fruendum non gratum esse cogunt, hunc hominem omnino numerare neque decet. cumque ea quæ rationem habent, inquit, præstent iis quæ sunt rationis expertia, nefasque sit dicere ullam rem præstare naturæ, omnium rerum rationem inesse in ea consistendum est,

*Et rationis agi motu, cum spiritus unus
Per cunctas habitet partes,*

- vt ait Manilius lib. 1. & inde lex ratione fulcitur redolens cœlestem suam originem, si referatur ad illam iustitiam quam in se continere debet vt in l. pe. ff. de iustit. & iur. & ad iuris præcepta notissima, honestè viuendi, neminem lædendi, & ius suum cuique tribuendi. l. iustitia. ff. de iustit. & iur. quare pleræque leges interciderunt repente natæ instar herbæ solstitialis, quæ ab æquitate aberrarunt vel nihili à populo factæ sunt. qualiter Athenæus obseruauit lib. xj. cap. xxij. de legibus Platonis latis potius ficto cuidam hominum generi numquam futuro, quam iis quos deus rationis compotes creasset, & sibi quemque uxorem sociam rei diuinæ & humanæ habere iussisset à communione abhorrentem, quam perpauca ferarum admittunt. sed quia Iason Theſſalus rex dicebat, sicuti Plutarcho auctori credi conuenit in Politicis, in paruis rebus violari iustitiam necesse est, vt in magnis custodiatur: & venenum veneno salubriter sanant pelluntque medici congrua mistura. l. quod sæpe. §. i. ff. de contrah. empt. & lex medicatur negotiis in auth. hæc. constit. in nouat. col. 8. sæpe acerbum quidam videtur inducere lex, vt id quod acerbius est arceat vel expellat. vt cum Solon iussit suborta seditione ciues alterutram factionem sequi. l. quoties nihil. ff. de regul. iur. quia apprime notat perpenſis Athenienſium animis bonos fore poriores. & lex seruit temporis. l. pe. §. pe. C. de furt. & loco præcipuè laut facta. §. pe. ff. de pœn. vt cum adulteratores morte durissimè puniuntur, vbi metalla sunt: & in Mysia vitium incensores, in Africa messium agricolæ laboriosi spem flamma scelerata eludentes. itaque laudatur lex non minus quam Vlyſſes ille astutus & prudens, qui personis, locis, temporibusque accommodans sese, & polyphi piscis exemplo colores rerum assumens, ab Homero πολυτροπος nominari meretur. hinc lege sua Augustus cœlibes esse vetuit, damnis coercuit, Dione Cassio recitante lib. 56.
- 19 nimirum quia crebris bellis sobole Respubl. exhausta esset: sed Constantinus Magni filius abrogauit, dum hominibus Imperium Rom. abundaret. l. i. C. de infirmam. pœnis cœlib. Inde fit, vt ob rerum humanarum conuersionem ad legem oblitteratam nonnunquam redeatur. l. lege. C. de legit. hæredib. proinde vt sata & semina non nisi certis in agris proueniunt, & solis est thurea virga Sabæis, vt ille ait, nec possis alibi subactò solo blandiri vt thus pariat, sic legum frugem exploratis regionum ingeniis & rationibus committere fas erit. M O M V S. Vnico Iuliani responſo tibi obturabitur os, vt ne hiscere quidem valeas: non omnium, inquit, quæ à maioribus constituta sunt ratio reddi potest. nec puto ipsum de legibus desuetis loqui, sed de vigentibus. nam & tu rationem reddidisti earum legum quas desuetudo vel posterior lex exploſerat habito delectu temporis, quo primum introductæ, abolitæ, instauratæve fuerant. A C C V R S. Non dubito multa in iure constituta, quorum ratio non errat: non quod æquitati aperte non innitantur, sed quia arbitraria legislatoris mediocritate probari solum queunt. maxime ea quæ in numeris consistunt, personarum, temporum, aut rerum, vt videmus quoque accidere medicis & nature ipsimet sicut Lippis toto eo anno prodesse scripsit Dioscorides, tres flores mali Punici semel edisse: & radix filicis stomacho admodum salubris, in trimatu tantum lecta proficit, antè verò non, nec postea. sic perpenſo rerum numero concinnatur antidotum ex duabus nucibus siccis, ficis totidem & rutæ foliis xx. quod Gn. Pompeius in Sanctuariis regis Mithridatis inuenit, teste Plinio. Inuestiga similiter, quot testes in testamentis vel codicillis desiderentur: quot anni in vſucapionibus: quot vnciæ explèat legitimam portionem liberis iure naturæ debitam. vbi si quis obiurgauerit legislatorem: factu melius, inquit ille confestim, mihi perplacuit huiusmodi mediocritas. §. si. quibus ex caus. manumitt. non lic. l. vetus. cum l. seq. ff. de triti. vin. nec aliud Cleobulus sapiens sentit,

Αειρον μετερον, quem dixisse existimant.

id est, optimum modum in rebus omnibus, interprete Aufonio. nec Angelus cœlo demissus aduersus peruicacem hominem aliud rationis adferat. at cum æquum ab iniquo separandum est, vel maiori industria è duobus iustis propositis consultandum vtrum sit iustius, vel minus asperum. l. bona. ff. de posit. l. si ita. §. si. ff. ad leg. Aquil. tunc laudabitur iurifconsultus acri ingenio præditus,

Qui iuris nodos & legum anigmata soluat,

- 21 vt Iuuenalis loquitur. M O M V S. Nunc ergo luctandum tibi superest cum Vlpiano athleta strenuo, qui ingenuè faretur in l. prospexit. ff. qui & à quib. manumiss. legem tolerari non

alia

alia ratione subnixam, sed tamen duram, quàm quod ita scripta sit. A C C V R S. Non est mihi valdè æstuanum, vt euadam, si modo recorderis eorum quæ iam dixi, cum eligendum suaderem è duobus periculis propositis leuius & facilius. vt inquit Isidorus, in libello accidit repudij inter coniuges nexu diuino copulatos sed infensos can. priuilegia. 3. dist. sic cum Vlpianus videret prohiberi manumissionem serui, cuius domina adulterij accusatur ante finitum iudicium, licet extra eius ministerium fuerit, durum profecto fateretur: sed illud multo durius, seruum mulieris festina manumissione subtrahi quæſtioni, & impunè cedere crimen tam frequens & publicè celari solitum clandestinis seruorum insidias. inde Ouidius in quadam Elegia ad Bagoum seruum:

Conscius esse velis domina est obnoxia seruo.

maximè cum literis vel nuncio seruus abiens dominæ obsequi potuerit in domini necem & contumeliam. adde quod non in perpetuum eius serui verita est manumissio sed intra dies lx. à dissolutione matrimonij. l. non solum. C. de adulter. & mora modici temporis non adeò dura censetur. l. si debitori. ff. de iudici. M O M V S. Persuastis ferè & me minus curio. 22 sum reddidisti in explorandis legum rationibus propter auctoritatem iurisperitorum & veritatem rerum à natura æmula occultatam. nam nec Philosophi sciunt, cur Magnes ad se ferrum illiciat, & succini gemma stipulam: vel cur serpens & cancer mutuo oderint. quo fit, vt sole in Cancro existente serpentes humi torqueantur. aut cur dum testator legat alij fundum alij vsum fructum concurrant legatarij in vſu fructu. l. si alij. ff. de vſufr. legat. nisi forte quod ægre à proprietate auellatur vſu fructus sine quo efficitur inutilis, quandiu vſu fructuarius viuit. l. 3. ff. de vſufr. approbo quoque quod ostēdisti tempore æquitatem legum circummagi, vt declarauit ille celeberrimus omnium auctor Christus multa persanctè innouans euangelio, instar Iouis Saturnum, cuius stella dies sabbati dedicatur, eiciens: can. dixit. 32. q. 4. & penè cornua splendida Mōsi eximens, vt Cæsar. M. Crasso Rom. prædiuiri antea in omnes impotenti, quem ideo populus sœnum in cornu habere distabat, quoad à Cæsare percelleretur, ne cornu obuium quemque peteret. A C C V R S. Tempestiuum igitur arbitror tempora singula iuris ciuiliſ percurrere apta Soli & Lunæ necnon quinque reliquis stellis errantibus, sic enim vocantur, eo quod ferantur contrario quam cœlum motu, ac si quis in naui Orientem versus properante in Occasum vector ambulent, cursu quidem præpostero simul cum ea ad portum peruenturus. ne vanum prorsus videatur quod Anaxarchus asseruit plures esse mundos, magno Alexandri Magni luctu ad vnum subigendum intentissimè. Primo, quod benè verat, tempore fuit Ius ciuile in Sydere. S A T V R N I. imitatione facultatis anno trecentesimo ab vrbe condita cum lex xij. tabularum lata fuit omnium penè antiquissima, Iustiniano Augusto ita sentiente. §. disponat. in auth. de nupt. col. 4. licet non ignoraret Romulum & Numam Reges iura quædam constituisse. §. i. vt præponat. nomen imper. col. 5. sed obscurata fulgore legis xij. tabul. nam & Saturnus Cælij patris dominatum assumpsisse sibi prædicatur. eam verò legem Halicarnasseus lib. x. compactam traditum ex Græcorum legibus, tum ex patriis moribus per Decemuitos, & propositam in loco fori conspicuo ærisque columnis incisam, digna quidem materia duriciem legis præferente. tamen Physiçi plumbum Saturno dedicet colore liuido, vt Ioni citreum, Marti purpureum, Soli aureum, Veneri candidum, Mercurio ianthinum ad violam accedentem de quo in l. si cui. §. si. de leg. 3. quia ἰορ. græcè viola sit, Lunæ argento paulo obscuriorem colorem tribuerunt, sed Saturnio plumbo puriorem. & quia Mathematici aiunt à Saturno tristitiam influere & bilem: licet traducere hoc ad legis xij. tabul. frequentem acerbicatem. qualis pœna talionis incutiebatur: si membrum, inquit, ruperit eo pacto talio esto. & quamuis Aristoteles lib. 5. Ethicorum ad Nicomachum cap. 5. & Rhadamanti iudicio manare ostendat, vt quisque patiatur quæ fecerit, tamen executio perdifficilis est, vt æquilibrium seruetur in oculo eruendo pro oculo, & dente excutiendo pro dente eius qui forte nobilior vir est, & dignior quàm is qui iniuriam fecit. propterea talio immanis visa, sicut A. Gellius refert lib. 20. cap. 1. & desuetudine exoleuit. §. pœna. de iniur. præterquam contra calumniatorem. l. si. C. de accusat. quo nihil scelestius inuenitur: nam iuris & iustitiæ velamento impius premit innocentiam alienam. Illud crudelius lex illa anus & rugis deformibus exarata sanxerat, vt debitori qui soluendo non esset, dies xxx. conquirendæ pecuniæ causa præstituerentur, alioquin addicebatur creditori, qui miserum neruo vinciret aut venderet. vbi plures creditores simul ingruerent secandi faciebat potestatem lex cætera. at ob æs alienum seruire liberos creditoribus ius hodie non patitur. l. ob æs. C. de acti. vbi liberos pro filiis, quam pro ingenuis hominibus quidam malunt exponere. sed vtrumuis bellissimè quadrare potest, & priorem explicationem aspicit liber Regum 4. cap. 4. Iam verò venit credi-

R

tōr, vt tollat filios meos sibi in seruos. & lex Numæ regis Rom. prohibēs vēdi à patre filium cuius cōiugio prius consenserit, teste Dionys. Halicarnasæo lib. 2. vbi refert etiā necare patri filiū licuisse Quiritū lege, cū Charōdas & Solō exhæredare tantū permisiss. ad quos reditum est in l. in suis. ff. de liber. & posth. deniq; necādi licētia viguit, cū iā vēdendi & libert. derogādi adēptū ius patri fuisset, perinde ac si vita charior libert. intelligeret. l. si. C. de patr. potest. quocirca sanguinolētus appellatur pater, quē vnicus esuriei casus filiū vēdere sinit. l. si. C. de patrib. qui fili. distrax. sed ita vt redimere ipsū possit vt Leuitici cap. 2. & in codice Theodosij lib. 5. tit. de ijs qui sanguinolētos emptos vel nutriēdos acceperint: vbi à sāguine tenellos infantes emere imperator permittit data facultate redēptionis patri aduers⁹ eū qui educauerit: nisi ab ea sanctione discessū sit præter famis suprascriptā rationē. ita vt patri Saturnū imitari quodāmodo sua liceat vesci sobole. ille nāque dicitur filios suos comedisse, inquit Fulgētius eō quod tēpus omnia cōsumat, quē genuit. Iā quod dicebamus in posteriore explanatione d. l. ob as C. de actionib. nō cogi seruire debitoris creditorib. multū æquitatis habet ne persone pro rebus affligantur. §. oportet. de mād. princ. col. 3. hui⁹ rei auctorē fuisse Bocchoridē. Egyptijs ius dante notat Diodorus Siculus lib. 2. ne corpora quib. pace & bello opus esset pro re alieno detineretur cū dāno Reip. maxime cū multis bonis viris fortuna inuideat diuitias, & eos egestate vicissim opprimat & quia in d. l. ob es. nō cōpellitur debitor seruire. credit. igitur vltro illi rectē seruiet, sed nō verē l. homin. ff. de vsur. leg. meritō Varro lib. 1. de rustica cap. 17. liberos vocat oberatos, id est, ete alieno obstrict. qui cū sua progen. alien. agros colerēt, nisi putem⁹ eos paulatim factos ascriptitios mista libertati seruit. l. 2. in quib. causis colon. Domi. accurs. lib. x1. C. Sed gallica cōsuet. admittit, vt debitor corp⁹ obligēt, & cū fortunæ nubilo carceris tenebras obeāt nō soluta creditori pecunia suo die. cū carcer libertatē naturalē nō auferat, sicut nec publico approbata iure vis aut metus, vt patet ex definitione libertatis. l. libertas. ff. de stat. homin. quisq; enim legē meruit tanquā dominā, vt liberrimē viuat. proinde. quod habetur in l. 2. ff. de liber. homin. exhibēd. speciē seruitutis esse nō posse à loco discedere, ad detentionē liberi hominis priuata audacia factā spectat, & species pro similitudine aliqua capitur. l. 17. §. cū quidā. ff. de recept. arb. tamē carcer infelicis debitoris nō debet eū pedore situuē macerare velut reū sceleris. vt l. diuus. i. ff. de custod. reor. sed dūtaxat ad custodiā facere. l. nemo. de exact. tribut. lib. x. C. vt antiquit⁹ cū debitor carcere includeret. lapsus facultatib. & à iudice cōdēnatus. l. 1. C. qui bonis ced. poss. quod null⁹ negauerit ex reliq. legis x11. tabul. superfuisset, cuius cū incepit contēni autoritas fastidio vetustatis, sequētes legislat. pleraq; inde subduxisse & vulgasse deregūtū verb. immutat. ne nō verū sit, quod aiūt à Ioue filio Saturnū eiectū, ratione illa qua Cælio patri regnū ille exorserat. ideoq; dixit Timoth. poëta Milesius apud Athenēū lib. 3. cap. 21. Νέος ὁ Ζεὺς βασιλεύει τὸ παλαιὸν δ' ἠρόνος ἀρχόν. id est, iuuenis regnat Iupiter, olim verò princeps erat Saturnus.

26 Secūdo itaque tēpore ius ciuile i o v i s Stellā attigit. nā & qui sub Ioue nascūtur soli imperāt, & soli Remp. gerūt, dignitatib. potiuntur, vt Iulius Firmicus asserit animū & crumenā implet legum scientia: quia vera est Philosophia non simulata. l. i. ff. de iustit. & iur. honores & præmia expectat. l. 1. C. de assessorib. iuxta illud Pindari in Olympijs ode. 2. dicentis opes virtuti iunctas cōmoditatē afferre, & anxietatē adimere qualis fulget stella cōspicua quæ ab eo ἀστὴρ ἀεὶ ζήλος vocatur, idque aiunt probari in prim. ff. §. nos verò. vbi Iustin. legitimos thesauros aperit quibus ditissimi legum oratores efficiantur discipuli. tamen ille figura sermonis vtitur ibidem respiciens ad paupertatem antiquam legum sua mole & desuetudine latitantium præ vbertate illa, quam ipse attulit suis vigilijs. sic Cicero libro 4. in epistola ad Seruium iuriconsultum: illam inquit, partem excusationis qua te scribis orationis paupertate (sic enim appellas) ijsdem verbis epistolas sapius mittere, nec nosco, nec probō: quem tu per iocum (sic enim accipio) diuitias orationis habere dicis: M o m v s. Quantum frugis & honoris proficiatur ex legibus & functionibus publicis nemo melius ostenderit quàm olim Mafsilienfes Galli quandiu rexere suam Rempublicam per optimates sexentos legum & æquitatis comprimis studiosos, vt Strabo tradit libro 4. Geographiæ. & eos appellarunt *πυμύχους*, id est, honore præditos & Gratianus Cæsar vocauit honoratos magistratus ciuiles seu militares vehiculo eburneo vti solitos. l. prim. de honorator. vehicul. libro x1. C. & antiquitus ius honorarium dicebatur ius prætorium Ioui maxime cōueniens, propterea quod mansuetius fuerit lege præfca naturali æquitate subnixum, qua duce Saturniam x11. tabul. legem in multis emendauit & impugnavit. §. 1. de bonor. poss. §. emancipati. de hæred. quæ ab intest. defer. nihil vero fuisse auctori eius iuris prætori hoonorificēt. digniusuē Pomp. declarat. l. 2. §. cod. ff. de orig. iur. l. ius autē. de iustit. & iur. potissimum cum prætor iudicaret. l. si prætor. ff. de iudic. §. Marcell.

§. Marcellus ead. l. & Cicero lib. 2. de finibus memorat Tubulum prætorem in capitali sicarij rei accepisse pecuniā ob re iudicandā. deinde prætor iudices dabat litigantib. obrutus interdū vi magna caularū. l. 1. ff. de iurisdic. illud honori maxime illi fuit, quod edicta proponebat legis potestātē habentia velut ciuilis iuris viua voce. l. nam & ff. de iustit. & iur. sed non plus anno vigeabant sicut nec prætoris functio. §. 1. de perpet. & tēpor. acti. quoad Iulianus iuriconsultus iustissima quæque edicta prætorū collegit perpetuitate donata Hadriani Aug. approbatione. l. 2. §. si quid igitur. C. de veter. iur. A c c v r s. Nō dubitabā fore vim de iure prætorio, quod ad corrigēdū ius ciuile nō semel spectat more tuo præclara dices quifque enim simili delectatur. sed nec reprehensionis studiū spernendū est, modo cōsulat Reip. in nulli⁹ verba iurare oportet reluctare veritate. nec puro prætorē inuidisse legi, vt potē qui pleraq; eius cōmendandi causa tantū emisit. d. §. 1. de bonor. poss. quo fit, vt me ipsum reprehedere nō erubescā, qui iā cōstiti cœpi diuitias ingētes à lege & à Iouis sydere promittit. & aureā penit⁹ esse iustitiæ faciē vt poëta ver⁹ ait apud Athenēū lib. 12. cap. 23. tamē in meis gloss. vix mihi persuadere potui licere legū profess. merced. capere è iugi labore: quia sic loquar. Vlp. l. 1. §. proinde. ff. de vari. & extraord. cognit. de iudice verba faciēs: proinde nec iuris quidē ciuilis profess. ius dicit. est enim res quidē sanctiss. ciuilis sapiētia, sed quæ prætio nūmario nō sit estimāda nec dehonestāda, dū in iudicio honor petitur, qui in ingress. sacramēti offerri debuit. quādā enim tamen honestē accipiuntur, inhonestē tamen petuntur. his verbis Vlp. nō vetat iuris interpretes salaria public. capere quotānis præstatura & nominatim legum doctorib. concessa. in l. medicos de profess. & medic. lib. x. C. nec vetat præterea nūmifcula quedā & pecun. à discipulis colligere instar Sabini iuris. in §. si. proēm. ff. sed potius obiurg. legū interpretē public. qui nō maturē exigit ab initio sacramēti potius quā serō post doctrin. quia olim moris erat singulis magni nominis profess. auditores suos adigere iureiur. ad certa solēnia vt cū Pythagorē iniriati promitt. diuturnū silentiū. nā inspiciētis esset profess. alijs legū peritiā dignitatis & lucri plenā mōstrare, sibi verò nō sapere, sed per esuriei stoicē callē veprib⁹ refertū ambulare quamquā nihil verius ab Stoicis dictū vnquā fuerit quā sapiētē non egere: quia arcet quouis telo paupertatē, & se ab eius ludibrio maturē asserit is, qui sapientis meretur titulū. ne secus faciens videatur à Ioue se alienū præbere. quoniam Proclus in lib. de anima ætates hominis stellis septem accommodans, ita vt infantiam lunę cōparet atque vegetanti facultati, mox Mercurio pueritiam citharę & lucta incumbentem, Tertiam Veneri, quartam mediamq; Soli vigore miro præditam, Quintam Marti victoriæ affectantē, in sexta sede Ioui ascribit solidam prudentiā & ciuiles mores, donec Saturni senium prolis & generationis expertis obrepat. nā profess. senectā nimia valdē premit nec laterib. nec voce iam robustum: præstat enim desinere quam deficere. sic Strato Lapsacenus successor Theophrasti & præceptor Ptolemei Philadelphi regis postquam scholū tenuisset xv11. annis eandem testamento reliquit Lyconi, causatus alios senes vel occupatos esse, vt inquit Laërtius at prædiues obiit donatus nimirum à rege discipulo talentis Lxxx. quod raro contingit Doctoribus. nam atticum talentum sexagenas minas capit auri probi, vt mina drachmas centenas. quo fit, vt mirer Isocratē vendidisse orationem vnam viginti talentis aut ore Plinio tanti aliquando sit in foro animum iudicis flectere ad dicentis nutum vnde quæstus manat amplissimus. nec frustra Iouem locupletem stella Martis sequitur, cum aduocato liceat in singulas causas centū aureos à cliente sumere. l. 1. §. si cui. ff. de vari. & extraord. cognit. Ergo ius ciuile ad Martem peruenit terribile terris sidus & rutilum, vt ait Cicero, cum in forensē venit disceptationem & praxim tanquam in aciem & puluerem castrensē deduceretur. quia cōtentio illa fori militia quādā est nō minus profutura Reip. quam quæ armis & vulnerib. strenuē perficitur. adeo vt aduocatus eloquētia malos homines incessens & bonos refocillans in re deplorata laudem ingentem assequatur. l. aduocati. C. de aduoc. diuers. iudicior. aduocatorum verò recentiores dicuntur tyrones velitari pugne tantū idonei, nondum verò iudici præstigijs ac fucum facere gnari. l. pe. C. de postu. accedit, quod multum pertinet ad iuris germanam interpretationem fori disputatio. inde Demades Rhetor Atheniensis interrogatus quo præceptore vsus fuisset ad Rhetoricem, quæ præcipuē animos iudicū mouere studet, respondit, tribunali attico, vt Stobæus scripsit cap. 29. nec dubium est ius anceps. contradictorio iudicio firmitatem capere. l. 33. ff. de legibus. sanē vbi cōstat de legis sentētia, non est exēplis iudicandū sed script. legib. l. sed licet. ff. de offic. præsid. & quidē corā iudice sedēte leges sobriè allegari queūt modo caus. iuuēt. l. Titius. ff. de act. empr. etiā corā militari. nā cast. ratio, nisi legib. fulciat. ad querelas cōmilitonū sedādas & delicta cœrcēda, vix quicquā præstabit eximiū. l. offic. §. si. ff. de re milit. præterquā quod antequā ineur bellū cōsulito opus est. ita verē dixit Iustin. l. 1. de Iustin. Codic. cōfir. lege & armis

rempubl. stabili, & hæc illius mutuo egere auxilio, ita ut iudex manu militari sæpe parere contumacem cogat. l. qui restituere de rei vendic. sic intelligo l. 4. §. qui præfidis de re milit. ubi defertoris peccatum & si quis in executione vel post dimittat præfidem, nempè apparitor comes præfidis sententiam exequentis. l. à diuo. §. 1. de re iudic. eger enim armato comitari, ut terreat proteruos. l. pupillus. §. pe. de verbor. signif. merito Atheniensibus visum est senatum suum Areopagum vocare, id est, Martis pagum, quia αἰρη, Mars græcè dicitur. tamen Pausanias id rationis affert lib. 1. quod ibi Mars capitis causam primam dixerit. nosti, Mome, hac fide græcæ historiæ credendum, non laxius. M O M V S. Mirari cœperā, quod Martem nemo adulterij reum fecerit: nec quidem facilis ille Veneris maritus tam animo quàm pede claudicās, adeo ut reticulo aureo inclusum, laqueis legum inuoluere non curauerit, vel in ius vocatione prouocare, à qua omnium actionum instituendarum scis pendere principium. §. si de pœn. temer. litig. A C C V R S. Talis protus cœsetur vocatio in ius ad specimē dandū forensis certaminis & extruendas vtrinque acies qualis in re bellica indictio cū bellū decernitur in l. hostes. de captiu. ex quo fœcialis nuncius apud antiquos mittebatur, qui bellū indiceret aduersarijs, alioquin iustū nō foret, nec ex lege militiæ inchoatū: quia explorandū est, utrum hostes malint deditioem facere quàm pugnare, ut Deuteron. cap. xx. præcipitur, quinimo & inituri duellū forense quidam denunciabāt aduersario priusquam ipsum in ius vocaret, ut solueret: vnde fluxit actionum in personam appellatio, id est, condictionū, quia condicere prisca lingua non est aliud quā denunciare. §. appellamus. de action. quæ denunciatio ab vsu discessit plaudente iure, utpote cum eius probatio nimis onerosa creditoribus videretur. M O M V S. Iam velut longiuscula via defessi in hoc colliculo paululum immoremur, & contemplemur an extincta versus conditio denuo suscitetur in l. quidam ff. de seruit. vrbā. ubi alloquendus est vicinus qui tubulos fictiles admouerat parieti communi, per quos flamma balnearia paries assiduo torrebatur, ne rem illicitam faciat. sed putem id iure comparatum, eò quod verax Hesiodus dixerit vicinū vicino inuidere, ideo admoneri lex iubet alterū ab altero priusquā ad iudiciū eatur. præsertim cum parua opera adeatur is qui tam propinquus est. l. dies. §. pe. ff. de damno. infect. nisi expressè detrectet id facere quod expedit. l. 4. C. de adif. priuat. Quineriam in d. l. quidā Proculus videretur innuere sine alia denūciatione in ius vocari vicinum potuisse: quia, inquit, nō dubitat qui rē illicitā faciat: ex quo amplius admoneri nō debuit. l. 1. §. si. ff. de actionib. empr. denique lex presumat actore non esse tam studiosum iurgij, ut interpellatione non præcedēte profiliat ad vocandum in ius aduersariū, sed, ut dixi, voluit eū excipere à probandi onere, si se reus bene perfrecta frōte negaret interpellatū. l. 3. ff. de vsur. aliquos audio excipere personā inferioris, qui pulsare lite destinat superiorē, verbi gratia, patronū. l. 4. C. de obsequijs. sed imperator ibi subdit audaciā impune cedere liberto, qui litigare maluit quàm nunciare: quia nō omne illicitū pœna afficitur. l. at si quis. §. idē Labeo. ff. de religiof. idque tu illic nequaquā prætermisisti. A C C V R S. Qui vocat in ius nōdū petit sed petere festinat, l. amplius. ff. rē rat. haber. donec ad forū veniendū est, tunc Mars accenditur, hinc Ouid. lib. 4. Fastor,

Spectate Quirites,

Et fora Marte suo litigiosa vacent

tunc consecuntur manus, hæret pede pes, & viro vir. vnde illud in xij. tabulis, quod allegat magis quàm percipit Aulus Gellius lib. xx. cap. 9. Si qui in iure manum conferunt, id est, omnino litem cōtestantur exēplo prelij armati, qui enim vocatus est in ius aut cōfiteretur, & tūc sua se sentēt. vltro dānat, nec iudici partes vllas officij relinquit. l. 1. ff. de cōfess. l. proinde. §. si. ff. ad leg. Aquil. nec dicitur certamē inire, quia deditioem in potestātē hostis venit. sic nec iudiciū accipit, l. si domus. §. in pecun. ff. de leg. 1. putavi ego aliquādo inter cōsentientes iudiciū esse, si quis velit sentētia superari: ut si quis à fortissimo viro nō dedignetur prætio vinci. verū nūc placet hic collusionē nō impedire quominus litis cōtestatio per negationē rei conuenti fiat. l. rē nō nouā. §. patroni. C. de iudic. & sicut Paulus negabat iniustū testamentū pro testamēto haberi. l. Paulus. de verb. signif. ita iudiciū nō iusto cōtradiēt. peractā non habet vim sentētia. l. 3. ff. de collus. deteg. propriē enim in inuitū redditur. l. inter. §. 1. ff. de verb. sic & cū Darius apud Iustinū nō grauatē fert se Alexādro Magno cedere Persarū imperiū moriens præ illius strennitate & humanitate, puto solatium fuisse non damni remediū. nam & qui desert aduersario iurifuradi cōditionē, eū iudicē in re propria ferē facit. l. 1. ff. quar. rer. amot. artamē disenserat antea ei, & ita litē cōtestatus fuerat delatione iurifuradi. l. xxvi. §. ex quib. ff. de iudic. & licet sacramētum transactionis fœdus cōtineat atque cōsentum quēdā litis dirimendę causa, tamen nisi defensio præcessisset, nihil opus esset diuini numinis testimonio. l. 1. C. de reb. cred. ita ut is qui detulit, victorem periurio ouantem fulmine tāgi

vel hiatu terræ obforberi protinus moram cœli & seram dei vindictam increpans.

Induciæ quoque intercedunt bellis iudiciariis: nam in castris cum conuenit ne hostes se inuicem lacesserent in breue tempus, vis belli non extinguitur sed interim tepescit. l. 9. §. induciæ. ff. de captiu. fit enim quædam manuum temperatio tātum, quam Græci ἐνεχειρία vocant Samio vocabulo, ut Strabo notat lib. 8. ergo Varro male dicebat inducias esse pacem castrensem paucorum dierum, ut est animaduersum ab A. Gellio lib. 1. cap. 25. non enim per eas à bello disceditur. l. pen. C. de cur. furios. nisi forte figuram vsurpauit Varro, qua utitur Horatius lib. 2. Satyra. 7. ubi dominus seruum alloquens age, inquit, libertate decembri. nec tamen Saturnalibus serui continuo liberi erant, sed sustinebatur imperium solitum dominorum tantisper: & quod pro certo rediturum est, non abhorret à perpetuo, ut in febre. l. qui tertiana. ff. de ædil. edict. & in seruitute prædiorum. l. 4. §. si. de seruitutib. ff. sic in foro si conuenerit, ne cōtra vocatum in ius agatur intra annum, proderit exceptio dilatoria vocato. vel ut assolet, intra quinquennium ex beneficio principis. l. 3. ff. de except. l. quoties. C. de precib. imper. offerend. nec enim decet principem ius cuique priuatorum auferre pro alio ditando, sed differre ei fas est mediocri spacio temporis. quæ res sæpe prodest ipsi actoribus, ne acerbitate sua adigant debitores infelices ad cessionem bonorum, aut aliud deterius. quæ ratio suauis, ut etiam priuatorum pactio aliis obsit, cum altera manu adfert commodum. l. & suum. §. si. ff. de pact. Quando bellum recruduit, fortuna plurimum pollet, & salui euadunt.

Quorum virtuti belli fortuna pepercit,

Ut verbo utar Pyrrhi regis vel Ennij poetæ potius: sic in iudicio. l. quod debetur. ff. de pecu. præsertim cum tepidē quis defenditur in causa capitis. l. seruus. ff. de stat. hom. arramen præsumptione civili sententia iusta præsumitur habita relatione quod talem esse oportuit. l. pe. de iustit. & iur. alioquin nullus sit litium finis, si non sit appellatio. l. 1. C. ne liceat in vna eademque caus. tertio prouoc. sic lex quæ præluceat iudici, sæpe iniqua est, & talis curriculo xui aliquo deregitur: ut lex Papia ab Augusto lata ærariū implens, & cuius domos exhauriēs prohibitione dira ad eundē hæreditatis clausis tabulis. l. 1. §. 1. C. de caduc. toll. ramēquādiū viguit, nemo ipsam reā iniquitatis fecisset: quia iustam fuisse legē decuit ad iustitiæ amulsim fabricatam can. erit. 4. dist. proinde in d. l. penul. prætor ius dicit etiam si iniquē statuat.

Adde quod iniustum rigido ius dicitur ense,

Dantur et in medio vulnera sæpe foro,

Inquit Ouidius de Euxina ora loquens lib. v. Tristium, sane ubi manifestissimè liqueret iudicem absoluisse reum facinoris conuictum, cuius factum lex expressè infamaret, notam iniustum iure non aboleret. l. palam. §. quæ in. ff. de rit. nupt. nam circa facti probationem cōnuere ei licuit, semel verò liquido probati pœnam non licuit auferre. l. 1. §. 1. ff. ad Turpilian. sic namque ille iurifconsulti locus ibidem explicandus venit, ut scilicet iudex multum re ipsa possit in facto expendendo non autem de ipso iudicare posse. l. eum quem. §. si. ff. de iudic. & inde patet ancipitem adeo esse euentum iudicij, cum tot insidiis veritas occultetur, tot iuris erroribus, tot malitiis. l. 1. ff. de appellato. Quo factum est ut victoriā & gloriā lex polliceatur ei, qui iudicem corruptum, pretio vel cupiditate sententias addicentem accusauerit ex merito. l. iubemus. C. ad leg. Iul. repet. pene enim triumphat qui victoriā & palmam è foro retulerit, inde palmarium vocatur id genus victoriæ in l. 1. §. si cui. ff. de variis & extraord. cognit. sic in Eunucho Terentius palmarium facinus dixit, triumpho fere dignū. M O M V S. Dulcissimum nomē victoriæ Iustiniano Augusto præ ceteris principibus placuisse ipse ostēdit, dum in præemij cuiuslibet inscriptione maximè digestorum se victorem & triumphatorem nuncupat: & licet illi credere de se splendida mentienti, cum vos interpretes legum putetis licere principi in sua & causa iudicare. l. pen. ff. de iis quæ in testam. de sent. sed viderint alij reges iugum imperij Romani excutere ausi, num hoc sint admissuri. forte Rex Persarum quo cum pacem fecisse mirificè lætatur, coque nomine gratias agit deo victoriæ autori ac iusti fœderis. l. 2. C. de offic. præfect. prætor. afric. A C C V R S. Quin tu existima Iustinianum populariter nactum nomē Callinici seu eximij victoris acclamatione fausta, ut sæpe refert Procopius præsertim lib. 2. de bello Persico. quod Archilocus Lyricus incidit Herculi χαίρε καλλιῶνε inquit. quod est: salue victor egregie. & utique Iustinianus plura monstra singulari Reip. bono exterminauit, contriuit, editis responsis iurisprudētum & Cæsarium rescriptis, & sic eiectis & vindicatis sceleribus, quam vllus Hercules, ita ut quarto ad s o l e m peruenisse ius ciuile tunc videatur, sicut quoque lex Martem curialem perstreperem non sinit die Solis seu dominico. l. omnes. C. de feriis, ut fulgentissima stellæ Solis, quem boni filium Plato vocat dialogo vj. de Republ. maximè horribilis concedat,

quia tam illustris & fructuosa editio Iustiniani splendore claruerit. §. cumque hoc præcæm. Instit. proinde quemadmodum Sol dux et princeps luminum reliquorum ac temperatio, ut Tullio placet, mediam ferè regionem obtinet, sic in pandectis mediocritas decens inuenitur ex sublimi autoritate proueniens. §. & in reliqua. præcæm. ff. & quod mediocre est, æquabile censetur. §. cum ex aliena. de rerum diuis. quod si Solem inferius deus locasset in orbe lunæ, vniuersa procul dubio excussisset: si superius in Saturni cælo, terram fecisset præ glacie nimia inhabitabilem, & quisque ex Horatio didicit virtutem esse medium vitiorum vtrinque reductū, nec prodigū hominē amat iustitia, nec auarē sordidū: nec iudicē illacrymantē reis male meritis, aut nimis acerbū. l. obseruandū. ff. de offic. præsi. l. respiciendū de pænis.

Τὸ μὲν γὰρ ἄγαν, ἄγαν μὲ τίς πει,

Ut ait Alphæus, id est, hoc ne quid nimis, nimis me oblectat. sic Iustiniano inuisa est præcæps breuitas & redundans copia in legibus. §. illud. §. & antea. præcæm. ff. nam duo librorum milia, versusum autem tricies centena molēs, legum indigesta comprehendebat, quoad
 48 sol ceu fulgor cælestis irradiavit, ut idem Cæsar scribit l. 2. §. postea. §. seq. de veter. iur. C. vbi versus capio pro lineis sensu non imperfecto perscriptis: sicut apud Horatium lib. 2. Satyra §. callidus captator alienæ successiōnis explorat quid prima secūdo cera velit versus: solus multis ne cohæres sit in diuitis testamento. nec vero plurimus cibus tam reficit quam qui suauissimus est concoctusque facilis. non abs re gloriatur Iustinianus à se pulsam copiam antiquam tot voluminum semper egenam suffecta locuplete breuitate. l. 2. §. mirabile. C. de veter. iur. quoniam iuri civili id pene acciderat quod Nicomacho Smyræo, cuius corpus ita immodicè creuerat ut se loco mouere nequiret vti à Galeno refertur lib. 2. de differentiis morborum. Nicomacho prosperè medicatus Asclepiades traditur iuri autem Imperator
 49 superuacuis longe resecatis & expunctis. §. quibus. de nouo codic. sciend. ante quem Iulius Cæsar decreuerat ex immensa & diffusa legum copia optima quoque seligere & necessaria in paucissimos conferre libros, teste Suetonio. Cæterum magnus acervus post Cæsarem cumulatè increuetat scriptis de iure voluminibus, magna congeries, & vasta quædam sylua, præsertim cum Papinianus, Vlpianus, & alij iurisconsulti, quorum responsis nunc fruimur. post Iulium & Augustos xii. floruerint. ergo ut scimus Solem non vago cursu mundo illucere, sed arctari duobus tropicis, æstiuo Cætri & hyberno Capricorni, sic prorsus Iustinianus limites iuri civili præscripsit. adeo ut turpe id sit ignorare, & ab excusatione semotum quod
 50 finitū appareat. l. 2. ff. de iuris & fact. ignor. MOMVS. Bona verba: num tu te ipsum tati facis, ut ius omnino te callere putēs, qui te passim hallucina tū iam modestè fassus es: ratum abest ut agricolæ vel mercatori turpis sit futura iuris ignoratio, re ipsa parū finiti parūq; expliciti: ac plerūq; sphingis meta ænigmata cōtinentis. quibus aggrego id quod huc spectat ex trium Cæsarem sanctione. l. pe. C. de iuris & fact. ignor. cōstitutiones principū nec ignorare quēq; nec dissimulare permittimus. A C C V R S. Aduerte, quæso, cui dirigatur à tribus illis Cæsaris rescriptum istud, & protinus intelliges non permitti ignorantiam constitutionum regiariū, nec temerè puniri: nam inscriptio ostendit Flauiano præfecto prætorio mandatum, qui tam equitibus imperij, tū legū disciplinæ, præerat. l. 1. ff. de offic. præfert. prætor. Huic itaque iniungitur sollicitudo promulgandi cōstitutiones imperatorum, non tamen ideo sequitur puniendum aut damno afficiendum quemlibet iuris errore laborantem, quia, ut iam superius dictum fuit, nō semel inultum finit esse lex id quod fieri minime vellet. l. at si quis. §. idem Labeo. ff. de religio. l. 1. §. biddum. ff. quando appell. sit. at obiicies, ut tāquam de specula rationis præuideo, leges sacratissimas ab omnibus intelligi oportere. l. 9. C. de legib. fateor vti que eas leges necessariò intelligendas de quibus illic nominatim tractatur, quæ constringunt hominū vitas, id est, quæ mores eorundē vitæque informant ex naturæ dictamine, quod si quis violauerit, ne rusticitate quidē excusatur, ut si patrem proteruè inceserit. l. venia. C. de in ius vocand. quotusquisq; enim est qui nesciat, deo, patria, parētib;que obsequendū, siue ius naturæ consulat, siue ius gentium, aut denique politicū. l. veluti. ff. de iustit. & iur. quinetiā in d. l. 9. de legib. C. apertè ostenditur pleraque in iure obscura esse de quibus princeps autor legum se consuli comiter patitur, sunt & alia quæ dicuntur de apicibus & culmine summo iuris tolerabili errore. l. si fideiussor. §. quædam. ff. manda. quandoq; scire ius quisque tenetur in iis quæ in ciuitate cotidie frequentantur, ut in petenda bonorū
 51 possessione propter mortes frequentes quoque & successiones, saltē consultis peritiōnibus id iuris neminē latere decuit. l. in bonorū. ff. de bonor. poss. si modo iurisconsulti copiam successor cōmodè habere potuit. l. regula. §. sed iuris. ff. de iuris & fact. ignor. adeo salutaris est ciuitati vir legum peritus, qui amicis præsidium, opem cognatis, opes & decus sibi parat subsequens præscriptum legis & se quocunq; vna conuertens, ut flos heliotropij ad solē, cuius occasu alas suas contrahit eique prouecto turpe est nescire ius in quo versatur. §. Ser. uius. 2.

uius. l. 2. de orig. iur. secus in nouitio statuam. l. 4. §. si. ff. de mili. planè cuius præternerecundum est constitutionibus nullo autore fultis vti, & exilio multandū ob crimen falsi. l. si. ff. ad leg. Cornel. de fals. cuiusmodi faciunt qui Iustinianū sigillant ob recisas leges superuacuas: & ut Pentheus ille furens in fabulis, duos Soles se videre & Thebas geminas rētur. MOMVS. Ego posthac imitabor illam Memnonis statuam in Æthiopia oracula articulatè reddentē: quia, teste Philostrato, non ante loquitur quàm solis radiis icta fuerit. ita profecto in sole Iustiniani totus ero, postquam ipse in §. si. præcæm. ff. iure dicit talē à se factā permutationem legum, qualis apud Homerum Glauci & Diomedis aurea arma pro æreis accipientis describitur. vnde summā gloriā sibi cōparauit pro meritis, ut ait Paulus Diaconus lib. xvij. rerum Rom. idque circa annum à Christo nato 1331. & ne digna laude virum insignem priuet, fateatur participem tati conatus fuisse Tribonianum peritum iuris, mitem, humanum & multis virtutibus vnicam auaritiæ labeculam facile regentem, teste Procopio lib. 1. de bello Persico, nec moror ea quæ vulgus aspera de Triboniano cōminiscitur non magis quàm Xerxis regis tela in solem missa, vel Atlantum conuicia, qui, si Herodoto creditur solem nimis torridum cotidie execrantur. Sol tamen iustitiam humi & in cælo quodammodo custodit: & scitè Græci legem γόμον vocarunt, ut Archytæ placet, à verbo γέμω distributione, qualis in Sole cernitur Zodiacum percurrente, & singulatim signa xii. illustrante, ac terrestribus splendorem & vim generationis cōmunicante. vsque adeo ut solem aspicere idem sit quod nasci & viuere. l. cum inter. C. de fideicom. liber. hic φοιτοσος videtur dictus quasi φῶς βίου id est, lumen vitæ. nam absque illo tenebræ perennes genus humanū inuoluerent. Lux enim omnis ei debetur & dies, qui non est aliud quàm sol lucens supra terrā, ut significatur in l. more ff. de feriis, & tu ibi dixisti. A C C V R S. Dixi vti que, nec pudet, cum & sine Iustiniani ius sparsum cōtrahentis beneficio obscuritate molestissima cæcutiremus. detraxit illa reiecta digna, mutauit, adiecitq; necessaria. §. quibus. de Iustinian. codic. ut ecce, in lib. 4. receptorum. sententiā Pauli. tit. de intestatorū successione, lex extat huiusmodi: septimo mense natus matri prodest: ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere, ut aut septimo pleno aut decimo mense partus maturior videatur. atqui in l. septimo. ff. de stat. homin. respōsum eiusdem Pauli non in vnitatem numeri Pythagorici, nec in perfectio mense septimo figuratur, sed in auctoritate Hippocratis septimum mensem inceptū duntaxat desiderantis instar cœpti decimi postquā nouus exactus fuerit, & ita tu supputasti in l. 3. §. post decē. ff. de suis & legit. hæredib. ex quo luce ipsa clarius patet Sole Iustiniani illuminatū fuisse id quod antea tenebricosum horridumque videbatur, vel certè desuerudine inumbratum, ut eiusdem
 55 Cæsaris verbo loquar. §. igitur. præcæm. ff. MOMVS. Ecquis Euripus iuxta Eubelā insulā æstuās, & in die septies fluctibus recurrens, sapius mutatur quàm res optimæ mortalium? aut quis sol frequentius obscuratur quàm ius ciuile, idque non vno modo tantum? sed triplici. nam primum vmbra terræ, quam noctem dicimus, radios suos comprimit, ita ut occidere dicatur. secundo Eclipsi: tertio nube densiore. nocti comparo legem posteriorem priore semper potiorē, & rebus distantibus ex illa humana vicissitudine latā, sicut vidimus Celiū patrē à Saturno pulsū cælesti solio, & mox hunc à Ioue. l. sed & posteriores. ff. de legib. si modo ut ibi iurisconsultus ait, lex sequens cōtraria sit præcedenti: alioquin nihil veter vtrāq; vigere & altera alterā explicari. l. non est. eod. quapropter nihil antiquitatis ignorari decet etiā explosa: quia venerationis multū habet & oblectamenti. §. 1. de testa. præterque quod saepe lex verus instauratur. l. lege. C. de legi. hæc. etiam nū iucundū est illud ex xii. tab. qui malū carnē incatallē. & qui fruges excatallē. nam is puniebatur ut maleficus, si forte ex vicini agro segetes aliò traduxisset præstigijs ut in l. 4. C. de malef. & mathe. vbi qui gradinem & procellā excitant cum frugū pernicie acerbissimè plectuntur, & de ea re legis antiquæ verba refert Plinius lib. 28. c. 2. ne dubiū est carmine imperari cælo, & numen è sacris locis euocari, ut idem autor ibidē subdit, necnon Vlpianus in l. sacra. ff. de rer. diuis. quod obiter cōmemoro, quia rem cælestem sacramq; penitus attingimus, & ad Eclipsim festinamus quæ sit duorum syderum cōitu, dum Soli Luna ex diametro obiicitur, ut sepius accidit nouilunio, vnde cum Luna Sole longe minor sit, vix vbi que terrarum per eclipsim sol obscuratur, cum è diuerso si Luna feceris solē oppositā, nusquam illa appareat. sic vtiq; consuetudine legis radij impediuntur illicitantū vbi abrogatur lex inolitū moribus posterioribus. atqui lex principis in dubio vndeconque fugat consuetudinem. l. 3. §. diuus ff. de sepulchr. viol. quia lex consilio prudentū lata. l. 1. ff. de legib. necnō cōsensu populi olim rogati an parere vellet. §. constat. de iure natur. præpoller consuetudini sensum vires nactæ. inde fit ut si à simili iudicandum aliquid veniat, legem potius imitemur. l. 2. C. quæ sit long. consuet. quia ratione magis quàm errore serpente introducatur. l. quod non. ff. de legib.

Tertio dixi nube inumbrari solē, ut & legem desuetudine, tacito cōsensu populi lege nō

vtentis. l. de quibus. in ff. eod. nec enim vno velut securis ictu lex cæditur sed paulatim gliscente more contrario. sicut in Gallia lex Iulia de adulteriis iuriconsulto & Cæsari valde capitalis. l. i. in ff. de extraordin. criminib. l. quamuis. C. de adulter. iam pridem negligitur pessimo exemplo. sed spes est fore vt integretur impellente Venere, non illa Ioue & Dione progenita, quæ Martem irretiuit, sed nata cælo sine matre, vt Plato in conuiuio Amoris loquitur. Nam lex lucem splendidam à Principe accipit discussa nube opaca defuetudinis. §. igitur proæm. Instit. A C C V R S. Commodè, per Iurisprudentiam, mentionem fecisti defueti iuris & VENERIS, ad quam quinto ius civile peruenisse arbitror, cum vires amissas recuperavit, & pristino splendori in totum amisso redditum est, Luthario Saxone Imperante in Germania, Ludouico Crasso in Gallia, & Innocentio II. Pontifice Rom. sedem tenente. antea enim Gothis Europam passim occupantibus leges Romanæ à Iustiniano restituta tacito rursus dolore latitauerant. & Sol iuris exerere caput non audebat, quoad lux reintegrata est Venere prælucente. cuius stella, inquit Cicero lib. 2. de Natura Deorum *ἠὲρ ὄσ* græcè, latine Lucifer dicitur. cum antegreditur solem, cum subsequitur, Hesperus,

Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,

vt poeta loquitur. & anno cursum suum conficit instar ipsius solis eique multum tribuunt Genethliaci, qui ex astris fata hominum colligunt can. igitur. 26. q. 3. nam à Veneris prospera stella hilares, modestos, comèsque homines, nasci prædicant. estque Luciferi ac Hesperis idem mutato mane & vesperi cum temporis delectu nomine, vt Parmenides apprehendit, licet vulgè aliter persuasum sit lepida fictione nec inuisa, postquam Veneri fictio perplacet, & qui amant ipsi sibi somnia fingunt, vt ille dixit. & ius civile fictionem re vera & amanter amplectitur equitate distante, non aliter. sic videmus iure postliminij reuersum ab hostibus fingi semper fuisse in ciuitate, vel si apud eos moriatur, quasi mortuum videri cum caperetur. l. in omnibus. ff. de captiuis. l. xix. eod. ne pro patria, pro aris focisque pugnans libertatem vita chariorem amittat. l. si. C. de patr. potest. & proinde ne alij milites fiat ad conferendum manus lentiores captiuitatis metu. vbi deficit æquitas, ibi etiam fictio, vnde non prodest captio ad perficiendam vsucapionem rei alienæ inchoatam: quæ licet permittatur, dura est. l. denique. l. seq. ff. ex quib. caus. maior. puto tamen succurri reuerso à prætorè ex causa restitutionis, quæ maioribus indulget, vt nec vsucapio interrupta censeatur. l. ait prætor. §. i. ff. ex quib. caus. maior. quia & si soleamus dicere factas res nulla lege infectas fieri. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis, tamen lex efficit vt pro infectis habeantur. l. i. ff. de iis quæ in testament. delent. sic captus & in præsidia hostium deductus pro non capto putatur: ita iubet lex regina rerum, & lege æquitas potentior. adeo vt fingat penitus impossibile secundum naturam: quia vbicumque veritas viget, non egemus fictionis auxilio. l. filio. ff. de liber. & posth. at si æquitas imperet aliquid fieri, quod à veritate non permittatur, tunc ad fictionem tanquam ad sacram ancoram confugimus, non aliter: vt dum nocte intempesta vnus homo à pluribus occisus est, nec scitur cuius ictu perierit, omnes de occiso tenentur. litem Mela. §. i. ad leg. Aquil. licet mori nisi semel nulli detur: quia vindicta delictorum reip. profutura id iuber spreta subtilitate. sicut cum plures trabem furtim abstulerunt, quam singuli ferre non potuissent. l. si ita. §. si. ff. ad leg. Aquil. quo magis miror sensisse Bartolum iure non fingi impossibilia in genere, sed in quodam individuo: non utique finget lex adoptione filium natu maiorem patre, quia indecorum id creditur & monstri simile. §. minorem. de adopti. nec finget locationem finitam tempore reintegrari, si interim dominus furere ceperit. l. qui ad. ff. locat. quia non magnopere curauit lex id fingi, ex quo utilitas vel damnum sit ambiguum in contractu reciproco obligante. sed libentissimè fingi patietur reliquias consensus superesse in coniugibus furore correptis, vt filij in potestate perducent, & ne calamitate res sancta matrimonium dissoluatur. l. patre. ff. de iis qui sunt sui vel alien. sic in prælio perempti gloria superstitè perpetuo viuere intelliguntur, imò cessante iam inuidia post mortem pene nasci videri queunt, vt duo fulmina belli Scipiones fratres à pœnis interfecti in Hispania cum Romani nominis propagatione. M O M Y S. Aliquid nouæ lætitiæ suboriri coniecto, quod solito sis hilarior vultus tui indicio, & frontem serenam apertè porrigis. A C C V R S. Prorsus, ô Mome, nec possum non hominis quicquam retinere, ac vehementer gaudere quod prouocâte materia ad Sextam stellam Mercurij descendo, qui tum iuri ciuili fauit, opinor, cum ego ipsum laborioso glossemate illustraui, nô sine cælesti afflatu ac numine:

Nunc etiam interpret diuum Ioue missus ab ipso,

dicebat Virgilius de Mercurio Iouis nuncio legum Ægyptiarum autore, qui vt tradit Isidorus, Trimegistus appellabatur can. Moyses. 7. dist. ob scientiam, virtutem, & eloquentiam vt ibi

ibi interpres adhibuit, & Imperator plura enarratoris boni munia enumerans in l. i. de profess. qui in vrbe Constantin. lib. xij. C. his tamen tribus comprehendi aptissima. nam copia discernendi, & subtilitas disputandi, scientiæ verbo includuntur, quæ quidem virtus non est sed iter ad ipsam demonstrat, cum faciliè sit improbo quoque arguere de Iustitia disputare. quare Apóstolus impensè quidem eruditus in cælesti auditorio confiteretur se eruditum sermonem contemnere ad Corinthios cap. i. tie, inquit, inanis redderetur crux Christi: si qui se deliniri facundia doctoris potius quam mæra sapientiæ arbitrarentur, ex quo fit, ne me omninò pœniteat mei seculi, in quo si quis Vlpianum ipsum posuisset, repente fecisset Gothicum. nec Cicero libro 2. de Natura Deorum Mercurium quintum Ægyptiis clarum fuisse scripsit ob tersum sermonem, sed quia Argum occiderit, leges & literas dederit, & inueniret argentum: quemadmodum ex meis enarrationibus incomptis & duriusculis aurum libebit eruere, tanquam ex fæcè lutulenta vt de Ennians versibus Virgilius dicitur: nec in uideo pæris & Moschum fragrantibus Iurisperitis, affectata oratione nitentibus; ac, vt semel dicam, rebus auri bractea linentibus, lutum ieiunæ sententiæ. M O M Y S. Noli istos sales in fatuos consumere, qui multis verbis tam pauca dicere solent: ar tu multa paucissimis. quia & stella Mercurij velocest. motu quæ celer Cyllenius hæbet. inquit Lucanus: & anno ferè vertente signiferum lustrat orbem, neque à sole longius abscedit vnus signi intervallo: *ἠὲρ ὄσ* à Græcis appellatur à fulgore singulari: ita tu à Iuriconsulto mente sententiæ que raro deslectis. & vt gloriaris de tuo nomine Accursij alicubi, accurrens iura dicere cupientibus compendiosè, cum iuris doctorem verbosum in commentariis esse turpissimum sit. l. i. ff. de orig. iur. denique non aliter quam quidam sol nocturnus succurris aduersus tenebras iuris luce ingenij & memoriæ incredibilis: quasi virgam gesses seu caduceum Mercurij, quem scis *ἠὲρ ὄσ* græcè dici & indeterminate adferre legatione surgentibus pene sanctis. l. sanctum. ff. de rer. diuis. Illa, inquam, virga frater cælestium interpretis, qui inde Hermes nominatur, quia *ἠὲρ ὄσ* sit differere seu explicare,

quæ venis, & turbida tranat Nubila,
teste Virgilio lib. 4. Æneidos. non omitto furandi solertiam, propter quam ille Deus à Lycaeo poeta laudatur: sed & Horatius eundem canit Deorum,

*Nuncium, curuæq; lyra parentem,
Callidum, quicquid placuit iocoso
Condere furto.*

perinde atque ego demiror te adeo astute Azonis Bulgari, Pyleique, inuenta tibi assumpsisse. A C C V R S. Talis tibi filius contingat, qualem mihi prædicas Mercurium furto se oblectantem more Laconum iuri naturæ opposito. l. i. ff. de regul. iur. l. probrum. ff. de verbor. sign. idèoque præcepto decalogi expressè vetatur. & Cicero lib. 3. Officiorum Stoicè affirmat magis esse contra naturam alteri detrahere aliquid, & hominis incommodo suum augere commodum quam sit mors, paupertas, dolor, & quam cætera quæ possunt corpori accidere aut rebus externis. cum enim ratione naturali, id est, iure gentium diuisa fuerint dominia rerum. l. i. ff. de acq. rer. domin. suum cuique seruari iustissimum est. tamen si non ignoras Flanium libertum Appij Claudij viri clarissimi dignitates ad eum Roma, quia patrono suo librum surripuisset, in quo legis actiones, id est, praxis formula continerentur, eumque populo vulgasset plausibili numero. l. 2. §. postea cum. ff. de orig. iur. nihil miror, quoniam scelus profuit reip. l. minime. ff. de religiof. nec lucri causa Flavius librum furrim contractauit, sed bono publico studuit & libertati ciuium, vt paratius experiundi in iudicio ritus agnoscerent. sic fuit extra furti definitione in d. l. i. ff. de furt. Gratia verò tibi habeo maximam, quod in parum expolita phrasi mea breuiloquentiam laudasti, & non nihil perspicuitatis, non oblitus Aristophanis scribentis in Ranis, *ἀμα γερρον πῶς εἰπέ, καὶ σαφῆρον*. hoc est, indoctius dicit, & manifestius. an nescimus scripta Tuberonis summi Iuriconsulti intercidisse, quod affectatè nimis edidisset. l. 2. §. Seruius. ff. de orig. iur. Cæterum quia M. Tullius in perfecto oratore iuriconsulti memoriam desiderat propter rerum varietatem & finiti iuris infinitas quæstiones, est quod laudes ingentes decantem Deo auctori sapientiæ memoria & vsu parentibus editæ, vt Afranio placuit, propter memoriæ spectatæ singulare beneficium, quale non maius Pythagoræ obtigit, quem de se dicere solitum Heracles Ponticus apud Laertium prodidit, à Mercurio monitum vt quiduis peteret præter immortalitatem, perisse autem vt viuens & vita functus omnium quæ contingerent memoriâ haberet, quod diuinitatis est potius quam humanitatis. l. 2. §. si quid autè. C. de veter. iur. & vix in nullis obliuione teneri concessam fuit Mercurio ipsi Iouis, aut facundo Cynege Pyrrhi Regis legato, quem Seneca in prologo Declamationum scripsit postredie quam

- Romani venisset nouus homo senatum omnem & circumfusam senatui plebem nominibus suis saluasse. Et profecto est memoria commendatio digna interpretare, ad cuius fidem decurritur tanquam ad oraculum, adeo ut testi vni credi videatur quamuis exceptionem superanti ut in l. 1. §. si ff. de verbor. oblig. vbi cum stipulator Græcè loquitur, promissor Latinè, Punice, vel Assyriè, nihilominus stat vis stipulationis, modo vterque alterum intelligat saltem medio interprete: non quod fides adhibeatur penitus vnius testimonio aduersus l. iurifurandi. C. de testib. sed quia iurifconsultus non dubitet, quin de consensu partium constiterit. sed dubitauit tantummodo de solemnitate scrupulosa stipulationis consensu solo minus explendæ. d. l. 1. §. si quis simpliciter: tunc enim nihil noui facit interpres sed detergit quod inest conuentioni. l. adeo §. cum quis ex. de acq. rer. domin. nec est verisimile in proposito partes tam supinè agere, ut soli fidant interpreti sine aliorum hominum præsentia. ut in l. qui testamento §. si ff. de testam. vbi testis Latini idiomatis nescius rectè testamento interest, sensu tantum percipiens quid geratur: eo quod solemnitatis causa non probationis duntaxat adscitus fuerat, cum sex alij testes non de essent. aliter profors sentirem si omnes Latinè nescirent: sic intelligo l. hac consultis. §. si. C. eod. vbi Græcè testamentum perficitur, vel interroganti Romano Græcè responderetur intelligibili perspicuitate. l. Pamphilo. §. pe. ff. de leg. 3. Quod si stipulationis vel etiam testamenti interpres perfidè versaretur, aduersus eum doli actio competere. l. 2. ff. de proxener. & exceptio doli contra stipulatorem. l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de recept. arbitr. nec enim sic approbatur testis vnus in hac specie ut in iureiurando delato. l. si. C. de fidei. commiss. sed ita demum si probè explicuerit, non pœna sed Græca fide, ut verbis vtar Aufonij, & Latina explicatione, hoc est, nõ ambigua sed intelligibili, ut Bartolus exposuit in l. decreta ff. de re iud. vbi Prætorij decreta Latinè interponi debent eaque expositio congruit nostræ, dum iuxta loci conditionem id obseruari diximus. l. sed et si. §. de quo. ff. de institor. nec dubito quin Romæ sententia Græca valeret. l. moris. ff. de pœn. l. verbum. C. ex quib. caus. infam. quia Græca lingua communis extitit ut gallica inter Aquitanos hodie. §. alienationis de non alien. in auth. col. 2. satis namque fuit intelligi indicatum posse aptis locis maxime cum Quintilianus lib. xi. cap. 11. recenscat Crassum diuitiis & memoria clarum, cum Asiæ præfesset, quinque Græci sermonis differentias ita tenuisse, ut totidem ius redderet percipientibus, nec dubium est Latinè pro euidenter accipiet dilucidè. vnde autor lasciu carminis præfatus obscure peti posse aliquid pudendum, subdit.
- Simplicium multo est, da predicare Latine* *Dicere: quid faciam? crassa Mincerna mea est,*
Et Marr. in li. 1. præfatione: si quis inquit, tamè tam ambitiosè tristis est, ut apud illu in nulla pagina Latinè loqui fas sit, potest epistola vel potius titulo contentus esse. Vel fortè in d. l. decreta Latinè interponuntur decreta, siue sententias malis vocare, l. si prætor. de iudic. iuxta consiliu M. Tullij in oratione pro Archia, ut Latinus sermo, eò perueniat, quò etiã victoriæ Romanæ peruenierunt. Et Suetonius refert Tiberiu Cæsarem iussisse commutari Græcum verbu *εμβλημα* ex patrum decreto recitato, & Latinè vel per circuitus iussisse recitari, cum edicto vsum aurei vasis prohibuisset, & dubitaretur de aureo emblemate argenteis addito, in legis fraudem pretioso. l. 34. §. aurea ff. aur. & argent. similiter addit Dion Calsius lib. 57. nec tulisse Tiberium testem Centurionem Græcè loquentem in iudicio, quamuis ipse eodem loco plurimas causas Græca oratione dici audiuisset, atque interrogasset. Valerius quoque lib. 2. de institutis antiquis verba faciens, & de Eumene Asiæ rege, magna perseverantia magistratum Rom. factum ait, ut Græcis non nisi Latinè responsa darent, & potius per interpretè se explicari paterentur Romæ, in Græcia, atque Asia, quò scilicet inquit, Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur. sed forte si aliter prolata fuisset sententia reprehendi consueuerat magis quàm repelli. ut l. 1. §. biduum ff. quando appell. sit l. 7. §. ad tempus ff. de interd. & releg. donec Arcadius & Honorius Augusti fratres, quorum ille in Oriente, hic Romæ, degebat, si Zonarè creditur, vitandæ æmulationis gratia præconfuli Asiæ rescribere, tam Græcè quàm Latinè iudicari. l. iudices. C. de sententi. & interlocut. ut liqueat leges pro rerum & temporum opportunitate Luna ipsa mutabiliores esse, & lege vel more alio superari. ut cum Iustinianus magna multa intermineretur, ne quis in leges à se compositas edat cõmentationes. l. 2. §. hoc autem. C. de veter. iur. nam fore sibi persuaerat sphinx imperatoria vt de plano intelligeretur sine villo Oedipo interprete, sed experimento secus constir. atq; vltimo demum ad *LVNAM* ius peruenit in Sphæra vltimam stellarum, & terris citimam, luce lucentem aliena: hoc est, in Bartoli, Baldi, Pauli, Iasonis, & cæterorum eius notæ scriptorum commentarios laboris & frugis plenos, qui nisi Solis, id est, iurifconsultum lumine refulgeant, obscuræ sunt auctoritatis. §. consideremus. de trient. & semissi. tamen multorum patritiorum opinio

opinio (patritios appello eos qui sunt de Bartoli familia, reliquos plebeios) in casibus aperto iure minime definitis æquare solet vim responsi & legis. l. si quando. §. 1. si seruit. vendic. ut Lunæ cursus duodecies reperitus cursum solis implet, & annum quem magnum vocat Virgilius respectu Lunaris ex trecentis sexaginta quinque diebus confectum. l. si ita. §. æstimationo. ff. ad legem Aquil. & sua per vestigia circulo quodam renouatur,

Inter ea magnum sol circumuoluitur annum,

Inquit ille. hic obseruauit Atteius Capito, an veteribus pro circum vsurpatum inde ambire pro circumire, ut solent ij qui malis artibus honores publicos captant, puniendi lege Iul. l. 1. ff. ad legem Iul. de ambit. quæ paucis in muneribus hodie viger, postquam populares prehensari desiere translata in vnum principem creandi magistratus potestate. Quos quidem lex annuos, ut plurimum, faciebat, & eo anno pulsari iudicio non sinebat postmodum rationem reddituros ex literis D. Adriani Aug. l. pars. ff. de iudici. vbi Græcè & eleganter annus *ἐνιαυτός* vocatur, quod in seipsum redeat. & cum Lunæ sua damna reparent perenni ac rediuiuo circulo, non homines quos semel mors pupugerit, nisi si quos virtus ipsa aut virtutis comes gloria emori non patitur, quales Bartolos & Baldos iam commemorauit. ut in §. 1. de excus. tutor. MOMVS. His ducibus putat Labyrinthum Tribonianum superari posse, non minus quàm si filii glomus Arriana aliqua præbuerit, ut anfractus nimios euademus. nam & Lunam finxere veteres viarum præsidem, & ideo tenebris discutiendis accommodatam. si modo interpretes legum tenebras multiplici ambage non exaggerent, & Lunæ instar, modo in orbem, modo in cornua, sinuentur, paulo post lucem suammet pertæsi latent. Itaque vir sapiens permanet tanquam sol stultus sicut Luna mutatur Ecclesiastici ca. 27. & lunaticum furioso confert iurifconsultus. l. bouem. §. aliquando. ff. de ædil. edict. qualem statis horis intemperie agitatum Christus sanauit Matthæi ca. 17. perpetuo tamen ægrum, ut qui comitiali morbo vexantur. l. qui tertiana. ff. eod. similiter Lunæ motibus imputando, ut Q. Sere-nus scripsit lib. de Medicina, cap. 57.

Consilium populi labes horrenda diremit.

Ipse Deus meministi dubia per tempora Lunæ

Conceptum, talis quem saepe ruina profudit.

Ita Apollo, cui Lacones leges suas acceptas Lycurgi auspiciis referunt, de morbo tam son-tico comitia Romana soluere solito statuit, Lunæ frater habitus, cuiusquidem tu radios lugubres dixisti in §. nostra, de legat. ad quos sententia à iudice ferri nequit. §. sedebunt. de iudic. col. 6. in auth. sed nec suppleri id quod sententiæ deest nisi eodem die, non vtique ad Lunæ parum salutare radios. l. 53. ff. de re iudic. quinimo cum Luna 30. aut circiter, diebus, curriculum suum expleat, vix erit, ut triplici Nestoris regis seculo perlegere liceat doctorum longas verius quàm magnas enarrationes inuito Iustiniano vulgaras: aut columnas vastissimas multiplicis paginæ, quæ cælo susserendo valeant sufficere, si Atlas Maurus se iam lassus subduxerit. ACCVRS. Planè si in hæc tempora Iustinianus incidisset, recãtaret opinor: & multas ageret gratias Bartolo & sequacibus, qui nubes iuris ciuilibis discusserunt spirante aura quadam, veræ eruditionis, consideraret etiam quod ipse alibi norauit, artem iuris omnium esse excellentissimam & maximè perfectam. §. & quod iam in præm. ff. atqui *περί τὸ χαλεπώτερον αἰεὶ καὶ τέχνη καὶ ἀρετή*. inquit Aristoteles li. 2. ad Nicomachum. quod si ita est. ut ille vult, ut omnis ius & virtus circa difficile versetur, quid, obsecro, eximis artè tam nobilem à difficultate? præsertim cum sapientiores id de industria & diuinitus exisse videantur, ne non nisi subobscuræ promulgètur leges, quo magis admirationi vulgo sint, & religiosus obseruentur. l. 5. deinde ex his. ff. de orig. iur. quocirca indubitatum est id quod scribit Cicero ad Trebatium iurifconsultum lib. 7. epistolarum, NVLLAM ARTEM literis sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse. non longe, inquit, abieris: num ius ciuile vestrum ex libris cognosci potest: qui quamquam plurimi sunt, doctorem tamen lumenque desiderant. proinde eguere leges enodatione viuæ vocis, & scripturæ solertissime. MOMVS. Non sinam mihi persuaderi haustum aquæ salubre ex cloaca Bartoli, & aliorum præ fonte nitido iurifconsultum aut Cæsarem. ACCVRSVS. Præferam vtique te miraturum, cur adeo sibi placuerit Iustinianus, ut à sua legum arte cõmentarios reiecerit. sustine, Mometuum iudicium, donec intellexeris rationem, quam Lepidam admodum idem Augustus subiunxit in d. l. 2. §. hoc autem. de veter. iure. C. si quid vero, inquit, ambiguum fuerit in legibus à me compactis, interpretationem accipiat à me ipso, cui soli licet leges condere, & interpretari. igitur licuit ea tempestate iudicibus in legum ænigmate cunctantibus referre ad imperatorem, & quodammodo suauis ex ipso fonte bibere: atque artem perplexam iuris perspicuè intelligere. postea cepit imperium Romanum tam bonis principibus orbari, ac sub Francis Gothis, Longobardis, grassantibus languescere, si quid historiæ creditur. ma-

ximè verò refrixit literarum honor, emarcuit flos disciplinæ legitimæ. ægrè demum nitori pristino reddi cœptus Lothario. II. vt tu iam bellissimè tractasti, imperante, à quo ad Iustiniani salubrem digestorum editionem sexcenti anni, plus minus, colliguntur. itaque necessariò factum, vt Iternius, Bulgarus, Pyleus, Azo (cui ego operam dedi, vt tanquam ad coreum ingenium perpoliui meum) enarrare iura instituerint, ac multi certatim vnius Imperatoris interpretis fungi vice, & eadem illustrare. sicuti plerumque videmus vesperi Solem ipsum Lunæ radiis iuari. non desunt tamen qui huiusmodi autores fastidio ingenti respuant. nec puduit Vallam in tertij libri præfatione iactare, se triennio glossas nostris in digesta ciuilia meliores conscripserunt. nosti grammatici pediculosi supercilium. purius, vel fucatus, fateor, explicuisset. sed tamen indoctus. sed hoc arrogantia genus ab Arpinate Rhetore didicerat, qui se triduo fore iurisconsultum gloriatur, non melior iurisconsultus quàm poeta, vt planè scis. MOMVS. Conféro sæpe ac libenter Vallæ, id est, alteri Momo, qui iurisconsultos nedum te tam auidè reprehendit, tamque insolenter, quàm tardè assequi potuit, Arcadum genus conféro, inquam,

Arcades huic veteres astris Lunæque priores

Vt verbis vtat Stati lib. 4. Thebaidos & hos προσέληντες precoci genitura elatos agnatis gentilibusque committendos censeo fallis delusos imaginibus. ac vltro Doctores tui similes mirificè probo, laudoque, & vt nouus Endymion Lunam peramo, suauior, amplector, tameris Lucianus æquè mordax à veteribus minime sopitum in monte Latino Cariæ Endymionem putet à Luna amante, sed lunaris cursus studiosum extitisse: & rationem stellæ verissimè posteris tradidisse, vt Phaetontem Solis minus perfectè, fato præreptum: ideoque fingi deiectum fulmine, cui non sunt dissimiles, qui iurisprudendum sanctissima responsa scrutantur scrupulosè magis quàm subtiliter, imò infelicitè: ac tanquam fideiulis ipsos cruciant & fateri subigunt quod nunquam senserint, & iuri ciuili tribuunt longe plusquam voluerit. Sicut tu nunc ferè soles in hoc colloquio mihi simplici deo dulces fraudes necès, & de rebus altissimis sic auxiliè verba faciens, ac si aliquando sceti cœli feceris anatomen, ita illi indagatores leges rigidas miserrimè distorquent, cum nescio quot conuentiones seu contractus à iure ciuili ortos & inductos prædicant, miseret me tui, qui stipulationem ab eodem fonte deduxisti, diligo te nunc vita functum, viventem autem odi nunquam. sed cuperem imitari Venuleium in l. continuus. §. i. ff. de verb. oblig. qui, vt res est, consensu omnia debere stipulationem fateretur, exemplo contractuum, quos necessitas hominum inuenit iuregentium profecto. quippe cum lex ciuilis non imperet vt inuitus aliquis contrahat, & lucretur. l. nec emere. C. de iure delib. nec ignoras acceptilationem stipulatione recentiore iuri hominum tribui & seruis similiter cõpetere. l. an inutilis. §. si. de acceptil. non igitur iuris ciuilis est antiqua stipulatio, sed actio ex ea vt reliquæ omnes. §. sed ista. §. de cõstit. de actio. sed quoniam te pudere huius opinionis ex vultu iudico, nihil vltèrius cõmemorabo. ACCVRS. Peruasus abundè sum nihil tam omni ex parte læue & quadratum esse, quod Momum possit euadere. Hoc iam Clearchus apud Athenèum dixerat: Αμώμητον δ' ἔδεν ἐγένετο βροτοῖς Et Iustinianus in §. i. vt patrum filij. col. 9. nostras, inquit, leges emendare non piger, dum vbique subiecto: um commoda indagamus, culpam ideo libenter fateor: & pro publico cõpendio detego, nihil humani à me alienum ducens, ac contemplanis non semel doctorum sententias iureconsultis repugnantes: non leuiore prodigio quàm. T. Liius decadis tertie lib. 2. scripsit: Annibale Apenninum in perniciem Romanæ rei transgresso, visum Solè cum Luna pugnare, sicuti euenit in l. vsuræ. C. de vsuris. vbi Antoninus ait: vsuræ per tempora solutæ non proficiunt reo ad dupli computationè. tunc enim vltra fortis summâ vsuræ exiguntur, quoties tempore solutionis summa vsurarum excedit eam computationè. hæc verba sic explicui, vt illicitas vsuras censuerim quæ in fine anni cuiuslibet sortem creditam superarent: cū centum calendas, id est, menses spectare debuissim, quarum proportione ceterisura vsura dicta est: quæ rotidem calendis æquat sortè. nempe cum in centenos aureos annui duodeni penduntur. hunc morè respexit Aristophanes in nebulis, vbi adolescens ære alieno obrutus ait fore, ne amplius vsuras soluat sceneratori, si Luna oriri desierit, optatque mulierem veneficâ, quæ Lunam cœlo deducat incantamentis, includatque vase rotundo tanquâ speculo, deque ea re consulit Socratem. certè lege vetitum fuit supra duplum fortis vsuras exigere. l. si non. §. i. ff. de condic. indeb. sed quæ singulis mensibus aut aliter solutæ fuerant, ante euentum exactas calendas lunares circuitus, non proderat debitori duplum obiecturo. MOMVS. Bona verba igitur creditoris facilitas, quia sustineret, nec debitorè molestaret, ipsi erat noxia: quid quæso sanciri potuit iniquius. sed (vt cum Virgilio loquar) tunc Lunam in nimbo nox intèpèta tenebat, quini mo Sole egregiè nube sub densa condebatur. ACCVRS. Si acie oculi intèderis, radios æquitatis videbis: quia obuiâ itum est calliditati creditorum, qui simulata gratia vsuras

vsuras fortis sero petunt, vt miseros debitores momento obruat, & foruiti expoliet, alibi quoque nocet creditori similis comitas in l. cū quidâ. §. i. ff. de vsu. mellitas enim insidias qui nõ aduersetur igitur in d. l. vsuræ. C. cod. tunc vltra fortis summâ vsuræ exiguntur, quoties tempore solutionis summa vsurarum excedit eam computationè. Alciatus libro prim. parerg. cap. 33. mauult negatiuè legi, non exiguntur, sed frustra, nam exiguntur quidem, sed perperam. ita verbum medium in malum explicatur, vt accusatio. pro mala. leg. si cui. ff. de accusati. & iurauerit, pro peierauerit. l. fin. de crim. stellion. ff. Nunc, nisi te tæderet, subderem aliquid de sphaera illa, quæ septem superius commemoratas complectitur: & à Græcis ἀπλανής vocatur conuersionem habens ab Oriente Occasum versus, stellis nitens innumeris: referens omnes omnino artes & disciplinas, quas Vlpianus ἐλευθερα μαθηματα nuncupati scripsit. l. i. §. i. ff. de varijs cognit. id est, inquit, liberalia studia Grammaticorum, in quorum ditione stat illa disceptatio verbi impersonalis, satisfier, nihil operantis, & verbi, satisfiam, frugiferi. authent. si quando. C. de constitur. pecunia, item Rhetorum, Geometricarum, & aliarum scientiarum ingenuarum, quæ hercule, si fas est verum proloqui, nihil minus quàm ingenuæ sunt: potius seruiunt & terunt atria primorum seu magistrarum, atque ita iurisperorum, penes quos Reipublicæ gubernacula iam pridem sunt. ornant tamen liberales illæ disciplinæ ius publicum, quod quidem suspiciunt & reuerentur. maximè Grammatica: quippè cum teste Quintiliano libro xij. id ius, vel in æqui & iniqui discrimine, vel in verborum significatione totum versetur. nam etsi mens paciscentis, vel testantis, vel iudicantis potissimum inspicienda sit. l. fin. C. quæ res pignor. l. non aliter. de legat. 3. l. verbum. C. ex quibus causis infam. irrog. tamen vbique mens prior & potentior verbis per eadem explanatur, vt in dubio proprietari verborum standum veniat. l. Labeo. ff. de supell. legat. sed quorsum ego Momo de vi ac potestate verborum pluscula memorem? cum plurimum ipse circa hæc ageretur vsque ad cauillationem: & quidem de his non nihil allaçurum expecto. MOMVS. Clitellas boni impositas putato, si oneris hoc iniungis mihi, vt Grammaticam legibus finitimam an samque legum vnam (quando nosti alteram in historia consistere) eam esse demonstrarem atque adeo coniunctam vt in l. Plautius. ff. de auro & argen. leg. ob leniendum solœcismum Iabolenus aliter responderit, quàm prudentissimus quisque prima facie iudicasset. verba sigillatim memoria non ipse teneo. sed tantum refero quid contigerit, dum testatrix Titia legasset his verbis ab hærede: vestem meam, mundum, ornamentaque muliebria. Cassius Paulusque censuere vestem omnem quamuis non muliebrem legaram. & vt Iabolenus adijcit, derogatum vniuersitati tantum ornamentorum demonstratione muliebrium. accedere, quod salua ratione recti sermonis adiectio, muliebria, applicari neque vesti neque mundo queat. nollem rapi tres hos iurisconsultos ad tribunal grammati cum: nam grauiter multati discederent, ignorantes post plura inanimæ rei substantiua, qualis est vestis mundusue, perbellè sequi adiectiuum neutrum & plurale, siue illa corporalia sint, siue incorporalia. leg. prim. in fin. ff. de cadaueribus. punitor. ossa & cineres collecta vt dolus & fraus per quæ non redditur pignus. leg. 3. de pignor. action. taceo l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro leg.

Et cum vidisti puero donata, dolebas.

inquit Virgilius in Bucolicis de arcu & calamis. ira & ægritudo permixta sunt, inquit Sallustius, puderet friuola hæc de penu grammaticorum deprompsisse, nisi non pudisset sublimes viros dissimulasse. magna certè Bartoli excusatione, qui læsam recti sermonis rationem simul fatetur in d. leg. Plautius, vt diluat. l. talis. §. fin. de legatis 1. vbi clausula in fine posita respicit quæcunque præcedunt. alibi Iabolenum sibi dissimilem attonitus spectans. §. vxori. l. hæres de legibus. 3. ait signum vniuersale, omne efficere vt vxor habeat quæ sua causa duntaxat, parata fuerunt vltra aurum & argentum, cum ita relictum esset vxori vestem muliebrem, ornamenta omnia, aurum, argentum, quod eius causa factum paratumque est, omne do, lego. tamen saluo canone grammatico, omne ad ornamenta & vestem muliebrem non magis traduci potuit, quàm dictio, muliebria, ad vestè & mundum in d. l. Plautius. imò nec æquè eleganter, vt ostendi. præterea licet vniuersale sit, tamen ad speciem restringitur per relatiuum, quod eius causa. l. ea tamen. ff. de legat. 3. puto itaque in d. l. Plautius rationem recti sermonis superuacud subiectam: eaque cessante idem statuendum fore vt l. si pignus. ff. de pign. action. cur autem ea demonstratio, muliebria, ad vestem primo loco relictam non extendatur, forte effecit quia testatrix vestem cum adiectione, mea singulariter legauerat. neque in mundo aut ornamentis eandem repetierat: ita vt ad quamlibet vestem morientis dominio subiectam portigeretur, nam & de eadem dictione disputauerat iurisconsultus Paulus proximè in l.

cubinam. §. qui quatuor. ff. de legat. 3. proinde qui decem nepotibus centenos aureos relinquit, non ducentos tantum omnibus, sed mille legasse intelligitur. l. illis. ff. de condit. & demonstr. prolixum esset enumerare Arithmeticas reliquas utilitates & claras dotes, ut proportionem Pauli in l. Clemens. ff. de heredib. insti. aut Juliani in l. si ita. ff. de liber. & posth. timeo enim ne grex musicorum interim veniat, ad cauendum & ad definiendum difficultis, ut quibus longior mensura vocis, *ῥυθμὸς*, id est, numerus, altior *μέλος*, id est, modulatio nuncupatur. A C C V R S. Musicam à legibus non adeo abhorrere iam ubi ex superiore sermone persuasum reor, cum in Arcadia leges à pueris decantatas commemoratam, similiter in Creta liber nunc adiciere. post. *Ἐπιάνου* lib. 2. variæ Historiæ cap. 39. ut ad melos voluptate affecti memoriae facilius eas mandarent. musicam quoque Lycurgus Spartanus legislator probavit civibus, alioquin severus homo, & ad Apollinem leges suas referens, quem similiter primum adhibita lyra ad leniendos populi animos leges promulgasse Suidas prodidit. idem aut alibi refert Lacedæmonios impacatos in vrbe Lycurgialias legibus sancita accersivisse. Lesbium cantorem, cui nomen Terpandro, propter eadem exulem Antissa huic acquiescentes. seditionem sedarunt, ita musica instar legis civitatem compoivit. l. 2. ff. de legib. nam & exuli lex Rom. debetur. l. 2. §. 1. de orig. iur. & Plato civili viro (quem *πολιτικὸν* vocat, ut Chrysippus in l. 2. ff. de legib.) profus necessariam credit, sicut de illo Quintilianus scriptum reliquit lib. 1. cap. 16. Athenis Charonda leges inter pocula decantatas quisque novit. denique *ῥυθμοί* græcè leges proprie appellantur, & simul cantus cytharedorum animis pariter tranquillitatem inducentes, autore Archyta Philosopho apud Stobæum. Suidas quoque *ῥυθμὸς*, inquit, Citharæ accommodatus melodiæ modus harmoniam habens certam & numerum definitum, subditque à Terpandro septem usurpatos modos seu numeros, sicut tota Pandectarum compositio in septem articulos diducta est. l. 2. §. septimus. C. de veter. iur. ubi præfatus est se vnam fecisse consonantiam Imp. iuxta septem stellarum errantium numerum, vel iuxta intervalla septem imparia novem orbium celestium suavissimos concetrus edentium iugi conversione, qui aures meas mirificè compleverunt & recrearunt. inde nomina septem dierum in heptomade, quorum dies Solis præcipuè colitur. l. omnes. C. de feriis. Septimo etiam mense inchoato homo in vtero absoluit, & in lucem prodire potest. l. septimo. ff. de stat. hom. & anno septimo infantia perficitur. l. si infanti. C. de iure delib. eo duplicato in maribus pubertas incipit. §. 1. quib. mod. tutel. fini. ideo tunc nuptiæ rite celebrantur, ut sponsalia inter septennes. l. 4. de sponsalib. cum autem dirimitur matrimonium diuortio, septem testes inter sunt. l. nullum. C. de diuort. ff. sicut in testamentis. l. hæc consultiss. C. de testam. & septem iudices simul coacti lites probè terminant. l. pe. de professorib. lib. x. C. nec pauciores bonorum possessiones induxit prætor pro iis qui ex testamento vel ab intestato succedere vellent. §. septima. de bonor. poss. Totius quoque diei pars maior est septem horarum primarum. l. 2. ff. de verbor. signif. hoc est, ab aurora ad horam vnam post meridiem, in quo hora diei xij. horis definiti usque ad solis occasum sexta dicitur. l. ideoque. ff. de usurpation. nam maturinus labor hominis potior est *Ἡὼς ἄρτι ἔγγιστο σπέρτην ἀπομειρεται αἴσαν*. inquit Hesiodus, id est, Aurora operis tertiam sortitur partem. & tunc animus vegetior longè corpùsque agnoscitur quàm ab hora ante meridiem vsque ad vespèram alterius diei: videlicet cum dies vnicus horas plures xij. non habeat nisi duas dimidiatas noctes aliud significatu complectatur ut l. more. ff. de feriis. sed nos de die ad hominis labores destinato quærimus in proposito. l. 3. ff. de oper. libert. Non possum tacere septem illa, quæ vulgò circumstantia vocamus, delictum pœnamque adaugere solita aut extenuare, causam, personam, tempus, locum, qualitatem, quantitatem, euentum, quæ percurrit iuriconsultus in l. aut facta. de pœn. & iudici more expendenda veniunt etiam in civili penniarid que tractu. l. cum ij. §. vult igitur. ff. de tranfact. & haud scio, an eò respexerit è septem sapientibus Græciæ non vltimus Pittacus Lesbius, *Τί γινώσκω χροῖον*, id est, nosce tempus, inquit ille.

Et esse χροῖον tempestivum quod vocant,

maluit poeta Ausonius. sic is qui parum tempestivè misericors est increpatur. l. si homin. ff. de positi. & qui filiam tempestivè trucidavit, excusatur à Dracone Atheniensis. l. quod ait. ff. ad leg. Jul. de adulter. ita servatur incolomis iuris consonantia delectu habito septem circumstantium, quam extollit Iustinianus. §. quorum. proæm. Insti. sic iura quæ prima fronte beligerare inuicem censentur, pacem ineunt. ut si quis neget pupillum ex delicto obligari. l. infans. de sicar. ff. vel si obligari asseueret pubertati proximum. l. impuberem. de furt. sic opinor, Thracius ille Orpheus, qui lib. vj. *Ἐνείδος*,

Obloquitur numeris septem discrimina vocum,

& feras

& feras multisse saxaque & sylvas ad se citharam quatiens illexisse fertur, hominum corda ferino cultu aspera olim molliuit latis legibus civilem statum componentibus. l. 2. ff. de legibus. proinde citharædi ab infamia eximuntur. leg. 2. §. penult. ff. de ijs qui not. infam. per me, inquam, perductum Davidis regis exemplo, qui Saulis furorem aliquando leniuit dulci sono citharæ libro prim. regum cap. xv. & cantando in pratis anguis rumpitur poeta teste, quod ego non tam ad magicum susurrum quàm ad melos refero. certè Vlpianus l. sed et si quid. ff. de v. usufr. symphonicum seruum ceteris prætulit: at qui symphoniæ dicuntur à Vitruvio libro v. cap. iij. concentus quos natura hominis modulari potest. Suidas autem notat *Ξυναυλίαν* fuisse cum duo tibicines, vel cithara cum tibia, idem concinunt. tunc inquit, *ῥυθμοί* leges seu modi vocantur: nimirum à concentu pari. & ita musica perfecta nobilitatum perspicis iuris civilis opus septem articulis compactum ab imperatore. cui præterea numero numen inesse Philo Iudæus contendit in libro de mundo *ἀπὸ τοῦ σεβασμῶν* id est, à veneratione eius: quia & die septimo Deus creatis cunctis quicuevit minime, ut assero, fatigatus, cum sit vigore indefesso præditus, sed ut numero mirabili plurimum tribueret.

At Constantinus Magnus, quia die Solis Christus à mortuis semet ipsum suscitasset, dominicum vocari & coli mandavit in Romano imperio tunc florentissimo, ut Sozomenus tradidit libro historiæ ecclesiasticæ i. cap. 8. nam & eo die mundum facere opifex illustris deus exorsus dicitur can. quod die x xv. dist. m o m v s. Ego licet non ita theologis imbutus sim, non possum tibi assentiri, ut qui audiuerim Solem non primo creationis die illuxisse, sed demum quarto, ut & Lunam nocti dicatam Genesis cap. i. idque summa sapientia factum, ut prius terra grauida pateret fetus arborum & graminum, ne Soli postea nato homines fructum suauem & lætium potius quàm deo acceptum ferret. nam lux illa que die prima à tenebris separata fuit ibidem, Soli non debetur sed auctori deo qui semper extitit, & qui sine sole ex fulgure lucem promit. deinde quæso, quomodo primo quartouè die Solem fulsisse putas, cum ille qui viuit in æternum simul omnia creauerit Ecclesiastici cap. 18. quod Linus Thebanus antiquissimus vatum Orpheo Thrace nec recetior nec inferior, apud Diogenem Laërtium habitus Mercurij & Vranix musæ filius quique mundi generationem, Solis & Lunæ cursus scripsit, hoc modo exordiatur.

Ἡν ποτέ τοι γρόνος ἔπος ἐνῶ ἄμα παντ' ἐπέφυκει.

id est, tempus erat olim, quo cuncta simul sint creata. A C C V R S. Non obscurant ista, quæ argutè torristi, Solis splendorem, & ei diem dominicum non auferunt: quia & si tres dies Solis creationem præcesserint, tamen eodem cap. i. Genes. dilucidè traditur diem annum, & tempora, verè non extitisse antequam Sol & luna radios suos à deo acciperet, ut darent mortalibus: sed antea & semper ante mundi fabricam fuisse prope tempus aliquod, nullum cum tempus esset, ut verbis vtar M. Tullij libro i. de natura deorum nempè cum nõndum secula ex dierum noctiumque vicissitudine annuo cursu & mudi conuersione constitissent, æternitate vix comprehensibili animi humani cogitatione. donec sol lucens & terram illustrans diem perfecit, & Lunæ mutuum dedit lucem grata vice. sed deus qui cælum & tempus præuenit, & fecit, numquam non fuerat. l. 4. §. & quoniam. C. de summa trinit. Nec me valde terret quod ais omnia simul creata non admittere, ut Sol & Luna die eadem quarto lucem dederint: namque scio id simul factum dici, quod aliud subsequitur illico certa ferie. l. querebatur. ff. de milit. testam. & alibi idem Vlpianus, in operis, inquit, simul locatis conuenit priori conductori ante satisfieri. ecce aperte, simul contractum initum dici, ubi tamen prior conductor à posteriore confestim accedente discernitur. l. in operis. ff. locar. sic solemus dicere pacta quæ ex continenti addunt contractibus aliquid inesse videri. leg. iurifigentium. §. quinimo. ff. de pact. attamen re ipsa pactum per se consideratur ut distinctum à contractu, & ideo nouam actionem gignit præscriptis verbis, quæ non daretur ex solo contractu suam actionem habente, nec egente subsidiario remedio. l. 2. C. de pactio. inter emptor. l. quoties. ff. de præscr. verbis. ne mirere simul omnia dici creata à nobili architecto deo, & tamè ordine emeruisse: maximè sydera in vnus hominis ministeriū ferè edita, ac propter hanc rationem adorari vetita Deuteron. 4. cap. & Euripides in Phœnissis.

Εἴθ' ἄλλος μὲν νύξ τε δουλέει βροτοῖς.

id est, deinde sol & nox seruiunt hominibus. M O M V S. Non committam inter tot stellas & celestes ignes, ut intacta maneat Astrologia septima artium, quas liberales dicimus & iurisprudentiæ seruire nõ dedignantur, atque ei passim obsecundare magno iurisprudendum ornamento & profecto.

T

*tam sunt Arcturi sidera nobis
Hædorumque dies seruandi, & lucidus anguis,*

quàm notis vel agricolis, de quibus id dixit primo lib. Georgicor. Virgilius. certè notitia talis iuuerit iudicem vt merito colonum damnet intempestiue culturę reum. l. si merces. §. cōductor. ff. locat. nam debuerat serere triticū à Vergiliarum occasu, hordeum post autumnū æquinoctium, viciam & lentem Boore occidente, & vites putare antequam à cuculo cantante deprehenderetur, si modo ea desidia prouentui nocuit, & nisi tempestate aliqua benè culti fundi vicini cladem communem sensere. quia tunc arandi serendi aut putandi diligentia nihilo plus emolumentum & fructuum reddidisset. l. si alius. §. est & alia. ff. quod vi aut clam. l. si. §. 1. ff. ad legem Rhod. alioquin decet frugi patremfamilias præfagire de futuris verisimiliter, & prospicere instar astrologi. l. si quis domum. §. penult. ff. de locat. cum ipsa lex futuris negotijs tantum promulgetur, nisi nominatim præteritis aut præsentibus cauerit. l. leges. 2. C. de legibus. taceo iurisperito conuenire cognitionem vtriusque æquinoctij senis mensibus æstatem hyememque dirimentis. l. 1. §. æstatem. ff. de acquir. cotidian. non taceo tamen Lycurgum Lacedæmonijs reipublicæ administrationem è cælo tēperasse, vt Lucianus scripsit in Astrologia, & lege lata prohibuisse, ne in bellum prodirent ante plenilunium. nonne etiam Athenis profuit Alcibiadi, cum accusaretur noctu confregisse statuas Mercurij, obijcere testibus de re visa affirmantibus Lunæ nouæ obscuritatem? & ita eos mendacij conuincere, si modo Plutarcho credimus. quocirca liquet astrorum peritiam forensi viro & iuriconsulto dignam esse saltem mediocrem. quia & qui olim peritissimi habiti sunt, in singulis scientijs non nihil perceperunt cum vnam callerent potissimum. nec excipio Hippium Eliensem, qui cum in olympicum certamen descendisset, soluta oratione & poemate claruit, Platone teste: annulum præterea à se sculptum ostentauit, & ornatum reliquum corporis. nescio, an medicinam quoque nouerit, cum è diuerso Hippocrates iustitiam in medico desideret. nam ægri, inquit se medico subiiciunt, & quauis hora inter vxores virginesque ac opes domesticas illum admittunt. continens igitur esse debet ne auiditate percussus diram pactionem ac coercitionē habeat, vt l. medicus. ff. de varijs cogniti. Medicina certè iudicem valde deceret propter partus legitimi notitiam, de quo iam à nobis dictum est, & in §. post decem. l. 3. ff. de iuis & legit. hæredib. præterea vt reos vocatos in ius excusatos habeat morbi fontici causa, non propter febriculam. l. quæsitum. ff. de re iudic. idem cum redhibetur morbidum mancipium. l. 4. §. pe. ff. de ædil. edict. vel cum cæde facta vniuscuiusque vulnus inspicitur, quodnam præcipue lethiferum fuerit. l. si. ff. de sicari. vel certè profuisset medendi scientia, dum apud Ælianum Zaleucus Locris prohibuit lege, ne egro merum bibere liceret, quamquam benè ei celsisset, nisi iubente medico, alioquin morte audaciam expiaret. nec felix exirus profuit prohibito, vt in bellis. l. 3. §. in bello. ff. de re milit. insuper fas est, vt disquirat iudex, num medicus perperam secuerit venam febrientis, atque id supina negligentia egerit vt prætextu humanæ fragilitatis in periculum eum præcipitaret. l. illicitas. §. sicuti. ff. de offic. præsid. §. præterea. de lege Aquil. & ita euenit vt iudex solers & industrius medici medicus fiat, cum ex lege negotio pharmacū præsentissimum promat. §. 1. in auth. hæc constitutio innouat constit. col. vij. proinde sicut lex inultum non sinit eum, qui ægrotanti malum medicum adhibuit. leg. quod si nolit. §. si mancipium. ff. de ædil. edict. ita & ei imputatur qui improbum & auarum iudicem tribunali præficit. §. 1. vers. quia propter. in auth. vt iudic. sine quoq. col. 2. nec approbo Vespasianum Augustinum, qui, vt Suetonius tradidit, rapacissimum quemque de industria ad amplissimos magistratus promouebat, quibus vulgo pro spongijs dicebatur vi, vt scilicet locupletatos damnaret, & humentes exprimeret, quos siccos madefecerat. A C C V R S. Siste cursum sermonis tui, & parumper mecum audi melos eximium elisum sphaerę circulis velociter permeantibus, vt antea fore tibi promiseram. viger autem in hac harmonia nunc præcæteris duplaris numerus, cui nomen est δια πασών, vbi de duobus numeris minor bis in maiore inuenitur, vt in quatuor. triplarem explicat Macrobius lib. 2. cap. 1. Somnij Scipionis. ne fastidito voces musicis accommodatas, cum iuriconsultus simplarias venditiones dixerit redhibitionis expertes. in l. si tamē §. si. ff. de ædil. edict. vbi Budęus simplarias interpret. pro quib. duplā empt. promitt. vedit. minimè tenet. tāquā pro min^o pretios. l. empt. ff. de eucti. quod si verū esset, iam pro pretiosis redhibitioni locus foret, licet inanimatis morbo vitioque corporis nō subiectis, quod nemo dixerit: nisi vno casu, si fortè fundus pestilēs sit, vt stat. post Pomp. subdidit. l. etiā. ff. de ædil. edict. videtur namq; herbę noxię ferax & venena alēs fūdus morbo premi. vnde nō puduit simplarias vedit. accipere pro eis, quę reb. cōstēt anima & corpore carentibus. addo etiam mobiles. l. i. ff. eod. si fortè in vase figulino aliouē fata venena mala

101

102

103

mala fuerint, vbi à mulierculis foueri solent animæ ad tempus duraturæ: sic enim loquitur Plutarchus de hortis Adonidis, quamuis olim ita hoc non perceperim. nam & plantæ animæque ideo cum anima & corpore constent eorum venditio duplaris vulgo dicebatur, non simplaria seu simplaris vt Vegetius libro 2. cap. 7. dixit simplares armaturas, quæ vnicam annonam consequerentur, duplares, quæ geminas, ne musicos tantum hæc vocabula vsurpasse arbitrere. M O M V S. Postquam aures sono cælesti refectæ sunt, ecce quàm grato odore perfundamur ex lauru & citro proxima. A C C V R S I V S. Neutra arbor sufficeret ad tantam fragrantiam, nisi arcus cælestis alterutri incubuisset. rotus est Aristoteles in problematis sectione x i i i. in inuestigando, quare odoratiores arbores reddantur quibus Iris incubuit aliquando: nec magis se explicat quàm cæteri philosophi inquirentes, quare is arcus nocte non appareat: nec orbem impleat, nec nisi duo cernantur, cur æstate nunquam, nec aliās, nisi nubilum cælum decoret. *Mille trahens varios aduerso sole colores*
Iris illa Virgiliana lib. 4. æneidos deorum nuncia, à qua herba odoris admirandi nomen accepit, vnguentis & medicinæ nascens, teste Plinio. vnde Irinum à iuriconsulto laudatum valerudini & voluptati conueniens in l. in argento. §. 1. ff. de auro & argento flores à caule fundit varios, lutei, candidi, pallentis, & purpurei coloris, cælestis arcus imaginæ, inquit Dioscorides serpentum icūti & horribus aduersatur, & capitis doloribus, nisi quis dicat in arcu cæli vnum è plurius colorem constari: sicuti vulgo dicimus à perfectè mistis speciem tertiam fieri, vt Modestinus disputando ostendit. l. fin. §. mista. ff. de muneribus & honoribus ita ex mistura auri & argenti fit electrum quod neutrum est. l. 4. de leg. 1. nec alterutro legato id præstabitur, quamuis in hoc autum dominetur pretio & quantitate: cum Plinius quintam tantum partem argenteam in electro statuatur. nec respicimus potentius aut nobilius vt in Hermafraudito. l. quæritur. de statu homin. ideo quod misceri vtrumque sexum monstri simile est & à natura ferè alienum, quod de metallis nemo dixerit, cum inter se cognatione quadam vinciantur. M O M V S. Nusquam ego Irim versicolorum euidentius lubentiusue aspicio quàm in ipsa iusticia omnes secum virtutes neccente. notissimum est Theognidis versiculus de hac re:

*Εν δὲ δικαιοσύνη συλλαβὴν πᾶσ' ἀρετ' ὄσιν. hoc est,
Iustitia complexu virtutum continet omnem.*

& Polus Pythagoricus apud Stobæum cap. 9. vocat iustitiam ματὲρ τε καὶ τήνην τῶν ἀλλῶν ἀρετῶν. id est, matrem & nutricem aliarum virtutum: additque eam esse concinnam harmoniam ipsius animæ. proinde in sacris libris vir vndique perfectus iusti nomine passim donatur. hoc fero audacter iudicium de quatuor virtutibus: licet Paridi infastum fuerit de tribus deabus. nec abs re Iustinianus imp. Digestorum volumina Pandectas nuncupauit: quia in tractanda vnius iuris arte virtutes omnes atque artes simul comprehendantur. leg. 2. §. sed cum omnia. C. de veter. iur. & aptè superius id immensi legum operis Soli splendido contulimus, per cuius aureos radios nihil non illuminetur & educetur. quibus plerique intelligi volunt πειρὴν χρυσεῖν Homeri libro 8. Iliados, id est, catenam auream per quam gloriatur Iupiter facillimè deos omnes sursum tolli posse & terras & maria quod non abhorret à Psalmo 9. vbi de deo venturo loquens rerum & vates. aduocabit, inquit, cælum de super & terram, & adnunciabunt cæli iustitiam eius quoniam deus iudex est. nam iustitia in cælum animos hominum effert, vel potius in terra cælestem & heroicam vitæ imaginem pace & dulci quiete repræsentat. hæc est ratio cur Virgini in Zodiaco inter signa xij. stabilitæ astrologi spicā triticeam in manu posuerunt, vt innuerent non defuturam annonæ copiam, quandiu vigeat iustitia, nam fuit quondam.

*Iustitia inuolat a malis placidissima virgo,
Aurea pacati regetur cum secula mundi.*

inquit Germanic. Cæsar in Phenomenis Aratū interpretās. & idē Aratus Astræā ipsā cecinit inter homines versantē aureo seculo, quo, vt ipsa ait monstrabat δημοτέρας θέμιστας. tunc enim numina inter mortales morari nō dedignabantur, vt ait Theophilus in §. sanctę de rer. diuis. & cum luxare cœpit populis in malitiam ἠπειλείδ ἠπειτα, id est, increpat subinde, donec in cælum reuolauit futura signum multis stellis fulgidum, quod præcedit

*Vis torua Leonis,
Quem rutilo sequitur collucens corpore virgo:
Exin proiecta claro cum lumine Chela,*

inquit Cicero, deinde sequitur Scorpius ex cuius chelis libræ signum conficitur, atque ita id præmitur æquinoctiali circulo, vt ipsum sustinere videatur. diuina quadā mēte ac sorte

- 108 hoc euenit, vt inter Leonem & Scorpionem virgo & libra sita fuerint: vt intelligatur inter iuris asperissimi rigores æquitati & benignitati locum fore, tum in pœnis constituendis. l. respiciendum. l. penult. ff. de pœn. tum in arcenda subtilitate præ æqui & boni dulcedine: cum summum ius in summam declinet auaritiã mediocritatis expertem, quæ saccharo iustitiæ conditur, vt liquet in l. si quid. ff. de ædil. edict. atque summam euadet iniuriam. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verborum obligatione. l. bona fides. ff. deposit. vbi vera iustitia non distrahitur vilius iustiore petitione, id est, qua nihil æquius inueniri potest reiecta subtilitate exactissima, quæ plerunque fallit, & in deuios saltus nos perducit, cum à via media desectimus curiosè. §. cum ex aliena. de rerum diuis. & quia libram iustitiæ proximam nouimus in signifero cœli orbe, æqua lance vulgò dicimus ea iudicari, quæ iustissimè definiuntur. l. vt liberis de collati. C. & vt ius idem statuatur, vbi par ratio versabitur. l. non tantum. ff. de re iudic. l. fin. C. de repud. allusit Perſius:

Scis etenim iustum gemina suspendere lance

Incipitis libra.

nec dubium est Sole libram spectante autumnale fieri æquinoctium diuidens noctem & diem æqualibus horis duodenis. l. 1. §. ætatem. ff. de acquir. cotidian. nam vernum aperitur auratis cornibus Arietis. nec quisquam nescit Pythagoræ Symbolum: staterem, inquit, ne rranfilias, id est, ab æquitate ne desciscas, interprete Laërtio: & præ oculis æquitatem habeto iudex. leg. quod si Ephesi. §. 1. ff. de eo quod cert. loc. ita vt mundum iustitia mirifica conditum dicere fas sit,

Infusum deum cælo, terrisq; fretosq;

Ingentem æquali moderantem pondere molem.

vt cum Manilio loquar libro secund. cap. 1. Astronomicum, sic vt scire te certo scio, mēbratim & sigillatim sydera quæque rimatus ipsius quodammodo cœli fecit anatomen. Sane is qui sub signo libræ nascitur, procliuius est in iuris prudentiam:

Hinc etiam legum tabulas & condita iura

Nouerit.

vt idem scripsit libro 4. cap. prim. vetus præterea Romanorum consuetud. in permultis iuris solemnibus libram adhibuit, vt in testamentorum quodam genere. §. 1. de testament. cum hæres fidei emptor familiæ à moriente eam accipiebat modico ære dato. & eo intercedente qui libripens nominabatur. In adoptionibus etiam quicumque in alterius potestatem transibat, per æs & libram sui iuris esse definebat, quasi veniret, vt Caius notat libro prim. Institutionum cap. 6. inde Ouidius libro 4. de ponto elegia 6. ad Pompeium:

Neque tuum libra norit & ære magis.

- 110 hoc est, plus quàm si tuus fierem per æs & libram. nec quicquam certus est quàm ponderis rationem seueram esse: adeoque rigidam, vt falsus modius vel minimo breuior non sit modius. l. Paulus. ff. de verborum signific. vnde fuit vera enarratio l. si quid fur. §. fin. ff. de furt. vbi qui lancem rasi, totius fur est: puta si lanx sit libræ ponderique, non mensæ & epulis accomodata. nam priore casu omnino redditur inutilis à radente, plecti digno & relegari. l. penult. ff. ad leg. Corn. de Fals. M O M V S. At tu olim dum homo esses diu & multum in eo iurisconsulti cliuo æstabas: nunc tibi perspicaci gratulor, quod tuo Marte serua permulta adferas, neque illos imitare, qui erutos veterum thesauros ingenijs monumenta charissima, impudenter sibi ascribunt, & vt callidiores fures, alienis poculis anfas mutant, ne dignoscantur. atqui Leo Cæsar vetuit in alieno loco thesauros perſcrutari, licet volentibus dominis. l. prim. C. de Theſaur. libro x. cum enim veri theſauri non extet memoria, vt ibi innuitur, & cum imperet auaritia altius humum fodere, & inferos vsque penetrare, vastationem loci vr bani vel rustici sequi necesse est latissimè, non vt in aqua latente. l. Labeo. ff. de seruit. rustic. hæc enim ad putei vsum vel fontis aut riuu, certo, vſitato, terræque angusto spatio, perquiritur. Sed euge, bone vir, quia & tu thesaurum habes doctrinæ reconditæ, quomodo percipis l. 3. §. fin. ff. de iure fisco. vbi si quis in locis publicis, aut religiosis, thesaurum inuenit, cum fisco eundem diuidit, sed in §. thesauros. de rerum diuis. suum inuentor facit ex rescripto diui Hadriani. A C C V R S I V S. Verba rescripti hoc pacto se habent in vita D. Hadriani August. apud Spartianum: si quis inuenit thesaurum in suo, ipse potiatur: si quis in alieno, dimidium domino det: si quis in publico, cum fisco æqualiter partiatur. Cæterum vt ad ἀντινομίαν descendam solum sat difficilem, vti fateretur Alciatus libr. parergon 7. cap. 1. existimo verius esse id quod dicitur in d. l. 3. §. fin. ff. de iure fisco. vt nimirum thesaurus inuen-

tus

tus in loco publico sacro, religiosouè, cum fisco diuidatur, si modo, inquam, fortuito non data opera indagauerit. capitulo primo quæ sint regal. in Feudor. nec oberrit dicto. §. thesauros. cum ibi Iustinianus de loco sacro vel religioso loquatur, qui ad priuarum hominem pertinebat rei profanæ accedens, lege in modicis. ff. de contrahent. emptio. prudenterque illic Iustinianus nihil de loco publico repetiit: atque vt perspicue indicaret sacrum vel religiosum inuentoris fuisse, illico subdit: at si quis in alieno inuenit: ferunt autem thesauri inueniendi non ambiguum indicem fore tractum stellæ quocumque illa ceciderit. M O M V S. Non dubito quin verasimul & ridenda proferas, si enim stella quælibet licet minima terram superat amplitudine 112 (ne putes me excipere minorem tantum Arcton seu Cynosuram pusillam, polo nostro vicinam, & nautis fidiſsimam) quomodo fieri potest, ne thesaurum in corde terræ sepultum simul cum toto elemento inuoluat iuxta axioma sumptum ex l. 14. vers. nam qui. ff. de diuers. & tempor. præscript. non enim puto te sequi Epicurum, cui Sol vix bipedalis creditur, non magis quàm dum ex turbulenta concursione corpusculorum mundum & animantia omnia coagmentata asseruit, qua de re Alphenus in l. lxxvj. de iudici. nec tu ibidem atomos sectionis expertes prætermisisti. A C C V R S. Sed abo protinus obiectionis tuæ procellam, quæ tamen à te vehemens excitata est,

Ignem Iouis, lapisque citatior astris:

Vt Statius loquitur lib. 1. Thebaidos, haud dubiè significans stellæ casum verum, aut certè qui appareat humanis oculis. Sicut dicimus facere quemque id quod videtur facere, & si veritas absit. l. inter. §. abesse. ff. mandat. & cogi eum, qui cogi prima facie videtur. l. 2. ff. de iure immunit.

Sæpe etiam stellas vento impellente videbis

Præcipites cælo labi,

Ita Virgilius. lib. 1. Georgic. & fortè ita Christus Matthæi cap. 24. dum sæculi consummationem prædicit: Sol inquit, obscurabitur: & Luna non dabit lumen, & stellæ cadent de cælo. adeo vt Democritus, quem sectatur Epicurus, existimauerit mundum penitus interiturum, sicut sponte natum hamatis illis particulis sponte coeuntibus vt refert Lactantius libro 7. c. 3. & pondus addit eorum opinioni quod mundus censetur factus hominum causa, vt & sydera Deuteron. cap. 4. quare non melioris conditionis futurus sit, quam ij quorum gratia exitit. authen. multo. C. de sacro sanct. Eccles. sed hæc ratio non me valde allicit, quia hominis pretiosior pars id est, animus, est immortalis. nec cælum in excelsis orbibus propter homines duntaxat magis quàm propter numina creatum intelligitur, & quamuis omnia sub Lunæ globo ruinam sentiant. l. fluminum. §. Seruius. ff. de damn. infect. nihil tamen vetat cœli pulchritudinem superstitem fore orbis conflagrationi & velut sepulchrum, vt sic dicam, gemmeum inferioris mundi extincti permanere. non adduco scripta à diuo Augustino in lib. de ciuitate dei xx. cap. xxxij. sed nec obliuiscor sententiæ in scholis ciuilibus diu multumque agitatae de iure naturæ, quod tolli posse negant. §. penult. de iure natur. nam vt diuina natura rerum omnium etiam futurarum conscia. l. xxvij. §. si paterfam. ff. de iudic. immutabilis & æterna est, sic ius quod ab ea manauit lege nulla antiquabitur. putem verò alio iure naturali aliud superari & auferri, siue ius hoc pro æquo & bono capiamus ratione summa suffulto. l. penult. ff. de iustit. & iur. siue pro eo quod cum feris commune est. l. 1. §. huius. ff. eod. & vtrumuis contra iuris ciuilibus impetum pertinax habetur. l. eas. ff. de capit. dimin. l. iura. ff. de regul. iur. Cæterum æquitas naturalis ab alia potiore tollitur. l. Stichus. §. naturalis. ff. de soluti. sicut id quod iustum est luctando vincitur à iustiori. l. lxij. §. quod vero. ff. de furt. §. æquè. de excepri. sed sunt certi modi tollendæ rationis naturalis: vt ecce iura sanguinis pacto tolli nequeunt. l. ius autem. ff. de pact. nec lege. d. l. iura. ff. de regul. iur. tollentur tamen vrgente ratione vehementiore. l. omnia quæ. ff. de regul. iur. vt clauus clauo truditur, aut dissimulabuntur introducto remedio. l. 2. §. fin. ff. de vsufr. earum rerum. quod quidem & lege & natura firmatur: vt cum pietatis est filium vel parentem mactare. l. minime. ff. de religioſ. & exheredem facere, cui patris operatio naturalis addixerat. l. fin. ff. de bonis damnat. l. in suis. de liber. & posthum. nam ingratus in patrem adeo filius esse desinit, vt nec homo rationis particeps credatur, cum aduersus eius vitam sæuierit à quo suam acceperat. merito eidem alimenta negantur. l. si quis. §. idem iudex. ff. de liber. agnosc. quæ tamen feræ præstant pullis & catulis iuræ communi naturæ. d. l. 1. §. ius natur. ff. de iustitia & iur. sed eo crudelior existimatur homo, duriusque punitur, quò magis perso-

T iij

nam coniunctiorem laceſiuit. l. capitali. §. omnia. ff. de pœn. M O M V S. Poſtquam ius naturæ, quod tandiu præfractè ſteterat, deſtrui dilucidè oſtendiſti, peto cautionem damni infecti à Ioue, vt qui iure metuo ne ipſius palatium ruinam propediem patiatur: præfertim cum vitium iam faciat in Lacteo circulo, qui per Sagittarium & Geminos fertur, & Solis centrum inſtra æquinoctialem ſecat: certè, ò iam eruditè Accuſi, qui ſtellas diſtantes propius oculis meis admouiſti & poſteriorum, noſti commiſſuram illam nocte ſerena lacte ſparſim candentem nihil ſecuri portendere. nihil eiſmodi opto, ſed formido. A C C V R S I V S. An neſcis literas æui aciem retundere, & diuturnam probationem facere. l. contrahitur. ff. de pignorib. l. cenſus. ff. de probati? fracta eſt Sphæra, quam de vitro mira arte fecit Archimedes Syracuſius includens eadem, vt Claudianus ſcripſit,

Iura poli, rerumque fidem, legesque virorum,

Ita vt ſpiritu tenui intus ſydera mouerentur. ſed tamen, vt noſtra hæc, victura eſt perenni hominum recordatione.

STEPHANI

STEPHANI FORCATVLI

IURISCONS. IN TRACTATVM

CVPIDINIS IVRISPERITI,

PRÆFATIO.



SCRIPTVRO mihi de iure & amoribus, verendum, opinor, fuit, ne vel onus duplex temerè ſuſciperem, vel de moribus meis quicquam viderer conſiteri, eoque magis dubitandum, quòd vtrunque audere adeò magnum eſt, vt alterum per ſe periculolum haberi poſſit. Sed cum de his ipſis rebus eruditi atque ſapientes viri feliciter permulta ſcripſerint, ac partim nos iuuerint ſententijs, partim autem elocutione oblectauerint, feci libentius, & penè cum fiducia, interim meus, & iam liber, vt ſimul hæc conferrem, quæ alioquin ſeparata mirificè placuiſſent. Nec in congerendis aut eligendis aliorum inuentis cura teſtimonio cõtentus fui, cum poſſit eſſe locus ingenio, proinde id ſummopere curavi, vt ſuauiſſimæ voluptati utilitatem coniungerem mediocrem, & plus tandem in perpetuitate gloriæ ponerem, quàm in celeritate, & ne quorundam more facerem, qui copioſis cõtentijs alienas opes verius profundunt, quàm ſuas largiantur, dum liberales videri putant, & cupiunt: ſed vaniſſima exiſtimatione longè falluntur. nam Dis pater, qui olim diuitiarum deus habitus eſt, nunquam veterum conſenſu immortalitatem illam quaſuiſſet, ſi non aurum inueniſſet ipſe, ſed ſumpſiſſet mutuum. Nec deerunt tamè nonnulli, vt ſuſpicari conuenit, qui noſtrum inſtitutum vehementer accuſent potius forſitan quàm deſpiciant, & me indiçta cauſa ideo condemnent, quia res adeò ſeiunctas, velut termino moto, coniunxerim. verum ſi ad peritos & bonos viros ius promouendi fuerit, ſi iudicium ſuum tantisper ſuſtineant, donec ego conſilij mei rationem detexero, ſpes eſt viſum iri, Amorem & Ius, quo perduntur homines ad concordiam, iſſdem ſinibus contineri. Proinde nec male uolos metuo, qui proſperis ſtudiorum alienorum ſucceſſibus magis angi ſolent, quàm aduerſis ſuis: cum arbitrer hunc laborem noſtrum non ingratum poſteritati fore, ad quam, niſi fallor, indiçtriæ commendatio peruenit, non durabit inuidia. Nec eſt quare nos ab incepto quiſquam deterreat iniqua ſuggillatione, vel reuocet, cum ſummus ille rerum opifex, & maximus operum autor, Deus, cælum & ſydera vltro creauerit, quamuis certò ſciat futurum Diogoram, Melium, Epicurum, & reliquos, qui obloquerentur, & magna cum impietate detraherent. Quòd ſi nos inuidientium ſuaſionibus pridem credidiſſemus, nulla nunc extarent à nobis edita volumina, nulla omnino legerentur. Id verò nobis cura potiſſimum fuit, vt hic liber, qui Amoris legumque promiſcuam cauſam complecteretur, idem iuſtis rationibus amabilis in publicum exiret.



CVPIDO IVRISPERITVS.

Hoc in opere amor, & ius ciuile sic coniunguntur, vt mira
propè ac singularia quedam de
vtrouque recitentur.

OBSERVATA IN CAPVT PRIMVM.

- | | |
|--|---|
| 1 <i>Amoris ditioni supposita regio, iura, & leges plurimi facit, iustitiam complectitur, quid sit Iustitia.</i> | 5 <i>Cupido meritò se Augustum vocari vult. & cur ita, quòd sit optimus legislator & perpetuus.</i> |
| 2 <i>Dij, homines, & fera Cupidini obediunt.</i> | 6 <i>Amor etiam in mortuos ius habet.</i> |
| 3 <i>Explicatur l. j. §. ius naturale. ff. de iustit. & iure.</i> | 7 <i>Explicatur Auth. cui relictum. C. de in dict. viduit. toll.</i> |
| 4 <i>Omnis, plerunque præcipuum significat, vt l. j. ff. de leg. j.</i> | 8 <i>In virgine durior est non nubendi conditio, quam in vidua.</i> |

CAPVT PRIMVM.

VERBEAR ego, mi Hephæstion, ne hos hortos tanquam suos sibi vendicaret Rex ille Alcinous, adeo pomarijs lætissimis abundabant: & cum ex arboribus aliæ vix dum florescerent, aliæ suis iam fructibus vincebantur; certè Fauonius, qui solus eam regionem perflat, paulò tunc vehementius respirans, totum me variis floribus oppleuit, & odore penè cinnameo & suauissimo perfudit. De ingenio, temperie, & amœnitate loci plura dicerem, nisi audienti molestum putarem, quod videnti mihi fuit iucundissimum. nam ora ipsa cælo solòque iuxta felix, Cyclopi in agros mihi reserebat, in quibus fructus, fruges etiam, sponte naturæ ac sine cultura vberimè proueniunt. vnum illud interest, quòd his vt Homerus ait, *ἄγωνα βελήφοροι & θεμίτες*, id est, neque conciones consiliariæ sunt, neque leges. † at qui leges ipsæ, & legum disceptationes nusquam libentius audiuntur quàm in hac regione, quæ cum incolis admodum fructuosa sit, mihi quoque iuris ciuilibus studioso non parum fructus & emolumentum attulit. Cæterum fuit quòd mirarer leges ibi constitutas inueniri, vbi minimùm mali homines, legum seueritate non egeant. cumque iucundo & infueto itinere inter lilia & violas progredere, magis atque magis cogitans, me ipsum interrogabam, num ad alteram mundi oram peruenissem, quàm Græci vocant *ἄνταξωνα*, in quam Venus omnes Cyprî Paphique delicias transtulisset? nec me penitus fefellit opinio, nam hic, magnus ille Veneris puer & filius, Amor, rerum potitur, & tantum exercet imperium, quantum decet eum, cui quicumque paruerit, ius omne diuinum humanumque completetur, & absoluet: & cœlestis prorsus efficietur. Ius autem diuinum illud appello, quo nihil potest esse perfectius, & quo Deo similes efficiuntur, amantes ipsum imprimis ex totis vitibus & tota anima, vt præcipitur Luca cap. 10. idque euenit cum mandata Dei seruamus iustitiam colentes, vt D. Ioannes explicat in epistola cap. 4. & hic quidem amandus est longè supra nos ipsos, etiam cum vitæ humanæ dispendio, vt cælestem & perennem assequamur. at proximus diligendus est ea charitate, quæ se quisque diligit vt ita lex impleatur, & omne facinus vitetur, vt percurrit Apostolus ad Romanos cap. 13. & certum est nihil amitti iustitiæ, si alij non fecerimus quod nobis fieri nolumus vt Christus alibi dicit, cui proximus est quilibet

quilibet homo homini: cum natura cognatione quandam inter homines fecerit prohibetem mutuas insidias. l. vt vim. ff. de iustitia. hoc vocat verū ius naturale Isidorus in can. 1. dist. nā hoc ius naturæ feris non est commune, sed deo & hominibus. & semper æquum & bonum est. l. pen. ff. eod. quare puto aram Amoris quam Pausanias in Articis, in primo Academiae aditu locatam notar eò respicere, vt vera philosophia in Amore perfecto versetur. sicut & iustitia, quæ definitur constans & perpetua voluntas ius suum cuique tribuens. quod sit voluntas, & quare, explicat Cicero 1. lib. officior. hoc ipsum, inquit, ita iustum est quod rectè sit, si est voluntarium. & ab eodem in lib. 2. de inuentione, iustitia definitur habitus animi, communi vtilitate seruata, suum cuique tribuens, quod non abhorret ab Vlpiani definitione. nam qui suum cuique tribuit, certè tribuit Reipubl. eamque peramat supra se ac liberos suos. l. minime. ff. de religio. l. 1. §. fi. C. de caduc. tollen. cæterum Vlpianus desiderat constantiam in voluntate iusti. quia virtus certantium est, palma victorum. & vt habetur prouerbiorum. 4. cap. Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectum diem. & qui perseverat benè inceptis saluus est, ex Christi oraculo Matthæi. cap. 10. nam & desertores militiæ laudabilis seuerè plectuntur in l. 3. ff. de re milit. vulgatum est illud Aristotelis, vna hirundine ver non fieri, sic nec virum bonum ac beatum vnico actu virritis, aut vnica felicitate. vnde qui amorem alatum pinxere, digniores fuere qui hirundinem pingerent quàm perfectum numen, & summum Regem. vt mox cognoui ex præcone procero, & mirum in modum audaci, qui de luco myrteo exiliens voce satis imperiosa, ita ferè proclamauit: Iuber Cupido, æthereus, marinus, plutonicus, deum atque hominum victor, & triumphator semper Augustus, turbæ populòque amantium, vt adsint pridie Calendas Maias, & sacramento se quotquot sunt denuò adigant. scdūque recens feriant dominū salutaturi, ni malè multari quisque maluerit. Postquàm hæc vox violauit aures meas, quamprimùm horruì, admirans tanti dei, ne dicam tyranni inuidiosissimi titulos, qui sibi in deos mortalesque imperium assereret, forsitan iure & meritò. † quem enim deorum non ipse vicit: aut de quo non magnificè triumphauit? testis citetur Iuppiter,

-quum se formas
Vertit in omnes dominus cæli,
Diuumq; pater.

Idque quo potiretur optatis amoribus, vt dicit Seneca tragicus in Octauia: & Accurs. in l. vnica. in verb. capta. C. de Senatusc. Claud. De Neptuno & Plutone taceo, quorum ille in medio arsit Oceano cum Nereidibus, hic Proserpinæ desidio penè confectus est. at Hercules, qui rot monstra superauit, ab hoc vno molliter victus Omphalæ puellæ, Lydorum reginæ seruire coactus est. Miloni Athletæ malum tenenti nemo digitum corrigere poterat, inquit Plinius: at, vt ait Ælianus, puella, illi malum extorsit manu. libro variæ historiæ 2. cap. 24. Amoris igitur imperium vbique latissimum est, & per antiquum: nam Hesiodus in Theogonia ex Chao simul cum terra genitum tradit, nec dissentit Parmenides. Proinde ab initio vbi creati fuere homines, amare nouerunt, & liberorum procreationi operam dare. † l. j. §. ius naturale. ff. de iustit. & iure. quin etiam matrimonium, quod amori debetur, multò ante fuit quàm sacra reliqua, vt pote in Elysiò, autore Deo Opt. Max. conditū. can. sicut. 32. q. 2. idq; cum nondum criminis aliqua labes hominem contaminasset, can. tollite. de pœnit. dist. 2. propterea Ægyptij homini nascenti quatuor deos præstitit adesse voluerūt *δωμωνα, τύχην, ἔρωτα, ἀνάγκην*, id est, genium, fortunam, amorem & necessitatem. Quòd si aliquis obicit, amore nimio iti sæpe in mala & eadem priuatorum ac Reip. vt Troiano docemur excidio. idque deo Iustitiæque minimè conuenire. Respondebo vulgato prouerbio, summum ius summam fieri iniuriam: & perniciosè errare nos prætextu æqui & boni, si rigidè & nimia cura seruetur. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. hoc docet illa æquitas deo debita: qui si nimis colatur anxietate, transit in superstitionem. l. quæ sub. ff. de condit. instit. propterea creditus est sapiens Cleobulus, qui *Ἄριστον μέτρον*, optimum modum, dixit. itaque amandum est moderatè intra terminum naturæ. §. 1. de incest. nuptiis col. 2. vnde Hieronymus ex Pythagorei cuiusdam sententiâ admonet, ne vel vxorem perditè amemus, vt saltè amando pecudes imitemur alterna venere videntes can. origo 32. q. 4. nam intra fines à natura præscriptos amandum est. nec audiendus Cicero. 4. lib. Tuscul. si, inquit, amor esset à natura, amarent idem omnes & semper. cæterum ratio naturæ excellens sceturæ sæpe in homine silet, infuscatur, in furiosis quoque extinguitur. Proinde nec fera cæteraque animalia amoris expertia sunt, sed omnia eius peritia censentur, quod elegantissimè Poëta ostendit,

Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque,
Et genus aequoreum, pecudes, pictaeque volucres
In furias ignemque ruunt, amor omnibus idem.

4. Hoc secutus est Vlpianus in d. l. j. §. ius naturale. † vbi omnia animalia solitus sum exponere pro praecipuis, vt tollam Accursij obiectiunculam, quia apes, & purpuræ, & aquatilia pleræque non amant inter se, vel certe prolem non edunt, nec Phœnix, nam

Mors illi Venus est,

Inquit Laetantius, cui obuiat l. quoniam. ff. de legib. sic in l. si quando. §. j. ff. si seruit. vendic. omnes Iurisperiti consilium dederunt, id est, clariore reliquis. l. i. de athlet. lib. ro. C. & Varro libro quarto rerum diuinarum, victorem Herculem putat dictum, quia omne animal vicerit: hoc est, vt interpretor, sauisimum quodque. Refert Macrobius lib. 3. Saturnaliorum cap. 6. Eodem modo accipiendum venit quod Iurisconsultus scribit in l. j. ff. de legat. j. per omnia ex aqua esse legata fidicommissis, quasi dixerit, in omnibus ferè, vt explicat quàm euidentissimè Imperator in §. j. de donatio. hinc est illud eiusdem Vergilij in Cyri:

Omnia vincit amor. quid enim non vinceret ille?

Inde Lacedæmoniorum prociuctus exercitus priuquam manus cum hoste cõsereret, Amorem diuinam faciebat victoriæ causa. & Epicharmum comicum amori dicere Fulgētius ait, δαίμων ἢ ἑρως λεονταία δάμαμι θαλερός: id est, domitor Cupido, leonina virtute virentior. In summa, nihil est amore ipso vehementius, §. illud, quib. mod. natur. eff. legit. col. vj. adeo vt ne plantis ac lapidibus parcat, quominus vtròsque implicet & metalla etiam nonnulla: vt cum vnus vitem diligit, eiu(s)que complexu lætatur. Ferrum ad se Magnes auide rapit, cui propterea Thales animam inesse aurumauit. aurum ære adeo miseri cupit, vt egrè hodie diducatur, olim nullo modo. l. §. sed si plumbum. ff. de rei vendicat. vnde cum duorum vtrumuis dominorum misceretur, iudicio communi diuidendo secari necesse fuit, nullis aquis amorem tunc dissoluere valentibus inanimatis quoque à natura inistum.

- † Itaque Augustum amorem præco appellauit, ob potestatis amplitudinē: nam & Octavianus, secundus Romanorum Imperator, Augustus, & Munatij Planci sententia, appellari cepit, vt magnus sacer, ad imperium augendum idoneus. Ouidius primo lib. Fastorum:

Sacra vocant Augusta patres & mox:

Huius & augurium dependet origine verbi,

Et quocumque sua Iuppiter auget ope.

Quia si ab augendo Augusti origo est, hic honos ad Amorem maximè pertinet, cuius ope & auxilio genus humanum augetur & ampliatur. l. ij. C. de indict. viduit. l. vnic. §. si plures. ff. de portion. quæ liber. est igitur & sacer propter coniunctionem animorum. l. i. de rit. nuptiar. ff. & magnus ac mirificus Heros, nempe diuinitatis particeps vt ibi à Iurisconsulto dicitur. & humanitatis propagator, ita vt eam immortalem reddat suffecta sobole. l. lege. C. de legit. hæredib. Plato quoque in Cratylō Heroas dictos putat, ἄπο τῆς ἑρώτος, id est, ab amore quod semidei geniti sunt ex amore deorum erga mulieres, vel deorum erga homines. quod aliquis rideret. nisi genesis cap. 6. filij Dei filias hominum peramasse dicerentur. addit Plato Heroes dictos quod sapientes Rhetoresque fuerint, ac facundi: εὐπειν, namque est, dicere. Sunt itaque Heroes amatorij Rhetores, inquit. quia, vt ego puto, cum homines sint propensi ad dissentendum. l. item si. §. fin. ff. de recept. arb. extitere olim viri facundi & boni, qui eos docuerunt inter se amare, & in vnum conuenire, ciuitates condere, & mœnibus ac legibus sapere & stabilire. quæ à ciuitatibus conditis ortum habent. §. singulorum. de rerum diuisi. vnde lex à Demosthene dicitur ciuitatis compositio communis. l. 2. ff. de legib. est enim ipsa arctissimum amicitiae vinculum inter homines. vnde legum originem neque ad Mosem, aut Cererem, aut Minoem, sed ad Amorem quis debeat merito referre, tanquam ad principem humani generis, Augusto quouis Augustiorem, & re vera perpetuum. nam verus amor numquam desinit. exemplo sint præci Germani, apud quos, vt Corn. Tacitus scrip. sit, tantum virgines nubebant vni marito, tanquam vni corpori iunctæ. neque vltra cogitatio erat viduis. quod & Apostolus præcepisset, nisi expediret aliud malum virgentius vitari. & nisi satius fuisset nubere, quàm vri cum enim vox diuina coniugia duos carne vna conglutinet, difficile est nodum tantum dissoluere, & vt in elementis semel mistis, metallis itidem & coloribus, ex quibus vna imago componitur, vtque aliud ab alio secernere. iure itaque dicitur, ne morte quidem coniugum vinculum dissolui. can. 2. 35. q. 10. ideoque Christus amoris & charitatis assertor excellens repudia & diuortia substulit inter coniuges, nisi ex causa fornicationis, quæ fidem irritam facit, ad Timotheum epistola prima capite 5.

† Vsq̄ue

† Vsq̄ue adeo autem amoris vis perennitas vbique magna est, vt mortuos etiam sequi cõpertum sit. inde vxore post mortem viri secundo nubente, mariti ipsius anima contumelia affici & mœrore angitur censetur. §. quæ verò. in Auth. de nupt. col. iij. † Idcirco si quispiam maritus vxori legauerit, sub conditione, si non nupserit, iure nouo pareri cõditioni oportet, aut legatum amitti. Auth. cui relictum. C. de indict. viduit. nubente enim rursus coniuge superstitite, dolent coniugis emortui manes nec amare desinunt. l. fin. C. de inf. pœn. cœlib. non immerito ius pontificium statuit viuam vxorem cum viro lares & honores mutare, & mortuam viduam viri tumulo sepeliri. cap. 18. qui. §. si. de sepultur. lib. 6. Ecquis nescit, quàm infeliciter Didoni iterum nupuisse cesserit, &

Non seruata fides cineri promissa Sichæo.

nam prioris viri Sichæi oblita Æneam hospitem amauit inconspicua Regina, cuiusque gladio semet trucidauit, mox adiuit inferos,

-coniux vbi pristinus illi

Respondet curis, aquatque Sichæus amorem.

vt idem Poëta prodidit. Possunt autem defuncti aliud vxoris matrimonium rescire, atque intelligere ab iis, qui postea decesserunt, vel ab Angelis id denuntiantibus. can. fatendum. 13. q. 2. At in virgine sanior opinio eò reducta est, vt in ea, conditio, si non nupserit, improbetur, cum nihilominus legatum consequatur. diuersitatis illa ratio est, quod qui moriens de vxore charissima sollicitus est, amoris violentia de sancto matrimonij vinculo æquissimè quaritur, propter indiuiduam vitæ consuetudinem, quam initio præsumpserat. §. j. de pat. potest. ex quo si alius quouis Mætiæ, quæ olim Titij amici vxor fuit, sic legauerit, ne nubat, pietatis gratia legasse creditur, ne defuncto fiat iniuria, quam vindicari cuiusque interest. l. iij. §. si nemo. ff. de sepulch. viol. Hoc apertè cautum est in d. auth. cui relictum. in princip. iure igitur laudetur Theseus, qui ad inferos descenderit, vt Pirithoi amici Hippodamiam vxorem educeret. At si testator non nihil virgini reliquerit, ita ne nubat, voluntate nimium anxia, & improba nititur, de re nondum ad suam vel alterius iustam affectionem pertinente sollicitus. † Præterea in virgine durior est huiusmodi conditio, quæ pluris eam voluptatem facit, quàm nescit, vt illa ventalis apud Senecam lib. declamationum. 6. cap. 8. cuius est ille versiculus:

Felices nuptæ, moriar nisi nubere dulce est.

Probatum illud in can. viduas. §. si virgines. 27. q. 1. proinde dijs habetur virgo gratior quàm quæ vidua permanet. §. optimum. de non elig. secund. col. j. Cum ergo (vt ad superiora regrediar) ne morte quidem ipsa, amor viuere desinat, cur, quæso, fit vt in amore nullum votum morte sit frequentius? Et quid, inquam, aliud superest, nisi vt fateamur Amorem merito perpetuum esse Augustum potius Iustiniano. §. si. proœm. ff. §. 1. de patr. potest. idque voto nubentium & animos nedam corpora iungentium. l. j. de iure dori. ff. ex his dependet enarratio l. hoc genus. ff. de conditi. & demonstr. de qua tempestiuus posthac loquemur. & de l. 3. de donati. inter vir.

OBSERVATA IN CAPVT SECVNDVM.

- | | |
|---|--|
| 1 Amanitium gaudium luctu plenum esse, & an duo contraria simul in iure coalescant. | 6 Pulchrum esse in amore semper, & Iurisconsultos & vulgari opinione definitionibus inseruire. |
| 2 An in l. i. ff. de pact. vera sit pacti definitio recipiens epistolam an assentiatur. | 7 Pactum an à pace descendat, vel contrà. |
| 3 Pactum à pactione non differre. | 8 Promissio dotis in genere facta, valet. |
| 4 Quod Iurisconsulti & alij auctores quadam in definitionibus consulto omittant. | 9 Interpretatio l. j. C. de dot. promiss. |
| 5 Amoris definitio an rectè à Platone tradita. | 10 Satyri de Nympharum perfidia queruntur, & quid sit lex per Satyram lata. |

CAPVT SECVNDVM.

POSTEA quàm in Lucum myrteum veni, frondibus multis opacum, & solis radijs inaccessum, vidi turbam amantium qui variè gaudium cum luctu agitabant, atque emittebant, frequenter has voces, eia heu, quæ partim luctum partim lætitiā significant, in Thesei Sacris olim vtitissimæ, quoniam à Minotauro Cretenſi victor Athenas rediens certior factus de morte Ægei patris tales ludos instituit, in quibus mœstitia cum gaudio permiscuè misceretur. Ita vt minimum crude iurisperiti accipiant id, quod vulgò dici solet, duo contraria simul non consistere, nec rem eandem diuerso iure censeri. l. eum qui. ff. de vſucap. sed

V ij

penitus inspicienti non solum res vna diuerso iure censetur in mistis omnibus: vt in con-
iunctis re & verbis: in muneribus mistis, quæ personæ laborem & pecuniæ erogationem
continent. l. si. §. mista. ff. de munerib. sed etiam in prorsus contrariis: vt liquet medio ex iu-
re ciuili & intima iurisprudētia, cum res eadem atque sanctio iniquitatem habeat & æqui-
tatem simul. vt cum homo à pluribus occiditur in tenebris, nec scitur, quis præcipue occide-
rit. iniquum est omnes teneri, sed æquum est potius innoxios puniri, quam verum homici-
dam inultum manere. l. item meta. §. i. ff. ad legem Aquil. euidentius in l. si ita. §. pen. ff. eo.
idem in vsucapione, qua res à vero domino auellitur contra manus iustitiæ, sed tamen eidē
hæret æquitas, vt sit aliquis litium finis: & ne sint in incerto rerum dominia. l. fin. ff. pro suo.
l. r. de vsucap. sic in matrimonio onus est: siue quis careat liberis tanquam fructu: siue liberos
sustulerit. l. penul. ff. de liber. agnos. ideo apud Musæum Ero à Leandro amante persuasa,
γλυκύπικρον ἐδὲξάτο κέντρον ἐρώτων. id est, dulcem amorem susceperit stimulum amo-
ris. verum vt id quod æquum est iniquo præpoller, sic dulcedo amariciei in amore † Hæc
erat sors amantibus apertissima, quorum alij puellæ præclaram faciem, alij insignem perfidiã
per tumultum decantabant, & inconstantiam subinde arguentes vociferabantur. nam cum
vita hominum varijs casibus & fluxis mutationibus sit exposita, & vt Iustinianus ait, nihil
sit inter homines quod non subinde mutetur. §. vt autem. de non alien. rebus ecclesiæ, col. 2.
nullibi tamen tantæ comperiuntur rerum vices, & fortunæ quasi æstus, quàm in amore, cum
mutabile mulierum genus sit, cap. forus. de verb. signific. debuerunt saltem hæ conuersiones
rerum in amore propter perfidiam quiescere, cum Amor Deus sit, & Dij nudam promissio-
nem tanti faciant quanti iurandum. can. iuramenti. 22. q. 5. deinde cum amor à iure na-
turæ omnibus inscius sit, vt paulò antè dixi, humanæ fidei nihil magis congruit quàm pacta
seruare. l. j. ff. de pact. amor enim vt pactum in duorum consensu versatur, eumque tantū
desiderat. l. sufficit. ff. de sponsal. l. mulierem. ff. de rit. nupt. quibus in locis apparet inter ab-
sentes quoque, vt pactum quodlibet iuri. l. Labeo. ff. de pact. vti que vel per nuntium, vel per
epistolam. quocirca Propertius lib. 3. ita de suis tabulis amissis inquit,

Ille iam sine me norant placare puellas.

Et Mercurij nuntij opera fouem in Alcmenæ complexum venisse, Plautus lepide narrauit in
Amphitruone sua. Sanè mulier recipiens ab amante epistolam, protinus lacerare debet,
alioquin tacens præsumitur adnuere. l. 18. ff. ad Macedoni. nam licet taciturnitas non sit me-
ra confessio. l. qui tacet. ff. de regul. iur. tamen ipso facto retentæ epistolæ exaquat con-
sensum. sicut etiam cum ab amico præsentē sollicitatur, arg. l. sed ea. ff. de sponsalib.

† Non desunt qui in d. l. j. ff. de pact. minus perfectè pactum definiti sentiant, quia duo-
rum pluriūque consensus in idem, velut consensus vt Romam, verbi gratia, datur, pactum
non sit, cum nullus promissionis tractatus intercesserit, argum. l. vt sit. ff. pro socio. ex quo
factum est vt non indocti viri, non pactum in d. l. j. sed pactiōnem definiti existimant.
quod quàm parum verum sit ostenditur, tum ex l. pactum. ff. de pollicit. tum ex crebra vsur-
patione Iurisconsultorum, qui sine differentia & delectu verbo † pacti & pactiōne vsi sunt,
maximè in illo titulo de pactis. vt l. iuriscientium. §. sed cum nulla. & §. seq. & §. pen. & l. si
vnus. §. illud. ff. eod. l. j. C. de iur. emph. l. si quis maior. C. de transact. l. j. ff. de resc. vend. l. sed
si vir. §. si vir. ff. de donat. inter virum & vxor. nec oberit, quod pactum à pactiōne dicitur. d.
l. j. ff. de pact. nam & donatio quasi doni datio appellata est. l. senatus. ff. de donat. caus. nihil
tamen differunt, quod si quis obiiciat pactum in pactiōnibus scribi. l. si. §. pen. ff. de condit.
indeb. respondebo tunc pactiōnem in genere accipi pro conuentione seu contractu. vt ibi-
dem subiungit iurisconsultus. & l. 3. de vsufr. sic poterat dixisse pactiōnem pactis inseri, cum
& pactum generaliter sumi queat. l. traditionibus. C. de pact. l. iuriscientium. §. prætor.
ff. eodem.

Restat iam, vt disquiramus, quare Vlpian. perquam liberalis in verbis & edictorum in-
terpretatione, promissionis mentionem nullam fecerit in pacti definitione. sine qua tamen
nullum pactum esse exploratum est. nam aliàs, aut dictum, aut quiduis aliud potius dici
meretur quàm pactio. l. sciendum. §. dictum. ff. de ædilit. edict. In hoc quæstionis genere ani-
maduertendum puto solere † Iurisprudentes, & si qui alij non inferiores sunt, in definitio-
nibus persæpe omittere ea quæ necessariò commodè ac euidenter decet subintelligi.
itaque promissionis non meminit Vlpianus, quia cuique persuasum duxit sine pro-
missione nullam pactiōnem inueniri posse. Consensum tantum duorum in idem ex-
pressit, vt à pollicitatione discrepare ostenderet, quæ licet promissionem habeat, tamen
consensu duorum caret. l. pactum. ff. de pollicit. ideo que imbecilla est. ita M. Tullius. li. 2. de
Inuentione. Pactum, inquit, est quod inter aliquos conuenit, id est, quod promittendo cō-
uenit,

uenit, alioquin non omnis conuentio pactum est. l. j. §. j. ff. de pact. & Paulus in l. item si pre-
tio. ff. locat. quoties etiam faciendum aliquid datur locatio est. tacuit de mercede sine qua
nulla locatio est. idem Tullius lib. 3. Officiorum, est autem iurandum affirmatiō religio-
sa omisit numen diuinum in restem adduci debere, vt iureretur, aliàs si quis affirmet Amorem
esse Deum, vel Deum esse æternum, non continuo iurat. sic in l. 1. de seruit. rustic. iter est
ius eundi actus ius agendi tacuit Vlpianus ibi, per alienum prædium, quod in aquæ ductum
non omisit. Quapropter nemo nouum esse arbitretur aliqua suppleri definitionibus, cum
euidētissimè requiruntur. l. honor. §. numus. vbi Accurs. in verbo, cum sumptu. ff. de mu-
nerib. & in l. j. ff. de furt. in verb. rei. Vel consensus pactiōnem solam respiciet, vt collo-
quium, nam loqui cū aliquo, pro pacisci inuenio. l. ab accusatione. ff. ad Turpili. & certè dici
potest consensum in definitione, angustari ad illum, qui habet promissionem tantum, vt
in l. hæredes. §. non tantum. ff. famil. hercisc. vbi cum duobus res eadem legatur, hi non
consensu coniunguntur, sed re. id est, non pacto sed re legata acceptaque vnà à cōsentientib.
& quare consensus non stringetur, cū cōuentio, qua nihil pactet amplius, siue ad corpus siue
ad animū transferatur, pactiōnem seu contractum peculiariter inferat. l. r. §. i. ff. de pact. ideo
loco placiti ponitur in l. pactum de pollicit. ff. sic nemo nescit placitum dici de eo, quod
generaliter liberit: ramentum restringitur ad pactiōnis voluntatē. l. diuisionis. ff. de pact. l. cū
te. C. de transact. nec ob aliud placitū & cōsensus copulantur in d. l. i. de pact. aut cōsensus. &
conuentio in d. l. pactū de pollicit. quàm vt res magis explicaret. l. r. §. sed sciend. ff. de ædil.
edict. sic vis & potestas in l. r. ff. de tutel. vbi Accursus perperā putat esse figurā endyadim.
vel fortè opportunè consensus exprimitur in pacti definitione, vt complectatur tā promif-
sionis effectū, sicut dixi, quàm confessionem sine euidenti promissione natura tamen con-
uentionis fratrā. in l. tale pactum. ff. de pact. sicut etiam cum res, de qua est controuersia se-
questro datur. vbi nulla est promissio: sed tamen est depositum. l. propriè. ff. deposit.

De his ego parcius dixissem, nisi ad Amoris definitionem quodammodo expectarent, qui
apud Platonem † nihil est aliud quàm pulchri desiderium. nam profusior videtur hæc defi-
nitio, eò quod amicitiā complectitur, quæ ab amore denominata est, vt scribit Cicero in
Lælio. Præterea desiderium sapientiæ & diuitiarum, rei pulchræ est, sed non ideo amor
vocabitur: & oportet suppleri definitioni desiderium tale, ad sobolem edendam facere.

Quod quidem in eiusdem Platonis conuiuio Socrates se ex Diotima fatidica didicisse fate-
tur, dum ait pulchrius nihil esse liberorum generatione, per quam mortale genus, successio-
ne immortale efficiatur. l. liberorum. §. fin. de verbor. signif. cum propterea animantia que-
que proli sollicitudine teneantur, quo opere quid potest esse dulcius, diuinius, aut pulchri-
us, siue faciem spectes humanam cœlesti pulchritudini accedentem. l. si quis. C. de pœnis
siue mentem in capite tanquam in arce locatam: qua fit, vt homo ad imaginem & similitu-
dinem dei creatus dicatur, Genesis 1. cap.

† Vel adhuc licebit dicere, in amore semper pulchrum desiderari opinione amanti sci-
licet. Placuit Perseo nigra illa Andromeda Æthiopum regis filia, quam antè à Cupidine
ipso dilectam Cæsar Germanicus tradidit: quia fortè candidi esset animi, & vtriusque amā-
tis existimatione pulcherrima, vt l. miles. §. mulier. Accurs. in verb. nuptijs. ff. de adult. l.
actionum. §. ex contractu. ff. de action. & ius prætorium, quia iustum esse solet vel debet. l.
pen. ff. de iustit. & iur. & Theocritus in Ecloga 6. ἐρωπι τὰ μὴ καλά, καλὰ πέφανται. id
est, amori non pulchra, esse pulchra apparuerunt.

† Pactum à pace deduxi Isidorus cap. pactum. de verb. signif. ne mirum sit pacta amantiū
non seruari, cum pax eorum paruo ducet tempore, vigent bella, & quædam induciæ, mox
vt cunque redeunt in gratiam, & vt Publius dicebat,

Discordia fit charior concordia.

Sanè Vlpianus maluit à pactiōne pacem deducere. l. j. ff. de pact. Pactum, inquit, à pactiōne
dicitur, vnde & pacis nomen appellatum est, nisi sic intelligas, pactum esse appellatum no-
men pacis, id est, nomen ad pacem faciens, siue pacificum: quia pacto & fœdere sæpissimè à
bello disceditur. vt cum apud Ælium Spartianum, Verus Imperator obiurgatus ab vxore
propter externos amores, respondit, vxorem esse nomen dignitatis non voluptatis. & plene
sunt sacræ literæ hoc genere locutionis: vt labium veritatis Prouerbiorum 12. cap. pro labio
veraci. & cap. 4. panis impietatis: pro impiè quæsito. Vel fortè nomen pactiōnis antè pacem
fuit: quia quo primū tempore pax esse cœpit, conuentione ducum facta est. l. conuentio-
num. ff. de pact. quamuis postea per victoriam in pacem itum sit. pacem, inquit Festus Pom-
peius, à pacis conditione putat dictam Asinius Capito, que vtrique inter se populo sit ob-
seruanda. Cicero lib. 10. Epistolarum, aut, inquit, positis armis pacem petere debent, aut, si

pugnantes eam postulant, victoria pax, non pactione parienda est, sic à iustitia ius dicitur. l. j. ff. de iustit. & iur. quia prius fuit iustitia quàm ius civile, quòd eam imitatur.

Haec tenus pacta tractasse sufficere videbatur, cum perdulcis & mellitus aliquot cygnorum in ripa florenti stantium cantus me cogit diuertere, quem licet non morituri, iuxta aquas perspicuas labentis fluij simul ediderunt. eos esse suspicor qui Horatij testimonio, Venerem in Paphum & Gnidum vehere consuerunt. Sed non erit alienum ab instituto (quoniam de pactis amatorijs propositum est) † explicare. l. j. C. de dot. promissio, in qua interpretes errant diligentissimè, dum illam l. cum post. §. genere. ff. de iure dotium, in concordiam redigere conantur. probatur hic ita faueri dotibus, per quas optimi amores hoc est matrimonia iuuatur, vt promissio dotis in genere valeat: at non valere maualt. d. l. j. C. de dot. promissi. fuere qui existimarent §. gener. de patre dotem promittente intelligi, cui incumbit filiam dotare. l. fin. C. de dot. promissi. sed d. l. j. de filia loqui, quæ cum nubit dotem pollicetur. Hoc displicuit Accurs. mihi etiam placere non potest. quis enim pater tam tenetur filia, quàm filia sibi potissimum in dote? l. cum is. §. si in ea. ff. de condit. indeb. Euripides in Medea.

Ως πας τις αυτον τῆ πέλας μάλλον φιλει.

id est, quòd se ipsum quiuis plus amat quàm proximū. Insuper in d. §. gener. de tutore in genere dotem promittente agitur non modo de patre. accedit illud, quòd tamen paterni officij sit dotem assignare filia. hoc quidem maximè verum est, cum dos promittenda venit, at cum semel promissa est, perinde extraneus quilibet tenetur. l. si donaturus. §. si. ff. de codic. caus. dat. denique in d. §. gener. nihil prorsus discriminis assignatur inter patrem & reliquos, sed inter promissionem fundi in genere, quæ inutilis est, & dotis, quæ modicum capit dignitate & opibus viri. alij modestiores, sed post Accursum, dixere id cautum in d. l. i. C. de dot. promissi. ne duo specialia concurrerent. nempe nuda promissio actioni pariendæ sufficiens, & incertitudo quantitatis. ceterum nemo nescit duo circa idem posse concurrere specialia siue vt pactum ad agendum sufficiat, siue vt scriptum cum fuerit, sit loco stipulationis: aut quidlibet aliud singulare, vt liquet in l. cum due. ff. de captiuis. & in hanc ipsam dotem, vt præsumpta stipulatio de restitutione eius. l. i. C. de rei vxor. act. & ibidem, quod sit bonæ fidei contra naturam stipulationis: vtque mariti bona hypothecæ sint, legis raro priuilegio. sed & quarto, vt antiquioribus creditoribus præferatur. §. fuerat. de actionib. † Mihi, quòd aliorum pace fiat, videtur, in l. j. C. de dot. promissi. non dubitari quin dotem metiamur pro viri natalibus & fortunis, sed dubitari de muliere, quæ dotem sponderat in genere, à qua vir ipse omnes omnino facultates dotis nomine petebat, dicens nulla lege prohiberi quominus omnia mulieris bona dote esse possint. l. nulla. C. de iur. dot. proinde hac spe se allectum ad mulierem ducendam, cuius deformissimæ pulcherrimis diuitijs inhiabat. Contra diues mulier arctari generalem promissionem volebat ad dotem viro dignam, vt l. si ex causa. §. j. ff. de minorib. l. quarto. ff. de iur. dot. & hæc obtinuit, cui Imperator respōdit frustra factam dotis promissionem, non quia ad virum aliquā dotem ferre non obligetur, sed quia modum aliquem dotis præscribi oporteat. itaque promissio dotis vel nuda valet. l. ad exactorem. C. de dot. promissi. sed nimis diffusè eam accipi quum non est hoc in nui, cum ait frustra existimas tibi actionem competere, quasi promissa dos nec præstita sit. Hoc est, de promissione quin valeat dubium non est, sed frustra nimiam dotem tibi præstandam esse opinaris. ideòque non protinus ego posse aduersus constituentem vlla in rem actione, seu hypothecaria: imo personali, vt congrua dos assignetur: ne ludificari sponsū promissor videatur, vt in l. si. C. de sententijs quæ sine certa quant. vbi de dote huiusmodi tractatur. sic propè euenit in seruitutibus prædiorum. nam primò promittuntur, vel legantur: deinde constituantur in quam partem agri seruiantis cogantur. l. si cui. ff. de seruitutib. l. si sub vna. §. fin. de verb. obligat. sic emancipatus petit, præuiam quandam bonorum poss. vt ea instructus mox idoneus sit ad agendum de inofficio patris testamento. l. 2. C. de inoffic. testam. Eodem modo multoties frustra vel inutiliter factum aliquid dicimus, quod vtiq; valet, sed secus atque quispian credebat. l. mela. §. si. ff. de alim. leg. cap. quia frustra. Vbi interpretes explanat, de vsur. nihil dissimile Vlpianus notat in l. si conuenerit. ff. pro socio, sic è conuerso cum vir plus se accepisse dotis instrumento, quàm re vera accipit, caueri, velut ex pacto de reliquo petendo mulierem conueniet. l. si voluntate. C. de dot. promissi. porrò tam hinc quàm in d. l. j. instrumenti mentio fit, nec ideo necessarium est scribi promissionem, sed verisimile contigisse vt instrumento promissum sit, vt l. fin. ff. de crim. stellion. maximè cum inter nobiles personas dos instrumento constitueretur. l. 1. §. sed & si quis. C. de latin. libert. In vtroque verò loco de perfidia astuq; mulierum controuertitur, nec est cur miremur, si (vt

sic (vt Catullus ait)

Mulier Cupido quod dicit amanti

In vento, & rapida scribere oportet aqua.

† Sanè in hac sylua Sileni, Tityri, & Satyri passim ob Nympharum inconstantiam lamentabantur, & quærimonia ac planctu lucum complebant. erant autem Satyri homunculi simis naribus, fronte cornibus aspera, & caprinis pedibus: inde factum, vt leges ex varijs dissimilibusque negotiorum tractatibus factas per Satyram compositas appellemus, à diuersitate formæ Satyrorum, proæm. ff. §. & primo. & can. 2. Sallustius in Iugurthino: deinde, inquit, postero die, quasi per Satyram legem, sententijs exquisitis, in deditionem accipitur. distinctio. vel quia Satyri pedum leuitate insignes, Nymphas sequi solent, quas lasciuu pereunt. Ouidius libro primo Fastorum.

Panes, & in Venerem Satyrorum prona iuuentus.

& Horatius libro primo Carminum:

Me gelidum nemus,

Nympharumq; leues cum Satyris chori,

Secernunt populo. Incerta igitur Satyrorum vestigia legi incertæ, & varia comprehendenti nomen dederunt. l. j. C. de Latin. libert. toll. Satyrum qualem descripsimus, visum in solitudine fuisse à D. Antonio Hieronymus tradit.

OBSERVATA IN CAPVT TERTIVM.

- | | |
|--|---|
| 1 An amor contractus nominatus sit. | 5 In omnibus innominatis contractibus præscriptis verbis, & de dolo agi potest. |
| 2 Dignitas conuentionum ex nomine tantum colligitur. | 6 Intellectus l. iij. §. quod si faciam. ff. de præsc. verb. |
| 3 Amor qui pecunia fit, innominata est conuentio. | 7 In conuentionibus innominatis negativè conceptis, præscriptis verbis actioni locus non est. |
| 4 Contractus innominatus neque à principio suo, neque à fine censetur. | |

C A P V T I I I.

GRAVIS † & vilis est illa contentio, cum dubitatur, vtrum amoris contractus nomen suum habentibus inferi debeat, an non. Contractum appello, quia vltro citroque obligat, siquidem perfectè inter duos initus est. quod si puella nõ redamet, contractus tamen dicitur vt stipulatio & donatio. l. non solum. ff. de actionib. l. si quis. C. de præscript. 30. vel. 40. annor. imò etiam proprie, ex amantium opinione, qui, vt ait Ausonius, ipsi sibi somnia fingunt: & amorem mutuum esse putant, sic dominus dicitur is qui putatur in l. si quis cum. ff. pro emptor. sic hæres, id est, putatius inquit Accurs. l. si nauis. ff. de rei vendic. vel certè cū puella obliget miserum amantem nec obligatur, contractus claudicat. l. Iulianus. §. si quis à pupillo. ff. de actionib. empt. proinde Amorem contractum libet asserere, & quidem nominatum, cum tam elegans nomen habeat, quàm quod maximè desiderari potest. l. Iuristgentium. ff. de pact. nam quousque quisque amorem à generali conuentionis vel contractus nomine non separauerit? quinetiã conuentionum excellentissima meritò haberi debet, & actione sua non minus quàm nomine donari, si quidem dubitat nemo iuregentium omnes peræquæ conuentiones obligasse absque differentia, simul atque promissio intercesserat, & vbi fidem alterius aliquis sequebatur, protinus obstringebat obligatione. l. cum amplius. §. is natura. ff. de regul. iur. nam tunc nihil esse turpius ducebatur quàm fidem frangere. l. j. ff. de const. pecun. sed perfidi pudor tantummodo onerabatur, quæ verò remedia promissum seruare coerent, nondum ipsi Legumlatores induxerant, qui tandem indignati ob multorum singularem impudentiam & perfidiam, actiones composuere, per quas promissor stare pacto adigeretur, argu. §. j. de fideic. hæredit. quia nemini sibi ius dicere licuit, aut in iudicium venire sine actione. l. extar. ff. de eo quod met. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. Ceterum non passim pro quibuscunque conuentionibus actiones dederunt, non vtiq; pro pacto nudo, tamen ei non stare pudendum sit, & graue. l. j. ff. de const. pecu. quia non quiduis improbum à lege plectitur. l. at si quis. §. idem Labeo. ff. de relig. itaque actio parata non est pro omnibus commercijs temerè nisi pro claris & excellentibus. eorum autem claritatem meriti sunt ex solo omine cuique peculiari, non ex consensu. † Quoniam perspicuum est tantundem consen-

us esse in contractu, do ut des, quantum prorsus in emptione atque venditione. Item in contractu, facio ut des, quantum in locatione & conductione. l. j. §. item emptio. ff. de rerum permut. l. pen. C. eod. l. iij. §. at cum do. ff. de præsc. verb. soli igitur nomini gratificari debemus vim ac potestatem natæ actionis. quippe cum nomine proprio carentes contractus, tanquam inertes & degeneres pro nullis ferè censentur, arg. cap. 3. de verb. signifi. sic videas in magni ducis exercitu nobilissimorum militum omnia in omnium ore versari, de abiectionis & gregarijs dicebat Ennius in Alexandro:

Mulsi alij aduentant, paupertas quorum obscurat nomina.

adeamus & cælum, in quo (ut M. Manilius libro quinto, Astronomicè dixit)

Sunt stellæ procerum similes, sunt proxima primis

Sydera, suntq; gradus, Quæ maximè splendent nomine non destituuntur, eoque notissimo appellantur: ut Sol, Venus & ex astris Arctos maior, à Ioue olim adamata, Corona Ariadnes, Andromeda, & si qua sunt alia sydera, quæ propter amorem potissimum nobilitantur. nec Luna fileatur, quæ suum Endymionem, licet virgo, peramavit, tam cælo quàm nomine ab alijs distinctio illustrata est. Atqui multa sydera minimùm fulgentia, sicut Aratus in Phænomenis cecinit,

Πάντα μάλ' ἐρέβητα, ἢ δὲ ὄνομασθὶ φέρονται.

id est, ut vertimus,

Valde obscura suo sine nomine cuncta feruntur.

3 † Quod diximus Amorem nomine à generali contractus separato excellere, ad syncerum & legitimum duntaxat referre conuenit. Qui enim pecunia tanquam mercede contrahitur, nomine certè deficit. Tamen si constet in vulgaribus amoribus magnam esse vim pecuniæ, ut nō immerito Venerem auream Homerus dixerit lib. 19. Iliad. cum ait Briseidem similem χρυσῆν ἀφ' ὀφθαλμῶν. de eadem Euripidem in quadam fabula in hanc sententiam locutum Seneca refert:

Pecunia ingens generis humani bonum & deinde:

Tam dulce siquid Veneris in vultu micat,

Merito illa amoris cælum atque hominum mouet.

His versibus pronuntiatis in Scena, actor exhibitus, & pendè à populo eiectus est. Cum autem quatuor sint contractus quos innominatos doctores vocitant. l. iij. ff. de præsc. verb. hic venalis amor ad contractum, facio ut des, proximè accedit, ex quo non præscriptis verbis actionem, sed de dolo nasci sensisse videtur Iuriscōn. in d. l. iij. §. quod si faciam, cui valde obstat l. cum mora. C. de transact. & l. solent. de præsc. verb. aliaque prudenti responsa tanto tamque vetere dissidio, cum d. §. quod si faciam pugnancia, ut nullo amore componi posse persuadeatur. nouimus vulgo dici solere, tunc de dolo agi, cum ex facto nihil utilitatis consecutus est aduersarius. ut si aliquid promisi, ut in foro saltares: & tu saltasti: sed hæc sententia nihil valet, nihil verisimile continet. cum actior sit actio doli quàm, præscriptis verbis: illa enim infamat. at certū est, eum qui lucrum ex aliqua re assequitur magis obligari. l. apud. ff. de præscrip. verb. præterea in dolo esse potius præsumitur, qui lucrum habet ex facto, quàm qui non habet. l. 3. §. qui de sepulchri. ff. de sepulchr. viol. l. quod sicum. ff. de dolo. Sunt complures, qui dari de dolo putant in contractu, facio ut des, quia factum infectum fieri nequeat, ideoque nec condici. sed si hoc verum esset, iam pro contractu, facio ut facias, duntaxat de dolo ageretur, quod refellitur in l. v. §. pe. de præsc. verb. Item factū repetitur in l. 4. ff. de condict. caus. dat. l. si instituta. ff. de inoffic. testa. l. siue apud. C. de transact. Non defucere qui assererent in d. l. cum mora. non esse contractum, facio ut des, sed contractum, do ut facias, vnde materia proluxa & insulsæ disputationis: an contractus ab ineūdi forma, vel desinendi dignoscantur. † Qua quid potest esse vanius, nam si innominati ad nominatorum similitudinem effinguntur, l. iij. §. pen. de præsc. verb. ridiculum fuerit dubitare, an emptio cum venditione, locatio cum conductione, ab initio vel à fine nomen habeant, cum eodem momento perficiantur, neque vsquam locatio dari possit, vbi conductione non sit, aut è contrario. sicut & cum do ut facias, vna facere tu promittis ut dem: & ita contractus absolutus est. imò cum do ut facias, prius hoc habui in mente, ut tu faceres, sed quò magis faceres, dare promisi. & in conuentionibus prius animum sensumque contrahentiū, deinde verba contemplari decet. l. fin. C. quæ res pig. oblig. planè illud verum est, in vtriusque generis contractibus ei qui citius impleuit actionem competere. l. Iulian. §. offerri. de action. empt. l. iij. §. j. de præsc. verb. præterea interdum in contractu innominato vterque impleuit, atque ita proculdubio est, do ut facias, & facio ut des: sicut cum do tibi pecuniā, ut seruum manumittas, & tu manumisti: atque ita superuacuum esset de origine, vel imple-

mento

plemento disceptare. tamen vtraque actio præscriptis, vel de dolo competit vtrius. l. §. at cum do. ff. de præscrip. verb.

Non ero nimis in recensendis aut refellendis duarum factionum opinionibus in d. §. quod si faciam, nam altera interpretum pars multum inepriarum, altera parum iudicij coniecit & habuit. † Itaque perpetuum hoc esse volo in omnibus innominatis contractibus, vtramque præscriptis verbis actio, quàm de dolo dari possit, si dolus aliquis arguatur, modo de dolo agere malim. l. solent. ff. de præscrip. verb. l. iij. §. sed si dedi. eod. l. cum proponas. C. de dol. vbi de dolo indistinctè agitur pro contractu, facio ut des, vel, pro do ut des nempè cum manumisi meam ancillam, ut aliud mancipium dares vel tibi tradidi, ut ipsam manumitteres. & sic dedi: quia traditio sequens iustum contractum operatur translationem domini, & sic datione. l. in traditionibus. C. de pact. §. sic itaque de actione poterat agere de dolo, quem passus erat dator, vel, si mallet, dissimulare tantisper & mitius præscriptis verbis agere. l. 2. de præcario. ff. nec obest l. ideoque de dolo vbi deceptus collusionem non agit de dolo contra tuorem, quia tutor habet prætextum officij. l. tres. de administr. tutor. sed in d. l. ideo tertius doli arguitur. Sanè in l. cum mora. C. de transact. ideo nulla de dolo fit mētio, vel quia aduersus cognatum actori famosa actione experiri non libuit, vel quia qui dare pro miserat, in mora non fuit, nec fraude distulit donationem, sed ingenuè se non teneri ex conuentione arbitrabatur. miretur nemo has actiones cōcurrere, cum aliàs actionū quatuor optio tribuatur. l. j. ij. & pen. ff. arbo. fur. caus. l. cum ex vno. ff. de action.

† Urgebit nunc in hunc modum quispiam: quis, o bone, derexit tibi in §. quod si faciam. dolum interuenisse: à Sybilla forsitan hoc didicisti. Respondeo in hoc contentioso §. quod si faciam. qui dare promiserat, ei à quo iam factum erat, postea cessabat dare. Hoc est, non ut in l. si tibi decem. ff. eod. sed dicebat quidem dari oportere præscriptis verbis agendi, sed insigniter negligens & morosus culpam dolo similem habebat. l. quod Nerua. ff. de pos. l. magna. ff. de verb. signif. proinde verbum hoc, cessat, non id significat, quod omnino non facit, sed id, quod, in mora est: differtque dationem, & eam interrumpit, quam inceperat. ut l. cum quidam. ff. de vsur. l. iij. §. Nerua. ff. de acq. poss. l. dedi. j. ff. de cond. caus. dat. huc spectat. l. vnic. de suffragio. C. vbi is cuius gratia factum erat aliquid, id quod dare promiserat, præstare cunctabatur: ideo cogitur ibi, ac dicitur moras necere artibus, id est, doli. l. r. C. de iis qui ad statuas confug. quid si is qui dare debuit, in id temporis distulit, quo promissum accepturo inutile foret, idem iuris est: cum datum quidem est sedulo, sed minus perfectè datū à sciente & prudente, ob dolum obstricto. l. §. §. at cum do. ff. de præscr. verbis in diuersum aliquis obijciat d. l. §. §. sed si facio. vbi qui cessat conuenitur actione præscriptis verbis. verum iam dixi verbum, cessat, sumi pro eo quod est, non facit omnino, & extinguitur. l. humanitatis. C. de impub. vel secundo, iam dixi de dolo agi posse, nisi qui dolum passus est, benignè præscriptis verbis experiri eligat tertio, noti iuris est magis obstringi qui dare tenetur, quàm qui facere. §. quod si faciam. non video negari quin præscriptis verbis civili actione persequi tam concessum sit, quàm in l. cum mora. C. de transactio. sed nulla est, inquit Paulus, civilis actio, id est, minimum effectus habitura. l. nam is de dolo. ff. nempè contra illum, qui se quidem daturum faretur, interim tamen moratur & perendinat. quoties enim hæc præscriptis verbis actio solet competere, cum paruo tamen effectu, protinus ad de dolo actionem commodissimè itur, ut Labeoni visum est. l. si oleum. ff. de dol. præsertim cum dationem traxit promissor. quod non minus euidenter probat Vlpianus, l. si mensor. ff. si mens. fals. mod. vbi inde dolus magis incelsitur, quod post longam cessationem res danda fortè erit petenti inutilis. Quod verò in huiusmodi contractibus tempora faciendi considerentur, testis est locuples idem Paulus in d. l. iij. §. at cū do. non multò ante §. quod si faciam. in quo nullā civile actionē, explico pro minus idonea, nec satis comoda. l. & eleganter. §. seruus. ff. de dol. quasi nulla actio, inquit, sit, quæ except. repell. l. iij. §. si iter. ff. de act. empr. & apud Plautum Syra ancilla Dorippe iram metuens sic ait:

Nulla sum, adest hera, me quarit.

hoc est, misera sum, perij. Terentius in Phormione.

Nullus es, Getra, nisi aliquod iam tibi consilium scelere reperis.

sic, nulla est conditio ad præsens vel præteritum relata tempus. id est, quæ effectum habeat suspendendi. leg. institutio. §. fin. ff. de condition. instit. & nulla solemnitas, id est, parua. §. fin. de codicillis. Quemadmodum doli actio in negligentissimum conceditur, sic & in eum qui sciens & prudens perperam dedit. d. l. iij. §. sed si dedi. de præsc. verb. plerumque enim nō dedisse præstitit cum vitiosè datū est. l. Iulianus. ff. de actio. empr. l. Neratius. ff. de condit. indeb. cum hæc se sic habeat in contractu facio ut des nihil secus in contractu

X

do ut des statuendum puto, & in hanc partem capio l. cum proponas. C. de dol. ubi praterquam quod dolo sibi ancillam alienam contubernio iunxerat is, qui dare mox aliam promissit, & quod lex ex titulo doli explicatur. Imperatores de in diem addicti. differebat defidiosè ac astute per dolum: dilata ibi nec fingo nec mentior, sed inde exploratè colligo, cum Imperator dubitet an tempora ad excludendam de dolo actionem præstituta elapsa fuissent. l. fin. C. eod. quamobrem actio præscriptis verbis, qualis qualis sit, non est inutilis, quæ actione famosa viuacior est. placet adhuc spaciari in campum. d. §. quod si faciam. & ostendere, nihil illum differre à precedente articulo do ut des, aut reliquis contractibus innominatis, pro quibus præscriptis verbis agitur, tum de dolo: modo arguatur dolum, scilicet ne impunita fraus maneat. l. ita de recept. arbitr. ff. verum quia dolum & scientia arguere probantur. l. dolum. C. de dolo. nec decet in doli actione vagari, aut temerè famam alterius perstringere, commodissimum est patere nobis actionem, præscriptis verbis, nec aliud innuitur in d. §. quod si faciam. nam licet dicat nullam esse actionem, puta certi negotij non tamen rejicit præscriptis verbis actionem vagam, & more Polypi piscis, colores hos illòsque assumentem. hoc patefacio ex l. interdictis cum l. 2. ff. de precari. ubi nulla pro præcario ciuile actio est, inquit, sed interdictum: tandem præscriptis verbis cõpetebat. ita in l. permisi. §. si. de præscr. verb. ubi te permittente seui in agro tuo, nec finis fructus me tollere, nulla est actio, inquit: tamen dubitatur an in factum actio detur, sed de dolo dabitur, igitur licet dictum sit nullam esse actionem, in factum continuò non denegabatur. planè cum fraus aperte pateret, doli actione experiar. vterque hic locus statera rationis perpenus liquet. eò magis quod actio de dolo non rejicitur altera extraordinaria, & ideo datur. † Iam persuasum opinor amanti actionem paratam esse, aduersus puellam quæ amare promissit ubi iam ipse dederit, fœdissimo amoris genere. quod demum verum est si conuentio innominata affirmando concepta est, nam si quis puellam det ne alium amet, & ita ne faciat, præscriptis verbis actioni locus non est. quia non differunt hæc, do ne facias, & do ut moriaris. tum enim non faceres cum viuere desisses: cum sit ea cõuentionum natura, ut Mutiana cautione pro impletis non habeatur, ut vult receptor interpretum sententia. §. si quis ita de verb. oblig. quicquid verò votum captanda mortis inducit reprobatum legibus in pactis potissimum. l. si. C. de pact. succurrit l. dedi. j. ff. de condic. caus. dat. ubi nulla præstatur cautio in his contractibus, do ne alium ames, do ne me voces in ius, nisi ut præstetur nominatim conuenit. planè in testamētis Mutij cautionem vtilissimam esse nemo ignorat. l. Mutiana. ff. de condic. & demonst.

OBSERVATA IN CAPVT QVARTVM.

- | | |
|--|---|
| 1 Sylvarum custodia penes quem sit, tu philtris & amatoris potionibus amore cociliari. | 6 Smyrna Iuriconsulto quid & eius amor nefarius, ac transformatio. |
| 2 Furor amoris sequitur, & redhibitio, & an aman. possit testari. quid si sit miles. & poculi amatoris prohibitio. | 7 Declaratur l. si diuino. ff. de pœnis. an temporis cursus excuset à delicto. |
| 3 Explicat. r. l. ex Senatusconsulto. ff. de scar. & magis vanitas. | 8 Reus & reatus dupliciter accipiuntur. |
| 4 Item l. quidam ignorantia. de decur. x. C. | 9 Amori tyranno & prodigo bonis interdictum oportere: & quod sit duplex Cupido, quodque manifestè prodigo non sit opus interdictione. |
| 5 Accusatur amor, ut causa magnorum scelerum quoque sit veneficus. | |

CAPVT IIII.



Vo † in loco lucus myrteus arboribus fuit cumulatior, stabat vir admodum senex & seuerus, ipso penè loco horridior: toto corporis habitu & cultu vnum ex illis referens, qui solitariam quandam religionem vulgò profitentur. is neque cædi syluam neque cingi sinebat, cui custodiendæ, & coniectura assequor, Amor ipsum præfecerat. Sylvanus ab Accurs. nominatur l. in lege. ff. locat. Sylvanum verò & Faunum veteres sylvarum numina dixerunt. planè vniuersam sylvarum & collium iurisdictionem & tuitionem ad Consules Rom. pertinuisse animaduertit Cælius Rhodiginus lib. 14. cap. 5. ex quo in Iulio Cæsare Tranquillus ait eam curam Coss. demandatam, & Vergilius,
si caninus syluas, syluæ sunt Consule dignæ.

quòd

quòd si ita est, de syluis agri Romani vel Italici accipi oportet. nam alijs in prouincijs præfides vel alij similes magistratus hanc functionem suscipiebant. l. ij. de cupress. lib. xj. C. & Tranquilli iocus non obscure indicat Sylvarum procuracionem minorem fuisse prouinciam, quàm ut Consule digna esset, at in Cæsaris Consulibus designati inuidiam optimates dedisse operam quòd prouinciæ, id est munera minimi negotij, ut Syluæ & colles, futuris Coss. decernerentur. quæ res maximè Cæsarem irritauit. Sanè verò Virgilius in Ecloga, sic dignas Syluas consule cecinit per figuram, ut alijs, arbuta & frutices. Senex huius syluæ custos (ut ad eum se recipiat oratio) in loco Solis splendore minime preuio, ob multam frondium congeriem, dextra manu scyphum aureum habuit, leua Polion, herbam non ita notam, & Musæi carminibus decantatissimam, velut ad omnia vtilem: hæc aspiciebat. Quid non cogit amor? leges certè violari iuber, quæ verant ne pudici animi Philtris vel incantationibus ad libidinem deflectantur. l. eorum. C. de malefic. & lege Cornelia de sicarijs. ple. citur, qui poculum amatorium dederit. l. iij. ff. de sicar. grauius quidem, si qui accepit, decesserit. l. si quis. §. qui aborronis. ff. de pœn. † nam frequentissimè furor Philtra sequitur: quippe cum amor furor sit. §. illud quoque. quib. mod. nar. effic. leg. col. vj. vnde mulier amore percita, Bacchari dicitur. §. si. de success. sublat. hoc est, caput iactare, & Manadum more in Bacchi sacris insanire. l. j. §. apud. ff. de edil. edic. idcirco in Medea hoc modo loquentem chorum Seneca introducit:

*Quoniam cruenta Menas**Præcepit amore sano**Rapitur? quod impotenti**Facinus parat furorè?*

vnde putem seruo amante vendito. locum esse redhibitioni. nam etsi ædiles morbum tantum respexerint corporis non animi, qualis est amor. d. l. i. §. si. de edil. edi. l. i. §. fin. de seruo corr. ff. tamen affectus ille vehemens animi corpus afficit: ut Antiochus rex declarauit, quem amore Stratonices noerçe agrum agnouit Erasistratus medicus apud Suidam, manu cordi admota palpanti vtrique, quoriam Stratonicem vidisset. atque ut febrieti vitiatum animus simul phrenesi. d. l. i. §. pe. de edil. edic. sic ex amoris furore corpus: sæpè itaque in controuersiam id ducitur, an furiosi instar, is qui amat non possit facere testamentum: & putem posse dilucidis interuallis. §. praterea. quib. non est permillum facere testam. nemo enim tam amore perditus est, quin tædio identidem capiatur amicæ etiam lepidissimæ, ob fraudes crebras vel Zelotypiam, vel factum pulchris familiarem. scitè namque Socrates, ut est apud Laërtium in vita Aristotelis, pulchritudinem vocauit modici temporis tyrannidem. sed est quaestio an animam met ipsam possit hæredem instituire, quid nisi siue honestè amerit, siue in honestè. nam & concubina, & meretrici, donare licet inter viuos, l. affectio. nis. ff. de donationib. multo magis supremo iudicio, ut liquet ex eo, quod pubescens liberè testatur, non autem donat, quin possit restitui: & ex l. viuus. ff. si quis in fraud. patron. accedit, quod testamentum faciens mortis & cœli cogitatione, fieri creditur temperatior. Iuuat. l. milesita. §. mulier ff. de milit. testam. ubi singulari iure receptum est, ne à milite institui possit mulier, in quam turpis suspicio cadat, inhonesti videlicet concubitus, aliud ergo iuris in pagano admitretur. cœrenda etenim fuit in militibus amoris vis: ne fortes ab adulatrice muliercula spoliarentur. l. 2. C. de donati. inter virum. nescio quomodo milites amore procliuus vincantur. vnde poëta Venerem Marti iunxerunt & reticulo aureo vinctam finxerunt, non admodum mentis compotem. Proinde portione amatoria Cæsonia C. Caligulæ crudelissimo Imperatori mentem ademisse ferebatur, quod sentit Iuuenalis:

*Et furere incipias, ut auunculus ille Neronis,**Qui totam tremuli frontem Cæsonia pulli**Infudit. Hippomanes Satyricus intelligit, quod sit ex caruncula in fronte equini pulli nata colore nigro, præfens veneficium ad amorem, si quis antè præcipiat, quàm à matre deuoretur. est & alterum Hippomanes, de quo Tibullus lib. 2.**Et quod, ubi indomitis gregibus Venus afflat amores,**Hippomanes cupida stillat ab inguine equæ.*

Solo quoque carmine noceri solitum fuit, & malo sacrificio pudicitiam labefactari, quod probat Augustinus can. nec mirum. §. magi. 26. q. 5. citat illud Lucani,

*Mens hausti nulla sanie polluta veneni**Incantata perit.*

† Huc spectare puto l. ex Senatusconsulto. ff. de sicar. ubi qui mala sacrificia fecerit, habuerit, pro homicida censetur. sanè Plinius lib. 30. cap. 1. meminit cuiusdam Senatusconsulti facti Corn. Lentulo & P. Licinio Crasso Coss. ne homo immolaretur. palam, inquit, in tēpus

illud sacra prodigiola celebrata. forte etiam eò respexit Iuricons. senatusconsulti mentio-
ne facta, quo tam impia sacrificia inhiherentur. Quæ enim peiora esse possunt, quàm qui-
bus furor amoris, morte sauior inducitur? cap. si aliquis, de homicid. Quapropter plus ad-
mirationis quàm voluptatis accipi ex hoc sene multò nequissimo, ut qui fretus arte omnium
deterrima & vanissima amari se speraret, & cuperet, nulla enim magis sincera magisque se-
ria magia est, quàm quæ prorsus fabulosa, qualem nos in nostris de occulta Iurisprudencia
Dialogis clarissimorum scriptorum exemplo effinximus. quid? quodd & huic malefi-
co veteratori sua pessimè celsit. vitam enim finiuit miseram suspensio postredie Idus
Iul.

4 † Imperatores Valentinus & Valens huiusmodi sectatores ignavia redarguunt. I. quidam
de decurio, libro 10. C. qui sub religionis prætextu latebras & solitudinem petunt. fuit au-
tem Valens Cæsar à Valentiniano fratre imperij confors factus, Ariana vasaia assertor.
quique tum Græcis, tum ijs qui sub Christiano nomine ab Evangelio disidentia prædica-
rent, licentiam & impunitatem concesserit, ut Theodoritus scripsit lib. ecclesiasticæ histo-
riæ 4. cap. 24. sed & monachorum contubernia disiecit. Sozomenus lib. 6. cap. 35. refert
Valentem ethnicis quoque philosophis infestissimum: postquam diuinando prædixissent
ex tripode, Theodorum quendam splendide in palatio militantem futurum imperij suc-
cessorem. Valentis tamen lex mali quidem auctoris ab ipso pro Cæsare Iustiniano probata
est, ut Senatusconsultum temporibus Neronis terribili factum. l. j. ff. ad Trebell. nec lex
iniqua videri debet, quæ nihil homines negligit, vlciscitur, qui otium magis quàm reli-
gionem ambire deteguntur. nisi fortè Valentis dissimulatio latuit Iustinianum: sub illo enim
Lucius Arianae sectæ episcopustria milia hominum emisit, qui viros sanctos in deserto per-
derent, Suida teste. vidit deo operantes satis laboriosos, & cum plantis & apibus ac aquis
dutilibus rusticati. can. numquam de consecrat. distin. 5.

5 † Non potui temperare, quin Amorem audacter accusarem, velut causam multorum
magnorumque scelerum. res non eger prolixis testimonijs præsertim cum illo suadente
Myrrha (quam Smyrnam vocat Hyginus) Cinyræ Assyriorum regis filia patris concubi-
tum appetierit, & eo tandem temulento ac ignorante contra fas & leges turpissimè porita
sit. l. nuptiar. l. quinetiam. ff. de rit. nuptiar. quanquam nec culpa vacauit Cinyras vino o-
brutus, sicut nec Lot ebrius, nec cuius nefario complexu duæ filiae liberos Moab & Am-
mon peperere, Genes. 19. cap. nam Lot, si non ex incestu, ex ebrietate tamen inculpandus est
remissius. can. Inebriauerunt. 15. quæst. 1. l. respiciendum. §. impetu. ff. de pæn. sed & amor
quoque inebriat, aut veneficio mentes abducit. l. 1. C. de naturalib. lib. sic plusquam occi-
dit. l. 1. C. de maleficijs. nam venenū datum a sperius punitur, eo quod sæpe pretextu officij
inditur ab amicis simulatis & sic maior dolus arguitur. l. data. C. de donati. non nurum si
occidisse gladio quàm toxico leuius sit. cum vim apertam & probatu ac vindicatu facilem
habeat. l. 1. §. occisorum. ad Syllania. † Myrrha verò puella in arborem versa proditur, quæ
tum in Arabia, tum in his Cupidinis Syluis mistim ac passim prouenit. Smyrnam maluit
Græco nomine dicere Vlp. l. fin. §. diui. ff. de publica. pro guttis odoratissimis, quæ ex ea
manant, tanquam lacrymæ puellæ ob pudorem latebram quærentis.

6 Suetrius verus Comædiæ auctor sic Glyceram loquentem induxit teste Placiade, Myrri-
num mihi adfers, quò virilibus armis occursem fortiuscula: ut doceat ex Myrrha fieri po-
cula amatoria iure vetita. l. iij. ff. de sicar. nisi forsitan Myrrhinum vas est potorium quod
& Murrheum dicitur, vinum reddens suauius. l. vasa. ff. de supel. leg. Taceo hic quicquid à
dijs amore prouocatis sceleratè admissum est. Quod si qui oppidum incendunt viui exurū-
tur. l. capitalium. §. incendiarij. ff. de pæn. si Phaëton propter cælum sine dolo accensum
miserimè interijt: quid obest quominus Amor puniatur, qui cælum terras & maria pergit
accendere? potissimum cum ipse iudex ad eò iniquus sit, ut oculis delinquentibus cor affli-
gat, † aduersus l. sancimus. C. de pæn. eo magis culpandus, quod cæcus facem ferat accen-
sam, obuium quiduis sine delectu exurentem. debuit enim intelligere cæcitatem suam alijs
periculosam. proinde tenetur ex lege Aquilia. maximè cum casum incendij culpa præcedat.
l. idem iuris. §. r. ff. ad legem Aq. & l. item si. §. si. eod. Tuebitur se reus, opinor, eo quòd vs-
que à mundi origine id iniqui iuris sibi vsurpauerit, quò minus habeat inuidiæ. l. si diutino.
ff. eod. Modestinus ait si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, pænna eius subleuanda erit.
sic etià constitutum est, non eodè modo puniendos eos esse, qui longo tēpore in reatu agūt,
quo eos qui in recenti sententiam excipiunt. hæc illæ. Hinc Doctores mitius agendum cen-
sent cum eo, qui pridem deliquit, & recens accusatur. ita reatū pro delicto capiunt. Burdeus
& Alciatus non item, nec extenuari crimen pænnamve existimant longo tempore, nisi delin-
quens

quens diu accusatus fuerit, ob molestias accusationis longissimæ, & hi duo reatum pro ac-
cusatione & rei statu explicant. † Cæterum verius est reatum utroque modo accipi; d. l. si
diutino. reus enim, ex quo reatus descendit, sæpè accusatum significat. l. j. ff. de sicar. & rubr. 8
de req. reis. multoties etiam eum qui deliquit, nec dum postulari. l. iij. §. j. ff. de bon. eor. l.
sancimus. C. de pæn. reatum verò primus Messala dixit teste Quintiliano lib. 8. cap. 3. & post
eum capitur dupliciter ut & reus. vno quidem modo pro crimine. l. j. C. vbi senat. l. fin. ff. ad
leg. Iul. maiest. Iulius Solinus cap. 18. de amore Delphinis loquens puerum Hermiam no-
mine, per maria similiter insidentem, cum vndosior fluctus necasset, Delphin ad terram re-
uexit, & velut fateretur reatum, pœnitentiam suam morte multauit: sic in l. vnic. ff. de por-
tionib. quæ liber. vbi fraudis causa adoptio videtur facta etiam si non in reatu, sed in despe-
ratione rerum per conscientiam, metu imminentis accusationis quis adopter. vbi Accursius
malè intellexit post accusationem in adoptionem itum cum Iuriconsultus dicat accusatio-
nem, non præsentem sed imminetentem fuisse, ut fiscus deciperetur. atqui pro accusati statu
vsus est Iuricons. l. fin. §. de illo. ff. de bon. eor. & utroque modo in l. si diutino. de pæn. pro-
inde fit, ut olim deliquisse præter larente homines flagitio, quod demum in lucem apertis-
simam veniat necesse est, quia scitè Pindarus in Olimpiacis:

ἡ μέρα ἴδ' ἐπιλοιποῖ, ἡ μάρτυρες σφάρατοι. id est, dies posteri,
testes sapientissimi sunt. & Matth. 10. cap. nihil opertum, quod non reuelabitur. & quã-
uis tempore crimen non aboleatur. l. palam. §. non solum. ff. de ritu nupt. tamen ideo quia
qui deliquit, multis annis moribus sobrijs & honestis vsus est. minuitur æquissimè. §. sancimus.
de monach. col. j. l. si creditores. §. planè. ff. de priuil. cred. l. peculatus crimen. ff. ad
leg. Iul. pecul. Plinius iunior lib. 10. Epistolarum Traiano sic scripsit: nam & reddere pænæ
post longum tempus plerisque iam senes, & quantum affirmatur, frugaliter modesteque
viuentes. non satis honestum putabam.

Rursus diutius petulisse accusationis molestiam, carceris pædorem, iudicij ancipitem
aleam, quædam pænna est. l. diuus. ff. de cust. reo. Tranquillus in Augusto, diuturnorum, in-
quit, reorum, & ex quorum sordibus nihil aliud quàm voluptas inimicis quæretur, nomi-
na aboleuit conditione propofita, ut si quis repetere veller, periculum pænæ subieret. Huc
aspicit posterior pars. l. si diutino. ne quid in ea sit superflui. ita se defendit Cupido. nam
quia diu delinquere cœperit, parum ipsi prodesset, qui perseverat, quique in dies crudelitatem
suam nobilitat exemplis propè infinitis. cap. fin. de consuetud. sed quia iam pridem in accu-
satione & mæsto reatu fuit, nam in hunc coram dijs omnibus inuehuntur, Myrrha, Phædra
priuigni amore faucia, Leander vndis obrutus, & complures alij in loco,

Myrtes amantes vbi lucus opacat amantes.

Ut refert Ausonius, in ecloga in qua Cupido cruciatur. Sed dissimulat Amorem, tyrannus simi-
lis, non omnibus, sed pessimis omnium: qui non modo hospitem litat sanguine, ut Busris,
sed & amantium, ac amicorum: oditque supplicij parsimoniam. Quod si quis nos increpet,
quia in Cupidinem inuehamur tanquam impium, qui antè iustitiæ cultorem eundem descri-
psimus, meminerit Pausaniam apud Platonem duas Veneres, vnam cœlestem, alteram vul-
garem, & totidem amores ponere: † Quid si bonis interdiceret huic expediat, velut insano
& prodigo, qui quò aliquid suum magis est, eò vrit vehementius? futurum nanque est ut
egeat. Diotima Plaronica facit amorem Poro, affluentia deo, genitum, conceptum matre
Penia, inopiæ dea. ita parentibus dissimilibus natus, mendicus, ad fores puellæ cubans, fa-
cundus, prudens, etiam veneficus est, sed eò deterior, quia partus ventrem sequi solet. l. &
feruorum. ff. de statu hom. quòd si quis obiciat Cupidini à nullo iudicum bonis interdicitur:
ideoque quæri ac dubitari, an iam prodigus manifestus habeatur. quod magis est: tanquam
ei abundè à lege interdictum sit. l. cui. ff. de testament. vbi Accursius in casu tantum dubio
iudicis decreto opus esse vult. quippe cum notorium non egeat accusatione. l. 7. C. de accus.
alioquin certè dissimulatione iudicum vel ignorantia, plerique prodigi perditum irent:
aut nemine dilapidationem bonorum prodente. quod si quæ iura dicant prodigo bonis in-
terdicendum, vel curatorem dandum, cum furiosi exitum faciat, negabit nemo tutius esse
autore prætoris id fieri ut in l. his qui. §. si. de tutorib. & l. Iulianus. de curatorib. ita explicat.
Vlpianus in l. 7. §. si pupillus. ff. de reb. eor. proinde cum prius is qui sua dissipat, amisit, quæ
illi interdictum sit, postea iudex ea rescindit, & retroagit decretum suum ut semper pupillo
retro comparatur. l. certi. §. quoniam. si. ff. de rebus credit. vel lex artificiosè hoc facit postquã
semel iudex esse aliquem prodigum pronunciauit. l. r. ff. de curator. ideo, opinor, dicitur lege
interdictum bonis in d. l. is cui. de testam. vbi antè interdictionem luxuria detecta non fuit
palam: ideo testamentum quòd antea fecit, valet: secus in manifestè prodigo. l. imperator.

ad Trebell. ff. nisi institueret proximos agnatos. vt l. i. C. de iis qui sibi ascri. scio Iasoni fecus placuisse: sed illi placere non studeo adeo, vt displiceam iuriconsultis. nec obest locus quem ille citat, in l. si quis cum sciret. ff. pro emptor. vbi ita demum emptor seruos à luxurioso emptos non vsucapit, si sciuerit eum pecuniam protinus scorto daturum: igitur is qui luxuriosi meditationem infamem ignorat, rectè emit. verùm ibi non tam erat prodigus manifestò, quàm callidus, cum rem alienam non suam venderet, accedit, quòd ex vno actu prodigendæ pecuniæ prodigus nemo censetur manifestus.

OBSERVATA IN CAPVT QVINTVM.

- | | |
|---|---|
| 1 Quatuor statua amatorie describuntur: explicatur. l. transigere. C. de transacti. | 6 Hæc particula, citra, variè sumitur: & qualiter in d. l. transigere. |
| 2 An de adulterio transigere liceat, & quare non. | 7 De crimine falsi potest transigi: & impune pecuniam sepe dari in causa adulterij. |
| 3 Immania delicta sequi adulterium. | 8 Myrtus arbor topiarijs apta: Quid sit opus topiarium. |
| 4 Lenius ob adulterium puniuntur viri quàm mulieres. | 9 Iniusta vxor quanam sit. in l. si vxor. ff. de adult. |
| 5 An de raptu vel stupro transactio permissatur | |

CAPVT QVINTVM.



VE M A D M O D V M Socrates cum de re parum pudica dicturus esset, caput inuoluit pallio, ita nobis faciendum existimo, cum verecundè, sed vtiliter pauca de extremis syluæ finibus referenda veniunt, pudoris argumento, can. Ne illud. 30. q. 5. † Nondum penitus syluam egressus, vidi quatuor statuas totidem basibus & stylobatis impositas, ex eo iaspidis genere, qui roseum nitorem habet, & ad crystallum accedit, vocaturque gemma Veneris. Prima ad viam eiusdem dexæ effigiem sculpta fuit, multò certè expressior illa, quàm de marmore fecit Praxiteles, ob quam videndam multi ex toto orbe

Gnidum nauigarunt, quæ ab adolescente etiam amata narratur: Secunda, Martis, militem audacem & manu promptum referens, cum hac breuissima inscriptione H O R R E N D O M A R T I. Tertia rudius laborata, à Prometheo ebrio, suspicor, Priapi fuit, fruterisque penè occultabatur, & Helxines herbæ ramulis complexentibus, ac folijs instar hederæ, floribus autem lilij in punicum desinentis: herbam Latini conuoluulum nominant, quæ plurimum gratiæ addebat tum Priapi statuæ, tum Vulcani. Sed hæc vltima altero pede breuior irascenti & lacepsitæ similis. etc aureum in dexa habebat, Marrem ægris oculis aspiciens, quem in adulterio cum Venete vxore deprehenderat. omnes enim coniuges iste dolor solet afficere. l. si vxor. ff. ad leg. l. al. de adult. nam & maritus vxoris probrum dissimulans lenocinij tenetur. l. mariti. ff. eod. † Proinde de quouis capitali crimine transigere concessum est, excepto adulterio. l. transigere. C. de transact. in cuius l. interpretatione Doctores errarunt diligentissimè. Transigere vel pacisci, inquit Imper. de crimine capitali, excepto adulterio, prohiberetur non est: in alijs autem publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transigere non licet, citra falsi accusationem sustinemus parumper de adulterio sententiam, & inlyti rescripti sensum persequamur, ait itaque Imperator, de omni crimine capitali transigi posse excepto adulterio: item & gratis pactum fieri, atqui de crimine non capitali transigi non posse impune, pacisci igitur posse, cum id crimen sit leuius falsi delicto & supplicio, siue publicum sit, id est, à quouis populari accusabile. §. i. de public. iudic. siue priuatum, vt furtum, iniuria. l. furri. §. pactus. ff. de iis qui not. infam. nam in publicis capitalibus timetur à reo mors: atque ita licet redimere caput & sanguinem quouis modo: siue siquid est sanguine charius, vt cù deportatio sequeretur adimens patriam & facultates. d. §. i. de publ. iudic. l. 2. ff. eod. sic ponitur ratio in l. i. ff. de bonis cor. qui ante sentent. mort. sibi consci. in publicis non capitalibus, item in priuatis, pactio gratuita recipitur, vt sit veniæ locus. vt iuriconsultus ex Christiana æquitate loquitur in d. §. pactus. non autem transactio recipitur venalis plena concordia. quòd si quis obiciat, in publicis capitalibus illicitam, prima facie, videri transactionem ex parte actoris, quia desistens ab accusatione Turpilliano plectatur tanquam calumniator,

niator, fisco ita obnoxius. l. 6. & l. destitisse. ff. ad senatusc. Turpili. ex parte accusati. deterior erit transactio: quia corrumpens delatorem, fisci lucro confessus creditur si vel modicum pretium vedit. l. in fisci. l. eius. ff. de iure fisci. Respondeo quòd ad actorem seu accusatorem attinet minimè ipsum Turpilliano teneri, qui ex causa destitit, vt patet in d. l. destitisse. planè nulla videtur causa melior consensu accusati, vt continetur l. 3. C. de abolitionib. consentit verò quisque transigens, nec potest videri calumniam, iniuriamue passus. l. i. §. i. ff. de pact. potest enim accidere, vt prudenter & bona fide à lite desistat, fretus bonis testibus accusator, sed antè productionem fato mortuis. hæc omnia iudici perpendenda veniunt. l. 2. & 3. C. de abolitio. Reus verò transigens non corrumpit iudicem, cum transactio fiat in re dubia. l. i. de transact. & in dubio accusatus præsumitur innocens. l. absentem de pœnis. secus si crimè esset manifestum vulgo, aut liquido probatum in iudicio, aut publicum non capitale, vel merè priuatum, vt dixi. non est igitur in transactione corruptio. l. i. §. pen. ff. de calumniat. persequar pluscula, si prius examinauero causam adulterij. Plerique consueverunt de adulterio non transigi pacisciue posse, propter lenocinium mariti, quòd quidem transigendo committeret. mihi hæc ratio nunquam placuit, cum transactio de re dubia & lite incerta fiat. At marito licebit patientiam suam adumbrare credulitate, vel penuria probationum. l. mariti. in princ. & vers. quia si ff. de adulter. Deinde lex pacisci quoque prohibet, atqui marito gratis dimittere adulterium fas est, modo ne vxorem domi retineat. d. l. mariti. §. plectitur. † Putem igitur ei pacisci impune sic licere, vt supra dictum est: sed pactum pro vxore & adultero non consistere, argum. l. Iulianus. §. si quis à pupillo. ff. de act. empr. ex quo sequitur. l. transigere. non vt mariti lenocinium arceatur editam, sed magis vt mulieres terreantur, & adulteri.

Ratio igitur illa sit cur transactione vti non liceat, vel alia pactio in causa adulterij, quoniam innumera alia facinora, & quidem atrociora ad se trahit adulterium, & velut catena quadam ferrea complectitur: & inde in can. quid in omnibus. 32. q. 7. Clemens ait adulterio nullum peccatum inueniri grauius: idque in pœnis secundum obtinere locum: id est, post delicta quibus maiestas diuina offenditur, dum forte dii alieni coluntur. Hinc homicidia, puta mulieris in crimine deprehensæ, & adulteri. l. nihil. ff. de adult. l. Gracchus. C. eod. quia zelus & furor viri non parceret in die vindictæ, nec acquiesceret cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima, vt admonet sapiens Hebraeus prouerbiorum 6. cap. iustissimus namque imperus ipsum exagitat in adulterum: qui ex alieno mœnore delicias capit, corruptelam, & liberorum confusionem inducens. magno crudelitatis inter voluptates impuras argumento. Necantur plerunque etiam mariti, vel ferro, vel veneno. Probat hoc Agamemnonis exitus, de quo sic loquitur in tragœdia, Electra flebilis:

Pater peremptus scelere materno iacet.

Vnde Orestes, qui improbam matrem Clytemnestram occidit, in Areopago est absolutus, vt refert Pausanias lib. 1.

Propter idem Davidis flagitium constituitur Vrias moriturus in acie confertissimus, 2. Reg. cap. 11. & Sapiens cap. 18. prouerbiorum. qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, stultus est & insipiens. nam alit necem & dedecus, opinor.

Hic Thessala vendit

(inquit Satyricus:

Philtia, quibus valeant mentem vexare mariti.

Hoc sentit de Rom. mulieribus, & M. Caro dixit omnem adulteram esse veneficam: refert Quintilianus lib. 5. cap. 11. Necesse enim est eam, quæ corpus turpissimæ cupiditati addixit, timere permultos.

† Ex his pendet ratio, quare in viris lenior adulterij pœna sit, & quare adulteris esse potius liceat quando vxorem mactare can. si quod. 33. q. 2. nam ad vnumquodque maleficiū singulæ cupiditates impellunt, mulieres ad multa & immania scelera: vt notauit M. Tullius libro 4. ad Herennium. Tum quia pudor mulieribus à natura innatus est potius quàm viris. l. palam. §. si. de rit. nupt. vbi Accursius. Denique quia sexus horum nobilior est, mitiorem pœnam expectat. l. in multis. ff. de statu hom. l. iij. §. fin. de sicar. & mulierem penè viri famulam esse leges volunt. can. satis 33. q. 5. vnde Romulus qui aliquot leges tulit. l. ij. ff. de orig. iur. apud Plutarchum illam non omisit, quæ volebat diuertere viro licere ab vxore adulteras contra virum deprehensum in adulterio, dijs inferis tantum sacrificare. Postea verò Romæ lex lata est, quæ occidi vxorem adulteram permittebat, cum tamen ipsa virum adulterantè digito contingere non auderet. A. Gellius lib. 10. cap. 23. perinde atque innuat virum in ius eo nomine vocari posse, quò iudicantis arbitrio puniatur, si coniugi videbitur. l. si vxor §. iudex. ff. de adulter. Alciatus lib. paradoxorum. §. cap. 8. notat, idè non receptum olim super

adulterio transactionem: quia non inferret pœnam sanguinis. l. si quis viduam. de quæstionibus. postea ex l. quamuis in. 2. C. ad legem Iuliam de adult. gladij pœnam inductam, nihilominus rationem pristinam manere. cæterum iam ostendi, de portationem, de qua in d. l. si quis. qua quisque, velut longa morte, in insula viuet exutus bonis, capitalem esse, & morti similem. l. 4. §. pen. de bonis libert. l. licet. de verb. significat. quod si perlegatur. l. i. ff. de extraordin. crimin. in si. patebit mæchum interpellatorem puellæ seu mulieris, impudicitia pœnam habere de portationem, nondum perfectio scelere: postea vltimum supplicium. & ibi hoc euidentiùs pater, quàm in d. l. quamuis. C. de adulter. vel in l. castrati. eod. vbi sacri-legi alienarum nuptiarum gladio capitali maximè feriuntur. cum Imperator forsan eos ibi vocet sacrilegos, qui cum extranei sint, nefariè calumniantur, & castam vxorem alterius insimulant adulterij, & tres vna calumnia molestant: nam ea res etiam marito mœrori & pudori est, sit licet insons fœmina.

† De raptu quoque transigi nequibit, tum quia raptus legis Iuliæ de adulter. potestatem excedit. l. qui cœtu. §. ff. ad leg. Iul. de vi pub. tum quod raptum vt adulterium homicidia comitantur. l. j. C. de rapt. virg. bis rapta Helena Tyndarei filia testis sit. & quamuis per raptum non mens sed corpus inquinetur mulieris, vt Lucretia Romana patefecit, tamen audacia raptoris, quàm sollicitatoris maior est. §. 1. de vi. bon. rapt. & l. 1. §. pen. C. de rapt. virgin. vbi qui pactione raptum dissimulant, deportantur. è diuerso. præmium habent, qui tam immane scelus detegunt. l. pen. C. quibus ex causis serui pro præmio libert. quod de adulterio non est similiter constitutum, cum sit remissius. l. 3. C. de episcop. audien. De stupro in virgine vel vidua non aliud statuendum puto, propter vim quam visceribus suis inferunt, dum partum abigere conantur poculis. l. si quis. §. qui abortionis. ff. de pœn. & in l. transigere. C. de transact. adult. appellat. stuprū cõtineri potest. l. inter. §. lex Iul. ff. de adul. l. 10. C. eo.

Prosequamur nunc secundum l. Particulam, in qua de quouis publico crimine, quod pœnam sanguinis non ingerit, prohibetur transactio, idem diximus in priuatis delictis, cum pacilcens pretio accedente confiterur. l. quoniam. ff. de iis qui notant infam. l. furti. §. pactus. eod. subiungit imperator, id quidem obtinere in publicis sanguinis pœnam non ingerentibus. nimirum altera ratione, quod transactio hæc sapit corruptionem, eamque non perinde tolerabilem. In omnibus causis, inquit Vlpianus, præterquam in sanguine, qui delatorem corrupevit pro victo habetur. l. si. de preuaricator. Quod si verum amamus, ille locus non pertinet ad transactionem, vt dixi super iurgio dubio factam, sed ad redemptum, iam penè crimine detecto accusatorem. l. 2. C. de aboliti. vbi eiusmodi corruptioni iudex resistere debet. præsertim vbi delictum non expectat capitis pœnã. vbi verò capitale est, similiter quidem resistit corruptori, sed paulò indulgentius. nam propterea ipsum non habebit pro cõuicto. sed censabit, metu mortis aut de portationis ad corruptelam eum descendisse. sic, opinor, intelligendus est Vlpianus. & hoc scire expedit, propterea quod nulla transactio super delicto impedit publicam vindictam, sed aduersarium priuatum arcet tantummodo. l. iurifigentium. §. si pacificat. ff. de pact. atqui potius inconsultè facta transactio super crimine iuuat fisci causam, & inducit corruptionis cõiecturam: nisi seruetur supra scripta distinctio, vel nisi à principe vel iudice abolitio ritè impetretur. d. l. 2. C. de abolitionib. sanè nec transactio vitata nocebit accusato, si datam innocens pecuniã ostenderit, nõ propter sceleris, sed propter vexationis redemptione: licet de adulterio instituta fuerit accusatio vexatrix. l. serui C. ad legem Iul. de adult. nam tales transactiones non prohibentur, vt prematur innocetia, sed ne cum detrimento Reipublicæ impunitas delictu sequatur, & extimulet. ex quo cum semel de adulterio mulier supplicium tulit, fas est marito cum ea componere. §. si quando. vt nulli iudicium. col. 9. idem etiam antè supplicium sumptum, si maritus suspicax detulerit vxorem non vrgentibus argumentis, ac mox sine pecunia eam reconciliauerit. §. si. vt liceat matri & auia co. 8. à diuerticulo iam ad l. transigere reuertit, videamus reprobata in non capitalibus transactione. † citra falsi accusationem: hoc est, inquit, excepto falsi crimine. & ita, citra, pro præter explicant, vt cõpeti ego accipi in l. si. ff. de calumniat. Hic laborandum in eo est, vt falsi crimen non sit capitale. quod exceptio tura sit. sed cum cõstet esse capitale, & diffusè, & propriè non sequor hanc expositione l. quicumque. ff. de fals. l. j. §. fin. eo. l. licet. ff. de verb. signif. quamuis fateri necesse sit de falso iure transigi. l. ipse. C. de fals. adde quod citra, pro præter non excipit, sed addit. in l. si. de calumniat. ff. Alij, quorum est Alciatus, particulam, citra, accipiunt ita, vt velint falsi argui illum qui de crimine non capitali pepigerit, quasi cõsuerit Imperator non transigi de eo, nisi transigens falsi accusari eligat, vt in l. ij. §. has itaque. C. de veter. iur. & l. cotem. ff. de publican. sic explicuit ipsemet iuriscons. l. cum hi. §. si. ff. de transact. verū hæc explicatio magis ieiuna est quàm superior. vbi, amabo, falsum est? vbi imposta? vbi calumnia? vbi suppositio, cum de lite incerta vel transigo, vel aliàs gratis pacifcor?

cifcor: neque enim est mendacium esset, quod tamen abest, remerè falsum dicimus. l. quid sit. ff. de fals. licet alicubi falsi pœna sine falso sit. l. vj. eod. sed hic de accusatione agitur.

Optimum ergo est hoc loco, citra, exponere vulgari modo, & perquam proprio, cum præpositioni, vltra, repugnat: sicuti in l. bona. ff. de iure fise. §. ad hoc. de collator. colum. ix. in verbo citra vltimum supplicium & in l. 4. ff. de com. pecu. Itaque de quoni non capitali crimine minimè transigitur, dum sit leuius, & inferius quàm quod falsi accusationem mereatur. † Igitur de falso reus pacisci & impunè conuenit, quamuis interdum capitale non sit, l. diuus. ff. de fals. neque publicum. l. lege. ij. eod. quia qui accusatur, euentum, fortuitum iudicij timet, nam fortuna pollet in capitali ac ciuili iudicio. l. 13. ff. de statu hom. l. quod debetur. ff. de pecul. & forsitan iusta pœna legis Cornelia, arbitrio iudicis condemnari possit, exaggerato facto & flagitio, quod quidem in manu iudicantis plerunquè positum est, vt scilicet falsi reum calumnia, Titium pronuntiet, & magni sceleris conuictum. l. j. §. sed non. ff. ad Turpil. sed nec respiciendum est quod aliquando iudicatur de crimine aliquo, vt cum homicidium leuiter castigatur. l. 1. §. ff. de sicariis idem in læsa maiestate. l. 1. C. si quis imperat. maledix. imo communis pœna iuris inspicitur, non iudicantis facilitas. ideo transigenti vitæ esset consulere iurisperitum. l. qui cum natu. §. si tamen. ff. de bonis libert. sanè falsi crimen natura sui capitale est. l. falsi. C. ad legem Corn. de falsis.

† Redibo mox ad institutum, postquam dixero quanta solertia quidam Topiarius, cui Philino nomen fuit, circa syluæ vltima myrtos plurimas illustrasset: nam primùm quædam tonsiles fecerat, in aliis sequaci & flexili materia pauos, & alia animalia tinxerat: legi ego quoque ex myrto literas artificis nomen referentes, & amoris symbola. quia myrtus operi huic topiario accomodatissima est, Plinius lib. 15. cap. 29. inde Topiarius, qui huius artis peritus est, vitidariãq, exornat. l. instrumenta. ff. de fund. instru. l. cum quæretur. §. fin. ff. de lega. iij. Vtuntur & pictores opere topiario, dum obiter arbuti, vel fructis, vel herbæ imagines addunt, & agrestes res inserunt ad ornamentum picturæ. Topia hæc Virtuuius appellat lib. 7. c. 5. Inuiti facimus vt lætissimam syluam egressi, denudè triste recordemur adulterium, quod non homines sancti tantummodo insectantur, sed etiam apes studio sè pungentes aculeo pollutos stupro viros atque vitio omni coitu, propter castitatem & munditiam naturalem, vt Plutarchus tradit in causis naturalibus ca. 36. quare Salomon vt puto, in proverbis: vade, inquit ad apem, & discite quomodo operatrix sit, & castum opus faciat. can. nũ. quam de consecra. dist. 5. vbi Hieronymus apes exemplo inuitat homines ad virtutem † sed necessarium ducimus tradere quanam sit iniusta vxor Vlpiano. l. si vxor. de adult. citat ille Cæcilium senientem maritum de adulterio accusare, siue iusta vxor sit, siue iniusta, & illud Homericum afferentem ex 9. lib. Iliad.

Η μήνοι φίλεσσ' ἀλόχης μερόπων ἀνδρώπων

Ατρεΐδαι.

id est, an soli eum amant vxores mortalium hominum Atreidæ: sic loquitur Achilles legatis Græcorum ad se missis, Briseida captiuam sibi ab Agamemnone adeptam dolens. quæ res effecit, vt Budæus iniustam vxorem interpretetur pro pallaca seu concubina, vxoris loco habita. quod neque Iurisconsultus voluit, neque antè ipsum Achilles: sed dicit solum captiuam Briseida non minùs amari à se, quàm vxorem à Menelao. addit idem Budæus hodie iustæ vxoris aut nullam appellationem esse, aut eam esse quæ iustis sponsalibus, & palàm in viri manum coijt, non occulto consensu. Accursus iniustam accipit, eam quæ facta sit vxor, iure prohibita: quod ineptum est: nam si quis incestas nuptias contraxerit, iure prohibita vxorem retinet, nec vt maritus accusationem de adulterio instituere potest. d. l. si vxor. §. sed si ea. quod vtique faceret si duntaxat iniusta fuisset, nimirum vbi incestum interuenit, vbi plus quàm iniustæ nuptiæ sunt. idem dicendum iure ciuili, si filiam, patre non consentiente nupserit, non iniustè tantum, sed illicitè contra ciuilem & naturalem rationem §. 1. de nuptiis. tantisper enim non est vxor. nec tum commisi adulterij potest accusari, licet pater postea consenserit. nec enim is consensus retroagitur. l. si vxor. §. si quis vxorem. ff. de adulter. Sanè in d. l. si vxor. vers. sed et mulier primo vulgaris fuit ac prostituti pudoris, quæ postea nupserit. qui talem duxit, vt fecit propheta Osæ, tunc accusabit cum rursus ad illicitos complexus illa redierit. quia coniugij litura & sacramento deleuerat præcedentem turpitudinem si modo eam non ignorauit vt innuitur. d. l. si vxor. §. fin. de adulter. Itaque iniusta vxor est, quæ secundum præcepta legis data non est, quamuis iustam & legitimam fieri posse certum sit, vel sperari queat, vt eam, quæ sine patris consensu nupserit, vel etiam illegitime, quantumuis hæc palàm ducta sit. l. quod Seruius. ff. de condic. caus. dat. §. j. de nupt. l. minorè. de rit. nupt. iuuat l. eos qui. eo. rit. vbi aliud exemplum est iniustæ vxoris, ac mox iustæ, & retroactæ. l. filius. §. si quis eo. de liber. & posth. Hoc satis indicat Iurisconsultus in d. l. si vxor. §. diuus. Cum ait, nec matrimonium violari oportere, nec spem matrimonij:

nam qui impuberem duxit, ætate iusta ipsius puellæ tandem perficiet matrimonium: & fortitan Achillis futurum sperabat vt captiuam suam nobilem fœminam aliquando pro iusta vxore duceret, arg. l. si quis in. & l. si Senatori. ff. de rit. nupt.

OBSERVATA IN CAPVT SEXTVM.

- | | |
|---|--|
| 1. <i>Sphinges amatoria quadam ænigmata proponunt: & lex plerumque.</i> | 5. <i>Quæ sint argumenta Veneris, quæ signa.</i> |
| 2. <i>Pro non scripto haberi quod est ambiguum.</i> | 6. <i>Explicatur l. sacrilegij. §. is autem. ff. ad leg. Iul. pecul.</i> |
| 3. <i>Captatoria voluntas pro non scripta, & duarum l. conciliatio.</i> | 7. <i>Nomen accipit ab eo quod impugnatur.</i> |
| 4. <i>Quid captare significat. Et an ex suspitionibus in adulterio indicetur.</i> | 8. <i>An in amore sit locus vsucapioni, & an errans in iure vsucapiat.</i> |

CAPVT VI.



FERRE in læua palmarum arbuta, à quibus pleriq; Sphinges egrediebantur, qua forma vulgo pingi solent, sed innocua, quæ varia mihi ænigmata proferebant, & confestim effugiebant velocissime, aliis atque aliis succedentibus. Illud certè protinus intellexi, quod Sphinx hilariter voce dulci & propè canora ex Catullo pronuntiauit:

*Non est dea nescia nostri,
Quæ dulcem curis miscet amariciem.*

Et ad mœstum amotis gaudium spectare cognoui. vt & illud Plauti in Cistellaria: vbi sum, ibi non sum: vbi nō sum, ibi est animus: quod lubet, non lubet iam id continud. de amante dictum est, cuius mens cum puella versatur, ipsamque sibi præsentem fingit, & frustra ludificatur. Lucretius lib. iij.

*Nanque si abest quod ames presto simulacra tamen sunt
Illius, & nomen dulce obuersatur ad aures.*

2. Non pauca superioribus longè obscuriora Sphinges proposuere, † in quibus optauit Imperatorem interpretem iuxta l. si. C. de legib. cum nullus sit purior interpres autore legis perplexæ. nō pauca verò eiusmodi ænigmata spreui nō minore animo, quàm Iustinianus ænigma in dotis æqualitate fallax, cum vteruis coniugum dotem & donationem propter nuptias diuersas quantitate conferret: & tamen in mortis casum æquabilem portionem lucrifaceret, non re vera, sed inita proportionem quotæ. §. i. de æqualit. dotis. col. 7. alia ita abstrusa ænigmata Sphinges obiecerunt, vt ego valdè perterrerer sicut & iuuenum animi eisdem solent cōsternari. §. i. C. de nudo iure quirit: sed cum percipi nequirent pro nullis habui. l. ij. ff. de iis quæ pro non scrip. at vbi verba quædam erant ambigua, ex iuris præcepto & amantium consuetudine, in meliorem partem accepi. l. quoties. ff. de reb. dub. id autem ambiguum est, cum idem verbum duo significat: vt, qui vult amari, amari cupit non nihil. l. vbi. ff. eod. malè fecerunt Pelasgi, qui audito in sylua Dodonea oraculo, quo iubebantur Diti *φῶτα* sacrificare, cum ea vox tam virum quàm lumen significet, homine mactato non accensis luminibus sacrum fecerunt. sic tradit Macrobius lib. Saturnal. 1. cap. 7. duo philosophi, vt est autor A. Gellius lib. 11. cap. 12. mihi mirè desipiunt, nempe Chrylippus & Cronus, quorum ille omne verbum natura esse asserit ambiguum, hic nullam, sed obscurum tantummodo. mihi quidè obscurum non est, quin iactationis causa hoc effuderint, & deteriora fecerint. l. si quis. §. eius. ff. de iniust. test. relego ipsos ad l. Labeo. in fin. ff. de supel. leg. & l. duo. ff. de testa. tutel. vbi duo sunt Titij, pater & filius. & Titius datus est tutor: in proposito neuter erit tutor, non iuris sed probationis defectu. quia si pater æuo maturus esset, filius verò, non sine dubio patri tutela incumberet, tamen si in causa tutelæ faciliùs obscuritas seu ambiguitas nocere debeat: quia si non detur rectè à testatore, poterit suppleri à iudice. at in hærede aut legatario acriori examine perpendendum esset, vtrum magis voluisse censeretur testator, ne voluntas pessum omnino iret. aut quia lucro esset relictum alterutri duorum Titiorum, consulendum ipsis esset, ne se mutuo impedirent. l. 2. ff. de rebus dubi. l. huiusmodi. §. fin. ff. de legat. 1. quod si natura effecisset, vt peccora hominum translucere, & legerentur, sicut fertur optasse Socrates, non esset Cronus ridiculus, nec dubitaret Vlpianus de ambiguo bibliothecæ nomine. l. librorum. §. chartis. ff. de legat. iij.

Transeo

Transeo ad aliud quod pro non scripto habetur, & in testantis captata voluntate consistit. hoc magis, vt extricem ænigmati, quæ plurimum ex ænigmatæ gignitur, vt Iustinianus ait. l. j. §. fin. C. de vere. iur. enucl. captatorix institutionis exemplum est in l. j. in fin. ff. de iis quæ pro non scrip. vbi quidam Titium ea ex parte instituit, qua Titius hæredem illam tabulis suis recitauerit. hoc, inquit Iulianus, perinde habetur ac si testamento insertum non fuisset. † repugnat. l. mulier. §. fin. ff. de conditio. instit. nam hic valet institutio, cum quis te hæredem instituerit, si tu eum instituisses. Non probo Accursij sententiam, qui verbum, recitauerit, in d. l. j. putat esse futuri temporis, idcirco reprobari hanc captationem, secus si præteriti. l. illæ. ff. de hæred. instit. quia & præteriti esse potest, imò nec de futuro scriptum accipi. necesse est, cum in dubiis pro testamento respondere melius sit. l. quoties. ff. de reb. dub. aut libenter quæsierim ab Accursio, cur potius illa conditio futurum quàm præteritum respiciat, vt in d. l. illæ. ff. de hæred. instit. & l. verbū erit. ff. de verb. signific. Putem ego propter naturam huius verbi, recitauerit, institutionem velut captatoriam pro non scripta esse, quod significat non solum in tabulis scriptis, sed palàm omnibus legisse apertoq; testamento declarasse. l. ita. ff. de iure fidei. l. si quis. §. si alius. ff. ad Sylla. & iura viuētis testamētum præpropter resignari non faciliè, citra pœnam. patiuntur. l. si quis. §. qui viui. ff. de pœn. Itaque hic captator apud Iulianum, & volebat se institui, & recitari testamentum, vt inuitat Titij ad instituendum in posterum, vel ad mutandum præcedens testamentum, quod apertum semel recitari oportebat. nihil diuersum accidit in l. illæ. in fi. vbi ostendi probarique institutione peritū est. Duabus igitur breuissimis regulis quæstio dirimetur: altera est, non videtur captatoria institutio collata in præteritum. d. l. illæ. in princip. altera sic habet: cum verbum idem in vtrumvis tēpus explicari potest, si recitatio declaratioq; testamenti desideretur, de futuro accipitur. d. l. illæ. in fi. & l. j. ff. de iis quæ pro non. Addamus & tertiam, quæ vult captatoria quidem esse illam institutionem, quæ alium ad instituendum prouocat in futurum, sed nihilominus reprobari, modò non conferatur in secretum alienæ voluntatis. l. captatorias. ff. de hæred. instit. hoc est, modò nō sit necessarium aperire, & manifestè institutione recitare. quod quidè mirum in modum conuenit cum iis quæ supra diximus. Hic enim iurisconsultus admittit institutiones, inter duos testatores mutuis affectionibus prouocatas: quæ quidè inter milites etiā in pactione rectè incuntur. l. licet. C. de pact. inter reliquos autem testamento. adeo propterea quod reciprocè aliquid conficitur, quodā genere compensationis toleratur. l. de fideicommiss. C. de trans. itaq; licet promissio faciendi aliquè hæredem non valeat. l. 61. ff. de verb. oblig. tamè si prompto consensu tu me hæredē instituis, & ego inuicem te, non tã videtur alter alterius captare mortem. quàm providere mortalitati, & conditioni humanæ mortem neutriquam euasuræ proinde superstes fruatur successione.

† Captare illi dicuntur, qui blandè & dolosè delinunt, & frequenter beneficij specie decipiunt orbos senes, aut eos, à quibus plus sperant, quàm eis dent, Aufonius,

Et captatoris præda est hæredis egenus.

Plinius lib. 1. Epistolarum Caluiscio scribit in hunc modū: Velleius Blæsius ille locuples consularis nouissima valetudine conflictabatur, cupiebat mutare testamentū. Regulas qui speraret aliquid ex nouis tabulis, quia nuper eum captare cœperat, medicos rogare quomodo homini spiritū prorogare possent. sic l. j. ff. si quis ali. test. prohib. at in l. si. eiusdē tit. non dicitur captare testatricem, qui blando sermone offensam ipsius placat: secus si verborū lenocinio mutare testamentum adigeret. vel mutaturæ tabellionē adesse veraret. Captaturat me in via mulieres aliquot non satis pudicæ, vt me retardarent, rogaruntq; ne à se discederē. Formam & bōbycinas vestes pertenues molli & lasciuo incessu ostentabant, quæ magis mētem deregebant, quàm senes, aut corpus ornabant. spreui earum mellitā suasionem, quæ sepius perditorum inquinat, & inficit animū. l. j. C. de nat. lib. & velat Circe quepiā, Vlyssis socios mutat in quadrupedes. can. nec mirū, 26 q. 5. tale voluptatis genus cōtemnere perfectæ philosophiæ est. §. nouimus. quib. mod. nat. efficit. leg. col. vj. Prætereo verecundius multa alliciendi & assentiendi genera, & signa quibus me rursus prouocant: raceo oculorum volubilem inconstantiam, oblatum vltro osculum. opportunitatē nemo ris virescentis & palmiferi. nusquam enim maiores artes & doli neuntur ad facinus, quā ob amorē & libidinē, vnde poëtæ furia Veneris dixerūt. & singulari iure ex suspitionibus maritus vxorē adulterij accusabit sine metu talionis. l. quāuis. 2. C. ad leg. Iul. de adult. vbi Accursius addit tam violentas fieri suspectæ notas, vt condēnatio sequatur. auth. si quis ei & l. si qui. eo. tit. sed etiā ex vulgari suspitione adulteri in venerē propētoris sit præiudicium & bona mulieri auellantur. l. miles. §. mulier. ff. de milit. test. alibi secus iure recepto. l. absentē. ff. de pœnis. Signa amoris idē Accursius.

Y ij

† Post Tullium, Veneris argumenta vocat, in liquod air. ff. de adul. quia arguant magna præsumptione quid factum futurumve sit. l. ob carmen. §. fin. ff. de testib. Signum vocat Cicero libro secundo ad Herennium, per quod ostenditur idonea perficiendi ratio & facultas quaesita. id diuidit in partes sex, in locum, tempus, spatium, occasionem, spem perficiendi, & celandi spem. † Signum ita capio in l. sacrilegij. §. is autem. ff. ad leg. Iul. pecul. vbi is qui furanti aurum vel argentum ex metallo Cæsaris signum præbuerit, vt manifesti furti reus famosus efficitur id est, is qui iuuat furem, qui opem & opportunitatem præstitit. l. j. ff. ad leg. Iul. maieft. Alij Signum interpretantur pro eo: quo pecunia signatur, vt l. lege ij. ff. ad leg. Corn. de fals. d. l. sacrilegij. §. qui cum. nihil tamen mea refert, dum dicam quod verum est. Effugi turbam minime sobriam, ne dum mulieribus obsequi vellem, me esse virum obliuiscerer. discessi maxima sedulitate, donec traieci fluium, qui ab accolis Eroticus nuncupatur, ex eo bibi, qui ad leniendum amoris impetum valde pertinet. non tamen obliuionem affert, quemadmodum Seleminus fluius, ex quo potantes, amorem, teste Pausania, li. 7. obliuiscuntur. & Mutianus credidit ex fonte Cyzico bibentes nunquam postea amare, unde fons Cupidinis à Plinio appellatur, quasi Cupidini contrarius, † nomen accipiens ab eo, quem ipse impugnat, vt passim in iure l. j. ff. ad Macedon. adde, si placet, rubricas legis Cornelie de iniurijs, de sicarijs, de falsis. & latrunculator iudex. l. solemus. §. fin. ff. de iudic. ab excoctatis latronibus nomen retinet. Iustinianus à victis hostibus triumphales sibi arrogat titulos se Gothicum aut Vandalicum nuncupans. addatur bonorum possessio contra tabulas, quæ ex testamento dicitur, cum id ipsum impugnet. §. sunt autem de bonor. poss. nempe ob præteritionem filij emancipati. Theriaca quoque sic dicta est, quod ferarum & viperarum morsibus medeatur. nam θηρίων Græcis feram significat, de Theriaca in l. quaesitum. §. idem respondit. ff. de fund. inst. ne miremur Ερωτικὸς id est, amatorio flumine amorem paululum mitescere & leuari, quod amore dignissimum est, † nempe mediocriter amare, ac cum aliqua parsimonia, inde Afranius,

Amabit sapiens cupient ceteri.

Est quidem honesta amoris origo, sed multitudo turpissima. can. origo. 32. q. 4. vbi etiam in coniugio taxatur, vt in l. si cum dorem. §. eo autem. ff. solut. matrim.

Nec Veneris fructu caret is, qui vitat amorem. teste Lucretio.

Quamobrem amator nimius pro corruptissimo habetur. l. i. §. si. ff. de seru. corr. cuius rei me admonuit Agnus herba vehementiam amoris inhibens, unde matronæ Athenis eadem herba cubilia substernebant in Thesmophorijs, id est, sacris Cereri legum latrici dicatis, teste Aeliano. nam & Græcè ἀγνος castum significat. Castitatis quoque Deo pergratæ memor fui quia herba Nympha huic flumini innatans, flore candido, circa medium croceo, Venerem compefcit, vel, si quis frequentius vtatur: adimit: testimonio Dioscoridis lib. 3. cap. 126. nomen habet à Nympha, quæ Herculis amore & zelotypia intabuit. nihil enim est quod magis mulieres laceffat, & exasperet. l. confensu. C. de repud. Seneca Tragicus:

*Nulla vis flamma tumidique venti
Tanta, nec teli metuenda torti,
Quanta, cum coniunx viduata tadis,
Ardet et odit.*

Ignotus poeta apud Stobæum extinguendi amoris triplex remedium tradidit inquiens:

Ερωτα πάθει λιμός, εὐδὲ μὴ χρόνος.

Id est, amorem tollit fames: sin minus, tempus. subdit extremum esse suspendium. & hæc quidem ad tollendum amorem pertinent: ad acquirendum vsucapiendumque nullum est præstitutum tempus: cum amor sit res incorporalis ideoque vsucapionem non recipiat, cū possideri non possit, nisi instar seruitutum: quæ cum prædijs vsucapi queunt, non per se. l. si aliena. §. i. de vsucapi. ff. quod si verum esset triennio acquireretur amor cum accederet mulieri ei maxime mobili. §. i. de vsucapion. sed hæc haberent locum in ancilla ingenuæ faciei: nam libera vsucapi nequit. l. 9. ff. de vsucapi. nec bona fides, si qua in amore reperitur, iuuaret resistente lege. l. vbi lex. ff. eod. sed nec bona fides succurrit ei qui ius ignorat. l. nunquam. ff. eo. nisi errori cōcurreret veritas, vt cū vir donat rem alienam vxori existimās donatū valere falso: sed valuit, quia pauperior nō est effectus ea liberalitate. l. si vir. ff. pro donato. l. si spōsus. §. concessa. ff. de donati. inter vir. Nec obest. l. sed et si lege. §. scire. ff. de petit. hæredit. vbi quæ errore iuris putat hæreditatem quam possidet suam fieri, in bona fide est. quoniam in vsucapione, in qua agitur de dominio rei profus acquirendo, seuerius definiendum fuit, quam in possessa hæreditate, vt fructus tantum erranti quaerentur. si modò fructus verè sunt, vt ex vinea, aut olea, scetur aue gregis: secus si errore iuris putetur fructus qui non est, vt ancillæ partus. l. potest. ff. de vsucapion.

Observata

- 1 Sine Cerere & Baccho Venus friget, vino auferri adulterij pœnam: & an paupertas excuset à delicto.
- 2 An dos à patre profecta, filia in matrimonio, liberis superstribus, decedente, patri redatur.
- 3 Liberi an sint felicitas matrimonij, cum dos lucratiua non sit.
- 4 Aperitur sensus l. inter. §. cū inter. de pact. dot. quæ sint additamenta dotis.
- 5 Donatio inter virum & uxorem prohibita an transferat possessionem, quid de hæredis institutione.
- 6 An mulier amico donare possit. l. si. de actio. ff. & an vicissim ei donetur.
- 7 Calendis Martijs munera mittebantur mulieribus teste iuriconsulto. & an mulier impudica priuetur donatis, dote.
- 8 An ad virum pertineat id quod mulier acquirat.
- 9 An donatio sine traditione subsistat.

CAPVT VII.



OLARVNT ex proxima arbore columbæ dug, quarum omeni secutus veni in locum superiore aliquanto latiore: nulli inuiderem Elysiū, si mihi in illo liceret commorari: terra vbique culta, omni flatu notio carens, nulli vi maiori, nulli cælesti iniuriæ exposita, arata videbatur ab amate Boue, qui Europam rapuit: bubulcum verissimile est fuisse Magonem Pœnum, qui de re rustica duodetriginta libros punica lingua scripsit, multa illic seges, at in collibus, quæ Orientem aspiciunt, erant vineæ aminæ vini feraces, de quo in l. si. §. si. ff. de triti. leg. † Quoniam sine Cerere & Libero Venus solet frigescere, ex quo ab Aristophane apud the-næum ἀροδότης γάλα, id est, Veneris lac vocatur, quia nutrit Venerem, incitat etiam, can. luxuriam. 35. distinct. ideoque mulier circa pateras & vinum versans in caupona, tanquam ministra intemperatiæ, læsæ pudicitia, quam seruare non præsumitur vindictam nullam poscere potest. l. quæ adulterium. C. ad legem Iul. de adul. Gn. Domitius iudex (vt Plinius lib. 14. cap. 13. scripsit) pronunciauit mulierem plus videri vini bibisse quam valetudinis causa inscio viro, & dote multauit exemplo adulteræ. l. cū mulier. ff. solut. matrim. apud Philostratum lib. 6. cap. 17. Apollonius audito Domitiani edicto, quo eunuchos destineret, & vires amputari iussisset, scitè dixit, parci tum quidem hominibus, sed terram eunucham esse factam. Idcirco nec vinum gustare, nec panem esse voluit D. Ioannes Deum annuntians, can. sexto die. in fi. ead. dist. Certè si campus hic frumentarius, si hæc vineta autumnno perpetuo virentia a quis salientibus non strepissent, tacita omnino credi poterat, quare cum sint scatebit fontium commodè irrigua, bis anno fructus ferunt, vt vitis illa bifera, quam se Smyrnæ vidisse Varro commemorat, & Papinianus in l. diuortio. §. ob donationes. ff. solut. mar. vbi malè Accurf. locum irriguum pro aquoso, explicuit. nam palustris locus non est irriguus.

Quæsitum est, an paupertas ab adulterio aliouè delicto excuset. & utique excusat ad famem vsque mortiferam ingruens: & furtum impunitum facit cap. si quis de furt. & filios distrahi à patre sinit. l. 2. C. de parrib. qui filios dist. talis enim necessitas famis Diuiti accidere potest in bello, aut vinculis, vt Regum lib. 1. cap. XXI. cum Dauid comedit panes sanctos propositionis. secus si esset paupertas diuturna, quæ vitam tantum cogeret traducere frugalem & anxiam. ea enim penuria non excusat mulierem. l. palam. ff. de ritu nupt. si enim famefcitibus amata est Venus, vt Cynicus dixit apud Athenæum, iam non faciet ad excusandam libidinem quam sedare solet arg. §. si. de replicationibus. post delictum autem paupertas corporis pœnam auget l. i. §. si. ff. de pœnis. l. 2. de term. mot. non in stupro aut adulterio. nam vilitas extenuat supplicium mulieris & stupratoris. d. l. quæ adulterium. C. de adulteris. l. si vxor. §. sed & in ff. eodem.

Nutritur, imò etiam gignitur creberrimè Amor muneribus, donis, dotibus, quarum gratia nonnulli meras lamias ducunt, moresque, & formam ex sola dote metiuntur. ridet interrim Satyricus

Bis quingenta dedit, tanti vocat ille pudicam.

Frugalitatem Malsiliensium Strabo lib. 4. commendauit, quibus maxima dos centum aureorum fuit, planè Lacedæmonum lex veruit dotem intercedere coniugij, vt Aelianus refert in varia historia lib. v. i. cap. v. nec amplius doti dicere licebat. quanquam suspicari cōue-

nit matrimonium sine patrimonio difficilem rem esse. Menander.

Ω' τις κερδοδιμων, ος τις αν πένης γαμει. id est,

Ter est infelix, qui pauper uxorem ducit. Non cuique patet magnas accidere molestias in coniugio. Idcirco pro matrimonij oneribus dotem dari expedire, eaque maritum subire, acceptis dotis redditibus. l. dotis. ff. de iur. dot. merito dotis titulus inter lucratiuos non habetur. quamuis post solum matrimonium susceptaque onera accidat, vt maritus superstes dotem lucretur. l. i. §. lucratiuas. de impen. lucratiua descripti. lib. 10. C. quod est vtile cognitum, propterea ne dos constituta immensè, à genero qui accepit reuocetur per soceri creditores, nisi gener conscius fraudis fuerit. l. pe. C. de reuocand. ijs quæ in fraud. cred. l. si. §. 1. ff. eod. ¶ Ideo mortua uxore, & cessantibus oneribus, pater mulieris dotem repetit in orbitatis solatium. l. iure. ff. eod. l. dos. C. sol. matrim. & ne patrum liberalitas retardetur. l. 2. C. de bonis quæ lib. Cæterum iure ciuili, nedum consuetudine venior apparet illa opinio, quæ sentit superstitibus ex filia familiâs liberis, ibi dotem relinqui, vbi & liberos, hoc est, apud maritum. nam onerum potissima pars in liberis educandis consistit. l. si is qui. §. ibi dos. & sequen. ff. de iure dot. sed Anna Virgiliana non idem dicit, sororem alloquens:

† Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris.

3 Hæc præmium & bonum maximum matrimonij liberos esse suadet, vt canon. omne itaque. 27. quest. 2. At qui contra reputantibus, voluptas hæc laboriosissima est. recordemur pueritiæ inutiles & imbecillos annos, ac mox adolescentiæ in luxum propensioris, can. omnis. 12. quest. 1. angitur pater dum audit: fores effregit. & per omnem ætatem sumptus magnos facere cogitur, quos onera liberorum Vlpianus eleganter appellauit, l. si quis. §. non tantum. ff. de lib. agnosc. ita vt quibusdam spontanea molestia celsatur parare liberos, Augustus Cæsar nulla re magis felicitatem suam obscurauit, quam liberis sublatis, habens in ore vericulum:

α' id' οφελον ἀγαμὸς τε ἐμμεν' ἀγένης τε ἀπολέσθαι.

id est, vti nam, vt debui, sine coniuge & sine liberis perijissem. sic notat Suetonius cap. 65. Felicem Romulum, Numam, Vergilium, hi existimant, quod sobole nulla relicta obierint. Verum natura hoc viderit, & Respublica cuius interest ciuitatem repleri liberis, eoque nomine dotes mulieribus conferuari. l. j. ff. sol. matrim. Regrediamur vbi desitum est, cum genero dotem pro liberis addiceremus, idque iure optimo: quamuis enim hi liberi familiam patris sui, non aui, sequantur, l. familia. ff. de verb. sign. tamen ex eis sic se oblectabit, vt ex filia, cuius vice nepotes funguntur. l. liberorum. §. si. ff. de verb. signif. Proinde cessat mæroris ratio, de quo in d. l. iure. ff. de iure dot.

Succurrit l. si pater dotem. ff. de pact. dotal. vbi si conuenit, vt mortua in matrimonio filia dos penes generum sit, eam retinet, nec Socero reddit, etiam si liberi non suspensint. inuit utique iurisconsultus liberis extantibus non fuisse pacto opus ad retentione dotis. miror Accursium in d. l. dos. non considerasse vim illius loci. Idem probatur in l. illam in fi. C. de collati. vbi Accursius diuinare coactus est filiam fuisse emancipatam, cuius soboles superesset. Quarto hoc patet in l. in dotem. ff. de castren. pecul. vbi dos marito data toti matrimonio verius cohereret, & confertur oneribus eius ac liberis communibus, id est, ad eorum vsum vtilitatem que datur, vt rectè interpres exposuit, vti que licet mater moriatur l. si mulier de vsufr. accresc.

Accedat. l. si. §. 1. ff. vt legat. seu fideicommiss. caueat, vbi Accursius refert gaudere Martinum huius opinionis auctorem, cui æmulus obuiat, detegens ibi filiam fuisse emancipatam, vtpote quæ testamentum fecerat. Ego verò tantomagis fuisse filiam patri obnoxiam retorqueo, propter beneficium emancipationis, nec emancipatio aufert naturalis instinctus dolorem mortua filia, si desint ex ea liberi. l. i. C. de offic. prator. §. emancipati, de hæredit. quæ ab intest. iuuat, vulgaris illa iuris regula: dolo facit, qui petit, quod redditurus est. l. dolo. ff. de dol. except. sed si pater auocaret dotem à genero & nepotibus, qui in locum filie suffecti sunt, eam iisdem redditurus esset, vtpote qui dotem matri debitam, tanquam legitimam portionem vendicarent. l. quoniam. j. C. de inoffic. testam. iuuat l. post dotem. ff. sol. mat. In qua copiosissimè turba interpretum ratiocinatur.

Aliqui ex his magis putant patrem dotem repetere, & nihilominus liberos apud maritum alii, non ex dotis fructibus, sed ratione qua pater alimenta naturaliter debet liberis ex proprijs facultatibus. l. j. §. huius. ff. de iustit. & iure. Quod vti que verum esse fateor si desit vnde se alant filij, sicuti euenit in quouis filio qui sine artificio est, nam si opificem se esse dicat, & vti que parare sibi ex industria potest, non est cur velit alii à parentibus. l. si quis. §. sed si filius, de liber. agn. ita euenit in his liberis, qui dotem maternam habent, ex ea enim alimenta

alimenta capient, nõ impensa patris qui abundè angitur, quod uxorem charissimam amiserit, sed ex superstitibus liberis, eam oblectationem capit, quam & capere anim simile, veri est. iuuat arg. l. quod si nulla. ff. de relig. & sumpt. minime obest. l. 1. §. ræceat. C. de rei vxor. acti. vbi sileat retentio dotis per maritum perita ob liberos, nam ibi, viuebat mulier, & matrimonium solum fuerat diuorrio: vnde liberi cõmunes à patre potius quam à matre alii debent, vt Iustinianus ibi dicit, præter lac. & castaneas, vt notat interpres in l. si quis. §. si mater. ff. de liber. agnosc. cæterum quando viuuit mulier, & consultura pudicitia rursus nubere vult, dotem suam recipit, quod adeo verum est, vt si inter virum & sponsam sit pactum, vt liberorum nomine dotem ille retineat, ita demum retineat, si superuixerit, non si uxorem habuerit superstitem, quæ sibi ipsi charior est & amicitior quàm liberis. l. 3. C. de pactis conuent. l. 2. ff. de pactis dotalib. l. i. de dote præ leg.

At in diuersum Accursius trahit, extraneum dotantem pacto, facto, vt post solum matrimonium dotem recuperet, non obstantibus liberis recuperare, iesto, quid tum? an non in extraneo cessat ratio charitatis in prolem ex matrimonio genitâ quæ anum oblectatura est, & filiam repræsentatura. l. liberorum. §. fin. de verb. signif. extraneus solam intuetur mulierem, & dotans donat. l. i. §. accedit. de rei vxor. acti. C. Nec obstat l. si dotali. ff. sol. matrim. vbi pactum conuentum intercesserat, vt filia in matrimonio mortua, iam susceptis liberis, dos liberorum nomine penes maritum resideret, quia & sine pacto similiter resideret, sed expressa ibi dubitatio est, an liberorum vocabulo nepotes intelligantur, quod verius est. l. j. C. de cond. inser.

¶ Nihil diuersum responderi decet aduersus capitalem Papiniani sententiam. l. inter. §. 4. cum inter. de pact. dot. qui speciem ponit, in qua puellæ pater cum genero conuenerat, filia sine liberis decedente dotem ad se redire: natis liberis, mauult actum inter contrahentes intelligi, vt dos à genero non reperatur. Ecce locus qui velut venenum bonum nocere simulat & valde prodest, nam probat frequenter pacta à contrahentibus adijci solere, quæ alioquin non expressa satis intelligerentur ex nudis legum constitutionibus. videas licet in d. §. cum inter. conuenisse, vt dos mortua filia sine liberis socero restitueretur: quid, quæso, aliud sine pactione illa accidisset? & in l. cum querebatur. ff. de verbor. signific. l. qui mutuam. ff. mandati. vbi non lædunt ea quæ adijciuntur, vt dubitatio tollatur à contractu. Ergo hinc nõ præcipuè dubitabatur, vtrum dos apud maritum maneret cum liberis, sed an vnâ, quod additamenti gratia doti accessisset, maneret. sicut in l. si dotali. sol. matr. an appellatione liberorum continerentur nepotes, & in vtrouis responso ratione filiorum vel nepotum fauetur marito, quod æquius est, quoad viuunt liberi: quia si viuo auo decederent, cum cesserit onus matrimonij, cessabit & emolumentum dotis, restitueturque dos auo, qui dederat. d. l. si dotali. & d. l. inter. in princ. planè superioribus opitulatur, quod in omni tractatu iuris additamenta sequuntur principale. l. prædijs. §. fin. ff. de legat. 3. leg. etiam. C. de iure dot. Muneribus & donis gigni & nutrirî amorem quibus experitur, & Propertius testatur libro secundo.

Ergo muneribus quibus mercatur amicum

Iupiter, indigna merce puella peris.

Quia cum inter omnes hæctenus cõuenerit rem sanctissimam & diuinam esse amorem, pretio de honestanda non est, arg. l. j. §. proinde. ff. de var. cog. At displicet amator parcissimus, & auara mulier, quàm præ oculis habere iubeo præceptum Vlpiani, l. solent. §. fin. ff. de offic. procons. ne omnia, nec sine delectu, nec ab omnibus accipiat. Interest tamen vtrum de coniugibus intelligamus, an de alijs. ¶ nõ inter virum & uxorem ne donatio valeat moribus receptum est, ne profusa facilitate se inuicem spolient. l. j. de don. inter vir. Ne qui deterior esset, ditaretur, melior in paupertatem decideret, cum donare cogeretur. l. ij. & iij. ff. eod. alias rationes adiunxit Plutarchus in problematis: quarum illa, quod viri & vxoris rem cõmunem esse par sit, ideoque velut ab alieno accipere neuter iure possit: nempè quod suum cuique non donetur vt in l. 1. ff. rer. amor. Solon dicebat, coniugem donantem coniuginecessitate persuasioneque duci, aut voluptate falli id probat Iustinianus expressim in l. cum multa. §. simplices. C. de donati. ante nupti. nam illa, quod vir & vxor sint æquè domini cõmunium rerum, fucum facit, cum in d. l. 1. rer. amor. addatur, particula, quodammodo, nec veritas dominij mutari potest. l. in rebus. C. de iure dot. Insuper donatio eiusmodi permittitur, modo accipiens non locupletetur. l. si sponsus. §. concessa. ff. de don. inter vir. vnde liquet differentiam seruari donantis & donatarij coniugis: nec amare accipiendam legis prohibitionem, id præcipuè timendum ne donans fiat pauperior. l. si id quod. §. si quas. ff. eod. l. 1. ff. ad legem Iul. repet. qui textus negari nequit, vbi vxor viri in impe-

no constituitur impune ei donat. nec amore, nec metu impediēte munificentiam, sed quia non sēbat accipiens ditior sed munere accepto dignitatem honestabat. l. nam & eum. l. seq. ff. de donat. inter vir. l. si vir. ff. pro donat. pernitius ergo coniugū amor pariēbat inopiam. acerba igitur fuit lex vetus quæ prohibuit vxorem a viro haredem institui. cuius meminit Quirilianus lib. 9. cap. 2. & quæ abrogata est ab Augustis: qui plus legitimo mori coniugū tribuerunt, quam repulerunt veritatis & fraudes, quæ sepe necitūtur maritis mortū iuxta legem Papiam. l. ff. C. de infirm. pœnis cœlibat. sed videtur donatum vxori veluti etiam filiofam. ob causam consistere vt mercedem laboris eximij, inquit Paulus. l. si pater. §. fin. de donat. atqui vir vxori donat ob pudicitie præmium. l. res. C. de donat. inter vir. Quinimo nulla iusta causa est vxoris remunerandæ ex eo, quod viro facere tenetur laus eidem proderit.

Quod si donauerit alteruter eorum alteri, possessionem quidem amittit, postquam tradidit, & iam possidere non vult. l. §. si vir. ff. de acq. poss. sed possessionem reuocabit quoties lubuerit. l. si eum. ff. de don. int. vir. aliter sentiendum, cum quis ex iusto titulo possidere desiit. l. §. si per procuratorem. ff. de acq. poss. vel forte in d. §. si vir. vxor rem alienam bona fide possessam viro donauerat vt in l. 3. ff. pro donat. vtique sit donatū iniuste vxor possideret cum viro placuit. l. quod vxor. ff. de acq. poss. Ad alios igitur, qui coniugio copulati non sunt pergamus, & quidem viris donare, ac puellis accipere permittum est. l. affectionis. ff. de do. siue, inquit Iurisc. honeste donetur, siue turpiter amice. Indagemus idē ne iuris statuendum de muliere sit, sine vlla differentia, & vt idem sit, verius est. quoniam auarissima est minimumque liberalis. l. si a sponso. C. de do. ant. nupt. itaque vltro lex finit fieri, quod vix fieri posse coniecit. l. nec in ea. in fi. ff. de adult. Refeller hoc Accurs. ob l. fin. §. Seia. ff. de action. † Seia cui salarium constituere vellet ita Epistolam misit, Lucio Titio salutem, si eodem animo, & eadem affectione erga me es, qua semper fuisti, ex continuis acceptis literis meis, distracta re tua, veni, & tibi quandiu viuam præstabo annuos decem: scio enim quod valde me bene ames. Quæro cum & rem suam distraxerit Lucius Titius, & ad eam profectus sit, & ex eo cum ea sit, an ei ex his Epistolis salarium annuum debeatur? Respondi, inquit Scauola, ex personis causisque eum, cuius notio sit, æstimaturum an actio danda sit. Hæc verba sic ipse interpretor, vt iudici considerandum non sit, necessarium, an ex parum honesta causa mulier promiserit, quia etsi honesto amico, vel cognato Epistolam eadem scripisset, non obligaretur, iure potissimum antiquo, quo donatio solo consensu inermis fuit. l. si quis. §. si. C. de donat. Verum illud considerari congruit, contractum hic fuisse innominatum, do vt facias, do vt rem tuam distrahas, venias. Licuit sine dubio Seia pœnitere. l. si pecuniam. ff. de condic. caus. dat. Sanè verò tum demum licet pœnitere, cum ex parte eius qui facere promiserit, res adhuc integra est, id est, cum nondum sumptū aliquem, præparans iter fecit. quod si ob profectioem rem suam distraxit, equum emit, sedem mutauit, adeo vt necesse habeat proficisci, hæc in notione iudicis sunt, ex personis & causis dijudicabit num Titius is sit, qui tantum pecuniæ impenderit, vt iam pœnitere Seia non permittatur. & an is familiam suam mutaturus alioquin fuisset, an iam pridem migrare constitisset. d. l. si pecuniam. & §. quia si. ff. eod. Nostra opinio corroborari amplius potest ex l. & mulieri. ff. de curat. furi. Vbi mulieri luxuriosæ, id est, sua prodigenti, & lautius viuenti, bonis interdicendum est: prius ergo, quam interdicatur, donet, quis prohibuit non Iurisconsultus in l. affectionis. ff. de donat. proinde si turpis causa promissionis probari possit, in pari iure potior erit is qui possidet. l. 2. C. de condic. ob turp. caus. ita mulier non obligabitur ad dandum, quod promisit sicut nec datum præstitum uè recuperaret, maxime si fuerit quæstui turpi addicta, quæ & turpiter non accipit. l. 4. de condic. ob turp. caus. Solone vtique autore, qui prostitui iuuentuti puellas docuit, & publicæ veneri templum extruxit Athenæo autore lib. 13. cap. 9. l. 30. ff. de petit. hared. sic certè non turpiter dare dicitur, & illi liberali esse permittetur quæ auara suopte genio & instituto sit. l. sed si ego. ff. ad Velleian. nam lex magis permittit id quod absurdum est, si rarò patrari posse suspicetur. l. nec in ea. ff. ad leg. Iuliam de adul.

7 † Solebant Romani mariti Calendis Martijs (quia hic mensis primus in anno decem mēsum a Romulo fuit institutus (pro conseruatione coniugij supplicare, floribus & thure sacrum facere. eo quærit Horat. lib. 3. carminum,

Martij celebs quid agam Calendis?

Inuit litare non posse cælibem eo die, qui matrimonijs dicatus festusque erat, vt explicat Porphyrio. non prætermitto liberalitatem in vxorem collatam, & morte vel aliâ ratione confirmari solitam, infirmari simul atque detectum fuerit eam impudicam fuisse: quippe cum

cum imperator pudicitie præmio confirmari tantum dicat. l. res vxoris. C. de donat. inter vir. nec hoc solum a sensu contrario persuaderetur, sed etiam ex eo, quod adultera dotē propriam amittit, nisi maritus leno consenserit probro. l. cum mulier. ff. solut. matr. multo magis amitter alienæ erogationis compendium planè, vt ad institutum regrediar, ei sēdē Martijs calēdis viri vxoribus, vel cognatis vel amicitia coniunctis mulieribus munera mittebant, nec improbatur ea de causa mediocris inter coniuges donatio. modò festi Martij gratia, vt Paulus ait, non in fraudem legis immodica esset. l. sed si vir. §. pe. ff. de don. inter vir. l. ex annuo. ff. eod. præsertim cum mense Decembri sacris Saturnalibus viris mulieres quadem cōpensationis specie rependerent, vnde donatio confirmatur. l. quod autem. §. si vir & vxor. ff. eo. eò pertinet lex Publicij Trib. pleb. ne Saturnalibus nisi cerei ditioribus misitarentur, de qua Macrobius lib. 1. Saturnaliorum cap. 7. plane morem antiquum nemo elegantius explicuit quam Martialis lib. 5. ad Gallam.

*Saturnalia transire tota,
Nec minuscula parua, nec minor
Misti mihi, Galla, quæ solebas:
Sanè sic abeat meus December.
Scis certè, puto, vestra iam venire
Saturnalia, Martias Calendas,
Tunc reddam tibi, Galla, quod dedisti.*

Notum est autem donatione fundi facta vxorem fructus industria sua quæsitos suos facere. l. fructus de vsur. & vsuras similiter parras solertia ex pecunia donata. l. ex annuo. ff. de donat. inter vir. licet ipsi fructus directo donari nequeat: nec vsuræ l. de fructibus. ff. eod. Quinetiam mirum satis est, ex fundo vel numis quæsitum redditum ad mulierē pertinere, cum mulier negotiando, operandoque quiduis viro acquirat. l. sicut. de oper. libert. l. Quintus. ff. de donat. inter vir. vbi ratio redditur, vt suspicio turpis quæstus vitetur: ne scilicet auarities sexui ingenua promercalem faciat mulierem. Sed cum a marito sciēte & prudente lucrū fructuum & vsuræ manauerit, cessat sinistra suspicio aliunde corras compendij, sicut cum ei obuenit hæreditas, que iusta ratione relicta præsumitur. l. nec adiecit. ff. pro soci. l. si vxorem. de conditi. inferit. C.

OBSERVATA IN CAPVT OCTAVVM.

- | | |
|--|---|
| 1 Gratia tres Venerem celestem comitantur & leges cantant moresq, tum quæ sint cometa mulieres inuisconsulto. | 4 Gemmis legatis quare vasa gemmea debeantur, aliter in marmore. Quid de crystallo & myrrhino. |
| 2 Mulieres cur citius pubescant, & sapiant quam viri, & muliebris sexus dignitas, & cur fideiussione non obligetur omnino. | 5 Quæ sint mensæ citrea, in l. si sterilis. §. quænis. de act. empt. an error impediat venditionem vel matrimonium. |
| 3 Cur mulier nequit esse testis in testamento, | |

vel etiam in codicillis.

CAPVT VIII.



VERTIT animum ab omni voluptatis genere eximij cuiusdam ædificij contemplatio, quod dubium faciebat, pulchritudine esset an pretiosius, & ars cū mirabili materiæ æstimatione luctabatur, incerta victoria. maxime cogitantibus operis molem, atque ambitum vniuersi ferè stadij spatio: tum architectorum & pictorum industriam & manū cum laudatissimis quibuscunque certantem: domum Veneræ ipsa dignissimam facile cognosceres. M. Tullius in lib. 3. de natura Deorum quatuor fuisse Veneres tradit: hæc autem cælo & die nara est cuius in Elide delubrum fuit. Plato geminam duntaxat Venerem faciens celestem illam sine matre progenitam testatur, posteriorem ex Ioue & Dione. Multū vero præ se fert æquitatis quod Papinianus sensit in l. 24. de donat. inter vir. donationem eiusmodi sine traditione per nudā stipulationem non perfici. & sanè potius pacto nudo stare debuit quam præcedente interrogatione: cum pactum a motu proprio donantis probat. at interrogatio viri seueri vel saui vxorem cogit, vel amor laxior. ecquid enim coniugi chara perditus coniunx abneget? præsertim cum verba celeriter euolent. tamen circa traditionem cunctabitur pauper. aut si res iam qua de agitur iam penes stipulantem sit. l. cum hic. §. siue autem dedonati. inter vir.

vbi de acceptilatione valida agitur. sed ita & reuocabilis sit exemplo aliarum donationum. l. 3. §. sciendum. eod. tit. Et Papinianum iuuat Vlpianus met. l. si stipulata eod. vbi speciatim stipulatio proficit sine traditione in annua modica pensione, eod quod in ea etiam non secuta viri morte donatio recipitur, non alibi. l. ex annuo. ff. eod. l. ex eo. de testib. ne quis posthac existimet Papinianum ab Vlpiano reprehendi ex D. Antonini Caracalli Settero. editi oratione: nam viuo patre: eam in Senatu habuit in d. l. cum hic. proinde viuo Papiniano, qui Seuerio superstes, iussu Antonini demum necatus est, vt Aelius Spartianus scripsit in vtriusque Augusti vita, multum detestatus impietatem imperatoris, fratris Getæ sanguinem sitiētis, & eo tandem saturo. alibi etiam inter domesticas personas traditio desidetatur. l. nō statim. ff. de pecul. & ita iure ab Vlpiano ipso laudatur Papinianus in d. l. 24. quæ vulgaris sit. † Cœlestem igitur tres Gratia comitabantur, vestitu ab ipsa Venere discrepantes: illa enim smaragdi & margaritæ alterno contextu fulgentes ornabant: hæ vero nudæ non sine decore aliquo apparere. Fulgentius libro Mythologicōi primō, nititur rationem adferre (si modo rei tam nouæ vlla est ratio) quare Charites Veneris comites nudæ sint. at Pausanias in Bœoticis miratur, cur recentiores pictores nudas sinxerint, cum veteres, quorum est Pythagoras parius, & poëtæ, velatas ponant quod decetius & probabilius est, argum. §. j. quib. mod. tut. finiat. & eius quod Ennius vno versu asserit:

Elagitiy principium est nudare inter ciues corpora.

quid magis indecorum quam almæ Veneris famulas impudicas esse, hoc est, nudas in publico aspectu versari? l. cum supra. de re milit. xij. C. l. mimæ. C. de Episc. audient. tantum abest vt virginibus hoc dignum sit, vt impunè etiam violari queant. l. item. §. si quis virgines. ff. de iniur. cæterum non meum est, quid faciendum sit prolixius recensere, sed quid conriggerit. mitifica autem me recreauit trium Gratiarum melos & articulata ipsarum vox leges proferentium cantu dulcissimo. quod antea tamen fore ab Hesiodo, didiceram, apud quæ in Theogonia, & Charites

*Μελλον τὰ πάντων τε νόμους, καὶ ἠθεα κεδνα
Ἀθαλάτων κλείεσιν.*

id est, canunt omnium leges & mores pudicos immortalium celebrant. Antimachus certum Charitum numerum non præfiniuit. an de Cosmetis puellis intelligat, addubitem, de quibus in l. item legato. ff. de legat. iij. nam complures deam sequebantur, & cotidie ornabant, vnde & nomen accipiunt, quia κόσμος mundum significat, quo mulieres mundiorem & elegantiores fiunt, continentque specula, vnguenta voluptatis causa parata, & si qua similia dici possunt. l. argumento. §. mundus. ff. de aur. & arg. nulla fuit harum ornatricum quæ xv. annum peregrisse videretur, quamuis eartū modestiæ nihil adijci, nihil desiderari posset. † Hoc enim natura sagax dedit mulieribus vt citissimè pubescant ac sapiant, viri serius. §. j. quib. tut. fin. l. omnes. C. de ijs qui ven. ætat. imper. Hinc Hippocrates in libro de Seprimæstri partu, puellæ, inquit, quam pueri serius discedunt, sed citius & sapiunt, & pubescunt, & senescunt corporum imbecillitate, vitæque ratione. huius interpretes Galenus lib. 14. de vsu partium fœminas esse ait vitis imbecilliores, argumento esse, quod quæ partes in nobis magis sunt frigida minus efficaces existunt, quæ calida potentiores. ideoque si vnâ cōmoriatur cōiuges mulier præsumitur citius decessisse. l. qui duos. §. si maritus. ff. de reb. dub. quia debitor est. vt §. fin. eadem. l. vbi imbecillimus quisque prius verisimiliter intercidit. Compensauit igitur natura vt prudentes maturè faceret, quas citius abituras præuidit. quod nō mediocre ornamentum huius sexus est: nam vasis crystallinis fragilitas addit pretium quod si nobilitatem ex loco quo quis natus fuerit metiri licet, vt l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ed. l. edict. iam mulier viro probatur clarior, cum hic extra paradysum in agro Damasceno, illa in ipso Elyso creata fuerit. canon. illud. 40. distinct. atqui ex viro editur, Genes. 2. cap. sicuti ex terra fit aqua purior, ex aqua aër, ex aëre ignis purissimus: ita ex viro mulier iam defecata edita est. ne post hac homines costam suam mulieribus exprobrent. Ecquis eas nō laudauerit, quæ legibus ferendis, amoriq; incipiendo principes fuerunt? quis ante Astræam iura æquitatemq; docuit? quis ante Cererem? quis sine muliere meritò amauit? Imperator Antonius in l. iij. ff. de donat. inter vir. meliorem viro satis apertè appellasse innuitur: cui tamè assentior. placet illud Hesiodi,

*Ὅ μὲν γὰρ ποὶ γυναικὸς ἀνὴρ λήϊετ' ἀμείνον
τῆς ἀγαθῆς, τῆς δ' αὖτε κακῆς ἔρινον ἄλλο.*

Neq; enim muliere bona quicquã vir fortitur melius: nec quicquã mala durius. Est nanque Dei munus vxor bona. §. hæc autè. vt iudic. sine quoq. suffr. col. ij. certè simplicitas muliebris

ris digna fauore visa est: vt postquam viri robustiores legum condendarum munus illis extorsere, in quamplurimis casibus errantes in iure excusentur, quos recenser glossa in leg. fin. C. de iuris & fact. ignor. certè si fideiusserit, Velleiano Senatusconsulto mulier non obligatur, nec ipsius fideiussor, ne naturaliter quidem, improbata obligatione penitus, leg. si mulier contra. §. fin. ff. ad Velleian. sed etsi soluerit, repetit, quia exceptio hæc soluentis fauore respicit, aliter atque in filiofamilias, qui contra Macedonianum Senatusconsultum mutuum reddidit pecuniam. l. qui exceptione. ff. de condic. in deb. nec quidè filiofamilias fideiussor iuuatur. fundamentum habuit à natura obligatio: cum mutuum fiat re accepta. l. sed etsi. §. fin. cum l. sequent. ff. ad Macedon. ideo vi Macedoniani non liberatur filiofamilias. à naturæ vinculo, sed eximitur, in pœnam fœneratorum. Velleiano autem mulier omnino liberatur. quia nihil accepit pecuniæ, alioquin planè obstringeretur. l. antiqua. C. ad Velleian. igitur ignoscitur ei, quæ credula pro debitore, quem soluturum existimat, fragilitate sexus intercedit. fallenti enim non parcitur. l. secund. ff. eodem. Nunc videamus quare suspectum fuit Legislatori fœminarum silentium † dum earum testimonium nō admittit in testamento. §. mulier. ff. de testa. An quia testantis interest secreto iudicium suum obstringari, atq; seruari, neque temerè publicari. l. si quis. §. sed & si. ff. ad leg. Aquil. maximè quãdiu ipse viuit, idq; vt vel hæredis instituti infidias, vel præteriti simultates & odia euitet. l. si quis. §. qui viuit. ff. de pœn. §. si autem. de pupill. subst. Atqui plerique, mulieres loquaces dicunt. l. j. §. sexum. ff. de postul. & ad quiduis referandum paratas summo etiam cum suorū periculo, sicuti Papyrij Prætextati mater euentu festiuissimo comprobauit, referente A. Gellio. lib. 1. cap. 23. Taxat Lactantius lib. 3. cap. 22. Platonem, qui consilijs publicis mulieres admittendas censuit, contra l. fœminæ. ff. de regul. iur. Sanè Iustinianus Theodoram vxorem à consilijs habuit, & legum ferendarum participem in d. §. hæc autem. vt iudic. sine quoq. col. ij. ex quo elicias principis coniugem testem adhiberi posse testamentis, velut priuatis legibus, cum publicis possit, cæteras repelli. nimis enim loquax esset qui tam sublimes reginas garrulitatis argueret. de alijs mulieribus sic Eunomia ait apud Plautum in Aulularia:

*Num multum loquaces meritò omnes habemur.
Nec mutuum profectò repertam vlla esse
Hodie dicant mulierem, vllò in seculo.*

Xenarchus apud Atheneum felices cicadas dixit, quarum fœminæ vocem non edant sed mares. nec mihi obijcias testamentum clausum & obsignatum ex l. xxi. C. de testam. curiosæ enim sunt admodum cum latere velis aliquot consilium, inquit Aniphones apud Stobæum mulieri ipsum aperies: Quid si secundò existimemus testes ad supremas tabulas conficiendas vocari magis solemnitatis quàm probationis causa. l. si vnus. C. de testam. d. l. qui testamento. §. si. ff. eod. ideoq; reijci fœminas, solosq; masculos puberes interesse. l. nullum. ff. de diuor. quo in loco videas in diuortio faciendo tales testes expeti vetere ritu, quales prorsus in testamento. l. hac consultiissima. C. de test. §. j. inst. eod.

Vel postremò animaduertendū morte imminente crebrius de testamento cogitari, & tunc mulieres, quàm sunt misericordes, lacrymis, & eiulatu omnia cōplere, & per tumultū, testatorem, tabularium, ac reliquos infestare. §. illud. de trient. & semiss. habent enim luctum & ploratum in expedito. l. j. §. potuisse. ff. ad Syllan. vnde moriente Hercule in Oeta mōte, Alcæna mater, Seneca scribit,

*Impleuit omnem voce fœminea locum.
Cui Hercules eius.
Deforme lertum, mater, Herculeum facis:
Compesce lacrymas, inquit, introrsus dolor
Fœmineus abeat.*

Secundum has rationes mulier nequiret esse testis in militis testamento, si fortè ea prælio & & discrimini marito inter cederet, vt olim Amazones, & Iana Gallica Anglis formidolosa, & similes multæ sexus sui oblitæ. l. bello. ff. de excus. tut. vbi est locus fœminis pro Republica dimicantibus honorificus sed loquacitate illis nō denegat nec lacrymas & eiulatu. nec verò vllorū magis interest quã militū serua eorū inueniri testamēta. l. diuus. ff. de milit. testam. arceat eisdē rationibus mulier ne sit testis in codicillis, & cōsuetudine quidè, nō ab Accurs. in l. si. C. de codicill. sed interest secreto codicillos facere quib. hereditas & ingētia fideicommissa relinquuntur. l. asse toto. ff. de heredib. inst. & cū de reuelada testantiū volūtate lex metuit, eadem est ratio codicillorum quæ testamenti. l. j. §. si quis codicillos. ff. ad Syllaniam.

Quàm libentissimè me à conspectu Veneris & Charitū subduxissē, sed quò irem tutius, ignorabam. angebat me admodum lex Saturnia, quæ magna multa damnat eum, qui

Deum inuitum aspexerit. nec aliam ob causam captus fuit oculis Tiresias, quam quod nudam in lauacro Palladem vidisset: nimium seuero iudicio, cum Callimachus tradat id fecisse Tiresiam fortuito, non data opera. l. non contrahit. ff. ad leg. Iul. maieft. alterius igitur iactura factus ego cautior, in triclinio vtrunque latitavi, stupens ad immensum totius suppellectilis pretium:

— *Lucent genialibus albis*

Aurea fulcra toris.

nec mirandum, cum lectos aureos & argenteos aras antiqua receperit. l. legata. ff. de supel. leg. In extremo triclinij quatuor statuae de marmore Lacedemonio viridi, & cunctis hilariorum tum Caryatides stolatae, sinistram manum altissimè erigebant: qua videbantur abacem argenteum sustinere, positae & collocatae in eo lancibus, scyphis, phialisque aureis, gemmis, & gemmatis. quae res effecere vt recordarer responsum Pauli. l. quæ situm. §. illud. ff. de leg. iij. † cui placuit legato marmore, statuas marmoreas legatio non deberi, quamuis legatis gemmis vasa gemmea præstentur. l. & si non sunt. §. si. ff. de aur. & arg. sicut & auro legato, aurea, vt hic ait Pomponius. sed in aureis illa ratio est, quod rursus igni domita ad pristinam & rudem auri massam facilè redeunt, secus in marmore. d. §. illud. quæ ratio suadet, ne vasa gemmea cedere relictis gemmis oporteat. Cæterum varietatis rationem illam ponendam arbitror inter gemmas, lapidésue pretiosos, & alios, quale marmor est: quoniam appellationes rerum ex communi vsu exaudiri conuenit, maximè in nomine suppellectilis. l. Labeo. ff. de supel. leg. sed consensus veterum, & quidem probatissimorum, gemmam pro vase gemmeo vsurpauit, sicut & aurum pro vase aureo. igitur verborum proprietati feruendum, cui comes est testantis sententiam. l. non aliter. ff. de leg. iij. Vergil. lib. i. *Æneid.*

— *Ille impiger hausit*

Spumantem patrem, & pleno se proliuit auro.

Idem alibi:

— *Vt gemma bibat.*

Sic Ouidius lib. 8. *Metamorph.*

— *Dapibusq; remotis*

In gemma posuere merum.

Martial. lib. 10. in *Cottam:*

Propinas modo conditum Sabinum,

Et dicis mihi, Cottæ, vis in auro?

Quisquam plumbea vna vult in auro?

Idem lib. 14. de ampulla potoria loquens:

Hæc licet in gemma, quæ seruat nomina Cosmi,

Luxuriose bibas, si foliata sis.

foliatam sitim dixit, à Foliato seu Nardino vnguento odoratissimo, cuius concinnationem tradit Plinius lib. 13. cap. 1. notum est inter odores folium per excellentiam scribi, cuius meminit l. si. §. diui. de publican. ff. Nec est alius autor, qui in hoc locutionis genere sit frequentior Martiale, nec tantum in generali gemmæ nomine hoc locum habet, sed & in speciali cuiusque. inde legato Smaragdo, vel Amethysto, vel Onyche, vasa eiusdem materiae cedent. Nihil aliud dicendum in ijs lapidibus, qui omnino pretiosi non sunt, sed propter eximium vsu, & ex communi estimatione, gemmarum vice funguntur, vt Crystallum, Alabastrum, Myrrhinum, & similia. Horatius lib. 4. carminum Ode 12. ad Virgilium.

Narbo vna merebere,

Nardi paruos Onyx elicit cadum.

Hoc est, inquit Porphyrio, si Nardum vnguentum in Onyche ad me attuleris, vini cadum accipies. ita vas Onychinum, Onychem dixit, qui gemma est vnguis humani candorem referens. cum verò Sardæ quoque naturam mistam habet, Sardonyx dicitur. l. si. §. diui. ff. de publica. Plin. lib. 37. cap. 2. visum refert Crystallum ex India sextariorum 4. id est, vas Crystallinum. Ad propositum pertinet illud Matthæi 26. cap. accessit mulier habens Alabastrum vnguenti pretiosi: id est vas Alabastrinum. Et quod Mart. lib. 11. in Tuccam:

— *Vende*

Argentum mensas, Myrrhina, rura, domum.

Myrrhina, vasa intelligo quæ & murrhea, & murrhina nominantur. l. iij. & l. vasa. ff. de supel. leg. à Parthico regno mittitur Myrrhinum, coloris varij, gemmis etiam prælatum, vt Crystallum, quo ad vsu vasis potorii, teste Plinio, tamen longè vilius. quauis verò Crystallo, & Alabaistro, vel in specie Murrhino legato, vasa debeant, non idem dicendum in genere, si gemmæ legarentur, quia hæc propriè gemmæ non sunt. l. & si non sunt. §. pen. ff. de aur. leg. & vilior est eorum materia. Gemmata vasa à gemmeis differunt, quod illa aliã materiam coniunctam habent. sic aurata ab aureis. l. iij. de supel. leg. Martialis de gemma-

tis

tis calicibus in hunc modum loquitur, lib. 14.

Gemmarum Scythicis vt luceat ignibus aurum,

Aspice, quot digitos exiit iste calix.

† Erant & in hoc triclinio tres mensæ citreæ, de quibus Iurisc. in l. si sterilis. §. quamuis. ff. de action. empt. vbi notatur non esse venditionem, si ego errem in qualitate, quamuis in corpore consentiam: vt inquit, si mihi citreas mensas vendas, quæ non sunt: suspicor exemplum in citreis mensis à Iurisc. subiectum: quoniam olim fuere in pretio, & de earum vera materia maximè dubitabatur, nec qualis fuerit quicquam hætenus pro certo habet. qua de re agit Macrobius lib. Saturnal. 3. cap. 19. odoratissimam esse constat, vnde Navius Poëta, citrosam vestem, pro odorata, à tineisque vindicata dixit. Mihi verò demum cognitu facile fuit, qui mensas propius aspexi, & tractavi, & deinde extra Veneris palatium arborem citrû, ingentem, lauro satis similem, nihilque commune cum vulgari citro habentem, nisi quod omni tempore ferè pomifera est, pomis aliis cadentibus, aliis subnascentibus. In prouincia Media quoque nascitur, Assyriam vocat Plinius, lib. 12. cap. 3. Vergilius felicem malum, li. 2. Georgicorum. Constat & apud Mauros citrum nasci, ex qua mensæ citreæ fiant, minus tamen pretiosa, quàm Medicæ, minusque odorata. Itaque in d. §. quamuis. iurisc. consulto placuit, non errorem modo corporis sed etiam qualitatis eius corporis, quod præsens est, impedire venditionem & venditorem teneri quanti emptoris interest, nam & si mensa esset lignea, nec vilis, tamen quia citrea non erat, non est venditio, secus si esset citrea, sed deteriore citro facta. l. in venditionibus. cum l. seq. ff. de contrahen. empr. quod ad matrimonium transfertur: quod impeditur, si quis desponderit sibi Titiam, quæ Naviâ putabatur. vel si in sexus qualitate erratum fuerit, vel in conditione: cum seruam pro libera duxisset. non si corruptam pro virgine. l. alioquin. ff. eod. & canon. 1. 29. q. 1. aliter, si libertina pro ingenua duceretur. l. à diuo. ff. de ritu nupti. vbi Accursius notat dolo alterius spõsorum initum matrimonium, non propterea diuelli. quod circa qualitates morum opumue vsitatissimum est: nec vsquam magis impunè cedunt mendacia. tales itaque libertinæ mulieris nuptiæ constitissent si vir fuisset plebeius. nam in senatore lex eas infirmat. l. lege. ff. eod.

OBSERVATA IN CAPVT NONVM.

- | | |
|--|--|
| 1 <i>Ad Veneris pulchræ conspectum venitur, & quis sit mundi dominus.</i> | 5 <i>Terram esse insulam, & occupanti concedi.</i> |
| 2 <i>Amor mundi dominus, & cæli clauis habes instar Papæ, an dominium acceperit.</i> | 6 <i>Totus orbis, pro maiori parte, vsurpatur.</i> |
| 3 <i>Declaratur l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod.</i> | 7 <i>Ad Venerem maximè spectat de mundi dominio disputare.</i> |
| 4 <i>Maris dominium ad principem pertinet.</i> | 8 <i>Quid sit Cestus Veneris, quid incestæ nuptiæ, & militia cingulum.</i> |

CAPVT IX.



Vnum desiderium vehemensque studium videndi singula, quæ in tam beata regione admirationem facere possunt, egit, ne Veneris conspectum effugerim: † talis illi sacra facies, qualis & eius maritinæ stellæ, qui Lucifer dicitur: cuius naturam & cursum primus deprehendit Samius ille Pythagoras, Olympiade circiter 42. per quam cuncta genitili rore conspersa, in terris generantur. scio, inquit tum Dea, me cælis oculis suauiter intuens. ô hospes, quantum sis de amore & iure beneemeritis: quo fit, vt locus hic à paucis accessus, tibi impunè sit peruius. nam vt Platonem proposuisse foribus auditorij sui ferunt, se non admissurum quenquam, nisi Geometria peritum, ita & nos, amoris & legum rudes arcemus, aut ingressos cum nota eiicimus. Cæterum age, ô hospes, iam animo confirma te, nocissine cuius filij mater ego sum & illius, inquam, quem prædico, qui que totius orbis imperium sibi vindicare audeat, & meretur. Proinde ne qua in re de orbis dominio posthac dubites, moneo ne temerè credas Iustiniano in l. 2. §. si. de veteri iure enucl. C. vbi post Europam Asiãque, Libyam sibi obuenisse gloriatur, non obscure se dicens mundi dominum: eique ius dat. l. 1. §. cum autem. C. de vlucap. transform. sic enim quisque sibi blanditur. & vt semel dicam, suum dicit quod est commune & cuius dominus tantum partis est. l. 1. §. domini. ff. ad Syllani. l. 3. §. 1. de lega. 1. ecquis nescit, vt barbaros omittere, Iustiniano neque amicum nec subditum Theodibertum Metensium Regis Clodouei Regis Francorum nothum? in Italiam traiecit exercitum:

Z iij

Gothos Iustiniani hostes fregisse: & Iustiniani copias fudisse, atque ita duorum exercituum castra cepisse, nec prius remeasse, quam lues grassans coegerit. ut refert Procopius lib. 2. de bello Gothorum. proinde scito quatuor cenferi mundi dominos, sed tales, qui priuatorum cuiuslibet suum non aufertant nec aliter intelligitur l. benè. C. de quadrien. præscript. vbi omnia sunt principis, id est, ut sensit Accursius, siue fiscalia, siue patrimonialia, siue quis addere velit ea, quæ ex censibus & tributis percipiuntur, cætera dominis priuatis iure dispensanda & distraheda relinquit. l. 8. C. de iudæis. Itaque primus dominus & præcipuus, est ipsius mundi summus artifex Deus, Iouem nominamus, non Diones desiderio perditum, sed Cælestis Venetis genitorem, cuius est terra & plenitudo eius, præterquam quod cælum, quod inhabitat. creauit, can. quo iure. 8. distin. Vergilius in lasciuo Carmine.

Fulmen habet mundi dominus, tenet illud aperte.

Nec datur Aequoreo fuscina testæ deo.

Quis te celata cum face vidit Amor?

& paulò post:

Hoc in loco neque Neptunum, neque Amorem mundi dominum dixit, cum de Ioue fulmen quatiente agit, quod si Cupidinem ad reliquos principes referas, quos omnes ad vnum superauit, mundi secundus dominus iure optimo dicendus est, nam si potior mundi principibus est, mundum ut sibi asserat necesse est, arg. l. de creationibus. ff. de diuers. & temp. præsc. Omitto quod nisi Amoris opera, Elementorum dissidentium vnanime fœdus rumpetur, genus hominum deficeret. l. liberorum. §. fin. ff. de verb. signifi. quare & quod de Amore Quidius ait,

Regnat, & in dominos ius habet ille deos,

Ad plebem deorum referendum est, non ad immensum illum, à quo omnis potestas est, can. nouit. de iudic. l. ij. de offic. præf. præ. Aphr. C. qui à Sibylla *αυτογενής*, id est, ex se genitus, ab Apolline, *αυτοφύης*, id est, ex se ortus nuncupatur, de quo in l. iij. §. omnes. C. de summa trinit. Hunc sic alloquitur Lactantius, & pietatis & amoris memor, in quadam elegia de Resurrectione domini:

Hinc tibi nunc auium resonant virgulta susurro:

Has inter nimio passer amore canit,

Christe salus rerum.

(addit deinde:

Quo sumpsit mundus principe principium.

Cui sic Reges omnes parere & seruire pius est, ut populos Regibus. can. quæ contra. 8. distin. idque potiori ratione. Ab hoc vno eiectus est is, qui se falsò principem mundi iactabat, Dæmon. can. pudor. 2. quæst. 1. nec enim princeps, sed occupator pessimus erat. Sic seruum dicimus eum qui talis putatur, cum sit ingenuus. l. pen. ff. ne de stat. def. certè in l. si quis cum. ff. pro emptore, dominus vocatur rem alienam distrahens, atque putatius ut ait Accursius atqui falsus dominus non est dominus. l. Paulus. ff. de verb. sign. & hic iam pridem iudicatus est Ioannis 10. cap. Is verò qui Christi vices gerit. Rom. Pontifex non obscure neque ambigè se mundi dominum fateretur, nescio an audiendum cuiquam sit, in re propria ius sibi dicenti: alioquin quisque Regum pro tribunali suo dominum se mundi assereret. Inter se quidem & subditos iudicat Rex. l. pen. ff. de iis quæ in testa. delent. non inter se & pares. l. 4. de recep. arb. sic & Papa, qui (quod dictionis multæ dominus est) Constantino & Carolo Magno Augustis acceptum ferre debet & munificentia aliorum. §. si minus. de non alienand. reb. eccles. col. 2. inde Gelasius Pontifex ab vniuerso mundo, Romam appellandū suadetudque ius à principatu Petri defluxisse. can. cuncta. 9. quæst. 3. Quin etiam huic Imperator dignitatem suam summittit. l. nos reddentes. C. de summa trinit. in quo mihi visus est semper Amori similis, nam & hic Amor diuinitatem habet, nec cæli modò fores aperit, sed & si collibeat, effringit, deòsque ludos facit, & delitias. namque cælo sua porta non deest, ut placet Quidio,

Dextra laudque, deorum

Atria nobilium, valuis celebrantur apertis.

Et Ennius portam cæli Aphricano cæde ac sanguine hostium patuisse scribit, hac, quoties vult, Cupido ingreditur: in cælum clarissima sydeta & benè meritas de amore animas mittit: ut Perseum, & Taurum Europæ.

Hinc clara Gemini signa Tyndarida micant.

Sed & in tartara detrudit eos, quos secretus amor crudeli tabe peredit. ut ait lib. 6. Æneidos Virgilius Stobæus ex Orphæo non obscure clauis cæli amori tribuit cap. 71. fingit enim huc colludentem diis & hominibus *πρωτων κληιδας, εχοντι αυθερος ερασιον, ποντε χθονος*, id est, omnium clauis. cælestis ætheris, ponti, terræ. ex quo videtur Amor dominium mundi accepisse,

clauibus à domino acceptis. l. clauibus. ff. de contrah. emp. sic etiam summus pontifex cap. solita. de maiorit. nam quod D. Perro dictum est Matthæi cap. 16. ille ad se transtulit & ad successorem longa serie. Sed quid si Deus non dominium sed dispensationem cælestiam, clauibus traditis, transtulerit. ut. l. cum pater. §. pater plurib. de leg. 2. ff. nam traditio clauium operatur domini translationem, cum sequitur contractum idoneum dominio transferendo: atqui in d. §. pater. testator in filiam maiorem nihil transcripserat, sed post filios institutos & dominos designatos filia; ut propter ætatem consultæ & cautæ tradiderat clauis & anulū. Amplius dico duos eiusdem rei non esse dominos in solidum. l. si ut. §. si. ff. commod. ergo cum Deus sit cæli dominus, non habebit consortem sed vicarium. Quod verò Reges Regno possit exigere & priuare Amor, probat Sextus, Tarquinij superbi Romanorum Regis filius, Lucretia potitus. l. ij. §. quod ad. ff. de orig. iur. & Priami infelix exitus. sic Romanus Pontifex priuat reges & Augustos imperio cap. 2. de censib. lib. 6.

Quid si committantur ille & hic, singulari certamine? an neuter vincet alterum? vereor ne Cupido sit superior: nam quod suam potestatem summam esse præ cæteris ostendat Pontifex, omnes reges Lunæ confert, se vnum Soli. d. cap. Solita de maior. & obedi. atqui Solè ab Amore victum, cum multis euentibus, tum à Daphne fugitiua probari & argui potest. Cæterum metuo, ne hic Sol nimium igneus sit, neque tanquam nouos Phaëtonos exerat, & deiiciat eos, qui curiosi nimis sunt: qui in arduis & cælestibus indagadis, non impunè versantur. l. nemo. C. de summa trinit. scio enim quosdam dicere in d. l. clauibus. requiri clauis trāsaturas dominium apud horreum tradi oportere, nec cæli clauis iuxta cælum, sed humi traditas à deo fuisse, sed cælum vndique sursum est, & vndique videtur. † Vltimo itaque loco Imperator Antoninus ait in l. de precatio. ff. ad leg. Rhod. ego quidem mundi dominus sum, lex autem maris. Hic est ille Antoninus, qui plurimi honestum amorem facit, in l. iij. ff. de donat. inter vir. nec obest dictio, autem, quominus se maris etiam dominum asserat, quoniam ne hinc, nec perpetuò a libi aduersatur. l. hoc amplius. §. Alphenus. ff. de damno infect. & Psalmo 113. cælum cæli domino, terram autem dedit filiis hominum. nam & terra Domini est can. quo iure. 8. dist. Plautus in Mercatore:

Humanum amare est, humanum autem ignoscere.

l. de crimine. C. de adulter. l. obligari. ff. de actio. accedat. l. si pupillus. de verborum obligat. Accedit quod ita demum lege Rhodia maritima iudicatur, si nulla principis lex ei aduersetur. igitur hæc præstantior, quippe quàm Rhodia imitatur, & obseruat. l. nauigia. C. de furt. Vult etenim imperator, Rhodiæ legi parendum, quatenus ipse eam roborauit tanquam æquitate & antiquitate præstantem, ut notat Strabo lib. 14. mira, inquit, est Rhodi iustitia cum circa reliquam Reip. administrationem: tum circa res nauales, quibus multò tempore mari dominata est, & piratas sustulit. addit liberam mansisse, Romanis permittentibus multo tempore. Lactantius in lib. de falsa religione cap. 11. Neptuni regnum tale fuisse perhibuit, quale illud M. Antonij, cui, inquit, totius oræ maritimæ imperium & potestatem Senatus decreuerat, ut prædones persequeretur, & mare omne pacaret. Citat ibidem Euhemerij testimonium qui in inscriptione perantiqua Columnæ aureæ se hæc legisse commemorat: Imperium Iuppiter Neptuno dat maris, ut in insulis omnibus, & locis secundum mare regnaret. Porro huic inscriptioni antiquissimæ fides accommodatur, l. in finalibus. ff. finium reg. Insuper, quia direptio in naufragos facta erat, in d. l. Deprecatio. à publicanis Cycladas insulas habitantibus, has Imperatori Rom. tributum pendisse testis est Strabo, lib. 10. Geographia, nec ergo Venus ignoto, de qua sic Horatius lib. 3. carminum:

Quæ Gnidon,

Fulgentesque tenet Cycladas, & Paphum

Iunctis vixit oloribus.

Fulgentes utique vocat propter marmor parium, ut ego quidem suspicor. Idem Strabo li. 10. literis testatum prodit Minoem Regem Crete Solertem legiflatorem tam fœcundæ insulæ iura dantem, primum maris imperium vendicasse. nihil enim vetat mare omnibus commune, lege publica ficti principis eo dominio, quo finitimum regnum tener: cum & lege priuata ferè idem eueniat. l. venditor. ff. com mun. prædior. ideoque inter regalia, portus numerantur, & flumina publica quæ quisque scit priuatorum vsui destinata. cap. 1. quæ sint regalia in feudis. verum iurisdictio, vectigal, portorium, tuitio principis est, vel eius cui Rex permiserit. nam quodcunque de Imperatore Roman. dictum est, transferre licet ad summos principes, qui superioris maiestatem conseruare non tenentur: quorum est notionem de ceterumque interponere, si quid per insolentiam in mari vel littore committatur, & si alioquin communia sint. l. quamuis. ff. de acq. rer. dom. l. littora. ff. ne quid in loc. public. cuius-

modi est Gallorum felicissimus Rex, cuius ditio serie seculorum longè antiquior Romulo inuenitur, nam id perridiculum est, quod multi dicunt vnum Imperatorem esse mundi dominum. † si quidem constat terram omnem nihil esse aliud quàm insulam vndique cinctà Oceano, vt vult Dionysius in lib. de situ orbis, à quo tota terra dicitur *ἡ ὅλος ἀπειρος*, id est, insula sine termino, idem vult Strabo lib. 1. quocumque enim ad vltima Ferræ eatur, obuius fiet Oceanus. Planè insula maris occupanti conceditur. §. in insula. de rer. diuis. nec maxima iure aliquo à minima discrepat. l. fin. ff. de fund. inst. igitur mundus occupanti cessit: eximia profecto insula. sic deinde Britannia, Sicilia, Cyclades insignes. nec primi occupatores fuere Romani sed alii, gliscente victoria, extorsere. quippe cum antè Iulium Cæsarem nemo Britanniam tenuisset, vt scribit Corn. Tacitus in vita Agricola, vnde pater ridiculum esse quod quidam aiunt, naturalem insulam non concedi occupanti, sed nuper natam. nisi mundum ab æterno fuisse falso suspicentur. nam ipse mundus natus est, existens insula, ita occupari à quouis potuit. præterea multæ insulæ claræ & latæ, natæ feruntur multis à mundi exordio seculis, quæ propter sui amplitudinem occupatorem senserunt: sed iustum, & Regem totius Regionis maximum. & quidem nobiles, vt Delos Cycladum excellentissima, quam Pindarus stellam terræ, & maris filiam vocauit. Ortygia olim dicta, in mari natans, cum emerfit. ideòque magis publica. l. penult. ff. de acquirendo rerum domin. Ouid. 15. Metamorph.

*Tempusque fuit, quo natus in undis,
Nunc sedet Ortygie.*

Theram recenset Plinius, & aliàs, cum Thia suo æuo enatos lib. 4. cap. 2. vnde genus supplicij fuit in nouas insulas relegandi in Egiptio pelago natus. l. 7. §. est quoddam. ff. de interd. & relegat. quæ simul vti que cum Egiptio quoad iurisdictionem & securitatem erant illius, cuius & litus proximum, id est Augusti Cæsaris, quo permittente priuati ædificia ponebant iure domini. accedit superioribus quòd ex occupatione eorum qui in vacua venerunt, non vnicum regnum, sed plura condita sunt. l. ex hoc. ff. de iustitia & iure. at licet in apibus commodissimè vnus sit rex, nihil tamen expeditius, quàm plura esse apum examina: sic minimè oberit can. in apibus. 7. q. 1. vbi idè statuitur de episcopis cuiusvis ecclesiæ quòd de Regibus: atqui plures episcopos creati expedit: sed & contra illum canonem tres Augusti sæpè fuere simul vt in l. l. C. de summa trinita. de quibus Ruffinus lib. 2. histor. cap. 14. & semper multi variique fuere populi, à quibus principes regum dominatum acceperunt. l. j. ff. de constit. & princ. & generale pactum societatis humanæ est iuis quæque regibus obtemperare. can. quæ contra 8. distinct. Fabius Pictor tradit, primùm ex mortalibus Ninum Assyriorum regem, aureos mores mutasse, ac finitimis bellum intulisse, Asiàmque domuisse, infinito annorum numero antè quàm pastor ille Romulus extiteret. vel Roma vrbis. quòd miror non vidisse Henricum 7. August. in cap. 1. quomod. in crim. læsæ maiest. proced. in Feudum.

6 † Caterùm si alicubi legatur, cunctos populos ab Imperatore victos, vel totum orbem à Romanis dominum fuisse, vel omnes nationes Senatui paruisse, vt l. j. C. de summa trinita. §. omnes verò. præm. inst. & apud Plinium lib. 7. cap. 26. tum in can. cuncta. 9. q. 3. cap. 2. de re iudic. in vj. in eam partem accipiendum est, vt totus, omnis, & similes dictiones, quæ nihil excipiunt, pro maiori parte censentur, saltem contemplatione ceterorum, namque olim vix fuit alius princeps, cuius latius pareret imperium, quàm qui Romanis imperaret. vt l. vnic. de Athl. 10. C. l. maiore. ff. de verb. signifi. accedit illud Luca 2. ca. exiit edictum à Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis. Sic Antoninus mundi dominus est in l. de precatio. ff. ad leg. Rhod. nimirum constat innumeras gentes, potissimum vltra Euphratem fluuium, à Romanis nunquam superatas fuisse. nec subditas, sed aut fœderatas, aut ita exteras, vt in pace esset cum illis ius postlimini, aut prorsus hospites. l. non dubito. ff. de captiuis. l. 5. §. in pace. l. hostes. eod. & l. 19. §. postliminio. vbi de Regibus exteris.

7 † Nemo, inquit Venus, hospes dulcissime, certiora de orbis terrarum dominio asferre poterit, quàm tibi dij nunc audire concessere. si nescis cur ita, vt certior fias, dicam quòd Aufonius.

*Orta salo, suscepta solo, patre edita Cælo
Æneadem genitrix, hic habito alma Venus.*

Hic, inquam, habito, vbi regio neque pluuiam desiderat, nec admittit, sed tantùm fragrantiori rore, quem Lucifer meus cum paucis astris se lectioribus crepusculo iam sudauit, humectatur. Et mari me editam argumento est ingens animalium multitudo in mari degens:

geris: quæ quoque maiora ac vegetiora sunt terrestribus. His enim vis solis terram ambientem copiam detrahit alimenti. Videbis statim meliora, sed quò profectum tuum benè fortunatè Cupido, inquit dea, sub quo iam pridem militas & meres, cingi te cingulo meo rursus expetit. afferri Cestum confestim iussit proferens Martialis versiculum Venus,

Sume Cytheriaco medicatum nectare Cestum.

Vltro deæ morem geisi, & cingi me à Charitibus passus sum, quibus postea sacrificauit velut Cesto maximopere recreatus, & nouo sacramento ad perpetuam Amoris militiam adductus. A Cesto Accursus in l. si quis. C. de incest. nupt. incestas nuptias denominat, quæ contra ius & fas cum cognatis contrahuntur, & nefarie appellantur, siue cum ascendentibus sint, siue cum gradu à latere. l. si quis viduam. ff. de quest. l. si. ff. de ritu nupt. Accurs. in rubr. C. de incest. nupt. can. inebria. 15. quest. 1. §. ergo de nuptiis, cingulum præberi consuetum fuisse dignitatem aut magistratum incuntibus, Iustinianus ostendit, vsurpans ita cingulum scilicet pro ipso munere forensis militiæ. §. quòd autem in fin. vt iudic. sine quoque suffrag. col. 2. §. fin. de mandat. princip. col. 3. sic cingebantur tyrones balteo, vt militare inciperent. l. pen. ff. de milit. rest.

OBSERVATA IN CAPVT

DECIMVM.

- | | |
|--|---|
| 1 Currus Veneris à Gratiis nudis paratur an donatio obliget capientem, an fiat inuito vel ab inuito. | 6 Faces nuptiales quæ, & an matrimonium à iure natura sit. |
| 2 Nymphæum quod balneum sit. in l. si quis per. de aqueduc. lib. 1. C. | 7 Perpetua consuetudo in matrimonio, enodatur. l. hoc genus. ff. de condit. & demonstratio. |
| 3 Therma Achillea cur sic dicta. l. omnis. C. eodem & quid sit aqua superflua, & caduca. | 8 Ignis & aqua, adhibita nuptiis fœderibus, exilio. |
| 4 Amorem perfectissimum in matrimonio esse: de celibatu & virginitate. | 9 De fonte Salmaci, & Hermaphrodito rapto, & an mulier ex vi illata teneatur. |
| 5 Matrimonium rem esse sacram explicatur, l. | |

CAPVT X.



ROTIVS Aglaia, & Euphrosyne, cum Thalia tertia Charitum, † currum Veneri pararunt, & constituerunt, studiosè quidem à Vulcano politum, multo auro multisque lapillis splendens, erant verò nude Charites seu Gratiæ, ideo quòd fucò carere debent, inquit Seruius lib. 1. Æneidos, inquit, vna auersa pingitur, duæ nos respiciunt: quia profecta à nobis gratia duplex solet reuerri: saltem verò donatarius obligatur ad antidora: non ita tamen, vt actione teneatur, sed pudore si possit rependere. l. sed & si lege. §. consuluit. de petit. hered. ff. quomodo enim ager is qui largitus est munificè ei qui gratias egit, vt non redditurus necessariò? proinde consensus deficit obligationi. l. 3. de action. ff. quinimò vbi repensum est beneficium, incipit sapere permutationem. d. §. consuluit ideoque non est dubium donatum vt aliquid detur vicissim aut fiat, degenerare in contractum innominatum. l. 1. ff. de donation. nec obest. l. fin. C. de reuocand. donati. vbi simplex donatio reuocatur ex causis ingratitudinis: quarum vna est, si is qui accepit non seruaui conditiones & pacta adiecta donationi: igitur ob causam fuerat donatum. Sed respondeo, causam adiectam, quæ non vergeret in fauorem donantis neque in compendium eiusdem. vt in pacto, ne donatum alienetur. l. 3. C. de condit. ob caus. nec vergebat causa in solius accipientis vtilitatem quia esset consilium sine obligatione. l. 2. in fi. ff. mandat. demùm subiere veneris iugum gemmeum quatuor columbæ candidæ, sed versicoloria colla torquentes, & leuibis incessibus suscepta domina lætæ subuolarunt nec extimuit canora familia Veneris accipitris vim, aut aquilæ & cælum valdè serenum lætitiæ cõsentiebat. adnotauit verò Plutarchus in libro quo docet cum principibus philosophandū sapienter. Charitibus nomè inditū ab alacritate, lætitiâ, & stolicis virètibz quòd beneficiū gaudium afficiat

capientē vt patet ex eius definit. §. si. in quibus caus. feud. amitt. quodq; nunquā macrescere debeat obliuione accipientis aut ingratitude. d. l. fin. C. de reuoc. donat. adeo vt simplex traditio facta vicissim donatori, credatur in dubio intercessisse animo remunerandi. l. si verò non. §. inde. ff. mandat. præterea ex gaudio infert Accurs. inuito beneficium non confertur. l. inuito. ff. de regul. iur. nisi vergeret in utilitatem tertij, non solius accipientis: ita tertij gaudium sufficit. l. soluendo. ff. de negot. gest. sicut etiam in iuris donat. leg. i. §. imperio punientis audaciam. l. si seruus. §. si oliuam. ff. ad leg. Aquil. sicut iussit dea tam pulchrā quadrigam in hortis delicatissimis, quos ipsa mihi commostrans, sic ait: Vide hortos, & his fruiere, quibus similes nec Semiramis vnquam, nec Rex Adonis habuit. cūque Adonidis fecisset mentionem, leniter, vt animaduerti, suspirauit. Fuit illic fons illo purior, qui Narcisso infelix præbuit speculum, totus lapide Ceraunio circuibatur, dein aqua leuis, salubris oculis, potui innoxia, horros irrigabat, tandem riuum perennem faciebat, seu flumen, in quo pisces scammis aureis vestiebantur, eisque in diuerticulo insidiabatur Procheus hamo eiusdē metalli & fune purpureo: cantabat interim Cymothoes nymphæ amorem, & fugam, repetens identidem Claudiani versiculos:

Armat spina rosas, mella tegunt apes.

Crescunt difficili gaudia iurgio.

Accendit, magis, qua refugit Venus.

Pars aquæ de fonte limpidissimo & perspicuo fluentis, per apertum sulcum & iuncis odoratis cinctum ducebatur in labrum ex iaspide, vt Nymphæo seruiret, & venam aquæ percalidæ temperaret, quæ per auream fistulam in idem nymphæum confluebat. aquam enim frigidam in balneis calidæ misceri solitam Palladius lib. i. cap. 40. retulit, & fistulam frigidariam appellauit. alumen redolebat calida, quod *επιηλια* Vlpianus dixit. l. sed si. §. fin. ff. de reb. cor. nec mirum dissimiles aquas eò concurrere, cū in Macedonia ad Euripidis sepulcrum dextra ac sinistra duo riuus sint, quorum alter aquæ bonitate placet, alter bibentes perimit.

† Nymphæum à thèrmis, id est, balneis calidis discrepare ostendit. l. si quis per. C. de aquæduc. lib. ii. vbi Præfectus curari iubetur ac diligenter prouidere, quantum aquæ thèrmis, quantum Nymphæis pro abundantia ciuium deputari conueniat. existimat Alcicius fuisse locum, in quo mulieres lauarentur: ego verò non assentior, tametsi adiciam, turpe fuisse mulieri cū exteris vitis lauacrum ingredi, & sufficiens ad repudium. l. si. C. de repud. sed scio vitis etiam permixtum extitisse, separatim habere sua Nymphæa. Est itaque Nymphæum, lauacrum siue balneum aquam tepidam habens, nō valetudinis sed voluptatis causa paratum. idē prius consultur thèrmis, mox Nymphæis, postremò alijs vsibus in d. l. si quis per. Strabo lib. 7. tradit in Apolloniarum finibus locum extate, quem Nymphæum vocant, vbi saxum est ignem vomens, cui fontes subsunt aquis tepidis & bitumine scæntes. Pindarus Olymp. Ode. 12. Ergotelem curforem laudans: *θερμὰ νυμφῶν λυγρὰ βασιλῆος*, id est, calida Nymphæarum balnea frequentas. nomen inde sumptum est, quod per ætatem pomeridiana hora Nymphæ sese fontibus abluerent, Dianæ, puta, comites in secretis nemorum fontibus, vt se oblectarent tantum. Quod & Romani seruarunt, in octauam diei horam lotionem differentes, quæ est secunda post meridiem. Martialis lib. 10.

Octauam poteris seruare, lauabimus vnâ.

Scis, quàm sint Stephani balnea iuncta mihi.

Vitruuius lib. 5. cap. 10. in balneis athena tria locat, nempe caldarium, tepidarium, & frigidarium, ita vt ex primo in secundum aqua fluat. A Nymphis non est nouum deduci Nymphæum, cum obseruatum sit, nec Alcicius omisit, veteres consueuisse balnea nuncupare ex alicuius herois nomine: sed, vt annotaui, præsertim heroum nomen indebant, qui lauacris delectarentur. vnde legitur Herculis balnea: Aristoteles in problematis sectione 24. notat. ideo dici olim consueuisse sacra balnea, quod ex sulfure & fulmine rebus planè sacris prouenirent. Athenæus lib. 12. cap. 2. omnia calida lauacra ex terra scæntia, antiquitus Herculi sacra tradit planè Euphorbus & Ant. Musa medici fratres, alter regis Iubæ, alter Oct. Augusti, primùm instituere astringi corpora plerâque frigidis balneis: antè Plinius obseruauit, & Homerus probat, non nisi calida viguisse: Thèrmæ Achilleæ nuncupabantur Romæ, in l. omnis. de aquæduc. r. C. ab Achille, quem Thetis mater aqua stygia abluisse memoratur præter talum. Helene balneas ponit Pausanias lib. 2. in Cenchræo nauali Choryntiorum, è regione, vbi aqua salsa tepida in mare influit.

Post aquam igitur balneis necessariam superflua alios ad vsus transfertur à præfecto.

fecto. Iulius Frontinus lib. 2. de aquæductibus, impetrantur autem, inquit, & hæc aquæ, quæ caducæ vocantur, id est, quæ aut ex castellis effluunt, aut ex manationibus fistularum: quod beneficium à principibus parcissimè tribui solitum, sed fraudibus aquariorum obnoxium est. Aquarij sunt custodes & curatores aquæductus, quorum fraudes reprimuntur in l. vsu. C. eod. Quid sit castellum in proposito, explicatur in l. j. §. hoc interdictum. ff. de aqu. cotid.

Α' Ο' Π' Ι' Τ' Η' Λ' & Τ' Ε' Ο' Ν' egredior, vt ad aquæ caput redeam, iuxta quod Dea sedens: † de nuptiis, inquit, quibus obnoxie faueo, pauca dictura sum, si semel manus in hoc sacro fonte lauero. nam si Caius in l. j. ff. de orig. iur. de iure ciuili nihil illotis manibus tractari decere eleganter dixit, quanto magis idem nos facere conuenit: cū de iure diuino disserere auſpicemur, hoc est, de coniugio: quod quidem iuris diuini æquè vt humani penitus communicationem continet. l. j. ff. de rit. nupt. & in eo amor perfectissimus versatur. l. iij. ff. de donat. inter vir. & vxor. vnde verò matrimonium originem acceperit valde controuertitur. Iuriconsultus in l. pen. §. huius. ff. de iustitia & iure ab illo iure naturali reuocat, quod est commune cum brutis similiter liberorum procreationi & fœtura studentibus. Hinc, inquit, descendit maris & fœminæ coniugatio, quàm appellamus matrimonium. Cæterum cum dicit, hinc descendere, minimè fallitur quoad extrinsecum amoris & coniunctionis vinculum, sic in l. i. de suspectis tutorib. ff. descendit suspecti crimen à lege xij. tabularum, id est, primùm detecta est ea lege suspecti tutoris accusatio. inde sunt illa verba summi Dei quæ brutis pariter dicta sunt: crescite & replete terram, & reperita post diluuium genesis. i. cap. 9. quæ verba ferarum sobolem ab humana, legitimam ab illegitima non separant. §. liceat. quibus. mod. natural. est. legit. col. 6. sed quia est alterum ius naturale datum homini, id est, ratio vel æquitas, per quam dicitur imago dei, genesis cap. 1. l. pen. de iustitia. ff. ab hoc iure simul institutum matrimonium, & dilectio mutua maris, & fœminæ cū duo animi vna carne cōglutinentur ex dei præcepto Apostolus id enarrat ad Ephes. ca. 5. & d. l. 3. de donat. inter vir. ff. l. i. de ritu nuptiar. Proinde Iupiter, qui cælum vagis impleuit amoribus, Iliad. lib. 14. faretur, se nunquam vllius aut deæ aut mortalis fœminæ sic amore victum, ac tum fuit Iuhonis, cuius nomen *Ἰεξ*, *Ἰεξ* τὸ εἶρωτος, id est, ab amore denominatur, quoniam Ioui sit amabilis, vt vult Socrates in Cratylo. Perfecit mutua coniugij a fectio, vt Alceſtis Pelei filia pro Admeto mori præoptauerit: atque vt Orpheus inferos adire non formidaret, quò Eurydicen vxorem defunctam accerseret & recuperaret. Hæc est sancta sponsio, & fides, quæ inter tria selectissima bona matrimonij numeratur, canon. omne. 27. q. 2. Succedit secundò proles iusta, qua orbis totus nedum ciuitas repletur. l. j. ff. sol. matrim. natura enim sagax & prouida dulcem voluptatem amoris machinata est, vt per eam tandem homines deliniti, liberis student: quod alioquin vix ratione facerent, sicut Claud. Galenus considerauit. hoc modo genus hominum mortale & caducum, ferè æternum redditur successione liberorum. l. liberorum. §. fin. ff. de verbor. signific. & hi vitam à maioribus acceptam, tanquam facultates, debent posteris suis: qui rursus quotquot agnascentur damnabuntur statim ad vltimum supplicium: nec hætenus quisquam mortem vitauit. §. deinceps de nupt. col. iij. nisi natura artificio immortalitas simularetur. §. i. ead. col. & in l. lege. C. de legit. hæred. est itaque homo quidam mortalis deus, nec immeritò Pyrrhoni Academiò gratissimus fuit Homeri versiculus, apud quem Glaucus Iliad. lib. 6. ait:

Ο' ἰηπες φύλλον γενεῆν, τοῖν δὲ κα' ἀνδρῶν,
Tale genus verò est hominum, quale est foliarum.

id est,

Nimirum ventus folia excutit ex arboribus, quibus alia Veris tempore reuirescunt, & sufficiuntur. Refert Iulius Pollux libro 8. legem fuisse latam Lacedæmone in eos qui serò vxorem duxissent, non modò in cælibes. sed & lex Papia orbos duriusculè multauit, nunc obliterata. l. fin. C. de infir. pæn. cælib. Itaque pænæ cælibatus prorsus sublata sunt, non eorum præmia qui liberos sustulerunt, qui in honoribus decernendis æquissimè reliquis præferuntur. l. in albo. C. de decu. lib. 10. extat oratio Augusti apud Dionem Cassium lib. 56. aduersus eos qui ducere vxores recusabant tunc tempestiua cum bellis tum externis tum ciuilibus Respublica exhausta esset hominibus, cui gignuntur. l. i. sol. matrim. l. i. §. & generaliter. ff. de ventre in poss. vbi illud Platonis exprimitur, neminem sibi soli nasci sed Reipub. vt etiam Metellus Numidicus docet apud Gellium lib. 1. cap. 6. neque, inquit, cū vxoribus satis cōmodè, neque sine illis vlllo modo viui potest. nuptiis enim solis verè sunt homines. §. rursus de restitutionib. & ea quæ parit. col. 4. merito cælibibus coniuges præferuntur: nam & valentiores videntur, & perspicaciores: vt pote qui quatuor manibus, & oculis totidè, cōtributa vxoris facultate, nituntur. Forsitan insurget aliquis fretus auctoritate Ambrosij, &

cælum virginibus impleri exclamabit, sicuti terram nuptis, can. nuptiæ. 32. q. 1. verum scitè Musæus in Læandro:

Παρθενῶν ἡ ὑπερὶς ἰαίνεται.

hoc est,

Virginibus non delectatur Venus, sed potius sacris nuptiis, ex quibus virginis gignuntur, non ut flosculi & poma mellita ex cariola radice, quemadmodum videtur Hieronymo in can. tunc saluabitur. 33. q. 5. sed magis ut riui, quos deductos aspicias ex hoc fonte nitidissimo.

Habes iam duo nuptiarum bona, nempe fidem & prolem: † superest tertium, quod refertur in d. can. omne. 27. quæst. 2. & consistit in occulta quadam diuinitate, quæ inest matrimonio, quod idcirco sacrum appellatur, estque sacramentum omnium antiquissimum. Hinc est quod vxor humanæ rei, & diuinæ domus sociæ dicitur, aduersus quæ famosa actione neque viro, neque hæredibus agere licet. l. aduersus. C. de crim. expil. hæred. l. j. & ij. ff. rer. mot. humanæ, inquam, rei sociæ est, ut intelligatur penè videti dominam rerum ipsius mariti. d. l. j. ut taceam pactiōnem iureiurando non leuiorem in æde sacra adiectam, qua coniuges victuros se pariter obtestantur, & si res exigat, alterum pro altero mortem opperiturum, sicut fecit Alcestis pro Admeto rege marito ægrotante. nam quod tacta ara promittitur, plus habet vinculi & sacramenti. l. pen. C. si minor se maior. dix. Et quamuis natura viro parere mulierem præceperit, non tamen vsque adeo ut seruiat omnino, sed sic morem gerat dictoq; audiat quomodo patri filius. can. est ordo. 33. quæstio. 5. Certè ut vir Dei, sic mulier hominis imago. can. cum caput. ea. quæst. Quod autem habetur in d. l. aduersus, eam esse diuinæ domus sociam, pertinere verius est ad cælum ipsum, in quo Deus tanquam in folio residet, Matthæi 3. ca. ex quo animum demisit, & amorem, cuius vinculo coniuges necantur. can. fœminæ. 30. q. 5. l. ij. ff. de don. int. vir. l. j. de rit. nupt. nam ab Homero libro primo Iliad.

Θεοὶ ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
vocantur, id est, Dij cœlestes domos habentes. &

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

Libro nono Æneidos. Vel diuina domus accipietur pro templo, ut l. ab sit. de priuil. dom. lib. 11. C. tamen titulus præiudicat ibi pro imperiali palatio cap. l. xij. ff. ad Turpil. non in §. si verò quis. de alienati. & emphy. col. ix. imo in l. fin. de exactorib. trib. lib. x. C. planè expedit coniuges eiusdem esse religionis. l. ne quis. C. de iudæ. cap. gaudemus. de diuotr. cap. de illa. eod. si modo id curæ iurisperito fuit. † Verus quoque mos sacrum non nihil esse in matrimonio declarat, cum nouæ nuptiæ faciem de tæda præferri solitam sciamus. atqui tantam factorum luminibus experitam Plinius testatur lib. 16. cap. 10. nam faces quæ lucis tantam causam præferbantur de spina confectas Massurius auctor est, in memoriam pastorum, qui talibus vsi traduntur, dum Sabinas raperent duce Romulo, nec dubium est, quin nuptiæ in templis ad aram celebrarentur, ut Lucretius ostendit lib. 1. de Iphigenia immolata à patre loquens:

Tremebundaque ad aras

Deducta est, non ut solemni more sacrorum,

Perfecto possit claro comitari hymenæo.

Neque obest. l. Easilicam. C. de operib. public. vbi in basilica prohibentur nuptiæ celebrari, quoniam non ibi definitur de sanctissima cæremonia, quæ ritè per auspiciem sacrificium, dum sponsi conueniunt ad aram, adhibetur: sed de reliqua festiuitate ac tripudio iubilòque nuptialis hilaritatis, verbis obscænis vix vacante. neque sacramentum à matrimonio auellit, quod Vlpianus ait, id descendere à iure naturæ cum brutis communi. l. 1. §. pen. ff. de instit. & iur. quia descendit quidem ab eo, sed non perficitur ab eodem sine altero iure naturæ, quod semper iustum est & cum deo commune. l. pen. eod. à quo adulteria puniuntur inulta feris, & brutis reliquis, nisi quis columbas veneri sacras excipit, auctore Plinio. igniculus ergo matrimonij & coniunctio descendit à iure illo naturæ, non expolita consummatio vel. l. de suspect. tutorib. huic enim vis quædam cœlestis miscetur. l. 1. de rit. nuptiar. Quantum verò iura fagent nuptiis inchoandis, † tantum prorsus à diremptione abhorret. l. consensu. C. de repud. ideo quia in eis est diuina illa coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. §. j. de pat. potest. ex quo elicitur syncetus sensus. l. hoc genus. ff. de conditio. & demonstratio. vbi legatum Mæuiæ, si Titio non nupserit, post mortem Titij solum cedit. sed & alij nubendo, inquit Iulianus, nihilominus legatum capere potest. Hoc est (ut ego quidem sentio) sicut mortuo demum Titio, Mæuia caperet legatum, ita etiam nubendo alij, puta Seio, cum quo futurum perpetuò matrimonium præsumitur. d. §. j. de pat. pot. quare iam exploratum est Titio nunquam nupturam. l. cum ita. ff. eodem. sic si fiat sacerdos aliquis. §. quæ verò de nuptiis columna quarta. licet accidat professiōnem deserit.

Hoc

Hoc amplius quòd non nubendi conditio de primis intelligitur. l. dotis. ff. de iur. dot. quam Accurs. in eam l. hoc genus. pro contraria adferre non veretur: sic neutram se intelligere confitens. Hunc sequitur turba interpretum, qui volunt magis esse, ne si mortuo verè Titio Mæuia legatum assequatur. quòd perquam iniquum est, cum semper Titium recusatata conjiciatur, quæ alij nubere maluit. l. si. ff. de diuor. idque ex natura matrimonij. quod, voto eorum qui cœunt, est perpetuum sicut dotis datio. l. 1. ff. de iure dot. ideo alter sine alterius consensu castitatem vouere nequit. can. beatæ. 27. q. 2. Et quia perpetua erat coniugij coniunctio. † ignis & aqua nuptijs adhibebantur, ut duo precipua elementa, quibus vita cõtinetur. l. pen. §. fin. ff. de don. int. vir Vergilius in Diris ad Lydiam

Quamuis ignis ero, quamuis aqua, semper amabo.

Hoc est, etiam si moriar, redeuntibus ad sua principia elementis, amabo tamen, nec ignotum est aquam & ignem summis fœderibus adhiberi olim solita ut idem poëta aperit libro 12. Æneid.

Alij fontemque ignemque ferebant,

Veluti lino.

vbi Seruius ait, eos quos à nobis segregamus, aqua & igni priuari. vnde vetus aquæ & ignis interdictio: cui successit deportatio. l. 2. §. 1. de pœnis. hinc liquet arctissimum diuinumque vinculum nuptijs neci. ex quo Artemisia Mausolum virum, regem Carix, fato perfunctum ardentius amauit, eiusque desiderio flagrans ossa & cinerem eius doloribus mixta contusaque ebibat, sepulcrumque ei ædificauit, quod inter septem orbis miracula nomen haberi iuxta quod est Mercurij, & Veneris cuiusdam fanum, † è quibus Dijs natus fertur Hermaphroditus vtriuque sexus princeps, altero semper potentior. l. quæritur. ff. de stat. hom. ut docet Aristoteles. quare non facit tertiam speciem, sed eius censetur sexus, quo præualeat, quare si masculo præualeat, totus erit in testamento. l. 1. §. ff. de testib. Est non procul à fano Salmacis fons, in quem conuersam accepimus Nympham eiusdem nominis, quæ Hermaphroditro per vim potita esset. de qua loquitur sic Ouid. lib. 4. Metamorph.

Denique nitentem contra, elabiq; volentem

Implicat ut serpens.

Meritò notauit Accurs. l. j. C. de rapt. virg. pœnam raptus in muliere locum sibi vindicare, si aliquando adolescentem rapuerit. Vitruuius lib. 2. cap. 8. fabulosum putat, quod aiunt Salmacidis fontem eos qui biberint, effœminare, atque ad eum fontem mansuetos homines, & è ferinis moribus ad comitatem traductos refert. Cephalum ab Aurora raptum nulli poëta non dicunt: quod si libidinis causa rapuit etiam armis, ea sola causa inspicitur & plectitur. l. verum. ff. de furt. vbi qui ancillam alienam quæstui turpi expositam rapuit libidinis causa, de furto non tenetur, secus si meretrix non esset. l. fullo. §. qui ancillam eodem, nam cum hæc sit vendibilis, censetur lucro quoque inhiasse, ut habet nostra coniectura. hodie verò cum serui esse in Gallia desierint, si mulier adolescentem raperet, an dotem amitteret ut ex quinque legibus enumeratis in l. 3. ff. de bonis damnat. certè vna est vis publicæ: id est, armata. §. recuperandæ de interdict. & non putem rapinam ac vim libidinis delicto aboleri. l. 1. vers. quæ multo de raptu virg. C. igitur dos mulieris sine fraude mariti publicabitur. maxime cum ei à natura pudor innatus esse solet. l. pe. contrahen. stipul. C. vnde impudentia proacitate exacerbatur scelus naturæ adeo repugnans & legi, sicuti Aristoteles problematū sectione. 29. §. x. 1. notat, more maiorum iniquius fuisse mulierem occidere, quam virum sexu nobiliorem: cum illa sit imbecillior, & ad iniuriam faciendam minus potens, aut ad resistendum facienti.

OBSERVATA IN CAPVT VNDECIMVM.

- | | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | Nulla iure nuptias sine patris consensu consistere. | 4 | An raptori quæ rapuit ducere permittatur. |
| 2 | An per omnia sacro iure censetur matrimonium. | 5 | Periscoloria quæ appellantur. |
| 3 | An liberi ad matrimonium à patre cogi possint. | 6 | Quid sit Nardum purum in iure, quid Nardostachys. |
| | | 7 | Gemma à lapillis an differant. |

CAPVT XI.

Non prius rerum mearum euentus, Venerisque mellita colloquia omnino referam, quam receptam iam pridem sententiam refutauero, eorum qui existimant sine patris consensu liberorum matrimonia, iure saltem pontificio, consistere, quæ hæcenus seruata est, vt à me anus reprehenderetur. quid enim durius? quid vsquam iniustius quam puellam patris inuiti inimico nubere? cum ne quidem honesto viro filiam inconsulto parentis canones desponderi permittant. nam iure ciuili quin sit hoc prohibitum nullus dubitat. l. ij. ff. de rit. nupt. §. j. de nuptijs. nec tribuo hoc totum ius patriæ potestati, cum videam patre deficiente matris consensum desiderari, quæ non habet in potestate liberos. l. in coniunctione. C. de nupt. l. nulla. ff. de suis hæc edib. accedit illud Euaristi summi Pontificis: aliter non sit legitimum coniugium nisi à parentibus tradatur. can. non omnis. §. fin. 32. q. 2. subdit can. honorantur. Ambrosius, in quo negat parum prudentis esse virginis maritum si eligat, fretus Euripidis testimonio, apud quem in Andro, Hermione Menelai filia, cuius connubium Orestes petebat, responderet: *Νυμφευμάτων μὲν τῆς ἀμῶν πατὴρ ἔμελλε μὲν εἶναι τὸ ἐκ ἐμῶν λελόντων τῶνδε.* id est, sponsaliorum meorum pater meus curam habebit, & non est meum hæc statuere. Quamobrem ingrata est filia & indigna successione, quæ nubit ante xx. v. annos inconsulto patre. §. causas. in fi. in auth. vt cum de appell. cogn. col. 8. At dices, ergo stat interim coniugium: nihil ibi lex aperit. forte pater finit, cum sit iam vitiata filia ægrè alij viro collocabilis à concubitu, secus si consensus sine sterisset solummodo: quia facile filiam à sponso auelleret. vel in tanta re affectus punitur. l. cum qui glossa ibi. C. de adulter. Nec oberit l. i. §. fi. ff. de liber. exhib. vbi benè concordans matrimonium non debet temerè à patre dirimi. quia hoc verum, cum à principio ei consentit, & postmodum morosa nurui insensus est, ac libellum ei mittit repudij reluctante filio marito. vt in l. cum hic. si focer. ff. de donat. inter vir. nisi ex magna causa. l. dissentientis. C. de repud. at sponsalia pater sine delectu soluit. l. in potestate. ff. de test. fal. hæc attingo altius. ideo quod multi tractauere lambentes illum locum quem non perspexere. Obijci audio, in sacris negotijs patris consensum non desiderari, vt si filia religionem profiteri voluerit. can. puella. 20. quæstion. 2. quod quidem nihil obest. nam & patria potestas sacra est, simul cum tali religione nata. l. veluti. ff. de iustitia & iure. inde filium in sacris esse dicimus, hoc est, in patris potestate. l. pen. C. de bon. mat. l. j. C. de offic. prat. adde religionem quam filius filiaue optant, semper videri præsumique iustâ & sanctam, non perinde in sponsa sponsæ euenit, cum indigni plerunque inconsulto patre eligantur à liberis, præsertim à mulieribus, quæ hæc in re aduersus propria commoda laborare solent. l. si pater. C. de sponsal. planè satius est nubere nunquam alicui, quam indigno nubere. l. cum ita. ff. de condi. & demonstratio. Quamobrem piè & sanctè parentes in hoc consulentur, vt sibi generos & nurus eligant, natalibus & facultatibus pares. † Nec ad eò factum est matrimonium, quin pro illo munera licitè vltra dotem accipiantur. d. can. bon. oratur. 32. q. 2. præterea satius est vinculum patris & filij quam coniugij. l. non vt à patre. ff. de capti. illud natura acclit, hoc eligitur. cumque matrimonium solutu difficile sit. l. consensu. C. de repudijs quamuis favorabile sit, præstat ab initio impediri, quam post querimoniam de contracto institui. exemplo liberratis quæ cum sit irreuocabilis, facillimè impeditur. l. ea quidem. C. si mancipium ita fuerit alien. l. si ex causa. §. fi. de minorib. ff. Addit Iustinianus §. i. de nuptijs, naturali & ciuili ratione factum, vt iussus parentis præcedere debeat liberorum nuptias, igitur hoc ius naturale violari nullo modo poterit. l. venia. C. de in ius vocad. atqui Paulus lib. 2. receptarū sententiarū tit. de nuptijs, contractū inconsulto patre matrimonium non dissolui respondit postea eo refragante, quod Iustinianus merito in libros Digestorum afferre fastidiuit. nam ita facile eluderetur paterna reuerentia. Quinimo contractæ in se o patre nuptiæ, eo postea consentiente ita confirmantur, ne retroagatur consensus ad initium matrimonij. & ideo liberi interim nati iusti nō sunt: velim hoc notari diligenter ex. l. si vxor. §. fi. quis vxorem. ff. de adulteris & hoc ciuili iure. Non obest quòd ex Dei præcepto antiquissimo relinquit homo patrem & matrem, & adheret vxori. Genes. i. cap. quia de vxore iusta præcepit Dominus, qui nuptias iniquas ratas non habet, sic in decalogo iussit nos obedire parentibus, nimirum æqua imperantibus. can. si dominus. ii. q. i. non reip. vel principi insidiantibus. §. causas. vt cum de appel. cog. col. viij. l. minimè. ff. de relig. & sumpt. nam pietatis ratio offenditur, si à patre nolente filius separetur. l. plerunque. ff. de ædil. edict. secus si sequentur, vt Catullus ait,

Quod pepigere viri, pepigerunt ante parentes.

igitur non adheret coniunx coniugi firma societate nisi etiam iusta. sic vtique iubet Prætor

tor pacta seruari: hoc est, legibus & moribus probata. l. iurifgentium. §. Prætor ait. ff. de pact. eò spectat. l. sufficit. l. seq. de sponsalibus. ff. vbi perbellè explicatur. id quod dicitur in can. sufficiat. 27. q. 2. nempe sufficere matrimonio solum eorū qui coniunguntur consensus secundum leges, inquit, non simpliciter, quid autem leges sentiant habetur in §. i. de nuptijs. & can. aliter 30. q. 5. præterea in d. canone. sufficiat. solum coniugum consensus nō excludit patris consentionem, sed concubitum. atque ita mox declarat iuxta l. nuptias. ff. de regul. iur. vt tamen sciatur à voto concubitum sequi ob sobolem. l. denique de ritu nuptiar. ff. sic dicimus stipulationem perfici consensu. l. continuus. §. i. de verbor. oblig. ff. id est, consensum esse præcipuum fundamentum eiusdem sed & solemnia desiderari & cōtinuā responsonē. d. l. cōtinuus, scitè igitur interrogatur Aristoteles Cyrenæus an amor fieret coitus gratia apud Stobæum, respondit: neque eius gratia, neque sine eo. At dicit quispiam, si tantopere patris consensus ad matrimonium expetitur, cur est omissus in definitione matrimonij §. i. de patria potest. Respondeo satis ibi exprimitur, eo quod est maris & fœminæ cōiunctio indiuiduam vitæ consuetudinem continens. nam coniunctio quæ in scio patre facta est diuidua proculdubio censetur & illico separabilis, si filius est in potestate. nam pater emancipans filium consensisse intelligitur vt liberè quiduis agat. l. 25. de ritu nuptiar. ff. Nec quia sublata est differentia patriæ potestatis & emancipationis in §. nullam de hæredib. ab intestat. col. 9. quoad respicitur intestati successio, sublata creditur in contractibus, quorum sanctissimus est matrimonium. quod si quis retorqueat in contractibus filium obligari tanquam patremfam. excepto mutuo & voto. l. tam ex. ff. de iudicijs. l. 2. de pollicitation. ff. respondebo filium in ijs quæ personam suam spectant non obligari liberè inuito patre l. i. ff. de liberali caus. cuiusmodi est matrimonij vinculum sanèque sacrum, nec voto ab simile, si tamen benè sit concordans matrimonium & forte liberis subnixū. suadetur patri ne acerbè potestatem exerceat cum nepotum opprobriō. l. i. §. fin. de liberis exhib. ff. Quod de filia dictum est, ad filium peræquè transfertur, cum d. l. ij. ff. de rit. nupt. sine differentia loquatur, & can. non omnis. §. fin. † Hoc interest tamen, quòd filius se dignam puellam ducere à patre cogi nequit, filia cogetur nubere, nisi turpem, indignumque moribus virum obtulerit. l. sed ea. cum seq. ff. de sponsal. Meminerint tamen viri, familiares ali inimicitias à muliere, quæ nolens ducitur, & si parentes consentiant, sitq; matrimonium cum violenter abducta. can. de raptoribus. §. puellæ. 36. quæst. i.

† Contrà si puella raptori assensum præbeat, patre dissentiente, & querente, puella patri redditur. d. can. de raptoribus. in princip. quod si pater rapinam iniuriamque talem dissimulet, qui antea reclamabat, iure ciuili nō confirmatur matrimonium. l. vnic. de rapt. virg. C. & in auth. de raptis mulierib. col. 9. sed pontificio. can. denique. 36. q. 2. Hoc seruauit olim Romulus, cum Sabinas, à pastoribus adiutus, rapuit, postea parentes reconciliauit. in hanc partem accipio cap. cum causa. de raptor. vbi dicitur parentes reclamasse, deinde matrimonium perfectum fuisse, parentibus tandem consentientibus, de quorum cōsensu tacuit, quia præcipua dubitatio in eo non versabatur. quare manifestius id in cap. seq. explicat, & nobiscum facit.

His explicatis, & ni fallor, persuasis, visamus denuo Venerem ac currus sui ductrices columbas, quæ cum picta colla fonti subinde immergebantur, & cum exirent, guttas vnionibus similes huc atque illuc spargebant. picta vocat Apuleius, † nos versicoloria diximus, vel quia varios colores referant simul, vel quòd vnum tantum colorem habentia, in alium atque alium mutare videantur. nam M. Tullio placuit libro 2. Academicarum quæstionum, plures videri in columbæ collo colores, nec esse plus vno. & Hieronymus, columbarum, inquit, colla ad singulas conuersiones colorem mutant. refert Rhodiginus libro 9. cap. 31. Arcus quoque cœlestis multicolor & versicolor sapissimè vocatur. & Vergilio lib. 4. Æneid. Iris deuolat,

Mille trahens varios aduerso Sole colores.

De eadem loquens in 2. lib. de raptu Proserpinæ Claudianus ait:

Nec sic innumeros arcu mutante colores

Incipiens redimitur hyems.

Rectè igitur Vlpianus voluit in l. si cui. §. fin. de leg. iij. versicolorij appellatione venire laminam tinctam, cuius natiuus color mutatus est. Grammaticus insurgit, & ait versicoloribus propriè contineri, quæ varios colores habent, idque probat ex Cicetone, qui collum columbæ, & pauonis caudam versicolorem vocat. Id quod de collo columbæ obijcit, nobis fauere iam ostendi: tamen si p. a. s. i. m. vsurpari versicolorem pro multis coloribus picto demonstrat, nec nos disireamur, tamen non expedisse illum quid Vlpianus voluerit, ostendam, in d. l.

si cui. per cuius totum contextum non quidem de veste, sed de lana agitur, quæ naturaliter vnum tantum colorem habet, seu album, seu nigrum, seu alium, vt sensit Vlpianus. nec quisquam, nisi perraro, variorum colorum lanam vidit in vellere. quocirca verba testatoris exponens de lana tantum loquentis, necesse est versicolorem eam interpretari, quæ in alium colorem versa sit, Planè Genes. 30. cap. recitatur astutia, qua Iacob effecit, vt oues Laban multicolores & maculosos agnos parerent, proponens gregi ad fontem appulso, virgas dissimiles, quarum varios colores, matres dum conciperent, obseruabant. sed hoc inusitatum est, & locum habet. l. ex ijs. ff. de legib. De lanæ natiuo colore, præter pullum & candidum, nonnulla infra describemus, quæ ipsa in re præsentia vidimus. Hinc ergo abeundum est, quauis id inuiti faciamus, ne lauantes se Venerem contemplerur: loturam coniectura confectus sum, eo quòd Aglaia Charis, † vasculum attulit ex Sardonyche, in quo, nasi mei iudicio, erat vnguentum pretiosissimum ad voluptatem faciens, non ad sanitatem: quòd à Iurisconsulto Nardum purum nominatur, in l. in argento. §. j. ff. de aur. & arg. & Nardum pisticum, quo Maria vnxit pedes Iesu, Ioannis 12. cap. id est, fidele, ad differentiam corrupti & adulterini, aut impuri. quoniam Nardum facile adulteri ostendit Dioscorides, lib. 1. cap. 6. vocatur & spica, quæ Græcè Nardostachys dicitur, l. fin. §. diui. ff. de publican. lauacris principum spica frequentius adhibebatur. Iui, vt verisimile est, mæstus, quòd nihil à tam celebri & dulci Veneris & Gratiarum cœtu abeundum esset, quo vehementissimè capiebat: perambulauit ripam amnis limpidi, cinctam Populis Succinum lacrymantibus, & gemmis multis ac lapillis plenam. † Gēmas & lapillos sic distinguit Vlpianus. l. & si non sunt. §. pen. ff. de aur. & argent. vt illæ sint pellucidæ materia, vt Smaragdi & Amethysti, hi contrariæ superioris naturæ, vt Obsidiani. Hinc passim autores vtrunq; nominatim iungunt sicut diuersa, maximè Plinius (quo teste Grammaticus lib. 6. contra sentiens vititur) sic ait lib. 2. ca. 63. auti argentiq; venas & æris ac plumbi metalla fodientes, gemmas etiam & quosdam paruos quarimus lapides. Tibullus lib. 1.

Non lapis hanc gemmâq; inuuant. Martialis.
Gemma vel à digito, vel cadit aure lapis.

Seneca libro declamationum secundo:

Nunquit gemmas, & ex alieno littore petitis lapillos?

Plinius idem lib. 37. cap. 1. Victoria illa Pompeij primum ad margaritas gemmasque mores inclinavit, nam margaritæ propriè à gemmis & lapillis differunt, vt & Vlpiano videtur, licet ille reprehensor lapillos, ex quibus mulierum inaures fiebant, margaritas semper fuisse arbitretur. quia sapissime, vt in l. pediculis. §. fin. ff. de auro & argen. leg. vbi elenchos commemorat, qui ex procerioribus margaritis fiebant, fastigiata longitudine, à labastorum figura in plenioribus orbem desinentes, teste Plinio. Alciatus frigidior quàm par sit, adducit pro Vlpiano Etymum duntaxat, quia gemma, quasi gemina appelletur, & ita pelluceat. audiamus quæso Macrum Poëtam, non malum autorem, cuius versus sequentes sunt:

Gemmis à gummi nomen posuere priores:
Quòd translucere gummi splendentis ad instar.
Nomine sed lapidis species signatur vtraque.
Propterea lapidum titulo liber iste notatur.

Est ergo lapidis nomen generale & speciale, vt adoptionis. l. j. ff. de adop. cum speciale est, à gemma discrepat. cum generale, ipsam comprehendit, vt l. si. §. diui. ff. de publica. & forte etiam margaritam complectitur, vt l. argumento. §. margarita. ff. de aur. & argen. Itaque disputat Vlpianus de mera vocabuli proprietate, iste de licentioso vsu. Cauet ille testatori, qui legauerat alteri gemmas, alteri lapillos nempe mordicus nominum proprietatem retinens: Valla verò reprehensionis libidine potius quàm Iurisconsulti odio incensus, æquitatis & veritatis immemor redditur. Vt ecce, Deus creauit hominem, quis dubitat quin hac voce & mulier veniat? l. hominis. de verb. sign. alius dicit mulier se mulierem vidisse per quàm propriè sic mulierem & virginem. l. alioquin de contrah. empt. cum mulierum deliciae sint virgines. exempla possum afferre innumerabilia, non discedam à gemmis: reprehensor ait Murthinum Plinio gemmam esse, Vlpiano non, d. §. pen. cur tam variè? nisi quia hic de proprietate loquitur, vt Plinius etiam lib. 37. cap. 1. proximum locum in delictis foeminarum. tamen adhuc Succina obtineat, eandem omnia hæc quàm gemmæ autoritatem, sanè maiorem aliquibus de causis Crystallina & Murthina. Si lapis ex parte transluceat, ex parte non, qualem in hac ripa nactus quendam sum, vt in Cypro inuentus est Smaragdus, partim lapidis, tunc potiori cederet non pretiosiori, sed maiori, cui quod reliquum est, accedat. l. quaritur

tur. ff. de stat. hom. l. et si non. §. fin. ff. de aur. leg. Quòd si neutra materia ab altera superetur neque gemmarum legatario debebitur, neque lapidum. l. quæsitum. §. si quis eodem. ff. de fund. instr. ita omnis scrupulus sublatus est, nec est cur obganniat aduersarius.

OBSERVATA IN CAPVT DVODECIMVM.

- | | | | |
|---|---|---|--|
| 1 | <i>Ara ignis sempiterni Veneri Astarte sacra: de focaria & donatione militari, quod nihil non sit perpetuum subrogatione in iure, etiam tota natis.</i> | 5 | <i>Illustratur l. si qua. de spectacul. lib. 11. C. & Lucretia Romana an iure occisa.</i> |
| 2 | <i>Voto filius. & seruus non obligantur, & quare.</i> | 9 | <i>Mortem conciscere sibi, olim licitum amoris vehementia: ante tempus solvere vel petere an liceat.</i> |
| 3 | <i>An pictura cedat tabula, vel contra.</i> | 7 | <i>Infelix Cupido, quid in iure de mensa & lecti symbolo, enarratio Virgiliani carminis.</i> |
| 4 | <i>Declaratur l. in rem. §. sed & id quod. ff. de rei vendic.</i> | | |

CAPVT XII.



RELIGIONE impedior, ne cuncta quæ ad Venerem & Amorem spectant sacra & mystica prorsus recitem: nam me plura referre conantem Deæ ipsius imago per somnum terruit: vnum implorata venia, non silebo, quòd me ab amnis amœnissima ripa diuertere impulit: occurrit † igneus quidam odor, qui nihil redoleret aliud quàm Amomum, lignum Aloës, & Castam credidi ego tibi Phœnicem sua facere incendia, quæ centesimo quoque anno renouantur, fragrantiam adeò suauem sensim secutus sum, donec ad ædem veni Veneri Astarte sacra, Corinthio structuræ genere, id est, florido & gracili ædificatam, de marmore Pario translucenti, nec dubitatur aqua acetouè ignem vulgarem extinguere. l. quæsitum. §. acetum. de fundo instr.

At contra hunc ignem Veneris, si non Venus ipsa,

Nulla est quæ possit vis alia opprimere.

vt apud Gellium Valerius Aedituus rectè scripsit. vnde focariæ vocat imperator amicæ cuiusquam. l. 2. C. de donati. inter vir. vbi non sinit lex militè donare focariæ suæ & ab ea spoliari: quia sciat à poëtis. nō frustra Martè iunctū Veneri, & procliuēs in eam nimium qui sequuntur arma & castra. cum non ita donatio alijs viris affectionis causa prohibeatur vt superius iam patefactum est. l. affectionis. ff. de donati. Inde in l. 3. C. de conditi. insert. dubitatur an turpis sit conditio iniuncta alicui habitandi cum focaria testatoris & matre eius, & rescriptū est eam licitam esse, ac parendi necessitatem inducere: nimirum cum de legatarij senis persona dubitari nequit, nec de matre focariæ à moribus filiae aliena. planè hæc Venus Astarte, alioquin Syria dicta est, & nupsit Adonidi, vt vult Cicero lib. 3. de natura Deorum. huic rem diuinam fecit valde addictus mulieribus Salomon libro tertio Regum, cap. 11. vbi fertur coluisse Astartem deam Sidoniorum: est enim Sidon vrbs in Syria. Super eā ardebat ignis odoris eximij, nec aqua quidè extinguibilis, quemadmodū ignis sacrificij, qui septuaginta annos Babylonicæ captiuitatis sub aqua in pureo vixerat. nam cum in Persidem victi ducerentur Hebraei, tunc Sacerdotes dei ignem de altari sumptum occuluerunt in valle, vbi erat pureus siccus, tandem repertus ignis post aquam, Machabæorum lib. 2. cap. 1. can. sicut. i. q. 1. nam & charitas perfecta nunquam deficit, vt ait Apostolus ad Corinth. 1. cap. 3. nec amor perfectus, non magis quàm lucerna veneris ex lapide Asbesto intus apta, iugiter ardens, vt refert. D. Augustinus lib. 21. de ciuitate Dei cap. 6. sic & ignis Hephæstij montis in Lycia aduersus aquas contumax, quàm disparem vim habuit ignis Vestæ, Noe siue Iani, vxori sacer, vt refert Myrsilus Lesbios in lib. de origine Italiae, de quo in xij. tabulis sic cautum fuit: Virgines Vestales in vrbe ignem foci publici sempiternum custodiūto. nam cū de flamma nulla nascatur animalia, meritò virginibus conuenit: sed ignis vestalis quorundam Calèdis Martijs reficiebatur nouus, sic æternus fingebatur. l. proponebatur. ff. de iudicis. vbi per subrogationē aliquid dicitur esse perpetuū. l. eū debere. ff. de seruitur. urban. nō igitur erit imposs. promiss. æternū parietē præstadi, aut æternā nauē trajiciēdo flumini. nam quæadmodum vna & eadem nauis censetur, quæ carina manente alijs atque alijs tabulis

refecta est. l. qui res. §. aream. ff. de solut. ita qui totam nauem perentem alij negotio spondit, prorsus satisfacit crebra nauis integra suffectione, si fortè pristina nauis vi fluminis ablata sit. d. l. eum debere de seruit. vrb. quod vix est alibi obseruatum. sic æternum eluxit ignis ex Dei iussu accensus, Leuit. 6. cap. Amoris verò igne nihil durabilius, nihil vehemētius, qui feruor naturæ appellatur in §. sin autem. de non elig. sec. nub. col. j. & mulieris pulchritudo quasi ignis exordescit, Ecclesiastici 19. cap. procliu iam graduu serie de ara descendisse me sensi, cum descendere non putarem, postquam de aliorum more litassem. nam in ea nulla cædebatur hostia, sed tantum solenni prece deam venerari decebat, & cor spontè offerre & dedere, vt in ara Appollinis γενήτορος, Deli, quam Pythagoras vt inuolatam adorauit. ita enim Cloatius Velus docuit ordinatorum lib. 2. nam Amor ex consensu potissimam efficaciam accipit, & ex mutua voluntate. l. nuptias. ff. de reg. iur. l. iij. ff. de donat. inter virum.

Porro vota concipere quiuis pubes poterat, † præter filiumfam. & seruum, vt iure civili constitutum est. l. si quis. §. voto. ff. de pollicit. Quærit ibi Accurs. qui sit, vt filiusfamil. per conuentionem homini potius obligetur quam Deo immortalis. l. tam ex. ff. de iudicijs. responderet, cum Deo agi mitius. quæ ratio non magis filiofam. congruit quam cuius, alij nec video quare remissior sit Deus seruo, quam libero, si non solet personas acceptare. §. j. de monach. col. j. Quocirca scire debemus, Deum hominum summum creatorem ac principem, non semel hominis natura considerari & censeari, vt cum ait, descendam & videbo. can. Deus. 2. q. 1. inde fit, vt votis & munerum promissione capi eum quodammodo suspicemur tanquam contractu, do vt facias, can. magna. de pœnit. dist. 1. Euripides in Medea, Πάτρη δὲ δῶρα ἢ θεῶν λόγος, argumento est, quod diu tutelares ciuitate euocabantur carmine, quo templa & ludi promittebantur ex voto, si modo hostibus fauere desissent, vt ostensum ex Furij libris apud Macrobius, & in l. sanctum. ff. de rerum diuis. vnde Herculi Decimam bonorum partem vouebant Diuites, quod patrimonium eorum benè fortunare pergeret. d. l. si quis. ff. de pollicit. M. Tullius lib. 3. de natura deorum. nemo, inquit, decimam Herculi vouit, si sapiens factus esset, sed quod copiosus & opulens. nam votum est promissio, qua deo aliquid pietatis studio dedicatur. planè Ioui prædatori tēplum Romæ sacrum fuit, eo quod Romani bellum gesturi aliquid de præda Ioui pollicerentur, vt inquit Seruius, exponens illud in 3. lib. Ænei.

— Et diuos, ipsumq; vocamus
In prædam, partemq; Iouem.

Filiusfamilias vnà cum seruo à voti obligatione eximebatur, propterea quod nimium ad vouendum propensus vterque est. quid non promittit filiusfamil. si potiri puella liceat, quam sine patris consensu ducere nequit? si frui paternis opibus, vt l. j. ff. ad Macedon. Seruius etiam quicquid est Deorum promissis locupletat, si seruitutem possit effugere, si natalibus restitui contingat. Plenæ sunt Comœdiæ his pollicitationibus & votis maximè cum pleraque vota inconsculte concipiuntur. ideo quærit Diuus Augustinus, vtum Iephthe voto stare non debuerit, qui promiserat deo se immolaturum quicquid sibi à victoria occurrisset: obuia verò fuit illi filia. can. si non licet. 23. q. 5. ex cap. xi. iudicum. Fecit itaque ius in huiusmodi personis quod in mulieribus, quippe quas iuramento ea in re abstinere iussit, in qua facillimè iurantes peierabant, quamuis iurare vt vouere religiosum sit. l. ij. C. de indict. viduit. & in Auth. vt sine prohibitio. matres debitorum. §. quia verò. colla. vij. nam quod creberimè sit, si id duriusculè fiat, iura prohibent, & profusam facilitatem cœrent. l. j. ff. de donat. inter vir. l. nec in ea. ff. de adult. patre autem consentiente, vel domino, filius & seruus vota obstringuntur. d. l. si quis. can. mulie. 32. quæst. 2. quia non ineptis votis consentient, Corroboratur hæc opinio Homeri Iuriconsulto notissimi versibus, apud quem lib. 3. Iliados Menelaus singulare certamen initurus cum Paride, non ante sanctum fœdus ferire voluit, nec Telluri, Soli ac Ioui rem diuinam facere quam Priamus autor sacramenti fuerit,

Μὴ τις ἑσθρασίη Διὸς ὄρκια δηλήσται.

Αἰεὶ δ' ὁ πλοτερῶν ἀνδρῶν φρένες ἠπέρθονται. Id est,

Ne aliquis Iouis sacramentis, transgressione obstat. Semper verò iuniorum virorum mentes leues sunt. Tandem Priamo patre adstante Paris filius se religione ritè obstrinxit. Philo Iudæus in libro de specialibus legibus ait, prisca lege veritum quoque votum virginum & nuptiarum, eadem vtrique ratione: & quod alteræ in patris alteræ in mariti manu essent. sed patris autoritate ritè vouet, atque obligatur. d. l. si quis. de pollicit. Alciatus lib. pareg. 5. cap. 9. putat filium in patris sacris existentem sacra non habere, ergo nec sacris vinciri. Vel quia veritum sit ne quis supra facultates suas voueat, ipsum vero nihil habere.

Que

Quæ ex eo reptobantur, quod saltem quoad peculium seruus filius que tenetur, licet in sacris religiosisque, vt in iureiurando respectu diuini nominis vbique intercedente. l. seruus. l. quidam. de iureiur. l. qui per eadem. Quinetiam in sacris minus curatur patria potestas. §. nullus de sanctiss. episc. col. 9. in auth. deo enim patri cœlesti benignissimo præcipue obsequi decet. Pro ædium sacrarum parietibus pictas vidi expressas eorum, eorumuè imagines, qui, quæuè votum conceptum solennibus formulis, adhibuerant. artifices obiter ornamentum motiū, arborum, & columnarum cum crispis folijs & volutis. Hi fuerant Parrhasius Euenoris filius, & Apelles qui Venerem de mari exeuntem egregiè dipinxit, de quibus in §. literæ. de rer. diuis. quod si in tabula pinxissent tam claras effigies, dubitari merito non posset, quin picturæ tabula cederet. † Controuersia hæc nondum sedata est, & vulgò multum hæsitari vido, quid de ea re sentiendū arbitror ego facilitati consulendū, dicendum esse, cōmuni regula picturam cedere tabulæ, eò quia sine illa esse nequeat. l. in rem. §. sed & id. ff. de rei vendicat. Paulus ait, sed & id quod in charta mea scribitur, aut in tabula mea pingitur, statim meū sit, licet de pictura quidā cōtrā senserint propter pretium picturæ: sed necesse est ei rei accedere id quod sine illa esse non potest. Hæc ille. ex eodem §. elicitur exceptio, quæ habet, picturam pretiosam, auro forte & minio refulgentem, cedere tabulæ: ratio est, quia communi æstimatione illi præualer, & præualentiæ (vt sic dicam) standum: vt satis ostenditur §. in omnibus. qui illi §. sed id quod. subiungitur. † Nec obest, quod Paulus ait accedere picturam, quia sine tabula esse non possit, nam hoc statuendum in vulgaribus coloribus. licet, inquit ipse, propter pretium picturæ aliqui cōtrā & rectè senserint. ita hæc particula licet, interdum corrigit vt particula quamuis. l. 1. de alex. lusu. ff. l. vbi. §. qui vero. ff. de verb. oblig. ducit namque argumētum ab speciali, si in pretiosa pictura hoc locum habet, vt vincat tabulam, vulgaris igitur & vilis vincitur. sic accipio l. qua ratione. §. literæ. ff. de acq. rer. dom. vt pictura superer, cum aurea est, secus in literis quas paulò antè, licet aureas dixerat superari. Idem de alijs equè pretiosis coloribus. annotauit Vitruuius lib. 7. cap. 5. olim cautum, vt picturæ pretiosæ domini, non redemptoris, hoc est pictoris, impenla repræsentarentur, vt Minium, Crysocolla, Ostrum, Armenium.

Altera exceptio sic se habet: vbicumque pretiosa quidem pictura non est, sed plurimum excellit artificio, trahit ad se tabulam: idcirco ridiculū putat Iustinia. in §. literæ. vers. si quis. de rer. diuis. Apellis vel Parrhasij manum vilissimæ tabulæ cedere: nec ibide aliam ob causam carpit eos, qui tabulæ nimis concesserunt, quam quia de qualicumque pictura sine exceptione & differentia locuti fuere. expendamus, quæso, dictionem illam, qualiscunque, per quam id quod dicimus, innuitur.

Vidi tragicas amantium imagines arte & ingenio mirabili elaboratas, diu & multum aspexit Psyche, quæ sese excruciat ob lucernam accensam, quemadmodum Hero ob extinctam. Hippolytus Phædræ libidinem execrabatur, se merito exheredandum à patre attestans, si nouerit nefariam voluptatem molienti cōsensisset. §. causas. vt cum de appel. cog. col. viij. Phædra se contemni indignata adolescētis castitatem oderat, & aduersus eū machinabatur, Theæum instigatura, vt l. iij. ff. de inoffic. sed sagax pictor, is fuit Pamphilus Apellis præceptor, teste Plinio, cum in pingendis Heroïdibus Heroibusque omnē iā mœstitiæ imaginem consumpsisset, & indignationis, Cauni faciem auersam pinxit, velut tabulas ad se à Byblide sorore & amante missas exhorrescentis, vt incestum vitaret. l. & nihil. ff. de rit. nupt. optimè artis decorum pictor seruauerat, † quale in pictura potissimum præcepit Imperator. l. si qua. ff. de spectac. 11. C. nam effigies amatorias loco aptauerat.

Inciderunt tandem oculi in tristissimum TERGILLAE PUPPIAE simulacrum, QVAE (vt continebatur elogio) INTEGRA AETATVLA SVAVIVM DANS BLOSIO VINDIO ADOLESCENTI, ALLICIENTIBVS SE MVTVO OSCVLIS AC ANIMIS, INTERIERAT & rursus aliud huiusmodi: HANC MACTAVIT DIRVS AMOR. SIC PERIT QVI FAMILIARI FIDIT INIMICO. Vidi non procul ad his pictum auro & artis coloribus, T. MVSONIVM SCILLONEM P. F. QVI, CVM PROBIANA LYSANIA IN RVSCVLVM CONVENTVRVS, EAM AB APPRO MISERE INTEREMPTAM COMPERIT: MOX PVGIONE INPECTVS TRAIECTO ABRVPTIS VITÆ BLANDIMENTIS, OCCVBVIT: SIC, QVOS FELICITER LAETOS AMOR CONIVNXERAT, INFELIX FVNVS NON POSTEA DISPARVIT. Cuius verò eo tum fecit iniuriam quæri potest: sibi enim ipsi nemo facit. inquit Aristoteles, fecit iniuriam Reip. libro 5. Ethicorum cap. xi. quæ ratio quam sit vana, quilibet

Bb ij

expendere potest, qui scit plus noceri Reip. dum bonus vit perimitur, quam dum nefarius expedit enim Reipublicæ puniri malos. l. si ira. §. æstimatio ad legem Aquil. atqui magis permittit lex bono viro se ipsum perimere, quam sceleris conscio. ille enim tædio vitæ fecisse præsumitur: hic damnationis ignominiam spontanea nece præuenisse. l. 3. §. i. ff. de bonis eorum, qui ante sententiam mort. sibi consciuer. idcirco D. Augustinus lib. 1. de ciuitate dei cap. 9. non probat factum Lucretiæ Romanæ à Tarquinio vim passæ. si enim non consensit adulterio, homicida fuit, pudicam perimens mulierem: si verum est quod antiquo versiculo ipsa dixit de se:

Testetur cunctis me non violasse pudore:

Ante virum sanguis, spiritus ante deos.

vim passæ non admittit pudicitiam virtutem animi potius quam corporis. l. vim. ff. de adulter. can. non & 23. q. 5. Non defuit picturæ Dido Æneæ ingratitude accusans morti proxima. Didus mentionem facit Accurs. in l. si quis. §. eius. ff. de iniust. testam. eam vitæ tædio semet interfecisse referens, † quod iure ciuili veritum non est. nam vitæ eius pertæsum est, ob discessum hospitis dilectissimi. cui⁹ gladio se traiecit. dolore quoque nimio sibi manus inferre iurisconsultus non prohibet. d. §. eius. & l. iij. §. si quis autem. ff. de bon. eor. qui ant. atqui dolor amoris familiarissimus est, Plautus in Cistellaria:

Iactor, crucior, agitor, stimulator, versor, in amoris rota miser.

Scripsit Cornel. Tacitus lib. 6. Neruam Cocceium iuris diuini & humani pretium, Augusto Cæsari amicissimum, vitæ tædere cœpisse, ac se occidisse. mirum certè, virum tantopere laudatum nec infelicem habitum, sed Augusto gratum. l. ij. §. post hunc. ff. de orig. iur. tantum scelus admisisse, nisi fortè iactationis causa id fecit, vt Empedocles, & alij philosophi: vt est apud Vlpian. d. l. si quis. §. eius. Quis scit vtrum Nerua amaret alioquin: qui seuit in se ipsum sine causa, non impunè audeat. quia qui impius in se est, in alios non potest esse non crudelissimus. d. l. iij. §. pe. de bon. eor. qui. l. cum autem. §. malus. ff. de ædil. edict. Quod si, vt paulo ante dixi, vt quisque vit optimus est eo magis seipsum perimendo, nocet Reip. culpandus vehementer Nerua venit. & Carò Vti census, & quiuis alius, maximè miles à malis Reip. arcendis dictus. l. 1. de milit. testam. is igitur grauius cæteris punitur ob illatam in se vim & vulnera. nec ignoscatur omnino si tædio vitæ vel pudore id pararit. l. omne. §. qui se. ff. de re milit. l. 38. §. fin. ff. de pœnis. satis fuisse lacessito hoste necari, non incasum vitam prodigere.

Enimuerò lege sanctissima & naturæ congrua nulli fas est se præproperè vita eximere, quasi ab statione discedere in iussu summi ducis, qui animum celestem in hoc corpore, tanquam in aliquo carcere, inclusit, cum effringendo carcerem delictum committatur. l. i. ff. de effra. non arbitror tamen luendorum scelerum causa nasci homines, vt falsò in principio libri de consolatione M. Tullius asseruit à Lactantio eleganter confutatus. carcer enim ad custodiam non ad pœnam inuentus est. l. aut damnum. §. carcer. ff. de pœn. sed pusilli est animi atque peruersi æramnas huius seculi morte effugere, vti Augustino placuit. can. si nò. §. si. 23. q. atque ibidem ostendit sui cuiusque dilectionem mandatam esse precipuè. Diliges, inquit deus, proximum tuum sicut te ipsum. vnde si non licet proximum occidere, igitur nec se ipsum: taque ita diuellere duas res amicissimas corpus & animam nobis à deo creditam, vt suo tempore reddatur. fateor quidem licere debitori ante tempus soluere creditori: sed hoc vbi solum tempus sine certo loco adiectus est. l. eum qui calendis. §. quoties. l. qui Romæ. de verb. oblig. ff. at is qui se occidit, ante tempus quidem soluit, sed non loco diuinitus præstituto. nam terra marique, pacè ac bello, mors omnibus contingit. l. senatus. §. mortis. ff. de donationib. caus. mort. nec dubium est deum suum cuique diem, suum cuique locum mortis præscripsisse: nec delectare velut creditorem cœlestia appetentem: considera, quæso. quam mors cuique à natura impendat. l. res. C. de donati. inter vir. hoc quidè cum obuenit tempestiua, non cū præmaturè incelsit. siquidem est onerosus, & molestus creditor, qui plus petit tempore, is profectò non ab re repellitur, §. plus autem. de act. quocirca cœlum immatura morte expectare vanitas & insania existimatur, fatis nimirum obstantibus, hoc est iure naturali. nanque ita exponit Seruius illud Verg. 6. Æneid.

Proxima deinde tenent mæsti loca, qui sibi lethum

Insontes peperere manu. lucemq; perosi

Pro. eere animas.

subdit illico.

Fata obstant.

Quippe cum principio generi animantium omni sit à natura tributum, vt corpus vitamque tueatur, qua nihil pretiosius, sancimus. in fin. C. de sacrosanct. eccles. ideo inhumati ritum tolemni

lemni manebant sibi vim inferentes can. placuit. 23. q. 5. Quod verò Vlpian. placuit licere naturali se trucidare. l. peculium. §. si ipse. ff. de pecul. hunc intellectum capit, vt non iure naturali cum Deo communi, vel cum feris liceat, de quibus in l. 1. §. huius. & l. pen. ff. de iniuria & iure. sed iure gentium, per quod seruitus & astutia recipiuntur. l. ex hoc. ff. eod. l. in causa. §. pen. ff. de minor. §. singulorum. de rer. diuis.

Proinde hoc genus mortis, amoris impatientia subimer allata, † in seculum Cupido nuncupati iure poterit, ex l. j. C. de senat. Claud. quo suadente se Pyramus & Thysbe amantes Babylonij necauerunt, nam hanc

Andacem faciebat amor:

Nempe contra sexus naturam, nec mirum si vtriusque sanguine Mortis arboris poma tincta fabuletur Ouidius, quia Μωρός Græcè fatuum significat, & ipsi dementia insigni laborant. vnde Sycomorus arbor Ægyptia, id est ficus fatua, de qua in l. pen. §. si. de extr. crim. Dioscorides lib. 1. cap. 144. Anteros vocitatus est ab antiquis diuersus amoris deus, quem Marte & Venere genitum tradit Cicero lib. 3. de natura Deorum. cum Helei vt nomen venerabantur insulsi prorsus & digni tali numine, quod mihi videtur perstrinxisse Virgilius ecloga. vltimam Cumanæ Sibyllæ atatem enarrans:

Incipe parue puer, cui non risere parentes:

Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Sibylla enim prædixerat fore vt nascente Christo plausibili infans Amor abigeretur. qui etiam à poëtis omnibus diis molestus fingitur: & Pychen mortalem vxorem habuit, non deam vllam in cubili suo. mensa enim amicitia symbolum est & conuiuius. vnde Theocritus in Hyla: *οι μίαν ἀμφοῦ ἐταῖροι ἀεὶ δ' ἀνοροτὸν ἔσπευον*. hoc est, qui ad mensam eandem semper conuiuabantur vt amici, seu collegæ. Hi enim sunt *ἐταῖροι*. l. fin. ff. de colleg. illicitis. ideoque is qui ab aliquo passus est iniuriam, mox in eadem mensa comedens simul, remisisse censetur. §. si. de iniuriis. ibi Accursius mensa quoque communis, religiosis eius de sanctum hodie insigne est, & olim aræ vicem præstitit, vt notat Macrobius li. 3. Saturnal. c. ii. non sum nescius virgilianū carmen, Probo asserente, ad pueros inuita, Edulæ dex & Cubæ referri fieri solita à lacte apud Varronem, vt refert Terentij verus interpret in Phormione actu. i. scena. i. mensa & lectus in supellectile præcipua sunt. l. legata. de suppell. legat. ff. sanè legatis alimentis præstarentur vtrenda, quia sine his nemo commode viuere possit. l. legatis. de alim. leg. sanè pro nostra & magis sincera consideratione matrimonij ex communi mensa lectoque compacti, & inde præsumpti, statque Offilli iurisconsulti sententia lectum stratum victui adscribentis. l. quos nos. §. si. de verbor. signifi. inde illa matrimonij coniectura in ea illud. de præsumpti. nec consuetudo illa viri & mulieris solum concubinarum inducit. l. in libe. 9. de rit. nuptiar. quod si quis obicit in d. cap. illud. affa administracula intervenisse vltra mensam & annulum, vt matrimonium præsumeretur, dicam hoc receptum ibi propter disparitem coniugum conditionem, marito seruo existente, atque ita arguere vltimam vxoris. d. l. i. C. de senat. sc. Claud. vbi seruus à muliere abstrahitur: sed non iure cœli in sacris rebus seruum ab ingenuo non læcerentis, si modo seruus anctus à domino tradimqueat can. si quis ingenuus. 29. q. 2. Desij ego demum lugubres picturas, & tristissimos amorum euentus contempleri: ne, si diutius immorarer, in vitium venirem, quod taxat Ierisc. in l. animi. ff. de ædil. ed. egresso mihi obutam venit non nihil multo iucundissimum, & pecus Amori sacrum.

OBSE RVATA IN CAPVT XIII.

- 1 De grege cupidinis mulierum diligentia, & an vxor acquirat viro. 6 Aperiatur sensus l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig.
- 2 Quare in l. fin. ff. de abig. magis puniatur, qui à stabulo pecus abducit, quam qui à stabulo pecus abducit. 7 Iura magis saluent translationi domini quam contra.
- 3 Ab incustodito templo auferens mitius puniatur. 8 Quando per pactum domini translatio non impediatur in manum conuictio, daphnidis pactio & casus.
- 4 Quid sit Vlpiano, ex pecorum lana succus. 9 Verus intellectus l. si creditor. §. ff. de diff. pign.
- 5 An prohibitio alienationis in contractu do-



N† læto solo virens floridum pratum riuulis vndique rigabatur, quã-
rùmque graminis & trifolij longissimis diebus greges carperent, tan-
tundem ros noctis exigua reponerat, quod si pratum inde dictum est,
quia ad fructum capiendum paratum sit, l. pratum. ff. de verb. sign. huic
maximè hic debetur erymus: vix quidem ix. iugera continebat, sed
herbis noxiis, rubis, ac sentibus carentia, &, vt semel dicam, tale mihi
pratum Cupidinis apparuit, quale iuris civilis, à Iustiano expurgatū.
l. j. §. nulla. C. de vet. iur. nec. rui, qui varios sine nomine flores lauabat,
ranarum conuitia patiebantur. at aurum satis abundè ferebant, vt Ganges Indiae fluius, &
Phison, qui alluit Regionem Heuilath, à deliciarum horto scãtens. Gene. 2. cap. Pascebant
in medio prato oues & agni quamplurimi, quibus vellera partim auro splendebant, partim
fulgebant cocco & purpura: quamuis nusquam alibi hi colores natui sint. l. si cui. §. fin. ff. de
leg. iij. vidit vtique Plinius cocco & conchylio infectum in oue vellus, sed artis luxuria, non
naturæ munere. plura purpuræ genera in d. §. fin. memorantur. eam constat ex maris varietate
solis cursu, non sibi semper esse similem. Hic grex violacea clarus erat, exceptis aureis
& coccineis ouibus, quas vulgò Kermesinas dixeris. arbitror ex bonitate aquæ circumfluentis
sic tingi naturaliter: cum Aristoteles lib. 3. de natura animalium tradat Xanthum flumen
prope Ilium oues flavas reddere, seu ruffas, vnde & *Ξανθός* dicitur, id est, ruffus, qui & Sca-
mander vocatur, iuxta cuius ripam Anchises Aslaraci formosissimus filius pecuariam faci-
ens à Venere dilectus, & ea potitus, Æneam procreasse fertur, Reip. Romanæ principem,
si respexeris ad antiqua secula. §. j. vt præpo. nom. imper. col. v. verum Anchise fuit pulchrior
Damon industrius Cupidinis opilio, cuiusque gregem pascens, lupi securus, sub læta vltimò
residens, cui vitis complexu denupserat. nec procul ab illo in vmbraculis nebar puella vena-
rissima lanam delicatissimam qualem nunquam torsit Tanaquil Lucij Tarquinij Prisci cõ-
iunx casta & frugi à qua Regina mos fuit, Romæ, vt virgines nubentes colus compta cum
fuso & stamine comitaretur. ea primùm texuit. rectam tunicam, qua simul cum toga pura
noua nupta & Tyrones induebantur. eadem dicta est Caia Cæcilia vt ait Plinius lib. 8. c. 48.
proinde solebant Romani cum sponsam domum introducerent mariti tanquam in domi-
cilium matrimonij l. §. ff. de ritu nuptiar. dicere. vbi tu Caius, ego Caia. quæ verba ritè &
iustè vsurpata iniurius Cicero ridei in oratione pro Murena, quamnam Caia fuerit apertè se
nescire ostendens. illa ipsa Caia auguriorum perita regnum marito portendit, & successo-
rem designauit Seruium Tullium, colu. & lana se oblectans inter tanti momenti negotia: vt
exemplo esset popularibus. vtque ostenderet mulierem marito iugiter operari debere, non
patrono, non patri. l. sicut. ff. de oper. libert. idèòque cum esset controuersia, vnde mulier
quid haberet: Quintus Murius respondit à marito profectum, vitandi tarpis quæstus gra-
tia. l. Quintus. ff. de donati. inter vir. nisi, inquit, demonstreretur vnde habeat. quandoquidem
ex consensu mariti sibi acquirere mulier potest manifesta sua industria. quid enim si maritus
mer donet mulieri. nam pecuniam agrumue donare illi nequit: sed si nummos vxori vir
donauerit, & mulier fœnerauerit. vel si ex agro donato fructus collegerit, suos mulier facit:
non naturales, vt poma, sed industriales quos satiatione crebra percipit. exemplo vsurarum,
quæ ex nummo non nascuntur, sed ex sedulitate mulieris creditricis benè pecuniam, viro
non dissentiente, collocantis. l. ex animo. l. de fructibus. ff. de donation. inter vir. l. fructus. ff.
de vsur. Quod si aduentitium ex hereditate lucrū, vel ex legato mulieri obueniat, ita vt su-
spicio turpis quæstus absit, nec hoc viro quæritur, sed patri mulieris in cuius est potestate,
saltem hodie quoad vsufructum. l. si vxorem. C. de conditi. insertis. l. cum oportet. C. de
bonis quæ liber. oblectabat Damon se interim dulci & amatoria cantione. Gallicis edita
versiculis tantisper dum arietes se inuicem gemmeis cornibus petebant, & molliter prouo-
cabant, parcentes ouibus, & in idem prælium alliciebant agnos, vt specimen aliquod vene-
rei certaminis præberent nondum anniculi. tunc enim agni dicuntur. l. cum quæreretur. ff.
de leg. iij. Heus heus, inquit, postquam me vidit Damon fistulam è proxima fronde arripies,
num tu es qui ouibus Amori sacratis insidias pares? recordare, si sapis, quam miserè cum
Vlyssis sociis actum sit, quia gregem Solis violassent in insula Trinacria: ex quo fluctibus
& maris tempestate comminuti sunt. memineris etiam Solem Amore iubente. Regis Ad-
meti pecus pauisse in Thessalia, & abigeatum gladio plerunque lui. l. i. ff. de abige. Cæterum
ego ad abigendi artem prorsus ineptus, nihil sceleratè meditans, meliora eum dicere iussi.
postmodum, quia iuris non ignarum cognoui, rogavi quidnam sibi Callistratus voluerit

† in

† in l. si. ff. de abig. plenius coërcendum censens eum, qui domitum pecus de stabulo abegit
quàm è sylua, vel grege: cum alioquin palam admissa delicta grauius plectantur, vt furtum
manifestum. §. pœna. de oblig. quæ ex delicti: & abigeatus, furtum sine dubio est. l. ij. ff. de abig.
tum Damon subridens, quàm tu, inquit, non admodum bonus pastor es, qui ignoras, facilius
multò esse de stabulo pecus abducere quàm indomitum de sylua vel grege. nam sic accipio
d. l. si. vt crimen quoddam sapius sit atque facilius, id amplius puniatur, quod verò rarius &
difficilius leuiorem pœnam expectet, vt æquum est. l. aut facta. §. fin. & l. capitalium. §. gra-
satores. ff. de pœnis. atqui facilius quis de ouili & stabulo pecus domitum subtrahit, quàm
de sylua vel de grege indomitum & ferum, sic potest non malè indomiti qualitas subintelli-
gi, vt l. pen. §. fin. ff. de bon. poss. cont. vbi Accurs. in si. ad arg. nec enim de domito agitur pe-
core. M. Varro in lib. 2. de re rustica. cap. 1. prodidit fuisse in Phrygia pecudum ferarum gene-
ra aliquot, & greges ouium complures, vt in Samothrace caprarum sunt, inquit, & in Italia
circum Fiscelinum & Tetricam montes multi boues perferi, & tauri fieri in Epiro, sæpè triū
mensium spatio non apparent, sed in syluis agunt, si Aristoteli creditur lib. 6. de natura ani-
malium. Vel dici potest, non ita facile de grege surripi propter canes pecuarios.

† Alibi quoque mitius coërcetur admissum in eo quod minus custoditur. l. sacrilegi. ff. §.
ad leg. Iul. pecul. vbi qui ædiculas incustoditas tentauerit, id est alicuius Dei sacellum, plus
quàm fur, minus quàm sacrilegus punitur. Vel incustoditas expone, pro indignis quæ cus-
todiantur. quia lignea & cariola statua & iam numinis effecti in illis adferuerit. sic insper-
ratum pro indigno quod speretur leges, l. vnic. C. de iis qui ante aper. & apud Vergilium,
illaudatus Busris, pro illauidabili.

† Quis Vlpianus te istam iurisprudenciam docuit, ò Damon? tum ille subridens, quis
Tityrus Martiano pecorum appellationes atarésque demõstrauit? l. legatis. §. fin. ff. de lega.
3. aut quis Vlpianum tuum sic eruditur, vt medicinas ex lanis fieti scripserit. l. si cui. ff. eod.
vel, vt superior de pecorum lana succum nouerit. l. fin. §. diui. ff. de publican. id est, succidarū
lanarum pinguedinem, & sordes expressas ex alis ouium & feminibus, Græci Oesipum vo-
cant, horum est Dioscorides lib. 2. cap. 65. & 66. ex Atticis ouibus laudatissimum in vestro
orbè, hic verò ex purpureis genitum palmam habet.

Hoc docet Ouidius lib. 3. de arte amandi, ostendens ad formæ commendationem id pluri-
mum facere:

*Oesipa quid redolent, quamuis mittantur Athenis,
Demptus ab immunda vellere succus ouis?*

Interea dum hæc Damon attento mihi narraret lasciuiebant inter præti genistas & floscu-
los agni, ex quibus vnum aurea lana pretiosum mihi Damon dono dedit, ea lege, ne vnquã
in quenquam amoris rudem ego alienarem. ita conuenimus, & rata fuit huiusmodi pactio,
per quam dominij translatio impediri solet, sicut videmus impediri testamento. l. cum pa-
ter. §. libertis. ff. de legat. 2. & multo magis, cum contractus duorum voluntate nixus præpol-
lear: vt in proposito liquet: nam prohibitio alienationis in testamento non afficit nisi iusta
ex causa fiat. l. filiusfamil. §. diui. 2. ff. de legat. 1. atqui in conuentionibus pactum non alienã-
di perse iusta causa censetur. eo quod is fortè qui donauit aut vendidit, aliàs non fuisset vè-
diturus aut donaturus. l. si. C. de pactis inter empr. & in venditione pactum est pars pretij. l.
si sterilis. §. si tibi. de acti. empr. in donatione pactum non seruatum ingratitude & reuoca-
tioni exponit perfidum accipientem. l. si. C. de reuoc. donat. itaque si pactum de non alienã-
do solum esset, & contractu præuio destitutum, vt inuidiosum reiiceretur. l. pen. ff. de pactis
cum autem tale pactum iuxta contractum est, impedit dominij translationem: licet pacto
solo seu contractu non possit transferri dominium. l. traditionibus, C. de pactis. sed hoc fa-
cit pactum, vt cogatur quis tradere, & ita transferre: secus vbi pactum hæret contractui vel
traditioni. l. in traditionibus. ff. eod. ad hoc spectat. l. ea lege. C. de condict. ob caus. dator. si
modo ibi verbum, alteruter, pro vtroque capiatur. vt. l. ventre. ff. de acqui. hered. nam & ibi
dona traditione roborata fuerat, eo quia tempore nondum dabat actionem solo consensu.
l. si quis argentum. §. si. C. de donat. l. i. de donati. quæ. sub. mod. dici verò non potest quantū
traditio meretur vestire seu firmare pactum propè adglutinatum, cum tradere, re ipsa, plus
sit quàm sanctè promittere: cum facta ipsa dictis præferantur. l. si tamen. §. ei qui. ff. de ædil.
edict. atque ita in d. l. ea lege. traditio secuta erat consensum liberalitatis, sed & iuxta ipsam
conuentionem pactum sufficit, vt dominium reuocabile sit. vt in lege commissoria. l. com-
missoria. C. de pact. inter empror. cæterum in d. l. ea lege. collata donatio in duos ea lege, vt
neuter partem suam alienet, dominium ne transferri possit prorsus efficit. vel, si malit dona-
tor, alienatum conditione non seruata, condicet, & recuperabit. in quo obseruandum est, do-

minium non esse translatum per perfidum donatarium, qui legi non paruit, & tamen condici posse à donante qui etiam vindicare poterat: quia impuretur ipsi, qui maluit condicere, quam in rem agere. l. commissoria. C. de pact. inter empt. nam in his pactis conuentis nemo suo iure uti cogitur. l. iij. ff. de leg. comm. ff. de iust. testam. & propius in l. si fratres. §. idem respondit. ff. pro soc. nec aliter is qui commodauit rem vel deposuit vendicare eam potest. l. officium. ff. de rei vendica. viderit ipse an malit. in personam agere & condicere. nam licet alicui suam rem condicere, cum suam esse dissimulare potest altera via. sic non obest. l. si. ff. de usufruct. quemadmod. caueat. vt. l. i. C. de rei vendicati. l. ob res. ff. rer. amotar. is itaque solus non condicit, qui rem suam obstinate esse asseuerat. quia contractus nullus præcessit, sed tantum ius merum dominij naturalis, vel ciuilis vsucapionis, secus aliter. l. illud. §. si. de donat. causa mortis. condictio sanè vtilissima electu est ei, qui potest vendicare, cum rei donata mobilis consumpta est. l. qui mortis. eo. tit.

† Obstat quispiam ex l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. vbi cum alienatio secuta est aduersus pactum conuentum donationi adiectum, nec vendicatur, nec condicitur, sed agitur ad id quod in interest. Cæterum quædam ibi concurrunt, quæ alienantis perfidiam leniant: vnum est, quod is donaticem, cui non alienare promiserat, heredem ex parte instituit, & pro ea parte consumpta est actio. pro altera, Scia donatrix agit contra cohæredem quanti sua interest, quod quidem interdum nihil est, si non interfuit. adde quod alienatio facta fuit in testamento, ideo tolerabilior. l. ex hoc. §. j. ff. de alien. iudic. & minus suspecta; cum per vniuersitatis alienationem obiter accidat. arg. l. j. ff. de aut. tut. l. in modicis. ff. de cont. empt. porro quanti interfuit agitur, quia crebro principales contractus fiunt ob talia pacta, alienari aliquid prohibentia, iustis rationibus. l. seruus ea. ff. de seru. export. l. 6. cod.

7 Urgebit alius in hunc modum: † iura saltem non minus fauent translationi dominij, quam conuentioni per quam, ne dominium transferatur, effici potest, imo verò illi plus etiã fauere æquum est, §. per traditionem. de rer. diuis. sed solo pacto vel contractu non transferatur dominium, nisi subsecuta traditione. l. traditionibus. C. de pact. non igitur impediatur. Hoc genus obiectionis, nisi verum sit, quid sit verum non video. An præstat, vt consideremus pacta conuenta, quæ incontinenti iuxta contractum ponuntur, partem esse contractus. l. fundi. ff. de cont. empt. quocirca cum dono trado que, profecto dominium transfero, eodem ergo iure censetur pactum, quo conuenit ne donata res alienetur à te. quod si fidem fregit vendicabo, si non ego condicere voluero, vt bellissimè tractatur in d. l. si fratres. §. idem respondit. 2. ff. pro socio, qui potest subuenire in specie. l. si ita quis. §. ea lege. de verbo. oblig. ad id quod interest agitur ex consilio Scauolæ sine necessitate vlla: potest, inquit, agere ad id quod interest. de quo Scauolæ loco paulo antè pluscula attuli. l. si sterilis. §. si tibi. ff. de act. empt. vbi fundum ita vendidi tibi, ne ipsum vlli quam mihi venderes: si alij vendideris, eo nomine agam ex vendito: & ita actione personali. Quamquam hæc quoque dici potest, non conuenisse ne fundus alienaretur, sed vt potius in me quam in quemuis alium alienaretur. l. qui Romæ. §. cohæredes. de verbor. obligat.

Quò autem res satis prolixa, nullis interpretum ex integro cognita paucis perstringatur, duæ regulæ notari dignissimæ ponendæ sunt, quarum prior in hunc modum se habet:

8 † Nunquam sola de non alienando pacto, nullius præcedentis contractus comes, dominium transferri vetat: vt si amanti amico puella non se amaturam alium promississet: vt si fundum habens vicino promississet, eum se non distracturum. nam hoc pacto nihil agitur. l. pen. ff. de pact. nec obstat l. si. C. de pact. pig. vti ex sequentibus apparebit.

Posterior regula hoc vult: vbiunque iuxta contractum, quo res alterius efficitur, pactio inserta est, ne qui rem accipit, postea diuendat, alienet, pactio dominij translatio excluditur. d. l. ea lege. C. de cond. ob caus. vt, verbi gratia, sponsa sponso promittit perpetuum atque mutuum coniugij amorem futurum, & nulli alij viro communicandum, stare iustissimæ pactio tenebitur: quia per matrimonium materfamilias in manum viui venit, & in mancipio, id est, dominio eius esse incipit, ita A. Gellius lib. 18. cap. 6. Paulus ad Corinthios primæ, cap. 7. mulier potestatem sui corporis non habet, sed vir. proinde huius in manum conuentus, mentio est in l. vxorem. ff. de ritu nupti. l. ex ea. §. i. de verbor. oblig. vbi licet matrimonia faciunda non possint meru pœnæ pecuniariæ astringi. l. Titia. ff. cod. tamen pœna queunt in officio contineri. cum vir ducenta promissit mulieri, quæ in manum conuenerat si concubina consuetudinem repereret. extrat apud Ælianum lib. 10. varia historia cap. 18. Daphnidis bubulci historia, qui pauit in Sicilia boues cognatas bouum Solis, quarum in Odysea Homerus meminit. is pactus fuerat cum nympba amantissima, ne alij heroinæ congregeretur, sub pœna oculorum amittendorum: sed vino obrutus, ob regis filiam, violauit fidem. inde ob incom-

incommodam speciosi Daphnidis cantari cœpta bucolica, ad hanc post contractum prohibitam pacto alienationem, spectat partim l. ea. quidem, C. si mansip. ita fuerit alien. partim restitit, cum vetat pœnam exigi dum venditus est. seruus, ne alienetur, ac promissa pecunia: si paritum non sit. nam emptor ibi frustra manumittere conatur. sed ideo pœna nō obstringitur: quippe cum manumissio non tenuerit iure conatu, quod vulgo receptu aiunt propter naturam libertatis, quæ est irreuocabilis. idcirco præstat castitas impedit. l. si ex. §. si. de minorib. ff. vel quia domino vendente seruum improbo ingento perditum, par est eo pacto vlciisci, ne malè meritis fiat liber. eo magis quod. vilius vendidit ob pactum. l. 4. de bonis libert. ff. Ad præcedentem verò regulam pertinet † l. si creditor. §. si. de dist. pign. quo loco, pacto non fit. quominus dominium liberè transferatur, quæ erat positum post contractum, per quem non mutatur dominium, nempe post contractum pignoris, in quo debitor permagnet dominus. l. pignus. C. de pign. actio. Martianus ait in d. §. si. queritur, si pactu sit à creditore, ne liceat debitori hypothecam vendere, vel pignus, quid iuris sit? & an, pacto nulla sit talis, quasi contra ius sit posita: ideoque iure venisse posse. Et certum est, inquit, nullam esse venditionem, vt pactio sit. sic enim se habet vetus lectio, nonnullam esse conuentionem, vt Bartolus tradit qui Pifas misit, quasi veritatem fugientem quocunque persequeretur. nec aliud in fine. §. verba significant, quam nullibi inueniri venditionem, siue à debitore ex causa voluntaria fiat, siue ex necessaria, quæ patitur in contractu pignoris pactio non alienando valere: non autem, quod quidam perperam censent, significant venditionem nullius esse momenti. vt l. inter. ff. de cont. empr. vbi venditio sine pretio nulla est: id est, nusquam reperitur. nam effectum aliquem sine pretio habere potest. l. insulam. ff. de præsc. verb. & hoc aperte inferunt illa verba: & constat nullam esse venditionem, vt pactio sit. Phrasid certe frequens, & vtilior quam vt exempla adferre necesse sit, per quam particula, vt, pergit negare post negationem, & post affirmationem itidem affirmare. l. cum precario. ff. de precar. vbi conuentionis nulla vis est, vt rem alienam inuito domino possidere liceat. Paulus l. j. ff. de procurat. de furioso loquens, non est, inquit, habendus absentis loco, vt ratum habere possit. refert Accursus, quibusdam libris legi, non possit, sed sine negatione idem dicitur. & Psalm. 36. noli æmulari, vt maligneris. l. lege. 2. §. de partu. ff. de fallis. l. 82. de legat. 1. l. solent. ff. de præsc. verbis. Itaque persuasum esse volo omnibus pactum de non alienando pignore cum debitore inuito, nihil omnino proficere, modò creditori probè ex pecunia satisfiat. l. si debitor. C. de dist. pignor. & quocunque pactum extra naturam pignoris adhibitum ad iuris communis regulas reducit. l. j. C. de pact. pign. & quia, vt dixi, pactum adiectum pignori, cuius non transfert dominium, non præpollebit contractui à quo iuari debuit. l. si fratres. §. idem respondit. 1. pro socio. ff. sanè pactum de non alienando iuxta pignoris contractum in fauorem debitoris, qui remanet dominus, non esset otiosum. l. 4. ff. de pignor. acti. verum fauendum fuit misero debitori, qui causa pecuniæ ab acerbo creditore accipiendæ nihil non promitteret potius quam iuxta venditionis contractum. l. fin. C. de pactis pignor. vtcunque sit in d. l. 4. pactum ne pignus alienetur, debitoris causa, non impedit alienari post legitimas denunciations creditoris.

OBSERVATA IN CAPVT XIII.

- | | | | |
|---|--|---|--|
| 1 | <i>Amorem Græcis à visu denominari, & sedem in oculis habere.</i> | 6 | <i>Sint ne iuris an facti amor & possessio, quæ definitur.</i> |
| 2 | <i>Amorem possessioni similem, & duplicem habere etymum.</i> | 7 | <i>Animus est iuris, in l. in bonæ fidei. de acq. rer. dom.</i> |
| 3 | <i>Possessionem, vt amorem, oculis queri, & an solo animo amittatur.</i> | 8 | <i>Amantem possideri à puella, & in dominio eius esse.</i> |
| 4 | <i>Cur amor & possessio à parte corporis potius quam animi deducantur.</i> | | |
| 5 | <i>In amore, vt alijs in rebus, magnam esse occu-</i> | | |

CAPVT XIII.



VA parte pratum meridiem aspicit, intérque ipsum & amnem, fuit salictum, velut arbuter finium, vel siquid salicto, foliis & frondibus, simillimum est. nam ab Homero Odyss. κ. Ἰπέω ἀλεσιθεροί, id est, salices citò fructum amittentes, vocantur, qui ante maturitatē euanciscit, nec fructum edere volentibus fœminis innoxia arbor est, teste Dioscoride. arqui hoc in salicto fructum legeres cerasi baccarum instar, sed paulò suauiorē. nam & Aristoteles in lib. mirabilium auscultationum scripsit Alnos in Creta fructum ferre. ex illo itaque egressæ sunt nouendecim Nymphæ, quibus præerat vigesima, muliere illa formosior, quæ Græcis laborem, Troianis excidium, vtrisque famam dedit.

O quam te memorem virgo, nanque haud tibi vultus

Mortalis,

Quod si aliquando fuisses pulchrior Clytiæ meæ poteras videri similis. candidis vestibus amictæ incedebant, quoniam mundiciam hic color denotat. canon, fœminæ. 30. q. 5. omnes arcum ex hebeno humeris suspendent: cæterum ductricis Nymphæ artus vtroque cornu aureus fuit,

Vt vidi, ut perij

& fascipm penetrare sensi in præcordia.

1 Et ne Dianæ esset addubitauit. sanè tunc verum esse cognoui, quod aiunt † ex visu amorem nasci. & amoris sedem in oculis esse. nam amator diffluit & liquatur instar vini argenti, migrans in eam quam diligit ex visu, & procul vritur, vt ea quæ speculo ardenti ad solem obiticiuntur, vnde Plato ἔρωτα dictum voluit, quia ἐρπει, hoc est, influit nempe extrinsecus per oculos, & qui puellam vider & concupiscit, mechatur. Matthæi 5. cap. can. non solum. 32. q. 7. Aliis placuit ἔρωτα quasi ἠέρωτα, hoc est, alatum vocitari. fortè hæc fuit ratio quare Zaleucus Locrensium legislator edixerit, adulterum deprehensum vtroque oculo multandum, vt ait Ælianus lib. 13. variæ historiæ cap. 24. festiuè medijsidius Eudemus Celer Iurisconsultus suo seculo imprimis clarus, dicere solebat † amorem esse possessioni similem, vtrique duplicem esse etymum. nam possessionem alij à sedibus, alij verius à pedibus denominant. l. j. ff. de acquir. poss. † & tam hanc quàm illum oculis quæri, inchoari, quia oculi pedum vice funguntur in acquirenda possessione. l. j. §. pen. & l. quod meo. §. si venditorem. ff. de acquir. posses. sic in amoris initiis oculi mentem deregunt, cuius sunt nuntij. can. nec solo. 32. q. 5. Deinde amor & possessio in etymologia & origine, corporis actum intuentur, non animi: in definitione contrà: amor enim est pulchri desiderium: possessio autem ius insistendi. denique in vtroque acquirendo corpus & animus requiruntur. l. quemadmodum. ff. de acquir. posses. Idem, inquit ibi Paulus, cum amittitur. nam oportet actum esse vtrunq; id est, conuentum, vel contractum per consequentiam. l. cum quid. ff. si cert. per. l. certo. ff. de seruit. rustic. quia animum sequitur corporis discessus prædio. ergo in acquirenda possessione corpus & animum requirimus: corpus, inquam, animi ministrum & interpretem, idè etiam in amittenda. licet videatur dissentire. l. 3. §. in amittenda. ff. eod. vbi solo animo possessio amitti potest, licet non acquiri. Ibi Accursius Io. securus intelligit, vt in amissione possessionis vtrumque desideretur, dum incipimus à corpore, non dum ab animo, sine quo frustra esset corpus in possessione. sed textus quem citat in l. peregrè. §. quibus. digressionè simul corporis à loco possesso experit. Itaque obiter, aliò maturantes, dicamus per. l. si quis vi. §. si. cod. tit. prima facit, videri solo animo amitti possessionem sine corpore: quia corpus assecla animi ipsum sequitur, licet rem, quam amittit teneat. l. quædam. ff. de rei vendicat. l. quod meo. de acquir. posse: adeo vt per se corpus non consideretur, & tamen adsit, sed vt innobilius, atque vt accessorium: sic. l. & si non. §. si. ff. de auro & argenti. vt cum maritus donat vxori, definit possidere animo. l. i. §. si vir. de acq. poss. attamen maritus domui habebat rem donatam simul cum vxore. sed ministerio sui corporis vxori possidebat. quia sibi non habebat voluntatem possidendi: nisi expressè reuocaret sibi id quod donauit. l. si dum. ff. de donat. inter vir. sic dicimus nuptias consensu fieri non coitu. l. nuptias. de regul. iur. tamen scimus. coitum sequi ob spem prolis. l. i. ff. solut. matrim. Facti est in amore. igitur aspectus, qui quoque longæ manus instar est. l. pecuniam. ff. de solution. addatur colloquium. l. & si amicis. ff. de adulter. Ouidius primo libro Fastorum de Priapo Lotidem Nympham amante ait:

Et hæc cupit, hæc optat, solam suspirat in illam,

Signa, dat nutu, sollicitatq; notis.

4 † Queramus cur possessio & amor etymum magis habeant ab instrumento corporis, puta à pedibus & oculis, quàm ab animo, qui est dux atque Imperator vitæ mortalium, vt eleganter

eleganter Sallustius, & vtiq; nobilior est, & tam in retinenda quàm in amittenda possessione solus sufficit. l. iij. §. in amittenda. ff. de acquir. posses. sic in amore, Vergil. li. 4. Æneid. de Didone,

Absens absentem auditq; videtq;.

Sed his responderi non ineptè potest, iura non tam aspicere quæ nobiliora sunt, quàm quæ fortiora. l. quæritur. ff. de statu homin. vbi non sexus masculinus in Hermaphrodito aspiciatur quamuis fœmineo nobilior. l. in multis. ff. eod. sed ille qui præpollet viribus. d. l. si non. §. si. ff. de aur. leg. Proinde potentius esse corpus in possessione quàm sit nobilis ille animus, præsertim cum de origine nominis agitur. quia origo possessionis ab ingressu & occupatione cœpit. d. l. j. ff. de acquir. posses. quò sit vt *λεατοχην*, id est, derentio dicta sit. citat Accursius. id quod legitur Deuteronomio. 11. cap. Quicquid calcauerit pes vester, vestrum erit. meritò cum origo sit à corpore, ab eo denominari decentius est. sicut mæcipia nunc vocamus quolibet seruos, cõtemplati initium quo serui bello manuque capti & seruati sunt. l. 4. ff. de stat. hom. fareor animum occupandi concurrissè corpori: sed non ita perspicuè. nam oculis corporeis corpus agnosimus euidenter: animo verò cernimus animum occultiozem. sic, vt ait Empedocles apud Aristotelem lib. 1. de anima, terram terra, aquam aqua, aërem aëre, ignem igni, qui in nobis est, percipimus: & amorem denique amore. sic enim ait Στροφύλλη δὲ στροφύλλην ὁπῶπιτα μὲν. Quare corpori visibili vulgus impensius fauet, sicut in nuptiis: has enim nominauit à nuptu seu velatu capitis, non à mente diuina capiti inclusa. Nec obest quòd tunc animus operabatur admodum, sine quo agrum ingredi non sufficit. l. possideri. ff. de acquir. posses. inde fieri ne furiosus, qui consensum non habet, possideat. l. quod meo. §. j. eod. quoniam potior est semper causa corporis, cum quæ agit videantur, quæ verò spectant ad animum profus videri nequeunt. & ideo præcedere intelligitur actus corporeus. vt, verbi gratia, animus lingua potior est in loquutionibus. l. non aliter. de lega. iij. attamen nemo præsumitur dixisse, quod non mète agitauerit, & vocis ministerio vtens ad mentis interpretationem, illam vt potiore edit, emittitque. quod perquam rectè Celsus tradit. l. La-beo. in si. ff. de supel. leg. & pignus à pugno appellatum est, id est à traditione rei mobilis à principio. quamuis constet hodie immobilia pignori dari vel solo consensu. l. contrahitur. ff. de pig. l. plebs. §. pignus. ff. de verb. sign.

Nihil secus in amore accidit. animo certè is constat. l. iij. ff. de don. int. vir. sed qui amat † plus quàm vider, parum cautè amat, vt cæcus ille apud Iuuenalem,

Qui nunquam visa flagrabat amore puella.

Sed huius oculis & mente capti amor extra regulas vilitas fuit, vt & possessio. l. raptores. §. si. autem. C. de episc. & cler. quia non consensit in amata corpus, nisi eam antè cæcitatè vidisset quandoque. l. alioquin. de contrah. empt. rursus ipse quàmnam ratione se amabilem fieri sperabat pretiosissimo naturæ ornamento deficiens, tum positionis opportunitate, tum coloris splendore, tum bonitate operimentorum? innatum enim ei operimentum læue, politum, lucidum, splendendum, quale speculum, vt Galenus considerauit lib. 10. de vsu partium, vel considerari potest, eum amorem esse perfectionem, quo quis in absentem flagrat. sit enim plerunq; vt eos amemus: quorum virtus instillata est nostris auribus, nunquam visas ve: etiam mortuos, vt cum Imperator Adrianus Alcibiadem dilexit olim defunctum, & ex pario lapide sepulchro statuam erexit illi, quem Socrates sanctè amauerat viuum, nec dubiū est sponsalia & matrimonium per procuratorem fieri, consummari tandem deducta puella in mariti domum ca. si. de procurato. lib. 6. l. sufficit de sponsalib. ff. l. mulierem cum l. seq. ff. de rit. nuptiar. cæterum cæcus quoque vxorem ducere poterit, sicut & filium sibi adsciscere adoptione. l. etiam. ff. de adopti. si modo in corpore non erratum fuerit. de cæco, muto, surdoque. testis adest Paulus. l. mutus. ff. de iure doti.

Verum, ne penitus abeamus ab incepto, dispiciendum est † sitne iuris an facti possessio, vt hoc ipsum de amore sentiamus similiter. Purant plerique eam iuris esse, cum passim legamus ius possessionis. l. peregrè. ff. de acq. poss. l. qui cœ. §. si de vi. ff. ad leg. Iul. de vi pub. etsi alij existiment possessionem non esse eius, quia dicimus ius possessionis, vt iura prædiorum, & ius fundi. l. si. de itin. ff. Verum videre licet bonorum possessionem esse ius. l. iij. §. bonorum. ff. de bon. poss. tamen dicimus ius bonorum possessionis. §. j. de bon. poss. Præterea hæreditas est ius, obligatio ius, & nihilominus legimus ius hæreditatis, ius obligationis. §. vnic. de reb. corpor. est etiam possessio ius, in l. possessio. ff. de acq. poss. sic ius seruitutis. l. 4. ff. de seruit. vrbani, ius domini & possessionis. l. qui cœtu. ff. ad leg. Iuliam de vi publica cum dominium sit ius liberi disponendi.

Insurgunt multi in aduersum, & facti esse asserunt. l. denique. ff. ex quib. caus. maior. &

origo possessionis à factò est. l. j. ff. de acq. poss. ipsa quoque facti manifestissimè res nominatur. l. j. §. adipiscimur. & §. si vir. ff. eod. l. j. §. Scæuola. ff. si quis test. lib. Hæ controuersia, hi opinionum fluctus ad duo Pauli & Papiniani responsa tanquam ad saxum illiduntur. alterum est in l. possessio. ff. de acq. poss. alterum in l. denique. ff. ex quib. caus. maio. ex quibus euidenter probatur possessionem simul iuris & facti esse. Si quidem in d. l. possessio. ille ait possessionem plurimum ex iure mutuari, hic verò ipsam plurimum facti habere cauet: sic necessario sequitur iuris & facti esse. uti si quis dicat amorem plurimum mœstitiæ conciliare, alius plurimum lætitiæ, iam sit ut mœror & lætitia in amore sint, ut in possessione ius & factum. l. nemo ambigit. C. de acq. poss. vbi duplex est possessionis causa, vna iuris, altera corporis. hoc probat iuriscultus in d. §. adipiscimur. vbi Nerua ait pupillum sine tutore incipere possidere: eam enim rem facti esse, & scilicet pupillo vtilem. quod verum est, inquit, si eius ætatis sit ut intellectum capiat, id est, si animum, & ita ius, factò coniungat. & in eod. tit. labolenus ait. l. 23. cum hæredes instituti sumus adita hæreditate omnia quidem iura ad nos transeunt: possessio autem, nisi naturaliter comprehensa sit, ad nos non pertinet. ratio est quia possessio est non tantum iuris, sed etiam facti. d. l. possessio. §. pe. quare defectus facti impedit vim iuris, ut si quis alterum pedem habeat velocissimi Ladæ, vel Milonis, tamen ligneo altero crure non curret. vel si quis mutus polleat consensu verbis nobiliore, non tamen stipulabitur: sic quamuis alicui ius adsit possessionis, deficiente tamen factò corporis alij fortè seruientis, non possidebit. ut captus ab hostibus licet reuertatur. d. l. 23. §. j. de acq. poss. vbi reuersus noua apprehensione indiget. proinde nihil verius à Io. dici poruit, quàm possessionem esse ius rem detinendi sibi, sic enim detentio facti iuri copulatur in l. i. ff. de acq. poss. vbi perperam ipsum reprehendit Bartolus. Quòd si aliquando inueniamus iuris simpliciter dici, consideremus de animo possidentis ibi duntaxat quæri: si verò nudè facti appelletur, quæri tantum de actu corporis. Ut verbi gratia, Plato diuinum animal hominem vocat, alibi frequenter nihil esse tradit imbecillius homine ut & Homerus,

ὁ δὲν ἀλλοτρίου ἀνδρώπιον

Cur sic variè: nempe quia illic animum immortalem, hic caducum corpus aspicit. sed homo vtrunque simul est, id est, mortalis Deus. vnde Ecclesiastici cap. 17. Deus creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum. sic enim facile res controuersa ad medium æqualitatis redigitur, cum extrema vtrinque similiter deprimuntur vel efferruntur. l. quicquid. ff. de verbor. oblig. † Animum autem in possessione ius esse censeo, siue detinendi intellectum. l. j. §. j. ff. eod. & inde possessio naturalis, id est corporis, facti est, ciuilibis & animi, iuris. l. iij. §. Neratius. l. possessionem. ff. de acquir. poss. l. nemo. C. eod. & possessio est facti & animi. l. j. §. Scæuola. ff. si quis test. lib. hoc est, facti & iuris. l. pro hærede. ff. de acquir. hæred. & l. 3. §. si. ff. ad exhibend. l. 4. de seruit. vrb. ff. sane declaratio animi facti est per possessionem manifestam. l. bonæ. §. pe. de acq. rer. dom. vbi quoque vsucapio iuris est constata vti que ex possessione seu vsu. l. quæstio. ff. de verb. signif. l. sine. ff. de vsucap. Vltro quidem libentissimè factò declaracionem animi, facti esse, cum quis possidet, detinet, vsucapit. l. bonæ fidei. ff. de acq. rer. dom. at animus, ut sæpe dixi, est iuris, ut amor est pulchri desiderium, declaratio animi oculis, colloquio, & aliis meris factis efficitur. Argumento est, quòd in d. l. bonæ fidei. vsucapio sit ius: & certum est vsucapionem sine possessione & factò, quòd vsus dicitur, nunquam consistere. l. sine. ff. de vsucap. quippe cum & possessio, & vsucapio in factò & iure coniunctim versentur. d. l. denique. ff. ex quib. caus. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. l. quæstio. ff. de verb. sign. vbi possessio est vsus, & sic factum possidendi & ius quoque est, velit nolit Alciatus. iuuerit nos l. qui tabernas. ff. de cont. empt. & vsus cum est seruitus, nomen quidem factum intuetur, vis cuius, ius est. §. j. de vsu & habit. fatebor tamen esse quandam possessionem, non iniustam quidem, sed facilè reuocabilem. quæ licet iuris non sit, facti vero sit. à iure tamen toleretur: ut precarij freta titulo. & quæ defenditur interdicto de itinere ei, qui eo anno saltem 30. diebus iuit, egit. l. quæcunque. §. j. de publician. ff. l. j. §. si. ff. si seruit. vendic. nam de quasi possessione seruitutis incorporalis verbum possessionis vsurpare non erubescit. l. 2. ff. communia prædior. licet id quòd nec tangitur nec videtur, non satis verè possideatur. l. seruus qui. ff. de acq. rer. dom. l. si. de itiner. ff.

8 Illud prætermittendum non est, † amantem hominem propriè possidere non posse, cum ab alia possideatur. l. cum hæredes. §. j. ff. de acquir. posses. possidetur enim ab amica. Hinc Aristipus Cyrenæicus, cui cum Laide consuetudo fuit, dictitabat, se eam habere, alios verò amatores haberi à Laide. Itaque cum verbum habere, duobus modis explicetur, l. stipulatio ista. §. habere. ff. de verb. obl. nam habere dicimus, tum nudum possessorem, tum verum dominum, videre videor amantem esse in amicæ dominio, eique seruire, igitur non possidere

possidere. l. possessio. ff. de acq. poss. Tibullus in quadam Elegia ad amicam:
*Iam faciam quodcumque voles, tuus vsque manebo,
 Nec fugiam nota seruitium dominae, & Ouid in Sapphús Epist.
 Nec vos Erronem tellure admittite nostrum,
 Nisi ades matres,*

Puella Phahonem suum, erronem appellat, & à quaquam celari non sinit, tanquam seruum longius vagantem à vera domina. l. quis scit. §. erronem. ff. de ædil. edict. Alciat. l. fugitiuus. ff. de verb. signif.

OBSERVATA IN CAPVT XV.

- 1 Amoris constantia patet floris exemplo: & coniuges socios fratres, non conueniri in plus quam facere possint.
- 2 Fribusculum quid sit, & unde dictum.
- 3 Quid diuortium sit, quid repudium: & an religione separentur coniuges.
- 4 Mulier sterilis an dotis gaudeat privilegio.
- 5 Senex ab amore repellendus. de iure trium liberorum. an senex ab honoribus publicis reiciatur.
- 6 De vsu aurei annuli plura ad ius facientia.
- 7 Legum doctoribus Italicis quare aureus annulus concessus, & cur sponsa detur: & de varia annulorum facultate.

CAPVT XV.




ETIAM diei horam iam exactam esse me admonuit † Intubi herbæ flos, qui tinctus viola auream Solis in Occidentem tum primum labentis faciem intuebatur. in eum versa fertur Clytia Nympha, Solis amatrix, quæ etiamnum herba & flos existens,
vertitur ad solem, mutatque seruat amorem.

ut scribit Ouidius lib. 4. Metamorph. Mirantur plerique Aquilam Solis aduersi radios non conuenientibus oculis aliquando aspicere: & ab Elephanto eundem Orientem adorari: ac formicæ sedulitatem cesare interlunio, tanta est in nonnullis animantibus syderum cognitio. quantò mirabilius florem inanimum omnibus momentis se cum sole circumagere? interdiu hiscere, nocte comprimi, deinde Solis ortu ad pristinum diurnumque redire officium, eamque die toto præstare diligentiam, quam nec molestus patronus ab optimo liberto accipere debuit, ut scilicet per orbem terrarum secum hunc vagare imperet. l. j. & l. quòd nisi. ff. de oper. lib. meritò quis Clytiæ in amore cum Sole ineundo fiduciam; in conseruando religionem & constantiam miris modis laudauerit. quia mentem mundi, solius Dei simulacrum aspicit, quem aspicere, hominis, simul ac natus est, proprium censetur. l. cum intet. C. de fideic. libert. eo magis quòd iura plurimi faciunt quæcunque diutissimè perseuerant. l. sequitur. §. tunc. ff. de vsucap. potissimum in amicitis. l. latæ. §. amicos. ff. de verb. signif. & placet lenariùs ab Aristotele relatus lib. 7. moralium Eudemiorum,

*Οὐδὲν ἐφ' ἧς ὅς τις οὐκ ἀεὶ φίλῃ: Id est,
 Non est amicus hic, qui amare desinit:*

ut etiam declarat perpetua illa consuetudo in definitione nuptiarum. §. j. de patria potest. nam etsi diuortio matrimonium dirimi veteres permiserint, tamen falsi sunt adhuc superesse quædam vestigia tam sacræ coniunctionis, cum à diuortio maritum pro dotis restitutione non sunt passi, vltra quam facere posset, conueniri, deducto ne egeret. §. item si de dote. de actionib. nihil mirum: nam & socius debitor eodem gaudet privilegio. §. sed & si quis. eod. tit. est autem inter coniuges societas inita & bonorum communicatio. l. j. ff. de actione rer. amotar. hac ratione vtitur iuriscultus in l. ex diuerso. ff. solut. matrim. atque quemadmodum in coniugio societas est, sic in societate fraternitas: quæ efficit ne socius in solidum conueniatur. l. verum. ff. pro socio. vbi Azo asserit fratrem à fratre omnino conueniri, tamen si Vlpianus ideo socio id permittat quia fratris instar sit, nec imitator exemplari potior esse possit. nec iuuatur Azo P. Nigidij ἐπίμο, cui apud Gellium frater dicitur quasi ferre alter. nec modica est iniuria fratri si fratrem mendicantem habeat: cuius vti que testamentum interdum querela inoficiosi pulsare potest. l. fratres. C. de inofici. testam. non idem in aliis cognatis dicerem, licet communis sit omnium vnus contumelia. l. j. ff. de liberal. caus. hoc prodesse in causa duorum Cupidinum in praxi, de quib. Ouid. lib. 4. Fastorum,

Alma faue, dixi, geminorum mater Amorum.



nisi frater, vel coniunx, vel socius dolo defuisset esse soluendo: vel crimine debitor effectus esset. l. si rerum. ff. de re iudic. d. l. verum. pro socio. Nec posset coniunx debitor renunciare huic fauori. l. alia. §. si. solut. matrim. Circa hunc Clytiæ florem, Thymum, & triplicem violam stridebat mellifer apium exercitus, & mellis largam recondebat vindemiam in alueariis pretiosissimis, quantam nec pastor Aristæus, nec Philiscus Thasius, studiosissimè collegerunt. Ab inertia & fœcordia me deterrebant apes, ad quas me mittunt prouerbia Salomonis. Vade, inquit, ad apem, & vide quomodo operatrix sit, & castum opus faciat. can. nūquam. de consec. distinct. 5. inuidebam tamen huic volucrum generi, eò tantum quia cum damno sanctissimi Clytiæ floris fauos fingerent, cuius quidem recordationem dulcissimam nec longissima tempora vsucapient. Fribuscula accidere in amore certò scio, solui eum nec spero nec cupio, non magis quàm proptet subitam aëris tempestatem mundum corrucere. † Fribusculum est breuis ira, maximè inter coniuges qui post redeunt in gratiam. l. cum hic. §. si diuortium. ff. de donat. inter vir. quid si, inquit Vlpian. diuortium non intercessit sed fribusculum? profectò valebit donatio, si fribusculum quieuit. Non sum nescius hanc veterem veramque lectionem à librariis aliter atque aliter deprauari & fribusculum, pro fribusculo suffici: quasi verò calor iracundiæ sit frigus in paruis diuortiis. l. iij. ff. de diuort. aut quasi non magis amantium ira accendatur amor, quàm frigeat. Dicitur à fibra, in qua est affectionis & iræ sedes. Persius,

Nec enim mihi cornea fibra est.

Sic à cœna cœnaculum, à taberna tabernaculum. l. tabernæ. cum seq. ff. de verbor. signif. luxata paulum significatione in diminutiuo. Dicitur verò fribusculum, non fibrusculum per literarum transpositionem, propter euphoniā, quod creberrimè contingit ob literam r. inde Quintilian. lib. 1. cap. 9. notat M. Tullium dixisse Thrasumenum pro Tharsomeno. sic Græci κερεινὸν pro κερεινόν, vt Hesiodus in Θεογονία dicit eum qui impudicam vxorem nactus est, perpetuam habere mœstitiam θυμῶ καὶ καρδίῃ, id est, animo & corde.

† Diuortium tunc est, cum maritus & vxor discedunt animo perpetuam constituendi diuisionem. l. iij. ff. de diuort. id eòque per calorem misso repudio si breui reuertis est vxor, nec diuertisse videtur. ex vulgari regula. l. quicquid. ff. de reg. iur. itaque in d. l. iij. vxor, non, vox, legi debet, quia sola voce non fit diuortium, sed multa solennitate. l. nullum. ff. eod. postquam si redierit, reconciliatur ipso facto, licet nihil iustus de redintegrando matrimonio conueniat: quia facta dictis præstare solent. l. si tamen. §. ei qui. ff. de ad. l. edict. l. si pœnituit. ff. de diuort. nec propriè dicitur vox reuerti quæ semel euolauit, sed retractari, petita venia & composita tenui lite domestica, aut iurgio gratis, non concordia venali. l. quod si non. ff. de iure doti. l. si liberis. ff. de pact. dotalib. vbi ostenditur, post iurgium facili dissimulatione coagmentari matrimonium: ita vt perdurasse dos censeatur, non autem noue constitui. Similiter in d. l. cum hic. §. si diuortium. quæstionis fuit an donatio facta per virum vxori diuortio secundo reuocetur, sicut morte donatiaræ superflite viro: quod in dubio præsumitur. §. si fœcordia. l. nisi cum magis fuit fibrusculum aut iurgium bona gratia, inquit Vlpianus: idque multis modis contingere potest, potissimum propter sterilitatem vel sacerdotium in l. vitricus. cum l. seq. ff. de donat. inter vir. & hodie quidem matrimonium separatur, vtroque coniuge vtro religionem proficiente: at sponsalia alterutro proficiente cessant. can. scribit. 27. q. 2. auth. quod hodie. C. de repudiis. Videtur lege xij. tabul. ad verum diuortium trinocitio abesse coniugem oportuisse, ex Q. Mutij sententia, & dicebatur coniunx vsurpari trinocitio, Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 3. perinde ac dicas coniugium interrumpi. l. iij. ff. de vsucap. Diuortium sic propriè inter virum & vxorem appellatur, vt repudium inter sponsum & sponsam. l. inter diuortium. ff. de verb. signif. repudium tamen inter sponfos inuenies. l. iij. ff. de diuort. in diuortio hæc verba frequentabantur, res tuas tibi habeto. res tuas tibi agito. in sponsalibus hæc, conditione tua non vtor. d. l. iij. ff. eod. quare Lyfiteles adolefcens apud Plautum multa questus de miseris amantium, amori renunciaturus ait, Apage sis, amor, tuas res tibi habe, amor, mihi amicus ne suas vnquam. de formula veterè que ritu repudij superuacuum est plura dicere, cum id substulerit Deus, Matthæi cap. 19. nisi ob adulterium, & hoc est quod vulgò dicitur, spiritalibus in negotiis non eodem modo aliquid dissolui quo ligatur. l. consensu. C. de repudiis, imo, si verum sequimur, matrimoniū soluitur, sed eodem autore quo maxime ligatur: id est, Deo ipso, & causa religionis obeundæ. d. can. scribit. 27. q. 2. cæterum consensu solo initum non perinde solo consensu distrahitur, ne iure quidem prisco. l. nullum. ff. de diuortiis quinetiam nec iure vulgari, quo dissoluantur contractus eodem consensu quo facti fuere. l. prout. ff. de solut. sed re integra: non cum vltra consensum itum est ad oscula, & quid amplius. l. 2. quādo liceat ab empti. disced.

Ferunt

ferunt Romæ pertinax fuisse matrimonium, quoad Carbilius vir nobilis anno vrbis conditæ d. x x i i i. vxorem dimisit, quoniām corporis vitiō, vt A. Gellius notat, liberos nō gigneret. inde dicitur fieri diuortium bona gratiā ob sterilitatem, non verò coactione. l. vitricus. l. & ideo. ff. de donat. inter vir. ita vt consensu quoque vxoris fiat: quare inuestigant interpretes, an mulieri sterili dotis concedatur priuilegium, quod quàm amplum sit atque multiplex, enumerat Accurs. l. j. ff. sol. mar. Bart. concedi aſſeruit, licet d. l. j. innuat quodammodo contrarium, dum interest Reip. dotes mulieribus conseruari sobolis causa, sed ipse expendit particulam, maximè, tanquām significet maximè propter liberos faueri doti: igitur alia quoque ratione fauebitur, nempe vt nubat tantum, ac viuat pudicè. l. ij. ff. de iur. dot. Verum quis non videt, maximè, pro valde, ibi exponi, vel Accursij sententia? quamuis ego fateor, ingenuè sterilem frui detis pleno priuilegio, si cum ea sit matrimonium, cuius tria bona enumerantur, can. omne. 27. quæst. 2. nam & si proles desit, adest tamen fides & sacrum fœderis vinculum, sufficiunt itaque duæ rationes cessantè tertia. l. liberorum. §. 1. ff. de ijs qui not. inf. accedit ex voto coniuges sine liberorum spe continenter viuere posse. can. sunt qui 27. quæst. 2. nec omitto, quod frequenter arbores steriles frugiferis amœniores sunt. l. competit. ff. quod vi aut clam. lege antiqua scio sterilem notari solitam atque eijci. Exodi cap. 23. sed tunc cum fecunditate opus fuit ad augendum exiguum populum. can. recurrat. §. his ita. 32. quæst. 4. nunc virgines in pretio sunt, & fuerunt Romanis vestales suæ. Quapropter sterilis, dorem cum habeat, dotis assequetur iura & commoda, eo ipso quod initio vel modicam spem prolis habuit, vel prætextum spei, sicut & virgo. l. in denique. cū seq. ff. de ritu nupti. fauet huic sententiæ l. j. C. de infir. pœn. cœli. Sunt qui putant sterilem excipi oportere, si talis naturaliter fuerit. l. sed est. §. j. ff. de lib. & posth. quod displicet, cum hæc sanior sit quavis alia. l. quæritur. §. de sterili. ff. de edil. edi. præterea d. l. sed est. atas, & sterilitas conferuntur, atqui constat senectute non impediri nuptias, l. sancimus. C. de nupti. adde rationem pudicitia in ea vendicare locum, nubit enim, si non prolis causa, certè ne vaga libidine maculetur, quæ ratio à Bart. repelitur. non ab Vlpiano in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebellianum, nec ab Augustino can. solet. 32. q. 2. Succurrit illud Lucretij lib. 4. de rerum natura:

Et multæ steriles hymenais ante fuerunt

Pluribus: & nactæ possunt tamen inde puellos

Suscipere, & partu possunt ditescere dulci.

Quapropter sterili dabimus dotis priuilegium non minus quàm ei, qui omnes liberos quos enixa fuerat, morte amisit: ita vt similitèr creditoribus tempore priorib. præferatur. l. assiduis. §. & ideo. C. qui potiores in pign. † Senectutis causa fieri cōmodè diuortiū antiquitari placuit, sicut & valetudinis: cum propter alterutram matrimonium molestissimè retineatur. l. vel senect. ff. de donat. int. nō enim est quid aliud senectus quàm via ad mortē, vt Claud. Galeno in lib. 2. de temperamentis visum est. itaque, inquit, si mors, naturalis calor est extinctio, vtiq̄ sanium veluti tabes quædā eius fuerit. proinde à Poëtis Mors frigida, Amor igneus, nuncupatur, quapropter senem propediem moriturum non minus amori iudulgere decet, quàm mortuum, cum non sit dispar ratio eius qui profici sciunt, ab eo qui ad metam peruenit. l. qui mittuntur. §. fin. ff. ex quib. caus. maior. arg. l. pe. ff. de mil. test. excipio tamen non iniquè senem, qui cum pridem amare cœpisset iuuenis, ad extremum vsque perseverasset. arg. l. patre. ff. de ijs qui sunt sui vel. l. j. §. quamuis. ff. de postul. nam & Suidas tradit Masinissā regem Numidiæ quadrimum filiū anno nonagesimo reliquissè, sic Priamus Hecubam suam diuertsimè, nec sine laude, peramauit. Porro ab ineundo amore senem terere videtur Megadorus, qui in Plauti Aulularia in hunc modum sentit:

Post mediam ætatem qui vxorem duxit domum,

Si eam senex animum prægnantem fecerit fortuito,

Quid dubitas, quin fiet paratum nome pueri, Posthumus?

sed & Dionysius senior Rex siculus marri, quæ consensuisset nupturienti, vt est in Plutarchi Apophthematis, ciuilia, inquit, iura violari possunt, naturæ non possunt. Euripides iratam Venerem senibus dixit his verbis ἢ τ' ἀφοδῆτη τοῖς γέρονσιν ἐχθεται. nec illepidè dixit quidam apud Atheneum, Archippen, quæ cum sene Sophode congregederetur, velut noctuam sepulchro insidete. sed hæc potius admovent senem, ne vxorem temerè ducat quàm persuadeant, nam non violatur ius naturæ senium nuptijs: aut si violetur, alio simili iure id fit, sic etenim intelligitur §. sed naturalia. de iure naturali. vt ius naturale non tollatur lege ciuili, sed alio iure naturali quod omnibus dominatur, id est ratione, de qua in l. cum ratio de bon. damnat. ff. l. pe. de iustit. & iure. sic obligatio naturalis & firma, posteriore superatur

1. Stichurū. §. naturalis. de soluti. l. bona. ff. de positi. sic votum naturalis iuris procreandi liberum vincitur voto castitatis, & lege, quæ illicitas prohibet nuptias, cuiquidem legi adest natura. §. i. de incest. nupt. col. 2. atque ita iubet amare intra terminum quem senex non videtur egredi, utpote cum ut Augustinus ait nuptiæ quibusdam sint humanitatis solatiū. can. nuptiarū. 27. q. 1. quod si quis dicat, eadem ratione igitur castitatis uxorem posse ducere, sed hic alia ratio est, quia de prole prorsus desperat, non senex vel æger. l. si quis. posthumos. ff. de liber. & post. qui refocillari quadoque potest, ideo nubendi tempus, puellis ac pueris prestitutum est, non senibus, qui tamen prudenter ab his temperarent.

Non ergo penitus iniuste Lex Julia & Papia sexagenariorum nuptias vetuerunt. l. sancimus. C. de nupt. quod Seneca in libris moralis Philosophiæ attigit, quid est, inquit, quare apud Poetas fallacissimus Iupiter deserit liberos tollere? virum sexagenarius factus est, & illi fabula imposita? an impetrauit ius trium liberorum? alludit ad antiquum morem Seneca, quo hi qui tres liberos non haberent, certis iuribus, & successione priuabantur, aut contra, qui trium parentes essent, priuilegijs donati gaudebant. l. j. C. de iur. liber. Hinc Martialis lib. 2. ad uxorem.

*Natorum mihi ius trium roganti
Miserum pretium dedit mearum,
Solutus qui poterat: valebis, uxor,
Non debet domini perire munus.*

Verum hoc desijt à principe impetrari, quasi cuique vltro concessum. d. l. j. & ij. C. de iur. liber. idque factum est lege Theodosij iunioris. §. si. vt liberi de cetero. col. 6. ius quatuor liberorum refert Suetonius à D. Claudio concessum fœminis cap. 19. puto autem publicè ius triū liberorum tributum, vt parentes à successione debitouè alio liberorum aut cognatorum non arcerentur. d. l. 2. C. de iure liber. non autem vt propterea excusationem talem habeant à muneribus publicis vel prerogatiuam, qualem freti re vera liberis. §. r. de excus. tutor. l. qui testam. ff. eod. proinde patres facti, vt de re publica benemeriti, orbis & cœlibibus præferuntur in honoribus. l. in albo. de decurionib. lib. 10. C. Permisit, video, lex senem matrimonium. d. l. sancimus. C. de nuptijs, non miror, nec enim lex quiduis illicitum prohibet, aut punit. l. at si. §. idem Labeo. ff. de relig. & si quandoque durissima patitur, vt se ipsum occidere vitæ tadio. l. fin. §. si quis. ff. de bon. eor. qui ant. vel dicam amores senum coniugium non fastidiri, si æquales coierint, vt similiter mulieri ac viro rugas frontis exprobrat speculum: sic namque nihil habebit alter quod alteri objiciat. l. viro. ff. solut. matrim. nam par pari non insultat. l. 4. de recept. arbitr. at dices. talis erit copulatio senum vt prolem nō expectans. nam licet quinquagenaria anus pepererit. l. si maior. C. de legit. hæredib. id tam rarum est & in maiore senio impossibile. atqui nihilominus verum erit matrimonium in solatium mutuuum ætatis. can. nuptiarū. 27. q. 1. apertius liquet in l. 9. de liber. & posth. ff. ecquanam, amābo, durior est seruitus, quàm seni viro adolescentula? lepide profectò Aristophanes,

Δέσποινά γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή. Id est,

Regina enim mulier est sponso seni. Denique senilis ætas nec apta nec grata Veneri est. ideo Tithonus viuaux Auroræ maritus Cephalum adulterum admittente coactus est, vt cui formosissimam puellam potius quàm sibi duxerat, consilio plurimum valuit: quis negat?

*Nec tarda senectus
Debilat vires animi.*

Quemadmodum Virgilio videtur & corporis quidem numerum vacatione dignus, non cōsiliij & animi. l. ij. §. quem ita. ff. de vacat. muner. verè medijsfidius Biblis Ouidiana censuit, lib. 9. Metamorph.

*Iura senes norint, & quid liceat q̄. nefas q̄
Fas q̄, sit, inquirant, legum q̄ examina seruent.
Conueniens Venus est annis temeraria nostris.*

Iuuenes amoribus obsequi præcipit. vt eos à legibus deterreat, cum cupidæ iuuetuti Institutiones Iustinianus dicauerit procem. Inst. & Nerua Iuriscons. non ita ab honesto amandi iure abhorrens xvij. ætatis anno de iure publicè responderit. l. j. §. in initum. ff. de postul. sed videtur senes arceri ab honoribus adhuc virenti ætate. l. v. annorum. l. non tantum. ff. de decurionib. grandes natu, inquit in perpetuum amouentur, non aliàs seniores; ne seniorem excus. iuniores oneretur ad omnia numera publica suscipienda soli relictis; neq; enim minores xxv. annis decuriones ad legi, nisi ex iusta causa, possunt, neque ij qui annum. l. v. excesserunt.

hoc

hoc Callistrati responsum perquam durum videtur, non illo tantum seculo quo viuaciores facere homines, sed etiam nostro præferim cum senectutem sequatur experientia rerū multarum; ideoque iuuenibus præferuntur in honorib. §. ordinatio de monach. col. n. dist. de Doctores in l. cum quid si cert. perat. ff. cur queso demones multa scitis, & prædicunt nisi quod diuersissima vita multarum rerū prudentiam & experimentum calleant, prædicendum. 26. q. 3. vnde in Cratylo Plato *δαίμων*, sapientem & felicem vocat. quod etiam verisimile est in d. l. non tantum senes remoueri in fauorem sui, id est, nō inuitos expelli admittunt, sed excusari, si velint. l. si. qui ætate se excus. lib. 10. C. idque putat cum Callistratus ait seniores nō amouendi eorum excus. iuuenes oneretur: seniores enim accipio pro patribus senibus, leg. non aliter. §. fin. de legat. 3. Si non perinde excusatione gaudebunt, sicut nec deliri & repterafcentes munere fruuntur can. florentinus. 83. dist. Sed iam redeamus ad iuuentutem venustissimā, nempe ad xx. Nymphas, quarum mentionem paulò antè fecimus. hæc pulcherrima Blania nomine ad salices venire festinans, ceteris subsequens, innixa arcu purissimum amnem vado traiecit, succinctis aurea Zona vestibus, crinibusq; in nodum ligatis, ne aqua madescerent, pleræque tenui veste amiciebantur, quæ nec corpori nec pudori ferret auxilium. In vnâ Blaniam oculos auide conieceram, cum Passer præteruolans anulum aureum de rostro in ripam demisit, cui non licet æquare illum, quem Nonius Senator Strumæ Nobij filius habuit, qui propter Opalum gemmam sestertijs viginti milibus æstimabatur: ob cuius inuidiam à M. Antonio Triumuiro proscribitur est, substulit ex iussu Nymphæ anulum, deorū (vt ipsa dicebat) munus cuius aurum Sapphirus inclusus diuidebat, ad amorem non parum conducens, si quis in læua ferat, ancisa Cupidinis effigie, multas egi nymphæ gratias, nec me domi penituit, quamuis Atteius Capito Pontificij præsci que iuris imprimis peritus nefas esse putauerit, deorum formas in sculpi annulis, citante Macrobio lib. 7. cap. 13. Idem tradit solis ingenius ius annulos gestandi fuisse, nisi si qui libertini ius aureorum annulorum exorassent, ex quo instar ingenuorum haberi incipiebant, illæ so tamen patroni iure. l. fin. ff. de iur. aur. annul. non enim est aliud hoc ius impetratum, quàm imago & umbra quædam ingenuitatis. quare plus efficit restitutio natalium à principe facta, nec sine manumissoris cōsensu. l. ij. C. eod. l. fin. ff. de nat. l. restitu. Budaus in l. si. ff. de senato. existimat idem esse iure aureorum annulorum donare, quod equitem facere: nemo illi assentietur quous hoc ad libertinas personas refertur, nam & fœminæ id obtinent. l. etiam. ff. de iur. aur. annul. nec sunt equites, vt Amazones, & Pêthésilea. ius aureorum annulorum à principe solebat impetrari in imitatione libertatis naturalis. eratque inter beneficia manumissis concessa singulari ratione. l. i. ff. de iure aureor. annul. sed id ius omnibus manumissis vulgavit Iustinianus. §. r. vt liberti de cetero col. 6. vbi frustra Accurs. putauit nō beneficij sed necessitatis fuisse, vt libertini annulos aureos ferrent: idem asseruit in l. si. C. de iure aureor. vbi lex probat contrariū & l. etiā de bonis liber. ff. vbi libertus donatur aureis annulis, viuit quasi ingenuus, moritur patroni bono quasi libertinus, ideoque principali beneficio impetrato.

Non fuit in more positum veteribus ad ornatum duntaxat annulos gestare, sed magis ad signandum, idq; liberis & ingenuis solis tributum: quoniam fides signaculo continetur. Iuris aureorum annulorum originem verisimile est extitisse à Gn. Flauio Annij filio, & Scriba Appij Claudij Cæci, qui legis actiones populo Romano vulgavit: id est, solennes & certas agendi formulas, quæ antea penes principes ciuitatis viros, maximè penes Appium, religiosè seruabantur. Tam gratum id munus populo fuit, vt, licet libertini filius, Tribunus plebis, & Senator, & Edilis curulis crearetur, in gratiam tanti beneficij. l. ij. §. postea eum. ff. de orig. iur. Porro quamuis ante Gn. Flauium nō fuisset frequens aureorum annulorum usus, ipse tamen usus est, si Plinio creditur lib. 33. cap. 1. nempe velut ingenuus, & qui ius ciuile in manus populi misisset, & vulgasset.

† Hinc fortè fit, vt Doctores legum aureo donentur annulo, quasi ius ciuile postmodum interpretatur publicè in Italicis Academijs: nam in nostra Tolosarum, insignia clariora præstantur attonitæ venerationis plena, & nobilem inuestituram redolentia prætermisso aureo annulo de quo ad inuestituræ apto tractatur in cap. 3. de ijs quæ fiunt à maior. part. cap. cum olim. de sentent. & re iud. nec omitto inualuisse quondam, vt patroni causarum annulis honestarentur. Iuuenalis satyra. 7.

Ciceroni nemo ducentos

Nunc dederit nummos, nisi fulserit annulus ingens.

Alciatus libro. Parerg. 8. cap. 10. alia coniectura nititur, vel quia equestris bellicæque virtutis id insigne sit, vel quia annulo signata responsa Iurisconsulti dare soliti fuerunt D. Augusti beneficio. l. ij. §. pen. ff. de origine iur. quanquam in hoc est, quod addubitem, cum Doctori ornatus causa detur annulus, at signatorius non est inter ornamenta referendus. l. signa-

torius, ff. de verb. signific. Præterea signata responsa accipere conuenit, nuda subscriptione non modo annulo. l. fideiussor. §. pater, ff. de pign. l. pen. §. j. cod. l. sub signatū. ff. de verb. signific. An magis est, ut formatus in circulum annulus ambitum & noticiam omnium disciplinarum requiritur præsumitur; in Iurisc. cons. facit, sicut catena Homerica ex multis cōpacta annulis? Certè annulum, quo iustus sponsam oppignerat ex consuetudine, dari suspicor, circulari etiam ratione, quia ætatis simum, matrimonij fœdus perpetuo nec desituro amore nitatur. §. j. de pat. potest. vel quia æternitas, proliis successione quodammodo acquiritur. l. liberorū. §. fin. ff. de verb. signific. hinc Attæius Capito annū à circuitu tēporis putat dictum, quia antiqui, an, pro circum vsurparunt; unde ambire, & Cato in originibus, an terminū, pro circū terminū dixit. & Ægyptij mundū representantes serpentem pingebant in orbē suam ipsius caudam deuorantem; quia hæc figura perfectissima est. sponsaliorum annulus digitorum, qui minimo proximus est honore decorat, potissimum propter neruū pettenū, qui ab eo ad cor tendit, & peruenit, ut in apertis humanis corporibus, quas Græci α ν α τ ο μ α ς vocant, comperit. canon. fœminæ. 30. q. 5. Aulus Gellius meminit lib. 10. cap. 10. obseruat quoque mos uetus, ut annuli non nisi à nuptis ferantur, & inde præsumptio colligatur matrimonij. cap. illud de præsumptione. nec obscurū est facta facile annulis misceri à magis; inde septē annuli Apollonio donati ab Iarcha sapiente Indo, iuxta numerum septem stellarum, quorū singulos singulis diebus gestaret teste Philostrato. nihil uero apud antiquos aptius uisum fuit ad pignora, quæ sequestro deponerentur uictori tradenda, sponsiones uocat Plinius lib. 33. cap. 1. ubi addit nullam arram fuisse uelociorem, ut liquet ex l. si rem tibi. §. ff. de præscr. verbis. l. ex empto. §. is qui. ff. de acti. empt. atque olim qui hæredes designarent annulum tradebant, ut late describit Valerius lib. 7. cap. 9. uelut argumento amoris & arræ dominij, quia hæres dominus fit. §. ff. de hæred. qualit. consequenter spōsa donari annulus cœpit instar erræ sanctissimæ. planè non proinde facili, ut ea reddita uel duplicata cōtractus dirimatur instar uēditionis. §. 1. de empt. quoniam sacro ligamine consensus uinctus est in matrimonio. l. 1. de rit. nupt. ff. vel quod annulū tradendo uidetur inuicē trāsferri dominū, ita ut cōmunicatio mutua fiat & societas perpetua. l. 1. ff. rer. amotar. inde Alexander Magnus in supremis annulum detractū digito Perdicæ duo tradidit, summam imperij concedens apud Q. Curtium lib. x.

OBSERVATA IN CAPVT XVI.

- 1 Tres arbores eximia ante Cupidinis forū describitur, & fax cupidinis affectus quoque ratio iure probata.
- 2 Quod si quando nostra ex affectione interest agatur.
- 3 An in l. si cui fundus. de leg. ij. agatur ex singulari utilitate.
- 4 Explicatur l. 1. §. sed si re. ff. si quid in fraud. pa.
- 5 Quid de l. prætia rerum. ff. ad leg. Falc.
- 6 In lege Aquilia singularis æstimationis cessat ratio.
- 7 Quatenus in amore id quod interest æstimandum.

CAPVT XVI.

NEMO mihi persuaserat Athlantis filias auri ferā arbore habuisse, donec ad forū Cupidinis ueni, ante cuius ianuam cōstitæ fuerant tres arbores inauditi nominis, & nitoris egregij in enodi stipite. folia cuiuslibet de Smaragdo Natura fecerat, ne uirere desinerēt. † Quarū arborū prima, & maxime procerapomis aureis grauis erat: altera argenteis: tertia uinionum similibus, candore etiā uinionis rubri maris superantibus, ubi aliàs nascuntur. l. & si non. §. pen. ff. de aur. & arg. Cæterum huius arboris stipitē hedera lasciua amplexu occultabat: & ita sūma suis, ima alienis frōdib. arbor sacra uestiebatur. Hederę folia aliquot carpere iā meditabor, cum quidā ē Cupidinis licitoribus de foro exiliens, id ne auderem præmonuit: qui non faciem cum securi, sed faciem & telum efferens ac toruē admodum me aspiciens, nulli inquit, istud arrectare licet, ne Poëtæ quidem, si amet, nisi poro prius Helleboro. an ignoras & pro herede actionem arborū furtim cæsarū cōpetere? l. ij. ff. arbor. furt. cæsar. facis autē nomine, accessā & uirētē intell. l. si seruus. §. serui. in fi. ff. ad leg. Aq. Adde, inquit licitor, Cupid. in has arbor. pecul. aliqua affectione ferri, obquam, quis nescit te pluris condemnandum, si quid aduersum cas admiseris: † aucta damni æstimatione ob singularem affectionem Cupidinis. eō magis quod queuis trium arborum felices fructus uerissime profert, & Paulus in l. comperit. ff. quod vi aut clam. interdictum concessit usufructuario pro cypressis & alijs infructuosis arboribus, quæ tantum ad amcenitatem & voluptatem faciunt. & Passienus Crispus, bis Rom. consul, Oratione

tor nobilis, ob Neronem priuignum factus clarior, Morum in Dianæ luco adamauit, osculari & amplecti eam crebro solitus, ac iuxta, uinum effundere, & apud Herodorum Xæares Rex adamauit platanum eamque aureo monili donauit. lib. 7. † Non me fugit, inquam, istarum affectionum, quæ singulariter cuique obueniunt, gratia, rationē haberi. Bartolus asper, ut serius interpres, actionem dari putat nedum condemnationem augeri, sed non sine delictu ex affectibus. Actionem quidē dari uult, & si iisdē non adsit comes utilitas: nam augeri condemnationem sed nec agi patitur nisi in bonæ fidei iudicijs. putem, ut alius reperam, affectus respectum in iure plurimi fieri in omnibus tractatibus sine compendio, cū ex partium consensu manat negotium. ut cum seruitus constituitur stipulatione, uel testamēto, uel iuxta uenditionem prædij cui est inutilis, pura, aqua ductus alioquin amœnus. l. ei fundo. ff. de seruitut. l. hoc iure de aqua corid. ff. uel cum legatur usufructus statuę uel sterilis agri, atque ita damnosus. sed collibuit ita constituentibus. l. statua. ff. de usufruct. modo iuxta causā finit, id est, minima turpitudinis nec improbatæ uoluptatis. l. illud. ff. de manumissis uinct. quod si quis obijciat etiam turpes affectiones recipi, ut cum scorto datur. l. affectionis. ff. de donation. consideret scortum nihil accipere turpiter. l. 4. in fi. ff. de condict. ob turpem caus. præstat in super effectio, ut contractus probetur, qui aliàs non probaretur. ut cum miles impudē emit prædia paterna in prouincia in qua meret, uel iudex. l. 9. ff. de iure milit. l. qui officij. ff. de contrah. empt. Tertio affectio interpretatur, ampliatur, uel restringit contractum, maxime si amorem spectet. l. obligatione. l. denique. ff. de pignorib. idem ferē in legato. l. si domus. §. pe. de legat. 1. quarto rescindit affectio contractū. l. si in emptione. ff. de minorib. xxv. Quinto facit ut legatum uile sit, quod alioquin superuacaneum uideretur. & cōtractū fructuosū facit. l. si cui fundus. ff. de leg. ij. si uulgō probatam inductionem receperimus. nā ibi fundus centum nummis dignus legatus erat, si centum hæredi dederit legatarius: optimū esse legatū putat Iurisc. consultus, si is cui legatur fundus, confinem habeat, ad eō ut legatum fundum acquirere supra iustam æstimationem eius intersit. Hic tamen locus non satis ad institutū pertinere uidetur propius inspicientibus, qui confinem fundum quærit non tantum singulari affectione nititur, uerū etiam communi utilitate, ut parcatur sumptibus, qui propter uenturas messium aut uindemiæ sunt, ut possessiones propinquas commodē substentet. l. ij. C. de omni agro def. lib. 11. Martialis lib. 7. ad Narniam.

Quid Nomentani causam mihi perdis agelli, Propter uicinum qui pretiosus erat?

Accedit quod uicinum malum vitare non parua est utilitas. l. quod sape. §. fin. de conit. empti. & M. Cato ait, si te libenter uicinitas uidebit, facilius tua uendes. Non pratereō, quod inter finitimos fundos quinque pedum spatium interuenire lex Manilia statuit. l. quinque. C. finium reg. id que ad circumagendum aratrum, dum ager colitur: quemadmodum ex Agenio Urbico Alciatus docuit. Sanè hi quinque pedes lucro cedunt eius, qui alienum fundum suo coniunxit. nec superuacue de u. pedibus ius redditur, cum de uno uel duobus legem tulerit Solon, id que Athenis. l. si. ff. fin. reg. & seruitus itineris in paucioribus consistit. Quamobrem d. l. si cui fundus. de leg. ij. non recte potest ad id de quo quæritur accommodari. Ceterum si quis ad rectū examen reuocet affectus, quorum contemplatione uel actio moueri, uel condemnatio augeri potest, nihil distinguet inter contractus stricti iuris, & bonæ fidei. propterea quod nihil distinxit Iurisc. consultus: sed tantum inspexit utrum iusta esset affectio uel non. d. l. illud. ff. de manumissis uinct. & in l. si domus. §. penult. de legat. 1. nam erga hominem hominis piam affectionem admisit lex, non uero erga res alias. l. seruus ea. ff. de seruis export. & in l. qui officij de contrah. emp. affectio militis rem patris uenalem ementis spectatur, non propter contractus bonæ fidei naturam, sed quia paterna fuit. idem enim dicere in cōtractu, do ut des, uel do ut facias. accedit quod iure, que Barr. induxit nihil iuuat. auctore. nā ut probet in cōtract. stricti iuris non expēdi affectionē munitur. l. fideiuss. de pactis. ubi fideiuss. cōuentio de non petēdo non prodest reo, quia fideiuss. non interest: ipse interpretatur. quia affectio fideiuss. non operatur quicquā. debuit exponere, quia fideiuss. liberatus nulla iusta affectione mouetur, ut reus similiter liberetur. quin re penit. inspicenti apparebit, inter fideiuss. & reū esse bonæ fidei negot. id est, mādati. l. furti. §. mandat. ff. de ijs qui notan. infam. sed fortē cōcitauit Barr. ad hoc genus distinctionis. l. cū seruus. ff. mādati, ubi in bonæ fidei iudicij affectus ratio habetur. fatcor haberi sepe, sed non sequit. idē bonæ fidei non excludit strictū ius. l. lecta. ff. si cert. petat. eō magis hoc uerū est, quod in d. l. cū seruus in mādato & uend. & sic in perspicua bona fide, affectio non admod. operatur: patris in quā uend. affectio, qui iussu serui ac eiusdem filij, procuratori mandantem seruum uendiderat. sed potius operatur quod uenditor approbauerat contractum & ratum habens firmauerat. l. fin. C. ad Macedon. nam si ualde seruū dilexisset, non expectasset ab alio manumitti seruū. l. quia. ff. de cōditi. instruct.

tantum rapitur in contrariam partem. l. j. §. sed si rem. ff. si quid in fraud. pat. vbi quæritur de patrono, in cuius fraudē libertus dicebatur fundum alienasse, quia in eo habebat ille affectionē, vel oportunitatis, vel vicinitatis, vel cæli, vel quod ibi educatus sit, vel quod parentes in eo sepultos habeat. certè nō auditur, quia fraus in damno accipitur pecuniario, vt Vlpiano vifum est: qui euidentissimè reuocatur interpretarioni, quā attulimus, in l. si cui fundus. ff. de legat. ij. quo in loco vicinitatis & oportunitatis fundorū, comitē esse pecuniariā commoditatem ostendimus: & cōsequenter dānum amittentis versari. Mouemur præterea, nescio quo pacto, locis ipsis, in quibus eorum quos diligimus, aut admiramur sunt vestigia, inquit Cicero, lib. 2. de legib. l. lex quæ. C. de administ. tut. l. in fundo. ff. de rei vendic. l. libertus qui. ff. de bon. lib. vbi bonorū possessio contra tab. eo ipso patrono competit, quia in liberti hæreditate est prædium, in quo sepulchra maiorum ipsius patroni sunt, vel mancipiū, non pretio, sed affectu æstimandum. Capitalis est hæc obiectio, nec dissimulari potest. Tenemus diluere, & dicamus in d. l. j. §. sed si rem. ff. si quid in fraud. pat. non tantum experiri patronum oportuisse in libertum alienatorem fraudulentū, sed & in alium, qui vtroque iure potentiori nitebatur, id est, in emptorem fundi, vnde seges illa litis manabat. scire enim conuenit, te vilius à liberto distracta in fraudem patroni, emptori conditionē deferri, vtrum supplere velit iustum pretium, an ab emptione discedere. l. j. §. si quis in fraudem. ff. eod. itaque cum emptor sit potior, velut iam possessor per contractum nondum reuocatum, affectionem quamlibet patroni facillimè eijciat, & eluder, iustumque pretium ex communi æstimatione faciet, non quantum aduersarius propria affectione, licet non iniusta metietur. Meritò Iustinianus acre iudicis ingeniu desiderat in expendendis affectionibus: quia causas originesque earum oportet intueri & quas erga res dirigantur. l. si domus. §. pe. ff. de legat. i. Adde ad reuocandum alienata in fraudem patroni, alienantis dolū interuenisse necesse esse. d. l. j. in princip. & §. dolum. ff. si quid in fraud. verum libertus, qui æquo prætio distraxit in d. §. sed si rem, satis honesto colore comminisci poterat, nescire se patroni affectionē qui fundum confinem oprat, adijciens illud quod Plinius junior lib. 3. Epistolarum Caluifio Rufo scribit, tutius videri incerta fortunæ possessionum varietatibus experiri. habet etiam, inquit, multum iucunditatis, soli, cælique mutatio, & ipsa peregrinatio interstita. Simulabit rursus non incallidus libertus, sepulchra maiorum cotidie visa mœrorem renouare. Proinde, cum damno pecuniario non afficiatur patronus, non esse, cur queratur. Cæterum in l. libertus qui. ff. de bon. lib. non aliorum arbitrato, sed proprio patroni affectus, res æstimabatur, cum is qui patronum nihil lucri expectare respondebat, mentiri splendide præsumeretur, cum eam hæreditatem adiuisset, quam in fructuosam simulabat. & ita iuriscōsultus vtilitatem patroni, nedum affectionem intuetur: quia inquit, soluendo videtur esse hæreditas, quæ inuenit hæredem, ad eod affectus ratio ex abundantia adiecta censetur, magis quam vt ea cessante cesser lex. arg. l. quia poterat. in fi. ff. ad Trebell. l. cum in fundo. §. sed & si. ff. de iur. dot. sic in l. pater. ff. de euictionibus quod magis inquit Paulus, paterna affectio inducit: nam remota illa affectione singulari, satis ius commune parentum iubebat patrem fundi illius emptorem, quem filia dotalem fecit de euictione agere contra venditorē de qua ipse plerumque tenetur. l. i. C. de iure dotium. deinde filiam indotatam alere, funus ei facere. l. si quis. de liber. agnos. ff. l. quod si nulla. ff. de religiosis. ideoque hoc magis paterna affectio induxit in d. l. pater. id est, magis augetur ex paterna affectione. quod alioquin iure recipi conuenit. tamen illa multum possit in l. plerumque. ff. de ædilit. edict. vbi nec sola fuit, sed voluntati venditoris cohærens & rei venditæ naturæ. l. cum eiusdem. ff. eod. vbi vtilitas est affectus comes.

† In lege Falcidia despicitur affectus ratio, in æstimatione rerum hæreditarium. l. pretia. ff. ad leg. Falcid. vbi apertissimè demonstratur iure quodam singulari vti Falcidia: sed in præsentia, inquit Paulus, non quasi filius alicuius, sed quasi homo æstimabitur. l. in Falcidia eod. titul. Præterea eo loco legatarius, qui pluris rem volebat æstimari, non suum affectum, sed tertij cuiusdā allegabat. qui magno empturus fuisset, si hæres vellet distrahere. quod quidem non est expectandum, potissimum quod hæredibus consuli in Falcidia detrahenda æquissimum censetur, propter onera hæreditaria & detrimenta, quæ accidunt. l. in ratione. ij. ff. eod. iuuatque hæres suam in seruum hæreditarium affectionem quamuis filium, dissimulare potuit, cum etiam ingenuos filios multi oderint.

† Minimè omnium obstat l. si seruum. ff. ad leg. Aquil. vbi nec patris quidem, cuius naturalis filius seruus occisus est, affectio inspicitur, an fortè, quia hoc, vt in Falcidia diximus, peculiare est: sed cur sit disquiramus, nempe cum præter legis Aquiliæ actionem, iniuriarum pater habeat, per quam consequitur, quod defuit Aquiliæ. l. qui seruum. ff. de action. l.

sed

sed et si. §. j. ff. ad leg. Aquil. & actionis naturæ seruendum est. l. sed & partus. §. fin. ff. de eo quod met. id manifestè ostenditur in d. l. si seruum. vers. in lege enim Aquilia damnum consequimur, & amississe dicimur quod aut consequi potuimus, aut erogare cogimur. non aliter, ac si dicat Paulus, alia lege reliquum peti posse, si ex iusto affectu interfuerit, etiam criminaliter persequi ex dolo. l. inde Neratius. §. si dolo. eod. perbellè. l. 7. §. 2. de in iur. iuuat l. fin autem. §. si homo. ff. de rei vendic. & hæc ideo locum habent, quod in lege Aquilia non admodum culpam seuerè vindicamus instar sceleris vel doli. nam propter aduersarij dolum non est dubium saltem iurari in litem ex affectione: non quia vtilitas coniuncta sit, vt putat Bart. sed quia dulus, quamuis in stricto negotio. l. 2. l. in actionibus. in fi. ff. de in lit. iurand. tamen affectio iurantis non facit, vt ob hæredis contumaciam legata res pluris æstimetur, sed facit vt hæres inultus non maneat, & sibi noceat non aliis. l. cum pater. §. si. ff. ad legem Falcid. illud in d. l. si seruum animaduertendum est nec vtilitatis cuiusque singulariter haberi rationem, sed aliis legibus æstimandum relinqui, sicuti de simplici affectione diximus, siue de actione danda quærat sine de augmento æstimationis: cum inceptum augeri paratius queat quā ab initio fundari. l. si. C. de iudæis, cōtra quam Bartolus autumauit. denique si lex finit ob affectionem aliquam locupletari quem cum aliena iactura. l. in fundo. ff. de rei vendic. quare prohibebit petitionis vim augeri? nec ibi agitur de negotio bonæ fidei, nec in l. si in emptionem. de minorib. vbi potius destruitur bonæ fidei venditio, eo quod res pluris æstimatur affectione solius minoris.

† In toto tractatu eius quod ob affectionem cuiusque singularem interest, curare debet is qui iurisdictioni præest, ne vanissimas affectionum rationes nimiumque profusas æstimet. l. si. ff. de ope. seruor. solitas recipiat licet steriles. l. statu de usufr. sed moderamine quodam iuxta Iustiniani sanctionem, quod verissimiliter iuste petitur concludat. l. ynica. vers. in aliis. C. de sentent. quæ pro eq. maximè in amoris negotio, in quo amâtes in infinitum eunt, dum sibi inuicem blandientes, aut alter alterum, aut acceptum munus vtrique plurimi facere consueuerunt. Carullus ad Lesbiam suam:

*Quare hoc est gratum nobis quoque charius auro,
Quod te restituis, Lesbia, mi cupido.*

Vnde astuta Thais in Comœdia, siue Gnato potius Thrafonis insania fruens, donum libenter acceptum fatetur, non tam ipso quidem dono, vt assentator ait, quàm quod à milite magnifico missum fuisset, eoque nomine Thaida magnas, imò ingentes, agere gratias.

OBSERVATA IN CAPVT XVII.

- | | | | |
|---|---|---------------|---|
| 1 | Amorem iudicare, & præfecti pratorio manere fungi, nec cæcum esse. | pena abolita. | |
| 2 | Magnus magister Gallia olim tres magistratus Rom. sibi conferendos habuit: quis sit Constabilis & sententia pratoriana autoritas. | 5 | Iurisdictionem optimo titulo Amor habet, & in foro versatur. Tu quid sit cauere, in iure. |
| 3 | Non esse mirum oculatum esse Amorem, & si alios cæcos efficiat: & an cæcus iudex esse possit: & quid de surdo. | 6 | Minor xviij. annis an iudicet, explicatur l. quidam. ff. de re iudic. |
| 4 | Inuitam amans, ad precipitium damnatur, | 7 | Iudices è magistratibus eligi solitos. & filios in patris officio aliis præferendos: |
| | | 8 | Quid sit perducere ad album pratoris aduersarium, in l. i. ff. de edendo. & de ambitu. |

CAPVT XVII.



Vid cunctamur & ingrediamur † Cupidinis forum, & sedentem pro tribunali contemplemur, in Hemicyclo de Beryllo gemma Indica, de qua in l. fin. §. diui. de publica. Magna profectò alati dei maieftas, ingens pulchritudo, in molli & aurea coma, in decora & satis tunc seuera facie, in oculis denique Cæcis, ac ita vehementibus, vt qui eos attentius intuerentur, velut ad Solis fulgorem, vultum cogerentur submittere: quod & Augusti Cæsaris luminibus innatum fuisse Suetonius tradidit. Cæco profus animo veteres extiterunt, qui cæcum Amorem ementiti sunt. nam si in oculis pretiosissima corporis parte, pulchritudo consistit, sacrilegium & nefarium est cæcum existimare, qui deorum sit pulcherrimus vt antiquissimus: de quo Hesiodus in Theogonia:

Ητοι υδωρα πωπινα χαος γενετ. & μοx: id est, Ηδ' ερις, ος χαλλιτος εν θανατοισι θεοισι.

Ante omnia quidem chaos fuit, atque Amor pulcherrimus immortalium deorum, quod si myopas, id est, insciosos redhiberi posse Vlpianus respondit, l. item. ff. de ædik. edict. quando magis orbatus oculis, ut vitiosus, rejiceretur Amor, non mediocri Ediliū errore, si is vitiosus iudicaretur, cui qui vacare nequeunt, omnino vitiosi sunt. l. sin autem. ff. eod. nimirum oculus naturæ speculum à quibusdam vocatus, quia è diverso speculum sit artis oculus, qui quidem Solis splendorem refert, & eum talem in corpore illustrando esse, qualis sit in mundo Sol, Cl. Galenus perhibuit lib. 3. de vsu partium. nam & Orpheus in hymnis, Solem appellavit κοσμος ομυα, id est, mundi oculus. Præterea constat à mundi origine Cupidinem maxima potestatis luce claruisse, nisi Hesiodo diffidimus, & eundem militem perstrenum Martisque victorem ius seuerissimè dixisse, nec prouocandi facultate concessa.

2 † Quod accedit ad officium Præfecti prætorio, à Romanis Imperatoribus inductum, instar eius magistratus, qui antea, Consulū ætate, Magister-equitum vocabatur. l. vnic. ff. de offic. præf. prætor. quemadmodum ante exactos reges, & nondum annuo consularu vigete, qui Equitibus, præerat, Tribunus celerum dictus extitit, qui secundum post Regem obtinebat locum. l. ij. §. quod ad. ff. de orig. iur. celerem enim, Festo teste, antiquitas dicebat equites. His tribus magistratibus æquabili autoritate præditis, vel trium vni, conferendus videtur, qui nunc Magister-equitum in Gallia dicitur, seu Conestabilis: quasi stabuli regij comes-comitem quoque sacri stabuli dixit Imperator in l. vnica lib. 12. C. de comitibus & tribunis. vbi deposita dignitate comes stabuli honorabatur instar Comitum Egypti, licet altiorem non esset sortitus potestatem. certum est enim magistratus olim fuisse temporarios hinc ex præfecto prætorio Leontius Patritius. l. i. §. ideoque. de nouo codice faciend. nec est quicquam fidei in hac re certioris quàm Valentinianus Augustus in d. l. j. de comibus. utpote qui Nicomediam ingressus calend. Martii Valentem fratrem stabulo cum tribunatus dignitate præfecit. ut Ammianus loquitur lib. 26. sanè præfectum prætorio pleniotem potestatem habuisse quàm Magistrum militum ait Iuri. cons. in l. i. ff. de offic. præf. prætor. quod puto non exponendum, pro plena, cum Accursio, sed propriè pleniotem dico, eò quòd præfectus iuri dicundo grauioribusque negotiis terminandis, vltra rei militaris curam incumbebat: & in iudiciis multa habebat singularia: non enim ab eo appellabatur. d. l. j. de officio præf. prætor. deinde subdit aduersus sententiam præfecti minores ab alio magistratu non restitui, sed ab ipso met. quod multum ab appellatione differt, quæ ad superiorem it. sed appellatione detegit imperitiam iudicis à quo prouocatur, vel iniquitatem. l. i. ff. de appellat. preces verò oblatæ præfecto dolum aduersarij vel errorem proprium continent. l. i. præf. prætor. ff. de minorib. adhæc bis appellare licet, semel tantum præfecto supplicare. l. si quis C. de precibus imperatori offer. C. demum appellatio impedit executionem sententiæ, non supplicatio. auth. quæ supplicatio. C. eod. vbi intra decem dies supplicatio recipitur coram ipso præfecto. quod si successorem acceperit, tunc etiam intra biennium Imperatori supplicabitur. sic non ob. est. l. i. C. de sententiis præf. prætor. nempe cum interim præfectus imperium amisit. Nec ineptè Cupidinem huic contulero, qui in cælo secundum, post patrem Iouem, honorem iam pridem adeptus est, eoque magistratu deorum Senatu subscribente fruitor: ut & Præfectus prætorio, amantium lites dirimit, constitutiones & edicta proponit diuersa à principis legibus, si libuerit, modo non sint contraria. l. formam. C. de offic. præf. prætor. orie. vbi forma appellatur ex bono & æquo edita sanctio decretumue, v. l. ij. ff. de variis & extraordin. cog. præterea in d. l. formam. expressè dicitur eam formam solitam offerri principi, qui, si libuisset, aliud inuouabat, aut approbabat. sed in dubio lux tantæ dignitatis cuncta ex fide & iuste sancire præsumitur, & ad principem ferè accedit. l. j. ff. de offic. præf. prætor. Imperator Alexan. autor d. l. formam. exemplum aptissimum mihi obtulisse videtur in l. iij. C. locat. quod ad similia generaliter transferri poterit.

3 Sed (ut ad superiora redeam) est cur cæcitatē calumniam Cupido Iurisperitus æquiore ferat animo, cum pictores Iusticiam ipsam, quam quisque iudex ante oculos habere debet, l. quòd si Ephesi. §. finali. ff. de eo quod cert. oculis clausis pictam crebro proponere soleat, cum sit aspectu acri & formidabili, ut vult Chrysippus in libro primo eorum, qui χαλκ' ερις ηδονης inferibuntur & A. Gellius lib. 14. cap. 4. & senarius in Prouerbio, Ετιν δικης οφθαλμος ος ερωθ' ορε. id est, Est iustitiæ oculus qui omnia videt. † Enimuerò, inquis obstrepens, alios cæcos efficit Amor: quid tum? num est nouum transferre quenquam quod ipse non habeat? non uti que. l. non est. ff. de acq. rer. dom. l. apud filium. ff. de manumiss. vind. nonne Sol, quo magis splendet, eò

det, eò magis cum periculo luminum aspicitur? sed tempestiuum est inspicere, an Cæcus iudex esse queat, an magistratum gerere. Accurs. in l. i. §. casum. de postul. ff. retinere posse munus scripsit cæcum, nò autè post cæcitatē adipisci. l. vii. de decurion. C. 10 atque ita intelligi l. cæcum. ff. de iudiciis. cæcus, inquit Vlpianus, iudicandi officio fungitur, nepe fungitur non autè ut dati nouè iudex possit. sic tutor, cæcus post factus, auctoritatè rectè interponit, posse verò tutorem dari nemo dixerit, cum captus sit luminibus. l. 3. C. qui dare tutor. possunt. nam amouere cæcum à publico munere duri esset principis, & calamitatè insultantis, maximè cū Appius Claudius cæcus ut in d. §. casum. publicis rebus & sententiis interfuerit & protulerit salubriter. & C. Drusi domus consulentibus se optimè cauerit. cæcus dux iis, qui sua non videbant. alia exempla cumulat Cicero lib. 3. tuscul. quaestionum. non me latec aliquem recentiorum existimasse, cæcum ad magistratum quidem assequendum non admitti imò ad iudicandi officium, ut scilicet iudex delegari à prætorè possit. quod d. l. cæcus. non dicit. tantum dicit iudicandi officio fungi. id est, retinere ut in d. l. i. §. quamuis. ff. de postul. præterea is cæcus omnino esset, qui cæcum litigantibus daret iudicem, cum nec surdus delegari possit. l. cum prætor. ff. de iudiciis. vbi natura iudex non datur surdus, mutus, in cæca autem magis est periculi, nam surdus saltem leger acta iudiciorum. cæcus tantum exaudiet, & decipi poterit à prælegente. nec innotum est oculatam fidem aurita potiorem. §. i. de gradibus cognition. quid, quod multa ex aspectu diiudicantur. l. 2. ff. de feriis. l. si irruptionem. §. si finiu regundor. accedit quòd surdus testari potest minore solennitate quàm cæcus. l. hac cõsultis. & l. diseretis. C. qui testam. facere poss. nisi simul ille mutus fuerit. quòd si postea à functione suscepta morbus acciderit, & surdum cæcumque præpedierit, ut plenè exequi munia iudicantis nequeant, aut legere sententias, detur adiutor, ut nimium senectâ grauato, can. petisti. 7. q. 1. quoquidem Cupido perspicax admodum non egebat.

Audiebantur in huius prætorio coram tam formoso & æquo iudice amantium quarimonix dextra ac sinistra, iurgia & mirandi strepitus excitabantur. † damnatus est ad præcipitium. C. Vindimius, non inuenustus iuuenis, Posthumilla Sextiæ desiderio perditus, iustus est miser inuitæ amator de rupe Leucadia desilire, sequique Cephalis infelix fatum, qui captus Ptoleæ Deionci filix amoribus, de eadem rupe, quæ ad sedandum amorem facere ferrebat, se dedit præcipitem. quod Strabo lib. 10. testificatur. Pœna huiusmodi, legibus nostris, alioquin improbat, l. si diutino. in fi. ff. de pœn. sed lege 12. tabul. falsis testibus indicta ut scilicet saxo Tarpeio deiicerentur ut notat A. Gellius lib. 20. cap. 1. puella autem ut infamis de foro Cupidinis eiecta est, idque ei superindictum ex Horatij carmine:

Ingratam Veneri pone superbiam.

Triduo post rem iudicatam, Rutilij Scapulæ deformissimi senis ipsa amore flagrare occipit, qui omnia quidem, quæ nolis, habebat, præter opes, quas solis obibat oculis.

† De titulo quo iurisdictionem suam Amor tueatur, disputare necessarium non est, cum prolixitas temporis, cuius non sit memoria nisi sempiterna, iuris dicendi potestatem tribuerit. quo titulo nullus melior, nullus firmitior inuenitur. l. si quis. ff. si seru. vend. l. fin. ff. de aqua plu. dant mores notionem & auferunt. l. cum Prætor. ff. de iudic. quid quòd vix vllū est forum alicubi, quod non inuadat hic de quo agimus. Hinc Ouidius:

Et fora conueniunt (quis credere possit?) amori,

Flammaq. in arguto saepe reperit a foro est.

Illo saepe loco capitur consultus amore:

Quique alijs cauit, non cauet ipse sibi.

Cauere nanque dicebantur Iurisperiti consultoribus. l. quid de creditore. ff. de damno infecto. Cicero cautiones vocat responsa Iurisconsultorum lib. 7. Epistolarum Trebatio Iurifconsulto scribens: itaque, inquit, quando vestræ cautiones infirmæ sunt, græculam tibi misi cautionem Chirographi mei. hoc modo Budæus interpretatur cautiones in l. quidam. ff. de adm. rut. l. si sciente. ff. ad leg. Pompil. illic cautiones testatorum pro vaftris dispositionibus explico, cum Accurs. eodem verbo vitur. Cicero in Topicis ad Trebatium: etenim, inquit, cum tu mihi meisque multa saepe cauisse, veritus sum, ne si ego grauarer, aut ingratum id, aut superbum videretur. idem lib. 3. Epistol. L. Valerium Iurifconsultum valde tibi commendo, sed ita etiam si non est Iurifconsultus. melius enim ei cauere volo quàm ipse aliis solet: hoc est, melius quàm ipse aliis solet, de iure respondere.

Mirum est tantum valere manu & sagittandi peritia Cupidinem puerum, vel adolescentulum, eundemque scopum pusilli cordis cetero icu ferire. mirabilius tamen adeò præstare perspicacitate ingenij, & iudicandi solertia, nec minus legibus armari quàm armis decorari, ut §. j. proœm. Inst. quanquam † minorem xvij. annis magistratu fungi, & idcirco iudi-

cem dari legibus probatum sit. l. j. ff. de offic. consul. l. quidam. ff. de re iudic. vbi sic Vlpianus: Quidam consulebant, an valeret sententia à minore viginti quinque anni iudice data; & æquissimum erit tueri sententiam ab eo dictam, nisi minor decem & octo annis sit. Certè si magistratum minor gerit, dicendum est iurisdictionem eius non improbari. Sed & si fortè ex consensu iudex minor datus sit, scientibus iis qui in eum consentiebant, rectissime dicitur valere sententiam. Proinde si minor Prætor vel Consul ius dixerit, sententiæque protulerit, valebit. princeps enim ei cui magistratum dedit, omnia agere decrevit. Hæc ille. Quid verò his verbis voluerit breuiter enarremus. Primò dicit valere sententiam, quam dedit maior xvij. annis quamuis sit minor xxv. aliter non valere. fortè quia hæc ætas mediocris visa sit vt in §. si. quibus ex caus. manumitter. vbi de aduocato nonnihil similiter tractatur. At verò Vlpianus illic mox dupliciter excipit: hoc est, duobus modis statuit non infirmari sententiam dictam à minore decem & octo annis: priore, si is magistratum gerat, ante quàm iudex datus sit: posteriore, si eum iudicem partes litigantes optauerint, nò ignorant ætatem. qui tamen inuitus cogi non poterat. l. cum lege. ff. de recept. arbitr. rursus in versic. proinde. Vlpianus redit ad minorem xvij. annis fungentem consulari vel prætorio munere, qui iudex deinde datus est legitimè: quia quem princeps consulem vel Prætozem esse antè permisit, omnia iudicandi officia obire multo facilius decernit. cap. cui licet. de reg. iur. in vj. nimirum scire oportet olim Imperatores summi magistratus honores concessisse adolescentibus quibusdam nondum xvij. annum attingentibus, propter splendorem sanguinis, vt plerunque sit, vel præmaturam industriam. d. l. j. ff. de offic. consul. l. si rogatus. §. si. ff. de manum. vind. erat igitur minor xvij. annis sapiensimè Consul, Senator, Prætor, vt hac l. quidam. expressè cognoscitur. nec ignoratur Germanicum Cæsaris Caligulæ patrem, quinquennio ante quàm per leges liceret questuram & consulatum gessisse, vt tradit Suetonius. † Rursus non est omittendum iudices Roma. in priuatorum controuersis terminandis, è Senatorum numero, vel Prætorum, vel aliorum illustri dignitatis hominum, dari solitos: itaque si contingat adolescentem Consulem Prætozem fuisse, non miremur iudicare posse. Senatores iudices datos, deinde in priuatorum negotiis extirpasse, ostenditur in l. ij. ff. de Senator. & lib. 9. Epistol. M. Tullij, sic Dolabellæ scribentis: nihil Romæ geritur, quod te putem scire curare, nisi fortè scire vis me inter Niciam nostrum & Vidiū iudicè esse. pergit Tullius recitare litem pecuniariam ex libro rationum definiendam. Vitruuius libro de Architectura 6. cap. 8. nobilibus verò, inquit, qui honores magistratūque gerendo præstare debent officia ciuibus, faciendā sunt vestibula regalia, alta atria, & peristylia amplissima. rationem subiungit, quòd in domibus eorum sapius & publica consilia, & priuata iudicia arbitriaque conficiuntur. at iudices hos dabat princeps, vel Senatus, vel alius cui lege concessum erat. l. cum Prætor de iudiciis. l. j. §. quamuis autem. de postul. Bartolus inepitissimè opinionis grauis autor, antiquitatis ignoracione lapsus, secus ac nos explicat, & multo cum fastu: Zafius neuter, sibi persuadet minorem xvij. annis rectè iudicare: & cum Vlpianus ait, certè si magistratum minor gerit, dicendum est, iurisdictionem eius non improbari, non suspicantur de minore dici, qui maior xvij. annis non sit. malè illi quidem, in versic. sed essi. eodem modo, velit nolit, Bartolus, accipiatur. & coactus est fateri Accursus. nam in maiore xvij. annis, minore verò xxv. consensus litigantium non requireretur, vt dictum est, plurimum autem valet locorum in hac re consuetudo, vel principis indulgentia causè iustæ coniuncta. l. non tantum. ff. de decurion. quòd si aliquando minor. xxv. annis nò ad iudicandū sed ad decurionatū gerendorū promoueatur, quia còpures collegas habet, qui idem munus in municipio sustineant, non ille poterit ferre suffragium cum reliquis interea, sed salarij erit particeps. l. spurij. §. i. ff. eod. Plinius Secundus lib. 10. Epistolarum Traiano scribit, quod non ita à proposito discrepet: cautum est, inquit, domine, Pompeia lege, quæ à Bithynis data est, ne quis capiat magistratū, nèue sit in senatū minor annis xxx. eadem lege comprehensum est, vt qui ceperint magistratum, sint in senatu: secutum est dein edictum diui Augusti, qui permisit minores magistratus ab annis duobus & viginti capere. Queritur, an qui minor xxx. annorum gessit magistratus, possit à censoribus in senatum legi? & posse Plinius existimat, quoniam lex Senatorem esse voluisset, qui gessisset magistratum, & quia melius, inquit, honestorum hominum liberos, quàm è plebe in curiam mitti. quod consentaneum est iis quæ dixi de illustri sanguine, ob quem minores xvij. annis iudices fiunt crebrius, & ob aliquas dotes animi non vulgares, certè iure communi filij præferri debent aliis, in magistratu patris adipiscendo. l. nemini. l. petitionem. C. de aduocat. diuersi. iudicior. C. in porticu deambulatoria, quæ centum amethystinis columnis incumbbat, proposita fuere edicta selectiora Cupidinis, in argentea lamina incisa,

tinctis

inctis rubrica literis grandisculis. eò se perducebant amantes, vt genus actionis, qua quisque experiri meditaretur, ederent, quando quidem notum est vulgò, in albo prætoris edicta fuisse quorannis proposita quæ vltatissima & perenni obseruatione digna censerentur. l. si quis id. ff. de iurisdic. nec illud nescitur ex singulis edictorum capitibus sumi consueuisse actionum nomina. vt patet in l. i. ff. de condic. triticar. in actione: Si certum petatur. & in omnis generis interdicto: quorum bonorum: vti possidetis: quod vi aut clam. itaque † edere est copiam describendi facere, vel in libello complecti & dare; vel dictare. cum quoque edere Labeo ait, qui perducatur aduersarium suum ad album, & demonstrer, quid dictaturus sit, vel id dicendo, quò vti velit. l. j. ff. de edend. quem locum explicans Alciatus lib. disputationum 2. cap. 29. more suo peruertit, nec perducere aduersarium ad rem pertinere arbitratur, sed producere aduersaria, id est, tabulas rationum tumultuariè confectas, quas, si memini, breuiarias rationes vocat Scæuola, in l. fin. ff. de pecul. leg. sed obest ei, atque his indicibus rationum, eorumque probationi. l. 2. ff. de fide instr. rursus aduersarium produci legit idem Alciatus lib. Parerg. 8. cap. 7. in eadem significatione. ego verò nihil immutandum cenleo: sed edere eum intelligo, qui copiam describendi facit aduersario suo, id est reo: vel qui eum perducit ad album, id est, inuitum, Prætoris imperio cogente ducit. vsus est idem Vlpianus in l. si quis. eod. tit. aut ad locum, inquit, te perducer, aut scriptas rationes dabit. Terentius in Andria:

*Qui tum illam amabant forte, ita vt sit, filium
Perduxere illuc secum, vt vnà esset, meum.*

Inuitum ille Pamphilum his verbis significat. perducuntur enim necessitate coacti. Hoc etiam verbum iudices pronuntiare solent. hucusque Donatus, Iulianus in l. qui filium. ff. vbi pupillus educat. deb. idem vsurpat, & perducit ad magistratum dicit eum qui prouocatur iudicio, vt Paulus. l. Titius. de act. empt. Præterea summariim in aduersa charta scriptæ rationes parum profecissent in editione quæ perspicuè, & à capite fieri debet. l. argentarius. §. j. ff. eod. non omitto quòd in d. l. si quis. satis patet, perducere hominem vel instrumenta proferre non idem significare. Quis præterea nescit aduersarium illum dici, qui in iudicio nobis facit controuersiam? l. j. C. eod. l. si quis. §. ex igitur. ff. eod. idem Horatius: l. satiscue. ff. de in ius voc.

*Casus venit illi aduersarius & paulò post
Rapi in ius. id est, perducit ad iudicem.*

Produci reum in ius, inueni ego à Paulo dictum pro eo quod vulgò dicitur præsentari. l. legis. ff. ad leg. Iul. de vi priuat. l. lege ij. ff. de vi publ. l. si quis instituat. §. fin. de hæred. inst. sic à Festo præside producitur Apostolus Agrippæ Regi interrogandus post appellationem. Actorum cap. 25. sed perducitur, cum Prætoze iubente vel nolens sistitur. maxima verò pars eorum qui in Cupidinis territorio magistratum gerebant, coronas gestabant myrreas. non tam quod arbor sit hæc sacra Veneri, vt Suidas scribit, verustum fuit magistratus myrto coronari. vnde ambitiosi myrtum dicebantur appetere. sed ibi legi Iuliæ de Ambitu locus non fuit, cum non populari suffragio sed regio Cupidinis munera publica tribuantur. l. i. ff. ad legem Iul. de ambit. Solùm itaque viget ea lex in municipiis vbi etiam nam decuriones aut defensores ciuitatum eliguntur, vt consules. l. si constar. de appellati.

OBSERVATA IN CAPVT
XVIII.

- | | |
|---|---|
| 1 <i>Leges ad Musicam fert Amor, & edictum in periuros.</i> | 6 <i>Quid si vult quod ait Plato, Veneris iusurandum non esse.</i> |
| 2 <i>Declaratur l. ij. C. de reb. cred. & l. si duo. §. ff. de iureiur.</i> | 7 <i>Cur in l. fin. C. de reb. cred. puniuntur periurus.</i> |
| 3 <i>Iurare per genium principis, vel per salutem, graue est: & quid sit genius.</i> | 8 <i>Explicatur l. quòd si deferente. ff. de dol. & l. ff. de crim. stellion.</i> |
| 4 <i>De quo iureiurando agatur in d. l. ij. C. de reb. cred. & d. §. si. l. si duo.</i> | 9 <i>Lex xij. tab. puniuit periuria: quid sit peierare.</i> |
| 5 <i>In praxi non puniuntur amantes de periurio.</i> | |

Ec



I VRE more maiorum reddito, † legibus rogandis nauabat operam Amor, accersitis prius ex apparitoribus suis quatuor musica peritis, qui totidem Citharas pulsantes concentu mirifico audientium animos permulcerent, & facilius leges latas persuaderent. nam & eadem ratione Græcarum urbium multæ ad lyram leges decretæque publica recitantur, vti accepimus à M. Capella lib. 9. de nuptiis Philologiz, & Crentenses iussere filios cum melodia & concentu leges discere, vt ex musica voluptate facilius memoria eas complecterentur. vt tradidit Ælianus lib. 2. varia historia cap. 39. Sciuit eas leges populus amantium, ac plausu maximo excepit, diem diffundi placuit, & promulgare interim quas raras habuissent: è quibus illa fuit, quæ vetat potiore se vxorem ducere, inferiorem iubet eligere, vt ex disparitate fiat par coniugium. Edictum item propositum est de periurio, in hunc modum: Amor ait,

In cum edmuc, qui quæ ue, aduersus pactionem

Dijs testibus, vel per cupidinis genium factum,

Firmatam, fracta fide, dolone malo peierasset, iudicium dabo.

Subiit confestim animum periura nauis Thesei, & Ariadnæ destitutæ planctus, Iasonis dolus, & cum decepta Medea eadem fermè post tot annos passus sum. & contra vtrunque, editum Amoris summopere probaui. etsi vulgò increbuerit opinio, † ne alium quàm Deum vltorem peierans eximeat. l. ij. C. de reb. credit. cum is qui detulit de se magis queri debeat, qui tum improbum iudicem elegerit. nam aduersarium non tantum testem federiam iudicè fecit. l. i. ff. quarù rer. actio non dat, adeo vt quando liquet esse periurium in duobus nimirum sacramentis inuicem repugnantibus, altero scilicet posteriore, nihil amplius disquiratur. l. duobus. §. si. ff. de iureiur. sed iurisiurandi contempta religio, inquit Imperator, satis Deum vltorem habet. Periculum autem corporis, vel maiestatis crimen, secundum constitutionem diuorum parentum meorum, & si per principis venerationem quodam calore fuerit peieratum, inferri non placet. P. P. vj. Calend. April. Maximo ij. & Æliano Coss. dissentit Vlpianus in l. si duo. §. fin. ff. de iureiur. nam peierantem iure pecuniaria, qui per geniũ principis iurauerat, fustibus castigatum dimittit, ex Imperatoris sui rescripto respondit, eiq; superindici, *πρὸς τὸς μὴ ὀμνῶντες*. Id est, ne iura temerè. componit hanc litem nec malè Accurs. ex eo quòd in d. l. ij. de reb. cred. calore quodam fuerat iuratum, & quicquid iracundiæ calore dicitur, secuta pœnitentia excusationem meretur. l. quicquid. ff. de regul. iur. nam si ira breuis est furor, vt placet Stoicis, non potest dici periurium non suæ mentis hominis, cum nec pupillus peieret. l. qui iurasse. ff. de iureiur. itaque miseratione dignus est, qui furore Imperatorem læserit. l. v. n. C. si quis Imperat. maled. vel dici potest in d. l. 2. non negari quin vtrunque puniatur periurus, sed mitius quàm cum corporis periculo: quia calor concitauit, qui solet pœnas saltem minuere, cum retineri non potuit. l. si adulterium. §. Imperatores. ff. de adulter. & hic disquirendum veniret, quæ causa fuerit iracundiæ in delictis pœnitentia egrè elueret in totum. l. si non comitij. C. de iniur. & accedit libenter ad ed. l. 2. C. de reb. credit. quæ est Imperatoris Alexandri Seueri, rescriptum eiusdem Augusti in l. 2. C. ad leg. Iul. maiest. nec enim sequitur, si iracundo interdum ignoscitur, ergo semper impunè cedere eidem periurium.

Restat nunc disquirere cur cædatur ictu fustium periurus, qui per genium aut venerationem principis iurauerat, qui verò per Deum, eiusdem duntaxat vltionem expectet. Potissimum dubitationem auget, quòd quoui modo iuretur per genium salutemue principis, respectu diuini numinis iuretur. l. qui per salutem. ff. de iureiur. alioquin deterioris conditionis esset princeps, quàm priuatus, si nullum numen adesset, cum per eum sacramentum intercedit.

Expedita est solutio, vt respondeamus olim talem fuisse Romanis superstitionem, quæ diuinitatem Imperatori inesse crederet, quare, vt satis per se pollentem, iurandum ad nullum aliud numen referre: non ad Iouem, qui sacramenti protector putabatur & fidei, vt Mercurius periurij. Præclare Ennius:

O fides alma, apta pinnis, & iusurandum Iouis.

Qui igitur iusurandum violat. inquit Cicero, is fidem violat, quam in capitulo vicinam Iouis Opt. Max. (vt in Catonis oratione est) maiores nostri esse voluerunt. † Et quemadmodum, qui Ioue teste peierat, fulmen timet, ita & qui teste genio principis, vindictam, maiusque supplicium aut certe presentibus. §. 1. de fideicommiss. hæredit. vbi hoc non obscure innuitur, in salute principis obtestata audiatur Septimus Florens in Apologetico aduer-

aduersus gentes, cap. 28. Ventum est igitur, inquit, ad secundum titulum læsæ maiestatis: si quidem maiore formidine & callidior timiditate Cæsarem obseruatis, quàm ipsum de Olympo Iouem, etiam meritò, si sciatis: quis enim ex viuentibus non quolibet mortuo potior: sed nec hoc vos ratione facitis potius quàm respectu præsentaneæ potestatis. adeò & in isto irreligiosi erga deos vestros deprehendimini, cum plus timoris humano dominio dicatis: citius denique apud vos per omnes deos quàm per vnum genium Cæsaris peieratur. Hæc Florens. Plinius autem iunior in Panegyrico ad Traianum, simili, inquit, reuerentia, nõ apud genium tuum bonitati tuæ gratias egi, sed apud numen Iouis Opt. Max. pateris illi nos debere quicquid tibi debeamus: illius quòd benè facias muneris esse, qui te dedit. ecce quantum numinis & adorationis vetustas stolidam principibus impertiretur, quod lenire videtur Theod. in l. si quando. C. de statu. nam antea principum statuæ sacræ vocabantur. l. qui statuas. ff. ad leg. Iul. maiest. planè constat l. ij. C. de reb. cre. ab Aurelio Alexandro Seuero editam, cui pro tutore Vlpianus fuit, autor. §. fin. l. si duo. ff. de iureiur. nam & Vlpianum parentem suum vocare Alexander non dedignatur. l. iij. C. de locat. vno casu per principis venerationem impunè peierari permisit, puta calore subito iracundiæ: fuit enim bonus & prudens, nec se adorari facile patiebatur. sed quid agas: populus Romanus relatum iri indeorum numerum intellexit eum, cui consultus vates responderat,

Te manet imperium cæli, terræq; marisq;.

Itaque mortuum Alexandrum Senatus in deos retulit, & festiuitatem religiosè coluit natalis diei, ac sacerdotes destinauit, qui sodales Alexandrini appellati, vt refert Ælius Lampridius in eius vita. Iurate per genium principis, vel per salutem, differunt. l. si quis maior. C. de transact. imò salutem omnibus geniis angustiore idem Septimius contendit cap. 32. in quo se non grauare pro principis salute, omniq; imperij statu fateretur orasse. hoc est quod Caius dicit post Calend. Ianuar. vota pro principis salute suscipi. l. si calumpniatur. §. j. ff. de verb. signific. addit idem Septimius genios nihil aliud esse quàm dæmonas. Genius Nonio est genetis deus, vnde Labeus: genius generis nostri parens. Festus notat genium appellari deum, qui vim rerum gerendarum obtineret. & quamuis summa pietate loquendo nefas videretur, & superstitione plenum, plus genio principis tribuere quàm vero numini, tamen politicè & fori obseruatione non reprobatur Augustinus iusurandum Iosephi, qui iurauit per salutem Pharaonis, Genesis cap. 42. indulgebat enim vulgi opinioni sicuti Chriostomus, cum aliqui sanctius putant iurari per euangelia quàm per deum canon. si aliqua can. mouet. 22. q. 1. Quinimo penitus consideranti, peierans per principem non profus sine causa acerbis punitur: ideo quòd geminam offendit maiestatem humanam videlicet principis, & insuper diuinam. d. l. qui per salutem. ff. de iureiur. eò magis quòd Reges venerandos deus speciatim iniunxit: & pactum generale societatis humanæ induxit, vt iis pateamus. can. quæ contra. 8. distinct. Ideo quamuis diuinam quàm humanam maiestatem offendisse sit deterius. auth. gazaros. C. de hæreticis, tamè patet periurio per genium, principis vnà deum offendi, quia bonus angelus sit offensus personæ mirificæ. sic enim genium cuiusque vocare libet, cum actorum. 12. dubitaretur, vtrum D. Perrus pulsaret fores, an angelus eius. inde Christiani Cæsares Theodosius & Valentinianus iunior, numen sibi arrogarunt pro iusto terrore populi, & diuinum oraculum. l. 2. C. de petitis bonor. sublat. l. x. l. 1. C. de contractib. iudicium.

† Si queratur de quo iureiurando agatur in l. ij. C. de reb. cred. non negabo de eo, quod sitem definit, agi: sed puto etiam de illo, quod dicunt promissorium, quia calore fuerat peieratum, atqui cum pars parti id defert, repentinum calorem causari impudentis esset, cum licuerit considerare, iuret an referat. Similiter in d. l. si duo. §. fin. de vtroque agitur, de priorè, cum quis iurauit dari sibi oportere, vel contrà nihil debere: de posteriore, cum iurauit intra certum tempus se soluturum, nec soluit, pœnas luit, vt & edicto Cupidinis superscripto iussum est. † quod tamen defuetudo abrogauit velut tacito consensu amantium. l. de quibus. in si. ff. de legib. an quia plerunq; furere solent. §. nouimus. quibus mod. nat. effie. leg. col. vj. & ferè semper calore nihil non spondent, quiduis iurant. proinde in praxi seruatur, quod Tibullus admonet,

Nec iurare time, Veneris periuria venti

Irrita per terras, & freta summa ferunt

Horatius tradit Barynen suam periuriis fieri pulchriorem quotidie, & Xenarchus apud Athenæum, lib. 10.

Ὅριον γ' ἐγὼ γυνεὸς εἰς ὑδὸρ γειῶνα,

Id est,

Ee 1j

† Iusiurandū ego mulieris in aqua scribo. idem lib. 12. cap. 1. peierationem amantium venia dignam cenſet, tanquam puerorum qui nondum ſunt rationis compotes: qui iure civili fructum iuriſiurandi ſui capiunt, nec tamen peieraſſe creduntur. l. qui iuraſſe. ff. de iureiur. Scio vtiq; vnam mulierē fidam eſſe, ſed ea non inuenitur. certē Plato in Sympoſio vni iuranti à diis paratam eſſe veniam, ſi amet, aſſerit. *Ἀποδοῖσθαι γὰρ ὄρκιον, ἢ φασιν εἶναι.* Id eſt, venerum enim iuriſiurandum negant eſſe: perinde ac dicat nihil valere, vti M. Ficinus tranſtulit, vt l. non ſunt. ff. de ſtatu hom. vbi non ſunt liberi, qui prodigioſi naſcuntur: id eſt, pro non liberis haberi debent. & non eſt, quod eſſe non decet. l. ſi pignus. ff. de pig. act. & cum iudicatum eſt die Feriato, magis eſt, vt iudicatum non ſit. id eſt, perinde habeatur ac ſi non eſſet prolata ſententia. l. ſi feriatis. ff. de feriis. l. videamus. §. de ferre. ff. de in litem iurando, vbi cum alius præter iudicem deſert iuriſiurandum id nullum eſt, & nulla religio. Fruſtra igitur Platonis ſententiæ nonnihil deeſſe Eraſmus coniecit in 2. Chiliad. cent. 4. † Inuegitur iure civili ſpecies, in qua periurium non inultum dimittitur, ea eſt in l. ſin. C. de reb. cred. vbi ſi quis petierit ab hærede legatum ex teſtamento, quod forrè non apparet, amiſſis caſu tabulis, iurètque ſibi relictum, poſtquam hæres conditionem iurandi detulerit: comperto dein de teſtamento, detecto que periurio, auocatur legatum exolutum. hæc l. ſin. relictatur aperte d. l. ij. eod. l. nō erit. §. dato. ff. de iureiur. l. ſeruus tuus. §. ſin. cum l. quod ſi. ff. de dolo. ſi, inquit Paulus, perſuaſeris mihi, nullā ſocietatē fuiſſe tibi cū eo cui hæres ſum, & ob id abſolute paſſus ſim à iudice, de dolo agā. ſubdit Vlpian. d. l. quod ſi. ſecus eſſe, ſi me deſerere iuraueris, quia hoc caſu tecū trāſegiffe videor. Superabimus hunc cliuū, in quo Doctores ætūat, ſi diligēter expēderimus in d. l. ſin. C. de reb. cred. non videri tranſegiffe cū legatario peierate, eum qui inuitus quodāmodo ad deſerendū poſiuit. nā quoties ex eo teſtamento, quod non apparet, legatum aut fideicommiſſum petitur, hæres iurare vel ſoluere cogitur. l. ſin. C. de fideicommiſſ. §. ſin. in ſt. eod. nec hoc iuriſiurandum rectè referri ſolet, vt vult vtrōbique Accuſ. quamobrem hæres præuidens ſibi iurandum eſſe, in re dubia metu religionis percullus. l. quæ ſub. ff. de condit. inſt. mauult ſtatim petentem legatum iurare: itaque ille qui neceſſitate aliqua iurandi conditionem offert, remedio facilius iuuatur, arg. l. admonendi. ff. de iureiur. l. ſi fideiuſſor. §. pe. ff. qui ſatid. cog. ſed & hoc aperte docemur ex l. ſi. ff. de in lit. iur. ibi enim peieranti ex neceſſitate ſuccurritur, ergo & deſerenti. Accedit illud quod d. l. ſin. C. de reb. cred. Hæres eō magis non ſponte deſert, quia timet repelli ab hæreditate, quam adiuit non apparente teſtamento aliquo, hoc enim ei minatur perſpicuè. l. ſin. in ſi. C. de fideic. puta lucri amiſſionem. Atqui in d. l. quod ſi. ff. de dol. & locis ſimilibus, nulla veriſimilis neceſſitas ad deſerendum impulerat, † ſed potius dolus præcedens aduerſarij, ideo non retractatur, quod iuratum eſt, ſed de periurio agi mox poterit, vt tubiungit Paulus poſt d. l. quod ſi. nam ſufficit, inquit, periurij pœna: refert enim ſe ad ſuum. §. ſin. l. ſi ſeruus tuus. de dolo. Accuſ. pœnam huius periurij ſolam diuini numinis vindictam eſſe arbitratur, in d. l. nam ſufficit. ego non perinde arbitror, puto ad huiusmodi ſacramenta pertinere. l. r. C. de reb. credit. cum dicitur, periurij prætextu non retractari cauſam conſenſu definitam, niſi inquit, ſpecialiter hoc lege excipiatur. nempe lege. ſi ſeruus tuus. de dolo. vel niſi excipiatur, lege impoſterum promulganda, qualis eſt d. l. ſi. C. de reb. credit. longe poſterior. D. Antonini ſanctio. non omitto id quod vulgò ſcitur, in d. l. ſi. C. de reb. credit. cuiusmodi eſſe iuriſiurandum, vt ſimile tranſactioni eſſe nequeat. cum eſſet factum aduerſus naturam tranſactionis, ſcilicet, non inſpectis verbis teſtamenti. l. de iis. ff. de tranſact. hæc enim eſt præcipua vis ſacramenti, vt ſit ſpecies, id eſt, ſimilitudo tranſactionis ſuper lite inſtituta. l. 2. ff. de iureiur. quod ſi quis refragetur ex eo, quod iuriſiurandum firmum ſtat, tranſactio autem recipit pœnitentiam. l. cum proponas. 2. C. de pactis, nec niſi ex implemēto agi permittat. l. cum nota. C. de tranſactio. ſolutionem habebit ex d. l. 2. ff. de iureiur. in qua dicitur maiorem eſſe vim iuriſiurandi quam rei iudicatæ, quæ inuitum afficit. l. inter. §. i. de verbor. oblig. at deſerens iuriſiurandum ſua ſententia ſponte condemnatur. l. r. ff. quar. rerum actio. proinde quoties is qui iurauit, dolo fecit, vt ſibi deſerretur, id quidem de quo actum eſt non repetitur, ſed de periurio agere licet. quod pateſcit. ff. de dolo ex dd. tribus contiguis legibus. Hūc ſpectat l. ſin. de crimin. ſtellationat. in ſtellationatu enim dolum ineſſe exploratum eſt. l. ij. ff. eod. agitur verò ob periurium hiſ caſibus, quia dolo inductus ad delectationem iuriſiurandi, non proſus tranſegiffe videtur: quippe cum dolo interueniente, mera trāſactio imperſecta reddatur. l. in ſumma. ff. de condic. in deb. adde etiam, dolo perſuaſum vi coactō ſimilem eſſe. l. j. §. perſuadere. ff. de ſeruo corrup. atqui Lyſander Laconum dux dicebat pueros talis falli, ſed viros iureiurando. l. ſi legatarius. ff. de dolo. Non immeritò lege xij. tab. ſic fuit conſtitutum: periurij pœna diuina exitium, humana dedecus eſto. hoc eſt: etiam ex periurio ſequitur peierantis

ierantis infamia. l. ſi quis maior. C. de tranſ. Petiurium † in lege xij. tab. & in edicto Cupidinis, peierandi verbum, accipio, non modo cum promiſſa iurata non præſtantur, ſed etiam cum aliud pro alio aſſeritur, vt in iuramento, quo lis terminatur, cum quis ſe nihil debere, aut ſibi aliquid debere deierat. l. ſi duo. §. ſin. ff. de iureiur. M. Tullius lib. 3. officiorum, non putat peierari, ſi falſum iuretur, ſed id, inquit, periurium eſt, ſi id non facias, quod ex animi tui ſententia iuraueris. Videamus ne nimium proprietati vocis ſtuderit. nam promiſcue uſurpant Iuriſconſulti d. §. ſin. l. ſi duo. l. quod ſi. ff. de dol. l. de dic. §. pen. qui ſatid. cog. Martialis lib. 6.

*Iurat capillos eſſe quos emit ſuos
Fabulla, nunquid illa, Paule, peierat?*

Refert Macrobius lib. 5. cap. 19. in Sicilia fuiſſe lacum, aramque Deorum Palicorum, per quorum numen ſi quis falſò iuraſſet, vitam in lacu amittebat. quocirca, inquit, Ariſtoteles in libro Mirabilium, fideiuſſorem accipit ſacerdos, qui iuſta numinis vindicta ſacrum excreandumque, ſi peieraſſet, aſportet. non abſimilis omnino fuit aqua ſacrificij ob maritum zelotypia percitum oblatis. Numer. cap. v. qua pota mulier rea adulterij interna labe compureſcebat: vercor tamen, ne Palici dijamantibus metuendi non fuerint.

OBSERVATA IN CAPVT XIX.

- 1 *In eam, quam quiſque amare deſiit, de dolo agere nequit, cum ſit eius libertus: & an plus faciens quam mandatum ſit obliget.*
- 2 *Quid ſit bonæ fidei mentio in l. non debet. ff. de dolo. & an uxor furti accuſetur.*
- 3 *Pacta conuenta quamam ſint. quid de l. auia. C. de iure dot.*
- 4 *Repudiari futura quomodo poſſint. in l. i. ff. de cur. bon.*
- 5 *Paridis iudicium iniquum: an literas neſciens poſſit eſſe index, & quid de amante amico.*
- 6 *Pro Roſariis caeſis agetur, arborum furtim caſarum & pleraque ad roſas, & ius pertinentia.*
- 7 *Arbores germinales cur ſic dicantur Papiiano.*

CAPVT XIX.



Hoc iure utimur, † ne aduerſus eam, quam quis amauerit amareque deſierit, de dolo præterito agere liceat, ſed actionem in factum verbis temperet, vt aſſolet cum aduerſus patronam libertus, vult intendere. l. non debet. ff. de dol. nam cum aliquis amare ceſſat, magis libertinus dici meretur, quandiu in eo ſtatu eſt, quam ingenuus, vt & alibi à nobis ſcriptum eſt, propter priſtinam ſeruitutem, quam verè amando pertulit. Hinc Barynen ſic alloquitur Horatius lib. 2. carminū:

*Adde, quod pubes tibi creſcit omnis,
Seruitus creſcit noua, nec priores
Impia teſtum dominae relinquunt
Sæpe minati.*

Scitè perſeuerantiam obſtinatorum amantium in ſeruili labore deſcribit, nimirum, vt ſerui à ſeruando dicti ſunt, quod olim bello capti hoſtes ſeruarentur, non occiderentur, & mancipia, quia manu caperentur. §. 1. de iur. perſ. ſic prætextu blandientis vitæ, & voluptatis delectificæ, ſeruantur amantes ad mellitum ſupplicium, manu capti, id eſt, oculis, qui manus longæ uſu funguntur. l. pecuniam. ff. de ſolut. vel quod manu corripere, premere, amoris & fauoris ſignum uſitatum eſt, præſertim ſi pollex cōprimatur. Plinius lib. 28. cap. 2. & Acron idem ſenſiſſe uisus eſt, cum notat *ὀφθαλμοὺς*, pro utraque manu ſumi illud:

Fautor utroque tumm laudabit pollice ludum.

Quantum inſuper amoris ſeruitus urgeat, ex eo liquet quod ſeruis adigit parère dominas. l. j. C. de Senatuſc. Claud. nam & Fauſtina: quæ M. Antonini Philoſophi Imp. vxor fuit, & Diui Piſſilia, gladiatoris amore furens non ante leuari reſtituique potuit, quam eius occiſi ſumpto ſanguine, ex Chaldaeorum conſilio, vt Iulius Capitolinus tradit, de ea in l. ſi auguſtæ. ff. de leg. ij. Idem dominos ancillarum incendit deſiderio. l. ſi collactaneus. ff. de manu-miſſ. vindicat. accedit illud ex elegia:

*Theſſalus ancillæ facie Briſeidos arſit.
Serua Mycenæo eſt Phæbas amata duci.*

Scitè mediuſfidius Dionyſius Halycarnaſſeus lib. xj. ait, Appium Claudium iudicem amore
E e iij

puellæ perditum in l. 2. §. initium. ff. de orig. iuris in seruitutem magis fuisse tractum, quàm Virginij filiam forma excellentem, quàm ipse falsò serua natam pronunciauit, agente M. Claudio cliente subornato. at serui moribus, vt mulieres, prohibentur iudicare, non quia iudicio careant. l. cum prætor de iudicijs. ille igitur & seruus & amens fuit, & causam præstitit, vt Virginius morti potius quàm stupro filiam. ingenuam subijceret & vt secum decemviri omnes imperium & vitam amitterent non aliter quàm violata per Tarquiniū Lucretia.

Citantur commodè & eleganter ab Ouidio ad rem ipsam Achilles atque Agamemnon, alter Græci exercitus præsiidiū, alter Dux, ambo reges maximi, qui obnixè Briseidi seruietūt, puellæ bello capte, ex quo prima origo seruitut. est. l. ex hoc. ff. de iust. & iur. & eius causa magnam sibi simultatem, suis perniciem & dolorē (si Homero credimus) induxerūt. l. si vxor. ff. de adult. Satis euitatur leuiter amor, fugatur difficilimè. Lucretius lib. 4.

*Nam vitare plagas in amoris ne iaciamur,
Non ita difficile est, quàm captum retibus ipsis
Exire, & validos Veneris perrumpere nodos.*

Quare prudentis est ab ijs se immunem præstare quæ amandi præbent illecebras ne serò peccatur remedium. l. si. C. in quib. caus. in integ. l. j. C. quand. lic. vnic. Eodè modo satius putato ingenuitatem custodire, quàm amissam libertatem reposcere, quia vt Catullus ait:

Difficile est longum subito deponere amorem.

Sed obijciat qui ipsam, seruitutem esse contra naturā ex definitione sua. l. 4. ff. de statu hom. amorem verò esse naturalem & connubia. l. 1. §. ius naturale. ff. de iustitia & iure: fateor vtrique iustum & temperatum amorem naturæ congruere, non pernium. d. leg. 1. C. de senatusc. claudian. §. 1. de incestis nupt. col. 2. qui enim excedit præscriptos terminos, aliud facere creditur. l. diligenter. ff. mandat. vbi non id facit sed aliud quàm mandatum sit, qui pluris vel minoris emit domum quam iustus sit. sane intra pretium, quo iustus est emere, tenetur. l. 3. & 4. ff. eod. vltra verò non. vt si iustus emere decem ipse duodecim emerit decem tantum consqueretur, duo residua perdet. Martinus contra sensit, si vtiliter excefferit Accursius negat fretus aliorum interpretum auctoritate & leg. si pro te. ff. i. eodem quæ nihil iuuat ipsum: cum ibi pro verante vtiliter gestum esset negotium, nos de tacentè loquimur qui non debuit locupletari gratuita procuratoris diligentia & pecunia, si appareat rem emptam vanalem fore. l. nisi. ff. de rei vendic. igitur plus æquo amans si moderationem adhibuerit, se asserit in libertatem, vel duram seruitutem salubriter vertit in obsequia: sunt qui putent nimio amore perditum ius legitimum intertemperari amoris non amittere, quod magis est. l. si is cui. ff. quemadmodum seruit. amittat. sic non curret contra ipsum præscriptio.

Adde etiam, si quis peramauit, offensam superbientis puellæ passus sit, nec, vt dicere institueram, ipsam magis expressè doli actione conueniet quàm parentem aut patronam. l. nō debet. ff. de dol. Vbi Ulpianus sic temperandam verbis de dolo actionem suadet, vt bonæ fidei mentio fiat. † Quem locum non explico cum Accurs. vt bonæ fidei mentio fiat, id est, non malæ per abnegationem, sicut grande damnum pro non minimo. l. pen. ff. de minor. nec enim astringendus est liberus dicere fidem malā abesse, vt ferè constat ex l. aduersus. C. de crim. expil. hæred. idque patet ex ratione subiecta in d. l. non debet. cum. l. seq. sic verba leniunt vim cōiucij. l. 1. §. 1. ad Turpili. ff. alioquin quomodo ageret contra re vera dolum? num permittent iura actorem sibi ipsi repugnare? non vtrique. l. ij. §. j. ff. quand. appel. sic ager igitur deceptus facta bonæ fidei mentione, id est, læsæ bonæ fidei, hoc ferè modo ni Glancippen plus me ipso oculis uis meis peramarem bonam fidem ab ipsa læsā assererem. idem in parente, iuxta Hæmonis astum apud Sophoclem in Antigone, Creontem obiurgantis: Ni Pater es, te dicerem parum bene sapere. quod iam venit in prouerbiū ijs, qui liberè potiores non audent increpare, & interim dicunt satis apertè quod sentiunt, vt in l. de pupillo. §. si quis ipsi de operis noui nunciat. cui lux ex superioribus affertur. vel sic ager is Glancippen amicam antea parum ex bona fide fecisse aio, quia cumulata meis muneribus summa simulatione amoris, me aduersum pacta conuenta fefellit. dignè enim sunt puellæ insidiæ dissimulatione. Tibullus:

*Rumor ait crebrò nostram peccare puellam,
Nunc ego me surdis auribus esse velim.*

Nec aliud videretur sensisse Bartolus in l. infamem de publicis iudici. cum ait bonæ fidei non conuenire locupletari cum iactura filij, idque exprimendum actione in factum. Quod si

si iudex pateretur infam. actione à filio pulsari patrem non excipientem, pūta, doli vel furti vt in l. si quis vxori. §. 1. ff. de furt. nihilomagi pater efficeretur infamis, doli vel furti condennatus. quia ius repellit infamiam. nisi quod apud bonos viros hoc esset patri indecorum leg. 2. ff. de obsequijs. idem dicerem in vxore furtum committente, vel hæreditatem expilante, contra quam, in honorem præteriti coniugij, accusatio compescitur. mutato intentionis nomine. l. i. ff. rerum amot. d. l. aduersus. C. de crimi. expilata hæredit. ergo actio furti in patrem sine effectu est criminaliter. leg. hi tamen. ff. de accusati. Nemini improbetur quod bonam fidem læsam esse subintelligo, in d. leg. non debet. cum in l. fin. ff. de crimin. stellionat. verbo, iurauit, malè & falsò iuratum addamus. & in l. sed si vir. §. pen. ff. de don. inter vir. donatio dicatur esse, nempe quæ reprobata est. Si c Prouerbiolum ii. cap. qui abscondit frumenta maledicetur, benedictio autem super caput vendentium, id est, qui abscondit, vt annonam flagellet, & qui vendunt mediocri pretio: adde accusationem non esse inultā id est, falsam. l. si cui de accus. nam vera laudatur leg. iubemus. C. ad leg. Iul. reper.

† Pacta verò conuenta in intentione huius deplorati actoris insita, tam contractus ipsos, amatorios accipimus, quàm pactiones, quæ ex continenti apponuntur, & legem principali negotio dant: vt, conuenit Aufidius adolescens cum Glaucippe amicitiam sempiternam fore. ecce contractus. mox adiectum est, vt ille per noctem ad fores huius citharam quateret: illos & illos flores postibus neceret, illa è triclinio spectante. talia pacta seruari congruit, & inter bonos bene agier. l. iur. gentium. §. quinimo. ff. de pact. l. pacta conuenta. ff. de cont. empt. quanquam hic de pactis agitur, quæ ex interuallo facta cōtracti aliquid detrahunt, quo casu valent, aliter si adderent. Cæterum, vt proposui, ipse etiā contractus pactū conuentum vocatur vt pignus, quod solo consensu perficitur, & nomen elegans obtinet. l. j. §. si. ff. de pact. id liquet in l. grege. §. & in. ff. de pign. l. contrahitur eod. tit. & l. tres fratres. ff. de pact. nam in edicto prætoris pacta conuenta seruantur, modo ne sint contra leges publicas nec prudētis esset putare, prætorē locutum de pactis assessorijs tantū cōtractui principali additis, non de ipsis contractibus in l. iur. gentium. §. prætor. de pact. l. pe. C. eod. maxime cum pacti nomine veniat quilibet cōtractus. l. traditionibus. C. eod. tit. & cum nusquam pacta suspecta legibus magis tolerentur quàm tunc cum vicina sunt & incontinenti addita bonis contractibus. l. si venditor. in fi. ff. de seruis export. l. si. C. de pact. inter emptor. ne imposterum, cum nonnullis, negemus contractus pacta conuenta censerit, sicut sunt sepe pacta sola de non petendo. l. & hæredi. §. 1. ff. de pact. l. si vnus. §. pactus. ver. idem eodem tit. & adhuc, quod pactum conuentum sit mera stipulatio. nec moueor quod dicamus pactū cōuentū & stipulationē. l. 2. ff. de trās. quia etiā dicimus hominē & filiū. l. pretia. ad legē Falcid. ff. addo. l. sed & si quis. §. si. ff. si quis caut. vbi agitur de promiss. in iudicio sisti, ergo de stipulatione. l. j. §. j. de Prætor. stipulat. ff. neque enim ibi de nuda conuentione queritur, ex qua sine dubio actio non oritur, tamen pactum conuentum nominatur. quod si alicubi pacta cōuenta & stipulationes legamus, id fieri arbitremur eadem ratione, qua genus plerunq; cum specie sua ponitur ex abundantia, vel vt apertius pateat. l. item apud. §. ait Prætor. ff. de iniur. l. si seruus. §. cum eod. ad leg. Aquil. Nec dubium est quin pactum conuentum sit stipulatio in l. duo. ff. pro socio. & in l. cum dos. ff. de pactis dotalib. vbi Pomponius: cū dos, inquit, filię nomine datur, optimum est pactum conuentum fieri à genero cum vtroque. id est, cum patre & filia: quamquam initio dotis dandæ legem quàm velit, etiam citra personam mulieris, is qui dat dicere possit. legem stipulatione vallatam ibi intelligit Accursius. propterea quod pater dotans ex officio suo filiam, non creditur in reperenda dote innouare actionem filię & sibi communem. l. 2. §. 1. ff. solut. matr. vt ait. l. auia. C. de iure doti. sed ipse arbitror in d. l. cum dos pactum conuentū fuisse nudum, sed roboratum cohærentia contractus dotis & eo legem datam vt in l. 1. §. si conueniat. ff. de posit. si modo pactū tempestiuè fiat à patre, cū dos promittitur. nec desideratur stipulatio plus pacto incontinenti, vt patet in d. l. cum dos & l. cum à focero. C. de iure dotium. nec obest d. l. auia quia loquitur in dubio cum pater dotem sibi reddi simpliciter conuenit. quia censerit pacisci sibi & filię ex abundantia, non vt filię actionē cōmunē auferat. l. qui mutuā. ff. mand. nec, secund. me, obest dictio, sibi, ad patrē relata, filię vel dictio, mihi. l. si ita. §. qui filio. ff. de bonor. poss. secūd. tab. secus est si pater expressim pacisceretur sibi soli nō filię reddi, nam eo modo prouocaretur ad ampliorem dotē dandā. ideoque in d. l. auia. Imperator ait patrē nudo pacto nihil credi innouasse. scilicet vulgari præsumptione contra quam excellit semper veritas. l. 24. ff. de probati. Quantum pertinaces frequenter adolefcetes sint in retinendis aut redintegrādis amoribus, ostēdit Samson toties à Dalila illusus, & Palesthinis crebrò proditus. Iudicum cap. 16. & Terentianus Phg-

dria, qui multum & diu quæstus de Thaidis leuitate & perfidia, Parmenonem suū, quo magis seruus erat, tandem consulit qui facta pace rursus ab ea diligatur, licet renuntiasse in perpetuum amoris visus esset, inquitens,

Exclusit: reuocat, redeam? non si me obsecret.

Quæ verba sanè quàm magnifica, repudiationem perfectam continent, ad eò vt quamuis futura quæ nisi in conditionis euentu non debentur, & in sola spe consistunt, repudientur frustra. l. si ita scriptum. §. j. ff. de leg. ij. si non pacto & consensu remittatur. l. & hæredi. §. filia. ff. de pact. † tamen cum res. sub conditione præstanda, sic repudiatur, vt etiam si conditio euenerit, nolle se quis dixerit, valet repudiatio. l. j. ff. de cur. bon. dan. si sub conditione hæres institutus est, cogendus est conditioni parère si potest, aut si responderit, se non aditurum, etiam si conditio extiterit, vendenda erunt bona defuncti. Nugantur, puto, Doctores in l. j. C. de pact. cum fingunt in d. l. j. ff. de cur. bon. repudiatum fuisse in iudicio, insigni diuinatione. cæterum qui repudiat nunc, quantumuis imposterum conditio obtigerit, iam bis repudiat, & futurum velut præsens cõtemnit. sed quid faceret Phædria, qui non ex animi sui sententia, se non amplius amaturum iactabat, licet obsecraret Thais? verum, vt rectè Parmeno,

Hæc verba me Hercule, vna falsa lacrumula

Quam oculos terendo miserè, vix expresserit,

Restinguet.

Et potuit Phædriam pœnitere, potissimùm cum pars aduersa consenserit, arg. l. ab emptione. ff. de pact. & fortè ipsa lacrymis beneuolentiam prodierit aut stuxerit. Lacrymæ enim mulierum arma non ab re dici solent. l. j. §. potuisse. ff. ad Syllan. & quemadmodum Claudianus admolet in nuptijs Honorij Imper. & Mariæ,

Quod flenti tuleris, plus sapit osculum.

dixerat enim antea,

Iam nuptæ trepidat sollicitus pudor.

Iam produnt lacrymis flammea simplices.

Ferunt Helenam à Paride raptam, in insula stupratam, quæ etiamnum in Attide Helena dicitur P. Mela lib. 2. de situ orbis cap. 7. vim passa scilicet lacrymis mœsticiam testata est, ex quibus nata herba inde Helenium nominatur, præsens in serpentum ictus remedium & inde fortè illi nomen, quia prima Helena vsa sit sicut etiam ius Papyrianum vocitatum fuit, quia Papyrius Romuli leges in vnum composuerit, & si nihil in illo libro suo marre adiecerit. l. ij. ff. de orig. iur. & Mutiana cautio, qua conditiones de non faciendo repræsentantur, quoniam primus Mutius illa vti persuasit. l. ij. C. de ind. vidu. l. Mutianæ. ff. de cond. & demonst. Libanius sophista scribit Venerem rosis coronatam ad Paridis tribunal venisse in montem Idam Nicander in alexipharmacis myrto coronatam discessisse victricè magno iudicis malo, quem alij arbitrum vocant vt Papinius lib. 2. Achileidos, vt & Seneca in Agamemnone. sic enim ille.

Nauigat iniusta temerarius arbiter Ida

hic vero.

Idea cerno nera, fatalis sedet

Inter potentes arbiter pastor deas.

non quod esset arbiter ex dearum compromisso, sed delegatus à Ioue, vt ex bono & æquo iudicaret. vt quidem passim in iure sumitur. l. si soror. C. de collari. l. si honor. ff. de re iudic. quod miror non intellectum vulgo in §. 2. de actionib. ar. verò Paris Palladem & Iunonem, id est, sapientiam & regna opesque postposuit Veneri & delicijs. sunt qui magis increpent Iouem, quòd agrestem iudicem literas nescientem tam arduæ liti dederit, tametsi non ignorent iuris expertem iudicare posse. non in militaribus tantum causis. l. certi. C. de iudic. l. penult. C. de iurisdiction. sed etiam in alijs ideo cõparati erant assessores consiliarij, qui præsidib. prouinciæ id quod iuris esset ostèderent. l. i. ff. de officio. & l. i. assessor. eod. tit. & in l. j. ff. de manumiss. vindicta & d. l. certi. C. de iudice apertè in milite iuris ignaro sed iudicante desiderat iuris scientiam, nempe per alium consultum. & hoc maximè habeat locum in præside prouinciæ, qui rei militari & alijs negotijs occupabatur. l. 2. §. in bonorū. ff. quis ordo in bonor. possess. secus di cerem in senatore, & alijs maioribus iudicibus iuri dicendo tantum addictis. §. 1. de iudicibus col. 6. quilibet viro iudicum tenetur scire literas, id est, scire scribere. nam & si magnus iudex per alium sententiã recitare possit. l. 2. & 3. C. de sententijs: ex breuiculo tamen non manu assessoris sed suamet tenetur subscribere. l. 2. C. de assessoribus accedit, quod subscribens nisi relegat, facile circumuenitur. l. fin. C. plus valere quod agitur. at verisimile est Paridem neque examen vllum, neque subscriptionem adhibuisse sententiæ. ideo vetus Tragicus apud Ciceronem libro prim. de diuinatione ait.

Ehen videte, indicavit inclytum iudicium.

Inter deas

Inter deas tris aliquis, quo iudicio Lacedæmonia

Mulier, furiarum vna adueniet.

Quatuor enim potissimùm iudicia corrumpunt, timor, merces, odium, amor, can. quatuor. x. i. quest. 111. vbi interpret ait amoris incitamento iudicatum valere, sed mox rescindi. l. seruo. §. cum prætor. ff. ad Trebellian. idem Accurs. in leg. venales. C. quando prouocare non est necess. vbi ostendit inimicitia causa latam sententiã retractari: sed ibi condemnatus questus erat de suborta inimicitia arbitri ante quam iudicare. Ipse puto cum queritur an Amore iudicium rescindatur, considerandum dupliciter amorem capere pro honesto & pro venereo. priore modo cum amicitiam significat, non puto facere ad rescissionem sententiæ, cum filius in causa patris & pater in filij, iudex rectè deur leg. in priuatis. ff. de iudicijs. patre verò nemo est amicior. leg. fin. C. de curator. furios. præterea amicus syncerus non iuuat amicum in mala causa: vnde Pericles Athenis rogatus vt pro amico falsum deiceret, inquit: *Δὴ μὲ συμπαράπειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μὲχρὶ θεῶν.* id est, oportet me succurrere amicis, sed vsque ad deos. imputetur atque condemnato cur ante sententiã de amicitia iudicis non fuerit questus vt in textu Accursiano. leg. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de reception. arbitr. vel cur post nō appellauerit. aut denique ostendat apertè iudicem corruptum nimio favore. sic accipitur gratia, in d. §. cum prætor. & leg. præses. C. de transaction. secundo si amor refertur ad venerem, quia iudex deperit mulierem litigantem, tunc ipso iure nulla est sententia potiusque in d. leg. venales. vbi pretio erat corruptus, quia nihil amoris furore vehementius. §. illud. quibus modis natural. effici. legit. col. v. i. vbi Accursius conferri dicit amantem ebriæ. §. fin. de successioneibus ex senatusconf. Claudiano. sed ibi plus dicitur & confertur mulier amans furenti & dicitur bacchara amore. id est, furens, vt in Bacchi orgis leg. 1. §. si. ff. de ædilit. edict. si iudex. leg. 2. §. initium ff. de origine iur.

Crescit passim Helenium in siccoribus & æditioribus Veneris agris: frutex est verius quàm herba, serpillio similis & tenerior, quàm vt arborum furtim cæsarum eius nomine agi possit. l. certè. ff. arb. furt. cæsar. † De rosarijs secus sentio, exemplo salicis & arundinis. l. vitem. ff. eod. nusquam odoratior flos, nec in Pesto quidem Calabria oppido in quo quorannis bis nascuntur rosæ, hinc Virgilius,

Biserig, rosaria Pesti.

Sed hic illud mirabile, quòd rosæ pleraque sine spinis fuerunt, vt ante Adami labem, si D. Basilus in Examerio verum scribit, Rosæ Veneri sacræ sunt, maximè illa, quàm tinxit suo sanguine, dum Adonidi opulariuta accurreret, quem Mars necare destinarat. inde, quia *πέδον*, rosæ est, Rhodinus color pro roseo & purpureo capitur. l. Vellera. de vestib. olob. 11. C. anni gaudium inuictæ aduersus omnem vim semper hæ Rosæ restabantur: excepto quòd eis Cantarides sæpe innascuntur. Plinius lib. 11. cap. 3. quas qui alij edendas dedit, lege Cornelia de sicarijs plectitur. l. ij. §. aio. ff. de sicar. erodunt enim & vlcera, vt ibi iurisconsultus ait, hi vermes, aduersus quos remedio esse dicit Dioscorides lib. 6. Rosaceum & Irinum medicamenta, quæ pariter vnguenta voluptari conducentia sunt. l. in argento. §. j. ff. de aur. leg. illud ex rosâ fit, hoc ex Iri, herba odoratissima, quæ à cæcis legi gaudet, genituræ in commoda ita ibi non frequens.

Sed regredior ad Rosaria, quæ pro sepibus erant in locis minimum ferrilibus, floribus, alijs in totum hiscentibus, alijs vix germinantibus. hoc est, calyce adhuc erumpentibus. † Sic germinales arbores, quæ succisæ à radice vel stirpe tenuè germen emittere incipiunt. l. diuortio. §. si fundum. ff. sol. mat. quidam legunt gemmales arbores, vt interpret can. nunquam. de consec. distinction. §. quia gemma est in arbore oculus, qui se primo vere trudit, ex qua germen efficitur, sumpta similitudine, à gemma annuli. Prior lectio verior est in d. §. si fundum. vbi gemina arborum in fructu sunt, forsitan ligni loco. leg. ligni. §. Offilius. ff. de legat. ij. de gemmis idem nemo responderit.

Quæ de Paridis iudicio feruntur quidem quorum est Suidas, transferunt ad virum eruditum, qui orationem in Veneris laudem scripserit eamque cæteris deabus prætulerit.

OBSERVATA IN CAPVT
X X.

ff

- 1 *Musica vis, in amore præcipue: & Leda ab adulterio excusatur, iuris & musica similitudo: choro legato an singuli debeatur & pratorius dicens.*
- 2 *Theatrum, & qui in eo essent, describuntur.*
- 3 *Explicatio l. vnic. de Arlet. xi. C.*
- 4 *Sacra certamina in iure qua fuerint, & quot numero, eorumq; origo.*
- 5 *Declaratio l. pe. ff. de annuis leg.*
- 6 *Qua sint commoda præmiorum, in l. commodis. de re iud.*
- 7 *Curum coronarium quid sit, & an necessitate daretur.*
- 8 *An mulier possit esse pugil, index, postulator in foro.*
- 9 *Explicatur l. si. C. de religios. & cur amissum alea repetatur.*
- 10 *Quis sit desultor Flpiano, & desultorij ludicatio.*
- 11 *Qua sint apud eundem pictura in vestibus, quid babylonica.*
- 12 *Disci Iudo occisus Hyacinthus, & mortis fortuito facta pœna.*

CAPVT XX.



MAGNAM quidem cepi voluptatem oculis inter rosæra florentia, maiorem auribus, ob dukem & suaue sonum, qui me festinantiore solitò reddidit, melius enim progressu meo exaudiebatur. tunc certè anima. velut repetita memoria illius musicæ cuius in cœlo, ex quo descendit, fuit conscia, quæ ex Sphærarum iugiter volubilium motu conficitur, mero gaudio gestiuit. † sed quis miretur musicam in Cupidinis regno in pretio haberi, cum nihil sit illa paratius, nihil ad persuadendū puellæ ingenuæ mentis efficacius? non alia, opinor, ratione Iupiter Ledam Cygni falsa sub imagine conuenit, quàm vt se moriturum fingens mellitum cantum ederet: nam cecinit, & potius esset: iustusq; fuit amor Ledæ in eius à quo diligebatur conditione errantis, cum potior esset Iupiter quàm tunc videbatur. can. j. §. pen. & si. 29. quæst. 1. & ipsa apud maritū Tyn-darum excusanda benignè venit: vt enim vim passam adulterij non dānat lex Iulia. l. si vxor. §. si quis. ff. de adult. sic meritò hanc excipit, quæ violentia carminis ac cantionis persuasa est. l. j. §. persuadere. ff. de seru. corr. quid enim non cogit musica, si Orpheus ex promontorio Serrio canens nemora ad se traxisse creditur: quod quidem est in Thracia, teste Pomponio Mela, lib. 2. cap. 2. si etiam Eurydicen vxorem ab inferis deduxit,

Thracia fretus cithara fidibusq; canoris.

Obierat nanque Eurydice Aristæum pastorem, à quo amabatur, fugiens, cum in serpentem casta incidisset. tamen non ignoro Orphei harmoniam nihil magis comprehendisse, quàm leges rudibus populis arbore & saxo quouis dantioribus datas: quibus eos permulsit & composuit vt l. 2. ff. de legib. adeò conuenit lex & musica. mores vtralibet instituit: effera-ros mitigat & minus relictis mentibus moderamen adhibet. magno similiter est in pretio si non sit venalis virtutem merces conueta fœdare solet vtrouique. l. 1. §. bestias. ff. de postuland. l. 1. §. proinde. ff. de varijs & extraord. cogn. Asclepiades præterea expertus est, phreneticis Symphoniam sanitatem conferre, quorum morbus penetrat ad animum. l. j. §. interdū. ff. de ædil. edict. quò fit, vt suspicer, amorè certis numeris musicis leuari ac incendi posse: tanta profus affinitas corporum & animorum est, cum cātu & tibijs, vt Theophrasto & Democrito placuit, quos citat A. Gellius lib. 4. cap. 13. adeo eadem res & iuuare, & obesse potest. l. quod sepe. §. veneni. ff. de contrahen. empr.

Me vtrique affecit ac rapuit vocum dissimilium concentus, tū lyræ, citharæ, & tibix multiplex sonus maximè tandem cum ad Theatrum perueni, in quo Symphoniaci cum Thymelicis citra notam ignominix spectatores oblectabant. illi sunt cantores Vlpiano, l. sed et si. ff. de vsuf. hi citharædi, l. Athletas. ff. de ijs qui notant. infam. ex eo dicti, quod θυμέλιος locus Theatri est, in quo tibiae, citharistæ, ac canentium chori peculiariter residere cõsueuerant, vt Iulius Pollux innuit lib. 3. cap. 9. §. quintum. de consul. col. iij. inde Virgilius: in cantu Syrenarum:

Illarum musa mouebat.

Omnia quæ Thymele carmina dulcis habet.

Chorum autem vocant iurisperiti. cantorum turbam in vnum, ex multis corpus conuictam. ita si chorus alicui legetur non liceat vllum cantorum repudiare & alios accipere, non magis quàm ex grege. leg. grege de legatis secund. Insuper. cum chorus est venclitus si vnus cantor redhibeatur, vnà omnes redhiberi necesse est, ne corpus separetur. l. cum eisdem

eiusdem. ff. de ædil. edict. nec obest l. si chorus. ff. de leg. 3. vbi si chorus, aut familia legerur perinde est ac si singuli homines legati essent. quia hoc verū quoad hoc, vt ij qui superiunt legatario debeatur, cū in residuis nomē chori manere etiā nū videatur, sicut collegij, licet omnes sodales fato ad vnū reciderint. l. sicut. §. si. ff. quod cuiusq; vniuerlit. Sed in diuersum nititur l. quid tamen. §. si. ff. quibus mod. vsuf. amitt. vbi si quadrigæ vsusfructus legetur, vno equo mortuo, in reliquis ius intercidit. plane ratio est in quadriga, quoniam habet nomen ex numero, sicut biga, triga, quo nihil perfectius aut rigidius. chorus quidem, familia, collegium, arbitrario numero constant. nemo verò, ne numine quidem, præstare poterit, ne in quadriga quatuor iumenta desiderentur: & ne bis duo faciant quadrigam. ideo alibi lex ait: quadrigæ legatum equo postea mortuo interire, si equus illè interierit, qui demonstrabat quadrigam. l. peculium. §. 1. ff. de legat. 2. nec expono, demonstrabat quadrigam, cum Accursio, id est, erat princeps seu magister quadrigæ: cum olim bini equi iungerentur in quadriga: itaque quilibet equus eiusdem, facit ad quadrigæ demonstrationem: nisi acciderit vt testator ex equitio vel polia, vt alibi vocatur equinum armentum, consueisset cotidie alios equos substituere. l. 37. §. si. ff. de ædil. edict. cum autem sola quadriga perseuerat, propter vnum equum amittitur numerale nomen & effectus legati. quod in peculio, choro, vel familia tantum minui censeretur. d. l. peculium. in princ. † Theatrum diutius circumspexi, opus omnium excellentissimum quæ vnquam humana vis potuit efficere. Scena ei triplex, in qua marmorum colores & genera difficilè enumerari in infinita varietate. columnæ omnes auro purissimo oblitæ: media pars Scenæ ex eo lapide profus constitit, qui colorem habet cœlo matutino autumnali similem, vulgò Turcicus appellatur, à doctis Aërizusa, inaudito genere luxuriæ. pars ante Scenam, quod proscenium nominatur in l. si qua. de spectacul. lib. 11. C. l. de pollicitationibus. ff. de pollicit. tum etiam pulpiti-um in eo collocatum, de Topazio structa fuere illi propè simili, ex quo Arfinoë Regi-næ Ptolomæi Philadelphi vxori, statuam factam accepimus, nonquam tam prodigæ mentis fuit Theatrum illud, quod olim Romæ M. Scaurus in ædilitate sua præbuit, licet 360. columnis marmoreis incumberet. designatores sacri certaminis solum croco sparserant, arenæ loco, vt mollius caderetur. Hic sese exercebant amantes virtutis gratia, & honestæ voluptatis. spectabat eos Sappho Lesbica, quæ amores suos prima versibus expressit. dein Anacreon Teius Poëta: & in gradu editiore Celsus adolescens Iurisperit. ac Nerua filius, & Septitia, Attica mulier, quæ Thymelicis præmia dedit. l. Septitia. ff. de pollicit. nominatim omnes referre prolixum videretur Prætor, qui summus in ea regione habebatur, & iuri etiam dicundo præerat, ludos eximios edicabat, vt & Romæ. l. si vt. §. interdum. ff. commod. Macrobr. lib. 1. Saturn. cap. 17. expressim in l. non est. ff. de manu missi. vindict. l. prætor. §. fin. de iniurijs. ff. celebrabant verò tunc Agonetæ sacrum certamen in honorem Cælestis Veneris: victorum alij coronas ex Rosa & Myrto capiebant, alij Tauris albis donabantur, quorum cornua torquibus aureis vincirentur: alij pretiosis annulis. Adde, quod Iurisperit ait Athletas sacris certaminibus coronatos excusari à tutelis. l. Athletas. ff. de excusat. tutor. † Imper. Alexander in l. vnic. de Athlet. 11. lib. C. sic rescripsit: Athletis ita demum si per omnem ætatem certasse, coronis quodque non minus tribus certaminis sacri (in quibus vel semel Romæ, seu antiquæ Græciæ) meritò coronati, non emulis corruptis ac redemptis probentur: ciuiliū munerum tribui solet vacatio. Accursio ita vult hoc intelligi, vt vnam de tribus coronis Romæ, vel in antiqua Græcia, quæ sitam esse oporteat. quid si dicamus tres coronas simul diuersis tamē ludis sacris acceptas requiri ad ius vocationis munerum, nisi si coronetur aliquis victor semel Romæ, vel in antiqua Græcia, quæ propter celebritatem loci, & concursum certantium plus iuris habent, & plus ideo transferunt. ratio ponitur in l. sed & §. Romæ. ff. de excusat. tut. §. hæc autem. pro æm. ff. arg. l. si is qui tres. §. eum qui. ff. de excusat. tutor. Sanè per omnem ætatem certasse Athletas desideratur in d. l. vnic. de Athlet. pro eo quod est præcipua ætatis parte, vt Prouerbiorum cap. 5. hubera eius inebrient te in omni tempore, in amore eius delectare itigiter. de puella loquitur Sapiens, §. omnes verò. pro æm. Inst.

† Sacra certamina sunt honori deorum sacra & initiata. In antiqua Græcia fuere 4 tantum quatuor longè antiquissima: Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea. quæ singula grauiissimos auctores suos habuere.

Olympia in gratiam Iouis Olympij Hercules instituit iuxta Elidem ciuitatē, tãtæ claritatis certamina, vt inde Græci fastos suos complexi sint, per Olympiadas, vt Romani per Iustra numerantes. corona sacra victori ex olcastro, qui plurimus eo loco crescit, quam

& ipse primus derulit.

Pythia Apollini dicata ab ipso met, ut quibusdam placet, post Pythonem occisum: vel, ut Pausania visum est, in Corinthiacis, à Diomede, cum incolumis Troia rediisset, plerisque aliis tempestate obrutis, coronam ex Mali fronde Palestriae capiebant. refert Philostratus lib. 6. cap. 5. de vita Apollonij, in his concertatores inuitari solitos cantu, tibiis, & Psalmis: ut qui ad comœdias tragœdiâsque vocarentur.

Isthmia Palæmoni & diis marinis facta in Isthmo Græciæ, idque quinto quoque anno, coronatis pinu Agoneris. notum est Isthmon esse angustam inter duo maria terram. l. Lucius. ff. de seruit. rustic.

Nemea, ludi funebres ab Argivis, ut Strabo scribit lib. 8. in sylua Nemea agitabantur, Archemoro solennes, coronis de apio præstitutis: ideo (ut coniectura consequor) quod Archemoras Hypsipyles alumnus in apio, quod prope fontem creuerat, depositus, à dracone exesus est, autore Iulio Hygino. Plinius lib. 19. cap. 8. de apio loquens: honos ipsi in Achaia coronare victores sacri certaminis Nemeæ. propterea apium vocatur à Pindaro ode 6. Nemcorum *βότρυς λέοντος*, herba leonis scilicet Nemei Laudabiles fuere hi mores, qui tantos labores, & tantæ laudis argumenta herbis & frondibus insigninerint. quod in compluribus aliis ludis non est obseruatum. quorum præmia auro argentoque refulserunt. & quorum similiter coronæ sacræ vocabantur. l. commodis. ff. de re iudic.

Ergo qui in certamine gymnico alibi quàm Romæ vel in suprascriptis quatuor Græciæ antiquæ certaminibus vicerant, nisi ter vicissent, immunes non censebantur, uti explicuimus d. l. vnic. de Athlet. lib. 11. C. quod verum & æquum est. nam, ne quis obstrepas, scire necesse est, in aliis plerisque Græciæ urbibus ludos sacros aliquando editos fuisse, ut eos quos Iones Libero patri & Alexandro Philippi dicauerant: † & in l. pen. ff. de annuis leg. legata fuit certa pecunia in quadriennium certaminis Chrysanthiniani danda Reip. Sardanorum. qua in specie Diui Imp. responderunt, in perpetuum quarto quoque anno ratundem præstandum. Est verò Sardis vrbs Tmolomonti vitifero contermina, in prouincia Mæonia, id est Lydia, proxima Misie, de qua in l. iij. ff. de off. access. vnde Sardiana iurisdictione appellatur Plinio lib. 5. cap. 29. Strab. lib. 10. prodit Sardim terræ motu ætate Tiberij Imp. qua ipse floruit, concussam, dein restitutam, florentem ac claram exitisse. Idem eodem libro scribit Chrysa oppidum Apollinis delubro insigne fuisse. Vnde certamen Chrysanthinianum in d. l. pen. Apollinis honori dicasse Sardanios. vel fortè Cereri, quæ à Chylantide primùm filiaë raptû, cognouit Pelasgi excepta hospitio, teste Pausania in Atticis. Dedicatur etiam certamen quadriennale in Græcia à Septitia cum pecunia, ex cuius vsutis edatur, in l. Septitia. ff. de pollicit. ex qua l. probatur pecuniam numeratam præmium ludorum gymnycorum fuisse. nisi dicere malimus, non victorum, sed Thymelicorum, ut ibi dicitur, id est, musicorum siue tibicinum mercedem fuisse.

† Cæterum illud perspicuè demonstratur in l. commodis. ff. de re iudic. Commodis præmiorum, inquit Papinia. quæ propter coronas sacras præstantur, condemnato placuit interdici, & eam pecuniam iure pignoris in causam iudicati capi. Hoc est, ut placet Accursio, pecunia aliis pignoris deficientibus capietur ab eo, qui superior in Pancratio fuit, victus tamen in foro: nõ si in aliis rebus fieri possit executio. l. stipendia. C. de execut. rei iudic. enim uero dum commoda præmiorum propter coronas præstari dicit Iurisc. clarè innuit pecuniam pro coronis dari solitam. certè Laërtius in Solonis vita hunc commemorat Athletarum præmia castigasse, ut is qui olympia vicisset quingentas draghmas, qui vero Isthmia centum acciperet. eademque ratione in cæteris certaminibus: ut ij qui in præliis pro patria occubissent, potius illustrarentur tanquam Reipubl. profuturi serid, non ad delicias tantum spectaculi ut in ludis licet sacris.

Forstian voluit Papinianus, interdici commodis præmiorum, & eam pecuniam iure pignoris in causam iudicati capi, hoc est, repetita præcedenti negatione: placuit etiam interdici, ne ea pecunia capiatur, ut sulca iure singulari.

Porro coronæ Athletarum primum ex certis frondibus esse cœperunt, mox ex ære inaurato. Crassus ille diues primus ludis suis Romæ ex argento auroque dedit, folia imitatus: tandem ad nummum & quasi mercedem itum est. d. l. commodis. ff. de re iudic. pecuniam tamen non malè explices pro corona ipsa, cum sit lata pecuniæ significatio. l. pecuniæ. ff. de verb. signific. & certum est tempore legis xij. tabul. coronam ipsam dictam esse pecuniam virtutis causa duntaxat quæsitam. in ea enim sic loquebantur decemviri: qui coronam parit, ipse pecuniæ eius virtutis ergo arguitur. Quem locum deprauat magis quàm interpretatur Plinius lib. 21. cap. 3. quod si in d. l. commodis. pecunia pro corona sumi queat, multò

multò minus mirandū, si ob causam iudicati pignoris iure accipi non deceat. Primâ & cõmunem sententiam, quæ pecuniam numeratam intelligit non temerè reiiciendam iudico, cum Suetonius de Neronis auaritia in hunc modum loquatur: reuocauit & præmia coronarum, quæ vnquam sibi in certaminibus ciuitates detulissent. † Nam alioquin aurum hoc, quod coronarium à corona cuius vice datur, appellari solet, iudici à principe non oportet, sed si offeratur accipi. l. vnic. de auro. coron. lib. 10. C. Vno casu necessitatis est non liberalitatis auri coronarij præstatio, si consuetudo iusserit. d. l. vnic. de aur. coron. l. pen. C. de iudæ. Alciatus lib. 6. parerg. cap. 4. origo nominis inde ducta, quod Imperatores antiquitus triumphales: coronas ex Lauro, postea ex auro, tulerunt, quod ob honorem triumphii coronarium cœpit vocitari. A. Gellius lib. 5. cap. 6. idem nomen tenet pecunia honoris causa principibus oblata. vice coronarum aurearum Plinius lib. 33. cap. 3. scripsit Hispaniam contulisse Claudio Cæsari de Britannia triumphanti coronam auream. vij. pondo & Galliam Comatam alteram ix. Pondo. ne pudeat athletas aureæ mercedis, cum eam principes ambierint: & ex liberalitate in necessitatem transire coegerint.

Mulieres autem à sacris ludis maximè ab Olympiis arceri consuetas notat Placidius interpretes in lib. 1. Thebaidos Papinij:

— teneros, inquit, caueæ dissensus ephobos
Concitat, exclusæque expectant præmia matres.

Pausanias tamen in Laconicis prodidit Cyniscam Archidami Regis filiam in Olympicas victorias virili animo aspirasse: equos aluisse, primamque coronam ac palmam ex Olympia retulisse: postea alias mulieres victrices fuisse ex Macedonia. sed putem aut Spartanis fuisse, aut Regum filias, nescio enim, quomodo his plus licet recepto more. mos enim solus in ludis facit, ut aliquid sit turpe vel honorificum. l. 4. ff. de iis qui notant. infam. sic etiam in iudiciis. nam non puter aliquis defectu iudicij factum, ut mulieres non iudicent, sed moribus. quia ea res virilis visa sit officij. l. cum prætor. ff. de iudic. olim verò iudicauit diuissimè Debora Prophetis cap. 4. Iudicum. & in partibus Gallicanis Regina, arque aliaæ scæminæ præcellentes, ut scribit pontifex in cap. dilecti. de arbitris, ordinariam iurisdictionem habuerunt. & licet propter vnã Calphurniam seu C. Affraniam, ut maule Alciatus, prætor mulieres postulare vetuerit. l. 1. §. sexum. ff. de postul. tamen lecta est oratio, quam apud Triumuitos habuit Q. Hortensij filia. alias commemorat Quintilianus lib. 1. cap. 1. magno sexus honore. sed hæc fortè pro se ipsis postularunt, non pro aliis ut d. §. sexum. in ea re enim pudor naturalis mulierum. l. pe. C. de contrah. stipul. non ita offenditur. multa enim clientem secretò loqui cum aduocato expedit. multa palam fingere, ut mala causa fucum capiat, quæ mulieris pudorem onerarent. nisi cum pro se postulet iusto agitata affectu. idem dicerem si pro sui. causam dicat, liberis, parentibus, nepotibus: licet Accursius dubitet in l. 1. §. fin. de postula. vtõr argumento l. 1. ff. de accusati. sed & pro cognatis verecundam mulierem iudex causa cognita admitteret postulantem. l. 1. §. consequens. ff. de suspectis tutorib. l. scæminis: de procurat. ff.

Quibus ludi generibus vicisse oportuerit in ludis antiquis palæstrita enarratur. l. iij. ff. de aleæ lus. & aleat. nempe Disco, pilo iaciendo, cursu, saltu, lucta. Quapropter Iustinianus in illa constitutione, quæ est C. de relig. & sumpt. funer. in fi. eisdem vel non dissimiles quinque ludo, nec amplius probat, nominibus penè barbaris, uti par erat iam illo. seculo vsurpari. Præsertim in vrbe Constantinopol. in qua agebat, & in ludis, quibus peregrina sæpe induntur nomina, cum multis in locis tum frequentissimè in Gallia. ut permultis aliis rebus barbarè vsurpatis. §. coges. de mandat. princip. col. 3. in auth. planè non ad aleam sed ad exercitationem contentionemque virium spectare quinque hos ludos inde conicio, quia mox prohibet, ne fiant equi lignei, propter imminens periculum quod iis impendebat, qui in illis sederent. Vidi tamen ego duos eiusmodi equos in hac Amoris arena, arte atque industria sic expressos, ut à Dedalo fabricatos crederes. Sanè Archytas Tarentinus Philosophus suos dicere non erubisset, quem Phauorinus refert fecisse *περὶ τὴν ἐπιπέδου πτερόδωμον*. Id est, columbam ligneam volantem.

Non præteribo, quod dicitur in d. l. fin. C. de relig. alearum vsus antiquam rem esse, & extra operas pugnantibus concessam, sic explanari posse, ut pugnatore, milites intelligamus, quibus olim alea ludere in castris permissum fuit, ne torperent otio, ut Acron ait exponens illud ex 2. lib. carminum ad Pollionem:

Periculosa plenum opus aleæ

Tractas.

Quamuis, meo iudicio, id Metaphoricè dixerit Horatius, sicut & illud paulò antè innuit.

*Bellig. causas, & vitia, & modos,
Ludumq. fortunæ.*

Tractas inquam, ô Pollio, ludum fortunæ & belli aleam, id est dubium euentum. l. nec emptio. ff. de cont. empt. idem alibi, perrard hæc alea fallit. sed probat Virgilius lib. 9. Æneid.

*Collucet ignes noctem custodia ducit
In formem ludo.*

Accurs. tamen censet arma non impunè ludo amitti. l. iij. §. miles. ff. de re milit. operis verò priuatis, & ad aliquem quæstum facientibus milites vacare non expedit. l. officium. §. j. ff. de re milit. nec domi alea ludere. §. commodis. d. l. fin. C. de religio. vbi adeo detestatur vetitos ludos Iustinianus, vt in pari causa turpitudinis repetitionem det non fisco præcipuè solum, sed etiam ei, qui in alea perdidit, nisi annorum 50. spacio excludatur. quod est contra vulgarem regulam possessori fauentem. l. 2. C. de condic. ob turp. caus. & hoc ideo à Iustiniano cautum est, ne alias fraus legi fieret, lucrante semper retenturo parva vetito exercitio. nam si quis dicat in diuersum fisco licuisse extorquere ab eo, qui lucri fecit, sicut solet à iudice qui accepta pecunia male iudicauit, & impunè à litigatore accepit. l. 2. de condic. ob turp. sed tenetur lege Iulia. l. 3. ff. ad legem Iul. repetund. Considerandum est, hoc à Iustiniano sancitum, vt ludores magis terreantur à flagitio, quo maxime diuina vis offenditur propter periuria & blasphemias. vt ipse expressit legislator. quædam enim scelera grauiora sunt cæteris, tum propter se, tum præsertim propter consequentia, vt alibi visum est superius in adulterio. & l. quoniam. C. ad legem Iul. de vi public. Extra Theatrum situs erat campus latissimus cum Hippodromo, in quo de velocitate equorum certabatur. §. manifestum. de restitu. fideicommissi. col. ix. † nec defuere defultores, qui duos equos singuli agitantés pileati, vt inquit Hyginus, perniter ab altero in alterum equum transiliebant. Origo institutionis defultorij certaminis imitatione Castoris & Pollucis repetitur, qui alternis viuunt. nam cum ille ab Ida Phareis filio necatus esset, Pollux frater à diis impetravit, vt alterna morte eum redimeret, vnde Romanus defultor ab vno in alterum equum desilit. l. apud. ff. de præsc. verb.

9 † Multi adolefcentes formosissimi stragulis versicoloribus equos suos ornarant, quas Babylonicas, quæ equis insterni solent, dixit Vlpianus. l. argumento. ff. de aur. leg. Colores diuersos picturæ intexere Babylon maxime celebravit, & nomen imposuit: scutulis diuisit Gallia, inquit Plinius lib. 8. cap. 48. igitur in l. vestis. ff. eodem. picturas vestium, varietates colorum accipio, quibus plurimum decoris accessit his ludicris equitibus. nam & pileo clauis aureis confuto, &

*Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla
-Auro innectuntur.*

Vt de Gallis Senonibus ait Vergilius, lib. 8. qui pictis vestibus in tenues virgas deductis maximè utebantur. nec est cur Seruius virgatas pro purpureis explicet, testis Diodorus Siculus lib. 6. sic Seneca in Hippolyto:

India Tigres decolor habet.

Pæni quatunt colla leones

-Cum mouit amor.

10 Virgatas, pro versicoloribus posuit. † Certabant nonnulli disco: id genus ludi est, quo iuuenes in agone contendebant, vt fortior iudicaretur, qui vltra designati spatij finem eum iecisset, ita Acron. hoc ludo alioquin licito, d. l. iij. ff. de ale. lul. Phæbus Hyacinthum suum peremit, disco in pueri caput delapso. Hinc Vergil.

Dic quibus in terris nascantur nomina regum

-Inscripti flores,

De Hyacintho flore sentit, in quo leguntur literæ, A I, lectum Phœbi referentes. fuit enim hic in florem transformatus, regis filius. sic negotia dicimus, licet vnicum sit negotium. l. iij. ff. de neg. gest. Vel duplicem fabulam attigit: nam & Ajax rege Telamone genitus, ipsum eundem que florem suo sanguine creasse fertur.

Talia homicidia in publicis certaminibus ob virtutem factis contingentia impunita sunt. l. qua actione. §. j. ff. ad legem Aquil. sed quia graue est hominem vel casu occidisse, Græci ea voluntario exilio vindicabant. adibat exul sponte opulentissimum aliquem extera gentis hominem ad expiandum facinus, vt versibus Homericis Claudianus ostendit. l. aut facta. §. euentus. ff. de pæn. Diodorus lib. 5. narrat Peleum Æaci filium, qui disci iactu Phocum fratrem substitulerat, mox ab Actoro rege purgatum fuisse. Philostratus lib. 6. cap. 3. scriptum reliquit, Memphitas in Ægypto reos fortuiti homicidij exulasse vltro, & ad gymnosophistas

stas purgatum iuisse piaculum. modo reuersus ad defuncti tumulum sacrificaret. quando autem ludus est illicitus, casus subsequens omnino punitur vt in eo qui equis ligenis à Iustiniano vetitis vel similibus machinis fieret, quia tunc culpa præuenit casum cap. Ioannes. de homicid. l. item si. §. si. ff. ad legem Aquil. idem dicerem in ludo licito aut militari exercitatione, quàm imperitus supra vires suas institueret. l. idem. §. i. ff. eod. l. culpa est. ff. de regul. iuris. Hodie in ludis hostilibus quos equites iam pridem exercent valdè licito ritu impunitas casum proculdubio sequeretur. Olim verò non ita vsitabantur: nam hasta procul iaciebatur aceminus in aduersarium, vt refert Lucianus in Gymnasticis. ideoque pili iacti mentio fit in d. l. 3. ff. de alea lusu. religabatur autem media loro quodam, vt commodius iaculari liceret. Amantium plerique venatione & Accipitrio sese oblectabant, nec ibi impunè volabant aues, cum naturali iure capientium fiant. l. j. ff. de acq. rer. dom.

OBSERVATA IN CAPVT XXI.

1 Intellectus l. commodissime. ff. de lib. & posth.

l. si. C. eod.

2 Exponitur l. Titius. §. Lucius. ff. eo. cum multis aliis eiusmodi.

3 Quid sit albescens cælum, s. d. l. Titius. §. Lucius. & cur ita legi oporteat.

4 Conciliatio secunda d. l. commodissime. cum

l. si. C. de posth. hered.

5 Decem menses partu olim præstitutos, & quare.

6 Septimo mensi partus perfectus est.

7 Infantes nati terram veterum more attingebant.

CAPVT XXI.



TINAM non cuiusvis voluptatis tædium mortalibus accideret, nec verum esset, quod Pindarus in Nemeis dixit, ἀλλὰ γὰρ ἀνδραποσίς ἐν παντί γλυκεῖ τ' ἔργω κόρον δὲ ἔχει καὶ μέλι καὶ τὰ περὶ τῶν ἀνδρῶν ἄφροδισία. id est, eniuero intermissio in omni dulcis est negotio. fatietatem autem habent & mel & amœni flores veneri. nam nisi præproperè Palestricæ iucundissimi me aspicientem fatiassent, vitalem mœstum spectaculum, quod vix tertio ab eis lapide occurrit: nempe Centaurus, superiore sui parte homo sublimis & planè ferox,

Illic fronde coronatus, reliqua dimidia equus alacer, quantum que figura promittebat, concitatus: portabat is puellam forma præstantem, quæ lamentis aërem, lacrymis sinum implebat, & ita se prædam esse fatebatur. passis capilli & vestis aura leni magis quàm vento agitata, multum illius decorem & meam tristitiam augebant. induebatur enim lino tenui, quod vix auro rependitur in Achaia, Byssinum vocat Vlpianus, in l. fin. §. diui. ff. de publican. ego puellam quouismodo erupturus dextra gladium animosè strinxi, leuam cursum inuolui pallio, memineris, inquit tum ille, Nessum Centaurum cuius ego sum soboles, ab Hercule sagitta mortiferè vulneratum, mox eam victoriam ad acerbissimum mortis genus dominum suum adegisse, per Chironem iuro, non defuturos qui, siue me viuo, siue me mortuo, istam audaciam vlciscantur. ô infausti decem menses qui te tulerint, nisi te hinc sedulo subduxeris. dixerat, cum è proximo nemore nouem illi similes Centauri clauis ligneis armati opè contra me allaturi processerunt: quibus aduentibus ego inuitus discessum fugæ parem feci. recordabar quid mihi proteruus ille Celenus (hoc enim illi nomen erat) minatus pro certo esset. puta pœnam siue se viuo, siue se mortuo. † Nec obliuiscabar Pomponium dicere, in l. commodissime. ff. de liber. & posth. ea verborum conceptione posthumi institutionem integram esse. Accedebant infausti decem menses, quos antiqui iustis partibus à conceptu præstituerunt: vt l. fin. C. de posthum. hæc. quo loco Iustinianus repugnare videtur Pomponio. Videamus igitur num repugnet in omnibus, hoc magis quia partus ratio amori coniunctissima est, can. omne. 27. quæst. 2. adeoque fauorabilis, vt Lucina licet virgo parietibus fauere credatur. Vlpian. in l. j. §. & generaliter. ff. de vent. in poss. fauorabiliorem esse causam partus quàm pueri asseruit. Puto, vt semel dicam quod res est, d. l. commodissime. è Iustiniano ex dimidio corrigi, in hunc modum, vult Pomp. filium natum mortuo testatore, qui fuerat institutus, si se viuo nasceretur, pro præterito haberi, de hoc casu vt incorrecto nihil dicitur in d. l. fin. C. de posth. sed si testator posthumum instituat, sub conditione, si se mortuo nascatur, & is viuo adhuc testatore natus fuerit, Pomponio placuit nihilominus præteritum esse, Iustiniano displicuit: ne, inquit, pœnam præteritionis patiat, qui filium

suum non præterit. Differentiæ ratio illa manifesta est, quia qui filium ita instituit, si se viuo nascatur. arctasse tempus hoc censetur aliqua ex causa: quod forsitan scit se viij. mensibus antè, operam liberis dare non potuisse, propter ætatem, vel valetudinem. l. si quis. ff. de iniust. testam. & nimis anxius, de vxore dubitare quàm de morte propinqua maluit: ideo vitæ suæ calum exprefsit, alterum noluit. At qui si filium post mortem nasciturum instituerit, multò magis in vita natum. l. fin. C. de posthum. accessit, vt certiore, argumento est lex Velleia quæ in priore capite nepotes viuo auo natos inuitat, quos Aquiliana formula eo mortuo in lucem prodituros dixerat. l. Gallus. & §. nunc de lege. ff. eod. ergo per mortis tumultum & metum factum est, vt qui testatur, nunquam puerum se viuo edendum crediderit, sic vitæ mentionem nullam fecit. §. illud. de trient. & sem. col. iij. merito hac in parte Iustiniani constitutio, cui, velut Casandræ Troianæ quamuis vera dicenti fides negatur, reprehendit Pomponium. Econtrario accidit, relictum in casum vitæ, fortioris rationis iure, morte potius præstati. l. si quis hac. ff. qui sine manumiss. ad liber. cum seruus vœniit ea pactione, vt viuo emptore fiat liber. eo mortuo illico fit liber, ea ratione quod qui cito viuo emptore seruum manumitti voluit, magis idem voluisse creditur serò post emptoris mortem accedit, quod ibi non erat conditio vlla. vt in l. commodissimè. & quod lex operatur manumissionis effectum leum qui. eod. tit. in summam tunc tantum casus vitæ in casum mortis vim habet, cum verisimile est testatorem in casu omisso idem sensisse, licet casus sint prorsus contrarij, modo ad eundem effectum tendant, vt in l. i. §. idem Labeo. ff. de aqua coridi. statutum in frigidis aquis militat in calidis, quæ tamen vim eandem irrigandi habent. sic in l. si. C. de institutionib. casus, si non nascatur puer, trahitur ad casum, si decesserit postquam natus erit impubes, quia effectu non nascitur, & necari, vel mori idem est. l. i. §. sed et si quis. ff. de ventre in possess. Atqui in l. si pater ff. de vulgar. substit. casus si post mortem nascatur filius meus, non porrigitur ad casum, si viuo, quia nasciturum substituerat alteri filio impuberi: nec vlla ratio erat potior, cur posthumum substitueret, si impubere viuo esset natus, quàm si eo mortuo. quonia in ibi non de nascituro post mortem patris testantis queritur, sed post mortem impuberis, cui fit pupillaris substitutio. † nonne superioribus quæ adrat l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posth. vbi is instituitur, qui in vtero erat, id est, quem in vtero esse testator suspicabatur. nam testamentum faciebat in ciuitate hora diei sexta, hoc est, meridie, & iam neptis de qua puerum sperabat, tunc enixa erat, albescere cælo, id est, in aurora, verisimile est enim qui supremum absens ordinat, maiore plausu natum puerum excepturum fuisse, cuius vtrique iustior est ratio quàm posthumi. l. quod Labeo. ff. de Carb. ed. & quis non videt, pleraque posse contingere ne solem aspiciat, ne homo fiat is qui in vtero est. l. in lege ij. ff. ad legem Falcid. ad hoc animaduerti in d. §. Lucius. testamentum non sub conditione vterum instituisse, sed facta demonstratione, quæ cum in omnibus actibus, nisi in his minus vrget. inde aliud est ventrem instituere si posthumus erit. l. posthuma. ff. de liber. & posth. quæ hoc sensu illustri donata fulgescit, aliud posth. imum simpliciter, etiam in pactionibus, vel autore Pomponio, l. iij. §. pen. ff. de iniust. testa. l. si quis ita §. fin. de testam. tut. & que enim falsa demonstratio cuiquam nocet. l. falsa. ff. de cond. & demonstr. & l. demonstratio. in princip. cum §. pen. ff. eod. nec interest vtrum per relatum fiat demonstratio vt d. §. Lucius. an per adiectiuum, vt d. l. iij. §. pen. de iniust. testam. vti apparet in §. huic proxima. Instur. de legat. certè multos fecellit, quod hoc differentiæ non perspexerint: vtrum conditio an demonstratio adiecta sit, illa enim imperiosa magis est, neque facillè degenerat in contrarium: nisi euidenter liqueat vnum è contrariis testatorem exprefsisse ita, vt alterum potiore non exclusit. quod attinet ad demonstrationem impugnamur apertè. l. si ita quis. §. pen. de testam. tut. vbi qui dedit tutorem filiis, non creditur dedisse iis quos credit mortuos: nec vsus conditione fuerat, sed filiorum demonstratione. sed respondeo ibi plus erratum fuit, quàm in demonstratione. quia non putabat filium esse in rerum natura cui non dedit tutorem. nam & demonstratio fit per aliquam qualitatem adiectam, ibi filiis tantum dederat tutorem, sine adiectione viui aut nascituri. accedit quod in tutela non est magnum detrimentum, ne sit datus tutor ex testamento, cum postmodum à iudice consulto dari queat. sed superior responsio demonstrationis falsæ in filio non obfistens, vt dixi, liquidò probatur in d. l. si ita. §. pen. vbi posthumo datus est tutor, & tenuit datio in puero nato etiam parente viuo. Voluntatem enim qualemqualem erga eum habebat: non cum putabat mortuum. l. si cum vel. C. de testam. milit. Ergo, inquiet aliquis arguta mentis, in d. l. Lucius. quamuis testator sciuisset neptem circa diluculum peperisse, tamen infans natus eo viuo succederet ex testamento, cum minimè obfistat falsa demonstratio. Fateor vtrique quæ huc me allicit iuriconsultus his verbis, licet ignorante testatore, perinde atque innuat in prudentè

denre ac sciente natalem pronepotis magis idem iuris statui. † Quod verò in d. §. Lucius. albescere, cælo legitimus, tuasit vetus lectio, & vsus peritissimorum autorum. Quintilianus lib. 8. cap. 3. refert Cæcilium dixisse, albenti cælo, quod nos pro crepusculo & aurora exponimus. Aulus Hirtius in lib. de bello Africo: Cæsar in nauibus vna nocte consumpta, iam cælo albescere cum proficisci conaretur. Verg. lib. 4. Æneid.

Regina è speculis vt primum albescere lucem

-Vidit

Iulius Cæsar lib. 1. de bello ciuili: Cæsar exploratis regionibus albente cælo omnes copias castris educit. Cneus Martius apud A. Gellium:

Iam iam albicastris Phæbus, & recentatur.

Sed vereor ne in re compertissima modum affectasse satius fuerit quàm copiam.

† Secundò animaduerti reconciliari posse d. l. commodissimè. ff. de liber. & posth. cum l. fin. C. eod. si dixerimus illic sciuisse testatorem vxorem vterum gerere, vt innunt illa verba, is qui nondum natus erat. perinde ac dicat, sed in vtero latebat. planè in proposito vim huius particulæ nondum, esse qualem dixi, dilucidè ostendit Paulus in l. illud. §. fin. ff. de honor. possess. cont. tabul. & Vlpian. apertè. l. i. de ventre in poss. Papinia. cap. ix. ff. ad leg. falc. planè in d. l. fin. dubitabatur à testatore, essetne vxor prægnans an non, vt l. quod Labeo. ff. de carb. edict. quid, quod etiam posthumum ex ea, quæ pro certò non est prægnans institutus. l. i. ideoque. ff. de liber. & posth. alioquin quænam esset dementia scire iam à quatuor vel quinque mensibus mulierem grauidam, & ad pueri natiuitatem decem præterea menses adiciere, cum intra solos eos omnes nasci soleant. l. iij. §. post decem. ff. de suis & legit. neq; diuus Pius ibi multò post natos, legitimos dici patitur: ceteri D. Hadrianus in non ambigua pudicitia femina aliquando xj. mensium partum à mariti morte admiserit. sed hoc contemnendum. l. quoniam. ff. de legib. facit nobiscum idem autor Iustinianus in §. vnum. de restitu. & ea quæ par. col. iij. accedit & his lex illa Velleia, quæ viuo auo natos nepotes non respuit, eò quod G. Aquilius cum natum esse moruo inuitat ad successionem, decem menses meminit numerandos à morte filij. d. l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liber. & posth. omitto intellectum Accurtij in d. l. fin. C. de posthum. heredib. quo vehementer atque ineptè vexatur Iustiniani mens, cum ait interpret non interfuisse testatoris, vtrum in vita an post infans nasceretur per illa verba, post mortem detorta non ad natiuitatem sed ad institutionem infantis modo intra decem menses nascatur: ita vtroque casu mortis vel vitæ futurus hæres. quasi verò Iustinianus expenderit, quomodo testantis verba captari possint, non quid senserit. & vtram fermonis, non lucem mentis prioris & potioris, in eò etiam dilucidè sequi docuerit contrà. l. labeo. in fi. ff. de suppellecti. leg. sed quod plus vrget contrà. l. i. §. sed & si quis. ff. de ventre in poss. vbi illa verba post mortem adiecta mensibus nascituri posthumi, aliquo casu scilicet mortis, non vtroque operantur, & dices ibi de exhæredatione odiosa quærit. produco igitur formulam Aquilianam. l. Gallus. de liber. & posth. vbi instituitur nepos, qui nascetur intra decem menses proximos morti filij, nec vocantur ea formula natus viuo filio, sed suppleri oportuit & exprimi. d. l. Gallus. §. nunc de lege. & §. seq. vbi Veilleius addere Gallo Aquilio maluit, quàm ipsum torquere † Decem mensium spatium crebrius antiquitas definiuit à conceptione ipsa ad ortum infantis supputans. d. l. fin. C. de posth. l. 3. §. post decem. de suis & legit. vbi Vlpianus Hippocratis autoritate fretus est. Iocasta in Senecæ Thebaide sic queritur:

Quod penè vidi per decem mensium graues

-Vteri labores.

Ouidius lib. 3. Fastorum, annum olim fuisse ait decem mensium ætate Romuli, seu quia totidem nobis digiti,

Seu quia bis quino fœmina mense parit.

Sed hic numerus in anno ordinando, mutatus ab Augusto Cæsare fuit, non in partu à natura. l. si qua. C. de secund. nupt. Quid ergo causæ est, quare hodie nono mense partum perfectum vulgò iactemus? & Varro, teste A. Gellio lib. 3. cap. 16. tam de nono, quàm de decimo mense non aliud sensisse comperitur, Nonam & Decimam Parcas à patiando appellitans. In eandem partem capio quod Ausonius scripsit in grypho ternarij numeri:

Iuris idem tribus est, quod ter tribus: omnia in istis

Forma hominis cepti, pleniq; exactio partus,

Hoc est, ter tribus mensibus fit homo, ita nouem, quibus nonies repetitis & elapsis primùm moritur, nec quisquam, nisi perrarò, centum annos absoluit, quamuis à iure præfinitis sint. l. fin. C. de sacrosanct. eccles. Nec curæ fuit Ausonio has raritates persequi vt prodigijs adfimes, & ab Ægyptiis, non à diis præstituras, porrò Staseas 84. anno humanæ vitæ terminum

diffiniuit Plato 81. quo ipse postea obiit, quem Ausonius emulatur. Ea autem ratio est, cur alij decimo, alij nono mense partum iustum & vltimum dicant: quia illi inceprum decimū intelligunt, hi nonum exactum. † sicuti euenit in partu septem mensium. nam medicorum princeps Hippocrates in lib. de Septimestri partu tradit vix vnquam compleri, sed incipi mensem septimum: & pars, inquit, septimi mensis etiam mensis est: id que non est ab Vlpiano prætermisum in l. iij. §. fin. ff. de suis & legit. nec ab Accurs. ibidem in verb. secundo die, ex quo explicatur l. septimo. ff. de stat. hom. Philo Indæus in libro Biblicarum antiquitatum retulit, Deum statuisse, vt septimo mense partus esset vitalis propter Isaac raro breui tempore editum. quod verum ne sit, hæsito, non minus quàm de Pauli neglecta à Triboniano opinione. is lib. 4. receptarum sententiarum tit. de intestatorum successione, ad nescio quam Pythagorei numeri rationem, septem menses maturi partus retulit.

7 † In more fuit positum priscis seculis, natos infantes protinus in terram statui, & quasi cadere opera obstetricum. l. iij. C. de posth. hæc. Staius libro primo sylvarum:

Tellure cadentem

- Accepi, foui, q̄ sinu.

Rectus nanque humo accipiebatur, vt cælum iam suspicere inciperet, quod est hominis proprium, ex quo dignissimū & cœleste animal est, l. iustissimè. vbi Accurs. ff. de ad l. edict. vel fortè, vt eo casu tactūque terræ humanæ calamitatis primordia libarent, Macrobius lib. 1. Saturnaliorum cap. 12. Bonam deam, eandem Fannam & Fatuam vocatam notat. quod infantes partu editi non prius vocem edant, quàm attigerint terram.

OBSERVATA IN CAPVT XXII.

- | | |
|---|--|
| 1 Explanatur Celsi responsum de Hippocentaurorum loquens & quod stipulatio rei perquam rara, censetur impossibilis. | 6 Arbores sericum ferentes: & vestes sericæ iure solæ fæminis olim concessæ. |
| 2 Chiron Centaurus legislator æquissimus, & quid sit Phylira Iuriconsulto, & quod culpa sit, immiscere rei ad se non pertineti. | 7 Clypeis insignia antiqui pinxerunt, & an pro cuiusque arbitrio pingi possint. |
| 3 Pacta cum hoste inira an seruanda sint. | 8 Scutorum insignia fidem facere in finium cõtrouersis, & de portatione amitti: denique columna loquitur in extremo. |
| 4 Stemmata cognationum quid sint Paulo. | |
| 5 Clypeus & ensis quibus cuncta in amore su- | |

CAPVT XXII.



DEPOSITA penes suos tam dulci præda, in eo laborauit Celenus Centaurus, vt me velocitatis suæ fiducia rursus assequeretur. redijt, & allocutus est. † nugæ e futire me non pauci clamitabunt, propter Celsi responsum, in l. si ita stipulatus. ff. de verbor. oblig. vbi, si te listi promiseris, vel Hippocentaurum dari, adiectio hæc superuacua est, quæ non potest contingere, & te sistere teneris, ne sit vlla nouatio l. nouatio. ff. de nouatio. nam hunc à Centauro non differre certum est. accedet Lucretius lib. 5.

*Ne fortè ex homine & veterino semine equorum
Confieri credas Centauros posse, nec esse.*

Sunt & alij nobile sautores in eadem sententia, quos omitto, vt qui citantur ab Alciato li. 9. πᾶσι περὶ cap. 13. equites fuisse existimat in Theissalia, qui tauros teros egerint, & domuerint in usu Regis Ixionis, vt Palæphatus in libro de non credendis fabulosis narrationibus tradidit. Verùm Claudius Cæsar scripsit Hippocentaurum in Theissalia natum, eodem die intermisit, alium vidit Plinius lib. 7. cap. 3. D. Hieronymus in Pauli Heremita, vita Antonio apparuisse prodit. eiuſque colloquium petiisse in Eremita, nisi forsitan is Dæmon fuit. Porro quid mirum Centaurum fuisse, si Hermaphroditum sint. l. quæritur. ff. de stat. hom. si ostenta & monstra gignantur, l. quæret. & l. ostentum. ff. de verbor. signifi. si denique natura rebus nouandis studeat. §. j. de instrum. caut. col. vj. & simile veri est Poëtas ea sæpe videri finxisse, quæ aliquando euenissent, vt Dryades, & Satyros, & ea sola ratione non consistit Hippocentauri promissio, d. l. si ita. quia deficit consensus conuenientium, qui id ioco adiecit credatur. l. 3. in si. ff. de acti. quamuis Hippocentaurum inueniri postea contigerit fortuito. l. ex iis. ff. de legib. non alitor ac si decem stipuler à te, si stella in cælo per diei lucè fulserit, si fortè fulgear, vt paulò

vt paulò ante meridiem Romæ accidit, edente Octauio Augusto ludos Veneris genitricis M. Antonio & P. Dolabella Coss. nihil tamen egi. quia si id te futurum suspicatus esses, non ita promississes, ideòque stipulatio pœnalis rei perquam raræ censetur impossibilis, ideo vitatur, nec vitiat principalem obligationem præcedentem l. 126. §. si. ff. de verb. oblig. atqui principalis per se impossibilis inficit contagio assessoriam pœnalem & perimit. l. si homo mortuus. eod. l. §. qui principale. ff. de iis quibus vt indig. nec pauci Hippocentauri vifi obligationem firmant, nam, vt Theophrastus ait; quæ semel bisuè accidunt, à Legislatore contemni, præsertim in generatione animalis. l. antiqui. ff. si pars hæc. per. l. quoniam. ff. de legib. semel, explico pro eo quod est rarissimè, & penè nunquam, vt Alcon. Pedianus illud in ij. contra Verrem actione, semel ait se in vita pertimuisse. ex eodem sensu est, quod semel in vita risisse Crassum scribit Lucilius.

† Nescio, quis Vlpianus Celenum leges docuerat, certè mihi iuris peritissimus visus est; & multa comiter & diserte de legibus mecum differuit: atque earum antiquitatem ad Chironem retulit, à quo Esculapius medicinam, Hercules Astrologiam, Achilles citharam & leges in monte Pelio, didicerunt. Hinc Germanicus Cæsar in Phænomenis:

*Hic erit ille pius Chiron tutissimus omnis
Inter nubigenas, & magni doctor Achilles.*

Nam ferebantur Centauri reliqui, ab Ixione nube geniti, quos ipse Chiron præceptis legum manufactiores reddidit, & alumnus suum probè educavit,

Momusq̄ sacra sub pectore fixit

- Iustitia,

vt inquit Papinianus lib. 2. Achilleidos. ex quo demonstratur

quàm parua sit vis in nomine vt l. iij. §. pen. C. de const. pec. & l. iij. §. pen. ff. de adim. leg. nam Xέσπov deteriorem significat. Antisthenes tradit, è pharera Herculis sagittam delapsam Chironis pedem vulnerasse, quo ictu mox egit animam, & in astra à Ioue relatus extitit Saturni & Phyliræ Nymphæ filius Chiron. quem multi aiunt sagitta lætali peremptum, quod post tot egregias disciplinas quas callebat, armis meditaretur excellere. quodque culpandus fuerit exercens artem incognitam. culpa est se immiscere rei ad se non pertinenti: inquit Pomponius. l. 37. ff. de regul. iur. vbi Accursus demiratur, certò sciens aliena gerentem negotia abesse à culpa: & imitari actione à fonte naturæ manante, & si furiosi negotia gesserit: & si male gestum deserit modo consultè inchoetur. l. 3. vers. & si de negotiis gest. l. sed an. §. si. ff. eod. nec verbum pertinere, quod latè patet in l. verbum. ff. de verbor. signific. ad res alienas porrigitur, quæ nostri non sint dominiij vel possessionis præsentis vel speratæ. & quamuis hominem affici beneficio inter sit hominis generaliter. l. seruis ead. ff. de seruis export. non tamen rectè dicemus id ad nos pertinere, in quod tantum affectu mouemur, nisi propior cognatio suadeat. l. lege. 2. §. de partu. ff. ad leg. Corn. de fals. Itaque culpa est se immiscere rei ad se non pertinenti. id est, quæ satagentis non incumbit officio & cuius ipse gerendæ imperitiam existit propterea Apelles admonuit Alexandrum Magnum, de pictura liberij in officina differentem, vt cauere rideri à pueris colores terentibus. sic Vlpianus in l. i. §. in initio. ff. de officio præf. vrb. ait quicquid intra urbem est, & intra centesimum miliarium, ad præfectum vrbis pertinere: non quidem alienatione translatum, vt garrit Accursus, sed notione concessa, vt scilicet officij tanti magistratus sit, crimina intra præscriptum similem, coercere: & cauere cæteris ad se pertinentibus negotiis. l. non licet. ff. de contrah. empr. eodem pacto non pertinuit ad Chironem reli Herculei tractatio. at verò Chironis mater in φιλύρα, id est, Tiliam arborem versa est, ex qua chartæ conficiebantur, & ex eis libri. l. librorum. ff. de leg. iij. Vbi Phyliræ aut Tiliæ fit mentio, nec diuersa sunt, sed alterum Græcum est vocabulum, alterum Latinum, vt pignus & hypotheca. l. res. §. fin. ff. de pign. Hæc ego à Celeno sic ferè vti relata fuere, accepi, qui me ne quid metuerem frequenter admonēbat. neue penderem animi, licet illi hostis non multò antè fuisset. abundè, inquit, te ac plus quàm optare miserum puto, si amas: nec cruciatus iste minimus est, si verè dixit Propertius,

Hostis si quis erit nobis, amet ille puella.

† Sed in hostem non nihil humanitatis exercere, ius gentium præcipit, l. fin. ff. de legatio. ex quo plerique conuentiones & pacta cum hoste facta iure ciuili seruanda voluerunt. Horum sententia (inquit tum Celenus dextra frontem perficans, quasi improbam facturus) nec mihi, nec Iuriconsultis grata est, & meris legibus nunc labefactanda venit, idque paucis, cum Florentinus nihil interesse putet, dolo fallaciæ an aliter quis potestatem hostium euaserit, vt ad suos postliminio rediisse videatur. l. nihil. ff. de capt. Quod si quis neget ibi de dolo & fallacia quæri, quæ contra pacta committentur, aderit Pomponius in l. postliminij. §. si. eod. qui satis ostendit M. Attilium Regulum, à Xanthippo duce Lacedæmonio captum, & ita vt notat libro primo Polybius, ex consule priuatum & captiuum qui nisi

promississet hostibus se reuerfurum, tran. fuga videri poterat; non laude sed supplicio dignissimus. eo quod cum posset, ad suos non rediret. l. non omnes. §. qui captus, de re milit. ff. atque ita pacta hoste privatim inita sine effectu non sunt. itaque Regalium Carth. gentes Romam ad suos miserant, vt de captiuis permutandis ageret, postquam promississet iuraueratque se Carthaginem reuerfurum, non videri rediisse postliminio, quia non habebat animum Romæ remanendi: igitur peierasse ei nedum fidem frangere impunè licuisset, si Romæ remanere libuisset. Inde veteres dolum bonum dixerunt, quem aduersus hostem quis committeret, pro solertia vsurpantes. l. j. §. non fuit. ff. de dol. & succurret, diluētque periurium illud Euripideum in Hippolyto coronato,

Ἡ γλῶσση ὁ μῶμος ἠδὲ φρηὶ ἐμῶ μῶτος. Id est, Iuravi lingua, mens verò non iuravit. nec oblititit. l. nam & Seruius. ff. de negot. gest. quo in loco perfidum esse non expedit: non quia militi hosti noceretur, sed quia commilitonibus ciuibusque propriis.

Sanè singulis militibus tolerabile est à pactionibus cum hoste initis discedere, Ducibus belli & exercitus, non item, l. conuentionum. ff. de pact. vt enim Regibus non nihil numinis adesse reuerenter arbitramur, & tacito fœdere naturæ omnes vni obsequimur teste D. Augustino can. quæ contra. 8. dist. & similiter eorum ducibus iubente D. Petro epistola. 1. cap. 2. sic Regum conuentiones & fœdera sanctiora putamus aliis quibuslibet. & contractus eorumdem pro publicis legibus habemus. l. pe. C. de donationib. inter vir. alioquin de toto humano genere penè actam esset, si fides pactis non seruaretur: cum nisi iuxta clade pax non fieret. nullæ vrbes deditioem facerent nisi subueritæ, si non essent induciæ, quæ conuentione sistunt pugnam in breue tempus. l. 19. §. induciæ. ff. de captiuis.

At in diuersum militem hosti non teneri ratio iubet, vel fauore victoris stipulantis ne temerè credat ei, qui se nihil non daturum pro liberatione promitteret. Aut certè pius promitteret quàm venditis bonis posset luere. Vnde lex sagax & præcurrens vetat obligationem, vt inhibeat perfidiam aut lubricum periurium. l. 2. C. de indict. viduit. Accedit quod vi ac metu promississe præsumitur captiuis, ideo capienti non obligaretur, imo tertio cuiuspiam nescio quid aliqui nugantur de metu futuri mali, quem sibi aliquis persuasit, à lege neglecto. l. si mulier. ff. de eo quod met. caus. Sed illico iustus est metus mortis apud hostem victoria & odio insolentem. nam & carcer iure morèque probatus non facit, quin metus ille vitiet obligationem inita cum eo, cuius persecutione quis includitur, non cum tertio, vt in foro seruatur ex l. 9. §. sed licet. ff. de eo quod metus caus. vbi de hostili errore nominatim quæritur iustissimè quidem illato, iure gentium bella & victorias approbante, vnde metus iustus & præsens apparet ita funditus tubuertit obligationem. aliter atque si Rex Regi promitteret liberè: proinde Dauidem introduci videas in can. noli. 2. q. 1. vbi hosti fides seruanda, & Iesum ducem in can. innocens. 2. q. 4. inhumanum itaque verbum A. rei Regis apud Accium,

Fregisti ne fidem?

Neque dedi, neque do infideli cuiquam. Cautius & melius Romani, qui Hostilium Mancinum, quia turpe fœdus cum Numantinis percusserat, hostibus dederunt: quod non fecissent, si fidem Duci violare iure permitteretur. l. si. ff. de legation. Ideo miles turbator pacis capite punitur. l. fin. ff. de re milit. quia velut men. brū, tui capitis, id est, ducis iura subsequi debui. merito ius gentium, quo bella inducta sunt, postmodum inducias, pacem, & legationum securitates excogitauit, l. ex hoc. ff. de iust. & iur. d. l. si. ff. de legatio. sicut post seruitutem manumissiones inuenit, velut remedia post ægritudinem. l. iij. ff. de iustitia & iure. §. liceat. quib. mod. naturales effici. legitimi col. 6. Dolum duntaxat eum à duce militiæ arceo, qui in perfidia versatur, quemcunque alium non vitupero, nam

Dolum an virtus quis in hoste requirat?

Proinde licebit fugam fingere, exercitum ad insidiosa loca perducere. canon. vitilè. 22. quæst. 2. huius vasitatis artifex Hannibal, nauali prælio contra Eamenem certans pro rege Prussia, ad quem rebus fractis confugerat, in fictiles lagenas magnam serpentium vim inclusit, quas in naues hostium proiecit, ac vicit, autor Iustinus lib. 32. sic deus Iosue iussit, vt insidias vrbi hostili à tergo collocaret. Iosue cap. 8. & Solon Sapiens dux contra Megarenses multos hostium necauit armis eorum induens suos, teste Adriano. Hoc forsitan modo accipitur. l. j. §. non fuit. ff. de dol. sic è maioribus meis Nessus Ixione genitus, Herculis sagitta confixus, moriens eandem Hydæ sanguine infectam, sciens prudensque Deianiræ tradidit, simulans amori profuturam, si quando Herculis vestem intingeret. Accepit illa credula, & ita virum ad teterrimum finem impulit. Sed, heu me, mœstum Nessi mei fatum etiam-

num

num luctum excitat: huius nobilissimo stemmate licet mihi gloriari: quis illi currendo pugnandoue ex Centauris præualuit? Cæterum † Stemma voco. seriem & coronam imaginum & gentilitij nominis, vt Paulus in l. pe. ff. de grad. cognat. Stemmata, inquit, cognationum directo limite in duas lineas separantur, quarum altera superior est, altera inferior. Deductum nomen à verbo στερω, id est, coronato, quia lueterant Romani, qui splendorem sanguinis ostentabant; in atriis maiorum suorum imagines cereas plerunque disponere in speciem coronæ, lineis quibusdam cognationum gradus significatibus. Iuuenalis:

Stemmata quid faciunt? quid prodest, Pontice, longo

Sanguine censer, pictos ostendere vultus

- Maiorum?

ab eodem verbo στερω descendit dulce nomen tuum στερωος, id est, corona, nō debuit miles impius seruum suum Stephanum nuncupasse. l. Imperatores. ff. de manumiss. testam. si iustè Athenienses decreto publico sanxerūt, ne quis nomina fortissimorum iuuenum, Harmodij & Aristogitonis, seruis inderet, cum illi pro recuperanda omnium libertate Hippam tyrannum occidere tentassent, teste A. Gellio lib. 9. cap. 2. nefas enim esse duxerunt nomina libertati patriæ dicata senili contagio inquinari. Alciatus (vt ad propositum redeam) de more, literam inuertit, in d. l. pen. de grad. cognat. nec, stemmata, sed, schemata, legi oportere vult lib. πέρυ. 2. ca. 30. eo quod schema imago & figura est, vt ego quidem cōperi vsurpari. Vitruuius lib. 9. cap. 1. figuram pictam, exemplumque subiecturus oculis lectorū, schema appellauit. Vtitur Iustinianus §. natura. & §. si quis ergo. quib. mod. natur. eff. sui. col. vij. Vereor ne nō sit tutum à vera vulgataque lectione discedere, cum nullam non eodem verbo clarissimi quique scriptores vsi fuerint: atque eo loco, vbi si schema pro imagine acciperes, superfluè faceres. Seneca lib. 3. de beneficiis: qui, inquit, imagines in atriis exponunt, nomina familiæ suæ longo ordine ac multis stemmatum illigata flexuris, in parte prima ædium collocant, noti magis quam nobiles sunt. ecce quomodo imagines flexuris stemmatum illigantur, non imaginum. idem ferè Plinius lib. 35. cap. 2. Sætonius in Nerone, obiectum refert Cassio Longino Iuriconsulto ac luminibus orbato, quod in vetere gentili stemmate C. Cassij percussoris Cæsaris imagines restituisset. Cæterum, o Stephane, tu, nisi coniectura fallor, à me abire cupis, meliora fortè auditorus: dij tuum optatum bene fortunent: quos tibi propitios spera, † præsertim Venerem & Cupidinem, si semitam ad læuam ingrediare nullis sentibus impeditam, refertam floribus: illa te in vallem amœniorem perducet, consistam arboribus, quarum poma nunquam degenerant, neque prioris succi obliuiscuntur. pleræque etiam serici feraces sunt. stat in medio columna aurea proportione & helicibus conspicua, exaratis in ea gestis Cupidinis ac triumphis: talem in fano Iouis Triphylei positam fuisse commemorauit perantiquus autor Euhemerus, qui fuit ex ciuitate Messana, in qua Iupiter gesta sua descripsisset. in eadem columna clauo adamantino hæret fatalis clypeus illi persimilis, quem Appius Claudius Iuriconsultus, qui Romæ Consul cum Seruilio fuit, in æde Bellonæ honori maiorum suorum pesuit primus, anno vrbs 259. teste Plinio. Sinopi Pontica rubet ac fulget auro Amoris clypeus, in quo dei insignia depicta videntur, tela duo cum accenta face, secundum Accurs. in l. vnic. de Senatufc. Claud. verb. capta. ea pinxit Parrhasius penicillo ex ipsius Amoris pennis concinnato. pretiosior vti que hoc Clypeo is extitit, quem totum ex auro Cræsus Amphiarao donauit, vt Herodoti Clio recitat, at hic arte clarior. Ex eodem clauo pender argenteus & insignis ensis, omni gemmarum genere, tum in capulo, tum in vagina illustratus. quod si clypeum refixeris, si enses diuinum quæseris (nihil verò facilius) quiduis superabis hoc, nihil non illo propulsabis, quod amori senties obfuturum. ito igitur optimis auius, & felix vrere, vale. Iui maturissimè tantisper dum veni ad arbustum mihi antea incognitum, † in quo arbores aspectu lætæ folia habebant obducta tenui & pretiosa lanugine, nos sericum vocamus, & nemā sericum, id est, filum sericum iam netum. l. fin. §. diui. de publican. ex quo fiunt vestes sericæ deliciis fœminarum olim expetita, quæ ingenti pretio petebantur à populis remotissimis in Oriente, hi Seres vocantur, vnde Sericum dicitur. Alciat. lib. Parerg. 6. cap. 25. seres etiam vermiculos fuisse arbitrat, quorum semen ouis piscium simile in Græciam allatum Constantinopolim à monachis nescio quibus ex Serinda Indiæ ciuitate sub Iustinia. Imp. vt tradit Procopius. monachorum serici semen adferentium meminit Zonaras lib. 3. in vita Iustiniani fuere. alij quoque clari autores in hac sententia, assentitur Iulius Pollux, lib. 7. cap. 17. sed testimoniis credens non testibus. nam ita se accepisse scribit, Seres Indiæ populos ex certis animalibus telas suas colligere. Seruio Grammatico idem videtur in illis versibus 2. Georg.

Gg iij

*Quid memora Ethiopum molli canentia lana,
Velleraq; ut folijs depectant tenuia Seres?*

Sed hi versus ex folijs folijs vellera depecti sine vermium ministerio indicant, vt & Seneca in Hippolyto:

Qua filiarum ultimi Seres legunt.

Plinius apertissimè tradidit folia apud Seres lanicio sylvarum nobiles canicem eam parere fœminis duntaxat ornandis paratam, lib. 6. cap. 17. ecquis putat Romanos tanta incuria laborasse, vt vermes illos non cognouerint, quos posteris proderent, maximè cum propter sericum barbarorum commercia frequentarint multos seculis. l. ij. C. quæ res vend. non poss. Iulius Solonius in Polyhistore cap. 53. attestatur Seres vellera ex arboribus aquæ adminiculo carpere: hoc, inquit, est Sericum in vsum publicum damno seueritatis admissum, & quo ostentare potius corpora quàm vestire primò fœminis, nunc etiam viris persuasit luxuriæ libido. ex his liquet verum esse quod elicit Accurs. ex l. j. & ij. de vestib. olob. lib. 11. C. viriles sericas vestes probiberi iure, non muliebres: huic enim sexui delicatioribus magis conueniunt. l. vnic. §. nulli. C. nulli illic in fren. eod. lib. sed & interdictum est mulieribus ne serico purpureo passim vtantur propter eximium colorem principe solo dignum. l. pen. C. de vestib. olob. Sericum vsus loquendi magister vocat, quod vermiculti Mori folijs enutriti nent. vt Accurs. an quis alius in l. plenū. verb. folijs. ff. de vsu & habit. quamuis parū aptè, cum ibi nihil de serico. Suspicio idem nomen ob vtriusque serici similitudinem suspectum, arg. l. filie. §. fin. ff. de cond. & idem, sic in l. j. C. quæ res vend. muricis & purpuræ color in serico idem censetur, cum planum sit differre, sed vtriusque alteri similis est, hic semper melior. Gentis nomen in singulari dixit Sidonius Appollinaris,

Syrus gemmas, ser vellera, thura Sabens,

Diuersa sententiæ scriptoribus, vt Paulaniæ & alijs, Σηρ vermis est. sed consentit Sidonius Aufonius in Monosyllabis:

In pelago volitat mercator vestitus Ser.

Repebant per huiusmodi arbores atque humi multæ cochleæ aureis rector calycibus. rei nouitas & legendi studium effecere, vt sensim in locum descenderem, qui ad hanc vsque diem οὐρανός ἐστὼς nominatur, id est, vallis Cupidinis, in qua omnia vidi, quæ mihi Celenus prædixerat: † quorum potissimum insignia eius dei me in admirationem singularem traxere, manifesto Alciati errore, qui nouitium inuentum esse putat, ea clypeis inserere in antiquitatis nobilitatisque testimonium lib. Pereg. 5. cap. 13. Bartol. tractatum de insignibus ludens coniecit, quo innuit peruetere more increbuisse, clypeis & scutis animalia, montes, & flores pingere, vt stirpis & familiaris cuiusque notam & indicium, cui subscribo: Zenodorus prodidit Adastrum Argiuorum regem oraculo monitum, vt apro & leoni filias in matrimonium locaret: is Polynici Thebano, & Tydeo Calydonio cas despondit: quia in clypeo alter Apri, alter Leonis habebat effigiem. filibus Argiæ & Deiphilæ nomen fuisse scribit Iulius Hyginus à re militari bellicæ gloria originem sumptam verisimile est, vt quid quisque gessisset, cuiusue nomine gestum fuisset, figura aliqua significaret. ideo iuriconsultus statuit pœna falsi cœrceri eum, qui se pro milite gessisset, & illicitis insignibus vsus fuisset. l. eos qui. §. si. ff. ad leg. Corn. de falsis. Alcibiades dux forma & viribus egregius scutum habuit auro eboræque confectum, in quo erat insigne, Amor qui fulmen flexerat, vt tradit Athenus lib. 12. cap. 16. idem alibi scribit de Asophico ab Epaminonda adamato, quod in scuto habuerit Leutricum trophæum. adeo verò res erat hæc curæ antiquis, vt pro arbitrio non liceret quiduis in scuto pingere, nec sine causa. nam & qui nondum aliquid dignum laude gessissent albo clypeo vti cogebantur, vt tyrones imperiti, à probatis militibus discreti. sicuti ait Seruius lib. 7. Æneidos explicans illud:

Et picti scuta Labici & alibi.

Parmaque inglorius alba.

sed dum quisque maiorum suorum virtute nobilis videri studuit verè aut simulatè, capere homines insignia sibi ementiri, ac pro arbitrio fingere. quod nos iniquus recepit, & videtur admisisse in anulis signatorijs Iustinianus post Papinianum in §. possunt de testam. & in his hodie plerique sua incidunt insignia vt D. Augustus olim Alexandri magni effigie signauit, gemma annuli notam tam nobilem præferente: cum antea sphinge signasset. verum licuit mutare notam semel acceptam sine fraude. l. 1. C. de mutatio. nominis. quippe cum sphingem plerique sugillarent quasi ænigmata diplomatis traderet, & edictis.

Quod dixi in libertate cuiusque situm qualem figuram incidat anulo vel insignibus scutorum, non putarem habere locum, si quis à principe impetrasset notam, exemplo Bartoli Leonem

Leonem rubrum sibi & posteritate a Carolo. 4. Imperatore imperrantis. ne vanum reddatur principis beneficium. l. vnic. de thesauris lib. 10. C. & quod publicum est, Rex vni potest concedere. l. 2. §. si quis a. ff. nequid in loco publico. Secundo non licet alterius insignum aut imaginem Clypeo depictam assumere, si constaret partem laude maiorum ipsius aut virtute propria vt ita reliqui impostum ad res benè gerendas prouocentur. l. 2. §. si. ff. de operib. public. idq; magno Reip. bono. quocirca lex prisca vetuit, ne imagines vtrorum fortium, & hostium spolia refringerentur à limine ædium venditarum: vt inspecta cotidie exprobrarent emptori intrare ipsum in alienos triumphos. teste Plinio lib. 35. ca. 2. Tertio cum imago, notauè, alicui generi hominum publicè est præstituta vel approbata, vt ab alijs secerantur vt Tyronibus, & fabris olim l. 3. de fabriensibus. lib. xi. C. igitur nec fabri notam infculptam gladij, lorici sue, imitari liceret, qua peritria sit artifex, demonstrantem, nam deterior imitari noceret perito, & Reip. propter eos qui opus fabricatum empturiunt, & falsò signo facillè decipiuntur, impostor autem falsi crimine tenetur, vt qui alienam manum scribendo imitatur. vel signum, tabellionis. l. quid sit. ff. de falsis. & §. 1. §. sed et si de instrumen. fide col. 6. Quarto si materia præberetur seditionis æmulatione picturæ. l. opus, de operibus public. ff. vt si quis sacra Gallorum lilia sibi appinxerit. Diodorus. lib. 6. memorat Gallos in oblongis scutis æreas animalium formas eminentes ornatas & defensionis gratia tulisse. Quintilianus lib. 6. cap. 4. meminit imaginis Galli in scuto Cimbrico nescio vtrum auem an hominem intelligat. quia nec ratio picturæ illius mihi est explorata. sicut Laconis apud Plutarchum in apophthegmatis, qui insigne clypei musicam habuit: ridiculus, donec dixit, se ire solitum tam prope aduersus hostes, vt ab ipsis perspicuè cerneretur. Mirificam vtilitatem afferunt sculptura insignia dominis castellorum agrorumue, vt limites eorum probent. Quia illius in dubijs esse præsumuntur agri seu territorium, cuius titulis & inscriptionibus terminus ostentatur. l. si. de operib. public. ff. l. in finalibus. ff. finium regund.

Constat demum insignia, & titulos inscriptos scutis, quippia ciuile esse in arbitratu licito ciuium constitutum. ideoque a mitti de portatione bonis consequenter publicatis. l. quidam. ff. de pœnis. in relegatione aliud est. l. deportatorum. C. eod. nisi ea sit relegatio, quæ benignè imminutæ maiestatis reo infligatur. l. eorum. ff. de pœnis. solet enim acrius cœrceri.

Cogitanti mihi & circa insignia Cupidinis versanti † columna solida de auro obryzo longa pedes xv. nutare visa est, ac sic (vix credibile) pronuntiare *γεν δειραος θεον ορα ει-
ζη.* Hoc est, non oportet aduersus Deum contendere, vt sentit Pindarus in Pythijs hymno ij. quis enim contra illum pugnet, cui omnis debetur victoria? l. ij. C. de offic. præf. præf. Aphr. quorsum verò hæc dicerentur ignorabam, loqui autem columnam tam facillè ducébã, quàm lingua penitus euulsa illustres quosdam homines. quos se ex Aphrica vidisse Iustinia. restatur l. j. C. eod. & Argo nauis celeberrima apud Valerium Flaccum in Argonoticis lib. 9. vectoribus suis

Venturos canit errores, canit & Iouis iras

Vocibus humanis, stellati conscia cæli.

taceo quòd asina diuinitus concitata dominum suum filium Beor, ariolū alloquitur, & clara voce sefforem obiurgat iterum, Numer. 22. cap. Quamobrem comploris in cœlum manibus numen huic valli peculiare obsecrans, placare ocepit. rursus dextram ensi pretiosissimo adhibui. nondum dimidium vagina eduxeram sanequàm splendidum, cum repente columna de cœlo tacta est, & plurimæ circum arbores huius ictu fulminis deflagarunt. times adhuc, ô Hephæstion, quæ tua est in me beneuolentia, ne quicquam mihi acciderit, verum me sic Deus eripuit, vt tibi nuperrimè recitauit.

FINIS.

425

PENVS IVRIS CIVILIS,
SIVE DE ALIMENTIS
TRACTATVS.

ITEM *Anarium iuris Ciuilis.*

AD HAEC, *Ardua sapientis cuiusdam Graeci
cum stulto Romano disputatio nutu habita.*

STEPHANO FORCATVLO BLITERENSI
IVRISCONS. AVTORE.

Arnaldo Ferrerio, legum publico interpreti, mox Praefidi
Parif. & regio apud Venetos legato.



VNDEM alimentorum tractatum, quem tibi adolescens
dicaueram, tertio iam procliuus nuncupo: & me ipsum om-
nino, per Iurisprudentiam, tum quod videam neminem
esse, cui plus quam tibi, aut debeam, aut debere velim:
tum quod iam expettus sim, quantum me tua benignitate
authoritateque tueri possis, si forte insimuler audacia: eo
quod nondum nare valens sine cortice, vastum iuris ciuilis pelagus tentare non
extimui, & portum salutarem aliis similiter periclitantibus demonstrare. Vix
dum enim annum decimum octauum excesseram, quo tempore tuis doctissi-
mis disertissimisque pralectionibus operam dabam: & ab eis (ut scis) te in
circulis, quotidie fere, conueniebam & congregiebar. id egi omnino, ut ali-
quid à te discere possem, quem summa obseruantia colebam ac suspiciebã præ-
sentiens nimirum fore quod accidit, ut forense auditorium aequè feliciter illu-
strares, & grauissimis Gallorum rebus incumberes. Proinde cum penè quin-
quennium Legibus studuissem, cæpi horis pomeridianis animum scribendo ex-
ercere, argumentis primùm facilibus & humilibus, ut sensim postea grauia
inchoare atque absoluere possem, si modò tu in eo genere studium meum non af-
pernareris. Tu verò, ut accepi, primos conatus meos satis mediocriter approba-
sti. qua tua beneuolentia magis accensus sum quàm territus sexcentorum quo-
runque supercilio vel obirectatione, quam à te uno cohiberi posse cõfido, potius
quàm à quouis hominum impelli. nec, si vehementius vrgeant tanti à me fiet,
ut vitam meam abscondere amplius velim aut ut timere diutius audeam. po-
tissimum te instituti mei assertore, opiparum apponens lectoribus non infensis
conuiuium, & caelestes dapes animum, ni fallor, suauissime refecturas, quem,
reor, intendent plus gutture Philoxeni à diis immortalibus gruis collum exco-
ptantis, ut ita suauius epularetur: praesertim si te illustrissimum conuiuiarum
illas minime fastidire senserint. Vale.

EX LIBRO PANDECTARUM
XXXIII. TIT. DE
PENULEGATA.

VLP IANVS.



VI PENVM legat, quid legato complectatur, videamus & Q. Mutius scribit lib. 11. Iuris Ciuilis, penu legata cōtineri quæ esui potuūque sunt. Idem Sabinus libris ad Vitellium scribit: Quæ horum, inquit, patris familias, vxoris, liberorumque eius, vel familiæ quæ circa eos esse solet, item iumentorum quæ dominici vsus causa parata sunt. Sed Aristo notat etiam quæ esui potuūque non sunt, contineri legato: vtputa ea in quibus esse solemus, oleum fortè, garum, muriam, mel, cæteraque similia. Planè, inquit, si penus esculenta legatur, Labeo libr. 1 x. Posteriorum scribit nihil eorum cedere: quia non hæc esse, sed per ea solemus. Trebatius in melle contrà scribit, meritò quia mele esse solemus. Sed Proculus omnia hæc contineri rectè scribit, nisi cōtraria mens testatoris appareat. Esculenta vtrum ea quæ esse, an & ea per quæ esse solemus, legauerit? Et ea quoque legato contineri credendum est, nisi contraria mens patrisfam. doceatur. mella certè semper esculentæ penui cedere, lacertos quoque cum muria sua contineri nec Labeo negauit.

INTERPRETATIO.

Qua sit Penus vis, Alimentorum nomine an doctrina veniat. penoris definitio, & quamam sint res promercales: an alimentis legatis veniat medicina. CAP. I.

TANTA fuit instituti fiducia penus declarationem aggressuro & de alimentis scripturo ea quæ à famelicis doctoribus prætermittenda fuerunt, vt superuacuum primo statim loco videretur, quicquam præfari, quod ad commendationem faceret: nam cum vita vitalis (vt ait Ennius) secundum spiritum, nihil habeat, quo arctius teneatur ipsis alimentis, quibus penus ipsa cōstare dignoscitur, non fuit diuinius elaborandum, quo magis ea res extolleretur, quæ vitam humanam contineat: qua (Deum animūque semper excipio) nihil homini esse potest antiquius. l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. Vt interim taceam Cererem eandem Legum & frumenti deam antiquitus creditam fuisse: quo fit, vt tractationi susceptæ adsit cum utilitate legitima dignitas corpus animūque dulciter nutritura. Cæterum quia præfationes ipsæ, (vt Caius Iurisconsul. ait) nos libentius ad lectionem propositæ materiæ perducant, possum facillimè penum ipsam ad sacram & diuinam quandam vim reuocare, veterū imitatione, qui (vt ait Cicero in 2. de natura Deorum) penates Deos à penu dixisse nomen existimarunt: quod scitè attigisse videtur Virgilius j. Acneid.

Quinquaginta

*Quinquaginta intus famula, quibus, ordine longo
Cura penum struere, & flammis adolere penates.*

Nanque adoleri penates dixit penu præuia, quod ad dolere (vt Nonius & Festus aiunt,) verbū sit sacra antiquitus reddētū: vnde Imperator in l. nemo. j. C. de pagan. & sacrif. Absit, inquit, à nostro seculo profanos aris accendi ignes, & in iisdem thura adoleri. Quinetiam M. Ambuium & Menā Liciniū antiquissimos de re penuaria autores & non obicūri nominis præcepisse comperimus, Cellarium (sic enim cellæ penuariæ præpositum vocabant. l. quæsitum, §. cellarium. ff. de fund. instr.) continentissimū eligi oportere, plerumque impuberē, abstinentemque à rebus venereis: quod si aliquādo his inquinatus esset, priusquam penum rursus attingeret, iusserunt abluī perenni aqua, idest, viuo & perpetuo flumine. l. j. ff. de flumin. sic Virgilianus ille Aeneas, cum à cæde recenti digrederetur, nefas esse duxit sacra Troiana & penates deos atrestare, donec, inquit, me flumine viuo abluero, E re igitur dixit Cæcilius thus & cereos ad domesticū vsu paratos, penus esse. l. qui penum. §. ligna. ff. de pe. leg. nepe vt penus suffiri, lustrari, & adoleri possit, & in alimenta hominum transferri, quorum appellatione venit aliquid extra penum, vt vestitus & habitatio. doctrina vero & mercedis præceptorū non veniunt, nisi, inquit iurisconsultus, testatorē aliud sensisse probetur. l. legatis. cū l. seq. ff. de aliment. legat. probari autē intelligo ex cōiecturis: puta si répore testamētū iam legatarius nutriebatur in scholis impensa testantis. l. meta. ff. eod. tamen ibi potius répus mortis inspicitur, si variatum fuerit. idē dicerem, si testator non mediocriū facultatū studentī palam bonis disciplinis legauerit. l. librorum. quod tamen. ff. de legat. 3. & hæc in aliis quæ liberis. nam his sine delectu eruditionis impendia præstantur nomine alimentorū, quia non victū tantum, sed etiam cætera iure percipiunt à parentibus. l. si quis. §. non tantū. ff. de liber. agnosc. cæterorū vero verbo disciplina venit. d. l. legatis de alim. leg. l. cū plures. §. f. de adm. tutor. l. qui filiū. vbi pupilus educari debet. ff. disciplina verò præstatū iuxta ingeniū. l. 12. de legatis. Adde, penū (vt cætera quæ adipisci nemo nō frugiferū arbitratū, vel nouisse pulchrū) insignem concitasse cōtrouersia, inter selectæ autoritatis Iurisconsultos vsque adeo præclarū visum est penū ipsam definire. vt disertissimus & doctissimus quisque in eā vires intenderit, potissimū Q. Mutius qui fuit Pontifex maximus, & de iure ciuili libros xvij. scripsit, vt dicitur l. ij. §. post hos. ff. de orig. iuris. Is lib. iuris ciuili ij penū continere dixit, quæ esui & potui sint. l. qui penū. ff. de penu legat. Sabinus Mutianæ adhæsit sententiæ, illud tamē non prætermittens, etiā quæ vxoris, liberorū, familiæque: quam circa se patrisfam. haber, item iumentorū causa parata essent penus esse. Sabinus hīc interpretē egit Mutii, non reprehensorē. nam nō negauit Mutius huiusmodi res in penu esse. d. l. qui penū. §. sed quod diximus. Aristo verò paulò acerbius in Scæuolā inuectusest, in versic. sed Aristo notat, quippe qui eam definitionem angustā dicit, eo quod penus multa comprehendat, quæ nō sunt esui aut potui, vt sunt cōdimenta ciborum, quæ per se non manduntur, vt oleū, garum, muria, mel Est autē muria aqua sale confusa & macerata, qua condiuntur salsamenta: est præterea liquamen eximū, ex Thyanno pisce falso expressum, quā idcirco Thynni filiam Marcialis appellauit. Garū autem ex intestinis piscium fit, Scombrī maximè: hinc Strabo lib. iij. refert, in insulam quandā Scombrariā dictam à Scombrorū multitudine, ex quibus garum optimum cōficeretur. Itaque garum & muria cibos condiunt, nec sunt cibi. tamen penu legata, (vt eō redeat vnde deflexit oratio) venirent. ergo explodendum quod dixit Scæuola, penum duntaxat comprehendere quæ sint esui & potui, vt multum & mancum definitionis genus. Planè, inquit Aristo, quod diximus aduersus Scæuolam huiusmodi liquores penus esse, ita demū verum esse credidit Labeo lib. ix. posteriorum, si penus generaliter legata fuisset: quod si nominatim dixisset testator, penum esculentam lego, nihil horum legatum censeretur, nisi quod esui esset. ergo muria, garum, mel, non essent penus esculentæ. Labeonis ab Aristone relata opinio reprehenditur à Trebatio & Proculo: nam quod Labeo penu esculenta relicta negauit venire muriam, garum, mel, non est receptum in melle à Trebatio, cum ipsum per se mandi possit: sicut videmus in saccharo præcis incognito: tantum enim in India vel felici Arabia in arundinetis gignebatur, vt tradit Dioscorides lib. 2. cap. 74. nec hodie veniret mellis nomine, cum ab eo separetur vi & appellatione. l. si quis. de tritic. ven. ff. sed veniret nomine alimenti, cum olim medicinæ tantum conueniret, vt dixit Plinius libro xii. cap. viij. vnde ab alimento differebat. l. si cai. §. lanæ. de leg. 3. & paulo inferius amplius dicemus. proinde, vt oratio ad suum redeat institutum, Trebatiū dū probat mel in penū comestibile cadere, in reliquis Labeonis sententiæ assentitur, tanquam non sint penus esculentæ. Vulgò enim receptum est. vnum negantem cætera admittere. l. cum Prætor. ff. de iudici. atqui Proculus Aristonem, Labeonem, ipsumque repre-

Hh ij

henforé Trebatium reprehendit, confirmans generalem illá notam Aristonis aduersus Scæuolam (in qua tamen Labeonem securus non constitit) vt etiam esculentæ penui cedant cõdimenta tories repetita & non solum mel (vt sinistrae putauit Trebatius) imo & garum, mutia, oleum, tamen si ipsa esui nõ sint, cum cibũ cõdiant & intingant si quæ his similia sunt. Vlpianus in versu esculenta. nihil omnino à Procuro dissentit: atqui vnum addit, Trebatium scilicet, qui Labeonem eo notarat, quod mel non putasset esculentum ab re & non perpenso Labeone ipsum reprehendisse, qui licet muriam, garum, oleum, negaret esui esse posse, mel tamen in penu esculenta descripsit, imò & muriam, si tum in ea pisces salsi immersi essent. Glo. recte & sufficenter descripta à Mutio penũ existimat, & sic verb. Notat, in versu, sed Aristo, id est quod declarat, interpretatur. l. si quis Titio. ff. ex qui. cau. maio. quanquã videri magis possit, Aristonẽ reprehendi causa dixisse, aduersante particula, Sed, quasi minus sufficenti Mutii definitione, eò magis, quod notãdi verb. reprehensio plerumq; inest. l. ceterũ. ff. de vsu & habit. j. & vt omnia breuiter cõplectar, ideo Mutius defecit, quod in penus definitione ea tantum cõprehend. quæ comedimus, nõ autẽ rerũ comestibiliũ cõdimenta. Præterea Phaurorius apud A. Gelliũ alia ratione contẽdit penũ parũ recte à Mutio fuisse definitã, cum quædã cõpetant definitioni quæ nõ definitio cõtra in l. i. j. ff. de dolo. nõ possunt esse quædã esui & potui, quæ nõ sunt penoris, vt sunt parata in diem ad prandiũ & cenã: nisi enim ad longũ vsum recordatur; penoris vim nõ retinent, vbi deprõpta essent nec penitus haberentur. Cicetoni tamẽ placuit de penu minimẽ superstitiosa Mutij definitio & cõpendiosa demõstratio, quã potes pleniorẽ efficere, sic definiendo. Penus est id vel in quo esset bibere, vt alatur, solemus ad fututum vsum recõditũ. Quod si obiciat in penu cõtineri, vasa, ligna & rationes, d. l. qui penũ. §. penul. & si. fatebor equidẽ, nõ vi nominis, sed potius verisimili testatoris voluntate, & rei commoditate, & accessions gratia. l. nã quod liquida. ff. de penu lega. vt ecce: legato ahenõ cõtinetur & vrceus, quo aqua in ahenũ infunditur, non quod non sit aliud vrceus ab ahenõ, sed quod accedit cũ similibus copulatis. l. cum de lanionis. §. itẽ cacabos. ff. de fund. inst. l. libro. §. si. cũ glo. ff. de legat. iij. quia aliud est cõtineri, longẽ aliud esse. §. j. Insti. de reb. corp. & incorpo. Quod si L. Valla percepisset lib. vi. cap. 56. nõ ita temerẽ à Iurisconsultis discelsisset. Adieciimus penus definitioni, vt alatur, præter Cicetone, Mutium & Vallã: quoniam quædã esculenta sunt, nec cõtinuõ penui cedunt, vt sunt medicamẽta, antidotũ forte, quod præsumptũ veneni vim arcer. l. nõ omne. ff. de penu lega. eo præmunitã Agrippinã Neronis matrẽ aduersus filii toxica Suetonius scribit: quare salubre appellatur. l. quod sæpe. §. Veneni. ff. de cõtrah. emp. vbi dicitur, esse quædã venena quæ mista salubribus naturã nocẽdi deponit, & antidota efficiuntur, vt (verbi gratia) Theriaca, de qua in l. quæsiu. §. idem respondit. ff. de fund. inst. conficitur ex carnibus viperis, cauda & capite dẽpris, sale & anetho simul cõctis, mox erui purgatissimi pane cõmixto. Eiusdẽ compositionẽ in limine ardis Aesculapii lapide incisam, primũ fuisse proditum est. Nã & mandragoram herbam declamari frigoris, inter venena à Iurisconsult. celebratam, l. eiusdem. ff. ad legem Corn. de sicar. remediis adhiberi scimus, & vt ait Aufonius,

Bina venena iuuari.

*Diuidat hæc si quis, faciunt discretã venenum,
Antidotum sumet, qui sociata bibit.*

d. l. quod sæpe. §. veneni. de cont. emp. l. qui venenũ. ff. de verb. sig. Addidi, ad familiã vsum: cuius appellatione paterfa. continetur. l. familiã. ff. de verbo. signifi. l. non ideo. C. de hæred. instir. & liberi. l. detestatio. §. familiã. ff. de verb. signi. & deinceps serui liberique homines bona fide seruietes. l. j. §. familiã. ff. de publica. l. pronuntiatio. §. familiã. ff. de verbo. signifi. sed præcipuẽ adieci, ad familiã vsum, vt promercales res excluderẽ, quæ penoris nõ sunt. l. nã quod. §. itẽ siquis. ff. de penu leg. Sunt enim promercales res mercis nomine, veditioi destinatẽ deniq; nihil aliud est promerciale, quã venale, licet Alciatus lib. Præterm. r. asserat promerciale tũ demũ dici quicquã, cum præter vsũ patrisfã venale est, nõ nego promerciale ab vsuali solere secerni plerũq; cum & venale soleat: atqui, quominus dici possit promerciale, quod non est separatum ab vsu domestico, nihil impedit: nam & promerciale est venale quod malit quis habere emptorem quã se, interim tamen promiscuẽ vtatur, donec vendatur. vnde apud Gellium Masurius Sabinus ait, lib. ij. Iuris Civilis, Ex ijs quæ promercalia & vsualia in iisdem locis essent, ea sola penoris esse, quæ sunt vsui annuo. Cur enim si promercales res discretæ essent, reliquæ omnes nõ traderẽtur legatario: aut cur vsum annuũ inspiceremus: & quomodo Sabinus promercalia ab vsualibus distinxit, eodem Martianus venalia. l. si. §. quoties. ff. de publicã. sed apertius patet ex §. item si quis. l. nã quod. ff. de penu lega. Itẽ, inquit, Si quis solitus suos fructus viderẽ, penũ legauerit, non oia, quæ & promercij causa

causa habuit legasse videtur, sed ea sola, quæ in penu sibi separabat, quod si promiscuẽ vti solebat, tunc quantum ad annuum vsum ei sufficeret, nonne euidenter patet ante separationem penoris omnia promercio fuisse, cum promiscuẽ vteretur rebus venalibus? & idẽ indistincta rerum destinatione, vsum annuum inspicere. Ex eodem loco reprobo grammaticorum quorundam sententiam dicentium promerciale esse emptum, vt pluris reuendi possit, cum testator fructus suos promercij causa haberet, id est, de fundo proprio, non quod promercalia dici nequeant empta, vt rursus diuendantur, sed quod ita non sit necesse. Est ergo promerciale, quodcumque venale proponi solet, arg. l. pediculis. §. item cum quæretur. ff. de auro & argen. sed, vt paulo ante dixi, ob quæstum & negotiationem. quod & merciale dicitur. l. mercalem. C. de condi. ob turpem caus. sed præpositio, pro auger vim, id est, palam, vt in proscripto & proposito. ita in l. quod si ex. ff. de impen. in reb. dot. vbi impensã voluptariã applicatã rebus promercalibus, viles sunt, quia facilius emptorem inueniunt, id enim euenit omni rei venali. l. nisi venalem. ff. de rei vendi. Vsum autem annuum intelligit Bart. non quotannis, sed in proximum tantum annum, vt l. cum quæretur. §. lana. ff. de leg. iij. quod penus natura comprobatur. Ex his liquet in penum non venire medicamenta, que non esse, haurireuẽ solemus, nisi valetudinis gratia, non vt alatur. sed nec alimentis legatis medicina vlla debebitur, etiam si quædam portio medica obiter alatur. l. si cui lana. vers. sed nec ea. ff. de legat. 3. l. in rebus. §. possunt. ff. cõmod. iuuat hanc sententiã magis quam destruit l. si cum dotem. §. si autem. ff. solur. matr. vbi mulierem agram maritus alimentis & medicina fouere tenetur. nam ab alimentis ibi medicina separatur. tenetur tamen maritus vtrunque præstare vxori: tum propter dotem, tum propter sacrum vinculum coniugij. l. i. ff. de rit. nupt. sic dicerem in patre, vt pro modo facultatum filium alimonia & medicina iuuat, quia velut ex debito naturali tenetur filio magis quam vxori. l. non vt de captiuis. ff. in arbitrio autem est patrisfamilias facere, vt aliquid fiat ex alimento medicamentum, vel è diuerso. d. l. si cui lana de legat. 3. l. quæstum. §. idem respondit Theriaci. ff. de fund. instir. Scio Iasonem fretum aliorum auctoritate aliter statuere, in l. cum hi. §. qui transigit. ff. de transact. sed mihi non libet nisi vera dicere: atque addere superioribus. l. quod in vxorem. C. de negot. gest. l. siquis à. §. i. de liber. agnosc. vbi iudex arbitrat, an etiam filius alatur auum maternum & reliquos ex illo sexu, cõsulens eorum necessitati ac ægritudini. sic in patrono l. i. §. i. de officio præfec. vbi. ff.

*Penus nomen esse cuius generi applicabile declaratur §. si. l. nam quod. ff. de pe. leg.
& l. qui penum. §. sed quod diximus. ff. cod. tum, quid sit opus
facere & exercere. C A P. II.*



NOMEN penus, inquit Paulus, mihi traditum est omnibus generibus dictum. l. nam quod. §. nomen. ff. de pen. lega. quia dicimus hic penus, vt Nonius Marcellus & Seruius aliquorum auctoritate comprobant: dicitur & hæc penus, & hoc penus exemplorum plena sunt omnia in Iure civili. adde si placet hoc penum peni, et si Nonius auctoritate carere dicat, tamen Pomponius vtitur in l. ij. ff. de trit. vi. & ole. omne penum, inquit, ad legatarium pertinebit. Terentius in Eunuc. Cum in cellulam, ad te patris penum omne congerebam clanculum. Ita enim legi Donatus dicit. Barto. in l. nam quod. §. si. ff. de pen. leg. omne penum legit, vt relatiuo, quod mox sequenti conueniat. Si cui, inquit, penus legata sit, præter vinum, omnis penus legata videtur, excepto vino: sed si ita scriptum sit, omne penum præter vinum, quod Romæ erit, sola penus quæ Romæ est legata videtur. Vulgò tamen omnem penum legitimus, non omne, & rectius quidem, cum mox dicat, sola penus quæ Romæ est &c. Neque constans ratio reddi potest, cur quod potius referret penum, quã vinum, propinquius. Sed quid si dicamus, quod, referre non solum vinum, sed etiam penum, quia exponi possit pro quæ res, & sic omnia supra scripta adimplecti, cuiuscunq; generis illa sint, vt in l. ij. ff. de verb. sig. Pomponius in l. & si non sunt. §. lectum. ff. de aur. & arg. leg. vt, inquit, in iunctura argentea scio me dixisse, quod non in argentario. Paterfa. reponerat. vbi frustra Accur. exponit, quod, pro, quia hoc manifeste patet in l. hæres. §. vxori. de legat. 3. accedit illa vulgaris ratio, in ambiguis hæredem minus grauatũ censeri. l. qui dotem. ff. de dor. prælega. l. nummis. ff. de lega. iij. Quod verò dicitur in testamentis latiore interpretacionem faciendam esse, l. in testamentis. ff. de reg. iur. non obstare apertum est: quia testator excipiens vinum, iam satis indicauit nolle se profusum esse, aut nimis generale legatum, adeo vt ansa ansam, ita incidens vnum

*Penus quæ
completatur.*

aliud trahit. l. & ex diuerso. §. j. ff. de rei vendi. de his amplius disquirere non est præsentis instituti, nos ad nostram penum regrediamur, quæ (vt dicimus) completitur ea quæ paterfam. vsus sui causa parauit & familiæ, quam circa se habet. l. nam quod. §. item si quis. ff. de penu lega. item & amicorum & clientum. l. qui penum. §. sed quod diximus. ff. eodem. clientes autem qui sint, declarat Budæus in l. Hereanius. ff. de euct. Eorum verò cibaria quos neque circa se, neque circa suos habet, minimè comprehenduntur, quos (inquit Vlpianus) in d. §. sed quod diximus. Q. Mutius sic definiēbat, vt eorum cibaria contineri puter, qui opus non facerent. addit Vlpia. hoc dictum Mutij materiam præbuisse Seruio notandi, vt textorum & textricum cibaria diceret contineri, id est, inquit glo. Seruius diceret contineri: quod si ita est, non video quomodo constitisset nota Seruij in Mutium, nam textores ruri opus facere non dicuntur, ergo Mutius excludens eos qui in villa opus facerent, nõ idcirco excluderet textores & textrices, cum vix vnquam soleat in villis agere. Nam rectè Varro lib. j. de Re rustica, omne artificium à villa separat, & nominatim textorium, quod licet aliquando accidat in villa, non fuit necesse comprehendere Mutij definitione. l. nam ad ea. ff. de legibus. Potest tamen nõ inconcinne dici, verbū, Diceret, referri ad Seruium, vt proposito, quod ad vsu eorum qui opus facerent, parati cibi non sint penoris, rectè notatur Mutius, qui excludens eos qui opus facerent in villa, includeret textores & textrices. arg. l. ex eo. ff. de testib. quorum cibaria in penu contineri non minus esset absurdum, quàm opus facientium. & ideo sequitur defensio Mutij per Vlpianum, quæ pulchrè congruit: nam (inquit Vlpia.) Mutius eos duntaxat voluit significare, qui circa patremfa. sunt, id est, licet exciperet Mutius eos tantum, qui in vlla opus faciunt, & ideo reliquorum cibos penoris esse diceret, verum est si circa patremfa. essent tam textores, quàm reliqui. l. plenum. §. si. ff. de vsu & habi. Pores, præter Accursium, impunè referre verbum, Diceret, ad Mutium, qui cum excluderet opus facientes, diceret ergo textorum & textricum cibaria contineri, malè tamen, si Seruio credimus, nisi, secundum Vlpia. de his intellexisset Mutius, qui patremfa. adessent, & circa eum essent. Hoc vnum adnotandum est, Mutium apud Gellium lib. iij. c. j. simpliciter excepisse opus facientes. sine villæ mentione. idem in d. §. sed quod diximus. quæ verba propriè completi ruri operam dantes Vlpian. interpretatur, non tam vultè quàm (vt obseruauit) eleganter. Nam licet opus facere sit cuiuscunque exercitij, attamen multò elegantius in specie est arare, pastinare, fodere, ablaqueare, vel aliquid simile rusticum facere. Cato de villico loquens: Opus rusticum curet, vti sciat facere, & id faciat sæpe, dum ne lassus fiat. & Caius Iurisc. in l. denique. ff. de vsu & habi. Ne molestus, inquit, sit ijs per quos opera rustica fiunt. l. seruis vrbani. ff. de lega. iij. etiam sine adiectione rustici. Columella, sub monitore vinitor opus facere debet. l. cum quidam. ff. de fundo instructo. Terentius in Heaut. Vbi Chremes Menedemum senem colentem agrum alloquitur:

At enim dices, me quantum hic operis fiat pœnitet.

Quod in opere facium, eo opere consumis tua,

si sumas in illis exercendis, plus agas.

Exerceri dicit Terentius agricultores, id est, à præposito stimulari ad colendum diligentius: ideo Sabinus apud Vitellium instrumento fundi contineri homines ait, qui agros colunt, & qui eos exercent præpositiue sunt ijs, vt, inquit, sunt villici, monitores. l. instrumenta. ff. de fund. instructo.

Verè dixisse Iurisc. Victus vocabulo vestitum contineri, venti & aëris causa inducta iure remedia tum quadam de copula, & qua ponitur inter eadem.

Victus & Cibus in quo differant, quid sint Cibaria &

Diaria. C A P. III.



VICTVS verbo, Vlpianus ait, esum potumque contineri, & cætera ad corporis cultum necessaria, etiam vestem victus habere vicem Labeo ait. l. verbo. & seq. ff. de verb. sig. Valla verò, & nescio quis alius grammaticus, vestem ad victum non pertinere asseuerant, quod sine ea passim viuatur: quare plerunque legere nos victum & vestitum, vt (ne aliunde quæramus exempla) in l. suo victu & vestitu. ff. de oper. lib. & alibi frequenter pro cibarijs & edulijs tantum. l. toler. §. si. ff. de offi. Proconsul. l. si. §. irenarchæ. ff. de munerib. & hono. Quid ergo? obtinebunt grammatici, & iam triumphabunt, de iuriconsultis quasi in rem iudicaram transuerit,

transuerit, verbo victus nullo modo vestitum comprehendit, vel contra Offlij sententiam. l. quos nos. ff. de verb. sig. imò verò rectè sensit cum Vlpia. & Labeo. Offlij, qui ibidem fratrum lectum victui adicit, sine quo nemo possit viuere id est, difficillime aliter viuendum cuius esset. vne M. Manilius lib. 4. Astronomicon scripsit homines natos sub arietis signo editos lanificio, atque scire

Varias in quaestum vendere vestes,

Quis sine non poterant vlla consistere gentes.

Nec puto Terentium in Andria, cum dicit Chrysidem lana ac rela victum quæritate, magis de cibo quàm de vestimento intellexisse. Cic. lib. de Claris oratoribus: Caius quoque Tuditanus, cum omni vita atque victu excultus atque expolitus, tum eius elegans est habitum etiam orationis genus: non enim victu excultum dicit Cicero magis in edulijs, quàm in ornamentis reliquis, & omni genere viuendi. Vlpia. l. scripto. ff. de munerib. & hono. rescripto diuorum fratrum ad Ruriliū sancitum refert, eos præcipuè decuriones honorib. fungi debere, qui facultatibus respondent magistratui & splendori publico, tenues verò & exhaustos qui vix ad victum necessaria habeant repelli: num diui fratres magis de cibo quàm de vestitu intellexerunt? Vitruuius in proœ. lib. vj. Eis inquit, qui vnà fuerant, vestitum & cætera quæ opus essent ad victum præstaret. Neque obest, quod dicit Valla, victum à viuendo duci, viuere verò nos posse sine veste: vt in Æthiopia, quia, inquit Alciatus lib. iij. de Verbo. sig. non fuit Iurisc. victum definiētis Æthiopum leges interpretari, sed tantum Romanorum, itaque ridiculam esse obiectionem. Ceterum hoc non videtur satisfacere, pace defensoris dixerim, cum Iurisc. singularum nationum ritus persequatur, etiam in verborum proprietate & voluntate defuncti: nam probaturus vestis appellatione venire pelles, addit quosdam nationes his regi, vt Sarmatas: de quibus videtur loqui Virgilius 3. lib. Georg. dicens gentes subiectas esse seprentioni, quæ Aquiloni patent.

Sarmata pellibus reguntur.

Et pecudum fuluis velantur corpora setis.

Adde ad multas alias nationes remotas leges respicere. l. vestis. §. si. & l. sequen. ff. de aur. & arg. leg. l. ligni. §. lignorum. ff. de leg. iij. l. Mela. §. quidam. de alimen. lega. l. j. §. idem Labeo scribit. de aqua coridi. l. vbi lex Rom. curat id quod raro accidit in Hierapoli Asiæ vrbe, vbi aqua calida agri rigantur, & fecundantur. nec inulta manet Arabiæ superstitio. l. pe. §. 1. de extraord. criminib. ff. Sed verius dici potest, & si viuant Æthiopes sine veste, nihilominus in victu vestem intelligi: non enim illud euenit deficiente vi vocabuli, sed magis moris & gentis: vt si quis alimenta leget abstemio, certum est non venire vinum, non quia vinum alimentis non insit, sed quia habenda est ratio legatarij. l. sed & si suscept. §. j. ff. de iudic. l. cum alimenta. ff. de alimen. lega. l. si cui. ff. de annuis lega. ad eò victus nomē, quasi Lesbia regula, plus minusve continet, pro ratione eius cui applicatur. namque si quis de voluptate quæ gula concipitur, loqueretur, tum in victum negarem venire vestem. Cicero lib. ij. de fini. bono. Negat enim, inquit tenuissimo victu, id est, contemptissimis escis & potionibus minorem voluptatem percipi. apud Vergilium pro esu tantum necessario legitur, j. Georg.

Cum iam glandes atque arbuta sacra

Deficerent sylua, & victum Dodona negaret.

Non enim Dodona sylua glandifera aliud quàm glandem & cibum negare poterat. facit l. plenum. §. sed Sabinus. ff. de vsu & habit. Quod si rigidè asseueres victum ea sola completi, sine quibus prorsus de vita actū sit, ergo completetur spiritū, quem si quis occluserit, ilico pereundum sit, licet non ita si triduo cibum potumque adimas: vt dicit Hippocrates in lib. de spiritualibus. Scythæ quoque ventum vt vitæ causam reuerentur: vt refert Lucianus in Dialogo, qui Toxaris inscribitur. proinde quod dicitur neminem præsumi vento dixisse. l. si. C. de aliment. pupill. C. eò pertinet, vt nemo solo vento alitus intelligatur, vel vt impensam ipsius expensam ferre queat cum cuique gratis occurrat, alioquin morituro. vt vtrique Scythas iuuat. l. omnes. C. de pœnis. iurabant itaque per ventum & per Acinacem telli genus: quia ille vitæ, hic mortis speciem referat. ideoque iurè est iurisc. consulto, vt venti salubres spirent, aut aër immuditie non inquinetur. l. 1. §. 1. ff. de cloacis. vnde si quid spurcum in vrbe agrouè ponatur, quod perflante vento possit esse pestilens incolentibus. interdici posse putare sicut & in mari aliàs communi instar aëris l. 1. §. si in mari. ff. de fluminib. l. quædam. ff. de rer. diuis. addo l. si. C. de seruit. vbi veneratio maxima habetur. Si igitur cum à viuo deducatur victus, non omnia comprehendat, quibus viuatur, certè absurdum videri non debet ea continere, sine quibus difficulter viuatur: cum quæ commodè non fiunt, fieri posse non videantur. l. nepos. ff. de verbo. signi. Cicero in Partitionibus

verissimè cenfer, quæ perdifficilia sunt perinde habenda, ac si effici non possent, l. suus. §. puto. ff. de hære. insti. vnde difficile est, pro non potest. l. sed & si lege. §. si quis re sua. ff. de peti. hære. l. cum sanè. ff. de ijs qui deiec. ibi Accur. quamobrem in l. quos nos de verbo. signi. dicitur, sine veste & stramentis seu lecto mediocri viuere neminem posse, idest, difficilimè quia quod sit frequentius, inspiciendum est in interpretatione nominum. l. j. §. nauigij. ff. de fluminib. adiurat Græcus senarius:

Βίος βίη δὲ μὲνος ὄρε ἐστὶν βίος. idest, Vita victus indigens non est vita. Vt enim vulgo vitam pro victu testatores vsurpant, sic Græci βίον. quandoque pro viuendi instituto. l. nec ei. §. 2. ff. de adopt. Postremò non obstat, quòd diximus victum & vestitum quasi diuersa, per copulam, & coniungi: quoniam non infrequens est apud grauissimos quoque autores necdum Iurisconsultos, vt voces iungantur generali nomini, cuius alioquin appellatione cenferetur. Cic. in iij. lib. Tuscu. Gaudere decet, letari non decet: quoniam docendi, inquit, causa à gaudio lætitiæ disiungimus. sic vt vberior sit sermo victum & vestitum dicimus, non est dissimile quòd cum dolus sit fraus & fallacia, l. j. §. dolum. ff. de dolo. tamen Vlpianus in l. ij. ff. de proxenet. simul iunxit. l. 3. ff. de pign. act. & alibi sæpe verba effectus eiusdem vno falce cumulauit. l. duo societatem. §. duo. ff. pro socio. l. j. §. sed sciendum. ff. de adi. edi. vbi nequa dubitatio superesset, ædiles morbum & vitium dixerunt, cum altero (vt ait Iuriscon.) satis cautum videri posset. l. si seruus. §. cum eo. ff. ad l. Aquiliam. in summam, qui addit victui & vestitum, non videtur voluisse victus verbo, venire vestitum. argu. l. cum in testamento. §. si. ff. de hære. insti. quare verba seruiunt voluntari, & non contrà. l. Labeo. ff. de supel. lega. aliter verò in victu vestis contineretur. d. l. verbo. ff. de verbo. signi. Nescio, quid venit in mentem Donato, qui in Terentij Andria victum in paruis aridisque alimonijs esse constitutum dicit, cibum verò etiam delicatis præberi: cum nemo nesciat, victu, velut genere, comprehendi cibum & potum. Varro lib. j. de Re rustic. cultam à Romanis Cererem & Liberum dicit, quòd horum fructus necessarij ad victum sint, cum ab his cibus & porio veniant de fundo, victumque & cibum posse in quibuscunque consistere, quantumuis vilibus aut lautis quotusquisque nescit? Cicero iij. Tusculana. tenuem victum antefert copioso. Interdum verò & cibi nomine potum etiam intelligimus. l. quos nos. §. si. ff. de verb. signi. idem in cibarijs, & verbo cibare, vt ibi Alcia. quod probatur argumento à coniugatis, & l. alio hærede. in fi. de alimen. leg. l. Lucius. eo. vbi cibaria appellantur, vt l. & si non sunt. §. si cui. ff. de auro & argen. Escariis vasis legatis, potoria etiam debentur. Cæterum cibaria vestem non continent. Item nec Diaria, à diebus singulis deducta: quia vestis non temerè singulis diebus præstari, aut mutari solet. l. diarijs. ff. de alimen. lega.

Cibaria.
Diaria.

Immeritò expunctam fuisse dictionem, pallium, in Vlpian. responso. quòdque eis verissimè dixerit, pallium vestem stragulam fuisse, & lectum legatis alimentis deberi sine operosis stragulis. C A P. IIII.



DOSTQVAM victus appellatione vestem comprehendi probatum extitit, excipienda nobis videtur stragula. l. in stratum. ff. de verbo. signific. l. si victum. ff. de re iudi. Demiror tamen cum stramenta in victum utique cedant, stratum non cedere. l. quos nos. §. si. ff. de verbo. signific. vbi Accursius purat stramenta cum stragulis & strato idem significare, quæ licet ab eodem verbo descendant, quòd est sterno, diuersa tamen significant. nam stratum vestis est, vt stragula: stramentum verò non, sed stipula, felix, aut quid simile, quòd subter sternitur. Horatius:

*Si stramentis incubet, vnde—
Ostoginta annos natus, cui stragula vestis,
Blattarum ac tinearum epula, putrescat in arca.*

Plinius lib. 19. cap. 1. de lino loquens ex pelignis Italiæ, nullum, inquit, est candidius lanæ ve similis sicut in culcitris præcipuam gloriam Cadurci obtinent. galliarum hoc, & tomenta pariter inuentum. Italiæ quidem mos etiam nunc durat in appellatione stramenti. hæc ille de tomento autem à lanæ appellatione subducto iurisconsultus respondet in l. si cui. §. 1. de legat. 1. nam culcitrix iam ea lana inclusa plumæ vice fungitur, sicut lana ibidem cum medicinæ accommodatur. An quia veste diurna pro nocturno strato vti possimus, ideo in victum non venire vestem, quæ insternatur, constitutum sit? Instrati au-

tem significatione Vlpianus post Labeonem ait, omne vestimentum venire, quòd iniiciatur. Nec, inquit, dubium est quin stragula vestis sit omne pallium, quòd Græci *ἄστρωμα* vocant. Quo loco Valla ridet Iurisconsultum. negatque prorsus vestem qua amictur, quale est pallium, posse stragulam dici. Vt enim, inquit, Romani toga, sic Græci pallio vtebantur, quò amicti, palliati dicebantur. Alciatus, vt satisfaciat, expungit dictionem, pallium. Idque contra fidem receptæ & Accursianæ lectionis, vultque simpliciter dicere Iurisconsultum non dubitare se, quin stragula vestis sit, omne quòd Græci peristroma vocant, qua, inquit, voce significatur quicquid insternitur. Ego verò, quasi postliminio priore ingenuamque dictionem, pallium, admitto, eamque esse Iurisconsulti mentem prædico, vt cum antè dixisset stratum esse vestimentum omne, quòd iniiciatur, addat & Labeonem dicere, pallium in stratum venire, si tamen sit, quòd Græci peristroma vocant: vt nolit Iurisconsultum omne pallium dici peristroma, sed esse quoddam genus pallij, quòd Græcis peristroma est, meritoque stragulum dictum. Illa enim est natura relatiui, Quòd. l. ea tamen. ff. de leg. iij. Quòd si repugnent Grammatici, ridentes (vt solent) magis quàm expugnantes sententias, sciant non sine veterum autoritate, & pallium & id genus vestimenta stragula in toris fuisse. Martialis in epigrammate de Catella Publij:

*Collo nixa cubat, capiç, somnos,
Et suspiria nulla sentiantur,
Et desiderio coacta ventris,
Gutta pallia non fefellit vlla,
Sed blando pede suscitatur, toroç,
Deponi monet, & rogat lauari.*

Sed apertius Ouidius in Elegijs (si quid tamen apertius potest) de pallio stragulo cecinit.
*Esse quid hoc dicam, quòd tam mihi dura videntur
Strata, neque in lecto pallia nostra sedent?*

Nonius Marcellus refert, scripsisse Varronem in lib. de vita populi Roma. togam, quam confert Valla pallio. quondam fuisse commune vestimentum, & diurnum & nocturnum, ad lecti vsurum, & virile, & muliebre, vt postea non pauca. l. vestis. §. penult. & l. inter vestem. ff. de aur. & arg. Iulius Pollux lib. vij. penulam esse dicit indumentum tunicam tegens, esse tamen nonnunquam stragulam. Idem de peplo in mulieribus, vt amictus & præterea instratum sit, vt inquit, ex Mineruæ peplos conijci potest. Ergo nihil prohibet pallium stragulum esse, nec tum victu legato venire, lectus tamen ad reliquum vsurum veniet, si Bartolo credimus in tracta. de aliment. & glo. in l. quos nos. ff. de verbo. signifi. quoniam sine eo rectè non viuatur. Lectus siquidem, vt mensa, argumentum est vitalis potentia: vt pulchrè cenfer Angel. Politianus Miscelaneorum ca. lxxxix. interpres Virgilianorum versiculorum:

*Incipe parue puer cui non risere parentes,
Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.*

Iuuat hauc sententiam, l. cætera. ff. de verbo. signifi. & in d. l. victus. cultui necessaria commemorantur, in quibus nemo lectum esse negauerit: sine quo nullo modo viuatur, nisi incommodè, quòd perinde est. l. nepos. ff. eod. lecti autem nomine fulcra ex materia lignea apta culcitrix ac puluinaci ferendo complector. l. librorum. §. si. ff. de legat. 3. vbi adiicit lex, legatis armarijs seu loculis claustra ac claues venire. non idem dicerem, si faber lignarius in officina sua, aut ex ea mihi lectum aut armarium venderet nondum instructum: imò nec si legaret. cum verba exaudiantur ex personarum instituto & consuetudine. d. l. librorum. §. quòd tamen. maxime cum faber nihil quam nudum fulcrum armariumve habeat. nam & in hoc vi: facienda venit. l. fundus qui. ff. de fund. instruc. lectus autem legatus pro dignitate legararij ornabitur. l. pen. ff. de alim. leg. nec est quòd mihi aliquis dissentiat lectum legatis alimentis adiungenti, vt pote quibus vestis accedit. l. si. ff. eod. at vestis appellatione culcitrix continetur, & stragula. l. 26. de auro leg. ff. & l. 27. §. culcitrix: & ita lectus accedet copulatis. l. vestis. §. 1. ff. eod. l. 18. §. item de fundo instr.

*Quid intersit inter Frugem & Fruges. declarata l. frugem. ff. de verbo. signifi. aliter quàm vulgò:
tum quam sint Legumina & Frumenta.* C A P. V.



VERBA Vlpiani Iuriscōsul. de fruge & frugibus sunt huiusmodi, in l. frugem. ff. de verbo. signifi. frugem pro reditu appellari, non solum quod ex frumentis aut leguminibus, verumetiam quod ex vino, vel syluis ceduis, creteq; fodinis, lapidinis capitur. Iulianus scribit fruges omnes esse quibus homo vescatur, falsum esse, non enim carnes, aut aues, ferasue, aut poma fruges dici, frumentum autem id esse, quod arista in se teneat, recte Gallum definisse. Lupinum verò & fabas fruges potius dici, quia non arista sed siliqua continentur, quæ Seruius apud Alphenum frumento contineri putat. Hactenus Vlpian. quem hoc vnum voluisse (quamuis alij idemque non indocti secus putauerint) existimo vt inter frugem in singulari, & fruges in plurali hoc intersit, quod frugem creberrimè dicamus pro quouis reditu, nedum pro frumento vel legumine in specie, fruges verò non æquè: quia hæc tantum frumenta leguminaque complectuntur. Accurs. & Alciat. in versic. Iulianus scribit, credere Iulianum reprehendere eos, qui frugis tam amplam significationem dixissent quod quidem verum non est, exploratum est enim esse vel amplissimam: vnde plerunque dicimus labores esse sine fruge, id est sine vtilitate & aliquem se recipere ad melioris vitæ frugem. interlocutio. C. ex quib. caus. infam. irrog. & paternam frugem, pro substantia. l. 2. C. de ijs qui veni. ætat. non diffiteor tamen frugem in specie frumenta & legumina tantum comprehendere. Seneca in Thebaide:

Frugem q̄ flamma metite natalis soli.

Et Plinius ait Ægyptum sibi è fruge potus excogitasse. Zythum enim intelligit quod conficitur ex tritico hordeouè, aut pane. l. si quis vinum. ff. de triti. vino. Est ergo sensus perfectissimus, vt verba illa, Iulianus scribit, sint connexa superioribus, hoc modo: Iulianus scribit frugem appellari pro reditu, cæterum fruges in plurali esse, quibus homo vescatur, idem scribit falsum esse. Alciatus ait antiquos fruges latius accepisse, vt sint, quicquid ex fructibus terræ in alimoniam vertimus. vnde Plinius librum inscripsit de frugiferis arboribus. Idem Valla dicit, quod est contra Iuriscōsul. qui poma negauit fruges dici. planè si quis perceperit differentiam frugis & frugum, is protinus didicerit verissimè dixisse Iuriscōsul. fructus arborum inter fruges non esse, cum Plinius frugiferarum arborum naturas scribens, lib. xv. non à frugibus, sed à fruge frugiferum dixerit, argumento est quod ibi de lauro tractat, cuius baccas nemo vertit in alimoniam sic, eodem teste, ab Homero salix frugiperda dicta est, quod semen ocyssimè emittat, minimè ad alimoniam faciens. Apud eundem lib. xxij. Pomona dea dicit posse nos ex arborum fructibus viuere sine frugibus, cum ex illis primus cibus fuerit homini. Lactantius & poetæ Cererem fruges inuenisse dicunt, de frumentis intelligentes, nam multò antè arborum fructus fuerant in oratore ad Brutum, Et Cicero sane Cornelius Sylla duos Ædiles constituit, qui præessent frumento, & Cereales nominauit, à Cerere vt est in l. 2. §. deinde Cornelius. ff. de orig. iuris vbi Accursius bene ipsam deam frugum nominauit. Iulius Obsequens in libro de prodigijs P. Plautio. M. Fulvio Coss. prodigiosum scripsit, quod in arboribus fruges natæ fuerint. indignum putat homine, si inuentis frugibus glande vescatur: quemadmodum Labeo in l. fistulas. §. si frumenta in herbis esse dixit in tit. de cont. emp. ff. sic idem Cicero in Oratione pro M. Cælio dixit studia adolescentiæ, quæ in herbis est, ostèdet quantæ fruges industriæ sint future. Igitur glandes non erant fruges antiquissimus cibus mortalium. l. j. ff. de gland. leg. Plinius lib. xvij. c. iij. de terra loquens, Non eadem, inquit. arboribus conuenit & frugibus. Consultò igitur dicitur in l. j. §. Labeo, ff. de aqua plu. arc. frugum & fructuum gratia opus impunè fieri, quasi diuersa eorum causa. glo. tamen idem esse putat, adducens d. l. frugem. ff. de verbo. signi. quæ quidem frugis vocabulo fructus contineri haud dubiè probat. sed in d. §. Labeo, de frugibus agitur, nisi quis abuti malit. sed non Imperator in l. fin. §. fin. C. de seruit. Non obstat l. plenum. §. idem Nerua. ff. de vsu & habit. vbi Nerua dicit eum, cui vsus relictus est, neque frumento, neque frugibus vsurum. quasi frumentum & fruges diuersa sint. nam subintelligitur dictio, Alius, id est, neque alijs frugibus, vt l. hæc stipulatio. ff. vt legat. seu fideic. ibi, hæreditas siue eius. vsusfructus vel seruitus, scilicet alia in l. 3. ff. quæ in fraud. cred. Videre videor contra eosdem etiam fruges esse, quæ non vertantur in alimoniam hominum, vt est vicia assignatum iumentis pabulum, fortè & auena: nisi illi intellexerint, de ijs quæ verti possent in alimentum ex terræ fructibus, quoties vrget necessitas in caritate annonæ. Nos certè (vt ad scopum redeamus) sola frumenta & legumina fruges esse putamus. d. l. frugem. §. lupinum, illa sunt quæ arista tenet, hæc quæ siliqua. Virgil. l. Georgic.

Vnde

Fruges quæ dicantur.

Inter frugem & fruges discrimen.

Vnde prius siliqua letum quassante legumen,

Hinc fit, vt millium & panicum auibis exposita, quoniam neque siliquam habeant, neque aristam, non videantur vel legumina vel frumenta. l. si seruus seruum. §. sed & si quis miliu. ff. ad legem Aquil. ibi. milium vel frumentum. verba tamen Columellæ subiungam lib. 2. de re rustica. cap. 9. inter frumenta, inquit, etiam panicum & milium ponenda sunt: quamuis iam leguminibus ea contibuerim. nam, inquit, multis regionibus cibarijs eorum coloni sustententur, indicat nimirum Columella, non ex vi vocabuli hoc contingere: sed ex quorundam patrumfamilias vsu, vt in vino accidit aliundè quam ex vinea lecto. l. si quis. §. hæc omnia. ff. de tritico vin. Frugum tamen nomine continebuntur, ideo Plinius vbi agit de frugum medicina, lib. xxij. hæc nō pretermisit, magis tamen ad frumeta quam ad legumina accedunt, & Dioscorides lib. ij. panicum frumentaceis adnumerat. Scribit tandem Iuriscōsul. in d. l. frugem. Seruium putasse, frumenti nomine contineri, etiā siliquā habentia. Alciatus addit malè putasse Seruium, pro quo tamè cōperi text. in l. Mela. §. si. de alimen. leg. ibi ad frumenta ceteraque legumina: atqui consuetudo vsusque doctorum legumina à frumentis distinxit. l. qui penum. §. siue. ff. de penu leg. dicta legumina à legendo, vt ait Varro, quod non subsententur, sed vellantur, vt faba, lupinum commune hominibus brutisq; pabulum. Qui frugū causa sulcum in agro facit, non tenetur aquam auertere. l. j. §. de eo opere. ff. de aqua plu. arc. Sulcus est lacuna illa quæ vomere fit. Elata autem inter duos sulcos terra, porca dicitur, quod ea seges, inquit Varro, frumentum porrigit. l. vicinus. ff. eo. A frugibus, siue à fruge potius, dicimus hominem frugi. quo passim vtuntur iuriscōsultes pro parco & bonis motibus prædico. cui opponitur prodigus & nequam. l. si cum dorem. §. si verò. ff. solut. mat. l. inde Neratius. §. sed & si bonæ frug. ff. ad legem Aquil. l. cum pater. §. pater qui. ff. de leg. ij. Plautus in Pseudolo:

Cupio me esse nequam, tamen ero frugi.

Seneca & Quintilianus in declamationibus frugi filium opposuerunt luxurioso, id est, dissipatori.

Declaratur l. triticum. ff. de verbo. oblig. hordeum an frumentum sit. quid de auena & oriza. quid sit tessera frumentaria vel panis civilis, item sitonia episcopi. tum de polline & pistino. C. A. P. V. I.



FRUMENTVM ergo genus est comprehendens far, triticum, hordeum, & si quæ alia arista tenet. glo. l. j. §. de eo opere. ff. de aqua plu. arcen. & in l. non debere. ff. ad muric. Legimus tamen nō semel, frumentū & hordū. l. ij. de cano. fru. vrb. Ro. xj. C. l. modios. de suscep. & arcar. x. C. Cur. enim non liceat (vt supra ostēdimus) specie generi annectere: præsertim cum eadē non nihil habeat parriculare alienumq; ab illo genere, vt rubr. C. de seruit. & aqua. hordaceum enim panem homines iumentorum cōmunicarunt refectibus. l. qui penū. §. sed an hordeum. ff. de penu lega. Triticum autem in Iure Ciuili videtur quàm sæpius pro toto frumenti genere vsurpatum. l. triticum. ff. de verb. obli. vbi Accurs. generale nomē esse dicit, omnium quæ in area teruntur: quod satis ostendit Iuriscōsultus sic inquiens: Triticum dari oportere stipulatus est aliquis, facti quæstio est nō iuris. Igitur si de aliquo tritico cogitauerit, id est, certi generis & quantitatis, id habebitur pro expresso: alioquin si cum destinare genus & modum veller, non fecerit, nihil stipulatus videtur, nec vnum quidem modium. Si igitur tritici plura genera sunt, ergo triticum pro frumento in genere capitur, quod rursus in genera quas species vocamus, diuiditur. ij. ff. si cer. peta. Cæterum nihil prohibet triticum speciem frumenti esse, in d. l. triticum. vt l. si quis vinum. ff. de triti. vi. & oleo. & mox plura esse tritici genera. Columella lib. ij. cap. vj. Prima, inquit, & vtilissima sunt hominibus frumenta, triticum, & semen adorem. Tritici autem genera complura cognouimus, verum ex his maximè serendum est, quod robus dicitur. Secundum est siliginis: tertium est trimestre, quod & genus est siliginis. reliquæ species superuacuae sunt. Hæc ille. Cornelius Celsus, libro ij. de re medica, Firmius est triticum, quàm milium, id ipsum, quàm hordeum: ex tritico firmissima siligo. Plinius siliginem tritici delicias appellat. & sic triticum species est frumenti, siligo verò tritici, item & robus. & in l. fideiussorem. ff. mand. dicitur promissorem tritici liberari, si ex toto genere vtilissimum soluerit, nec à fideiussore aliud præstandum. tamen ibi intelligi necesse est, mensuram modios quæ tritici in stipulatum deductos, ne pereat conuentio propter duplicem incerti.

Sulcus quid Porca. Frugi.

Frumentum quæ comprehendat.

Triticum.

Tritici varia genera.

Siliginarius.

tudinem generis & mensuræ l. 4. ff. de tritic. vin. leg. sic alibi dicitur pecuniam credi promissam ubi certam intelligi necesse est. l. si pœnam. de verborum obligation. A siligine fit siliginarius, id est, horrearius, vel venditor siliginis. l. si quis vxori. §. apud. ff. de furt. Quapropter potest non verum esse, quod vult glos. in d. l. triticum. pro toto genere frumenti triticum legi: quia ipsum in illa genera subdiuiditur. Atqui in rub. ff. de trit. vi & ole. leg. expressum, & triticum tantum. & l. j. & rub. de tritaria actione: propter excellentiam frumenti, quod est optimi alimenti, & cōmune vbique, præterea miræ fertilitatis. Sic in proœ. Instit. §. j. calumniantes pro quibusuis facinorosis dixit Imperator, & glande pro omni fructu lex xij. tabula. l. j. ff. de glan. leg. & relam quodcunque manu mittitur, cum propriè sit arcu missum. §. item lex Cornelia. Instit. de public. iudic. sic granum pro frumento & legumine apud Papinianum, qui rescriptum refert ab Imp. ne ordo decurionum in municipiis pretium graui præstituat. l. si. ad legem Iul. de annon. quoniam ita annona fietet carior, dum ab aduectione frumenti negotiatores terrentur: vt quidem vidi. Avena quoque frumentum est. glo. in d. l. frugem. ff. de verbor. signific. quanquam eadem frumenti vitium existimetur, vt lolium. l. si seruus seruum. §. inquit lex. ff. ad l. Aquil. vbi in factum tenetur, qui in alienam segetem, auenam, lolium iniecerit, quod eam inquinaret, vt dicitur Matthæi x i i. ca. tamen de auena plerasque nationes panem pultemque fecisse, pro comperto est. Sed sunt vitiosa quædam auenæ genera, vt bromos & ægyllops, de quibus Hermolaus Barbarus in castigationibus Plinianis, lib. xxij. cap. xx v. Budæus in l. ex conductor. §. si vis tempestatis. ff. loc. de his dixit Virg.

Et steriles dominantur auenæ.

Auena genera quedam vitiosa.

Oryza.

id est, secundum Seruium, ex sese internata. Oryza verò quod nos risum (vt Platina ait) dicimus, ab antiquis inrer frumenta habita est, hodie tamen venire frumento legato, non putarem, saltem in his regionibus, vbi non seruitur, quia non ad panem, sed ad pultem, & delicias adseruatur, quare vim nominis cum vsu amittet. l. si cui. §. lanæ. ff. de leg. iij. optima enim nominum interpret est consuetudo. l. Labeo. de supel. leg. & voluntatum. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instru. Oryza radicem teretem habet, altitudine est cubitali, folijs porraceis, flore purpureo, palustrem & riguum locum amat, secundum Diolcoridē. Tesseram frumentariam, iam est vulgatum esse donatiuum frumenti, quod fiebat ijs, qui tesseras accepissent. id est signa plumbea, lignea, vel similis materiæ, quæ sparsa in vulgus, vel aliter distributa essent: vt quia accepisset frumentum, quantum in tessera descriptum esset à distributoribus (vt Dion ait) reciperet. l. Titia. ff. de lega. ij. fiebat autem tantum Romæ, vt colligitur ex l. sed & si suscepit. §. i. ff. de iudi. vbi Budæus declarat. sed tantum, virum sefellit, quod ibi Vlpianus de testatore Romano tractat sed in prouincia aliàs locupletiore, qui tesseras frumentarias libertis emi iusserat: nam & Alexandria in Ægypto idem seruabatur circa tesseram. l. si. de frumēt. Alexan. lib. xi. C. vbi ex horreo frumentum tessera capitur. Erat alia annonæ species quæ in panibus consistebat, quos penes ciuiles appellat Imperator in l. si. præterea. C. de iure do. siue annonam ciuilem. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actio. & l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nupt. prohibetque pro his frumentum dari. l. j. de frum. vrb. Constant. xj. C. quod iuuat interpretationem feudi de cauena id est, iuris percipiendi, frumentum annua pensione ex horreo principis, vel certam summam aureorum de camera seu arario eiusdem. §. si. de feudi cognit. vbi tales pensiones immobilibus bonis aggregantur, in quibus tantum consistant feuda §. fin. in quib. causis feud. amitt. Sitione, inquit Budæus, apud Athenienses curatores erant cōmendo & condendo frumento præfecti. l. si. §. idē rescripserūt. de adm. rer. a d. ciui. ff. vnde sitiona, eorū cura ab Vlpia. appell. l. j. ff. de muner. & hono. & sitocomia. in rubr. vt nemini liceat in emp. specie. x. C. nā Græcis, σίτων, frumentum est. Imp. in l. maxim. de excu. muner. x. C. sordida munera esse dicit, panis excoctione pollinis confectio, & pistrini obsequium, puta eorū contēplatione qui excoquunt panem & pristino intersunt. secus si præsent ordini excoctorū & pistorū, ne quid Reip. depereat, vt mox dicem⁹ de episcop. quorū nomine Christus donatur à Petro Apostolo epist. i. cap. 2. Polinē dici Plinius ait in tritico, vt florē in siligine, ex polline panis cibarius fieri non cōsuevit, sed magis placentula, & delicatior cibus, quæ infirmisimū ait Cornel. Celsus, id est minimi alimenti. Pistrinum locus, in quo pilo pinsebant frumenta, erat, id est semel tosta tundebant ante molarum vsu: vt ait Seruius in illo versu Virgilij lib. i. æneid.

Et torvere parant flammis, & frangere saxo.

Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.

Ouidius primo Fastorum,

Triticis factis, passuræque furra bis ignem.

& alibi:

Vnde

Vnde erant fornacalia sacra, quæ ad fornacem, quæ in pistrino erat, fiebant, pro farre quod torrebant. Fornacarius erat qui præerat fornaci. l. si seruus seruum. §. si quis insulam. ff. ad l. Aquil. magistratus quidam erat Romæ personale munus sustinentes sine sumptu, qui episcopi vocabantur, id est speculatores, vulgo superintendentes can. clerics. 21. dist. nam inspectabant vt panes & victui humano necessaria legitime venderentur. l. si. §. Irenarchæ de munerib. vnde defluxit forte episc. præfulis nomē, cum Christus fuerit panis vius qui de cælo descendit. Pistrinū vsurpatū deinde fuit, pro loco, in quo mola versatili terebatur frumentum. l. cum de lanionis. §. j. ff. de fund. instu. quod & molendinū dicitur: vnde asina molendinaria & machinaria, quæ molā versabat. d. l. cum de lanionis. §. asinā. de fund. instr. l. quæ situm. §. cellarium. ff. eodem. Apuleius lib. ix. de asino aureo, cum se à pistore Philebo emptū refert: Ibi, inquit, complurium iumentorum mutui circuitus intorquebant molas, ambage varia, nec die tantum, verum perpetim etiam nocte profus instabili mahinarum vertigine, lucubrabant peruigilem farinam. Plurimi autem erant passim in ciuitatibus pistores, collegiumque pistorum fuisse legitur. l. j. ff. quod cuius. vniversi qui in eo numero essent excusabantur à tutelis l. fin. ff. de excu. tuto. Plutarchus scribit Cleanthem philosophum, manibus, quibus de astris, sole, luna scribebat, molam versasse. de Platone, non dissimile quiddam Gellius lib. iij. cap. iij. Molæ inferior pars meta dicitur: Catillus superior. l. cum de lanionis. §. idem consultus. ff. de fund. instru. aquæ molam Zeno Imperator posuit in l. pe. de aquæ ductib. lib. xi. C. sic agnouit Accursius, alii verò deprauarunt locum. digni mola collo innexa in profluentem deiicit, adeo nocuerunt Reip. dum antiqua lectionem passim immutant, vt in molendinis aliquando ostendimus.

De vite Centurionum: de pedamentis vineæ: vitis an arbor: vini quis inuentor. & ebrius an punitur. vinum Ammianum, Falernum, Surrentinum, Quid sit Picare dolia: & cur colonus picet. quid vinum diffundere. CAP. VII.



VITIS inter suæ dignitatis munia, hoc habet, quod centurionum in acies insigne fuit. l. milites agrum. §. irreuerens. ff. de re mi. vbi Martianus ait, militem qui centurioni vitam tenuit, militiam mutare: si ex industria frugerit, vel centurioni manus intulerit, capite puniri. Refert Aelius Spartianus Imperatorem Hadrianum, nulli vitam id est centurionatum dedisse, nisi robusto & bonæ famæ. Silius Italicus de Ennio, lib. 12. de bello punico:

Ennius antiqua Mesappi ab origine regis

Miscebat primas acies, Latiaque superbum

Vitis adornabat dextram decus.

Pedamenta.

Ridicæ.

Pali.

Vini sanguis terra.

Vitem quanti fecerit lex xij. tabu. ostenditur l. j. ff. de tigno iniuncto. Vt enim furtiuum tignum non patitur ædibus vendicari soluique, Reipub. existimans, ne ruina vrbes deformentur, l. ij. C. de ædifi. priuā. ita vineis adiuncta pedamenta furtim. Item perticas, non sinit eximi, sed potius ad æstimationem in duplum agi, ne vinearum culturæ detrahatur. Pedamenta autem in d. l. j. ff. de tigno iniuncto. sunt adiumenta & adminicula, quibus vitis innitur, ne flectatur. l. item sic possunt. ff. de serui. rustic. prædio. l. ex sylua. ff. de vsufru. vbi Accur. sibi non constitit. dicuntur & ridicæ. l. is qui in puteum. §. si quis in vineas. ff. quod vi aut clam. ridicas enim & non radices legit Alciatus lib. Parerg. ij. ca. xxvij. cui fatis fauet Accur. dicuntur item pali. l. fundi. §. i. ff. de act. emp. & sylua palaris, vnde pali capi solent, ad vineam fulciendam. l. item si fundi. §. si. ff. de vsufru. hoc quidem vbi vine iugata erectæque sunt, nam in Narbonensi prouincia, Africa, Hispania, humiles sunt, nec fulciuntur. Vites, propria vi vocabuli, inrer arbores non conscribuntur. Columella lib. de arboribus, ca. j. vitem inter arborem & fruticem mediam collocat. Vlpia. l. forma §. si vites. ff. de censu. Si vites, inquit, mortuæ sint, vel arbores exaruerint. l. cum manu fata. ff. de contrah. emp. non ideo tamen cessat constitutio coercens arborem furtini cadentem. quin & vitium incisorem vliscatur, cum & arundinem (quam constat fruticem esse) complectatur. l. vitem. ff. de arb. fur. casl. vsque ad eò, vt maximè is ea lege plectatur, qui vites ceciderit. l. ij. ff. eo. l. j. §. arboris. ff. de arb. cad. Ecce inam arbore plus debet humanum genus: cuius liquor non solum corpus vegetum facit, si parcè vtare, sed etiam ingenium exhilarat, auger, imò dat: quare à Platone fomes & incitabulum ingenij existimatur. Et quo vim eius magis exprimeret Androcydes sapientia clarus, sanguinem terræ vinum dixit, quo nihil (teste Plinio) vtilius est corpori, si modus adsit. c. &

si Christus. §. quædam. de iureiur. sed vino obrutus, sibi est quod imputet, qui re minimè mala quam pessimè vsus fuerit, sibi ad tempus mentem adimens: iura enim ebrum impetu magis quàm proposito delinquere putauere. l. respiciendum. §. delinquent. ff. de pœnis. l. omne. §. per vinum. de re mil. ff. vbi ebrus, si deliquerit, pœna non remittitur, sed minuitur: quia impetum ipsius atque furorem præuenit culpa nimium bibentis, proinde ex consecuto flagitio etiam imprudens tenetur. l. item. si. §. si. ad leg. Aquil. l. in rebus ff. commod. atqui Pittacus in philosophicis magis quam in Republ. versatus legem tulit, qua ebrum, qui aliquem pulsasset, magis puniri statuit quam sobrium: quòd plures ebrii quàm sobrii delinquerent. vt refert Aristoteles lib. 2. politicor. cap. 10. nec respexit Pittacus, veniam potius ferenti datam ob vinolentiam, sed vtilitatem metitus est. certè in ea prouincia, in qua ebrui crebro offenderent, Pittaci legem non respuerent Iurisconsulti. l. aut facta §. pe. & si. ff. de pœnis. apud Athenæum lib. 10. cap. 15. vinum malorum dicitur metropolis. sanè, vt constat Lapithæ, in Thessalia populi ex temulentia in bella exitialia prorupere. & quia ex bello seruitus manauit. l. ex hoc. ff. de iustit. & iure. l. libertas. de stat. homi. ff. ideo. D. Ambrosius seruitutem vino acceptam refert. in can. sexto die. dist. 35. vbi vinum ingratiudinis accusatur quòd suo auctori Noe nõ pepererit alias sapientissimo. Sed temulentus conferitur puero à Platone lib. j. de legibus: ὁ μόνον ἄρ, ὡς ἔοικε, ὁ γέρον δις πᾶσι γίνονται, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυοθείς. id est, non solum igitur, vt videtur, senex fuerit bis puer, sed etiam ebrius. certè puer non delinquit. l. impuberem. ff. de furt. nisi sit iam doli capax. sed, vt dixi, ante ebrietatem temperatius hausisse vinum debuerat. cum sit quodammodo ipsa ebrietas quædam voluntaria amentia. & si pueritia dicenda venit, ea est affectata, non necessaria accidit: quòd lex, est vltix delictorum etiam non voluntariorum. l. 1. & 2. ff. de legib. & dicit aliquis iniquum esse vt stultus sit melioris conditionis in pœnis quam sapiens. l. Seruius. ff. quòd vi aut clam. cur igitur ebrius leuius punitur post vinolentiam. Respondeo quia bibendi iusto initio prætextu licita nirebatur, vnde mitius cum eo agitur, si postea in nimium luxauerit. l. res tutores. vers. sed & si. ff. de administr. tutor. præterea, vt dixi, licet videre ebrum non tam stultum & vanum quàm furentem potius. dici oportere, & leuius puniri instar insani can. si quis insaniens. can. inebria. is. q. 1. vbi Lothincestus ab ebrietate taxatur. sed tamen puniri quia licet humanam rem sit passus, tamen incendit mentem vini calore per culpam. l. si seruus. §. si fornacarius ad leg. Aqu. Vinum præstantissimum est, quod Aminæon dicitur, de quo, l. §. si. ff. de trit. vino & oleo. quod & Falernum appellatur. l. legatum. §. si. ff. de annu. lega. à loco vt rectè suspicatur Accur. à Falerno enim Campaniæ agro seu monte dictum est. Martialis:

Nec in Falerno monte maior autumnus.

Vnde & vinum Campanum optimum. l. sciendum. ff. de verb. oblig. Aminæu dici vult Seruius, quòd sit sine minio, id est rubore, est tamen subrubrum & croceo obscurius: ex quo Plinius, succini genus ponit. quod falernum dicitur à colore vini. Succinum autem gemma est & gutta vulgò Ambrum dictum: eiusdem coloris est vinum illud nectareum & celebratum, quod muscatam vocant, in Bererensi agro non infrequens, vbi summum est certamen inter Liberum patrem, Cererem, & Mineruam, cuius muneribus reddatur beator. Surrentinum vinum dictum est à Surrentinis collibus, ad montem Vesuuum. l. si. ff. de trit. vin. is mons iuxta Neapolim est in mare vergens, cuius conflagrationem Dion scripsit. Vtereres priusquam vina diffunderent, picare solebant dolia, id est pice illinire. l. sed addes. §. illud. in fin. ff. loca. Martialis in epigrammate ad Lupum:

Est mustum nuce condimus picata.

Sueronius in Claud. meminit propositi ab hoc editi, vt Vberi vinearum prouentui benè dolia picarentur. Vlpianus in d. §. illud. dicit dominum colono præstare debere dolia vinaria, quæ ad præsentem vsum colonum picare oportebit. Vult itaque Vlpia. dominum præstare dolia, tamen colonum ad præsentem vsum pice compingere eadem teneri, non dominum, qui tantum præstabit, quæ non consumuntur vsu præsentis. E. dolij vina in minora vasa, cados fortè vel amphoras picatas, mittebantur, quæ tum diffundi dicebantur. Virgi. in Coppa:

Est & vappa cado nuper diffusa picato.

Pòst enim quàm in dolijs vinum efferbuerat, ad reliquum vsum in cadis adseruabatur. l. pe. §. si. ff. de trib. vino & ole. Vinum enim, inquit, in amphoras & cados hac mente diffundimus, vn in his sit, donec vsus causa probetur, & scilicet cum his amphoris & cadis vendimus. In dolia autem alia mente concijimus, scilicet vt ex his postea, vel in amphoras & cados diffundamus, vel sine ipsis dolijs vaneat. adde l. cum vinum. eo titu.

Quid

Quid sit doliare vinum explicat Budæus, l. j. §. si. ff. de peric. & commo. re. ven. vbi Iurif. consul. eiusdem meminit. est enim id vinum, quod in doliio est expectans deffundi in amphoras. Pendens verò est quod expectatur, nondum visus expressis, quæ vindemia pendens dicitur. l. qui pendentem. ff. de actio. emp. Plinius dicit vineam intra octauum annum cccc. nummum emptori additam pendente vindemia. Torcular est vbi vindemia calcatur. lacus vbi mustum inde profluens excipitur. l. vinaria. de verb. signi. l. si seruus. §. fin. ff. ad l. Aquil.

Doliare vinum.

Vinum pendens.

Vindemia pendens.

Torcular.

Quid veniat vini appellatione, quid sit mustum vinum vetus quod sit: & nouo præferri vt hominem senem iuniori. quid sit defrutum, sapa, passum, ænomeli, defensio Vlpiani: quid hydromelt, camum, acinaticum, ex l. §. quis vinum. ff. de trit. vini & oleo. CAP. VIII.



MNE, inquit Iurifconsultus, quod ex vinea factum vinum permansit. vini appellatione continebitur. l. si quis vinum. ff. de trit. vino. Vt autem paucis rem totam complectare (quod pertinet ad vini significationem sic distinguo:) aut potio de vinea prodiit, aut nõ. si de vinea prodiit, vel nomen à generali vini appellatione sibi afficiit, & præterea confusionem commisionemque alicuius liquaminis, vel alterutrum. Primò vbi nomen speciale obtinuit, & præterea misturam in dubio, vini numero non habebitur, vt mustum. habet enim nomen sibi discretum à vini genere, insuper confusione vt alterum ab altero fecerit non possit, sed tertium quoddam emineat. §. vt ecce. Insti. de rer. diui. neque vtrum potius, iudicari possit, vt l. quæritur. ff. de stat. homi. idcirco licet Cereri vino non libaretur, mulso tamen libari iubet. Virgil. i. Georg.

*Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret,
Cui tu lacte fauos, & miti dulue Baccho.*

Ita Macrobius lib. iij. Satur. cap. xj. Habendum autem erat vinum vetustissimum, & mel quàm recentissimum, vnde emerferat gulonum prouerbum: vt mustum probè temperaretur, miscendum esse nouo hymetio & falerno vetulo vinum vetus id est quod annum exegit. l. vetus. ff. de tritic. vni. nouo excellentius esse probatur in l. cum quid. ff. si cert. pet. l. iubemus de erog. militar. annonæ 12. C. vnde interpretes eliciunt, senem hominem inueni in honorebus præferendum: sed non sine delectu, instar vini quod pro specie sua, vel agri bonitate, vel vitio atatem fert præcipue. vt Falernum. sed finem aliquem vetustatis oportuit in vino præstitui. l. nam aliter ff. de tritic. vino sic profusus in homine cõtemplatur, qui habet mustum pueritiæ: quod paulatim deferuescit, ac repurgatur, & suaue fit. donec præ nimia ætate fugiat, & euanescat. proinde licet vit senex in dubijs iuueni præferatur, cum senectus sit quidam naturalis magistratus. §. semper. ff. de iure immunit. si tamen præsenio aliquis repererit, vt contingit, iuxta prouerbum, de quo in l. senectus. C. de donation. vbi glos. non dubitarem iuuenem præferre aduersus senectæ præsumptionem, opponans iuuantem certam & spectatam prudentiam. l. hi qui de tutorib. Antiphanes apud Stobeum vitam nostram similem vino facit ὅταν ἢ τὸ λοιπὸν μικρὸν ὄξος γίνεται. id est, cum superest modicum acescit. can. florentium. 85 dist. vbi senium munia obeunda impediens animi corporis ve imbecillitate, arcet aliquem à dignitate: licet non abigat iam fungentem illa: sed adiutorem adhibeat can. petisti. 7. 41. plane iuuenis antiquus seni præfertur in munere, quo simul fungitur. & respicitur tempus adeptionis. l. r. ff. de alb. scrib. l. si. de tyrantib. r. C. sed etiam in nouo munere adipiscendo præfertur iuuenis senilis sapientiæ seni imperito. §. ordinatione. de monachis. col. i. ideo in l. pe. C. de postula. vetustas & merita aduocari exæquantur. Primus omnium mel vino miscuit Aristæus. Defrutum quoque non continebitur vini numero, quòd, inquit Vlpia. in d. l. si quis vinum, condituræ loco sit. expone quòd pro quia. dictum defrutum à deferuendo, quia mustum ex vna perquam matura diu deferuere faciant, vsque ad dimidiam partem desumpantes. Igitur nec sapa in dubio vinum erit, quoniam à defruto non differt. nisi nomine & modo, ex decoquendi mensura: vbi enim mustum ad tertiam partem deferuendo redactum fuerit, duabus amissis sapa est, ideo suffecit Plinio dicere eam vino cognatam, quam lib. xxij. cap. ij. aduersus pinorum erucas remedio esse scribit, quas Iurifconsult. pityocampas dicit in l. eiusdem. ff. ad l. Corne. de fica. item contra cantharidas, buprestin, salamandram, de quibus in d. l. eiusdem. ex vino albo sapa optima fit. Sapa & defruti meminit Iurifconsult. in l. quæsitum. §. cellarium. ff. de

Aristeus omnium primus mel vino miscuit. Defrutum.

fund. instruct. Vas, inquit, ancum in quo sapa coqueretur, & defrutum fieret. Secunda regula est: ubi liquor de vinea nomen tantum sibi comparauit à generali vini nomine, non tamen confusionem, nihilominus vinum manebit in ancipiti iudicio, vt passum. d. l. si quis vinum. §. œnomeli. nam licet nomen habeat specialius, nihil tamen mixturæ & decoctionis patitur: passum enim inde dictum, quod fieret ex vuis passis, quæ in fiscellam includebatur, mox contusæ prælo subiiciebantur, vnde passum estuebat, in Africa frequens. Cornelius Celsus lib. ij. de re medica: Mulsam, quo plus mellis habet: defrutum, quo magis incoctum: passum, quo ex sicciore vua est, eò valentius. Seruius in ii. Georg. Passum decoqui creditur, & idem esse quod defrutum, satis euidenti errore. Tertia regula erit huiusmodi: Quicumque de vite liquor, vel peregrino confunditur, vel decoquitur, si tamen parrisfa. vel regionis more vini nomine retineat, vino legato cedit. d. l. si quis. §. hæc omnia. ff. de tri. vino & oleo. Et sic, meo iudicio, potest vindicari ab antinomia, alioquin non mediocriter apparet Vlpia. in d. l. si quis. ff. de tri. vin. qui dixit mulsam vinum non esse, cum tamen œnomeli sit: nã Laxarus Baysius vir apprime doctus in lib. de Vasculis probat ex Plinio & Dioscoride mulsam & œnomeli idē esse, suspicaturque locū potius mendosum esse, quàm ignorasse id Iuriconsul. nam & œnomeli fieri ex vino & melle Palladius testatur. Cæterum licet verum sit œnomeli & mulsam esse idem, vt & Iulius Pollux ait lib. vi. tamen nihil vetat, vino legato, non venire mulsam, cum œnomel veniat: tota enim discriminis ratio est in appellatione consueta parrisfa. nam si ex melle & vino potionem mulsam appellare sit solitum, quia non appellat vinum, non videbitur eam compositionem vini numero habuisse. Atqui si œnomeli appellare consueuerit, vinum in dubio existimabitur, quod innuit Vlpia. d. l. si quis. œnomeli planè, id est, inquit, vinum dulcissimum continebitur, nam *οἶνος* Græcè, id est, vinum: & *μέλι*, id est, mel. dicendo igitur œnomeli, iam dicit vinum mellitum. Quid enim refert Latine vtrum Græcè aliquid dicatur? hac consultissima. §. si. C. de testa. l. j. §. si. de verb. obli. l. sed & si. §. de quo palam. de insti. acti. ff. nihil autem est quod tam declaret cuiusque voluntatem, quàm appellatio consueta, & nomen rei à defuncto impositum. l. filia. §. si. ff. de condi. & demonst. Alciatus lib. Parerg. 9. cap. 2. aliter soluit nodum hunc. d. l. si quis. constitutus duplex œnomeli, & alterum œnomelis genus mulsam esse ait, sed nihil agit, quia & duplex mulsam erit, si œnomeli mulsam significat. Quarta postremaque regula, qua complectemur secundum principale membrum propositæ distinctionis, hæc est: nulla portio quæ aliunde quàm de vite temperatur, vel concinnatur, vini nomine censerit debet. ita Iuriconsultus in d. l. si quis vinum. Cydonium, inquit, & si qua alia quæ non ex vinea fiunt, vini appellatione non continebitur, id est (vt ait Accursius) vinum quod fit ex pomis cotoneis. Ita nec zythum, ceruista, quæ de frugibus fiunt, nempe tritico vel hordeo. Item nec hydromeli, camum acinaticum. Hydromeli est aqua mulsam. nominatiui casus est, non genitiui, vt putauit Accur. dicimus enim hoc hydromeli & œnomeli, & oximeli, id est acetum cum melle. Plinius: Hoc vocatur hydromeli, & vetustate saporem vini assequitur. De camo nõ memini legisse quicquam alibi: sunt qui deprauatam lectionem putent, alii vinum esse ex zythi genere, & ideo Iuriconsul. post zythum, camum ponere: Et zithum, inquit, & camum continebitur. vel forte, quod eo potu vsi sint Camæ Scythici populi. sicut zytho Galli antiquissimis seculis, vt Diodorus scripsit lib. 6. loquitur autem de iis Gallis, quorum ager propter frigiditatem vitis expers fuit. Acinaticum quidam existimant esse loram, quæ fit diluvis & aqua maceratis acinorum folliculis, quæ vinacea seu vinaceos appellamus. l. si quis vxori. §. si quis massam. ff. de furt. Acinatici meminit Palladius, Nigras, inquit, vites omnino repudies, nisi in iis prouinciis, in quibus eius generis, quo acinaticum fieri consuevit. Alciat. prædulce esse ait lib. Prætermis. j. quod si ita est, ideo non erit vini numero, quod condituræ, forte, loco asseruetur. In summam in vini legato & appellatione attenditur parrisfa. consuetudo. l. cum de lanionis. §. asinam. de fun. instruct. & d. l. si quis. §. item si quis, de tri. vi. Item prouincia, & eius regionis, quanam vulgi existimatione sit. l. licet. C. loca. interdum legatarii. l. plenum. §. equitii. ff. de vsu & habi. Nec dubito quin zythum vel vinum aromatics, non cederet, legato vino ad sacrum altaris sacramentum, etiam si vini numero testator habuisset. ca. in sacramento. cum glo. de conse. distin. ij. & ita scripsi se Labeonem in Cõmentario Iuris Pontificij Festus est autor, vt paulò post dicturus sum, cum de vino spurco verba fient.

Vindemia lex liberam dominis facultatem merito adimens. tum vini perditis vis eximia. declaratur. l. in venditionibus. in si. ff. de contrahen. emp. quid sit vinum spurcum, & alia pro l. cum quid si cer. petat. C. A. P. I X.

ILLA



ILLA est vini non mediocri excellentia ac vineæ, quod præ singulari huius solitudine legumlatores dominis non temerè permiscere vt rebus fundisque suis. quamuis enim vulgò iactetur sua cuique committenda. l. 8. C. de Iudeis. l. in re. C. mandat. tamen vetus lex sic habuit: vnam calidam ne legito. hoc est, in eius siccitate & nisi imber interuenerit. hanc ne legito rorulentam. hoc est; ante quam ros nocturnus sole discutatur. Plinio interprete lib. 18. cap. 31. & cotidie videmus inhiberi à magistratibus, ne quis ante certum diem vindemiam cogat, legatve immaturam. non enim adeo quisquam liber rei suæ administrator est, vt sibi ipsi nocere queat contra legem publicam. §. si. de iis qui sunt sui. neque item quis propter priuatum ius offendere publicum poterit. l. vnica. §. si. de caduc. toll. maxime cum dilatio vindemiandi publicè indicatur, non alicui tantum ciuium. & cum non auferat vinum sed differat. l. quoties. C. de precib. imp. off. & dilatio habet verisimile emolumentum: sed præterea vinum nobilitat quod etiamnum culpatum, & vitiosum vilissimum est: nam cum duo sint celebrata vini vitia, acor & mucor, de quibus l. si vina. ff. de pericu. & cõmod. rei vend. Budæus in l. in venditionibus. ff. de contra. empt. siue vinum acuerit, siue emucuerit, poterit varijs vsibus accommodari: & ideo in d. l. si vina. ff. de peri. & commod. rei vendi. ff. dicitur, expedire nonnunquam emptori vina acida & mucida habere: non enim impedit mucor, quin de vino. quod iam fugerit, natura illa extrahatur (& quidem eximia) quam quintam essentiam vocant, vt scribit Lullius: quin etiam aqua, quæ vulgò ardens dicitur, quotidie elicatur, quia in eo supersit spiritus combustibilis. Atqui de aceto non æque extrahitur, quia in eo deficit calor vis. & licet in l. in venditionibus. in si. ff. de contrahen. empt. dicatur eandem vini & aceti *ἕσται* esse, quasi dixeris essentiam, effectus tamen est dissimilis: acetum enim quàm frigidissimum est, vinum percalidum. gl. in d. l. in venditionibus. in si. ff. de contrahen. empt. hinc est quod aduersus incendia remedio est. l. cui penum. §. penori. ff. de pe. leg. l. quæ situm. §. acetum. ff. de fund. inst. Extrat memorabile exemplum Hannibalis apud Liuium, qui antecedente ignis vehemètia, perfusas aceto Alpes rupit. meminit Vitruuius lib. viij. vbi etiam dicit plumbum & æs aceto dissolui, conuertique in cerusam & æruginem. sanè & ipsos vniones in tabem resolui experta quondam est Cleopatra: tanta vis acidi est. vnde non esset muruū si conueniret vt vini loco acetum reddatur, quia substantia deficit qui deficiente contractus vnus in alium transit. l. insulam. ff. de præscr. verb. fecus si conuenisset, vt pro vetere nouum reddatur, vel asperius, quia tunc pactum esset contra naturam contractus mutui similitudinem qualitatis tollens. l. cum quid. ff. si cert. per. l. Lucius. i. ff. de posit. vbi consistit contraria naturæ conuentio illæso contractu. l. i. §. si conueniat. ff. eod. Veteribus acetum vini numero sæpe fuit. l. si quis. §. si acetum. ff. de penu legata. & ideo militibus erogabatur pro vino. l. j. de erog. milit. anno. xij. C. iubetur illio vno die dari vinum, alio acetum, ergo aliud quàm vinum est: sed pro arbitrio cuiusque vini appellatione veniet, non vi ipsa & natura rei. Quare si mihi vinum vendideris, non liberaris præstando acetum. l. in venditionibus. ff. de contrahen. empt. in si. vbi aliud pro alio venisse videbitur, si ab initio acetum fuit, quod vinum esse dixerat venditor, sequendo posteriorem declarationem gl. in verbo, ab initio. nam prior, quæ vult cogitasse Iuriconsul. id acetum, quod nunquam vinum fuit, non congruit textui: eius autem plures modos tradit Accursius. Quidam alucos mellarios vel fauos aqua lauari præcipiunt, quæ decocta euadat in salubre acetum, teste Plinio: sed nequaquam hoc voluit Iuriconsul. sed magis quod acidum ab initio fuit, non videri vinum, si tempore venditionis, nescio emptore in acore fuit. facit l. ij. ff. de optio. l. iij. ff. de triti. vi. cum non sit aliud acetum pro vino vendere, quàm æs pro auro, plumbum pro argento quanquam videri possit eadem vtriusque vsa, sed ita sanè, si emptor non degustauerit, tunc enim est, quod sibi imputet. l. si vina quæ. ff. de peric. & cõmod. rei vendit. quod si vinum integrum deinde acuerit, emptio valet: tenetur tamen venditor, si scire potuit vinum fugere, & emptorem non admonuerit. d. l. si vina quæ vel forte cadis non penis adseruauerit, quia tunc in acetum degenerata æris subeuntis contagio, secundum Macrobius. Ex his patet æquitas. d. l. si vina. l. eod. vbi cum essent vina vendita exceptis acidis & mucidis tunc emptor inuito venditore excepta non capiet eum, vt iam dixi, forte venditori vsus esse queant ad miros vsus mortalium. nec explicatio fit aduersus venditorem, vt l. veteribus de pact. quia hic non disceptamus de ambiguo sed de aperta exceptione acidi & mucidi. Denique consensu metimur tempore contractus. l. rutilia. ff. de cõtrah. empt. atqui emptor pro certo dum cõtrahit, acidū & mucidum detestatur, nec respicitur voluntas aduerti quæ recipro-

Quinta essentia vini.

Kk

cam rationem æqualitatis non sapit, nam non coget emptor sibi tradi ea ad quæ capienda cogi non potuit. secus si æqualitas incolumis esse posset. l. Iulianus. §. idem Celsus. de actionib. empr. nec exceptio favorem emptoris aspiciens potest videri retorta in odium eiusdem, aut certe impunè retorquetur, cum quis semet ipsum coniecit in discrimen consensu perspicuo. l. 1. §. si. quod fall. tutor. ff. In eum autè, qui vinum meum acetum fecerit, agi potest Aquilia. l. si seruus seruum. §. cum eo planè. ff. ad l. Aquil. cum eo planè, inquit, qui vinum spurcauit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo corrumpit, agi posse Aquilia Celsus ait. spurcum vinum interpretantur Grammatici aqua mistum, & spurcare, aqua diluere, & ita Budæus secutus autoritatè Festi Pompeii: quamuis non ab te dici possit, grauius esse spurci significatum, quàm vt aqua reddi possit, & magis agi Aquilia in aquam infundentè in vini meri dolium, ex illa generali clausula, vel alio modo vitiauit, quàm vt spurcasse videri possit: nec temerè Festus dixit, spurcum esse vinum aqua mistum, sed id tantum in sacrificiis. verba Festi sunt: Spurcū vinum est, quod sacris adhiberi nō licet, vt ait Labeo Antistius lib. x. commentarii iuris pontificii, cui aqua admista est, defrutum vè aut igne tactū, mustum vè antequā defrueretur. ergo non esset alioquin spurcū vinū dilutum nisi sacrificijs adhiberetur: argumento est, quod defrutū dulcissima potio. l. si. §. ff. de triti. vin. & ol. Spurcum à Labeone vocatur vitæ sacris destinatum, igitur spurcari vinum propriè dicitur, cœna lutouè vel simili illuue. & ita aqua ipsa spurcatur. l. si. ff. de extraord. crimi. id est, immunda fit sordibus, sed sacrorum causa augetur immunditia religioni contrarietas, & spurcitia dicitur, ita Imperator in l. mortuorū. C. de relig. dixit sanctum municipiorum ius pollui, si reliquie intra ciuitatē condantur: quod mirū est pollutione dici, ex eo quod religiosum locū alioquin faceret. §. religiosum. Iustit. de re. diu. sed in sacris & religiosis omnia ex formula seruanda sunt. Ego propter aquæ cōfusione, vinum corrumpi dicitur, & si aqua de se corrupta non sit: sic ære aurum corrumpitur, argentum plumbo. idem dicerem si aqua oleo immista sit. licet enim sidat, super natante oleo, quia tamen tam difficilis separatio est, penè corruptum dicitur: nam & arena cribro à frumento seceritur, at enam tamen immiscens quasi de corrupto conuenitur. l. si seruus seruum. §. item si quis. ff. ad leg. Aquil. Idem puto, si vinum deterius suauis cōfusum sit, argumēto frumenti. l. ex facto. ff. de neg. gest. ibi si lignè miscendo corrupisse, atramen id fieri admonet imperator. l. j. de condi. in pub. hor. lib. x. C. vt si vetus species ita corrupta sit, vt erogari sine querela non possit, noua admisceatur, cuius adiectione, corruptio velata, de mnu silco non faciat. sed ibi patremfa. frugi agit, non vasrum venditorem, loquitur enim de frumento quod solet militibus ad victum erogari, non pro emolumento fisci distrahi, si diligenti examine textum perpendere, tamen Accur. in vèditione idem putet, pro quo facit l. in causa. §. si. ff. de minor. xxv. ann. licet enim se inuicem contrahentibus decipere, præsertim vbi venales res palam exponuntur, nec est latens vitium. l. queritur. §. si. ff. de ædi. Quid ergo, impunè miscebunt cauponæ vappam (vt solent) integro mustaceum vetulo: sed nō est hæc sola impostura, illa addenda est de cæciens. lxxvii. dist. cauponæ tui miscent vinum cum aqua. & Eliaz primo: Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuū mustum est aqua. Neque sola Aegyptus, aut Africa aquam venalem habet: vt l. stela. §. hinc. ff. de alimen. leg. cum vino mista cauponibus sapissimè vendatur. Ego vèd existimo, quasi annonæ fraudatores & flagellatores, lege Iul. de annonæ hoc genus homines plectendos, & si qui alii annonæ vtilitati obstiterint. l. j. & si. ff. ad leg. Iul. de anno. Marcus Cato scribit, si scire voles, an vinum aqua adhibita sit, vasculū facito de materia hederacea, vinum id, quod putabis habere aquam eodem mittito, si habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit: nam non continet vinum vas hederaceum.

De oleo, quod sit arbor sacra, quodque eius stirpem, quæ radices non egerit, cadens, teneatur arbo. furt. cas. dissolutio eximia cuiusdam contrarij.

C A P. X.



LEAM veteres Mineruæ dicarunt, poëtæ Paciferam dixerunt, legatis publicis ad hostes euntibus accomodando: ne contra Insurgentium offenderentur iuxta l. si. ff. de legationib. sunt enim sancti. Idque apud veteres Latinos obseruatum perinde fuit, vt apud Gallos, hinc lib. xi. aneid. oratores aderant ex vrbe Latina, Velati ramis oleæ, veniamque rogantes. Romani & Græci antiquiores aliter. l. sanctum. ff. de rerum diuis. oleam quo sacram putauit antiquitas, & castitatis cuiusdam præfulem: negant enim Græci, ab impudicis plantatam aut crescere, aut fructum ferre. eo à virginibus & castis inseri iubent, non immeritò igitur dixerit aliquis, stirpem oleæ incidentem, etiam quæ nondum radices egerit

egefit, arborum furtim cæsarum actione teneri. l. vitem. §. fin. ff. arbo. fur. cæsar. & hoc priuilegio quodam arboris non profanæ, quod aliquando putauit Accur. in d. §. si. licet non constiterit, alioquin nulla arbor intelligitur, quæ radices non habet. d. l. vitem. §. sed & si quis. arbo. fur. cæsa. ff. sed in d. §. si. speciale videtur in olea, de qua nominatim dicit, tum ob eximiam deponant, id est sine radice truncum, præparant, vt sole & pruina fiat putris, quæ tota impensa perit mox trunco cæso. Cato lib. de Re rust. docet, quomodo taleas oleaginas seramus. dixit enim oleaginas ab olea, vt Iuricons. in l. qui concubinam. §. qui quatuor. ff. de leg. 3. pocula oleagina, id est de materia oleæ, non plena oleo, vel apta ad reponendum oleum, vt putauit Accur. in duodecim tabulis lex fuit præstituta legentibus fructum, vt refert Plinius lib. 15. cap. 3. Oleam ne stringito, neue verberato. ne scilicet præripiatur sequentis anni redditus decussis germinibus: quia, vt alibi dictum est, cum de vtilitate publica tractatur, & de annonæ, non licet cuius de re sua liberè quiduis facere, maxime in alimētorum tractatu. l. cum hi. ff. de tranfact. Iabolenus in l. penul. ff. de vsufruc. lega. dicit oleam immaturam plus olei reddere, quàm eam cuius naturalis maturitas expectata est, eique quotquot de agricultura & ratione fructuum colligendorum scripsere cōsentunt. Minimum enim amurcæ effluit, ex bacca non omnino nigra & matura. Item alibi. l. si absente. §. fin. ff. de vsufr. dicitur syluam cæduam, cuius vsufructus noster sit, posse præpropere cædi, item scœnū, oleam quoque immaturam legi. Verum in l. si seruus seruum. §. si oliuam. ff. ad legem Aquil. longè secus scriptum est: nempe oliuam immaturam decerpentem, vel eum qui segetem defecuerit immaturā, vel uas crudas, Aquilia teneri: quia si iam maturas, cessat Aquilia: nulla enim iniuria est cum etiam impensas tibi donauerit, quæ in collectione huiusmodi fructum impenduntur. Idemque est in sylua cædua immaturè cæsa. Quid tam contrarium? imò nihil minus quàm contrarium: hoc enim tam diuersum constitutum est, quod in d. l. penul. ff. de vsufruc. lega. & l. si absente. ff. de vsufr. agit de eo, cui ius in vniuersum est maturos fructus colligendi, puta vsufructuario. habetur enim pro tempestiuo, quando ei vtile fuit, illæsa rerum substantia. l. ex sylua. ff. de vsufr. At in d. §. si oliuam. l. si seruus. ad l. Aquil. differitur, de eo qui collegit & distinxit. cui ius nullum erat: is vèd cui ius erat, nempe dominus, iam ostendit non esse de re sua, vel sibi non placere intempestiuam collectionem suorum fructuum, ob quorum detrimentum agit Aquilia. Amplius dico, quod d. l. penul. vsufructu lega. quæ dicit plus colligi redditus ex oliua immatura, non est contraria d. §. si oliuam. l. si seruus. ad l. Aquil. vbi dicitur agi Aquilia. quia d. l. pen. oliua ita immatura est, vt proxima maturitati sit, quod tute conijctur, eo quod ibidem dicitur plus reddi olei ex eadē, puta cum varia est, nec prorsus nigra: atqui in §. si oliuam. ita oliuam immaturam fuisse certum est, vt minimum vel nihil olei exprimi possit, vel ex vuis quicquam boni vini: nam si collector collectionem vtilem domino probaret, non esset locus Aquiliæ, cum etiam impensæ collectionis data sint. d. §. si oliuam. Non negarem tamen, quin quemcunque fructum vsufructuario impunè colligat, & pro arbitrio quouis tempore, illæsis arboribus, potest enim oliuam intempestiuam condire, & salgama efficere, ecquid non ne omphacinum oleum est ex immaturis oliuis expressum? miris vsibus accomodatur, de quo Dioscorides lib. j. c. xxvij. Omphacion præterea, secundum eundem, succus est acerbæ vix nondum maturescentis è Thasia vite vel aminææ. & piper longum de quo. l. si. §. diui de publican. ff. prorsus immaturum de industria legitur. antidotis vtilissimum, teste eodem Dioscoride. Licet ergo immatura ad vinum vna sit, oliua ad vulgare oleum, tempestiuam tamen admodum erit ad omphacina ipsi vsufructuario, qui quo citius de trahit, minus obest arbori. quin etiam perhibent oliuas valde maturas oleum nimium exgere: sed domino agente Aquilia, non videtur futura vsui, quæ immatura est, quoniam negabit se aliud quàm maturum oleum & vinum velle: vt ecce, agitur Aquilia in eum qui de vino acetum fecit. l. si seruus ser. §. cum eo. ff. ad leg. Aquil. potest tamen contingere acetum esse vino vtilius. l. si vina. ff. de peri. & commod. rei. vend. Martialis:

Amphora Niliaci sit tibi vilis aceti,

Esset cum vinum vilior illa fuit.

Sed ibi nos spectamus agentis voluntatem, in vsufructu vèd spectamus voluntatem vsufructuarij, quem nemo impedit totos vini culleos acidos facere, quia administratorè quæque rei suæ optimum iura prodidit. l. nemo. C. de Iudæis Experimento constat, si in olea ramus vnus aliquantò alijs lætior fuerit, nisi rescindatur, arborem totam fieri retorridam: sic flagitiosi homines, impunè scæuientes, & pro voto omnia facientes, honorū capitibus insultant, & puras animas impijs factis opprimunt, imò elidunt: hoc est quod dicitur, expedire rei publicæ, vt delinquentium crimina puniatur, ne cum reis impunitas licetiaque præstatur

Oliuam immaturam decerpens Aquilia teneretur.

Omphacinum oleum. Omphacion quid.

reliqui tabescat. l. si ita vulneratus. §. estimatio. ff. ad l. Aquil. l. per omnes. C. de defenso. ciui.

Explicatur §. illud. l. sed addes. ff. locati. quid prælum, trapetum, fucula, tympanum, fiscus, regula, pes. CAP. XI.

Aristeus inuentor liquoris olei.



OLEUM liquor, secundum Plinium, homini necessarius est. idem Iuriscōsul. in l. cum hi. §. si cui. ff. de trāfact. Illius inuentor creditur Aristeus, vt refert Cicero in l. de Natura Deorum. Item & trapeti, quo ad exprimendum oleum veteres utebantur, vt innuit Iuriscōsul. Vlpia. in l. sed addes. §. illud. ff. locati. qui totam olei conficiendi rationem variāque instrumenta paucis verbis tam euidenter enumerauit, vt euidentius nemo, nemo copiosius. Illud, inquit, nobis videndum est, si quis fundum locauerit, quæ soleat instrumenti nomine conductori prestare, quæ si non præstet, ex locato teneatur. & in epistola Neratij ad Aristonem est, doliā vtiq; colono præstare esse, & prælum & trapeta instructa funibus, sin minus, dominum instruere ea debere: sed & prælum, & trapetum vitiatum dominum reficere debere. quia si culpa coloni quid eorum corruptum sit, ex locato eum teneri: fiscos autem, quibus ad premendum oleam utimur, colonum sibi parare debere Neratius scripsit: quia si regulis olea prematur, & prælium, & fuculam, & regulas, & tympanum, & trochleas, quibus releuatur prælum, dominum prestare oportere. Item ahenum in quo olea calida aqua lauatur, & cætera vasa olearia dominum prestare oportere. hæc ille. Hinc colligendum est eò tēdere Iuriscōsul. vt velit à domino, colono & conductori fundi, in quo reditus ex oleo plurimus sit, omnia instrumenta olearia, quæ vsu non statim consumantur, & quæ vel sequentibus annis vsui esse possint, præstari: nisi aliter conuentum fuerit. Atqui illa quæ citius deterrantur, de quibus certissimum est non diuturnum vsu futurum, colonum propria impensa sibi parare debere: quare prælum dominus præstabit, & vitiatum reficiet. Item & trapetum. ex quo sciendum est, quod antiqui (nam nunc nostri non per omnia sic solent) primum lectam oliuam, vel de tabulato acceptam, si inquinata esset, fortè caduca tempestatibus, vel quæ in lutam defluxisset, vel aliter sordidam aquæ calidæ præsidio, emundabant: ideo meminit Iuriscōsul. Aheni in quo olea lauaretur aqua calida. Iam vulgatum est ahenum vas esse, quo aqua calefit. l. cum de lanio. §. item cacabos. ff. de fund. inst. Vergilius.

Littore ahena locant alij flammâ (que ministrant).

Lectâ deinde bacca solida prælo subiiciebatur effringenda, eo tantum, vt amurca efflueret: effracta fiscis includebatur & trapeto: id est molæ oleariæ supponebatur, vnde oleum sequebatur. Ad præla autē & trapeta eleuanda requisita tradit Cato cap. iij. de Re rustica: vbi meminit rotæ, quæ, inquit, licet rarius, minore tamen labore quàm trapetum ducetur. Rota & prælo vtuntur nostri, quæ versatur iumento, sed prælum olim non releuabatur, vti hodie, cochlea, sed potius funibus, vt ostendit Iuriscōsul. d. §. illud. nam pendebat à superiori cōtignatione torcularij, vel alio edito loco, trochlea, vulgus carrelam vocat, per cuius orbiculos traiciebatur funis ductarius, tenens hinc prælum, inde verò fuculâ vel tympano obuolatus, vt cum circumageretur tympanum vel fucula, vectiariorum opera, prælum extolleretur.

Ea sunt tractoria instrumenta, de quibus plura Budeus ex Virtuuii lib. x. in d. §. illud. l. sed addes. ff. loc. videtur autem mihi dicta Sucula quasi parua sus, cui adsimilis sit, cum vestibus, quasi pedibus, ducitur. Cato porculum in media fucula faciendum præcipit, nempe feramentum, cui adligetur funis. Tympanum autem veruto à latere ducitur, non vestibus. & hanc oleæ premendæ rationem Vlpianum intellexisse perspicuum est, quæ confirmatur ex dictis Plinianis lib. xv. cap. vj. sic enim de ea loquitur: Postea inuentum vt lauaretur vtiq; feruenti aqua, protinus prælo subicerentur solidæ, (ita enim amurca exprimitur) mox trapetis fractæ premerentur. variæ vel antè fuere, vel post emertere premendæ leges & ritus, & non solum pro temporū, sed etiam pro locorum varietate dissimiles, vt Columella testatur lib. xij. ergo exploretur mos regionis. l. licet. C. loca. non ne etiam Iuriscōsul. hinc ait alibi premi oleam fiscis, alibi regulis: quod si fiscis prematur, eisdem colonum præstaturum: si regulis dominum non vtiq; aliâ ob causam, quàm quod fiscis, cum de sparto fiât, paucissimis diebus peruruntur, & putres fiunt: sed regulas diuissimè duraturas cōficiendū est, & ad plurimos factus (sic enim vocant) non inutiles futuras. Plinius. Quin & ex ea prima vnda præli laudatissima, deinde per diminutiones, siue (vt nuper inuentum est) tenuibus regulis pede inclusi. vbi (nisi fallor) pedem pro tota olea & cumulo, qui immittitur dixit. & lib. xviii. ca. xxxj. de vindemia loquens: Pressura vna culcos xx. implere debet, hic est iustus pes. pedē dixit pro

Ahenum.

Trochlea.

Sucula vnde dicta.

pro vindemiæ cumulo. Columella lib. xij. cap. 19. & cap. xliij. Tum vinaceorum pes bene prælo expressus proruitur. Quod vult Plinius primam vndam præli laudatissimam, verissimum est, quia quasi sponte effluit oleum virginicum vulgò dici audio, de quo Cælius Rhodiginus lib. antiquarum lectionum xv. cap. xxv.

Oleum virginicum.

Oleo legato quodnam veniat. declaratur l. cum certum. ff. de triti. vin. & ole. CAP. XII.



NACHARSIS Scythæ philosophus oleum insaniam pharmacum esse dicebat, quoniam eo peruncti athletæ inuicem magis insanirent: nam palæstræ in certaminibus oleo delibuti nudique committebant. Vergil. III. Æneid.

Exercent patrias oleo labente palæstras
Nudati socij.

Oleum insaniam pharmacum.

De colluctatione pancratioque habetur in l. qua actione. §. si in colluctatione, ad leg. Aquil. vbi Budeus. l. solet. ff. de alex. luf. Oleo legato venire putarem quod cibarium est, cæterum voluptatis & palæstræ deliciarum gratia adseruatum, non putarem. l. si cui lana. §. lanæ. ff. de lega. iij. nec valetudinis. l. non omne. ff. de pen. leg. Igitur amygdalinum, myrreum, laurinum, rosaceum, & similia legata non erunt. de quibus Dioscorides lib. j. quoniam ex olea non sunt: vt nullum vinum dicitur quod ex vinea non est. l. si quis vinum. ff. de triti. vin. & ole. vt vinum myrtites, rhodites, hyssopites. Hoc semper intelligit consuetudine regionis proposita, penes quam est facere oleum quodcumque oleum esse voluerit quasi ex olea, vt passim oleum carynum, quod fit è nuce iuglande, & cibarium est. l. semper. ff. de reg. iur. l. de quibus. ff. de legi. l. circa. C. locat. vbi verò olea vberrata est, aliter iudicandum esset: verum hoc videtur confutari posse duplici ratione. priore, quod etiam vbi oliuetum & ex eo olei copia est, debitor certi ponderis olei liberetur præstando alterius generis oleum, puta iuglandium: rursus quod non sit spectandus mos regionis, in quo relinquitur, ex Pauli responso. l. cum certum. ff. de triti. vin. Cum certum, inquit, pondus olei non adiecta qualitate legatur, non solet quæri cuius generis oleo vti solitus fuerit testator, aut cuius generis oleum istius regionis homines in vsu habeant: & ideo liberum est heredi, cuius velit generis oleum legatario soluere. Sed (vt quod res est sentiam) Paulus dicens cuiuscunque generis olei præstatione heredem liberari, cuiuscunque regionis intellexit, faciens varia olei genera ab agri vel loci nomine, ex quo producitur, vt supra diximus de vino Campano vel Surrentino, & crebrò ita boni auctores: nam Verrius apud Plinium ait, plura tritici genera, quæ, inquit, fecere gentes, vt Italicum, Bœotium, Syrium, Africum. l. si is qui. §. lue. ff. manda. qui secus in oleo ex olea, quod interdum ab agro Licinianum dicitur, & Venafrum quod optimum est. Sepe alijs nominibus nuncupatur, vt hoc ab agro Venafro, in quo si quis legaret merretas olei decem, liberabitur heres soluendo oleum alterius agri non equè bonum. Iuriscōsul. d. l. cum certum. hoc innuit, si expendatur leguminis series, vbi tota generis diuersitas in regione versatur, ex leuissimis enim causis solent Iurisperdentes generum diuersitatem inducere. l. possideri. §. genera. de acquiren. posses. Hinc pendet & soluitur quod posterius obiecimus, de varijs responsis, quibus contra Paulum dicitur seruandam regionis consuetudinem, item testantis, quia hoc approbatissimum est in nomine & rei appellatione, vt id videatur oleum quod vulgus vel testator pro oleo habuit, vt carynum ex iuglande, ita acetum pro vino. l. j. ff. de triti. vin. l. ex vsu. eodem. l. si seruus plurium. §. fina. ff. de lega. j. & in quantitate. l. cum oleo habuit id alimenta. ff. de ali. lega. In bonitate verò (sicut diximus) pro locorum varietate varia existit, minus bonum minusq; lene aliunde præstando heres liberatur. d. l. cum certum. ff. de triti. vin. non dissentunt Bart. & Iaf. Licet autem minus gratum sit & suaue quod soluitur, syncerum tamen sit expedit & mediocre. l. legato. ff. de leg. j.

Oleo legato quod oleum veniat.

Vinum myrtites.

Quod vulgus vel testator pro oleo habuit id oleum videri decet.

Nonne enodatur §. mutui. l. ij. ff. si cert. pet. CAP. XIII.

POSTquam de tritico, vino, oleo tractatum extitit, locus expoſtulare viſus eſt, vt de l. ij. §. mutui. ff. si certum pet. nonnihil diceremus, quoniam ibi agitur de ijs, quæ in pondere, numero, mensuraque consistunt, qualia maximè sunt (præter pecuniam & metalla) triticum, vinum & oleum. l. quod sæpe. §. in ijs. ff. de contrahen. empt. forsitan impunè nobis permittetur, post tot egregias doctorum interpretationes, aliquid nostrum emittere, quod verisimili declaratione d. §. mutui, illustret. sed

*Mutui datio
in quibus rebus
consistit.*

nos iam quid sibi velit Paulus, audiamus: Mutui datio consistit in ijs rebus, quæ in pondere, numero, mensurae consistunt: quoniam earum datione possumus in creditum ire (quia in genere suo functionem recipiunt per solutionem) magis quam per speciem. Nam in ceteris rebus ideo in creditum ire non possumus, quia aliud pro alio invito creditore solui non potest. Tota difficultas est in verbis illis, magis per solutionem quam per speciem: hinc illa angustia, hic ille vortex, à quo nulla doctorum navis satis tute enavigasse creditur. Sed ut Hannibal Alpes alioquin inuis diuidendo peruias fecit, similiter iura fugiendarum rixarum causa, communionem segregant, l. si conuenerit. ff. pro socio. ita nos ubi interstitio diuiserimus verba hæc, magis per solutionem quam per speciem, vnde illa seges discordia, perspicua erit Iurisconsulti sententia, non enim hoc, magis quam per speciem, refertur ad proximè dictum, per solutionem, sed ad illa verba, quoniam earum datione in creditum ire possumus, puta, magis quam per speciem ratio præcedit, quia in genere suo functionem recipiunt per solutionem. antè enim quam perfectè dixerit Iurisconsultus in rebus ponderis, numeri & mensuræ, mutuum consistere magis quam in specie, rationem posuit: quoniam, inquit, eæ res functionem recipiunt, non aliæ. sic plerunque alibi ratio dicto præponi solet. l. si mihi & Titio. §. fin. ff. de leg. ij. ibi, & post multas. idem Paulus Iurisconsultus in l. quædam. §. is autem. ff. de edend. l. penul. ff. si pars her. per. ibi, quoniam. l. lege Falcidia. ff. ad leg. Falci. fac igitur in d. §. mutui. sic scriptum fuisse: Mutui datio consistit in ijs rebus, quæ pondere, numero, mensurae consistunt, quoniam earum datione possumus in creditum ire, quia in genere suo functionem recipiunt per solutionem. hæc tenet dicti ratio, quare in illis rebus magis quam in specie versetur contractui mutui. Proinde claude per parenthesis illa verba (quoniam in genere suo functionem recipiunt per solutionem.) Sciendum itaque est leges semper diuisisse speciem, id est corpus certæ formæ, ab ijs, quæ in pondere, numero, mensurae versantur: ut euidenter monstrat idem Iurisconsultus. Paulus, huius differentiæ non segniter obseruator. l. si in rem. ff. de rei vend. Si in rem, inquit, aliquis agat, debet designare rem, & vtrum totam, an partem, & quotam petat. Appellatio enim rei, non genus, sed speciem significat. Octauenus ita definit, quod infectæ quidem materiæ pondus, signatæ verò numerum, factæ autem speciem dici oportet: sed & mensura dicenda erit, cum res mensura continebitur. ita l. planè. §. sed si pondus. ff. de lega. j. species ergo dicimus singulas res, genus verò de rebus communicabilis nature.

Itaque cum Iurisconsultus dixisset mutuum consistere in rebus ponderi, numero, mensurae accommodatis, adiunxit, magis nos posse in creditum ire, quam per speciem, quæ non communicat effectus, ut prædictæ res. In creditum autem, id est in mutuum. l. singularia. ff. eod. atque ita creditum ad mutuum restringitur, ut in creditum ire, seu accipere alibi passim. l. tutor. §. cum haberes. ff. ad Senat. consul. Velleia. l. si filius. ff. ad Mace. l. si remanendi. §. apud. ff. manda. eo autem magis fit mutuum earum rerum datione, quia functionem recipiunt in suo genere, id est quæ redduntur, datorum loco omnino sunt, & pro datis habentur. Et hoc est, quod dicitur functionem recipere. l. ij. ff. ad Maced. l. certum. ff. si certum petat. & pretia funguntur vice rerum. l. pretia. ff. ad leg. Falci. nam pretium, rei venditæ loco est. l. quia. ff. de usufr. sed in mutuo hoc plus requiritur, ut functione fiat in suo genere, frumenti pro frumento: vini pro vino. ne si vnum pro frumento recepturus credidero, negotium in contractum do ut des innominatum degeneret. deinde ut perfectius mutuum fiat, naturaliter ipsi inest, ut id quod ex genere soluitur, eque bonum reddatur. l. cum quid. ff. si certum petat. quare in d. §. mutui. particula, magis, eligit, non comparat, quamuis hoc Zafio absurdum videatur. ita in l. j. ff. commu. diuid. ubi glos. illud adducit: Magis volo esse diues quam pauper. Plautus in Persa:


Adolescens vis vendere istam? s. magis lubet quam perdere.

sic l. si extraneus. ff. de condic. caus. dat. l. ij. ff. de incend. l. quia magis. ff. fin. regund. l. quod si nolit. §. in causæ. ff. de edil. edict. Vult igitur Iurisconsultus per speciem nullo modo fieri mutuum. quare explodatur Zafij intellectus, qui putauit in specie quidem fieri mutuum, dummodo solutio vniformis sequatur, ut id quod datum est, numero ad numerum, mensura ad mensuram reddatur. sed iam euidenter negauit, l. ij. ff. si certum petat. speciem dari posse in mutui tractatu. tamen nemo disfiniteatur, numero numerum respondere debere, & ponderi pondus. §. i. quib. mod. re contr. sed ex toto genere rei datæ eligitur quod soluitur. Negauit etiam ibidem Paulus in d. §. mutui. speciem functionem in suo genere recipere. In suo genere autem dictum est, pro eo quod est, in rebus eiusdem nature, nominis & vsu. Cice lib. primo de Oratore, de Roscio loquens: Itaque hoc iam diu consecutus est, ut in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. id est, inter homi-

nes

nes eiusdem professionis. Plinius in proem. lib. vij. Denique, inquit, cetera animantia probe degunt: congregari videmus, & stare contra dissimilia. Leonum feritas inter se non dimicat: serpentum morsus non petit serpentes: nec maris quidem beluæ ac pisces, nisi in diuersa genera sanuiant, at hercule, homini plurima ex homine sunt mala. hic patet similia esse in suo genere ut ouis est cum oue, homo cum homine, l. carbonum. ff. de verbor. signific. l. 69. ff. de usufruct. sic etiam. vestis cum veste simili. l. suppellectilis. ff. de suppell. leg. sed in his rebus quæ in suo genere similes quidem sunt, mutuum non consistit, quia non inuicem functionem recipiunt in eodem genere: quia non versantur in pondere, numero & mensura, ut oleum, pecunia numerata, frumentum etiam. adde l. cum hi. §. si cui. ff. de transact.

*De aqua, de aquæ & ignis interdictione, de Nili aggeribus: qui sunt hydromantici
& quid hydraulæ. CAP. XIII.*



HALES sapiens vnus è septem apud Ausonium sic loquitur:

Milesius Thales sum, aquam qui principem

Rebus creandis dixi, ut vates Pindarus.

Scimus nos Deum elementa creasse ex nihilo, ut habetur Genes. primo cap. tamen ibidem dicitur, quod spiritus domini ferebatur super aquas post creatum cælum & terram. hoc est, incubabat aquis creandis secundum D. Basilium in Hexamero. qui ait eam esse Syriam phrasim, quæ innuit aquam esse insigne elementum, in quo creando Deus ipse cogitauerit. Seneca lib. ij. Naturalium questionum, humorem esse rerum primordium, ignem verò exitum scribit, ignis vero aquæ cedit, ut potiori. Ex his elementis duobus contrarijs fit quædam harmonia, quæ omnia complectitur. vnde antiqui legumlatores putant esse supplicium maximum malis hominibus, si eis igni & aqua interdiceretur, quasi præcipuis elementis. id est, ne ipsis à quoquam ignis daretur, neque aqua communicaretur, cuius aliàs vsus communis est. l. quædam. de rerum diuis. ff. hæc pœna morte durior visa est, si quis inter homines hominum careat suffragio. l. hi qui sanctam. C. de apostat. hinc D. Brutus in quadam epistola ad Ciceronem: Post, inquit, futurum puto, ut hostes iudicemur, ut aqua & igni nobis interdiciatur. hæc erat media capitis diminutio, qua quis ciuitatem, non libertatem amittebat. sed loco eius vsuatio fuit deportatio. §. deportatio. de nupt. col. iij. l. pen. §. fin. ff. de var. & ext. cog. vbi videtur probari etiam libertatem amitti, nisi intelligas libertatem redeundi in ciuitatem & recuperandæ æstimationis, de qua ibi agitur, non libertatem naturalem seruituti contrariam. vide ibi Accurs. & quo ad hoc, deportatio & aquæ & ignis interdictione eundem effectum habent, sed, at ait Theophilus in §. media. Instituti. de capi. diminut. διαφορὴ ἐστὶ ὅτι ὁ μὲν δεπορτοῦτος, τὸ πῶς ἀπέμειλεται, τὸ τετὶ τῆς νήσου, ὁ δὲ cui aqua & igni interdictione est, παντὸς ἐργασίας. his verbis significat deportatum certo loco concludi, puta in quadam insula. cum autem, cui aqua & igni interdicitur, ab omni loco arceri. & quidem exilium triplex est differentia in l. exilium. ff. de interd. & relegat. & postremum exilij genus. id est, relegatio, ciuitatis ius non adimensimpropiè est exilium. deportatio verò propriè, nihil prorsus discrepans ab antiquiore aquæ & ignis interdictione. l. 2. de public. iudic. l. i. §. ijs quibus. ff. de leg. 3. igitur deportatus libertate retenta ciuitatem & bona amittebat, ita ut nullum hæredem præter fiscum habere posset, nec in bonis post pœnam quæsitus. l. 2. C. de bon. proscript. licet quandiu viuit. tenui negotiatione aliquid mobile possidere possit. l. si deportati. ff. de leg. 3. quod ideo concessum puto deportatis, ut melior fiat ipsorum labore & qualiqua industria: fisci hæredis futuri condicio. atqui damnati in metallum, cum prorsus serui sint, non fisci sed supplicij, nihil acquirunt. l. in metallum. ff. de iure fist. Quemadmodum maximè ab hominum consortio diiungebat aquæ & ignis interdictione, ita aquæ & ignis adhibitio maximam matrimonij coniunctionem præferrebat. nam cum mulier in mariti manum conueniebat, aquam & ignem iubebatur attingere. l. pen. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. ideo quod aqua lustrat, & ignis purgat: ut esset indicium castitatis in matrimonio requisitæ, ut dicit Plutarchus in Problematis: & Ouidius hoc lepidissimè versibus cecinit lib. i i i. Fastorum:

An quia cum starum contraria semina rerum

Sunt duo discordes ignis & vnda dei,

Iunxerunt elementa patres, aptumq; putarunt

Ignibus & spera tingere corpus aquas?

An quod in his vitæ causa est, hac perdidit exul,

His noua sit conuincere, hæc duo magna putant?

Quanti præterea aquam iura fecerint ostendit Imperator in rub. C. de seruitutibus & aqua vbi nominatim de seruitute aqueductus se dicturum pollicetur, non quod aqueductum seruitutem esse neget. l. j. ff. de seruitu. rustic. sed quia in specie dicere voluit de re eximia. argu. l. item apud. §. ait Prætor. ff. de iniuri. siquidem sine aqueductu terra plerunque esset sterilis, & arbores areferent. l. is cuius. ff. si seruitus vendicet. & sine aqua homines siti necarentur. l. si. ff. de riuis. ideo festis diebus aqua duci impunè possit cum ad alimèta pertineat, quæ non respiciunt ferias. l. ij. ff. de feri. & Reip. interest riuos, purgari spreta etiam noui operis nunciacione. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de oper. noui nunciat. Adde quòd propter aquarum securitatem Prætor plurima edicta atque interdictiona proposuit, vt ostenderet fontes, flumina, riuos sibi curæ esse, vt tit. ff. de fluminibus. hinc tituli, de fonte. de riuis. ne quid in flumi. public. & similes. quiduis egit Prætor, vt aquas ab hominum insolentia tutas redderet, omne tempus liberum ad earum purgationem permittens, vt supra dixi, & Virgilius testatur lib. j. Georgic. Festis diebus, inquit, riuos deducere, nulla Religio vetuit. de qua re dicà multa amplius, vbi se locus opportunior offeret. Nunc venio ad l. vnic. C. de Nili aggerib. non rump. vbi si quis per Ægyptum intra xij. cubitum fluminis Nili valla fluentis de proprijs vsibus præter fas, præterq; morem, vsurpauerit, flammis eo loco consumatur, in quo vetustatis reuerentiam, & propemodum ipsius imperij securitatem appetierit. hoc ibi Imperator. at Vlpian. in l. sacularij. §. in Ægypto. ff. de extraordin. crimin. non tam grauem pœnam constituit ijs, qui chomata (id est aggeres, inquit, qui aquam Niloticam continere solent) dissoluerunt: sed extra ordinem puniri dicit pro delicti mensura, & plerunque in metallum damnari. Accurs. ibi, vt contrarium tollat, notat duplices esse Nili aggeres, & de alijs agi in d. l. vnic. C. de Nili agg. de alijs verò in d. l. secularij. §. in Ægypto. quod quidem verum est. Proinde, vt hæc planius explicentur, scire oportet Nilum esse vnum è quatuor fluminibus, quæ oriuntur è paradiso voluptatis. Genes. ij. cap. de illo loquitur can. ecclesia. de consec. distinct. iij. & appellatur Geon. inde factum est, vt caput & origo Nili lateat philosophos. Is rigat & alluit Ægyptum. d. can. ecclesia. Lucretius:

*Nilus in æstate accrescit, campisq; redundat,
Vnicus in terris, Ægypti totius annis.*

Hinc patet Ægypti colonum Nilum arefcentibus alijs fluminibus exundare, & totam Ægyptum complecti, & operire: mox paulatim ad naturalem alueum & ripam solitã redire. l. i. §. ripa. ff. de fluminib. Refert Diodorus Siculus lib. j. reges Ægyptiacos per epistolas mandasse, vt deprehenderetur quot cubitorum incrementum Nili esset: & varium fuisse successu temporum. si ad xiiij. cubitos creuerit, satis hubertatis futurum est. in xvj. cubitis hilaritatis multum, vt ait Plinius. in xij. fames sentitur. huius incrementi causa, duplices fiunt aggeres ab Ægyptijs. alij altissimi sunt, qui arcent aquæ impetum, ne vrbes & villas obruat. quæ, vt idem Diodorus ait, tanquam Cyclades insulæ apparent in medio fluctuum. & de his aggeribus loquitur d. l. j. C. de Nili agger. dum dicit eis diuini imperij securitatem minui: & qui eos rumpunt, igni cremantur. Alij aggeres sunt minores, qui passim per agros fiunt à priuatis, vt limus, quem flumen crescens aduehit, retineatur, & restagnando glebam fertiliorem faciat. de his agitur in d. l. sacularij. §. in Ægypto. ff. de extraord. crim. & pro his ruptis ad summum pœna metalli sequitur. quia minoris quoque emolumentum sunt. appellantur autem *χόματα*, id est, aggeres siue terræ cumuli. & vt ibi ait Vlpianus, Diacopi, id est, intercisi meatus, qui fiunt in aggeribus, vt Nili incrementa dispensentur, & immittantur in agros. De Nili aqua multa Rufinus lib. 2. historiae ecclesiasticæ cap. 30. vbi ait Nili ascendens mensuram ad templum Serapis quotannis ferri solitam, tanquam autorem fertilitatis. cuius fluminis aquam adhuc Ægyptij hauriunt insuauem donec efferbuit more musti: ideoque incolæ cisternis adseruant, quæ non habent aquam viuam. l. j. §. hoc interd. ff. de font. & ideo ibi aqua venalis est. l. Mela. §. fin. ff. de alim. & legatis alimentis, aqua deberetur. l. i. ff. eodem & aquæ furtum fieret. l. vulgaris. §. sed & si. ff. de furt. Aquæ naturaliter calidæ, qua irrigantur agri in Hierapoli vrbe Phrygiæ, sit mentio in l. i. §. idem Labeo. ff. de aqua quotid. Vitruuius libro de Architectura viij. c. iij. In Hierapoli Phrygiæ efferuet aquæ calidæ multitudo, quæ circum hortos & vineas fossis ductis immittitur. Hydromantici sunt, qui aquarum inspectione diuinant. & Hydromantia, est diuinitio per aquam, vmbri euocatis, & demonum præstigijs. cap. nec mirum. xxvj. quest. v. fuit etiam (vt ait Iamblicus) in Colophone subterraneus locus, in quo fons erat, cuius aquam vbi post sacrificia gustasset statutis diebus sacerdos, vaticinabatur

Hydromantici.

batur nulli visibilis: quod genus oraculi Colophonum inde dictum est. erat & secundum Porphyrium, Branchidicum vbi haurientes vaporem aquæ prophetabant. Hydraulæ non habent immunitatem. l. hydraulæ. de excusa. muner. x. C. id est, quæ aquam deferunt in palatium principis, vel custodiunt aqueductum aulae Imperialis, si Accurs. credimus. Verius est hydraulam (qui & hydraulæ etiam dicitur) fuisse præfectum machinæ hydraulicæ, vbi organa aquæ adiumento sonum dulcem reddebant. sicut hodie, quædam vento & folliibus impelluntur vt pneumaticæ in templis vsitata. vtrorunque organorum inuentor fuit Ctesibius teste Plinio lib. 7. cap. 37. Hydraulicas describit Vitruuius lib. x. quarum ratiocinatio perdifficilis est, nisi experto, & qui in rem præsentem venerit, vt ipse ait, Hydraulices sunt aquarij fulci & scaturigines. l. j. §. item Sabinus. ff. de aqua pluuia ar-cenda.

De interdicto de glande legenda. & cur veteres legislatores glandis nomine, omnes fructus venire voluerint.

C. A. P. X V.



IT Prætor, Glandem quæ ex illius agro in tuum cadit, quò minus illi tertio quoque die legere, auferre liceat, vim fieri veto. Hoc interdictum quòd scribitur l. j. ff. de gland. leg. Prætor mutuatus videtur à legex xi. tab. quæ cauebat, vt glandem in alienum fundum pro-cidentem colligere liceret: vt refert Plinius lib. xvi. cap. v. Quod autem dixit prætor, tertio quoque die: varias recipit interpretationes. Bart. gloss. secutus duobus modis legit: non plures ostendemus. Primo itaque in loco Accurs. in verbo, quoque, exponit voluisse prætorem, vt non solum liceat glandem primo die colligere & secundo, sed etiam tertio: ergo, quoque coniunctio est, & non nomen. Item dicendum quòd is, in cuius fundum glans cecidit, volebat vt præscriptione bidui, sed prætorem triduum statuisse: argumento forte trinocij quo in xij. tab. mulierem abesse à viro oportebat, vsurpandi causa. A. Gellius libro iij. c. ij. ita retulit. nam gloss. in verbo, veto, innuit non licere exacto triduo legere, vel quòd citius colligi solcat, vel quòd eo tempore quamuis modico in terram conuertatur. Sed hoc non videtur verisimile eo magis, quòd gemino ornatu detrahitur, si dixerimus, quoque coniunctionem esse potius quàm nomen. dicimus enim tertio quoque die, vt primo quoque. l. insulam. in fin. ff. qui po. in pigno. & leg. j. §. item quæsitum. ff. de aqua quotid. ibi, tertio quoque die, id est, quolibet tertio die. & §. illud. d. l. j. de aqua quotid. quinto quoque die. Cicero ex Æschylo in lib. 2. Tusculan. vbi Prometheus queritur de aquila:

*Iam tertio me quoque funesto die,
Tristi aduolatu aduncis lacerans unguibus
Iouis satelles pastu dilaniat fero.*

Præterea si intra trium dierum spatium legendi, auferendi, duntaxat potestas esset, id quæ connumerandum à tempore quo primùm glans cecidisset, quodnam tempus esset, quo cecidisset videretur, cum non simul cadat? aut quis tam perspicax discernere, quo quæque die cecidisset, varia momenta disquirens? arg. l. peregrè. §. quæsitum. ff. de acqui. pos. l. nam aliter. ff. de triti. vin. & oleo. Bart. aliter gloss. interpretatur, & vult eam intellexisse, hoc triduum non esse præstitutum ad glandem legendam, sed magis ius agendi ex eo, & totum interdictum per iudicem triduo debere expediri: ne si lis in iudicio diutius versaretur, glans antè putris fiat, quàm de lite decisum sit. sed non planè responderetur l. in honorarijs. ff. d. actioni. vbi prætorum remedia annalia sunt, imò perpetua, cum agatur ad rei persecucionem. maximè cum triduo factum, pene videatur incontinenti subsecutum. l. si. C. de error. aduoca. Itè concedendum esset hic, quoque, esse coniunctionem, quod supra reprobauimus: quod si ita esset, præstitisset prætorem maturius & de plano interdixisse. Duobus modis adhuc legitur hoc interdictum ex verbis Accurs. sic in si. dicentis: Vel aliter secundum Azo. necessitas imponitur ei, in cuius terram cecidit, vt singulis tribus diebus semel liceat auferre, & sic habeas quoquo, id est singula tertia die. Accur. hic deceptus est, qui putauit singulis tribus diebus, & singula tertia die, idem esse, cum illud sit totum triduum, hoc de tribus diebusultima. Est igitur verisimile Azo. existimasse, prætorem non præstituisse diem in quo glans legatur, sed de tribus præbuisse electionem, quo glandem legere velimus. Sed hic tertius declarandi modus est egregie falsus: qui enim dicit, tertio quoque die, vltimum significat. d. l. j. §. illud. ff. de aqua quotid. dicens enim tertium quæque diem, & quatuor

quenque annum, postremum demonstro, cum loquor de tempore. Bene ergo dixit glo. licet fortuito, terro quoque die, id est, singula tertia die: nescio tamen cur porius, quoquo, quam quoque, legi tutius putavit: nisi quod (vt dixi) semper credidit, quoque, coniunctione esse. ergo hoc interdicto experiemur, vt impostero de tribus diebus ultimo liceat adire fundum confinem, & glande legere. Ideo autem (nisi fallor) is dies suffecisse visus est, quoniam raro cadit, cum precedenti titu. ff. de arbor. cad. arbor nimis inclinata in confine coereatur: & hac lectio magis eo placet, quod textui violenta non est, & cui Bart. assentitur, qui addit putare se, qualibet die impunè adiri fundum, in quem glans decidit, si ea esset quæ facilius corrumpere: quod præter Doctoris auctoritatem æquitas dicitur. Glandis autem nomen tantum ex quercu, ilice, phagouè intelligimus, sed ex omnibus arboribus fructum. l. j. ff. de gland. leg. l. qui venenū. §. si. ff. de verbo. signi. exemplo Græci sermonis, inquit ibi Iabolenus, apud quos omnes arborū fructus ἀπόδρα appellatur: nēpe à nomine δρῦς, quod quercum significat. Planè ideo glans inter omnes fructus tam diffusè usurpata à maioribus est, quod ante Cereris immortalis beneficium cibus communis fuit. Aufonius:

Glandis
ne fructus
omnibus
ribus in
mus.

Olim communis pecori cibus atque homini glans,
Antè quidem campis quam spicæ suppeteret frux.

Tibullus:

O valeant fruges, ne sint modo rure puellæ.
Glans alat, & prisco more bibantur aqua.
Glans aluit veteres.

Seruius ait dictam fuisse phagum ἀπόδρα, id est, à comedendo. inde ciuica corona, quam ciuis ciui à quo in prælio seruatus esset, dabat è querna fronde constitit: quia, vt A. Gellius tradit, cibus victusque antiquissimus quercus capi solitus sit. nam triumphalis ex lauro fiebat honori vincenium. Imperatorum deinde ad aurum ventum est l. vnica. de auro coronatio. x. C. & quoniam virtus quælibet laudis meretur præmium. l. diuus. 2. ff. de custod. reor. placere cepit iuncta laudi vtilitas. l. iubemus. C. ad legem Iul. repetund.

Declarat a l. qui fundum. ff. de verb. signi. quod à pomi nomine veniant nuces. de vna duracina nonnihil. C. A. P. XVI.



R V C T V S arborum aut poma dicimus, vt mala, & pyra: aut nuces, vt glandem, iuglandem, castaneas: aut baccas, vt oliuas: aut acinos in vna & hedera. Sed Iurisconsult. in l. qui fundum. ff. de verb. signi. dicit eum qui fundum vendidit, & pomum recepit, nuces, ficus, & vnas duracinas, & purpureas, & quæ eiusdem generis essent, quas non vini causa haberemus, & Græci τρωγίμους appellat, id est, comestibiles, recepta videri. vbi Accursius memorat pomum Adami, quod generis humano cladem, vt aliud Troiani, atrulit, potius vna fuisse quibusdam videri: alijs ficum quia Genesis cap. 3. nudus & pu-

ens sibi præcinxerit ficulna folia vt dum Caro in sena u Carthagine allatam ficum, receter, t videbatur lectam ostendit patribus, apud Plinium ait: obsecro vos, quando hoc pomum emptum putatis ex arbore? tam propè à muris habemus hostem. Sed & in d. l. qui fundum. pomi vocabulo nuces comprehenduntur. vnde cum dicatur in l. frugem. ff. de arbor. significat. poma non esse fruges, etiam de auellana, castanea, & reliquis nucis dictum putemus. non satis tamen propriè, vt videre videor ex Cornelio Celso, qui lib. ij. ex fructibus surcularum valentiores vnas, ficus, nuces, palmulas, quam quæ propria nominantur. nisi fortè ipse, propriè, dixit pro vltatè: præsertim cum recepti autres sæpe pomum de nuce dixerint, vnde Pomona dea, quæ omni malorum nucumque generi præerat, vt scribit Ouidius x. i. i. i. Metamorpho. Palladius in Epigrammate de nuce:

Arbutas frondes vasta nucis occupat umbra,
Pomag, sub duplici cortice rura refert.
Idem alibi castaneam pomum vocat:
Procenas phagos, & poma hirsuta virentis
Castanea. At Virgilius:
Castaneasq; nuces.

Ouidius in Elegia de nuce:
Nil ego peccavi, nisi si peccare fatemur

Pomona dea.

Annus

Annua cultori poma referre suo. Et mox:
Poma cadunt mensis non interdicta secundis,
Et condit lectas parca colona nuces.

Martialis in Xenijs nuces pineas poma Cybeles vocavit & Iurisconsultus oliuam, & ceteras pomiferas arbores non posse cædi à fisci fundo, nisi substitutis alijs, respondit. l. in fraude. §. pe. ff. de iure fisci. vtique pro omnibus frugiferis accipiens pomiferas. extat ad hanc rem festium responsum eloquentis Iurisconsult. Auli Castellij, de quo l. ij. §. fuit eodem. ff. de orig. iur. cum Vatinius quidem lapidendus esset à populo, obrinisset que tandem ab Aedilibus, ne quis, nisi pomum in arenam misisset veller: ijs fortè diebus consultus Castellius, an nux pinea pomum esset: respondit, si in Vatinium missurus es pomum est. Ita Macro. qui etiam scribit lib. iij. Saturna. c. xix. quosdam de agricultura scriptores nuces & mala sic diuidere, vt nuces dicant omne pomum quod foris duro tegitur, & intus habet quod esui est, malum verò quod foris habet, quod esui est. Vides igitur pomum vt genus ibi positum: quod autem de malo meminit reprehenditur à Sipontino propter punicum. Acini quidam pomo insunt, vt in malo punico, & de illis non est dubium: quidam non, vt in vna, quæ si non ad potum, sed ad esum seruatur, excepto pomo, excepta intelligitur. nam id quod ad alios vsus transfertur, à sua significatione cadit, vt lana medicina destinata non vesti. l. si cui. §. lanæ. ff. de legat. 3. sic duracina vna. d. l. qui fundum. de verbo. signific. quam ideo cyathis & Lyæo Martialis inutilem dixit. Plinius lib. xiiij. c. j. conijcit inde potuisse inuenisse nomen duracinae, quod durus acinus ei sit. nihil tamen affirmat, & rectè, cum & persicum duracinum ipse ponat. & Apitius: Duracina persica, vt diu durent eligito optima. De persico tamen acinus dici non potest: sed vt medullium dicimus vbi nihil additur propter adiectionem, tullium, vt ait Cicero ad Trebatium: ita duracinas vnas, id est, duras vel durantes, quod in vite diu seruentur, vel pensiles, quia eas apriffimas quas suspendamus Varro ait. Appositissimè verò Iurisconsult. cum in principio de venditore in singulari dixerit, qui fundum vendidit, in si. in plurali quas non vini causa haberemus dixit quasi non sit inspicienda venditoris solius voluntas, sed magis omnium eius regionis. l. licet. & l. circa. C. locat. alioquin diceret venditor, se oliuas cediturū, & vnas esui omnes seruaturum, vt pomi nomine recipere: quod est vitandum. l. cum manu fata. l. in lege. ff. de contrahen. empt.

Nuces.
Malum.

Acini.

De palma fructu, qui more maiorum in feudi recognitionem offerebatur & an vassallus dominum contra omnes & semetipsum defendere teneatur. & nonnihil de feudo caueat. C. A. P. XVII.



V I D V L C I A legata sunt, Proculus ait, vnas, ficus, palmas, caricas, legata cenferi. l. qui vinum. §. fin. ff. de triti. vin. Palmam arborem esse, cuius, secundum Plinium, vnde quinquaginta genera inueniantur, nemo ignorat: eiusque naturæ esse, vt ponderi non cedat, sed renitatur: quare cum eo sit ingenio, signum est victoria: vnde palmarium pro victoria. l. j. §. si cui cantum. ff. de varijs & extraor. cogni. ibi glo. Ceterum cum Iurisconsult. palmas legatas videri dixit, de fructu intelligit, quæ palma etiam dicitur Dioscoridi, Paulo Aeginetæ, & Solino. Sunt etiam caricæ, siue cariotæ palmarum fructus prædulces, de quibus eo magis referre libuit, quod in clientum officio, & feudorum consuetudine, non paruum vsus antiquitus præstitere: nam fructum palmæ cliens patrono offerebat, in recognitionem annuam, quam faciebat ipso anni limine, id est Calendis Ianuarijs, quibus & magistratus inire moris erat. l. Publius. ff. de conditioni. & demonstrationi. Martialis in Xenijs:

Palma natura.

Palmarium.

Cariotæ.

Caricæ.

Aurea porrigitur Iani cariotæ Calendis,
Sed tamen hoc munus pauperis esse solet.

Et idem lib. 8. ad Paulum de phiala Ruffi loquens quam tam tenuem esse dicit, quam erat Bractea, qua cliens cariotam inaurabat:

Hoc limitur sputo Iani cariotæ Calendis,
Quam fert cum paruo sordidus asse cliens.

Clientem autem dici vassallum exploratum est. c. j. de contenti. ter. domi. & fidel. & c. j. de alie. feud. qui tenetur præstare domino sex ista, incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile. c. j. de for. fidel. meritò cariocam siue caricam, vt pote rem dulcissimam do-

Clientis.

mino offerebat, & (vt videtis ex Martiale) affem non in satisfactionem, sed vt domino, qui tum honestius patronus nominabatur. se deditum ostenderet. mel quoque oblatum, Ouidius Ianum interrogans primo Pastorum, canit:

*Quid vult palma sibi, rugosaq; carica dixi,
Et data sub niteo candida mella cado?*

Omen, ait causa est, vt res sapor ille sequatur.

Et peragat captum dulcis vt annus iter.

Dulcia cur dentur video, stirpis adijce causam,

Pars mihi de festo ne labet vlla tuo?

Risit, & o quam te fallunt tua secula, dixit,

Qui stipe mel sumpta dulcius esse putas.

Patronis etiã reciproce persona clientis seu vasalli conferuanda fuit, magnaque pro necessitudine habenda. vt patet ex penus definitione, in quam veniunt quæ sibi Paterfam. & familiæ parauit & clientibus. l. qui penum. §. sed quod diximus ff. de pen. lega. l. iij. ff. de vsu. & habi. Massurius Sabinus lib. Iuris Ciuilis iij. Clientem cognatis affinibusque in officio præfert, sed in omni clientele & feudorum tractatu quæ præstanda sint, consuetudo docebit, quæ lex non scribit. c. vnic. versic. quomodo. in quibus caus. feud. amit. permirum genus necessitudinis fuit hoc, quo cliens dominum iuuare tenetur contra omnes præter antiquiorem dominum cap. 1. §. si. hic finitur lex in vsu. feud. quod si non apparet antiquior, eligere posset vtri opiletur. l. 3. §. si cum omnes. ff. ad syllanian. nisi accipiamus antiquiorem, pro nobiliore hoc in loco, vbi de re honorifica tractatur, vt in l. 19. §. filius. ff. de captiuis. nam dignitas superioris excusat. l. contra. in fi. ff. de re iudic. M. Cato patrem pluris faciendum clienti quam patronum seu dominum existimauit, vt notat A. Gellius lib. 5. cap. 13. sed forte id in eo qui feudum redditibus feudum non accepit à patrono, sed tantum officium mutuum & defensionem prisco ritu. Obertus haud dubiè dominum patri, filio, & fratri præfert in d. §. si. vbi Accursius disputat an & contra semetipsum cliens domino subuenire teneatur; & vtrique qui aduersus exterum cogitur defendere, multo magis à se ipso indemnem præstare obstringitur. l. frater. vers. porro. ff. de condic. indeb. item si defendit contra patrem, quem pro suo arbitrio cohibere nequit, ergo & contra se, cum possit abstinere à lacessendo domino. Quinimo iam cum ipse lacessit dominum, feudo priuandus venit, commissã (vt aiunt) Felonia. §. item qui. quæ fuit prima caus. benefi. amit. quod si lacessitus sit à domino iniuste, eadem ratione dominus proprietate feudi priuatur. cap. vnic. qualiter dominus propriet. feudi priue. non admodum abhorrent feudi iura ab alimentario instituto maxime cum iam ostenderit feudum cauena versari in pensionibus annuis frumenti ab horreo principis accipiendi. §. fin. de feudi cogniti. idque probari si vassallus vis acceperit pensionem ex cauena cap. 1. §. si vero. quid sit inuestitur. patientia videlicet domini superioris.

Fructus industriales, & naturales quinam sint. declarata exactius l. fructus.

ff. de vsu.

CAP. XVIII.



R VCTVVM quidam naturales, & quidam industriales ab Accurs. passim appellantur: naturales ij sunt, qui sponte nature producantur, nec eis hominis industria dat initium, vt poma, & ligna de sylua cædua. l. fructus. ff. de vsu. Industriales verò dicantur, quos tunc circa hominis operam industriamud, natura non proferret, vt segetes, & fruges comnes. d. l. fructus. ff. de vsu. Bart. in l. lex diuerso. ff. de rei vendicat. addubitat de oliua, oleo, & vua, & tandè affirmat, magis esse, vt industrialibus fructibus aggregentur propter industriam diligentiam, quam requirunt: quanquam, inquit, de his certa doctrina dari non possit: quia secundum varietatem locorum, industriam variam fructus requirunt. Oleum tamen & vinum ipse dicit videri sibi fructus industriales. Itè consil. c. x. v. & in l. fin. ff. ad leg. Falcid. Ego verò subsisto, cum nequeat verisimilis ratio assignari, cur oliua vel vua magis quam pomum industriam requirant. exempli enim tantum gratia, in d. l. fructus. Iurisconsult. posuit signa syluæ cæduæ, quod certum est non restringere regulam. l. regula. §. & licet. ff. de iur. & fact. igno. demonstrare enim tantum voluit. quæcunq; proueniunt prouentu annuo, vbi semel insita fuerint, puta quæ collectis fructibus non penitus exarescunt, fructus naturales afferre: quæ verò initionem & frequentem stirpis reparationem requirant,

requirant, industriales. d. l. fructus. ff. de vsu. ibi, serendo. quamuis enim vitem & oleam sequatur industria, cum vinea foditur, pampinatur, repastinatur, olea excutitur, stercoreatur quid tum? nonne idem in pomo dici potest, dum putantur arbores, sepiuntur, stercentur et, vitilius? sed hæc & his similia in olea, vite, pomiferisque arboribus adiumenta sunt, & causã maiorum fructuum, non causã fructuum: nam & quodcunque arbutum pastinari desiderata idque in impensam vilem cadit. l. impensa. ff. de verb. signific. Igitur cum nature additur opera, natura tanquam præcipua spectanda est. arg. l. qui habent. ff. de tutel. neque minus dubium esse credo, an oliua & vua plus debeant industriæ, quam an fundi fructus plus debeant aratro & stercore, quam ipsi solo, vt in l. cum vsu fructum. §. si ff. quib. mod. vsusfru. amat. In summam rectè Neratius scripsit, aliud esse facere nouum, aliud tueri, & colere quod accepimus. l. vsufructuarius nouum. ff. de vsufr. Item aliud est meliorem facere & reficere, aliud instituere & facere. l. iij. §. reficere. ff. de itin. act. que priua. qui serit frumentum, industriæ est quod imputer: qui semel plantarem vitem & vineam accipit, colendo huberiorem quidem facit, sed hoc tantum addere est, ideo præualeat nature fundamentum. Argu. Minutius. ff. de rei vendicat. maxime cum in eã potius inclinandum sit sine qua, teste Quintiliano ars plerunque ieiuna est: ergo vinum & oleum ei debentur, cui fructus naturales, aut eorum æstimatio. Aestimationem autem dico, quia verisimum est facientem vinum ex aliena vua, vel oleum ex oliua aliena, cū res ad rudem materiam reduci non possit, potius esse dominum, quam eum cuius fuit materia. §. cum ex aliena. Inst. de rer. diu. tamen æstimationem luit. l. si mulier ex pecunia. cum sequent. ff. de don. inter vir. l. in rem. §. item quacunq; ff. de rei vendic. Quod si inspiceremus artificium conficiendi vini vel olei, vel excutiendi frumenti, magis quam vnam, oliuam, segetem, certè frumentum, quod constat esse industriale. d. l. fructus. ff. de vsu. minori ratione censetur industriale: quia qui facit vinum vel oleum. prorsus nouum facit: qui verò segetem quatit, frumentum excutit, nihil omnino noui fecisse videtur, sed magis derexisse quod inerat. nempe granum. l. adco. §. cum quis ex aliena. in fi. ff. de acquir. rer. domi. Præterea nullus fructus esset adeò naturalis, quin solertia industriales efficeretur. nam de pomo vinum, de nuce oleum, de sylua cædua cista & corbes fieri possent. in l. si quis vinum. ff. de triti. vino. vinum cydonium fit de malo cydonio, haud leui negotio: fit & de malo punico, & aliis malorum generibus, mense Octobri, secundum Palladium. Quare inuenta esset materia, vt quibus fructus naturalis dolo industrialis efficeretur. Sed quia vix vsquam quicquam dicitur, quod rationis careat effigie, eò Bart. oliuam vnamque industriales fructus suspicatus est, quod videret vnam & oleam bonæ fidei possessori nominatim relinquere fructus. l. si eius. ff. de rei vend. Atque, l. fructus. de vsu. ff. industriales sanè dar, naturales adimit. Si pomum, inquit decerpserit, vel ex sylua ceciderit, nõ sunt eius sicut nec cuiuslibet bonæ fidei possessoris, quia non ex facto eius is fructus nascitur. sed in contrarium dicitur in l. bonæ fidei. ff. de acquir. re. do. vbi omnes omnino fructus bonæ fidei emptori cedunt etiam qui opera eius nõn venterunt, quid in §. si quis à non domino. de rer. diuif. Inst. vbi de naturalibus videtur dixisse. cum velit bonæ fidei possessorem fructus naturali ratione suos facere, pro cultura & cura: & sic non iure seminis. Vis ingenue fatear quod res est. non obstat. d. l. fructus. cum dicit non fieri fructus naturales mariti cui ab vxore donatum extitit, sicuti nec cuiuslibet bonæ fidei possessoris: quia totum hoc, nec cuiuslibet, non significat id quod, nullius, sed potius alicuius bonæ fidei possessoris, alicuius non: vt cum dicimus, non omnis obligatio accipientè obligat, ergo quædam est quæ obligat. l. non omnis. ff. si certum pera. &, non quæuis exhereditatio filium submouet, ergo quædam nempe rite facta. l. non putauit. §. non quæuis. de bon. poss. contra tab. ita non quilibet bonæ fidei possessor facit fructus naturales suos, igitur quidam est qui facit suos. l. 25. §. procuratoris. ff. de ædil. edic. l. marito. ff. de adulter. vbi eadem phrasia est explanata, & constat vere bona fide possidentem quoslibet redditus lucrifacere, & nec naturale quidem ex omnibus comptis licet à fure. §. si. d. l. bonæ fidei. ff. de acquir. rer. domi. cui nisi cauiliando responderi non potest, vt ait Iason in l. Nescennius. §. fundum. ff. de re iudica. imò & Bart. in l. ex diuerso. ff. de rei vendicat. cum Iacob. Aretino & Oldrado tenet bonæ fidei possessorem habentem iustissimum titulum, facere fructus suos, etiam naturales: quod cum sit in l. si eius. ff. de rei vendicat. vbi vua & oliuæ collectæ sunt bonæ fidei poss. nihil prohibet eas naturales fructus videri. Fructus autem lecti & percepti creduntur simul ac à solo separati sunt: spicam scenumvè vbi secimus, vnam legimus, quamuis nondum coacta vindemia: Item excussa olea, licet nondum facta oleo. l. qui scit. §. penult. ff. de vsu. & d. l. si eius. ff. de rei vendic. l. si vsufructuarius messem. ff. quib. mod. vsusfru. amit. Iulianus, inquit, ait fructuarius fructus tunc fieri, cum eos perceperit, bonæ fidei autem possessoris mox quam à solo separati sunt, de

segete, vna, oleo, fœno indistinctè propofuerat: at nemo negabit fœnum esse fructum naturalem, ex prati etymo, quod ad fructum percipiendum paratum est. falce enim tantum opus est. l. pratum. ff. de verb. signific. Quocirca fructus tam industriales quàm naturales sunt bonæ fidei possessoris iustissimo titulo possidentis, quod non est in d. l. fructus. ff. de vsur. vbi titulus erat iniquior. Sylua cædua quæ sit, habetur in l. sylua. ff. de verbo, signific. quæ cæsa repullulat ex stirpe vel radice, vt Seruius ait. dicitur cædua ad glandariæ discrimen. Cato in prædio bene constituto primo loco ponit vineam, secundo hortum irriguum, tertio salictum, quarto olerum, quinto pratum, sexto campum frumentarium, septimo sylvam cæduam, octauo arbutum, nono glandariam sylvam: interdum tamen glandaria cædua est. l. cum manu sata. ff. de cõtrahen. empr. Sed in his omnibus mos seruandus est, quid, quantum, & quo tempore cædi deceat. l. diuortio. §. ob donationes. ff. solu. matri. l. item si fundi. §. fin. ff. de vsufructu. cum l. sequenti.

De sale, quòd in sacris accommodetur. quid sit salarium & solarium. de damnatis ad salinas. C A P. XIX.



DENVS tora quantum sali debeat, omnibus in comperto est, quoniam obsonia à putredine vendicat, & cibos perfusus ætate donat, nec tantum penui vilis, sed miris quoque medicinæ experimentis nobilis, vt exierit in prouerbiũ, nihil sole & sale corporibus humanis esse commodius. Antiqui etiam sacris salem adhibeant mola salitalitantes, id est farre tolto & sale consperso. Virgil. l. 1. Aeneid.

*Támque dies infanda aderat: mibi sacra parari,
Et falsæ fruges.*

Sed nec Christiana religio salem suis sacris abdicauit, aquã sale inspersam in expiationem criminum concinnans, vt coinquinati purificentur. c. aquam de cõsecra. distinct. iij. Adde (si placent) sacras literas salem ipsum pro sapientia passim vsurpasset, vt ait Gregorius, c. sit rector. §. sed cum rector. xliij. distinct. quocirca Christus discipulos salem terræ vocauit. Matth. v. cap. nempe exemplaria sobrietatis, castimonie, & sapientie. Paulus apostolus: Sermo, inquit, vester in gratia sit sale conditus. id est modestia. Sales preterea pro facete dictis, cum lepore & hilaritate vsurpamus: raro pro alimento. sed Imperator vsus est, l. si quis. C. de vectigal. Columella lib. vii. Aspergatur tritis salibus, vt exudet acidũ liquorem. Salarium teste Plinio à sale ductũ est. miratur Sponrinus cur Vlpianus à solo dictum magis voluerit: verum vbi ipse legit salarium, scribitur recepta lectio. l. idem Iulianus. §. hæret. ff. de legat. l. & in l. ij. §. si quis nemine. ff. ne quid in loc. publi. & huius lectionis meminit Accur. quam etiam textus experit, vbi ædificiis in publico loco sitis imponitur solarium, quod genus vectigalis inde dictum est, quòd pro solo pendatur. Paulus in l. etiam. ff. qui portio. in pign. habean. vbi solarium dicitur annuum stipendium quòd præstat supersuiciem habens domino soli priuato. at in l. venditor. §. si. ff. communia præd. solarium transfertur ad pensuunculam, quàm capit. lapidicini dominus à singulis, qui lapides cedunt ex consuetudine. vbi Accursius legit salarium, aut solatium. nam veteres mercedem ingenui laboris vocauerunt solatium quia solaretur & leuaret molestiam. l. si quis. de proximis sacror. scrinior lib. 12. C. sic salarium velut sale condit laborem, siue conuentio dandi præcesserit, siue post iustam diligentiam officio iudicis petatur. l. salarium. ff. mandati vbi Accursius copiosè. Salinas primus instituit Ancus Martius rex. In maritimis prouinciis plerunque sunt: in quibus aqua maris inarescit, non flante austro. Solent salinae reipu. esse. vel principis cap. 1. quæ sint regal. in Feud. ideo, quasi in metallum, in salinas, opusque salinarum quidã damnati sunt. l. aut damnum. §. in ministerio. ff. de pœnis. quarum conductor publicanus habebatur, l. sed & ij. ff. de public. id est is qui publicum vectigal conduxit. l. eum qui. ff. de verb. signi. l. quanta. §. fina. ff. de public. Sunt & priuatæ salinae. l. forma. §. salinæ. ff. de censib. Salinae, inquit, si quæ sunt in prædiis, æquè & ipsæ in censum deferendæ sunt. & ita vsurpatur. vel fortè ad salem fossitium respexit, qualis est in Cappadocia & Cyrenaico tractu. Sal Ammoniacus præstantissimus & pellucidus, teste Dioscoride, qui fossilem marino præferr. in Orameno Indiæ monte cæditur, vt lapis, ac renascitur, ex quo regnum maius vectigal cõsequitur, quàm ex gemmis auroué.

Quid sit in iure embamma, salsamentum, salgamum, lacertus, thynnus, echinus, pecten, monopolium, & lege de Armona mulieres accusatrices, tum quid sit rhombus. C A P. XX.

A S A L E



SALE deducuntur salsamentum, & salgamum, quibus vocabulis ferè significantur obsonia ad diuturnum vsu sale condita, magnò penoris ornamento. Donatus ait salsamenta dici pisces salsos aut laridum: rectius quidem quàm Accur. qui in l. quidam. ff. de triti. vin. & oleo, exponit salsamenta intinctum illum herbulis quibusdam concinnatum, quàm salsam vulgus vocat, non sine salis laude. Cum enim constet variis ex oleribus, pipere etiam, tamen totum confusum ab inditis modici salis micis nomen salsæ inuenit: quippe à nobilissimo deducens, vt in procem. ff. §. ac ne tertii. Virgilius

in Moreto:

Hinc salis inspargit micæ.

Sed profectò huiusmodi intinctum Iurisconsult. non salsam, vt imperiti, sed embamma, vocat. l. si quis vinum. §. si acetum. ff. de tritico vino & oleo. *Σαλτὸς ἐμβάμμα*, id est, intingere: quia cibi eo intingi soleant. vnde Apitius, Embamma, inquit, in ceruiam facies: piper, nardostachium, folium, apii semen, liquamen, vnam passam confundes. hoc embamma intinctum antè dixerat: nihil igitur cum embammate salsamentum commune habet. Salgamum idem cum salsamento propriè est: sed propriè salgama dicimus sale condita, ex herbarum, fruticum, arborumque genere, vt capparim, olystrum, pyrum, & poma omnia. inde rubr. C. xii. lib. de salgamo hospitibus non dando. vbi l. vnica. prohibetur nomine salgami, culcitra, lignum, oleum, ab hospitibus milites extorquere: Ridiculum, inquit, Beroaldus, quasi nomine salgami illa venire possint. quòd si respondeamus non id dicere Imperatorem, imò magis prohibere ne pro salgamo talia petantur, iam fatendum erit legem de indubitabili factam. Quare conicio, omnia militari voce, quæ ad victum facerent, salgama dicta fuisse: quia cum sale bona pars annonæ conseruetur, eò ventum est vt salgama dicerentur. sicuti lex xii. tab. tigni appellauione, quod propriè trabem significat, etiam cæmenta & lapides denotauit. l. r. ff. de tigno iniuncto.

Muria plurimus vsus in salgami & salsamentis est: vnde Iurisconsult. in l. qui penum. §. esculenta. ff. de penu lega. dicit penui esculentæ cedere lacertos cum muria sua. lacertas legit Accur. exponens pro fauo mellis, quasi hic cum muria quicquam commune habeat. *Lacerti.* Lacertos autem pisces aptos salsamentis Cornelius Celsus dicit. Apuleius libro x. de asino aureo: Hic panes crustula incuculos, hamos, lacertos, plura salsamenta mellita. Solebant apparari quàm laurissimè rutæ foliis. *Martialis:*

Secta coronabunt rutatos oua lacertos.

Et madidum thynni de sale semen erit.

Thynnus piscis præcipuæ magnitudinis est, sale crebrò conditur, & thynnus vulgò dicitur, *Thynnus.* de quo multa Budæus in l. venditor. ff. commu. prædio. vbi Iurisconsultus à thynno piscationem thynhariam deduxit. Echinus & pecten pisces ex testaceorum genere sunt: echino pro pedibus spinæ, pectini vngues, testa non admodum firma. de his habetur l. j. C. de monopol. vbi cum omnium piscium, tum nominatim echini & pectinis monopolium prohibetur. Cuius loci meminit Hermolaus Barbarus in castigationibus Plinianis libr. viii. In Iustiniani, inquit, C. de monopolis Echinos agit: quem locum recentiores legulei ridiculè interpretati sunt. origo verbi, quòd penes vnum aliquem vendendi potestas est, quod genus hodie in multis rebus seruatur, vt in coralliis Africæ ad Hipponem, bitumine in Iudæa. quod quia Græci asphalton vocant, omne monopolium vulgò asphaltum dicitur. Suetonius est autor Tiberium in senatu monopolium nominaturum; quasi pro peregrino vocabulo, veniam postulasse: sane monopolii concinnatores in rebus maxime ad victum spectantibus exilio bonis publicatis plectuntur. d. l. i. C. de monopol. lege quoque Iulia de annona aduersus eos, qui societatem coierint, quo atetior annona esset, sicut in crimine lese maiestatis, mulieres accusaturæ recipiuntur. l. 2. & 3. ff. ad legem Iuli. de annon. forte propter grauitatem criminis. aut quia in rebus ad alimoniam pertinentibus mulieres acrius incumbunt ob curam rei domesticæ, & perspicaces in his sunt: Dardanarios que facilius deprehendunt, sic appellatos, qui annona vexant ab insigni monopola Dardano extra ordinem puniendo. l. annona. ff. de extraord. criminib. l. in Dardanarios. de pœnis vbi etiã stateteris adulterinis vtuntur nec impunè vt ibi & l. pe. ff. de falsis. Rhombus piscis latissimus. *Martialis.*

*Quamuis lata gerat patella rhombum,
Rhombus latior est tamen patella?*

Hic venit Accursio in prouerbiũ. dicit enim, Quid ad rhombum? pro eo quod est, ad

scopu. in Anthen. licet C. de natural. liber. vt ait Alcias. lib. iiii. de verbo. signif. an verò piscē cogitauerit Acurf. viderit alius. at Iurifcon. in l. de arate. §. quod autem. ff. de inter. actio. dicit, non videri respondi illum. qui non respondit ὁρὸς ἔπος, idest, ad carmen. idque ex vulgato prouerbio, de quo Magnus Erasmus citans illud Luciani in Philopseude: ὁρὸς ἔπος ταῦτ' ὡσαύτως, ἔδ' ἔπει τ' ἔπειν εἰ ῥόδιον. idest, Nihil ad carmen ista, vt aiunt, neque de iis interrogabant, meminit Alciasus lib. Dispositionum ij. cap. x.

De purpura & murice. & alterum pro altero vsurpari, & quare explicata obiter l. vellera. de vestib. olobe. xi. C. simili prohibito an simile prohibeatur. & quis sit rhodinus color. CAP. XXI.



ARINARVM Mopum bona pars testis & conchis conclusa est: habet enim rationem mare cum gula, vellere, denique elenchis & margaritis alumnos ornat: è conchyliorum genere sunt purpuræ, murices, & concha ipsa, de qua margaritæ eximuntur, quam in mari rubro crescere & coalescere Iurifcon. ait. l. & si non sunt. §. perueniamus. ff. de aur. & arg. circa Persicum sinum, ab oriente mari rubro contiguo, & circa Arabicum ex aduerso. conchæ partus est margareta, quem vnionem dicimus: inde ducto nomine, quòd duo nunquam reperiantur, de quo in l. Seia. ff. de aur. & arg. vniones autem gigni ex rore & lunari humore concepto proditum est. Murices & purpuræ baphiis & coloribus vtiles sunt: tantòque in pretio habitæ, vt nefas visum sit Imperatori, alios quàm principes iisdem refulgere coloribus. l. temperent. de vestibus olobe. xi. lib. C. muricem & purpurarum eadem est materia, quamuis temperamentum diuersum. confundit purpuram & muricem Imperator expresse in l. 1. de apparito. præfecti vrbis. xij. C. sicut in iure simile pro simili se querent vsurpatur, vt commune, quòd occupanti conceditur, pro publico, & è diuerso. §. littorum. ibi gloss. de rer. diuisi. l. si. de vsu cap. ff. que rela item in pro bonorum possessione contra tab. l. parer. de inoffic. ff. falcidia pro trebelliani cap. passim vtcunque sit, totius conchylii cruore infici vestes prohibentur. d. l. temperent. tuor ille in medius faucibus purpuræ est. atqui murices verno tempore congregantur, muròque attritu lentorem & liquorem tingendis vestibus expetitur emittunt. Mur-

Purpura. Murices. Concha.

Vniones.

Accur. sententia rhodino pisce.

Rhodinum sericum. Rhodinus color.

rex scabrior est cortice, & qui purpuræ facillè cedit. de cuius ingenti pretio & mira æstimatione multa Budæus lib. ii. de Aste. Huius nundinas prohibet Imperator in l. fin. de vestib. olobe. xi. C. vbi expressè iubet mittendum exploratorem ad baphia Phœnices, qui rescia purpura vsquàm vendita fuerit nec ne: eo autem potissimum baphia, idest, officinæ tinctoriæ Phœnices explorari iubentur, quòd ibi pretiosissima purpura egregiè tingeretur, quæ dicebatur Tyria, vel ostrum Tyrium. vnde is cui purpura ex stipulatu debetur, cum electio sit debitoris non debet petere cyriam. §. huic autem. de actionib. à Tyro colonia Phœnicum vt est in l. j. ff. de censu. Muricem & purpuram confundunt autores promiscuè appellantes. l. j. quæ res vend. non pos. Purpuræ autem plures fuisse species dicit Vlp. in l. si cui lana. §. si. ff. de leg. iii. quas persequitur Baysius lib. de re vestiaria. nobis hæc obiter dixisse sufficiat. Accur. Rhodinum dicit esse piscem diuersum à murice, quo tamen vellera tinguntur. l. vellera. de vest. olobe. vi. C. verba Imperatoris sunt: Vellera adulterino colore fucata in speciem sacri muricis intingere non sinimus, nec tinctum cum Rhodino prius serico alio postea colore fucari. Inde colligitur, vetito aliqua re vsuè ipsius à lege vel statuto, simili ei rei aliquid vetitum censeri. & ideo si princeps interdiceret alicui generi hominum vsu aurei torquis vel anuli nec aura tam ex are ferre liceret; ne fraus legi fiat in eo quòd noluit. l. fraus. ff. de legib. licet sciam aurei nomine auratū non venire aliàs. l. & si non est. ff. de auro legat. vbi lex de interpretanda voluntate testatoris agit, non de punienda fraude eius qui legem circumuenit, & prætere rea homines, quibus pictum quiddam pro vero ostentat, iuxta illud Euripidis in Oreste: χρῆσον δὲ τὸ δοκεῖν, καὶ τὸ ἀληθεύειν αἰτῆ. idest, bonū est videri, licet absit veritas Alcias. Rhodinū sericum dicit Rhodo insula aduectū, vt inde tingeretur. ego verò (vt quod sentiam, liberè dicam) Rhodinū sericū esse Rhodini coloris puto, vt indicant verba textus, quæ vellera tingi Rhodino prius serico prohibent, mox alio colore. est autem Rodinus color rosaceus, quia Græcis ῥόδιον rosa est, vnde Rhodinum vnguentum, rosam redolens lib. 13. cap. 1. & apud Dioscoridem Rhodia radix in Macedonia frequens costa similis, trita rosæ odorem referens lib. 4. cap. 37. inde ῥοδιός, rosæus. Igitur vetat Imperator, ne quis mentiatur effingendo purpuram, Rhodino colore, quo pro purpura portetur, vel distrahatur: quoniam rosæ purpureus color inest, & coccineus: eas enim purpureas Politianus Miscellan. cap. xi dicit, quas lepidi fabula sanguine Veneris tinctas

etas scribit, cum dea in rosas incidisset. Claudia. in raptu Proserpina: Sanguineo splendore rosas.

Virgilius in Rosa, siue Aufonius:

Hanc tenui folio purpura rubra notat.

Homero & aliis poetis sanguis purpureus dictus est: ex hoc forte factum, vt Imperatores & summi iudices hunc colorem vestimentis selegerint: quoniam ipsi ve sint, vel esse debeant velut sanguis & anima regni, seu ciuitatis. vt colligitur ex. §. si. de consukb. col. 4. l. 2. §. post originem. ff. de origi. iur. quòd autem dicit, alio postea colore fucari, idest vt purpuræ magis efficiatur vellus simile, quia fucus herbæ genus est, quam Græci φῦκον dicunt, & ea lanæ tinguntur. Horatius:

Nec amissos colores

Lana refert medicata fucis.

Vel potius, alio colore non debent fucari lanæ. in d. l. vellera. C. de vestib. olobe. xi. C. ne sic purpura bis tincta videatur, tunc enim pretiosior erat, & dibapha dicebatur. Fulgentius: Talo tenuis bis tinctam recolligens vestem. Tibullus:

Vellera det succis bis madefacta Tyros.

Cic. lib. ij. Epistol. Curtius noster dibaphoum cogitat, sed eum infector moratur sed & hysginum dicitur prius cocco tinctum, nempe succo ex arbusculæ grano lecto, deinde tyria purpura. l. quæsitum §. illud. de legat. 3. Plinius ita docet libro. 9. cap. 41. Vitruuius quoque meminit lib. 7. cap. 14. Hæc de purpura paulò remotiora sunt, quàm vt penui inferenda putassemus, nisi ipsa esui etiam esset. Recitat Macro. luxuriosam Lentuli flaminis dialis, aliorumque pontificum cœnam, in qua echini & ostrea crudæ fuerunt. Præterea & murices cum purpuris, præter lautitias innumeras nec oberit color additus penui instructæ.

De ligustico, careo, lasere, pipere, malobathro, melle. & quod quandoque in iure contraria idem operentur. tum quadam de obsonio igne, & lignis. CAP. XXII.



V N c perfequamur aromata quædam, siue olera haud equidem communia, vel vulgò nascentia: sed à medio oriente vltimisque regionibus perita: quorum Iurifconulti meminere, & ex quibus Apitianum ius constare videretur: nec si prætermiserimus conuenientes, turpe videri possit ius in quo versamur ignorare, quòd aliquando Seruio scimus obieciisse Q. Mutium. l. ij. §. Seruius. ff. de orig. iur. Dicamus igitur de ligustico, careo, lasere, pipere, malobathro, & his similibus. Ligusticum in Liguria nascitur, in Apœni no monte, vnde nomen duxit: inter olea scriptum est, asperis montibus & vmbrosis increfcens, quanquam & satiuum reperiatur, suave quidem, sed cedens viribus syluestri, radice & caule panaci simile, quare accolæ panacem vocant, quo pro pipere obsonia perfundunt, hoc penu legata venit. l. non omne. ff. de penu leg. vbi improbat quorundam sententia putantium ligusticum, pipet, careum, laser in penu non esse. Careum olus est in Caria nascens, vnde & nomen duxit, quòd in ea præcipuum nascitur. Laser olerum præstantissimum, brassicam enim dum præfert Cato oleibus reliquis, de vulgaribus intellexit. de lasere Iurisc. in d. l. non omne. ff. de penu lega. ex hoc. vt reliquis rebus pretiosissimis, vectigal pendebatur. l. si. §. diui. ff. de publica. Apitius: Laseratum ad hunc modum præparabis: Laser (quod & laserpitium dicitur Romanis, Græcis Σιλφίον Cyreniacum vel Parthicum) tepidum dissoluito, cum acetoso liquamine temperatum: & mox, laseratum aliud quod sumit piper, careum, anethum, petroselinum, mentham siccam silphij folium, malobathrum, spicam Indicam, costi modicum, mel, acerum & liquamen. Laser inter maxima naturæ dona à Plinio numeratur: vires in medicina habet maximas, valè que succo, mox folio, postremò caule, vt ait Dioscorides. Piper, vulgò notum est, hoc quoque in vectigal veniebat & longum, & album, vt ait Vlpian. d. §. diui. l. si. de publica. nam varius piperis fructus efficitur, qui primus erumpit siliquis oblongis, si immaturè colligatur, sole delicatus, piper longum dicitur. At vbi ad maturitatem peruenit, & iam emerit è siliqua, piper album dicitur, quòd deinde nigrum redditur, cum solis coloribus vritur & coloratur, cute rugis affecta maturum longo mirus est, orique gratius, sed longum anridois magis expetitur. Malobathrum folium est innatans Indicis paludibus, sine radice, quòd collectum, & lino traiectum siccatur, & seruatur. nardum sapore imitatur, vincit etiam, & o-

Ligusticum.

Careum.

Laser.

Piper.

Piper longum.

Piper album.

Malobathrum.

doratisimū est, teste Dioscoride: Plinius lib. xij. c. xxv. idem propē dicit, sed & arborē esse in Syria restatur. de eo in d. §. diui. vbi etiam de cinnamomo, garyophyllo, & zinzibere aromaticis vulgō notis agitur: primum cortex est cannella vulgō dicta, sed hanc quidam cassiam hodie appellare malunt quā cinnamomum. secundum clauicula simile, vnde clauus garyophylli dicitur: zinziber nomen retinet. Melle verō quid vsquam totius? de eo igitur quid dicendum, nisi quōd à Baccho (vt ait Ouidius) Mella reperta ferunt? æquē, vt sal, carnes putrescere non sinit: per se esui est, & penu esculenta legata venit. l. qui penum. ff. de penu lega. vnde liquet in contrariis eandem quandoque vim esse non quo ad id quod est præcipuum, vt alterum dulcedine, alterum amaritie polleat: sed quod attinet ad effectus extrinsecos. sic exhæredatio ritē facta filium reū citā à patris successione: eadem probat, in dubiis, eum esse filium qui exhæredatus. sit. l. si instituta. §. i. ff. de inofici. testam. & furti vitium virtuti contrarium idem operatur quod virtus, ac præmiū habet in l. i. §. postea cum. ff. de orig. iur. l. barbarius. ff. de offic. præf. l. i. §. non fuit. de dolo ff. vbi ex fraude in insidiatore. publicum efficitur laudabilis industria: quinimo in priuatum. l. si quis C. de furtis. accedit, quod æque damnatur qui pecuniam accepit, vt negotium faceret, atque qui, ne faceret. l. i. ff. calumniator. l. i. ff. ad leg. corn. de fals. redeo ad mel, quia hæc quia sunt. itaque vitico mel sibi offerri præcipit, id est, dulcedinem eloquii. can. legimus. xxxvij. distinct. Prædictis aromatis & liquoribus obsonia intinguntur. Apuleius: Offerunt mihi carnes lacere infectas, altilia pipere inspersa. Obsonium autem quid sit, vulgō notum est. de eo, l. sed & si vir. §. si. ff. de don. inter virum & vxor. est enim quiduis præter panem, in cibum additum. Obsonator seruus, qui obsonio emendo præpositus est, è macello vel foro olitorio. l. legatis seruis. ff. de leg. iij. Macellum dictum, vt ait Domna. ab Aomanio Macello, singularis latrocinij viro, cuius in exilium ob facinora acti, ædes publicatæ sunt, & dirutæ, vt ibi vanirent, quæ vescendi causa essent: dicitur etiam macellum de piscibus. Plautus in Pseudolo:

Eo in macellum, vt piscium quicquid est, pretio præstinem.

Interdum dicimus forum boarium, vel suarium. l. j. §. cura carnis. ff. de offic. præf. vrb. Pulmentarium est incoctum obsonium. l. cum de lanionis. §. asnam. ff. de fund. instr. à pulte dictum, qua olim vescabantur, secundum Plinium. Eucemus apud Plutarchum dixit ignem esse omnium belliariorum iucundissimum, vt non illepide Homerus Iliados lib. i. dixerit Vulcanum ministrum fuisse deorum in celebri conuiuio, & ipsi risum ciuisse, sed & ignis iuxta prodictum, est condimentum optimum quia omnia sapidiora facit, nec tam bonitatem addat, quā det. Ligni appellatione quid veniat, dicitur in l. ligni. ff. de legat. iij. l. carbonum. ff. de verb. signific. vbi ligni nomen generale ex vsu recepto non est aptum arbori stanti vel materiæ cæsa, sed quia ex more prouinciæ vel restantis aliud recipi potest. d. l. ligni. §. ofilius. & seq. non dubitarem diuersum sentire, si testatori non adesset lignū nisi in materia fabricæ apta. l. fundus qui. ff. de fundo instr. l. diuus. de vsu & habit. vbi præterea ostenditur legato nemoris vsu ligna deberi, nisi venationi tantum aut pastui pecorum destinaretur: aut nisi nimis oneraret vsus proprietatem. l. plenum. §. Iuuentius. eod. præterea si testator legasset omnes fructus ligni villæ suæ, iam venirent arborum prouentus & vineæ, quæ quoque arbor est. l. vitem. ff. arbor. furt. Cæsar. maxime cum in d. l. ligni. significatio generalis ligni arborem complectatur, vt cū genesis cap. i. deus omnia ligna paradisi permittit Adamo, excepto eo quod scientiæ boni & mali diceretur. & apud Ouidium mutata Daphne in laurum Phœbus.

Oscula dat ligno, refugit tamen oscula lignum.

de arbore igitur, qui vult, lignum dicit, sed in ambiguis voluisse non existimatur. non magis quam de æditu boum qui alit vbi vritur. d. l. ligni. §. in quibus. & ossa apud Neuros teste Mela.

Declaratur l. seruis vrbani. de leg. iij. quid sit ex libellis familiam cognoscere.

C A P. XXIII.

DISPENSAT



DISPENSATOREM cum appellamus, qui præpositus est, & rationes exercet eius quod dispensat, id est quasi procurator administrat. l. dispensatori. ff. de solu. l. vrbana familia. ff. de verbo. signifi. Urbana, inquit, familia nō loco, sed genere distinguitur. potest enim aliquis dispensator non esse vrbanoꝝ seruorum numero: veluti qui rusticorū rationes dispenseret, ibique habitet, & non multum abest à villico: ergo ex rationibus colligimus cuius in familiæ albo quis fuerit: hoc idem vult Iuriscō. in l. seruis vrbani. ff. de lega. iij. vbi serui vrbani à rusticis ex libellis familiæ, item cibariis deprehendi possunt. vbi Accurs. ex libellis, id est panibus albis: quo pane non vtuntur rustici: tu verius expone ex libellis, id est rationibus, & commentario familiæ, puta, quo in numero in diario & libro rationum paterfa. scripserit. l. si ego. §. planē. ff. de iure dorum. nam mulier, inquit, res quas solet in vsu habere, in domo mariti, neque in dotem dat, in libellum solet conferre, cūque libellum marito offerre, vt is subscribat, quasi res acceperit, & velut chirographū eius vxor retinet, res quas in libello continentur, in domū eius se intulisse. libellū pro inuentario quodam dixit. sic, d. l. seruis. ex libellis familiæ, id est rationibus deprehenditur vrbanus an rusticus fuerit habitus. vt l. prædiis. §. Titio. & §. si. ff. de legat. iij. Inspeciendum est, inquit, an literis & rationibus appellatione Scianorum, Gabiniāna quoque cōtinerentur. l. Labeo. §. sed de his. ff. de supel. leg. Adde, quōd si ea dictio libellis ad cibum referretur, superuacue statim Iuriscō. addidisset, item cibariis. ad hæc liba siue libella quotidie familiæ, etiam millies vrbana, haud vsquam dabantur: qui non sunt panes communes, sed dulciarij ex melle, farre & oleo, sacrificiis apti, vt notat Seruius v r i. Aeneidos.

*Instituunt que dapes, & adorea liba per herbas
Subiiciunt epulis.*

Quare licet quandoque familiæ præberentur, non incertæ erogationis, sed assuetæ ratio habenda est. l. Seio. §. medico. ff. de annuis legatis quod si quis obiciat liba de milio, vt apud Ouidium lib. 4. fastorum.

Libaque de milio milii fisciilla sequatur:

Rustica præcipue est hoc dea lata cibo.

similiter respondebo ex. d. §. medico. & quod frequentius fiat inspeciendum. l. nam ad. ff. de legib. sic. verō idem Ouid. lib. 2.

Liba deo sunt, succia quia dulcibus ille.

Gaudet & à Baccho mella reperta ferunt.

Accurs. pro se citat id d. l. seruis. l. iudices. de episc. aud. vbi iis, qui in carcerū custodia sunt, alimenta non desint, præcipitur, sed victualis substantia libellis duobus aut tribus diurnis arbitrio commentariensis decernatur: sed Alcia. lib. Parerg. j. cap. xvij. nō à libo, vt Accurs. sed à libra trahit, dicens fuisse apud Athenienses mensuram tritici, quæ diceretur chœnix siue μέτρον, cuius dimidia Latinis libra seu libella vocatur. quare duæ libellæ dandæ sunt iis qui in carcerē coniecti sunt. Ego non nego libram, frumenti mensurā fuisse, licet certior autor Volusius Metianus in lib. de Aste dicat, libellā fuisse tertii decimā partem. sed nego cōuenire huic textui, in quo non modō libræ duæ sed & tres & plures dari iubentur, si opus fuerit. Præterea si legas libellas in sceminino, vt quidē necesse est, verba quæ sequuntur ostendunt fuisse libellas nummos. quarum, inquit, sumptibus proficiant alimonia pauperum. hoc est, commentarienses qui carceri sunt præpositi, sumptibus duarū aut triū libellarum ement alimoniam eorū qui inopes in carcere sunt. Libellam argenteam pro nummo ponit Plautus in Capti. & Cicero nō semel vsus est, & in d. l. indices. de libra auri expresse mox agitur, vt discrepet à libella seu aste argenteo.

Est igitur integer sensus, quōd iudices diebus dominicis, ex officio, debent recognoscere reos, qui sunt in carceribus: & si qui sint, qui propter paupertatem se alere nequeant, eis ex publico pecuniam dari præcipient, quanta ad tenuem alimoniam satis fuerit.

De cella, doliario, & horreo & horrei locatore.

C A P. XXIII.



ELLA generale nomen est repositoriij. dicimus enim cellam oleariam, vinariam, penuariam, l. si habitatio. §. si. ff. de vsu & hab. ergo pro adiectione declarat, quid seruet celeritē, cū vasis. l. qui penū. §. si. ff. de pe. leg. cella simpliciter dicta pro vinaria. in l. Lucius Titius. §. pe. ff. de le. iij. sed & ibi adiectio declarat de qua intelligatur, Vasa, inquit, vinaria, id est cuppæ & dolia, quæ in cella defixa sūt. Alibi vinariā cellā doliariū appellat Iuriscō. l. quod sæpe. §. pe. ff. de contrah. emp. Sed & si, inquit, ex do-

M m ij

hario pars vini venierit. nō intelligas ex doliario, id est, vino, quod in doliis est, quanuis sc̄sus idem, esset, sed id doliare vinū dicitur in l. j. §. fina. ff. de pericul. & commod. rei. Ceterum doliarium, ut pleraque in arium nomina, repositorium significat, in quod olia reponuntur, ut cellarium, idem quod cella. l. vxorem. §. in testamento. ff. de leg. iij. Seruius tamen penum à cellario sic diuidit, ut illa sit in diutinum vsu, hoc ad paucos dies: nos promptuarium dicimus. Inam quod liquidā. ff. de penu leg. Granatium vbi grana seruantur, in quo sit tabulatum discretum tabulis, ut vnaquæque grana separentur, & seorsum ponantur, teste Columella l. quæsitum. §. conseruandi. ff. de fund. instruct. Horreum verò, nō solum de frugibus, sed etiam de omnibus fructibus intelligitur. horreum penuarium in quo penus est. l. qui penum. §. fin. ff. de penu lega. de vino sape. l. quæsitum. §. idem respondit instruct. ff. de fund. instruct. præterea horreum ad merces continendas quamuis pretiosas spectat, etiam si geminæ sint. l. cum plures. §. locator. ff. locat. vbi locator horrei propositum habebat: nempe ut moris erat palam scribere pro foribus horrei seu tabernæ, quam negotiatio exerceretur ibidem. l. xi. §. de quo. ff. de institor. propositum habebat, inquam, se nō recipere suo periculo aurum argentum & margaritas: sed deinceps sciens, passus est ea inferri: ideo obligatur velut remissa proseriptione, tum quia posteriora derogant prioribus. l. xij. C. de pact. tū quia ipso facto qui inferri patitur plus operatur quam sermone. l. si tamen. §. eum qui. ff. de ædil. edict. quod autem dicitur in d. §. locator, propositum fuisse de non recipiendo periculo, meo iudicio pertinet non ad periculum casus fortuiti, sed leuis culpæ seu negligentia: ut in l. i. §. sape. ff. deposit. l. qui mercedem. ff. locat. & de periculo fortuito vique maiore dominus horrei iure communi non tenetur. l. dominus ff. eod. quocirca propositum debuit de aliquo operari, & negligentia periculum aspicere. l. si quando. ff. de legat. l. Vitruuius lib. vi. de Architectura, iubet granaria ut sublimata sint, & ad Septentrionem, aut Aquilonem spectantia, ita frumenta non concalescent, neque his curculio inuascetur.

De vasis penuarijs. quæ sint dolia, amphora, seria, sportula, fiscus. an vasa accedant materia non liquida. & de periculo eius qui vasa vendit aut locat quæ sint concinnatoria, scaphium, miliarium. paropsis, magis, vrcus. C A P. X X V.



VASA quædam penum seruant, ut dolia: aut concinnant, ut vasa coquinatoria: aut depromptam paratamque exhibent, ut lances, scyphique. Vasa igitur quæ seruant, varia sunt, sed præcipuæ magnitudinis dolia reclamantur, quorum formam minimè ab ore ad imum æquabilem Budæus lib. v. de asse, scribit. nanque, inquit, dolia venrosa etiā. sed in vtraque figura fuisse ostendit verba Plinij lib. xiiij. ca. xxj. quæ sic habent: Dolijs etiam interualla dari, ne inter sese vitia serpent, cōtagione vini semper ocysima. quin & figuras referre. vētrofa ac patula minus vtilia. Constat autem dolia vastissima fuisse, quippe in quibus vinum tantisper esset, donec in cados seriāque mox diffunderetur. Nonius dolia vasa vinaria fuisse tradit: sed verum est, quod dicit Iuriscōf. in l. vinaria. ff. de verb. signifi. torcular vinarium dici, dolum autem & serias non item, nisi in eisdem vinum sit: quoniā aliud quàm vinū in eis abdi potest. ut ecce: cuppa est vas vinarium. l. Lucius Titius. §. quæsitū. ff. de lega. iij. frumentarium. in l. in naue. ff. locati. & metreta vini vel olei. l. quod sape. §. in iis. & §. penul. ff. de contrahen. emprio. Amphora est vas certæ mensuræ, continens sextarios octo & quadraginta: vna fert amphoræ dimidium. vnde in l. fin. ff. de trit. vin. & ole. Qui vinum, inquit, in vrnalibus distulsum habebat, is in amphoris legauerat, omne illud videtur legatum, quod in vrnalibus est. id est in vasis vrnæ cōtinentibus, quæ geminatā faciunt amphoram: ut ait Fannius Palæmon, siue Priscianus, aut quis alius, in libello de mensuris.

Amphora sit cubus, quam ne violare liceret.

Sacrauere Ioui Tarpeio in monte Quirites,

Huius dimidium fert vna, ut ipsa medimnum

Amphora.

Iraque medimnum amphoras duas concipit, ipsa verò duas vrnas, modios tres, sextarios octo supra quadraginta, heminas sex & nongentas. Ceterum amphora Attica maior erat Romana, tres vrnas continens, ut idem autor dicit:

Attica præterea dicenda est amphora nobis,

Seu cadus, hanc facies, nostræ si adieceris vrnæ.

Culleus

Culleus autem xx. amphorarum capax fuit. Est (inquit)

Bis decies, quem conficit amphora nostris

Culleus, hac nulla est maior mensura liquoris.

Culleus.

De culleo & cado crebra mentio in iure l. iij. §. fi. & l. cum vinum. ff. de tritic. vin. Alcia. libr. Dispunct. iij. cap. xx i. Seria, de qua in l. sed & si quid. §. proprietatis. ff. de usufruct. l. vinaria. ff. de verb. signific. erat vas arbitrariæ capacitatis, formam habens certam, non mensuram, Donatus vas oblongum dicit, & propriè fictile. Sunt & alia vasa, quibus arida conduntur, ut arca frumentaria, & thecæ leguminum, & sportulæ. l. qui penum. §. fin. ff. de penu leg. quæ etiam partē dictæ sunt, nempe vasa vitilia ex iunco iberico, quod spartum dicitur: vnde apud Catonem vrnæ spartæ, & sportæ fecariæ. Columella lib. xj. cap. iij. Siue, inquit, regio ferulæ vel corticis ferax est, apibus alucaria fieri debent: siue palmæ spartinæ sæcunda, & fiscinæ, sportæque, seu virgultorum corbes ex viminibus. Corbes autem inter vasa fructus cogentia ponit. Iuriscōsul. in l. instrumenta. ff. de fund. instructo. Asconius Pædianus sportas sportulæque nummorum receptacula posuit. Item fiscos & fiscinas, ad maioris summæ pecunias capiendas. Vnde, inquit, fiscus pecunia publica & confiscare dici potest. Fiscus aduocatum Hadrianus Imperator primus instituit, ut ait Spartianus. Legata liquida penu, vasa, in dubijs. accessionis loco trahuntur, nimirum liquore aliter non consistente. Inam quod liquidā. ff. de penu leg. si modò non sint vasa quæ de cella moueri non solent, propter magnitudinem vel naturam loci moremque patris. exemplo vini legati, cui dolia non cedunt imo amphoræ ita paratæ ut ibi vinum toto anno sit: non ut celeriter transfundatur. ideo vtres non cedunt vino, l. qui penum. §. fi. ff. de penu leg. l. iij. §. fin. ff. de trit. vin. & ole. Aridæ verò penui relicte non accedunt vasa, etiam vilia, ut dicit glo. in d. §. fi. l. qui penum. sed ego non dubitarem, quin fiscellæ spartine fisis legatis cederent, præsertim cum dicatur in d. §. fi. ea vasa cedere, sine quibus rectè haberi non posset, licet in liquida penu crebro id contingat, in arida rarius. Illud mirum atque singulare est in vase vendito aut locato, quod si emptor aut conductor aliquid damni ceperit ob vitium vasis perfluente liquore infuso, totum refarcietur illi, ab eo qui tradidit, nec distinguitur an scierit, an ignoranter. aliter atque in tigno vendito aut alia re. l. Iulianus. ff. de actio. empt. l. sed addes. §. i. locat. Alcatus existimauit, & in vasis & in rebus ceteris hoc commune esse, ut cum re tradita noxia est, ac omnino inutilis, semper sine delectu tradens teneatur, ut in vasis: quod est absurdum. nam equum est dolum scientis acerbius puniri. l. v. §. sed si dedi. ff. de præscr. verb. accedit, quod vas æneum vel argenteum habet fragmenta vtilissima. proinde in vasis hoc receptum puto, ut venditor seu locator de ipsius vitio teneatur: quoniam altoquin magna ansa vtriq; præberetur fallendi, potius quam in tigno aliaue re. cum vel tenuis rima possit esse causa magni detrimenti: & ideo quia coridianus posset esse dolum obrutalis tantisper rimis: quiaue talis dolum difficulter probari posset expedit dominos cœrcitione terreri ut. l. si. §. licet. de publican. d. l. sed ædil. §. i. accedat. l. i. §. maxima. ff. de autæ caup. item scimus in vasis interdum vilibus oboli pretiosos liquores olei odorati & vnguentorum: in quibus falli accipientem nefas est, puto vero. l. tenetur. §. sed si vas. ad vasa liquidum contentia tantum pertinere, exemplo ibi locationis adducto, de qua ob vinum facta tractatur in d. l. sed addes. §. i. nisi gratis commodarentur. l. xij. §. pe. commodat. Dixi secundo loco vasa quædam penum parare, qualia sunt concinnatoria. l. instrumentum. ff. de penu lega. id est coquinatoria: ut ait Accurs. sed ut quod verissimum est, dicam, Concinnatoria vasa sunt, quibus compositiones commistionesque penoris fiunt. Concinnare enim verbum est Catoni non infrequens in re rustica, ut Plinius annotavit lib. xiiij. c. xx. quod significat (ut ait Merula) aptè componere. hinc Causarum concinnatores dicti sunt, qui lites instruunt in foro & iurgia componunt. l. nec quicquam. §. circa. ff. de offic. proconsul. nam Cinnus commistio est. Cato: Vinum concinna, si lorium difficiliter transibit, capreidam, vel iuniperum contundito in pila, libram indito in duobus congijs vini veteris: in vase æneo vel plumbeo deferuacito. Hic concinnatorium vas, est æneum, vel plumbeum: quod penui non accederet. d. l. instrumentum. ff. de pen. leg. item nec vrcus, quo miscetur mel vino: vel colum aliquod, ut niuarium colum, quo niues colabantur, ut liquidior aqua esset. l. in argento. ff. de auro & arg. nam antiquitus niues in deliciis fuerunt simul vinum potantibus. Martialis:

Nec, nisi post niueam, cacuba potat, aquam.

Vnde vasa niualia. l. si non sunt. §. argento. ff. de auro & argen. & leg. Cacabos argenteos, & miliarium, inter coquinatoria ponit Iuriscōf. quæ vasis escarijs non cedunt. l. & si non §. si cui. ff. de auro & argent. leg. Cacabus à coquendo dictus est teste Varrone, quod in co

M m iij

Amphora.
Vna.

cibum coquebant. l. cum de lanionis. §. asnam. ff. de fund. instruct. Caluus orator coinquinatoria ex argento fieri querebatur, quid dicitur, Dij immortales, si misero argento humanas sordes excipi rescisset? nam & Antonium triumphum in omnibus obscenis desiderijs auro vsum Messala prodidit. Scaphia ventris causa parata ex argento dicit Iuriscōsul. l. Quintus. §. argento. ff. de aur. & argen. Pollux lib. x. scaphium matulam muliebrem scribit. Alijs præterea vsibus donatum certum est, vt ait Hermolaus Barbarus in Plinianis castigationibus lib. xxxvij. Ego in Plauti Stichō pro pororio comperi: Quibus, inquit, diuitiæ domi sunt, scaphio, cantharis, battolis, bibunt. quare Iuriscōsul. in d. l. Quintus. §. argento. expressè posuit, scaphia ventris causa parata, id est, oneri recipiendo, quia tunc non veniunt argento legato, cum paterfamil. in argentario non reponeretur. l. & si non. §. lectum. ff. de auro & arg. meritò addit Iuriscōsul. ventris causa parata. ergo secus si ad honestum vsum parata essent dicendum esset, quippe scaphia dicuntur rotunda ex ære vasa, quæ horarum ductus stylo in feudo posito discriminant, vt ait M. Capella. in lib. de Geometria cap. i. scaphij ærei aut plumbei propter aquæ inuentionem accommodandi, meminit Vitruuius lib. 8. cap. 1. nondum ita quisquam explicuerat & placui mihi adolescens hac in re tenui, lecto præsertim Alciato lib. parerg. 6. cap. 26. sed postmodum displicui, cum hæc in vulgaria lexicā esse translata cognouit: nomine auctoris tacito. non quod ambire nominari, sed quia discerni non poterit impostero vt ab altero surripuerit, magno eorum bono qui merū lexicum cotidie in suos libros transcribunt. Postremò vasa diximus ministratoria, escaria & potoria, lances & magides, vrceos, modiolos, scyphos, phialas, & omnia pocula. Paropsis catinus est siue lanx patula, vt ait Iulius Pollux lib. vi. & concava in qua molæ distribuerentur, eratque, inquit, lignea, imò & argentea. l. & si non. §. argento. ff. de aur. etiam fictilis, vt Baysius vult. Magides, se iuvene lances dictas, & tympana, Fenestella, qui obiit nouissimo Tiberij Cæsaris principatu, apud Plinium ait lib. xxiiij. cap. xj. Is est Fenestella, de quo in l. j. ff. de officio quæsto. non qui nunc vulgò circumfertur, qui fuit post Adrianum Imperatorē, imò longè post, quare sæpe facit mentionem Pomponij & aliorum Iuriscōsultorum. De Magide in l. seruus: de cond. in deb. vbi Budæus. Potoria vasa sunt apud Iulium Pollucem, phialæ, calices, cyathi, scyphi. Idem Iuriscōsul. in l. Seix. ff. de auro & argen. Illud notandum est potorijs vasis appellatione, non solùm venire, quæ potionem ipsam continent, & quibus bibimus, sed etiam quæ infundunt in ipsa pocula. l. in argento. ff. de aur. & arg. Quare vrcei, inquit, in pororio erunt, quia aquam administrant. Vrceus vas erat ansam habens lateri applumbatam: ex ære, vt ahenum, fiebat, vt Varro ait, sed & ex quauis alia materia. nam Martialis fictilem ponit. hunc angusto & gracili collo, in patulum desinente ore, pingit vir longè doctissimis Lazarus Baysius, quem in hoc nō sequor, cum vrceos picatos ponat lib. xij. Columella, in quibus sorba condiantur. Eodem, inquit, tempore sorba manu lecta curiosè in vrceolos picatos adijcitur, & opercula picata imponitur. Sanè Columella vasis conditijs hanc formam paulò antè dederat, vt vsque ad imum æqualia essent, ne ventrem facerent, vt exemptis, inquit ad vsum salgamis, quicquid superest, æquali pondere vsque ad fundum deprimatur. Vrceis præterea aqua in ahenum infunditur. l. cum de lanionis. §. asnam. ff. de fund. instru. cui rei æquabilitas necessaria est, angusto enim & gracilescente collo mora fit hauriendo. Adde quòd & fructus vrceis componuntur. l. quæsitum. §. conseruandi. ff. de fund. instru. Cato in torculario vrceū vnum ponit, quòd capit quadrantaliqua quinque, id est amphoras: nam quadrantal & amphoram idem fuisse Festus ait, sed Budæus dubitari posse scribit. P. Lentulus Spinter vrceum habuit ex Onyche marmore, eadē magnitudine: igitur vrceus certam formam, non certam mensuram habebat.

De triclinio, & eius appellatione, contenta in eo venire vt in bibliotheca, & taberna. qualiter more maiorum cenaretur, & quæ potiones in vsu veteribus fuerint. CAP. XXVI.



AM Tempus monet, vt penus de cella exeat, prodeatque in triclinium. sic enim veteres prandij, & cenæ locum dicebant, in quo lecti tres sternerantur, in quibus discumbentibus cibum capturi. Virg. in III. Æneidos:

Extruiimusq; toros, dapibusq; epulamur opimis.

Triclinium tum locus dicitur & cenatio ipsa tribus lectis ornata. l. foramē. ff. de serui. vrba. præd. Formamen, inquit, in pariete conclauis vel triclinij, quod esset proluendi pauimenti causa. Tum ipsos tres lectos significat. l. si vt cerro. §. si de

mc

me petisses. ff. commod. si de me petisses, vt triclinium, tibi sternerem, & argentum ad ministerium præberem. Accur. tamen ibidem locum esse vult, non sine causa. non enim est nouum vt aliquid modo sit locus continens, modo id quod continetur. sed & tertium quiddam, vt in bibliotheca ostendit Iuriscōsul. in l. librorum. §. chartis. ff. de legat. 3. nam modo locum, modo armarium, modo libros ipsos significat. ideo legata eadem, quid senserit testator inspiciendum, & quidem legans bibliothecam in dubio locum ab ædibus aueli noluit, sed libros ipsos reliquit: secus si in armario pro bibliotheca habito essent repositi. nisi esset affixum ædibus alioquin tam armarium quam libri deberentur. vt ibidem Ulpianus ostendit in dactylotheca & Scuola in taberna. l. pe. ff. de pignor. vbi debitor obligans pignori tabernam, idem censetur obstruxisse merces subinde reparatas & mutatas, vt par est nec obeat l. fideiusor. §. si. eod. vbi Lucius obligauit prædia & mancipia que in his erant: & alia mancipijs substituta ab herede Lucij non obligantur. ceterum nemo dixerit prædiorum appellatione venire mancipia prædijs assignata, nisi instructa legata fuerint. sed tabernæ nomina res promercales vulgariter veniunt, deinde nemo nescit, mancipia in prædijs à dominis desiderari quàm optima & perpetua: atqui merces in tabernam eo animo includuntur, vt subinde emptorem inueniant, & commutentur, ita vt perpetuo ibi esse censentur. l. 76. ff. de iudicijs: Sternerantur antiquitus lecti tapetijs, & aulæis. Virgilius:

Aulæis iam se regina superbis,

Aurea composuit sponda,

Stratoq; super discumbitur ostro.

Et mox:

Seruius aburi eos & errare dicit, qui pro loco ponant, cum tamen infinitis exemplis oppositum probetur: & Vitruuius multa scripserit de symmetria tricliniorum. Lectos ipsos auratos vel argentatos fuisse legimus. l. ij. ff. de supel. leg. l. & si non sunt. §. lectum. ff. de auro & argen. legat. Lectum planè argenteum, vel si qua alia supellex argentea fuerit, argenti appellatione non continetur, si numero argenti habita non est: vt scio me dixisse in iunctura argentea. Plinius lib. xxxij. Fenestella dicit, se quidem puero, quadrata & compacta aut acere operata aut citro cepisse, mox additum argentum in angulis, lineasque per commissuras. Socrates (vt habetur Primo Hecatonom. Aristotelis) præcepit vt sine toris discumberetur, ne cum cœna, deliciofa efficeretur ciuitas. Baysius notat, solitos veteres soleis dispositis cenare, ne lecti fœdarent stragulas, quod apertè probat Terentius in Heautont.

Asido, accurrunt serui, foccos detrahunt,

Video alios festinare, lectos sternere,

Cœnam apparare.

Idem notat non sedisse veteres, sed accubuisse: est autem accumbere, medium inter ambulare & sedere. l. hæc verba. ff. de verbo. signific. sane olim in cœnis sedisse quoque priscos, vt nunc, non decubuisse testis est Athenæus lib. 8. cap. 13. vbi quoque deos in conuiujs inuocari ait solitos sacrificio. Macrobius Saturnaliorum 3. cap. 6. explicans illud Virgilianū: dapes iuber & sublata reponi.

Pocula, grammineoque viros locat

ipse sedili notat in sacris Herculis sedentes epulari sueuisse, ergo non accubuisse pene supinos in stratis mollibus, vt Lucianus ait Calidas poriones priscos illis vitis in vsu fuisse, liquidum est ex l. cum de lanionis. §. asnam. ff. de fund. instru. Ahenum, inquit, in quo aqua ad potandum calefit. & l. quæsitum. §. cellarium. ff. eod. Iulius Pollux lib. ix. ex Aristophane & Philemone idem contendit cum antè hæsitasset. Varro j. de Ling. Latina, Calix à caldo, inquit, dictus est, quòd in eo caldum bibebant. quid si potius inde Calix dictus sit, quòd etiam Græci *καλὶξ* dicitur? Calix diatretus Iuriscōsul. id est, cælarus, tornatilis. l. si feruus. §. si calicem. ff. ad leg. Aquil.

Consiliatur l. legatis. §. si ex officio. cum §. seq. ff. de lega. ij. & nouè declaratur l. suo victu. ff. de oper. libert. CAP. XXVII.



OVVS an sit nomen artificij, differitur in l. legatis. §. si ex officio. de lega. ij. & in §. si vnus. eadem l. illic officium dicitur, hinc verò inter artificia connumeratur. nempe, ait glo. cum deliciores, cibos apparat, tum enim non immeritò inter artifices describitur. idem Bart. succurrit l. si quid venditor. ff. de ædil. edict. Venditor, qui optimum coquum dixerit, optimum in eo artificio præstare debet. vbi Budæus recitat queri Liuium de insigni temporis luxu, quo coqui ministerium in artem transit. & queritur itidem Plinius lib. 9. cap.

17. coquos triumphorum pretijs comparatos sua ætate. apud Sospitrum coquus arti suæ reliquas, omnes que liberales dicuntur, necessarias arguit: etiam astrologiam & solis syderumque cursum: cum quibus edulia ipsa commutentur, vt liquet in ostreis. alias artes percurrit Athenæus lib. 9. cap. 6. nec Geometriam tacet circa latitudinem sartaginis & lanceis rhobi capacis. Extant Cælij Apitij de re culinaria libri x. vbi eam artificem nominant, quibus selectæ condituræ, iuscula, hylitia, pultes, comprehenduntur. Popinam inter loca impura Iuriconsul. annumerat. l. si. cum dies. §. sed si in aliquem. ff. de arbi. popina enim publica culina est. Illustres coquinariæ institutionis auctores, hique Græci, fuerunt Pantaleon: Mysthæcus, Zopyrinus, Sophon, Hegeſippus, Heraclides Syracusanus, & alij non vulgaris eruditionis scriptores. qui de coqui artificio libros disertos ediderunt. quos qui sciret, non sine causa artifex dici posset. quia si vulgares tantum cibos pararet, non esset artifex. Ideo Iuriconsul. in d. §. si ex officio. ait extinguere legatum, si seruus ex officio ad artificium transiuerit non è contrario, cum lecticarius coquus postea factus est. certè in §. seq. confestim dicitur coquus artifex. nos possumus aliter hoc contrarium componere, si dixerimus in utroque §. coquum esse artificem, si explicemus illa verba: non idem esse cum lecticarius coquus postea factus est, & sic officio non extinguere artificium præcedens, vt ponamus, coquum hinc tanquam artificem lecticarium vt officio fungentem: non pro eo qui lecticas facit, sed pro eo qui lecticam portat, vt l. item legato. ff. de lega. iij. quare in d. §. si ex officio, non lecticarius in coquum euasit, sed coquus in lecticarium. Videtur tamen communis intellectus satis syncerus: noster autem eiusmodi est, vt contrarium omnino dissoluat. Scire autem an artifex coquus sit, an non, eo prodest, quia pluri æstimabitur. l. si duobus. §. fancimus. C. communia de lega. Item quia si officiales operas indebitè patrono libertus errore iuris, ediderit, non repetit: si verò artificiales, æstimationem condicet. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condic. ind. Sunt & aliæ commoditates officij & artificij discrimen dignoscendi, quas accuratè ponit Zasius in d. §. libertus. vbi officiales coqui operas dicit per d. §. si ex officio. addens præterea artificiales præstari edentis sumptu & victu. l. suo victu. ff. de operis lib. officiales patroni. l. opere. ff. eodem. vbi opere edi debent eo loco vbi patronus moratur, sumptu & vectura patroni, cum in d. l. suo victu. dicatur, propria impensa præstaturum libertum operas: (sed nisi fallor) dici potest, in d. l. opere enim. ff. de ope. liber. sumptum non accipi pro alimonia, sed pro alio quouis necessario impendio, vt satis indicat dictio, & vectura, mox sequens. nam & si patronus victum non præstet, præstabit tamen liberto artificio architecto, (verbi gratia) vel latomo, trabium & lapidum erectiones. & si quæ machinam desiderent: manus verò pretium libertus, nisi aliunde quæstum non habeat, vnde se alat. l. aut certè. & l. penul. ff. de oper. libertorum.

Sumptus.
Vectura.

De transactione super alimentis ex testamento vel contractu debitis, præteritis ac futuris: cum decreto prætoris, vel aliter. CAP. XXVIII.



ICAM posthac de alimentis vtilia, simulque ad eò dulcia vt si quis ea gustauerit, non inuidebit, opinor, cœlitum Ambrosiæ. Nolim autem prætermittere id quod pertinet ad alimentorum transactionem tum præteritorum, tum futurorum. illam quidem permissam: quia cum quis vixerit, iam ne viuat eodem tempore dubium non sit. sed in futurum egebit utique alimonia. quàm remittens modica pecunia vel quantacunque, videtur propriè vitam prodigere: idque temerè per suasus præsentis lucro, & futurum contemnens magnum & necessarium atque ita videtur in propriam vitam conspirare. quia qui nõ patitur, occiditur can. pasce. 86. dist. l. necare. ff. de liber. agnosc. nec obest. l. si sterilis. §. cum per. ff. de action. empt. ferè enim misericordis est alimenta alij suppeditare. l. qui bonis. ff. de celsion. bonor. ne scilicet inedia pereat. quia ibi venditor serius quam promiserat non soluens frumentum, non tenetur de familia emptoris fame eneata: quoniam huic non debebat frumentum tanquam alimenta familiæ, sed tanquam mercem ex negotiatione. Non dubito autem quin legatarius possit gratis remittere alimenta sibi relicta. quoniam in gratuita remissione cessat ratio: ne modico præsentis illeclus pro tenui præsentis lucro remittat. sic enim transactionem pro remissione sine lite accipimus. vt l. de alimentis. l. de fideicommissis. C. eod. & gratis multa licet facere, quæ non pretio. l. furti. §. pactis. ff. de ijs qui not. infam. nam quorsum hic partes suas interponat prætor? Certum enim est sponte remittentè duci non lucro, sed liberalitate vel eò quòd remittens habeat vnde se alat & dignetur

dignetur ali ab alio. accedit, quod raro fiet hæc spontanea remissio, ideo facilius permittetur. l. nec in ea. ff. ad legem Iul. de adult. sic donat mulier impunè, non se obligat. l. sed si ego. ff. ad Velleian. l. i. C. eod. at dicit quispiam, vt Accursius diuersæ partis assertor in l. cum hi de transact. ff. poterit fingi facile liberalitas sicut lites factæ aliquando perperâ sunt super alimentis, vt prætoris decreto opus non esset. d. l. cum hi. §. si cum lis. sed nemo non videt litem facilius institui pauca impensa, quam rei totius donationem fieri irreuocabilem. Tantum modo nostræ sententiæ obesse videtur, quod diximus necari censeret, qui non aliter, nec cuiquam licere necis suæ impunitatem dare. l. liber. r. ff. ad leg. Aquil. Respondeo necare videri illū qui non alit, cum iam a lere teneatur, non si ad id obligari desinit, alioquin nec prætoris decreto remitti alimenta quirent, non magis quàm ius occidendi tribui. accedit, quod in d. l. necare. de liber. agnosc. agitur de partu tenero, qui nec aliunde se alere possit, nec consentire remissioni alimentorum. l. i. §. & generaliter. ff. de ventre in poss.

Et quod prohibitio transactionis super alimentis vetita sit propter facilitatis causam, ne is qui ali debuit in futurum, modicū in præsentem malit, suadet, quod de alimentis ex cōtractu debitis licet transigere citra prætorum. d. l. cum hi. §. planè scilicet quia qui diligens fuit per contractum acquirendo, non præsumitur temerè remissurus sua quæstum industria: aliter atque ille qui ex testantis prouidentia alendus est. solemus enim nostro parva labore tenacius seruare, quàm alieno concessa beneficio: l. si quid bello. ibi gloss. ff. de captiuis. Vehementer impetitur prætoris cognitio, ne sit necessaria transactioni super alimentis relicta factæ. nam, inquit Accursius in d. l. cum hi. §. si prætor. aut vtilis est alimentario transactioni, & eo casu sine prætore valebit. d. l. cum hi. §. eam. quia melior est facta conditio transigentis legatarij: sin vero cum prætoris decreto deterior eiusdem conditio facta est, superuacaneum & inutile est decretum. solers homo, vt sibi videtur Accursius, postquam hæc duo membra proposuit, quæ hætenus vno interpretum consensu probantur: quæque ego paulo post falsa omnino conuincã, subiicit alia duo, in quibus possit esse locus prætoris cognitioni. quando, inquit, transigendo nec meliorem nec deteriorem facit suam conditionem alimentarius, vel rursus, quando dubium est vtrum ipsi proffit, an magis noceat. quod certe ridiculum est. nam & utroque hoc casu iam sine prætore stare transactioni. cum in dubijs præsumamus actum valere. l. solemus. l. si quis intent. ff. de iudici. præterea si diui Marci oratio vetuit transigi sine prætore examinatur, an alendo expediat, vteruis horum casuum consistere nequit, in quo prætoris decretum non intercederet transactioni, sed ipsam sequeretur, vt approbare factum antea, contra d. l. cum hi. §. vult igitur. accedit quod Accursius putat expendendum, an transactioni sit dubia, puta, nec vtilis nec inutilis: vel an dubia. sed hoc admittens illico prætoris decretum desiderat. nemo enim hoc expendere poterit nisi prætor cum ea quæ in rerum natura certa sunt non contemnemur, sed quæ partem iudicis. l. sed & si restit. §. fin. ff. de iudicijs. superest nunc dilemma Accursianum præcedens vndique nutare & labascere. aut, inquit, ei cui legata sunt alimenta transactioni prodest, & tunc valet sine prætore id. §. eam. versic. quid ergo. hoc apertè reicitur ab Vlpiano in d. l. cum hi §. si cui. vbi si frumentum pro alimentis legatum sit, pro illo non potest accipi sine prætore pecunia, nec pro pecunia frumentum: & tamen contingere vix potest quin permutatio in alterutra specie proffit legatario. sed & daretur ipsi ansa. sibi vtilitatem fingendi, vt prætoris decretum effugeret. quocirca tutius est utique prætorem consultò intercedere, præterquam in casu singulari. d. §. eam cum scilicet conuenit & alimenta citiore quam relicta fuerint tēpore iustis pensionibus persoluantur. quia tunc sine dubio vtilitas magna est alimenta percepturi, vt Paulus & Caius explicant in l. de die cum. l. seq. ff. de pact. dotalibus. proinde in d. §. eam ratio illa generalis, quia, inquam, sit melior conditio illius, restringitur ad speciem propositam vt in l. i. ff. de constir. pecu. vbi graue est fidem fallere: nempe in constituto à prætore adiuto, non in nudis pactis. itaque cum maturè alimenta præstantur legatario, & citius quam testator statuerit, non est necesse adiri prætorem: quia semel lex eam transactionem probauit tanquam vtilem. l. quæ sub. §. si. ff. de condit. institut. hæc nisi fallor magis conueniunt. d. §. eam. quam quod Bartolus putat, ibi ideo probari transactionem, quoniam à forma non recedatur. imo receditur mutatione temporis. l. si vnus. §. pactus in fin. ff. de pact. restat videre an æquè falsum sit quod Accursius existimat, inutilem legatario transactionem non inuari decreto prætoris: & vt sit magis est: cum prætor præsumatur rectè, decreuisse etiam inique statuens. l. pe. ff. de iustitia. & ne decreta sint elusoria. l. si prætor. de iudici. modo prætor rite & solemniter cognouerit, aliàs corrumpit decretum, vt in d. §. si prætor. l. cum hi vbi de causa, modo, personisque nihil examinauerat, neque animaduertat legatarij teneram ætatem diu verisimiliter victuri. nam senior facili pecunia

posset transigere, cum non ita diu victurus præsumatur iuxta formam ab Vlpiano traditam in l. hæreditatum. ff. ad leg. Falcid. nam non eget ita magno viatico, cui minus viæ superest homo bulla est, inquit Varro, maximè senex. demiror igitur cur Iason Bartolum secutus asserat in d. l. de alimentis. C. de transacti. summarim prætorem decernere de ea re, quàm lex tantopere examinari iubet. nec delegari iudici permittit. d. l. cum hi. §. sed nec. etiam si tenuia alimenta relicta fuerint: quia in minutis alimentis utique fauemus legatario, non aduersus eum interpretamur l. 3. §. quauis. ff. si plus quam per leg. Falcid. & minuta quædam pauperculis eximia creduntur. l. illicitas. §. & ne tenuis. ff. de offic. præsid. vbi gloss. l. si vero. §. 1. ff. qui fatid. cog. nec diuitiæ legatarij magis firmant transactionem, sed tantum mouent postea prætorem vt facilius eam admittat decreto suo. d. l. cum hi. §. nihil. §. in personam. nam ditissimus quisque facilè labi potest facultatibus, vt Dionysius ex rege siculo mendicus & parricidius teste Iustino. namque quod aiunt, diebus feriatis de alimentis cognosci. l. 2. ff. de feriis; & minime anxie in l. si quis. §. si vel parens. ff. de liber. agnos. locum habet, vbi id agitur, vt alimenta parentibus ex causa verisimili, vt liberis parentibusque, vel patronis, decernantur. non hic cum transactione amittenda veniunt. quo casu strictus agendum admonemur. vel ex eò quod licet alimentorum appellatio ne veniat vestis & habitatio. l. legatis. ff. de alim. leg. non tamen cum super illis transigitur. d. l. cum hi. §. qui transigit. sciendum plane est, ne circumueniamur, tunc habitationem alimentorum iure censeret, cum simul his accedit, non cum separatim relicta est. nam tunc impudè de ea sola transigitur inconsulto prætore. d. l. cum hi. §. si. nam ex habitatione nõ sic pender vita hominis, vt ex cibo vestuè. cum licet vel in dolio habitare more Cynici Diogenis.

Alimentorum causam summis magistratibus cura fuisse. an pretium venalibus alimentis possit à magistratu præstitui. nam inter coniunctos in alimentis sit ius accrescendi. an legatum alimentorum nominatim relictum ab instituto, præstet substitutum. CAP. XXIX.



EX magistratibus ad quos antiqui alimentorum sollicitudinem reuocauerunt, horum clarescit præstantia. nam præfectus vrbs curam carnis ouilis aut suilæ, & pecorum publicæ alimonie parandorum habebat: vt iusto pretio venderentur l. 1. §. cura. de offic. præfec. vrbs. sicut ij qui dicebantur episcopi, de panibus eorumque pretio, & de cæteris ad victum venalibus statuebant. l. si. §. Irenarchæ. ff. de munerib. ideo. ij. episcopi, id est, speculatoris indita appellatio, quod annona multorum fraudibus sit exposita, qui caritatem publicam affectant propter priuatum compendium, nec est quod terreamur venditoribus dominis adimi liberam pretij statuendi facultatem, contra. l. nemo. C. de iudæ. quia etiam cogi quis potest ex suis prædiis fructuum certam quantitatem viliori pretio addicere proximo municipio, si statuto id caueatur l. si pendentes. §. 1. ff. de vsufr. fauore publico alimentorum & vite hominum eo magis taxatio pretij alimentis recipitur, quod non est verendum ne nimis modica sit, cum præstituto vili pretio prætermittitur, pro copia inopia & caritas inducatur, paucis qui pro nullo quaestu aut perparuo lucro victui necessaria vendant existentibus. neque alia fuit ratione Diuorum Veri & Antonini cur rescriberent, ne decuriones grani pretium præfigerent. l. fin. ff. ad leg. Iul. de annon. ne videlicet, ita mercatores fierent tardiores ad comportandum frumentum nauigio vel vectura: vel ne ij qui frumentum habent, absconderent in aliud tempus adseruaturi. quod in carne & panibus non est perinde metuendum, cum facile corrumpantur: nec diurnitatem ferant. præter buccellatum excoctum militibus maximè remigibus l. 1. de arrogation. milit. annon. 12. lib. C. non est prætermittendum immunitate eos negotiatores donari solitos, qui nauigatione annonam publicam adiuuabant: vt eorum magis ac magis accenderent studia, si modo plurimam substantiam in ea re collocarent. l. semper. §. negotiatores. & §. licet. ff. de iure immunis.

Audio quæri cotidie, quid cause est cur in l. dominus in fin. ff. de vsufr. prædiorum vsufructu ob alimenta quibusdam relicto ac partim deficientem, potius ad proprietatem reuertatur quam accrescat coniunctis. maximè cum vsufructus facile ius accrescendi recipiat, & personam sequatur. l. 1. §. interdum. & l. interdum. ff. de vsufruct. accr. Bart. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. scripsit hoc euenire, quia legatum non sit iterabile. nam qui semel habuit unde se alar, non debet expectare ex voluntate testatoris rursus alimenta sibi præstari

præstari aliundè, collegatarij portione deficiente vt liquido probaturus sum amplius ex l. 3. versic. debeat. ff. de alim leg. vbi etiam soluta pluribus coniunctim alimenta, morte vnus refunduntur hæredi, qui soluit, nec accrescunt superstitibus, exemplo vsufructus. nisi hæc quodque dari testator voluerit, idque commodè probari possit, vt dicitur, à Sceuola in l. alimenta. §. Basilicæ. ff. de alimen. legat. fortè quia duobus vsufructum fundi non suffecturi ad alimoniam mediocriter vtriusque legauit. non dubitarem quin portio deficiens coniuncto accresceret ad supplenda integra alimenta. præsertim cum hæc morte finiantur alimentarij: nec sit perenne proprietarij incommodum. & cum alimenta modum capiant ex persona legantis & legatarij, tum ex dignitate & facultate vtriuslibet. l. pe. ff. eod. cumque sit verisimile testatori placuisse, vt is quæ ali vult, capiat quod victui satis erit, si per fortunas liceat. vt enim semel nutritum mediocriter noluit rursus pasci ad ingluuiem, vt ita cesset ius accrescendi post mortem testantis, à qua non solent variari alimenta. C. Mela in fin. de alim. legat. ita iustam alimoniam suppleri creditur voluisse. In alimentorum gratiam obseruarunt doctores, quorum Iason non vltimus est, in l. licet. ff. de legat. 1. legatum alimentorum quantumuis nominatim relictum ab instituto censeret repetitum à substituto. l. 4. §. fin. de alim. legat. vbi Modestinus: Lucius, inquit, testamento libertis libertabusque suis cibaria à liberis suis hæredibus præstari iussit, nulla conditione addita: quero, inquit, an si sine patroni liberis iidem liberti agant, cibaria & vestiaria accipiant. quod obtinuit non video quare hic Accursius finxerit liberis hæredibus substitutos datos & liberis repudiatis successione, admissos atque in ius vocatos propter alimenta, cum onus ab hærede relictum ipsis incumbat. quod certo dubitatione caret. d. l. licet. nec dicendum est nominatim legatum à liberis relictum cum liberi tantum appellati fuerint sine nomine proprio: & cum in dubio filij testatoris potius quàm substituti grauari non fuerint, ne præsumptione quidem iuris. l. cum acutiss. C. de fideicommissis. proinde verbum agant in d. §. si. l. 4. accipitur proprie pro, viuant. vt oratores passim vsurpant, seorsum agere, & simul agere. pro eo quod est, viuere. sic Vlpianus in l. patre. in fi. ff. de iis qui sunt sui. ago Rome id est, habeo domicilium. l. ex Cornelia. §. ego. de iniur. & ita veritatis virga ictus Accursius coactus est explicare in l. 2. in princip. de orig. iur. dubium enim erat, an liberti alimentarij cum hæredibus liberis degere debeant: quod Modestinus non recipit, eò quod nulla conditio alimentorum legato addita fuerit.

Alimentorum innumera adhuc esse privilegia, quæ post explicatam. l. 1. C. de fideicommissis. subiunguntur. CAP. XXX.



NFINITA propè sunt alimentorum iura, præ cæteris legum tractatibus singularia & eximia: quæ quicumque singularim recensere, idè æque dinumerare poterit.

*Quam multa glomerentur aues, vbi frigidus annus
Trans pontum fugat.*

vt cum Virgilio loquat. nos adhuc quædam subiungemus, vel nota vulgo, vel cognitu periucunda. Illud imprimis, quod aiunt colligi ex l. 1. C. de fideicommissis, alimenta in testamento minus perfectò relicta, & ab hærede præstata triennio, in futurum necessaria habere præstationem. tribus nimirum concurrentibus: id est, testamento, alimentis, & triennio. de præteritis vero alimentis minime dubium esse, quin, si depensa fuerint nõ reuocentur. cum ipsa præstatio rei relicta, & approbatio imperfecte voluntatis eam corroboret in omnibus nedum in alimètis. l. non dubium. C. de testam. secus in futurum. l. quod de bonis. §. nõ idcirco. ff. ad leg. Falc. Ego amplius (vt nihil huius fauoris alimètarij debitum testam. ostendat, sed potius rei legato piissime) assero idè censendum, si quis in annos singulos alicui alimenta promississet. nuda pactio, ea quæ triennio pendisset. postquàm Imp. temporis hoc præfigere collibuit. idque eo magis, quo in singulos annos promissa tenacius & firmiter longe heret, quam quæ in test. l. si Stichum aut §. si. ff. de verb. oblig. accedit. l. quædam. ff. famil. hercisc. vbi iudex in diuidend. hereditate inter mulierem & cohæredes nõ tantum res sed etiã libertos diuiserat, & alimèta iussa dari à testatore quibusdam libertorum: vnde mulier appellauerat. idque merito, quod libertorum diuisionem: sed alimentorum diuisioni standum, quia multis annis præstata essent. nec quisquæ rectè dixerit, ibi agi de alimentis ex testamento: nõ dubitatur de viribus testamèti, sed de diuisione alimentaria facta aduersus. l. 3. ff. de aliment. legat. cæterum cum præstanda alimenta inter cohæredes multis annis, id est, triennio in hac causa, vt ait imperator in d. l. 1. de fideicommissis. certo modo diuisa fuerint, nõ est postea resiliendum. itaq; hic de quasi contractu

agebatur in familie diuidende iudicio. §. itē si de obligati. que ex caus. contr. quod si promiss. non continui ser annuam alimentorum pensationem, sed rei alterius, sine stipulatione non proficeret ad obligandum imposterum aliquot annorum solutio. l. si certis. C. de pactis. l. 3. §. quamuis. ff. si plus quam per leg. Falcid. quo in loco aggregatur nouus fauor alimentorū: ne scilicet legatarius cauere teneatur heredi, se redditurū id quod plus soluerit, quā lex Falcidia permetteret. Ferunt alimentorum ornatui accedere, quod is qui annonam commeatum ad exercitui præstare & conquirere pro suscepto munere tenetur, eo nomine condēnatus, non potest obijcere compensationem. l. ob negotium. ff. de compensat. tametsi ibi nō magis Papinianus tractat de eo, qui alimentis comportandis præfectus est, quam armis equis ad autētorijs pro copiarum vsu. qua functione honorati, præbenda conducere dicuntur, & ea immunitate gaudent, ne inuiti dicant testimonium. l. 19. ff. de testib. de his Alciatus lib. parerg. 2. cap. 43. Mensores quoque frumentarij exculantur à tutelis. l. mensores. ff. de tucul. tutor. Miscetur insuper alimentis studiorum fauor: vt filiusfamilias, qui alioquin suo nomine paucas actiones habet, iuuetur extra ordinem ad reperendum viaticum mutuo datum. l. cum filius. ff. de rebus cred. l. si longius. §. i. de iudic. præterea ancipiti iudicio & reb. ad modū dubijs pro alimentis præstandis iudicatur. l. sed et si. §. nec mirum. ff. de Carb. edict. fatcor vti que ibi tractari de puero alendo, de quo dubitatur, an aliquando totius patrimonij, quod paternum dicit, sit futurus dominus. sed idem dicerem in omni dubio. l. quædam. ff. famil. hercisc. l. 3. §. quamuis. ff. si plus quam per leg. Falc. vbi dubitabatur, an Falcidie locus foret, tamen alimenta legata illico præstantur integra. Adiciunt alij Legitimam filiis non ad aliud potius fuisse concessam, quam ob alimenta, sed certē alimenta potiora sunt. nam vino patre præstantur ab inuito non legitima. l. 1. §. si impuberi. de collati. bonor. item aluntur exheredari à patre interim in dubio, non donantur legitima. l. 1. §. sed & si quis. ff. de ventr. in poss. mitt. addito, liberis naturalibus tantum alimenta deberi, non legitimam. l. si quis. §. idem in. ff. de liber. agn. nec obest d. l. si quis. §. sed si filius vbi filium opificem pater non obligatur alere, cum tamen eidem debeat legitimam. nam propterea non sequitur quin filio industrio & claro plus pater debeat, quam ignaui & obscuro. l. si longius. §. si. ff. de iudic. sed quia cum filius sit opifex, cessat ratio necessitatis, cum seipsum exhibere possit copiosē. nec in d. §. sed si filius dicitur non alendum filium præditum arte sed hoc iudicem æstimaturum ex facultatibus patris.

Legatis alimentis ad pubertatem vsque. pubertatem diuus Adrianus, in xvij. annum distulit in maribus: in foeminis ad xiiij. l. Mela. ff. de alimen. leg. angustioribus alioquin conclusam temporibus. §. j. quibus mod. tut. fini. Inst. Admitte. legatum huiusmodi ad pias causas pertinere: si pauperi fiat, vt ait Barro. inducens gloss. l. si quis Titio. ff. de leg. ij. quæ probat eodem gradu incedere legatum alimentorum & piæ causæ, vt obiter aliud prænotatum in alimentis annotetur, eo quod licet nudus minister non possit petere reliquum, l. si quis Titio. de legatis ij. perit tamen in pia causa. l. nulli. C. de episco. & cleri. peti etiam in alimentis l. alio hærede. ff. de alimen. leg. Quod autem pium sit legatum hoc, facit dicta l. Mela. ff. eodem. vbi pietatis intuitu impubes etiamnum quis dicitur post xiiij. annum & i. sanctus. in fine. C. de sacrosanct. eccles. gloss. l. si cui. ff. de annuis legat. Præterea causa alimentorū ferijs caret. l. ij. ff. de ferijs. quod ad futura alimenta pertinere aiunt, ex quibus vita hominū pendet. l. si. de appell. recipi. & in mora periculum vitæ imminet: est enim famis imperiosa in omni tempore, & multa docet, vt alimenta consequatur. hinc Græcus versiculus:

Πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδασκαλος.

Vnde fame vngente furari licet. c. si quis. de furt. & violare festum, vt fecerunt Apostoli. can. discipulos. de consec. distinc. v. & ægroto carnes in diebus vetiris comedere. c. carnem. de consec. distinc. v. vide gloss. c. sicut. xxxij. quaest. iij. Legatum alimenti incertum valet. l. si cui annuum. ff. de annu. lega. Quod etiam ex dignitate & charitate defuncti, & legatarij præstandum est. l. cum alimenta. ff. de alimen. leg. Prætor in alimen. pupillo constituendis pro modo facultatum decernere debet. l. ius alimentorum. §. penul. vbi pupil. educ. ff. vsque adeo res sacræ alimentis cedunt, vt horum causa religiosè distrahi permittantur. l. sanctimus. in fin. C. de sacrosanct. eccles. satius enim dixit Ambrosius vasa seruati, quam aurea, mura in templis. monētque; vt horum pretio pauperes alantur, captiui redimantur. idem Hieronymus can. aurum. can. gloria xij. quest. ij. insuper legatum alimentorum reliquis adeo præstat & supereminet, vt si testator plura legata fecerit, inter quæ alimentarium, diminutis postea legatis, hoc stet, nec diminutum censetur. leg. libertis. §. posthumus. ff. de alimen. lega. Alimenta, ætate infirma, vel senio grauatis, relicta, itemque epulum, ad honorem ciuitatis pertinent. l. ciuitatibus. ff. de lega. j. Hadrianus Imperator, in annonæ negotio & frumento militari non admittit appellationem, nempe dilationem in

non patiente. l. fin. ff. de appell. recipi. Iudex in hocce negotio maturius sententiam exequi debet, vel ante tempus executioni sententiæ constitutum. l. ij. ff. de re iudic. deinde alimenta alicui relicta quoad vel quandiu cum alio moretur, hoc etiam mortuo legatarius ea percipit. l. 1. C. de legat. l. Caio. §. imperator. ff. de alim. legat. sic violatur vis verborum propter alimenta præstari desitura morte legatarij. l. pater. §. fundum. de legat. 3. Quod idem iudex vnum è pluribus hæredibus commodè eligit, qui præstet alimenta, ne à variis perenda dissipentur. ff. de alimen. leg. l. solent. Adde, si placet, mandata principum, quibus cauetur, ne Proconsul in prouincia quam administrat, donum, munus, accipiat, non pertinere ad xenia, & victum quotidianum, edulia enim impunè accipit. l. solet. §. si. ff. de offic. procon. de xeniis Vitruuius lib. vj. cap. x. Græci, inquit, deliciares, & fortuna opulentiores hospitibus instruebant triclinia, & cum penu cellas, primoque die ad cœnam inuitabant, postero mittebant pullos, oua, olera, poma, reliquasque res agrestes: deo pictores ea quæ mittebantur hospitibus picturis imitantes, xenia appellauere. fuerunt itaque admodum hospitales Græci, quod genus humanitatis Deo pergratum est. vnde illud Matth. xv. c. Hospes fui, & non suscepistis me. Nam Abraham & Lot hospitales homines Deo grati fuere, & digni visi, qui Angelos cœlitus missos acciperent. c. j. xlij. distin. & Apostolus ad Hebræos cap. 13. vbi huius generis charitatem mirificè commendat. & Iupiter hospitalis fautor est supplicum & hospitem. inquit Homerus lib. 9. odyss. Sed, inquit Iurisconsultus. (vt eod. redeamus) hæc xenia non sunt producenda ad munerum qualitatem, id est necessitatem, vt ait gloss. quoniam dona hæc hospitalia gratis fieri debent, non imperari, vel, vt ait Budæus, prætextu xeniorum, non sunt aucupanda munera, quæ sumptu onerant prouinciales: vel (vt ego aliquid meum ad d. l. solet. §. si. adferam) xenia non sunt perducenda ad munerum qualitatem, id est, non debent incidi qualia sint, & certo sine claudi: sed arbitrio donantis relinquuntur: quoniam vbi occurrit necessitas & forma, liberalitas perit. l. rem legaram. ff. de alimen. lega. l. proximè. ff. de ritu nupt. Seruet igitur Præses quod est in prouerbio ibi ab Vlpiano citato: ὅ τε πάντα ἔτε πάντων, ἔτε ὅσα πάντων. id est, nec omnia, nec passim, nec ab omnibus accipiat, sed habeat doni & donantium delectum simile aliquid & in l. 1. C. de contract. iudic. Est præter hæc illud in alimentis præcipuum, quod verito alearum vsu non prohibetur familiæ quin in eam rem ludat, quæ vascendi causa in conuiuio ponitur. l. fin. ff. de alear. l. su. Est & aliud, quod valet relictum alimentorum seruo proprio. l. seruos. ff. de alimen. lega. alioquin non valiturum citra libertatem præmissam. l. quidam. §. illo. C. de necess. seruis hæredib. ceterum in d. l. seruos, præcipuè dubitabatur, an legata alimenta seruis ad templi custodiam destinatis ex testamento, ante præstanda venirent quam templum perfectum esset, quod magis est. Nam non admodum dubium erat quin hæres teneretur seruos pascere alioquin sine legato illis factis, nisi ipsos amittere mallet velut habens pro derelicto. nec enim suum quis iure dicit seruum famelicum quem pereuntem contemplit. l. 1. §. sed scimus. C. de latina liberr. l. 2. C. de infantib. Valet & damnato in metallum factum, alimentorum legatum: licet is seruus nullius sit quam supplicii. l. si in metallum. ff. de iis quæ pro non script. Item hoc genus legati capitis diminutione non interruptitur. l. legatum. ff. de cap. di. quia capite diminutus naturaliter eget alimentis. Quid illud: quod si filius fa. viaticum suum & sumptum studij causa paratum mutuo dederit, extraordinario officio iuuatur. l. cum filius fa. ff. si cert. pera. Illud quoque valde singulare est fauoris genus, quod solum habenti licet ad cœlum vsque tollere liberrimè. l. cum eo. ff. de seruit. vrb. non tamen si edificans altius impediatur flatu venti frumenta & legumina vicinorum à paleis ac siliquis in area secerentis. l. si. C. de seruit. ita vt lex inducat seruitutem huiusmodi sicut pro balneo ob sanitatem. l. 1. C. de ædifi. priuat. ne nimis elatum, sua mole cadens obruat lauantes. Item cui pro annonâ panis assignatur, pro eo frumentum dari non potest, quod quidem alibi impendi potest. l. j. de frum. vrb. Constant. xj. C. Ad hoc cauit Carbonianum edictum, alibi debere filium, tantisper dum impubes est, mora controuersia an de liberis sit testatoris, etiam si non sati dederit: præstat enim in dubijs alium qui non est dominus, quàm non alij, qui fortè est. l. sed & si. §. quotiescunque. ff. de Carbo. edi. Non dissimile edixit Prætor dum ventrem in possessionem mittit, donec in lucem producat partus, idcirco interesse rei publ. existimans, vt mater alatur. l. j. §. & generaliter. ff. de ven. in poss. mitt. cui cum præstantur alimenta, ipsi qui in utero est præstantur. l. curator. eod. tit. nam embryum pars materni corporis existimatur, vt fructus arboris secundum Stoicos.

Si filius fa. vel seruus minimè peculiati, mutuum, vt se alerent, pecuniam insumpserit, patrem & dominum obligant, in quorum rem versum videtur. l. ii. §. proinde. ff. de in rem vers. Donatio inter virū & vxorem iure ac moribus improbata est. l. j. ff. de dona. inter vir.

& vxor. si tamē vt familiā cōmunis v sus aleret, alteruter impenderit, iustē impendit, quōd si venalitiariā in rē verum est, & donatio non cōstat. l. sed & si vir. §. fina. ff. de dona. inter vir. & vxor. Tutor pupillū non alens, suspectus est, & acerbius punitur. l. iij. §. tutor qui alimēta. ff. de susce. tut. quineriā eidē ex officio incūbit pupillū alere, familiāque, seruos, liberos, nonnunquam exteros. l. cum plures. §. fina. ff. de administ. tut. Patronus, nisi liberto alimenta implorāti dederit, hēreditate & operis liberti priuatur: at liberus itidem non alens rursus fit seruus. l. alimenta. ff. de liber. agnosce. & qui pius libertus esse nōluit, seruus. impius erit. Idem vult Bart. in filio emancipato, quia atrocem infert iniuriam. l. vt vnica. C. de ingrat. lib. l. necare. de libe. agnosce. ff. Addit posse etiam exhēredari. l. 2. de infant. exposit. vbi, ni fallor, iuuatur eius sententia ratione ibi subdita. apertius in §. 1. in fi. de incestis nuptiis col. 2. vbi pater, licet impius, à filio alendus venit, cui facultates suppetunt. Libertus suo victu patrono operatur, si vnde se alat habeat: egentem verò nisi alat patronus, operas prator denegabit. l. suo victu. & ll. sequen. ff. de oper. liber. Pater & filius inuicem alere tenentur, & semper inopem diues: quōd ni alat, pignoribus captis, cogetur, etiam si faciat de consanguinitate controuersiam. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. ff. de liber. agnosce. Vnde quamuis filia semel dotata non iterum à patre inuito instauretur dos amissa auth. quod locum. C. de collati. tamen circa alimenta iis personis indulgentiores sumus, quā se ipsas pascere nequeunt ignauia. l. cum hi. §. sed & personar. ff. de transact. l. si quis §. sed si filius. de liber. exhib. Sed & filia eorum qui maiestatem legis læserunt ex bonis matris quartam percipiunt nomine alimoniar. l. quisquis. §. ad filias. C. ad legem iul. maiest. Item patrem valde inopem hēredes filii pascunt. d. l. si quis. §. item rescriptum, de liber. agnosce. Mater alens filium, in dubiis, materno affectu & pietate fecisse videtur. non animo repetendi, nisi in rationes impensarum contulerit, vel aliter constiterit. l. alimenta. C. de negor. gest. l. Nefennius. ff. eodem. Non taceo criminaliter neminem accusari posse ab alumno suo, à teneris annis domesticè nutrito. l. iniquum. C. de iis qui accus. non poss. nefas est enim eius vitę aut famę periculum inducere, cui vitā debeas. Nec taceo l. i. C. de donati. quā sub mod. vbi singularis est rei vendicatio non ei qui se dicat dominū, sed vt dominum sibi restituatur à perfido donatario, qui alere ex pacto debuerat. non enim alibi talis est actio in rem. l. in rem. de rei vendic. Sed nunquid exiguum videtur prāmium, quod pollicitur est, iāto fœdere, Christus, iis qui famelicos & pauperes cibauerint: facit vtique corpori, diutinā vitā, animę æternā repromissionem. cap. decimā. vix. quæstio. j. In summam optimum colonum terrā, qui fructus cum fœnore restituat, quasi ex agris Heliodi, elemosynam dixerit: danti enim vbertatem tempestiuosque imbres pollicetur. cap. reuertimini. xvi. quæst. i. neganti verò cui opus est, cum ipse abunder, locustam, erucam, æruginem, ibidem minatur, sterilitatis præsentia indicia. locustas edaces vocat Imperator in l. excepto. C. locari. propter quas remitti pensionem colonis sancit: quoniam Deorum iræ pestis ea inscribitur, vt ait Plinius, Messem enim adurit locusta, & erodit morfu, insectum animal, & in Cyrenaica regione tam frequens, vt lex de locustis debellandis lata sit. erucam autem quia rei ipsius vitio innaſcatur, non præstare remissionem pensionis Iurisconsultus ait. l. ex conducto. §. si vis tempestatis. ff. locati. si erucis, inquit, aut herbis segetes corruptæ sint. erucis, enim legit gloss. in dicto c. reuertimini. verbo, aut ærug, sed nunc, raucis, legitur. Raucæ quales sint, enarrat Budæus. Ponuntur & alia alimentorum singularia in l. si instituta. §. de inofficioso. cum gloss. ff. de inofficio. testamē. l. frumenti. C. de vsuris. & auth. nisi. C. ad Trebellian. clarius etiam in l. i. C. de legat. vbi perpetuitati alimentorum studetur. accedit ad superiora priuilegia l. si collactaneus. ff. de manumif. vin. & alibi sapissime legentibus obuia. quæ nos consultò prætermittimus, animos illorum vtunque refectos & recreatos hac tenui tractatione rati. cum alimentis vti citra satietatem non iucundum tantum sit, sed etiam salubre. ob hanc causam Timotheus Atheniensium dux dicebat, eos qui apud Platonem cœuarent, postride etiam bene habere. adeo hilaris est frugalitas. quæ neque mensam neque mentem onerat.

*Patrem inopem
hæredes filij
pascere debent.*

S T E



ONSTITVERAM his diebus aliquid amplius de Iure Ciuili scribere, non tam quia me posteris consulere posse cōfiderem, quā quia mihi non placeret esse otioso: sed temporis importunitas, consilium mihi extorsit meum. Nam vbi pestis urbem inuasit, coactus sum seriis legum studiis ferias indicere, & in agros migrare, ac planè rusticari. Interim quo animum meum recrearem, & ne temporis calamitas mea studia omnino moraretur, inter æstiuos cantus auium & annuum mistos strepitus decreui concinere, ac progarrire, & iam pubes calare quodammodo auium tractatum à me puero, & vt sic dicam, implume fabricatum: ne maiores nido pennas censear antea extendisse. Nam quemadmodum Castor & fera quadam, eas corporis partes abijciunt, propter quas peti se à venatoribus vident: sic ego ea vltro induxi ac deleui, propter quæ amulis expositum me sentiebam: reiectis autem locis meliora & ampliora, iucunda permutatione suffeci annos iam natus viginti duos, tamet si etiamnum pueritiam liber non diffitetur, qui si tam mihi laudi futurus est, Quod si tam quā fuit voluptati, bene mecum agitur: sin aliter acciderit, cur doleam, qui non plus octo diebus in eo perficiendo consumpsi? & quia de tenuibus me agere intelligo, per paruam inde gloriam expecto. Ceterum si rerum exilium tractatus etiam accusari meretur, non video reos locupletiores ipsis Iurisconsultis, quos sequimur, qui de auiculis multa sæpius responderunt & constituerunt, & quidem frequenter aliās minima quadam sua commendatio secuta est. Myrmecides, quod ex ebore formicas fecisset, admirationi fuit. Imperator Hadrianus in pingendis cucurbitis celebrem se fieri voluit. paruus Cupido Praxitelis Thespias oppidum nobilitauit. Chærephanes librum non ineptum fecit, de vxorum intemperie in viros. Homeris ranas prætereo, & Ciceronis ludicra poemata. Virgilij apes præterire nequeo, in quibus describendis se ipsum vicit. cum in pecorum armorumque descriptione alios tantummodo superasset. & dum apibus politica Reipublicæ administratione præstantibus partem esse diuinæ mētis & haustus ætereos, iuxta quorundam placita, refert, diuino se præditum ingenio prorsus declarat: sibi que cum imperitis non minus esse disidii (qui nihil magnum moliri neque paruam approbare solent) quā Ægitho auicula omnium minima cum asino. ab hoc enim in spinetis, quibus delectatur & nidificat lacesitur disiectis ab scabente nidis, & rudentis sono, interim attonita. nam & nos imperitorum supercilium quā doctorum hominum censuram vehementius formidamus. Quocirca factum est, ne me pudeat tibi hoc Auarium dedicasse: quod tu, cuius es beneuolentiæ humanè accipies, atque forsitan legendo præstabis, vt sine risu perlegas, quamuis hoc ego mihi ipsi scribendo vix præstare potui. quod si contigerit, bonis auibus me Auarium emisisse arbitrabor. Vale.

AVIARIUM IVRIS CIVILIS, IN QVO EXPLICANTVR, §. FERÆ §. PAVONVM. §. GALLINARVM. IN TITVLO Dererum diuisione. lib. ij. Instituti- onum Ciuiliu.

Stephano Forcatulo Iuriconsulto autore.

NOTABILIA PRIMI CAPITIS.

- | | | | | |
|--|--|---|--|--|
| 1. <i>Auis appellatione quid contineatur, & an apes sint volucres.</i> | 2. <i>Qui par auium debet non liberatur mortuus praestans.</i> | 3. <i>Vespertilio quid sit apud Vlpianum, quodque cedens bonis non fiat infamis</i> | 4. <i>Quod aues priusquam oua fuerint.</i> | 5. <i>Phœnix renouatus censetur perennis sicut & contractus & actio.</i> |
|--|--|---|--|--|



VIBVS † legatis, Paulus ait, anseres, phasianos, & gallinas deberi, non pastores auium, nisi id testator expresserit. l. auibus. ff. de legat. iij. Hinc colligitur, aues esse volucres pennis praeditas, exemplis sic à Paulo subiectis. Proinde † apes auium nomine non censentur, sed tantum volucrum, ex doctissimi cuiusque vsu, qui in verbis plurimum potest. l. Labeo. ff. de supellect. lega. Ouidius lib. 5. Fastorum.

— volucres ego mella daturus
Ad violam & cythos & thyma grata uoco.

Nec nos deterreat Vlpian. in l. v. §. apium. ff. de acq. rer. dom. qui videtur apes à volucribus seiungere, cum ait: Apium quoque fera natura est. Itaque apes, quæ in arbore tua conseruerint, antequam à te alueo includentur, non magis tuæ intelliguntur, quam volucres quæ in arbore tua nidum fecerint, vt §. apium. Instit. de rer. diuis. Respondi, hoc loco dictionem, alius, intelligi tacite, sicuti alibi sæpius suppleri solet, præsertim in l. hæc stipulatio. ff. vt legat. seu fideic. ibi, hæreditas siue ius. id est, siue aliud ius. nam hæreditas ius est. l. 4. §. adulterii. ff. de re milit. vbi adulterii, vel aliquo publico iudicio damnatus. id est, alio: nam & adulterium publicum est. sic tuum aut contractus. l. creditores. ff. de verb. signi. præses vel iudex. l. si præses. de pœnis pater vel parens l. 5. de iure dot. ff. Virgilius in Diris: Delphini fugiēt pisces. id est, alios pisces. de viuis auibus hæc dicta velim, nec enim iam quicquam sunt à morte, vt nec homo. l. si homo. ff. de verb. oblig. ideo Achilles apud Accium inquit; corpus Priamo reddidi, Hectorem abstuli. nec quisque iure dicat aliud in animæ rationis experte. l. mortuo. de legat. 2. vbi mortuo boue nec caro debetur, nec corium, licet peti possit aduersus eum qui moram comisit, si domino collibuerit. l. si seruus. §. boue. ff. de condi. furti. nec idcirco soluetur inuito par gallinarum emortuum ei qui dicit se velle alere merito. l. Paulus. de soluti. vel ad libertatem perducere. l. qui decem. §. si. eod. quo vnico textu fretus est Bartolus in l. quod te. de reb. credit. licet parum iuuet, nisi in auibus feris vt perdicibus, in quibus diuersum forte obtineret: quia viua illico macrescunt, & mors non nocet creditori in auibus vitæ inutilis l. 38. §. sed enim. de ædil. edict. iuuat consuetudo soluendi perdicibus esui tantum idoneas. l. r. de vsur. ff. l. si. ad legem Rhodi. Vespertilio auis non est, & si L. Valla secus existimet: quia pluma carer: &, vt Plinius lib. x. c. lxj. scripsit, sola volucrum quadrupes lacte nutrit. † Vlpianus in l. si ita quis. ff. de euct. vespertilionis meminit. Si ita quis, inquit, stipulanti spondeat, sanum esse, furem non esse, vespertilionem non esse, perinde est atque si promittat id quod interest, si morbosus, aut fur. aut vespertilio inueniatur seruus qui venditus est. Vespertilionem quidam intelligunt eum, qui ne satisfaciat creditoribus, latitat. ex Aesopi apologo. quo traditur rubum & mergum cum vespertilione societatem mercium iniuisse: facta deinde naufragio, rubum vestem prætereantem retinere, vt exploret, an suam forte inueniat: mergum autem mari assidere, sperantem vt mare aliquando merces eiiciat: at vespertilionem ipsum vesperi tantum volare pudore æris alieni.

alieni. ita ferè Alciatus lib. iij. de verb. signifi. sed displicuit Alciati expositio D. Erasmo Chiliade iij. quia cum in d. l. si ita quis. de seruo vespertilione agatur, parum quadret seruo latitare propter mutuam pecuniam non solutam, cum vix seruo credat nummos aliquis. ideo vespertilionem, seruum fugitiuum esse putat, qui à domino se subducit noctu latitans, ne agnoscat, idcirco, inquit, in l. quia dicitur. ff. de euctio. quæ vicina est illi l. si ita quis. de fugitiuo & errone agitur. Sed cum notissimum sit seruo credi solere pecuniam, & seruum sæpe decoquere atque conturbare, non obest magni Erasmi obiectio. Conturbare seruum intelligo eum, qui nummos disperdit, & rationes interuertit. quidam. ff. de in rem ver. l. quicumque. §. idem Labeo. ff. de instito. vbi Budæus. Puto dictum conturbasse aliquem à turbatis rationibus & fracta mensa, vt aiunt. l. j. §. fin. ff. de seruo corru. Vespertilionis serui mentio quoque fit in l. qui decem. §. pen. ff. de solutio. vbi, qui seruum noxæ deditam creditori soluit, non liberatur, secus si vespertilionem aut aliàs turpem dederit. Ecce, quomodo vespertilio turpibus aggregatur. quod in decoctore proprie dicere non possumus propter amissam pecuniam, cum prudentibus plerumque fortuna insidietur, & viris honestissimis. eosque in summam præcipitet inopiam. l. humilem. C. de incest. nupt. vbi pauperi illibata manet ingenuitas & decus, interdum augetur vt Zenoni Stoicæ sectæ auctori: cum ad pircum nauem fregisset onustam: purpurea merce. sicut scribit Laërtius. hinc constitutum est infames non haberi qui bonis cedunt. l. debitorum. ex quib. caus. infamia irog. C. Quid igitur si dicamus vespertilionem esse illum Iuriconsulto, qui publice pro infami habetur propter scelera quotidiana, adeo vt à bonorum consortio reiiciatur: citat Nonius illud Varronis in Agathone: Quid multa? factus sum vespertilio, neque in muribus planè, neque in volucribus sum. & apud Aesopum ait vespertilio: ἦν ὁ μῦς, ἀλλὰ μὴς εἶναι. id est, se non auem sed murem esse: & rursus: μὴ μῦς, ἀλλὰ ὡς ἔστις εἶναι. id est, non murem esse sed vespertilionem. quemadmodum pater pupillares tabulas faciens, altero filio & sua vxore preteritis, illas modo vocat suum, modo filii sui impuberis testamentum. l. Papinianus. §. sed neque. ff. de inoficios. testam. sed hoc impunè admittitur, vt liberius ac lubentius pater pro filio testetur, & diuersis personis respondeat sine fraudatione. quippe cum re vera patris & filii non eadem sit persona, vel hæreditas. atqui vespertilio dolosè, modo se murem iactabat, modo auem. cum idem esset corpus: idque non modo apud diuersos, sed etiam apud contrarios, & bellum inuicem gerentes. quod recipi nequit: non magis quam vt eadem res sit mobilis atque immobilis. l. eum qui. ff. de vsucapion. Orus Apollo scribit, nota Ægyptia, Vespertilionem significare hominem imbecillum, audacem simul sine viribus. eodem modo ab animali Stellione Iuriconsulti Stellionatus crimem pro omni impostura deduxerunt, & vsurparunt. l. iij. ff. de crim. stellio. Non progrediar vltius, quin antè quaesierim, † vtrum auis prius quam ouum extiterit, an è contrario, res certè parua est, in qua maximè versatur Macrobius lib. vij. cap. xvj. nos auem prius extitisse certò scimus, quia Deus omne animal volatile creasse legatur, generationemque in posterum præcepisse Genesios primo ca. Adde, diuinæ & infinitæ prudentiæ congruum fuisse, aues ipsas statim producere non producendas sperare. l. quia ratio. ff. de cond. inst. Huius rei argumentum est quòd diluuii tempore Noë ex Dei præcepto binas singulorum generum, aues non ipsarum oua, arca inclusit. Genes. vij. cap. ex quo, ab initio creationis Deus idem fecisse censetur, argu. l. qui non. §. Lucio. ff. de vulg. maximè cum die tertio herbas arboresque ac fructus earum creauerit ante Solem & alias stellas quarto editas, sine quarum tamen ope nunc terra esset sterilis. sic prope magistrarus facit legem. §. constat. de iure natur. & mox ab ea. fit ac regitur §. i. de offi. iud. c. l. i. ff. de offi. eius. denique quis incubasset ouis, si sola oua prius fuissent: quare dubitare non conuenit aues prius productas mox oua ex auibus, sicut & herbae prius quam semina fuerunt. nam genus pennis condecoratum, vt ait Ennius, oua parere solet, non animas. diuinum Phœnicem excipias in Arabia auro & purpura pictum, vitam ad centum annos producentem, vt Aufonio placet, vel ad quingentos, vt Ouidio. at Martialis.

Qualiter Assyrios renouant incendia nidos,
Vna decem quoties secula dixit auis.

dicitur vero Phœnix renouari, quia non prorsus extinguitur, sed extremo die vitam suam inter varios odores commendans, flammam excitat displotis alis. Hinc animal primum sine membris fertur oriri. inquit Lactantius, & paulatim expolitur. sic dicimus renouari contractum locationis, cum perdurat consensus post tempus præstitutum l. 14. §. si. ff. locat. ita vt eadem videatur locatio in nouum annum colonæ redintegrata, vt ibi habetur:

atque ita Phœnix sempiternus censerur continua refectione. l. 76. ff. de iudiciis non enim extinguitur cum super sint eius rediuvia reliquæ l. patre. ff. de iis qui sunt sui. tamen actio penitus perempta suscitetur denuo l. 2. §. si. ff. si ex noxal. caus. agat. nam æquitaris semen occultè residens instaurat eam.

NOTABILIA II. CAP.

- 1 *Aves iuris naturalis peritia censerur quid sit.*
- 2 *Auibus & brutis infra quadam æquitaris semina, non tamen ratione duci.*
- 3 *Quod iuribus alimenta præstantur parentibus.*
- 4 *Obligatio, quæ ad antidora dicitur, cuius sit effectus.*
- 5 *Expensum ferre beneficium, quid significet an donatio obliget donatorem.*



HOMINES ideo filios & filias concipiunt, ut ex prole eorum diurnitatis memoriam relinquunt. l. liberorum. §. fin. ff. de verb. signific. & hoc iure naturali, quod hominibus cum auibus & brutis omnibus commune est. l. j. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. Videmus, inquit ibi Ulpian. cætera quoque animalia feras etiam istius iuris peritia censerur. id est, ut Budæus vult, videmus bruta etiam ideo nobis admirationi esse. quæ expositio anxia est, minus literæ conveniens. si enim dixit Ulpianus bruta admirationi esse, iam concluderet & homines admirationi esse. nam particula, quoque, implicat præcedentia quæ complectitur. §. pavonum quoque. Institur. de rer. diuif. deinde. nemo solet feras admirari nec aves, quod soboli studeant. quia causarum ignoratio sola in re noua admirationem facit, non id quod quis quotidie videt, ut dicit Tullius lib. ij. de Diuinatione. Accursus in §. j. Inst. de iur. nat. explicat censerur, pro moueri: quia, inquit, hoc iure naturæ, auis volat, piscis natat, gallina calefacit oua. ridiculum, quasi verò & homines volent ac nantent. nam ibi Imperator post Iurifconsultum ius naturale commune hominum & auium ac ferarum scripsit. proinde censerur accipio, pro eo quod est in eodem numero esse, & similiter ut ductu iuris naturalis bruta ipsa, atque duci solent homines. l. liberi. ff. de assig. libe. Liberi, inquit, manumissoris iure censentur, id est, eiusdè iuris sunt cuius & manumissores. l. si. ff. de suis & legit. Plinius lib. xxxij. cap. xij. subitoque hæc ars ira exoleuit, ut sola iam vetustate censeatur. hoc est, propter solam vetustatem est in aliquo numero. Ecquis eorum philosophiæ participem non fateatur. sit enim vnum & eundem locum duo corpora capere non posse. l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poss. ideo si in vas inciderit aquam continens inferiorem, quam vobis possit eam attingere, calculos conicit ere & vnguibus, ut sic aqua extollatur. quod si quid admiratione dignum est in auibus, ornatus vestimenti præteriri non debet, in pauo, in gallinaceo, aliisque innumeris. propter quorum pulchritudinem Solon legislator aues Regis Cræsi fastui audacter prætulit innuens solo faciei decore ad cælestem similitudinem accedente homines præferri brutis, & ratione præterea, quod deo similis effectus est. l. si quis in. C. de pœnis l. cum ratio. ff. de bon. damnat. sunt autem & multis admodum auibus ingenta quædam naturæ semina, quæ non tantum accedunt ad illud ius naturale, quod ad educationem procreatorum pertinet, sed etiam ad illud ius naturale quod appellatur ratio siue æquum & bonum, in l. pen. ff. de iustit. & iur. hoc est, ad rationem, & ideo Hieronymus in can. origo. xxxij. quæst. iij. homines ad honestum vxoris amorem inuitat pecudum imitatione. hoc modo columbæ oderunt adulteria, & plus naturæ incitatio columbis prodest, quàm hominibus tota lex Iulia de adulteriis. omitto aves reliquas; ad Ciconiam venio, quæ, ut exploratum est, parentes senio confectas alit iuxta l. j. & si. C. de alend. lib. Vnde quia Ciconia Græcè πέλραγος dicitur, ἀντιπέλραγείν, est beneficii accepti vicem reddere, præsertim parentibus. & de ciconiis loquens Aristophanes in Auibus ait:

Δεῖ ὁδὸν νεοτῆδ' τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν. id est
 Oportet pullos vicissim patrem nutrire.

Perinde ac si in earum tabulis scriptum sit: liberi parentes alant, aut vinciantur quia necat qui non pascit, l. necare. de liber. agnosc. ff. nisi impium merito esurire patiantur. l. si quis. §. idem iudex. eod. Hæc est illa obligatio quæ nos allicit ad ἀντιδωρα, id est,

id est, ad dona reciproca. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pet. hered. per quam ciconiæ parentes fouent, à quibus vitam acceperunt, licet id ratione non faciant, nec iudicio, nec studio æquitaris, sed æquitaris, sed naturæ instinctu, qui cum penè illis necessarius sit, nullam inde laudem promerentur. l. proximè. ff. de rit. nuptia. igitur non admodum placeat illud Philemonis, qui apud Stobæum felices putat animantes reliquas excepto homine. illæ, inquit, quam secum attulerint naturam in lucem prolege habent: homines vero vitam agere ἀβίωτον. id est, non vitalem: ac seruos esse opinionum. quid tum? ex his patet hominis præstantia, quod discernit & diiudicat, quid iustum, quid iniustum sit: aut è duobus vtrum iustius vel iniquius. l. si ita. §. pe. ff. ad leg. Aquil. nihil factu agit homo. nec quia aliquando hallucinatur deterioris sortis est. nam & qui oculis perspicit, ad solem coniuert: non is qui cæcus omnino est: nemo tamen non malit lyncceus esse & perspicax, quam cæcus. sic feræ non ita errant, quia nihil agunt, nisi quod præscripsit necessitas. Atqui & homines parentes suos nutriunt tum naturæ tum æquitaris consilio, & miserationis causa, d. l. si quis. §. i. l. venia. C. de in ius vocand. tum etiam præceptis iurifgentium. veluti. ff. de iust. & iur. denique præceptis ciuilibus. l. filia. C. de patr. potest. ne mirū sit, cum tot iura concurrat ad alimenta parentibus præstanda, si filius actione cogatur eos alere. & Nā aliās obligatio ad antidora non proficit ad actionem, licet natura dicat ut benefacienti benefaciamus. & hinc est, quod qui donauit nō est ideo locupletior, quia donatariū ad remunerandum obligauit. d. §. cōsuluit. l. sed & si. ff. de peti. her. & Theophilus in §. j. Instit. quib. re. con. obli. expressè dicit, ex donatione neminē qui donatum accipit obligari. secus in mutuo. Ratio est, quia in donatione, eius qui donat animus est, ut nolit sibi tantundem rependi, sed gratis liberalitas exercetur: alioquin donatio mera non est quæ ob causam fit. l. j. & l. hoc iure. §. si. ff. de donat. Cum ergo desit donantis consensus, quomodo erit valida obligatio? turpis: forneratio est (inquit Seneca lib. j. de beneficiis) beneficium expensum ferre. hoc est, turpiter facit donans, qui in libro suo rationum scribit, se impendisse centum quæ donauit Meutio. hoc enim significat, expensum ferre, quod in numerum rerum expensarum ponere. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell. l. qui vestem. ff. de supell. leg. ideoque non repetit, qui spe remunerationis. l. 3. §. si quis quasi. ff. de conducti. caus. dat. sed nec hoc donatarius agit ut obligetur, cum gratias habet munifico. l. 3. de actionib. ff. natura tantum mandat referre cum possit, non admodum imperiose, nam & sæpe

Beneficium dando accipit, qui digno dedit.

ut dicebat Publius Syrus. hoc tantum rigidè iubet naturæ iuncta lex, ne ingratus sit accipiens erga donantem, nisi velit auelli donatum. l. si C. de reuoc. don. Sed etiam donator aliquid vicissim caput, eo quia fuit liberalis, laudem enim consequitur. l. munus. ff. de verb. signifi. & ea nuda satietur.

NOTABILIA III. CAP.

- 1 *Auium triplex diuisio.*
- 2 *Aquila cur auium principatum obtineat, explicatur. l. si vindicari. C. de pœnis.*
- 3 *Merum imperium an penes principem tantum sit. & an bella cum feris sint communia.*
- 4 *Pygmæa gens iustum bellum gerit cum gruibus, de sturnorum iniuria quid statuendum.*
- 5 *Propter auium multitudinem pensionem remitti colono.*
- 6 *Phasiuni cuius natura & iuris sint, & an gregem faciant.*



AVIUM summa diuisio hæc est: & quædam sunt feræ penitus, ut aquila, grus, turdus, graculus, quædam feræ sed mansuetæ, ut pau, columbæ. & tertio, quædā natura domesticæ, ut anceres, gallinæ. hæc diuisio notatur ab Accursio velut integra in §. ceruus. Institur. de re. diuif. & l. v. §. fin. ff. de acq. re. domi. & Aquila in auibus Regio potitur imperio, idque iuregentium, & omnium hominum conspiratione, à qua regna condita. l. ex hoc iure ff. de iustiti. & iur. quod fastu, viribus & toto corporis habitu excellat, quod solem intentis oculis atque immotis aspiciat: ideo comitiis auium nacta est regium sceptrum atque hominum suffragiis, prædæ alioquin dedita & violentiæ, nisi quæ

dam est aquila Ioui sacra herbis victitans, vt ait Aelianus, solum digna imperio propter mansuetudinem, C. de nupti. l. impetialis. quod etiam volat altissimè, idcirco animal illud è quatuor aquilè simile, de quo Ezechielis. i. ca. D. Ioanni confertur, quia hic in Euangelis diuinam naturam propius attigerit. Poeta Aquilam Iouis alitem appellant, & ministrum fulminis. nam iracunda avis est & formidabilis, sicuti solent esse principes, cum vindicari volunt. Odyss. p.

—Χαλεπὰ δὲ τ' ἀνὰ κρον εἰσὶν ὁμοκλάς.

Id est, seque sunt regum minæ. Inde manauit sanctio Gratiani Valentiniani & Theodosij senioris Augustor. quæ iubet vindicari volente principe in reum causæ meritis minime perpenfis, triginta dies expectandos esse: accusato interim custodia credito. quod quidem solo Theodosio viro, alàs pio & strenuo, impellente promulgatum fuisse Rufinus notat lib. 2. historia ecclesiastica cap. 18. cum enim aliquando Thessalonicæ seditione exorta, populi furentis impetu, militaris vir oppressus fuisset, facinoris atrocitate succensus Theodos. Circensium ludorum prætextu inuitatum populum sine delectu à militibus circumfusis mactari iussit. & mox penitentia ductus legem tulit: ne impostero simile quiddam accideret. vncis Aquilæ pedibus magis quam humano imperatore dignum facinus exhorrens quod commiserat: quem clementia decens summo deo assimilat. l. si. C. de do. nati. inter vir. Sanè Romanorum insigne in prælio aquila erat. Alciatus de illo. in lib.

Παρερ. v. cap. xiiij. quia princeps Romanus se totius orbis dominum putat. c. ad reprimendam. in vsib. feud. Lotharius antiquus glossator, vt nihil imperatori non concederet, t merum imperium penes solum principem esse asseruit, exercitum autem meri imperij magistratibus concessum esse, non ius ipsum, & sic intelligi l. & si Prætor. ff. de offic. eius. l. iij. ff. de offic. Præsid. l. ij. ff. de in ius vocan. & si quæ sunt iura similia. Lothario subscribit Alciatus libro Paradox. ij. cap. vi. Ego pro Azone & reliquis ius ipsius meri imperij magistratibus quoque inesse puto, & principem sic communicare, quemadmodum sol lunæ & stellis communicat lucem suam, cum interim nihil ei deperat. Nobiscum facit l. potestatis. de verbo. signific. quæ imperium in magistratu esse dicit, vocarique potestatem: item potestatem in patre esse quæ in persona liberorum patriam potestatem significat. Quis autem erit, qui existimet exercitum patriæ potestatis non ipsum ius penes patrem esse: nemo certè. Item l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offic. Præsid. ipsum ius gladii in Præside prouinciæ est, quod quidem ius, meri imperij est. l. imperium. ff. de iurisdic. omni. iudi. Tertio princeps suam omnimodam potestatem habet à populo. l. j. ff. de constit. princi. Sanè antequam Imperatores essent, ius imperij in magistratibus erat non in populo, qui est nomen sine re. l. ij. §. exactis. ff. de orig. iur. Item lex dat merum imperium aliud, & eiusdem efficaciam, cuius illud est, quod princeps confert. l. j. & §. qui mandata. ff. de offic. eius. sed ieiunum esset dicere, legem ipsam non magistratum ius habere. nam magistratus potior lege est. l. ij. post originem. ff. de orig. iur. quia is legem facit, & est lex viua. Verùm Adherbal apud Sallustium in Iugurthino, quò senatui blandiretur, se regni Numidici exercitationem, popu. Romanum ius regni tenuisse dicit. Principibus parendum esse præcipit Canon, gruum exemplum. c. in apibus. vij. quæst. j. quia grues vnam sequuntur ordine literato. grues ipsæ à Martiali poeta vocantur Palamedis aues. eo quod hic dux Græcorum aduersus Troiam inspectis gruibus aciei bellicæ ordinem & excubias didicerit, & mox docuerit. quod si quis obiciat bella esse à iure hominum seu gentium, non à iure naturæ cum brutis communi l. i. §. huius. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. Respondebo, bella etiam cum brutis homini esse communia, cum aliæ aues aliis inimicæ sunt. vt dum noctua Cornicis oua noctu exedit: è diuerso cornix noctuina interdum tunc potentior. cum aquila vultur pugnat instinctu quodam non ratione, à qua bella manarunt iusta primum ad expellendos impios homines, qui legibus sine violentia non parerent. & sic iustitia iuuatur manu militari. ita pugnavit Hercules contra tyrannos: ita Rex Dauid & euangelicus centurio. can. noli. 23. q. 1. l. qui restituere. ff. de rei vendic. præterea cū discimus à brutis honesta quædam, vt amorem coniugalem à columbis & turturibus, regiam potestatem ab Aquilis & gruibus, non ideo brutorum hoc inuentum fuit, cum necessario honestis incumbant non arbitrio, & in iis imitatur aues feraeque, non quia cum virtute aliquid faciant, sed quòd turpe sit, nos non sponte ea duce ratione facere, quæ illæ inuitæ impleant, non sine gloria recte D. Hieronymo can. origo 219. 4. nec siquid etiam durum faciat Aquila, nos damnabimus aut sequemur. vt dum ex pullis suis, iuxta Musæi versum, quem Aristoteles refert, Excludit binos adit terna; educat. vnum cæterum homo naturaliter liberos omnes suos æque amare nutrireque

nutrireque tenetur, imo illos magis, qui artificij expertes sunt, nisi probentur ingrati. l. v. §. sed si filius. §. idem iudex. ff. de liberis agnosc. Aquila innocuos fastidit. Frumentis post factionem plurimum nocere grues constat. Virgil. i. Georgicorum:

Strymoniaq; grues, & amaris intyba fibris officium.

Sementem enim populantur. vnde impunè occidi possent à quolibet. l. j. C. quæd. lice. vnic. præterquam quòd & iure gentium quilibet grues suas facit aucupio. arg. l. v. usufructuarius venari. ff. de usufruc. Hac de causa t Pygmæa gens cubitali ferè proceritate, in extremis Ægypti partibus bellum indicit gruibus, quæ sublegunt semina, agriculturamque vastant, cui ea gens dedita est, & famem regioni inferunt. quare Pygmæorum bellum iustum est. Can. iustum. xxij. quæst. ij. dummodo aibus indictum & decretum antè sit. l. hostes. ff. de capti. Grues autem iniuste pugnant propter prædam. C. militare. xxij. quæst. j. Pygmæi, teste Plinio, captarum dorsis insident, & sic equitatu plurimum valent. Grues fœderatos sibi habent sturnos ac graculos, id est, socios & amicos. l. non dubito. ff. de capti. nam & hi confitis locis valde nocent, vnde est illud in Priapea:

Non sturnus mihi, graculusve raptor, Aut coruus nocuit striculusus.

Gregatim volant, t adeoque sterilitatem sæpe inducunt, vt propter eos colono pensionem remitti iura velint. l. ex conducto. §. j. ff. loca. ita demum, si præter vsitatum modum superuenerint. l. fistulas. §. fina. ff. de contrahen. empt. sturnis tamen ignoscendum putarem semen lini vellicantibus, quo se tandem captum iri metuunt cum tempestiue occurrere malo lex permittat. l. i. quando liceat vnicuique sine iudic. sed lini sati dominus frequens aliter obseruat, & in præda deprehensos interceptit, velut nube noxia auium aluum expurgaturus: & populatores impunè necaturus ex d. l. i. C. quando liceat. vbi tamen de nocturno tantum populatore agitur, non de diurno. sed forte frequentia prædendi in sturnis & medulis auget occidendi licentiam. sicut accidit in Thessalia propter crebros serpentes, quos nisi collant Ciconiæ, agmine facto, regio desereretur ab incolis. ideo pœna homicidij statuta in eos, qui Ciconiam occidissent, vt Aristoteles tradit libro mirabilium auscultationum. adeo quædam more prouinciarum seuerius vindicantur. l. aut facta. §. pe. ff. de pœnis & quæ quodam in loco habent præmium, in alio pœnam & dedecus expectant. l. 4. ff. de iis qui not. infam. l. si. de exercitor. ff. t Gregatim etiam pasuntur phasiani, & plerunque domi, vnde pastorem habent. l. aibus. ff. de leg. iij. Accur. in §. gallinarum. Institu. de rer. diuis. frustra existimat, gallinas feras phasianos esse. cum illæ non fiant cicures, & in syluis tantum pariant, non, vt hi, domi etiam. Phasianos esse arbitror de secundo genere auium, hoc est, earum, quæ feræ, postmodum mansuescunt. vt columbæ & pauones. nam à Colchide regione in Græciam allatæ fuerunt ab Argonautis, & à Phaside flumine nomen acceperunt. Feras aues cum adiectione ideo dicimus, quia ferarum nomine tantum, veniunt bestia sæuæ, vt vrsi, leones. l. si seruus. §. hac actione. ff. ad leg. Aquil. l. j. §. huius studij. ff. de iustit. & iure.

NOTABILIA IIII. CAP.

- 1 Aues fera occupantis sunt.
- 2 Panther, quod genus retis sit apud Ælipianum.
- 3 Si in alieno fundo quis, domino inuito, aucupetur, an suas aues faciat.
- 4 Quando aliquid per alienam impostam factum nostrum fiat.
- 5 An infamis sit, qui scandit arbores pretio, ob ridos auium.



REGENTIVM t illæ aues, quas vbicunque capimus, nostræ sunt, si modò eæ feræ sint. §. feræ. Instit. de rer. diuis. Nam aues æris esse dicuntur. l. j. ff. de acquir. rer. domi. ideo communes sunt, vt mare. l. quædam. ff. de rer. diuis. l. si apes. ff. de furt. si apes feræ, inquit Paulus, in arbore fundi tui apes fecerint, non tenetur furci qui eas abstulit, easque constat captarum terra, mari, cælo, numero contineri. Cælum accipit pro ære. vt illud: Respicite volatilia cæli. Virgilius. Et quo sub cælo. l. j. ff. de cloac. Capiuntur verò aues laqueo, retibus & plurimum, panthere. t Panther est genus retis auarij. l. emptorem. §. fina. ff. de action. emp. Varro lib. iij. de lingua Latina Ferarum, inquit, vocabula partim peregrina, vt panthera, leo, vtraque Græca, à quo etiam rete quod-

dam Panther. Vlpianus in d. §. fina. Recipitur, inquit, vt venditor nummos accipiat, quamuis merx ad emptorem non pertineat. veluti cum futurum factum retis emimus à piscatore, aut indaginem plagis impositis à venatore, vel panthera ab aucupe. lego Panthera in accusatio singulari. vt & iactum retis, & indaginem: non autem, vt fecit Budæus, Panthera in plurali, à pantheron. fretus sum doctissimi Varronis autoritate. Illa verò omnia non actum piscandi, venandi, aut aucupandi, sed capturam metonymia inferunt. Alciat. lib. Parer. j. cap. xlij. Pantheram mauult legere: siue *πανθηρον* in neutro, apud Vlpianum, ex quo nihil au-
 3. Accur. † quid si prohibitus nihilominus ingressus fuerit fundum, num aues quas capiet, suas faciet? Concludit suas non facere, sed in l. diuis. ff. de seruit. rustic. præd. contrarium asserit. tamen concedit domino, qui prohibuit, actionem iniuriarum. l. iniuriarum. §. si quis me. ff. de iniur. & hæc posterior opinio sic iam pridem recepta est, vt vno tantum casu limitetur, si fundus in venatione aut aucupio præcipuum reditum habeat. l. venationem. ff. de vsur. quia iunc aucups venatoruè prædam suam non faceret, tanquam fructus fundi auferens, in reliquis faceret. Nobis penitus diuersa placet sententia. & breuiter dicimus, si inuito domino aliquis in eius agro aucupetur, si fructus agri in aucupio consistit, vt d. l. venationem. ff. de vsur. l. item si fundi. §. aucupiorum. ff. de vsufruc. tunc non tantum quis ne ingrediatut iure prohiberi potest, sed etiam si ipse ingrederetur, sciens prudens que fructus fundi in aui-
 4. labore capræ fuerunt. † Respondeo, quid ni? aduersus furem. l. ex argento. ff. de condict. furt. ideo quòd aucups est in mala fide, donare videtur capiendi operam. l. si seruus. §. si o-
 huam. ff. ad leg. Aquil. Eum qui operas suas locauit vt nidus auium ex editis arboribus aut turribus deiciat, in quas periculosè scandat, non esse infamem Bartolus putauit in l. 1. §. remouet. ff. de postul. quia, inquit, prodest Reip. ego puto etiam si priuato mercedem præstanti tantum profit, non esse infamem. cum hominis liberi operæ locari impunè queant. l. 3. ff. de vsufr. leg. nisi hoc faceret, vt spectaculum sui publicæ preberet. si enim aues iure natura capientium fiunt, sibi an alij quis capiat, nihil interest cum & sibi cepisse videatur is, qui loco auium mercedem capit l. quia de vsufr. imo etiam si spectari vulgo se passus sit, dū aues agit in agris, sed noxias non noratur. vt fecit Hercules, cum in insula Marris Strymp-
 4. l. 1. §. bestias. ff. de postulan.

NOTA.

1. Aucupium à quo. & quare prohiberi possit, & an accipitrium Iurisconsulto cognitum.
2. Oua effringens de pullis tenetur.
3. Quod mundo, & cuius philosophia, simile sit ouum in plerisque: & argumentum à

4. Mutuum commodè ouis contrahi, explicatur §. j. Instit. quib. mod. re contrah. oblig. & l. si panam. ff. de verb. oblig.



VAMVIS omnibus permittum sit aucupari iure gentium, solent tamen principes plebeijs hominibus ius aucupandi adimere, ipsi vero plerunque exercentur Accipitre docili, quem Iurisconsultus videtur sensisse in d. l. si. §. penul. ff. quod vi aut clam. vbi is qui iter fecerit, vel auem egerit per fundum meum sine vilo opere facto quod solo cohaereat, non tenetur interdicto quod vi aut clam. agit auem aniceps eam, qua alias captat. vt venator canes Ouid in epistola Oenone.

Sæpe citos egi per iuga summa canes.

vel fortè egerit auem met ipsam, quam vult capere vt Silius Italicus lib. 10.

Et latius valle remota.

cum §. pream venator agit. Seneca in Oedipo de Actæone loquens: Dominumque canes egerere suum. quæ expositio Budæo valde placeret, qui in l. 12. §. si. de action. empr. putat accipitrium præcis incognitum. sed Marcialis non putat libro. 14. in disticho inscripto, Accipiter, sic enim ait:

Prædo fuit volucrum, famulus nunc aucupis: idem.

Decipit, & captas non sibi meret aues.

Aristoteles in libr. Mirabilium scripsit in Thracia supra Amphipolim, societatem fieri Accipitrum & puerorum, ita vt comprehensas mutua opera aues partiantur. non tamen putem accipitres cum sint socij conueniendos, nisi quatenus præstare possint etiam si vnus tantum rei socij sint. l. verum. ff. pro socio, prohibent interdum nobiles aucupium † quod possunt exemplo piscationis: quæ licet eodem iure permittitur, l. nemo. ff. de rer. diuis. tamen est de regalib. c. vnica. quæ sint regal. in vsib. feudo. planè iustissimè prohibentur aucupia certis temporibus, cum perdices, aut coturnices, & aliæ huiusmodi incubant ouis, student scerui. nam si princeps prohibere potest, ne quis re iam sua malè vtatur. §. fin. Instit. de ijs qui sunt sui. quantò magis prohibebit ne re communi vtatur, & ne futuræ prædæ inhiat? nam & deuteronomij cap. 22. prohibetur quis nidi repertor in agris, matrem ouis incubantem auferre: pullos permittitur sibi habere. idque inferius paulo amplius demonstrabitur ob principis auctoritatem à natura institutam. Denique si pacto fieri potest ne rebus iure naturali communibus priuatus vtatur, cur non etiam constitutione l. venditor. ff. commu. præd. præsertim, vt dixi, cum factus iactura timetur propter præsens & breue compendium? argumen. l. j. §. sed & si incertum. ff. de vent. in possess. nam prudentis est de futuris prospicere, sed quibusdam.

Desipit ob pullos, præsens qui despicit ouum.

Satius tamen est, vt ostendi, futurum lucrum expectare. l. cum ij. ff. de transact. vbi non licet de alimentis futuris legatario transigere, inconsulto Prætorè, ne propter præsentem pecuniam, victum futurum amittat. sed de præteritis alimentis rectè sine Prætorè transigitur, quia ex his quæ olim debita sunt, vita legatarij non pendet. l. de alimentis. C. eod. iam enim certum est ipsum vixisse, quod in futuro victu dici non potest. ideoque,

Desipit ob præsens, pullos qui despicit, ouum.

Et de ouis sic ob futuram sobolem curandum est, si dere etiam consulto, iuxta legem præscam: Oua luna noua subponito. quæ est apud Plinium lib. 18. cap. 32. sicut quisque curat de semine agrorum propter segetem, quæ copiosior speratur. l. j. §. Labeo. ff. de aqua plu. & qui lutrum quærit impensam præmittere debet. l. secundum. ff. de reg. iur. Adde etiam, † quòd is qui oua contriuit, de pullis tenetur, si modo ea iam aui supposita sint, quia pulli certò nascituri præsumuntur in odium conterentis. l. iij. §. si. ff. de statulib. Nec obstat l. quemadmodum. §. item Labeo ff. ad leg. Aquil. vbi si quis piscatoris aut aucupis retia fregerit data opera, damni iniuriæ tenetur ob retia tantum, non piscium auiumque nomine. quia incertum est an caperentur. Respondeo: licet Aquilia agi non possit propter aues, tamen non dubito quin alia actione æstimari possit incertus capturæ euentus. l. si iactum retis. de actio. empr. puta de dolo vel alia. ergo qui oua fregit aut contriuit, de pullis conuenietur, quoniam nas-

ciros existimat lex. l. Imperator. ff. de stat. homin. Proinde si vitellus esset geminus in ovo vno, de duobus pullis ageretur. d. l. iij. §. fina. ff. de statu lib. nam Aristoteles lib. v. Animalium ostendit iuxta naturam fieri, vt ex eodem ovo duo pulli gignantur, si vitelli membrana diuidantur diuisione apparente, vt l. si gemina. ff. arb. furt. cæf. & Castor & Pollux Iouis & Læda filij, ex eodem ovo nati feruntur. Oui præstantiam nemo magis extulit quam Apollodorus & Chryſippus: hi, vt est apud Laërtium in Zenone Cittico, triplicem Philosophiã ouo dixere similem. esse quippe superficiem, logicem: sequentia, ethicem: intima & penitus abstrusa Physicem. tamen si verendum est ne ethice, quæ ad mores hominum formandos pertinet, & quæ à Socrate plurimi facta est, vitello aureo sit omnium maximè similis: & ad cœlum tutissimè perducens mortales: siue legem euangelicam consulamus, siue ius civile nullius quidem philosophiæ expert, sed moralem potissimum spectans: siue spe premij ad virtutem illicitat, siue pœnarum metu l. i. ff. de iustitia & iure. §. 1. de nuptijs. coll. 4. docet Physice cœlum cognoscere: at ethice ad cœlum ire recta docet. cæterùm quia in ovo auis spiritus includitur: idcirco in sacris Liberi patris † ouum ea veneratione colebatur, quod in forma sphericali animam contineret, & mundi simulacrum esset, secundum Macrobiū lib. vij. cap. xvj. plane Cœlius Rhodiginus elementa in ovo percurrentes, ex veterum medicorum assertionem, oui luteum igni comparat, sed is ordo mihi videtur præposterus. ego oui luteum terræ conferrem libentius, quæ, vt punctum cœlorum, in medio spheræ sita est. licet terra crocei coloris non sit, vt est luteum oui. quia color in re minimum est. l. sed si ex meis. §. fina. ff. de acquir. rer. domin. quinimo & terra solis radijs illustrata, lutea redditur, & à plerisque Stella ideo vocatur, valde aurea & auri parens, coque vitello magis similis. nota est ex Suida coniectoris responsio ei data qui in somniis ouum pendere viderat, fore nimirum vt thesaurum inueniret auro & argento conflatum, vt accidit. vnde quæstus ferrat coniecto, cui argenti aliquid obtigerat, quia de vitello nihil accepisset: sed vix habuit iudicem propositum coram amplius petens pro diuinatione. l. i. de thesaur. lib. x. C. l. i. §. medicos. ff. de variis cogniti. Post vitellum ipsum sequuntur alij orbes, vt parum desit ouo ad mundi expressam similitudinem, potissimum cum satis sit, modò similitudo in quibusdam obtineat, quamuis non per omnia procedat, l. patrimonij. ff. de usufruct. legat. vbi legatum reditus legato usufructus est simile, non tamen in omnibus. l. fundi. ff. eo. facit l. si mihi. ff. de solut. l. peculium nascitur. ff. de pecul. vbi peculium est simile homini. & apud Ennium.

Simia quam similis turpissima bestia nobis.

Et legatum reditus dicitur simile legato usufructus, cum eodem modo morte finiatur. l. patrimonij. ff. de usufruct. leg. tamen multum discrepat. leg. fundi. ff. eodem. Inde fit, vt locus rhetoricus à simili parum sit tutus. sed in quibusdam persuadere potest. l. si quis in metallum. C. de pœn. vbi facies hominis nullo stigmate maculari debet, quia est ad similitudinem cœlestis pulchritudinis figurata. † Mutuum non habet genus aliud, quo fieri commodius possit, quam ouis ipsi: cum sit in proverbio ouorum inter se similitudo. sunt enim oua ouorum similia, & apes apum, inquit Cicero in Academicis quæstionibus. quare cum functionem in suo genere recipiant, hoc est, cum eua pro ouis aptè reddi possint, sic vt nihil creditori pereat, nihil mirum si mutuari commodissimè possint. l. ij. §. mutui. ff. si cer. per. nam si des mihi mutua centum oua, verbi gratia, phasianorum totidem tibi reddam eiusdem generis auium, & numero & bonitate paria. l. cum quid. ff. eod. §. j. Instit. quib. re. cont. obl. mutui, inquit, obligatio in ijs rebus consistit, quas munerando, meriendo, aut appendendo in hoc damus, vt accipientium fiant: & quandoque nobis non eadem, sed alia eiusdem naturæ & quantitatis reddantur. Verbum, quandoque, plerique prauè interpretati sunt. alij nequiores, quorum nomina subtriceo, inuerrere conati, non animaduertentes voluntate verisimilem contrahentium negotiis dominari. l. si. C. quæ res pign. oblig. at certum est, nullum sic mutuo accipere pecuniam, vt eam confestim reddat, sed oportune postquam vltus fuerit. ideoque si mihi spondidisti, te crediturū pecuniam, nec numerasti, tederis ad id quanti mea interfuit non vltus ea l. si pœnam in si. ff. de verbor. oblig. vbi hoc non percepit Accursius non magis quam in d. §. i. verbum, quandoque, quod ibi vti que nō significat ibi aliquando res eiusdem naturæ & quantitatis reddendas esse, & aliquando nō: sed verè explicatur, quandoque, pro eo quod est, debito loco & tempore, & præsertim cum reddi conuenerit. l. si arrogator. ff. de adopt. ac denique omnimoda opportunitate perspecta. sic ego multoties accipi id verbum, quandoque, obseruavi, siue ab homine siue à lege prolatum sit, vt liquet ex l. rogo. ff. quando dies leg. ced. vbi de eadem particula tota dubitatio pependit & in l. Tutor. ff. de iureiur. & quod dicitur in d. l. rogo. iussum dare hæredem

dem pecuniam, quandoque dare debere cum primum poterit eò spectat, vt cum poterit eodem modo. l. nepos. ff. de verbor. sig. Accedit, quod alibi quadoque dari fieri uè dicitur id, quod certo tempore dandum faciendum uè venit. l. quod autem. §. si. ff. de donati. inter vir. addo l. tutor qui. §. si deponi. ff. de admin. tut. Accursius verò exposuit res eiusdem naturæ sed alias quandoque dari. hoc est, inquit, quia aliquando res eadem redduntur: si forte qui mutuū accepit, rebus acceptis post non indiguit, vt l. qui pecuniam. ff. si cert. per. fateor satis esse vt ab initio qui contrahunt, eo sint proposito, vt non eadem res, sed eiusdem naturæ alias reddant: verum hoc non sensit Imperator in d. §. j. cum loquatur negatione proposita sit: Et quandoque nobis non eadem res reddantur, sed alia. dixisset enim affirmatiuè, eadem quandoque reddi. quare interpretatio nostra syncerior est.

NOTABILIA. VI. CAP.

- | | |
|---|--|
| 1 De auibus feris mansuefactis quid statuendum, & de pauone præcipue, & usum venationis aut aucupij à rege prohiberi ratione. | 3 An pauo possit in integrum restitui. |
| 2 Quando magis accidens quam natura inspicitur in volucribus, & quando natura mutetur. | 4 Columba natura, quod bonam fidem sequatur in negotijs. |
| | 5 Coruus mandati iudicio condemnandus & an à prole ali debeat. |
| | 6 An auem vendens pullos vendidisse credatur. |



SE C V N D A M † auium speciem eam esse diximus, quæ, cum feræ natura sint, mansuefacti tamen patiuntur, quales sunt pavi, columbæ, & vt admonuimus, phasiani de quibus omnibus illa regula statuenda est: vt, quoniam ire & redire solent, eo vsque domini, qui eas alit in auario, esse intelligantur, donec animum reuertendi habeant: quod si reuertendi animum habere desierint, occupantis fient. §. pauonum. Inst. de rer. diuis. tacemus verò hic Pauos transmarinos Sæmi ex luco Iunonis profus agrestes, quos refert Varro lib. 3. de re rustica cap. 6. nam legum scira pro ratione locorum variari ex ratione, iam admonuimus. l. si. ff. de exercitor. l. pe. §. sunt quedam. ff. de extraord. crim. & ex feritate animalium. l. si apes. de furt. & l. si pauonem. ff. eod. vbi si persequaris pauonem meum mansuetum quoad eum alius intercipiat furti teneris: quod si ferum persequaris, tibi vel alij præde futurum, impunè feceris: nisi princeps vetuerit, vt apud Aelianum libro 5. hist. animalium cap. 21. vetuit Alexander in India, grauem pœnam statuens, si quis tam pulchram auem pauonem occidisset, quæ antea in Græcia nusquam visa fuerat. potest verò princeps venationis aut aucupij vsu edicto prohibere, quia naturale ius contrario iure naturali tollitur, vt pactum pacto. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solut. & natura vult domini cuiusque voluntatem circa res suas feruari. §. per traditionem. de rerum diuis. sed non cum ratio naturalis iubet dari filio legitimam inuito etiam parte. l. cum ratio de bonis damnator. arqui natura iubet nos regi parere addito scedere tacito hominum can. quæ contra. 8. dist. & hoc attingimus paulò ante cap. v. Igitur quamuis hæc aues feræ per se sint, reuolandi consuetudine, pro mansuetis ex accidenti censentur. & sic † magis quod accidit, quam quod natura inest, inspicitur. l. j. §. bestias. ff. de postul. Neque obstat, quod dicitur, iura naturalia immutari non posse. §. fina. Instit. de legit. agn. tut. l. eas. ff. de cap. dimi. nuti, quoniã id verum est, quoties aliquid necessitate à natura insit, nō si inclinatione tantum, sed condū Barr. vt ecce, natura necessariò vult, vt is qui filius est, perpetuò sit mihi fili⁹. hoc, pacto inuerti vel mutari non potest. l. ab dicatio. C. de pat. por. l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. Deinde natura inclinatur ad amorem filiorū. l. j. §. ius naturale. ff. de iustit. & iur. hoc mutari potest, cum plerique parentum filios, licet pios, oderint, & Torquatus filiū suū occidit, & alij quidã. l. in suis. ff. de libe. & posthu. l. ij. §. iniriū. ff. de orig. iur. hoc modo aues omnes ad dulcè libertatē natura prouocatur, feræ ad sequitiam gignuntur: possunt tamen & solent nonnunquam omittere. Vel aliter solui hoc potest, quod obiicitur de iure naturali immutabili, l. eas. de cap. dimi. ne obstat quod aues feræ, domesticæ fiunt, & sua auaria repetant, itē leones & vrsi circuntur feritate deposita. l. j. §. bestias. ff. de postul. Quia nihilo secus in eis feritas remanet, licet dissimuletur. & si columbas, si pauones & apes propius accesseris, terreri videbis easdem, quia facilè res natura suæ redditur. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. Pindarus in Olympijs, Hymno ij. τὸ γὰρ ἐμφυές, ἔτ' αἰῶν ἀλώπιξ ἔτ' ἐλβερομοι λέοντες ἀλγ' ἀλάξαιτο ἦθος. id est, nam ingenium natuamque

indolem, nec astuta vulpes, nec prævalidi leones mutare quiuerint. ergo dissimulatur natura, non tollitur. l. iij. §. si. ff. de usufr. ear. rer. sic etiam emancipatio ius filij & vinculum paternum non dissolvit, sed conuiuendo præterit. §. emancipati. Instit. de hæred. quæ ab intest. l. vnica §. extraneum. C. de rei vxo. act. & inde fit, vt feræ semel cicures, quandoque ad pristina naturam redeant, & fiant occupantis, tam aues quàm quadrupedes. §. ceruos. Inst. de rer. diu. quæ diu. verò pacatæ viuunt alites domi, possidentur perinde ac si natura mansuetæ fuisset.

3 l. 3. §. item feræ de acq. poss. ff. ¶ Pauo auis regia est, Iunoni sacra, phœnici ab Ausonio opponitur propter pulchritudinem, non plus xxv. annis viuit, vt ait Plinius, quare semper dum viuit in integrum restitui potest, per edictū. ff. de minorib. xv. vel saltem anno sexto & iij. mē-sibus cum homo cētum annis sit victurus. l. si. C. de sacrosan. eccl. vt seruetur proportio. l. clemens: de hæredib. instit. sunt qui hoc ei beneficium denegent: cum sit animal maleuolum, & Prætor minoribus decipientibus & delinquentibus non succurrat. l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minor. xxv. tamen consultus contra respondi: cum id quod à natura insitū est, vel ab astrorū incitamento, leniri & flecti possit, vt patet ex eo quod Zopyrus physiognomus dixit Socratem stupidum & mulierosum, quia iugula concaua nō haberet, & aliis signis veris, nisi Socrates prudentia naturam mitigasset, vt scribit Cicero in lib. de fato. & mulierē fallacem cotidie dicimus atque auaram, vt in l. 4. ad Vellei. tamen vbi euidenter decipitur, restituitur, vel vbi suas fortunas prodigit, curatorem accipit. l. 7. ff. de iure dotium. l. & mulier. ff. de curatorib. sed non amplius Pauos laudabo, aut excusabo, cum laudati intumescant, nec laude accendi debet malitia. l. 1. §. pe. ff. de seruo corrup. ¶ Pauus & colūbæ naturaliter amant inter se. Columbæ venerj sacre sunt. hæ ramum aureum Æneæ Virgiliano indicarunt, sine quo inferos & Elysiū adire non poterat. Cæterum cum is ramum anxius disquireret, geminæ columbæ

Ipsa sub ora viri caelo venere volantes.

Et cum baptizaretur Christus à D. Ioāne, columbæ specie Spiritus sanctus superuenit, Marc. ij. cap. & can. si. de consecra. distin. iij. Christus quoque admonuit apostolos, vt sapientes essent sicut serpentes: simplices sicut columbæ. tanquam ex duobus contrariis temperamentum optimum facturus, vt Augustus Imp. festinandum lentè dicens. & Iulianus in l. 8. §. 1. de admi. tut. idque obseruandum in omni debitoro, qui se aliquid facturum promissit. l. continuus. §. item qui. ff. de verb. oblig. igitur & nimia columbæ simplicitas taxatur, & calliditas serpentis. quare cum Vulpe amicè viuuit, vt scripsit Aristoteles lib. 9. de historia animalium cap. 1. columba fidelis in super nūciauit Noë, terram iam super aquæ fluctib. eminentē, Genes. 8. cap. nam ideo emissā fuerat, vt cerriorem Noë faceret eius rei vel vt potèrè prisci voluere, Deucalionē, sicut refert Plutarchus lib. de industria animalium illa bonam fidē agnoscens, diligenter mandatū curauit. l. diligenter. ff. mand. ¶ secus atque coruus, qui ante columbam ad idem negotium procurator fuerat, non enim coruus in Arcā redijt, quare mandati teneret, & in id quod mandantis ac familiaris interfuit. l. si maritus. & l. ad comparadas. C. mand. liberū enim ei fuerat, crocitando saltem, ab initio mandatū recusare, aut susceptū semel iusto tēpore & iusta ex causa intermittere & renunciare. l. si mandauero. §. si. ff. mand. §. mandatū nō. Inst. eod. Nam licet mandatū sit conuentio nominata, in eo tamen pœnitere licet, tam mādanti, quàm etiam re integra mandatario. de mādante nihil mirum, quia cum eius causa fiat, §. tua. Instit. eod. quare non liceat ei resilire, & exonerare mandatorium, qui queri non potest, cum à negotij suscepti gratis onere liberetur: si enim mercedē accepturus esset, nō esset mādātum sed locatio. l. j. §. si quis seruum. ff. de pos. mandatario etiam pœnitere licebit iustis (vt dictum est) rationibus, & re integra, nec obstabit l. sicut. C. de act. quia nullus est cōtractus sic astringens, vt iusta ex causa infringi non possit, vt patet in locatione. l. ædem. C. de locat. & cond. & in l. si fundus. ff. locat. vbi in emptione idem iuris est, ne quis fugillet mādātum solum, quo, fateor, nihil fragilius, cum natura sui nō producat actionem, si expleri quod mandatū est non interlit domini. l. 8. §. mandati. ff. mandat. Insuper in d. l. sicut. dicitur, quod consentiente aduersario, resilire licet, at consentire eum intelligere debemus, qui consentire teneret, cum res & causa nouè superueniens conuentionē dirimi cogat. l. iusurandum. §. penulti. ff. de iureiurādo. l. actione. §. item qui. ff. pro soc. sed, vt ad superiora redeam, quid causari coruus potuit, quàm socordiam aut fraudem meram? eam etiam in alio mandato sponte suscepto exercuit, quando Phœbus scyphum aureum ei tradidit, vt eo ad se aquam ex viuo fonte adferret. Coruus mandato obediens ad fontem properè iuit, secundū quem, sicum, pomis immaturis grauem reperit, expectauitque ibi, donec ficus maturuissent. Post moram cum angue ad Phœbum redijt, fingens eum moræ causam fuisse, quod aquas diu obsedisset. Tum Phœbus, qui procuratoris commentum probè nouerat, coruo ait:

At tibi, dum lactens hærebit in arbore ficus,

De nullo gelida fonte bibentur aquæ.

Sic narrat Ouidius lib. ij. Fastorum, vt manifestum sit omnibus quod notatur in l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. semel malum, semper malum. sed, quæso, quomodo candido erit in alios animo niger coruus, qui in propriam & innoxiam sequit prolem? fertur enim non alere pullos suos, quoad nigrescere pluma ipsorum incipiat. interim expositos alit deus, qui, vt habetur psalmo 146. dat escam iumentis, & pullis coruorum inuocantibus eum. sic enim ille locus intelligendus est. vnde coruus à liberorum successione excludendus venit. l. 2. C. de infantib. exposit. nec talem parentem filius alere teneretur, vt in l. si. C. de alend. liber. nec obest. §. 1. in fin. de incest. nupti. col. 2. vbi filius tenetur alere patrem impium, & legum contemptorem: quia alit ibi patrem ex bonis ab eo acceptis. & qua patris impietas filium non offenderat in specie, sed legem publicam, contractis incestis nuptiis. pudet dicere quanta immanitate corui soboles vindictam sumat, vorans senem parentem vnde prouerbio locus: mali corui, malum ouum, vt notat Ælianus. nisi se excusent liberi, quod simul ita patrem sepeliunt impia pietate vt Effedones populi Scythiæ Europeæ apud Pomp. Melam. Quæstionis est, ¶ num is qui pauonem aut phasianum vendidit, harum auium etiam pullos vendidisse videatur. Respondi, vtique, si grex pauonum aut phasianorum venditus sit. l. seruis legatis. §. fin. ff. de legat. iij. secus aliter, vt ibidem dicitur, quia partus editus non est pars auis. l. partum. de verb. signific. l. si aliena. §. fin. ff. de vscap. & ridiculum esset iudicare duas aues pro vna vanijisse, cum auis, quæ sola quantitate differt, nō sit accessoria, nec differat specie. l. fin. ff. de fund. instruct. Nec obstat l. si vt certò. §. vscadeo. ff. commod. vbi commodata equa de pullo tenetur qui commodatum accipit, quia in commodato non transfertur dominium, vt in venditione. Item in d. §. vscadeo. non dicitur pullum quoque commodatum intelligi, sed eum qui accepit, custodiam præstare debere. l. eum qui. §. non solum. ff. de furt. l. j. §. quæ depositis. ff. de pos. nimirum pullos matrem comitabitur, quia forte lactens est, & euitanda est dura separatio. l. plerunque. ff. de ædil. edict. l. quamuis. ff. de preca. Atqui in venditione vel vscapione, & vbiunque transfertur dominium, alia militat ratio. d. l. si aliena. §. fin. de vscap. & possum tibi seruos fratres vendere separatim, non tu redhibere. l. ædiles. fin. §. ff. de ædil. edict. sic nec aue vendita oua cedent, quamuis Macrobius lib. Saturnaliorum vij. putet ea procedere, vt partes ab integro, quod non est verum. l. partum. ff. de verb. signific. nisi cum nondum edita sunt. l. j. §. ex hoc. ff. de vent. inspi. exemplo fructus pendentis. l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de actio. empr. l. 3. de peculi. legat. vbi legata ancilla cum natis suis, ea quoque defuncta liberi debentur: quia duo legata sunt. Pulli auium dicuntur, quoad matris opera egent, iuxta morem regionis. l. semper. de regul. iur. l. legatis. §. si. ff. de legat. iij. pulli forte anserini dicuntur, donec ad vulturam venerunt. l. cum quæreretur. ff. eod. quia lanam habent. l. si cui. §. lanæ. ff. eod. titul. ergo quoad pluma vellatur, pulli dicentur primo anno anserculi, & ita cum vetè editi fuerint, autumno desinent pulli esse, quia autumno & vere plumæ vulturæ fit, vt Columella scribit.

NOTABILIA VII. CAP.

- | | | | |
|---|--|---|--|
| 1 | <i>Quid constituendum sit de apibus, quod solus Rex legem condar. an sint fundi instrumentum.</i> | | <i>cidens teneatur lege Aquilia.</i> |
| 2 | <i>Quando præsumatur animus redendi in volucris, & an fugientes persequi liceat & quod apes mel iure conficiat</i> | 4 | <i>An pulli hirundinis possint pro pensione domus retineri.</i> |
| 3 | <i>Hirundo iustitiæ particeps, sed quod apem occidens teneatur lege Aquilia.</i> | 5 | <i>Similis pro simili quando vsurpetur in iure.</i> |
| | | 6 | <i>Conditio pro modo capitur explicatur l. si post. §. ijdem. ff. quand. dies leg.</i> |



PRIMUM ¶ quoque duo constat esse genera: alia enim feræ sunt, alia feræ mansuetæ. vt & pauus & columbæ, vt runque genus Rempublicam exercet, regè eligit pulchritudine eximium, huic obsequitur c. in apibus. vij. quæst. j.

Præterea Regem non sic Egyptus & ingens.

Lydia, nec populi Parthorum,

obseruant vt aut Virgilius ei & in eum omnem potestatem contulere, vt in l. i. ff. de constit. princ. itaque soli principi legem condere licet. l. fin. C. de legibus & responsa prudentum,

edicta prætorum, senatusconsulta, non aliter potestatem habent, quam permissu principis: postquam & senatus, & populus, optimum fore censuit, si per vnum Reip. consuleretur, rebus dictantibus, & cæli conuersione in vnum Augustum, nascente Christo, Imperium transferentibus. l. 2. §. nouissime. & §. si. ff. de orig. iur. Apes feræ larem sibi fodiunt in truncis arborum exes, pumicibusque cauis, vt ait Virgilius. & occupanti, vt feræ reliquæ, conceduntur. l. si apes. ff. de furt. non autem si aliquis eas alueo incluserit, eius enim remanent, quando animam redeundi in alueum retinent. §. apium. Institut. de rer. diuis. quia feræ sunt, sed mansuetæ. & mansuetæ apes vt & aues alitè instrumento fundi continentur l. quæsitum. §. si in agro. ff. de fundo instr. vbi tamen lex idem statuisse mihi videtur de feris volucribus in agrum certū reuolare solitis. quæ nam enim inuidia est eas legatario occupanti concedere? aut quo facilius illicitantur alimoniam porrigere. l. si redditus. cum. l. seq. eod. idē de aucupibus, fundo instructo legato, illic habetur. † Quomodo autē deprehendam redeūdi animum in volucribus, vno verbo tradit Iustinianus in §. ceruos. de rer. diuis. hoc est, cum reuertendi consuetudinē non amiserint. quia intima ex actib. extrinsecis colligantur, vt ibi Accursus. & l. ij. §. ignominiosa. ff. de iis qui not. inf. l. gerit. ff. de acq. hæc. In columbis & pauis inspicere, an nocte adueniente se in auariū consuetum recipiant, & an, cum peregrè pascentes inueniuntur & terrentur ab aliquo, non in larem pristinum eant; sed quouiscunque potius, secus si nocte aliqua duntaxat abfuisse, quia fugisset nondum censerentur. l. quis sit. §. ceterum. ff. de edict. Planè in apibus animus non redeundi facillimè intelligitur. cum enim fugam cogitant, foras exeunt turmatim, ibi se agglomerant, cæloque examina ludunt, vt Poëta dixit:

Contemuntq; fauos, & frigida tecta relinquunt.

Reuocantur creberrimè in alueum: & fugientes persequi possent in fundum alienum, vel inuito domino ac vetante. l. thesaurus. ff. ad exhib. quia ius cuique acquisitum ei conseruari debet. l. patre. ff. de iis qui sunt sui. secus si apes feras nouè in alieno prædio captarè. §. apium. in fin. de rer. diuis. idem de reliquis volucribus dicendum arbitror. hæc corroborantur in l. Pomponius. ff. de acq. re. dom. Cæterum apes ipse plausu & æris tinnitu maximè alliciuntur. & hoc habent commune cum cauidicis, vt sono æris blanditi sibi gaudeant. æris verò nomine nunc & aureos nummos comprehendo. l. etiam. ff. de verb. signific. Apibus multa noxia sunt, quæ vitanda mellificio studentibus admonet Poëta:

*Sæpe fauos ignotus adedit
stellio.*

Is est lacertus paruus. vnde prius dixerat:

Absint & picti squalentia terga lacerti.

Hinc stellionatum pro crimine extraordinario acceperunt Iurifconsulti toto tit. ff. de crimine stellionatus. præsertim cum res eadem duobus sic afficitur, vt nō transferatur dominium in vtrunque. l. ij. §. maximè. ff. eod. Secus si duobus rem vendidisset, aut cum duobus permutasset: quia tunc falsi reus esset. l. qui duobus. ff. ad leg. Cor. de fals. Secundo, fumo abigi & necari solent apes. inde ille dicit, Fumosq; manu præterende sequaces, idest, remoue fumos ab apibus, qui fumo necat, causam mortis præstitit † ideo, inquit, Paulus, de apibus loquens, non Aquilia sed in factum actione tenetur. l. si quis fumo. ff. ad leg. Aquil. si verò ipse manu necasset, capite tertio legis Aquiliæ conuenitur. §. capite. Inst. de lege Aquil. occur non, cum aues garritu miro fremant, si quis auem occiderit? & Aquilia lege sibi agendum asserant. l. quemadmodum. §. hac actione. ff. eod. sed pro apibus eo magis, quod volucres innoxias & gnauas occiderit, ad quas nos mittunt prouerbia Salomonis. & Hieronymus: vade, inquit ille, ad apem, & discite quomodo operatrix sit, & castum opus faciat. can. nunquam de consecrati. dist. 5. nam ex variis floribus fugit liquorem, & fauos fingit, suosque facit: cum confundat ita, vt speciem nouam faciat. §. cum ex aliena. de rerum diuis. eo magis, quod illæ floribus mel elicit publicè & palam ideo quod alicui prodest, & alij non nocet, facile toleratur. l. rescripta. C. de precib. imper. offer. l. pe. §. permittitur. de aqu. cotidian. Aristoteles similiter Hirundinis sedulitatem animaduerrit, & Iustitiam: quia eadē eisdem pullorum bis nunquam impertit. lib. 9. historia animalum cap. 7. nescio quis Papinianus ipsam docuit in alimentis non esse locum iuri accrescendi: ne semel nutritus, crapula peccat l. dominus. §. i. ff. de vsufr. sed hirundo apibus vescens non omnibus placet. Absint, inquit poëta, alueis apium, meropes & aliæ volucres:

Et manibus Progne pectus signata cruentis.

hoc est, hirundo. nam Progne Pandionis filia in hirundinem versa est, & filius Itis in phasianum. Certè ex his quæ superius attulimus, comprehenditur hirundinem, quæ apem occidit,

cidit, legis Aquiliæ actione teneri ex capite tertio, si apes mansuetæ essent, non si feræ, quæ solent capienti tribui. d. §. apium. Institut. de rer. diuis. Sunt qui purent, hirundinem obligatam ex edicto si quadrupes pauperiem fecerit, vtili saltem. l. pen. ff. si quadru. pauper. quod non placet. quia illud edictum non spectat ad ea animalia, quæ naturali feritate mota nocent. l. j. §. in bestiis. ff. eod. Sanè hirundo naturaliter apes absumit, in pullorum suorum pabulum, & fert dulcem nidis immitibus escam. ita seruat praxis: & hinc, si visum est superis, parantur montes aurei cauidicis. Amplius, quoniam hirundines nunquam mansuetæ discunt, reas Apicidij occiderem impunè. iuauer Pythagoræ præcepto, qui dicebat, hirundines ne habeas sub eodem tecto. hoc est forsitan, loquaces. cum Pythagoræ mutum placeret esse: sic nimis taciturnum improbo. l. de ætate §. qui tacuit, de interrog. actio. vel ita taxauit sapiens ingratos: qui cum diutius tuo conuictu vsi fuerint, hyeme instate abeant merito pellendi. l. si. C. de reuo. donatio. abeunt enim hirundines nondum soluta pensione domus, cuius nomine Bebius familiaris meus † credidit nuper pullos hirundinū retineri posse pignoris iure, velut illatos in prædium vrbicum. l. irem quia. ff. de pact. quod non placet. quia non sunt inducti in prædium vt ibi perpetuò sint. l. in prædiis. ff. in quib. caus. pig. tacit. cont. idem si in villa nidificassent, quia prædium vrbicum est vel ruri. §. prædiorum. Inst. de seruicibus. quinetiam obligatione nulla pignoris quilibet generali veniunt ea, quæ quis propter verisimilem affectionem non esset obligaturus, ne mancipia quidem. l. obligatione. ff. de pignori. accedit, quod pro mercede habitationis domino domus remanet domuncula, idest, nidus hirundineus, cuius exemplo Doxius lutei ædificii formam inuenit, vt Plinius prodidit. & quod pretiosius est, penes dominum manet exemplum iustitiæ distributiæ, vt obseruatur ab Aeliano lib. 3. de historia animalium. non enim vnica apes, vel cicada, posset omnes pullos pascere. sed primo in lucem edito, mox secundo & deinceps escam profert, sibi vix capiens reliquias. nihil vero magis congruit iustitiæ, quam cuiuslibet liberorum pro dignitate tribuere. l. si longius. §. si. ff. de iudic. neque quicquam magis officit iustitiæ quam æqualitas inter impares meritis. l. fœminæ. C. de secund. nupt. non est igitur, quod apis politica regem & Rempublicam ostentans, propter quæ signa quidam dixerit, vt ait Virgilius lib. 4. georg.

Esse apibus partem diuinæ mentis,

hirundinem ait præcellere. sed redeo ad habitationis propositum, & ne blandiar, plus æquo hirundini, quia de pensione non conuenit, & gratuita est habitatio concessa, aduersus hanc auem, quæ aliquot perpetam egisset, præscriptis verbis actio parata est. l. si gratuita. ff. de præscrip. verb. hoc est, si auis nimium querula studioso homini molesta esset garritu, & oculos aut aures à literis auerteret. l. vnica. in fin. cum gloss. de stud. lib. xj. C. vel si sordibus nocuisset, vt Tobia fecisset proditum est. arg. l. j. ff. de iis qui deiecit. Garrulam fingunt poëta, eo quod filium Itym occiderit, & Tereo coniugi epulandum appouerit. sunt qui philomelam Progne sororem potius in hirundinem versam putent, vt Seruius adnotauit. nam frequenter solet accidere, vt quoties duo aliqua coniunctione vel similitudine continentur, vnum pro altero vsurpent autores. vnde Falcidia pro Trebellianica dicimus. l. coheredi. §. cum filia. ff. de vulg. substit. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testator pro curatore. l. 3. §. item. de suspect. tutoribus. Virgilius (quo ego autore libenter vtor) in Cyri anserem pro Cygno dixit:

Cyris Amyclæo formosior anserē Leda.

Quia ad cygni similitudinem nihil magis accedit quàm anser. licet in quâ plurimis cygnus præcellat, cantu præsertim, quem moriturus edit dulcissimum. vnde Apollini sacer est, nec mortis cogitatione turbatur perinde ac solent homines. l. hac consulti. C. qui testator. fac. possunt. sic lex Conelia pro iure postlimini. l. captum. C. de postlimini. sic certum est modum à conditione discrepare. cum ille per, vt hæc, per, si, vel æquipollentem particulam fiat. l. libertas. §. i. de manumiss. test. cumque id quod sub modo relictum est, capiatur ante implementum. l. Mæuia. ff. eod. vbi tamen conditio pro modo capitur. quoniam cum eo in multis conuenit. l. vbi Accursus, C. de iis quæ sub mod. sic conditio pro modo est in l. debitori. C. de pact. l. quoniam. C. de rer. perm. ne mirum sit Anserem pro Cygno dici lugubre cantante. ni Plaronem secuti malimus eum mortis bona præsentientem canere. nunc adde superioribus, si placet. l. si post. §. ijsdem. ff. quando dies leg. ced. vbi conditionem pro modo accipit Vlpianus, nisi nos decipit Accursus. Iisdem autem diebus, idest, ijsdem conditionibus, inquit, hæredi præstabitur legatum, quibus legatario præstabitur. conditionibus, idest, modis, ait glossa. quia cum hic agatur de hærede legatarii, ad quem legatum cum iisdem conditionibus deuenit, non possunt esse veræ conditiones, sed modi. quia conditio-

nes ad hæredes non transmittuntur. d. l. si post. §. sed si sub. ff. eod. l. vnic. §. si autem. C. de cad. rollend. Putarem ipse conditiones in d. §. iisdem proprie stare, non pro modis, & tamé legatum iisdem conditionibus deberi hæredi, non hæredi ipsius, cui aliquid sub conditionibus relictum est, sed testatoris hæredi. à quo relictum est. l. vnic. §. pro secundo. C. de cad. roll. allicior ad hanc interpretationem recipiendam, ideo quòd Iurifcon. dicit iisdem diebus, idest, iisdem conditionibus, propterea quòd modus cum diebus nihil habet commercii, sed dies incertæ vice conditionis funguntur. l. si dies. & l. seq. ff. quand. dies leg. Cæterù alibi non nego conditionem pro modo poni, vt d. l. quoniam. C. de rer. permu. propter illam similitudinem quam inuicem habent. d. l. j. cum glo. C. de iis quæ sub mod. ita Progne pro philomela sorore à poëtis potuit vsurpari.

NOTABILIA VIII. CAP.

1 Qui sint in iure spadones, castrati, Thlibia, & quid de his iura sanciant.

2 Lingua abscisa an animal vitiosum sit.

3 An psittacus stipulari possit.

4 An medicus locati recte agat, & an aues pro medicamine exigant mercedem.



M V L T I eunuchos ex aibus faciunt. † Eunuchorum autem quidam spadones appellantur, & quidam castrati. §. sed & illud. Instit. de adopt. item quidam Thlibia. l. spadonum. ff. de verb. signific. spadones sunt, qui propter vitium aliquod aut frigiditatem membrorum liberos gignere non possunt, sed vitio sublato possent. ideoque adoptare his permillum est, & matrimonium contrahere, quia sanitatis spem habent. l. si serua. §. si spadoni. ff. de iur. dot. d. §. sed & illud. de adopt. vbi aliter constituitur in castrato castrati. verò appellantur ij, quibus omnino virilia excisa sunt. quos tertium genus hominum Imperator Alexander Seuerus vocat. quia nec viri sint nec femina. Quod etiam de Thlibiis dicere conuenit, idest, de iis quibus extriti sunt testiculi. l. ij. quoque. ff. ad leg. Cor. de sica. & d. l. spadonum. de verb. signific. in qua probatur spadonis nomen generale esse, comprehendens etiam castratos, Thlibias siue Thlasias. est & speciale ab his differens. sic adoptio generale nomen & speciale est. l. j. ff. de adopti. sane vnicò superstitie testiculo licere gallinaceo contra amulum duello decertare, vt Syllæ Rom. duci strenuo C. Marii victori. l. 4. ff. de re milit. vnde colligo capis militare non licere. sed tamé in praxi aliter obseruatum vidi in euidente capi solertia & cantu prorsus virili: cum certa res coniecturis non egeat. l. continuus. §. cum ita. de verb. oblig. vt Narses eunuchus Iustini Aug. copias feliciter & prudenter ducere solitus olim declarauit, de quo multa Procopius maxime libr. 3. de bello Gothorum vbi Gothos ille vrbe Roma recepta abegit, & clauis misit byzantium. vbi plane castrantur sæpe aues, vt meliores fiant. Martialis:

Ne nimis exhausto mare sceret inguine gallus,

Amisit testes: nunc mihi gallus erit.

Hoc est, postquam castratus fuerit, rursus dicetur gallus Cybelicus, quia compertum est Cybeles deæ sacerdotes castratos fuisse. forsitan & hoc in monachis hodie seruare bonum foret, vt pretiosiores essent. l. si seruus. §. & si puerum. ff. ad leg. Aquil. maxime si se castrauerint ob regnum dei, vt multi fecere Christo attestante Matthæi cap. 19. vt Origenes theologus post imitatus est castitatis magno argumento & iuuenilis audaciæ, sub Severo Augusto, dum aliàs castratio vetita lege esset, nempe ob turpes delicias. l. 4. §. si. ff. de siciariis. vnde Origeni id à plerisque probro obiectum Suidas tradit. Quòd dico eunuchos pretiosiores, id verum est, si iis quorum interest, placuerit. alioquin si Seius meum pauonem, me inconsulto, castrauerit, si velim agam contra ipsum. d. §. & si puerum. & si quis castratum pro sano vendiderit, redhibebo. l. si autem. ff. de ædil. edi. † Quid si mulier dum pituitam gallinæ vellit, linguam absciderit, an vitiosa sit, & redhiberi queat? videretur posse. l. si cui lingua. ff. de ædil. edi. licet homines in Africa absque lingua locuti sint. l. i. C. de offic. præf. prætor. Africæ. sed ius non statuitur miraculis. lex iis ff. de legib. Contrarium placet per l. ædiles. §. Cælius. ff. eod. cum lingua si aibus inutilis. nec obest d. l. si cui. quæ loquitur in homine, cui lingua ingens thesaurus est, maximè si ea parcè loquatur, vt ait Hesiodus.

Γλώσσης τοι ψευδὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος,

Φειδωλῆς πλειστὴν χεῖρα καὶ μέτρον ἴσσης.

3 † In pica, coruo & Psittaco idem quòd de homine dicendum opinor, quia lingua illis ingens,

ingens ob docilitatem pretium addit, & olim Imperatores salutasse leguntur articulate, Papinius:

Humana solers imitator Psittace lingua.

Non continuò tamen verbis obligari posset, etiam si stipulanti responderet aptissimè. quia oblectandi non obligandi animo faciat. l. obligationum subst. in fi. ff. de action. Amplius audeo dicere, siquidem aues consensum haberent, verbis contrahere eas posse, quia sunt quidam qui auium linguas herbis certis prægustatis intelligant, & sufficit contrahentibus se inuicem intelligere per interpretem. l. j. §. si. ff. de verb. oblig. sed & ipsæ aues se mutuo intelligunt in suo genere. vt pater ex passere Ephesino qui reliquos voce concitauit, vt irent ad frumentum effusum, & negligentè à puero collectum & simul epularentur quemadmodum apud Philostratum retulit Apollonius passeris interpret. Auguria primos Phryges inuenisse ait Augustinus can. nec mitum. 26. q. 5. forte ea quæ ex volatu dextro aut læuo colliguntur, non ex cantu ac lingua, de qua lib. 10. Fastorum Ouidius:

Intacta fueratis, aues, solatia ruris,

Assuetum syluis innocuumque genus.

Quæ facitis nidos, & plumis ora fouetis.

Et facili dulces editis ore sonos.

Sed nihil ista iuuant: quia lingua crimen habetis.

Dique putant mentes vos aperire suas.

Nolunt enim mysteria & arcana diuina impun. prodi & profanari. l. nemo. C. de summa trinit. sed nec credendum est nuncio secreta celestis regis vulgari sine diplomate. l. i. C. de mand. princip. Quæro nunc † qua actione conueniatur medicus, qui auis linguam absciderit per imperitiam, vel qui castrando malè, secuerit: respondeo, si de pretio conuenierit, locati: sin minus, Aquila. l. qua actione. §. sin. cum l. seq. ff. ad leg. Aquil. Ipse autem medicus mercedem operæ suæ extra ordinem peret, si nihil nominarim conuenierit. l. j. §. medicos. ff. de var. & ext. cog. Si de mercede conuentum fuerit, actionem locati instituet. Nobiscum sentit glof. in l. Martius. ff. loca. vbi de podagra loquitur qua aues, chortis præsertim, sepius infestantur, & ideo à personalibus muneribus excusantur. l. podagra. C. qui morb. se excus. lib. x. Accursio restiterunt Barro. Iaf. & reliqui. miror quòd non viderint d. l. qua actione. §. si. ad leg. Aquil. secundo adest l. patronus. de operis lib. vbi medici liberti operæ locantur. Plinius lib. 26. cap. 1. tradit Manilium Cornutum legatum Aquitanix se curandum medico ob morbum Mentagram elocasse. H. SCC. Non obest. l. j. ff. de vari. & ext. cog. fateor enim frequentius salarium impendi medicis cognitione extraordinaria, quia operas perarò locare solent. si verò expressè locent, actio ordinariâ locati sine dubio concedetur. arg. l. ij. §. ex hoc. ff. nau. caup. & l. j. ff. si mentor fals. mod. vbi in factum actio contra mensorem idcirco proposita est, quoniam non crediderunt vereres inter tales personas conductionem esse, sed magis operam beneficii loco præberi. Igitur si certum esset mercedem partam fuisse, locati potius ageretur, vt supra de medico diximus, tam hominum medico quàm iumentorum, qui veterinarius nominatur in l. si. ff. de iur. immunita. Item etiam de medico auium, accipitris forte, aut pauis, aut gallinacei, præterea aues ipsæ sibi medicantur naturaliter, & annum fastidium purgant: vt columbæ & gallinacei herba Helixine: palumbes & perdices lauri folio: grues iunco palustri, teste Plinio libro. 8. cap. 27. sed hæc sine mercedis exactione sunt. quomodo enim contra se ipsas agerent aut exigent? nam quod dicitur in l. si pupilli. §. si. ff. de negoti. gest. à se aliquem teneri debitum exigere, aut vsuras eius præstare, pertinet ad pecuniam alii debitam, cuius debitor sponte gerit negotia. atqui nemo sibi met debet aut si ita debere incipiat, confunditur obligatio. l. debitori. C. de pact. plane grus iure à lupo mercedem peteret promissam, si capite iniecto in os lupi ossa noxiam ex gutture extraheret, vt est apud Æsopum: sed Lupus perfide: sufficiat tibi inquit, loco mercedis, quod illæsum caput ex ore lupi exemeris. Quinimo eo magis merces rependenda fuit, quo periculosius medica grus versabatur alienæ salutis causa vix æstimabili. l. si pater. §. si. ff. de donationib. nec compensare debuit lupo, si vel vnciam pudoris habuisset, non faciens quod non sit concessum. l. diuus. §. pe. ff. ad legem Corn. de fals. & ideo lupi hæredes à canibus demum laniati mercedem grui, iudice cogente, præstitisse relatum est. licet ob dolum defuncti minime tenerentur. l. ex contractibus. ff. de actionib. l. in hæredem. ff. de dolo. nisi quatenus fuerint locupletiores. nam turpe lucrum hæredibus extorquetur. l. in hæredem. ff. de calumniatoribus. Quod autem de mercede non frequenter paciscantur medici, sed occupationis & operæ tantum pretium expectent, in causa est Hippocrates, qui iurauit per Apollinem & Æsculapium se artem sine pactationibus

communicaturum, non quod agros ingratos esse deceat, ut sint qui libentius medicinarum student. l. medicos. de profess. & med. lib. x. C.

NOTABILIA IX. CAP.

- 1 *Explicatur quid sit iuris de avibus domesticis, & declaratur §. gallinarum. de rer. dis.*
 2 *An feminino genere aliquando masculinum contineatur in avium causa.*
 3 *Verbum, potest, an pro verbo, debet, ponatur, variæ leges explicatur, quid sit em de verbo, debet.*



TERTIO postremoque loco Iurisperiti de avibus domesticis egerunt in l. v. §. gallinarum. ff. de acquir. rer. dom. & §. gallinarum. instit. de rer. diuis. ordinem, ut verisimile est, secuti naturam, quæ multo tempore res rusticas urbanis, feras domesticis præposuit. Et quia feras aves occupanti concessimus, manifestas vero dominorum singulorum esse diximus, quandiu reverti ad eum non desierint, de domesticis & naturaliter mansuetis sic loquitur legislator. Gallinarum autem & anserum non est fera natura, idque ex eo possumus intelligere, quod alie sunt gallinæ, quas feras vocamus: item alij sunt anseres, quos feros appellamus, ideoque si anseres tui aut gallinæ tuæ aliquo modo turbati turbatae evolaverint, licet conspectum tuum effugerint, quocumque tamen loco sint, tui tamen esse intelliguntur. & qui lucrandi animo ea animalia detinet, furtum committere intelligitur. † Hic §. xv. plus minus, intellectibus vexatur, nos Pisanam lectionem sequentes, vno & communi contenti erimus. Primum notamus ex hoc §. gallinas feras, quæ Græcè ἀγροπιδες vocantur, & anseres feros, qui in stagnis degunt, & Græcè ἀγροχινδρα dicuntur, accipientis esse, iuxta §. feræ. de diuis. Cum autem ex domesticorum genere sint, quocumque auferunt, prioris domini manere intellige. nisi alius eos bona fide viderit triennio. §. j. Instit. de vsu. cap. Secundum colligitur ex hoc §. feminino gallinæ nomine gallinacum comprehendere, cum aliis vix reperitur ut id eueniat. l. si ita scriptum. ff. de legat. ij. nisi in avium genere ut Ciconia cornice, alanda, & similibus quarum similiter mares femineo vocabulo designantur, imo multo magis in his, quam in gallina, cuius mas gallinacum dici potest. ut cum lege Pompeia includitur cum cane, simia, & vipera, ut vlciscatur parricidæ. l. pœna. ff. ad legem Pomp. de parric. neque in Boue idem est, quod in Gallina: quia si quis leget boues suas, non includeret tauros, amplius puto, si quis leget Gallos vel gallinacos suos, non comprehendit feminas: tum ex usu vulgi, tum quia in hoc genere alitum vox feminea dominatur. secus in equis. l. legatus. §. si de legat. 3. vbi in fine patet ouibus legatis non debere agnos seu agnos: ideo nec gallinis legatis pulli veniunt. Gallinam pro gallo capit aperte Cice. lib. ij. de Diuinatione. Teum, inquit, vates Bœotios credis vidisse Thebaide, ex gallorum gallinacorum cantu vtoriam esse Thebanorum, quia galli victi flere solent: hoc igitur per gallinas Iupiter tantæ ciuitati signum dabat. Vides gallos à Cicerone confestim gallinas dici. quare puto gallinis legatis gallos debere. igitur malè fecerunt hi, quibus lege Fannia prohibitum fuerat, ne quid volucrum apponeretur, præter vnam gallinam quæ non esset altalis, & gallinacos apposuerunt, pastos madidis lacte cibus, ut ait Plinius lib. 10. cap. 50. quia non tantum fraudem legi faciebant repugnando menti legis, sed etiam directò aduersus verba venerunt. l. contra. ff. de legib. † Tertio colligo ex verbo, possumus, hoc verbum, potest, pro verbo, debet, creberrimè sumi, tum hic, tum aliis in locis. nam tenemur inde gallinarum & anserum mitem & domesticam naturam decere, quia quidam sint quos feros expressè vocamus, ut in apibus. l. si apes. de furt. ex eo enim quod quædam feræ sunt, alias esse oportet quæ alterius generis sint, hoc est, feras mansuetas. §. apium. Instit. de rer. diuis. & ideo in l. naturalem. §. gallinarum. ff. de acquir. rer. dom. non hoc verbum, possumus, legitur, sed verbum, palam est. Sic, potest, dici, id est, dici debet. l. si non moris. ff. de inoff. testamen. & poterit valere, id est, valet. l. fina. §. si inter. ff. de verbo. oblig. l. ij. §. si quis sic. ff. de statulib. vbi liber esse iussus cum decem dare poterit, non fit liber nisi det decem. Econtrario, inquit Accursius, debet pro potest capitur. l. obseruare. §. fina. ff. de offic. Proconsul. vbi Proconsul postquam ingressus fuerit prouinciam, mandare iurisdictionem suam legato debet. l. j. ff. de hæred. instit. l. si quis seruum. §. si inter. ff. de legat. ij. Cæterum ipse nuscquam hætenus inueni verbum, debet, simpliciter pro, potest, vsurpatum. & si qui textus videntur probare contrarium, sic intelligendi veniunt, ut verbum, potest, præuium & præpositum

positum huic verbo, debet, intelligatur, sed si quis id quod potest, vult exequi, certis modis facere id debet, ut ecce in d. §. si. l. obseruare. Proconsul ingressus prouinciam iurisdictionem suam legato mandare debet, id est, potest mandare iurisdictionem suam si velit, volens autem hoc obseruare debet, ut prouinciam ingressus sit. Quinimo, si perpendamus antiquitatis obseruationem circa. d. §. si. verbum, debet, illico necessitatem habet. nam proconsul qui in prouincia maximum habebat imperium post principem sicut & præses in præfidali prouincia. l. & ideo. ff. de offic. proconsulis. l. 4. de offic. præsid. ff. perpetuo legatum accipiebat secum, & ducebat ab vrbe Roma. l. i. §. damus. ff. de suspect. tutorib. præses non ita legatum ad vniuersas causas necesse habebat assumere: cum ipse legatus diceretur principis. l. legatus. ff. de offic. præsid. proinde proconsules prouinciarum à præfidibus distinguebantur ut Strabo recensuit in fine libri. 17. atqui paulo superius adductis succurrit. §. alienus. de hæredib. instituen. vbi alienus seruus institutus hæres iussu domini hæreditatem adire debet, id est, si velit adire (nec enim cogitur, l. cum proponas. C. eod.) debet exigere consensum sui domini. sic vbique inueniens, ut in l. qui petitorio. ff. de rei vendicati. vbi vendicaturus rem dominus perquirere debet, an aduersarius possessor sit: scilicet, ne frustra experiatur, neque enim cogitur perquirere, si in casum agere collibuerit. Nec obstat l. j. ff. de hæred. instit. vbi qui testatur, ab institutione initium facere debet. quia d. l. j. dicit plerumque debet. ergo si velit, quandoque debet, nec cogitur. ut §. fina. Instit. de seruit. vbi similiter debet & potest promiscuè confunditur. Postremo colligitur ex hoc §. furtum etiam gallinæ fieri posse, si quis inuito domino detineat, de qua re dicitur amplius, dum aliquid attulerimus ad huius auis commendationem. quæ ægrotantibus saluberrima, magis quam eæ quæ volatu nituntur, aut in aquis degunt. ut Cornelius Celsus lib. ij. cap. viii. scriptum reliquit. Meminit gloss. l. ij. ff. de nudi. cum primum peperit. se religiosè circumagit, & ouum purificat ac lustrat, ut olim puerperæ. c. hæc quæ. v. distinct. In Liuiæ Drusillæ Cæsaris sponsæ gremium, aquila præteruolans gallinam albam demisit rimum aureum ferentem, qui confusus syluam fecit, ex qua Cæsares deinde in triumphis coronas tulerunt.

NOTABILIA X. CAP.

- 1 *Cur galli decima hora noctis cantent, & de horis multa ad leges pertinentia.*
 2 *Explicatur l. non minorem. C. de transf.*
 3 *Nominis similitudo effectum similem sæpe facit Accursii Epitaphium.*
 4 *Ab avibus prouincias denominari.*
 5 *Si pugnantes gallinacei se inuicem occiderint, quis teneatur.*
 6 *An pro noxa dedantur mansueta & fera animalia indistinctè. tum noxa dedere quid significet, & an noxa sit corpus, quod nocuit.*



NEC MINOR † vis & dignitas gallinaceo inest, qui vim solis habet maximam. Hunc nequeunt rapidi contra constare leones. ut ait Lucretius lib. iij. & Proclus in libro de sacrificio scripsit, demones quosdam Solares leonis specie apparuisse, qui viso gallo disparuerunt, cum in eo secreta quædam semina leonis formidabilia insint rationis incognita, sicuti Basilisco terrorè incuti aspectu gallinacei, ac cantu dicit Ælianus. inde in Africa gallum à viatoribus circumferri serpenti formidabilem. ita ruber color boues terret. l. in furti. §. si. ff. de furt. sed qua ratione id fiat, scit nemo. Ergo canunt galli hora noctis decima, quasi aduentanti soli applaudentes, cum cibus in omne corpus digestus & mitificatus est, ut dicebat Democritus. Decima hora noctis est quarta castrensis vigilia, id est, cum nox exacta est exceptis duabus horis. Virgil. in Moreto: *Iam nox hybernas bis quinque peregerat horas, Excubitorque diem cantu prædixerat ales.* tunc iuris legum periti ostia pulsare consultores, teste Horatio, consueuerant: ita ut ab avibus diligentiarum admoneamur. licet ratione careant. & alibi earum exemplo obsequi regibus didicimus can. in apibus 7. 9. i. addit Chamæleon ponticus verus scriptor apud Athenensium lib. 9. cap. 13. musicæ constitutionem primum capisse imitamento auicularum. inter quas gallinacæ, si non modulatione dulcedine, certe præscripto & cōmoditate canendi præcellit. Nam cum nox xij. horis constet, hora decima canit ales hic. id est, duabus horis ante primam

lucem. inde horanoctis sexta, est media nox .l. qua ætate. ff. de testam. l. ideoque. ff. de vscap. Et secunda hora noctis significat duas horas noctis post diem finitum. l. non minorē. C. de tranfact. † vbi licet tranfactio sit facta secunda hora noctis, nihilominus valida est. nec recte exposuit ibi glo. secundam horam pro galli cætu, cum sit, vt dixi, secunda à solis occasu, qualis est ferè nunc ferè septima, hyemis tempore. & hora decima diei, significat diē exactum esse præter duas horas. l. via. ff. de seruit. Naque scire oportet, antiquitus diem xij. horas continuisse, & totidem noctem. A solis ortu ad occasum dicebatur dies. vnde illud in xij. tabu. Solis occasu summa tempestas esto. inde suprema hora diei, cum vesper incipit. cumque iudex ius dicere pro tribunali iure definit l. i. §. dies. ff. quando appell. sit. Hinc eueniebat, vt cum dies alij longiores sint, horæ etiam æstiuæ diei, maiores hybernis essent. quia quælibet dies in xij. partes æquales diuidebatur. & Martialis horam æstiuam pro longa accepit.

Hora nec æstiuæ est, nec tibi tota perit.

æquales autem horæ sumebantur vtroque æquinoxio, verno & autumnali, annum in æstatem & hyemem partiente. l. i. §. æstatem. ff. de aqua cotidi. cum nox diebus æquata esset, placuit autem ibi æstatem seruis mensibus, totidem hyemem in proposito diuidi: & hanc à posteriore æquinoxio incipere sub libræ signo: de quo Manilius in Astronomicis lib. 3. cap. 9.

Libra diem noctemque pari cum fœdere ducit.

plane perplacuit. Sed à nocte dies incipit anerito quidem ni fallor, cum nox antiquior luce fuerit, tum ante mundi creationem immani spacio: tum ante solis splendorem creati demum quarto die Genesis cap. 1. numerus duodecimus Astrologis in horis, mensibus, & signis zodiaci. Quapropter hora sexta, est meridies. l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth. l. iij. ff. de oper. liber. Inde est illud in sacris literis: Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem, hora autem erat quasi sexta. & alibi: A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam. idest, à meridie vsque ad eam quæ vulgò tertia dicitur post meridiem. hæc pertinent ad diem artificialem. idest, quo mortales miseri labori indulgere possunt atque artificio. nam dies naturalis ex obseruatione Romanorum, xxiiij. horis constitit, incipiens à sexta hora noctis ad sequentem sextam noctis. l. more. ff. de feriis. Aliæ gentes variè obseruarunt, vt ibi gloss. & Aulus Gellius lib. iij. noctium Atticarum, cap. ij. equidem habuere & Galli, vt Cæsar. ait lib. vi. noctium numero temporum rationem: noctis verò vigiliis quatuor fuisse in ternas horas distributas notauit Suidas. planè qui legum studio delectantur, diebus & noctibus ijs vacare debent. §. j. vt iud. sine quoque col. ij. nobis forte contigit, vt hæc ludicra in gallicinio scriberemus, nec secuti sumus Nyctages illos, qui putarunt delinquere eum, qui nocte quippiam operatur, malè illi quidem. can. quidam. xxxiiij. quæ. iij. quia sanè mentis hominibus omni tempore quiduis licet. d. l. non minore. C. de tranfact. hæc tenus de gallicinio, venit aurora, & mihi libet parumper deambulare. † Galli nomen æquiuocum est, pluribus conueniens. est gallus Cybeticus sacerdos, viri nomen in Gallo Aquilio: gentis etiam in Francigena. est & auis notissima. quid si Galli, quos postea Francos appellauit verustas, ab aue nobili agnomen cepertint? quis miretur? cum Italia à boue dicta fuerit, vt Varro dicit? quia Græcia antiqua boues vocabat ἰταλούς: alii à lacte deducunt. Virgilius:

— Tum lactea colla.

Auro innoctuntur.

De Gallis loquitur. nã Græcis γάλα, lac est. meminit huius rei Isidorus. Enimuerò video in multis galli ingenium cū gente Gallica conuenire. seruitus vtrique odiosa. neuter alicuius imperium sequi vult. cap. per venerabilem. qui filij sine legit. vtrique pugnaces sunt, potissimum in scelestos ac rebelles: ideoque gallinaceus in culleo parricidii vltore insuebatur, vt viperam lancinaret, quam veneno imbutam odit l. pe. ff. ad legem Pompei. de parric. & sic nomina rebus apprimè conueniunt, vt §. est & aliud. Institut. de donat. & nominis eiusdem efficacia, non paruos effectus producit. l. filia. §. fin. ff. de cond. & demonstra. cum l. cum seruus. ff. de adim. leg. ideoque Paulus consul Romanus, quia catella Tertiz filiolæ cui per Persæ nomen erat, decesserat, victoriam sibi futuram prælagiuit de Rege Persarum, quo cum bellum cogitabat. & Christo nomen, regium portendit imperium: quia Christus Græcè vnctum significat, Iudæorum reges vngebantur. lib. Regum i. ca. x. inde Accursius in l. facta. §. si in danda. ff. ad Trebell. de nomine suo gloriatur, quod occurrat & succurrat aduersus legū tenebras. † vnde à me suo donatur Epi-

raphio

raphio interpres eximius nulli Mercurio postponendus, in cuius dei tutela Gallum veteres posuere, vt ait Fulgentius, ob vigilem solertiam,

Occurrit legum tenebris Accursius atris.

Et nouit Sphinges explicuisse meras.

Quamuis nocte legas iuris monumenta verendi,

Is fecit medio splendidiora die.

Illuxit vixus iuri, nunc luce carentem

Certatim in celo lumina cuncta beant.

Et, ne quod dixi mirum videatur, Gallis nomen ab aue dari potuisse, idest Syria Phœnice prouincia, quæ in vrbe Tyro Vlpianum genuit. l. i. ff. de censib. eam à Phœnice aliquando viso. Lactantius de ipsa loquens deduxit.

Dirigit in Syriam celeres longæua volatus:

Phœnicis nomen cui dedit ipsa vetus.

Fateor quidem plus admirationis parere Phœnicem: plus vero utilitatis Gallum, tempestiuè à somno excitare mortales natum: & morbos hominum cede sua luentem: & miraculi illud habentem, vt si auro liquefcenti membra eius miscueris, hoc consumat, tanquam auti venenum teste Plinio lib. 29. cap. 4. gallina sit, vltix avaritiæ. malorum omnium radice: quæ fructum edat venalis iustitiæ, vt ait Iustinianus suas vigiliis laudans. §. i. vt iudices sine quoque suffrag. col. 2. Gallinacei pulchritudinem multum exulit legislator Solon. interrogatus à Rege Cræso splendide ornato, num spectaculum pulchrius vidisset: respondit enim vtrique gallinaceos & pauos, teste Laërtio: naturali namque nitentur ornatu, non mendicato: † Pugnaces gallinaceos esse superius dicebam, quod verū esse videmus quotidie, dum quotidie, dum finis duelli inter eos non est, nisi commoriantur. idcirco scitè Alectryon à poetis Martis comes fuisse fingitur è puero in gallum transformatus, quia Soli Martis & Veneris concubitus prodiderit. Quæro igitur si gallinaceus gallinaceum in pugna peremerit, an noxæ dedi possit? Solutio est in l. j. §. cum arietes. ff. si quadr. paup. Cum arietes, inquit, vel boues commisissent, & alter alterum occidisset, Quintus Mutius distinxit: vt, si quidem is perijisset, qui aggressus erat, cessaret actio: si is qui non prouocauerat, cõpeteret actio, quam obrem eum sibi, aut noxiam sarcire, aux in noxâ dedere Committere, dixit Vlpianus, pro digladiari & inire concertationem. l. qua actione. §. si quis. ff. ad leg. Aquil. & quod Mutius de arietibus & bobus dixit, de gallinaceis comode dici potest. l. pe. ff. si quadr. paup. fec. quia si eodem impetu commiserint, nec dignoscitur aggressor, non tenetur qui occidit. l. scientiam. §. si cum stramenta. ff. ad leg. Aquil. Pergami publicum spectaculum gallorum edi solitum competio, velut gladiatorium munus, item & Athenis in theatro. pro quo obseruando ciuitatibus legari posset. l. ciuitatibus. de legat. j. nec obest l. vnica. de gladiat. lib. xj. C. quia ibi cruenta spectacula, quæ gladio fiunt prohibentur, de quibus ait Alcianus lib. Parer. ij. cap. xlv. non ea in quibus bestia sine periculo sanguinis populum oblectant. l. nemo. de spectacul. xj. lib. C. sed nec gallinaceos ita certantes infames fieri reor. cum spectaculum sui præbeant virtutis & amoris solius gratia: non propter quæstum. l. i. §. bestias. de postul. vnde exemplo sunt viris, vt pro victori & laude egregie dimicent. & cum inermes à natura geniti sint, ratione se tueantur & manum, quam Aristoteles vocauit organum ante organa. & Galenus lib. 10. de vsu partiu. quod autem diximus Gallinaceum noxæ dedi, si socium occiderit, verū est, si modo meminerit iudex, vt auis dominum condemnet prius in æstimationem damnitati: nam noxæ deditio postea à lege affertur. l. miles. §. i. ff. de re iudic. si malit dominus noxæ dedere. quod locum habet in brutis genitale feritatem non habentibus vt in gallinaceis, bobus, equis, & similibus: secus in visis & leonibus, & in catetis natura feris, quorum quidem damni dati nomine dominus tenetur, ne voluptatem suam aliis tristitiæ fore putet. §. si. si quadrup. pauper. l. i. §. i. ff. eod. iuxta distinctionem l. hi enim. cum l. seq. ff. de adil. edict. nisi is qui eiusmodi feris offensus est, inuadentem occiderit: nam nisi dominus damnum refartiat, occisa corpus suum facit victor, quod non percepit Accursius d. l. i. §. in bestiis. Certant galli frequentius propter gallinulas quas perditè amant, & eis extinctis non cantant, licet iure viri vxores lugere non compellantur. l. vxores. ff. de iis qui no. infra. victores triumphum canunt, victi pudore latent. vnde senarius,

Επιζ' ἀλέκτωρ ὄς, κλίνας πέρων.

Idest, formidauit, vt gallinaceus, qui summisit alas. meminit Plutarchus in Alcibiade, & ita vult germana æquitas, vt victus victori condemnetur. l. propterandum. §. si autem alteru-

Qq ij

tra. C. de iudic. † Incidimus in mentionem noxæ deditiois, videamus quid noxa sit & ex d. §. cum arietes. liquet noxam esse damnum illatum, pro quo gallus qui prouocauit & occidit, dedendus est. sed Iustinianus in §. j. Instit. de noxal. act. vocat noxam corpus ipsum, quod nocuit. id est, seruum seu quadrupedem, seu auem quam præstare tenetur dominus, si damnū refarcire recuset. hæc interpretatio ridetur à Laurent. Valla lib. vj. Cum, inquit, nusquam legatur noxa pro corpore quod nocuit, quia si seruus vel quadrupes deditur noxæ, hoc est, datur pro noxa quam intulit, qui poterit ipsa noxa esse? at tamen poterit Iustinianus defendi, qui quidem non ignorauit noxam esse damnum illatum, & ita ipse vsquequaque vsus est tot. tit. de noxal. actio. sed in d. §. j. interpretatur edictum & legē verustissimam, ex qua actio illa descendit. §. sunt autem. Instit. eod. l. j. si quadr. pauper. ff. & l. j. ff. ad legem Aquil. nam sciendum est veteres illos Iurisconsultos in xij. tabulis multa verba, præter receptum vulgō morem, accepisse. dicebant enim: si nox furtum factum sit, si im aliquis occidit, iure cæsus esto. nox, pro noctu, & im, pro eum posuerunt teste Macrobio lib. Saturnaliorum primo, cap. iij. sic fraudem pro pœna. l. cum autem. §. excipitur. ff. de. de edil. edi. vt Terentius fraudem dixit pro homine fraudulento in Heautontim.

c. *Et ego (si me metui) mores caue in te esse istos sentiam.*

c. l. Quos? c. si scire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus, belluo.

Ne mirum sit noxam esse damnum, & tamen pro nocente in lege antiqua capi. sicuti ministeria dicimus & ministros & horum operas. l. ij. ff. de seru. fug. l. plenū. §. si vsus. ff. de vsu & habi. Seruitia ipsos etiam seruos appellat Sallustius in Catilinario. ita Martialis Zoila dicit: *Non vitiosus homo es, Zoile, sed vitium.*

Et Hesiodus in operis & diebus libro primo,

— Πῆμα καὶ δὲ γέρον.

Id est, noxa seu clades est vicinus malus. sed pindarus propriè dixit in Pythiis hymnos. καλὸν πῆμα, id est, pulchram noxam, de damno Ixioni illato cum rotæ alligaretur, at qui vetus nobiscum facit prouerbium: αἰδρῶν ἢ ρῶν τέκνα πῆματα. id est, Virorum heroum filij noxæ. refert Erasimus prima Chiliade. sic præfectura, pro præfecto. l. elegatur. §. si. de pign. act. adde custodiam, præterquam quod custodiendi operam significat, etiam pro custode accipi, & pro eo qui custoditur. Virgilius lib. vj.

— *Sentis custodia qualis*

vestibulo sedeat?

l. carceri. ff. de custo. reor. Quid igitur impedit noxam esse damnum, & eum qui damnum intulit? priscis intelligo temporibus, ad quæ interpretatio Iustiniana respicit. non enim vsquam ipse sic vsus est, quamuis merito poterat, sic fecit Cicero in lib. j. & ij. de Diuinatione, vbi dicit Sagire, esse acutè sentire: & tripudium quasi terripaium appellari. num putas his verbis eum vti alcubi? sed antiquitatis interpreter egit, quam ignorare dedecet. §. j. Insti. de testa. Accursius noxam pro seruo exponit in. l. inde. §. sed & si seruus. ff. ad leg. Aquil. sed Vlpianus dicens serui noxam, ibi aliter sensit. sane sciendum est tunc dominum liberari deditioe cum non potuit seruo prohibere quominus alii damnum daret. l. 2. & 4. ff. de noxalib. aliàs in solidum tenetur.

NOTABILIA XI. CAP.

- | | |
|--|---|
| 1 <i>An furti actio pro aue & pro ouo competat:</i> | 4 <i>Vulpes impunè occiditur, & in eam dolus committi potest. l. 4. de pig. acti.</i> |
| 2 <i>An qui auem surripuit, crimen debeat pœnitentia.</i> | 5 <i>An abigeatus anuum fiat & qualiter puniatur.</i> |
| 3 <i>An aues fugientes sui furtum faciant, & fugitiuarum anuum pœna.</i> | |

1



VARTO loco † colligebamus ex §. gallinarum. gallinæ furtum fieri, oui etiam, vt ait Accursius, & pro rebus adeo pusillis actionem furti esse: cum tamen de dolo actio non detur, nisi pro re duobus aureis æquiualente. l. si oleum §. si. cum l. seq. ff. de dolo. Atqui Zasius lib. singularium intellectuum ij. cap. xxxvj. negat pro ouo aut gallina furti agi posse, licet furtum factum intelligatur. Certè Theophilus secus innuit, cum ait: *καὶ γίνεσθαι τῆν* furti *ἠρωεῖσθαι*, id est, sit furti reus. de fure gallinario loquitur. & apertius Caius in l. v. §. si. ff.

ff. de acq. rer. dom. vbi si gallinæ vel anseres nostri euolauerint, nostros manere ait. eamque ob causam furti nobis teneri, qui quid eorum lucrandi animo apprehenderit imprimis furti agi expressè dicit, mox, cum subdit, qui quid eorū, oua intelligit, vel si quid minus est, puta pluma anseris. sunt qui legant, quicquid eorum, tunc multo magis vrget cōtra Zasium. Cur enim pro ouo furti non agatur, cum pro arundine agi possit. l. vitem. ff. arb. furt. cæs. atque adeo pro rebus vilioribus. l. si seruus. §. boue surrepro. ff. de cond. furt. l. si quis vxoris §. si quis massam. ff. de furt. taceo hic Drachonis leges, quas Demades Rhetor Athenis scriptas dicebat sanguine, quoniam, vnam pœnam continebant capitis pro exiguis noxiis. nam & ocij conuicti ea plectebantur, est qui olera & fructus surripissent. eam antiquauit Solon, vt Plutarchus ait, propter supplicii acerbiter tamen idem non antiquasset quod Vlpianus ait, furtum qui clauos vel vnum eorum abstulerit, omnium rerū naufrago teneri. l. j. §. pe. de incēdi. nam ibi clauus pro gubernacu locatur: & pleræque naues duos habebant. ideo Iulius Hyginus lib. i. Antiquitatum scripsit in gubernaculo dextro Argo naus quinque stellas fulgere. cæterum qui clauum aufert, causam damni dat, ita vt integrū cursum impediatur, vt succiso altero pede hominis. plane Sapiens Solon ne nimis indulgeret furibus, legem tulit, quæ pro stercore bubulo furti agit permittebat. inde dicebatur βολίτιος δίκην. id est, boliti pœna. nec puduit Iurisconsultum huius rei vilissimæ meminisse in l. ligni. §. lignorum. de leg. iij. vbi in quibusdam prouinciis editu bouum pro ligno vtuntur. & is veniret ligni nomine sicut Liuius refert decad. 4. lib. 8. vbi Gn. Manlius consul bellum ducens contra Gallogræcos, transiit per Axilon terram sic vocatam, quod omni ligno careret, etiam spinis & incolæ simo bubulo pro lignis vrerentur. quinetiam passim pro aliis minimis rebus vindicta sequitur non minima: idque apertè conquinco ex Iustiniano in. §. i. de vi bon. rapt. vbi licet raptor plus sit quam fur, tamen pro re minima rapinæ pœnam sustinebit in quadruplum, vltra leges publicorum iudiciorum, quæ idem facinus vliscuntur. §. recuperandæ de interdic. & alibi pro re exili vilique vindicta est, cum non paretur iudici. l. vbi. ff. vt in poss. legat. l. si proprietarius. ff. de damn. infect. nisi cum aliquis petit se pro re vili aduersus id quod actum est, restitui, & per hanc restitutionem maiori rei vult præiudicare. l. scio. ff. de resti. in integ. vt si minor xxv. ann. in emptione equi se deceptum diceret propter frænos efracos. sic enim §. l. scio aperte intelligenda est ex. l. res bona. ff. de contr. emption. vel propter vsuras si quis volet sorti derogare. l. vsurus. ff. de vsur. alioquin ob rem minimam restitueret, qui inops id quod est exiguum pro magno habet. Quarit Accur. cur de furto pro ouo agatur non de dolo. quia, inquit, sapius furtum sit, & ideo acrius puniendum. l. aut facta. §. si. ff. de pœn. hæc ratio ab omnibus exploditur, cum furtum sine dolo non fiat, quia est contrectatio fraudulosa. l. j. ff. de furt. ergo dolus frequentius committitur. Aug. Arctin. post alios rationem adfert huiusmodi: quia doli actio est species quædam restitutionis tendens ad dirimendum ea, quæ consensu vtriusque partis peracta sunt. sed furti actio ei concessa est, qui furto non consensit. Hæc ratio non est mihi probabilis, cum facile ostendere possim per furti actionem aliquam quasi restitui, & non minus furto consensisse, quam eum, cui dolus imposuit. l. falsus. ff. de furt. l. quoniam. ff. de condic. furt. vbi falsus creditor qui sciens indebitos nūmos accepit, furti tenetur, tamē debitor sponte ei nummos obtulit, & post consensum reperit, fateor vti que consensum erroneum fuisse sicut & in dolo, cum quis à dolofo decipitur per errorem. quia nihil est tam contrariū cōsensui quàm error. l. si per. ff. de iurisd. omn. iudic. l. falsus. §. j. ff. de furt. Itaque cur furti pro minimis agi possit, illa ratio sit: quia hoc genus doli crebrius committi solet. quàm dolus simplex qui fallacia vocatur, & præsentis sit. l. falsus. §. si quis nihil. ff. eod. atqui furtū absentis sit, & plerunque clam in latebris: vnde à furno nomen inuenit. l. j. ff. eod. Alexander Imperator apud Lampridium appellat fures quotidianorum scelerum reos. & quemadmodum omnes incendiarij puniendi quidem sunt, sed hi maximè, qui in Aphrica messem, in Mysia vites, incendunt. l. aut facta. §. pen. ff. de pœn. sic omnes dolosi puniuntur, sed acerbis hi qui furtum fraudi addunt. adde quodd verum est illud vulgatum, Ab ouo ad bouem. de furibus dicitur qui à leuibus primùm incipientes, deinde nihil non auferunt. nihil mirum si in tantum legibus vindicentur. præterea furtum est delictum propriè nomen suum habens: non simplex dolus minus ideo puniendus. l. si multi: ff. de publican. vtraque ratio facit vt pater furti teneatur filio habenti castrense peculium. l. si quis vxori. §. i. ff. de furt. licet de dolo non possit conueniri. l. non debet. ff. de dolo. sed Accurs. & Bart. aiunt temperandam furti actionem verbo in factum: in quorum sententiam me procliuem facit. l. i. ff. rerum amot. cum. l. non vt à patre. ff. de captiuis. Possem ipse aliter effugere id

quod dictum est, pro ova & pro gallina furti actionem permitti, si sic intelligam d. §. gallinarum. & l. v. §. si. de acquir. rer. domin. ita demum id verum esse, si multæ gallinæ furtim sublatae fuerint, & multa ova, vel ova cum ipsi gallinis aut pavonibus, non aliter. vt d. l. si seruus. §. boue. ff. de condi. furt. & l. si quis. §. si quis massam. ff. de furt. considerent hi, qui nugari credunt hunc §. gallinarum. sic dicitur quod vi aut clam interdicto conueniri qui arundinem cedit. l. si alius. §. notauimus. ff. quod. vi aut clam. l. qui fundum. §. si. de contra. empr. idest, propter multas arundines. ita fert vsus iuris, vt singulare pro plurali vsurpemus: vt cum dicimus piscem esse in foro vilem. l. in vsu. ff. de verb. sign. & nummus pecuniæ summam significat. l. ita. ff. de admin. tutor. l. cum affirmes. C. de liberal. can. nam nec lex xij. tabul. quæ in singulas arbores cæfas xxv. æris lui statuit, teste Plinio lib. 17. cap. 1. ad vnicam arundinem spectasset in d. l. vitem. ff. arbor. furt. Cæsar. † Quid, si is qui auem surripuit pœnitentia motus eam domino restituat, nunquid furti pœnam euadat? Respondi, nequaquam. l. qui ea mente. ff. de furt. nisi, quis non nihil edulii propter imperiosam famem surripuisset. cap. si quis de furt. nam ibi pœnitentia & maceratione delet crimen. sed talis pœnitentia non est similis ei qua pudet aliquem commissi sceleris, sed qua se ipsum cruciat sine infamia. præterea Bartolo placet, si auis turbata domum alicuius vitro venisset, & is aliquandiu detinuisse furandi animo, mox restituisse, furto se eximit, pro quo adducam l. ij. ff. de seru. fugit. sanè à principio fur erat, licet oberrantem auem inuenisset. l. ij. §. cæterum. ff. de abige. † Quæro, an aues fugientes & euolantes ab auario, sui furtum faciant, exemplo serui fugitiui. l. j. C. de seruis fug. & magis est ne faciant cum nec propriè fugitiuæ dici queant. l. Labeo. §. fin. ff. de ædi. edict. Item nec animum furandi habent. nec obest §. pauonum. de rer. diuis. vbi aues habent animum redeundi. nam animus in brutis pro inclinatione capitur. nec aues ideo fugiunt, vt domino faciant aliquam iacturam. Is vero qui pavonem aut gallinam turbar, forte nunciens nouum opus voce immani, vel iactu lapilli, atque ita fugans, vt ipse vel alius territam auem capiat, furti se obligat. l. si pavonem de furt. licet enim auis tunc fugere, vt quouis modo sanguinem suum redimat. l. i. ff. de bonis eor. qui mortem sibi conscier. sed magis licet aibus laqueo præpeditis se quouis modo extricare: ideo nec fuit eius qui laqueum posuit, priusquam certum sit eas eximi non posse. l. in laqueum. ff. de acq. rer. domin. secus dicerem, si aucupium fieret retibus ac panthere, cum anceps præsens sit, & oculis implicatas aues iam possideat. l. quod meo. §. si venditorem. de acq. possess. idque probat ex l. quemadmodum. §. idem Labeo. ff. ad legem Aquil. vbi in venatoribus aucupibusque idem est quod in piscatoribus, vt tunc scilicet iam suos pisces fecisse hi videantur, cum retibus inclusi fuerint, non antea. quod pertinet ad gallinas & anseres. Statuto Vtopicæ ciuitatis cauetur, vt prima fuga notam ferant ignominia, & cruribus signo alligato ab aliis secernantur. l. mimæ. C. de episc. aud. si rursus fugiant, augetur pœna. l. relegati. ff. de pœn. nam vltimo supplicio damnantur, & igni deduntur, sed non viuæ cruciantur pœna ignis omnium acerbissima. l. capitalium. de pœn. ff. prius enim qui gladij potestatem habet, necari ipsas patitur. Liber verba statuti subiungere:

*Si gallina fugit, fugiat si candidus anser,
Has tibi ne vulpes furuè receptet aues:
Implumes verubus transfige, apponito flammis,
Pœnæque cum miti sint acerba mero.*

Et meritò verba statuti Vtopici de vulpe mentionem faciunt, qua studium gallinas subtrahendi exercet. argum. l. j. ff. de abige. Ouidius iij. lib. Fastorum:

*Is capit extremi vulpem in conualle salicti,
Abstulerat multas illa cohortis aues.*

4 Quare † impunè occidi posset, vt aggressor. l. is qui. C. ad leg. Cor. de sicar. cum pro telo habeat dentes noxios: deinde figenda est villarum valuis, vt aibus superstitibus solatio sit. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. Quòd autem vulpes quoque decipi possit ab aibus, pridè obtinuit: cum quæreretur de gallo Ælopico, qui cū cane in societatem venerat, & postmodum arborem conscenderat, cane ad radicem excavaatæ arboris ad cubante. cum itaque gallus de more cantasset, vulpes adcurrit dicens, cupere se gallum auem egregiam alloqui. cui gallus: Accerse, inquit. ianitorem Vulpes credula, canem excitauit, à quo est dilaniata. Hæredes vulpeculæ, ne incidere in senatusc. Syllaiani pœnam, ante aditionem hæreditatis illius necem vindicare voluerunt. l. necessarios. §. fin. ff. ad Syllaian. gallum in ius rapuerunt, quasi causam necis præbuisse. l. nihil. ff. de sicari. & canem tenuisse debuerat. l. j. §. sed & si canis. ff. si quadr. paup. feciss. Atque patronus galli, cui, si memini, Aleætorio nomen erat, dolum bonum esse

esse dixit aduersus hostem & latronem scelerosum. l. j. §. non fuit. ff. de dolo. addebat magnis superciliis illud proverbij, ἀλωπεκίλειν τὸ εἶναι ἀλωπελίαι. idest, in vulpem tu quoque vulpem age. l. cum proponas. ij. C. de pact. iuuat, quod aduersus pactum de non vendendo pignore creditor post trinā denunciationē iure id distrahit. l. 4. ff. de pignor. act. quia etiam perfidus erat debitor nunquam luens pignus à creditore, vt tacitè promiserat verisimiliter. & in l. si quis. C. de furt. in furem pmissæ sunt insidiæ domino serui, qui suus erat ab alio improbo, vt furtum domesticum faceret. gallinaceus igitur tandem pro se sententiam tulit. Quæ de vulpe diximus, ad miluum transferri possunt auium turbatorem. glo. in d. §. gallinarum. l. Pomponius. ff. de acq. rer. dom. & maiori ratione, quia raptor fur est improbius. §. j. institut. vi bon. rapt. Et qui à vulpe aut miluo alienam auem auferat, ei reddere tenetur cuius antè fuit, nisi auis fera esset, quæ ab aucupis manibus elapsa fuisset, & in accipitrem seu miluum incidisset. quia rursus occupantis fieret. sic debet intelligi l. Pomponius. ff. de acq. rer. dom. cum de aibus loquitur. idem de oue erepta à lupo, vel ab alia fera. l. 8. §. fin. ff. famil. hercisc. Attica lege sancitum Suidas refert vt qui catulum lupi occidisset talentum acciperet, qui adultum, duo. † Non videbitur absurdum, si dixerò auium quoque gregatim pascentium abigeatum fieri, & plusquam furtum puniri. l. ij. & iij. ff. de abig. quales sunt anseres & phasiani. l. aibus. ff. de leg. iij. si modò quantitatem aliquam surripuerint, puta xx. anseres. pauones x. arbitrio iudicantis. l. aut facta. §. quantitate. ff. de pœnis. proinde talis prædo extraordinem punietur plusquam fur, mitius quam publici criminis reus. l. 2. de abig. ff. non dubitarem insuper, quin lege Iulia de vi publica teneatur si armatus coram pastore vim fecerit. §. recuperandæ. de interd. eligat. Itaque accusator. l. i. §. dixerit. ff. de publicanis.

NOTABILIA XII. CAP.

- | | | | |
|---|---|---|--|
| 1 | Romanum imperium à vulture ceptum, à gallina gubernatum, ab anserè seruatum fuisse & vnius regis imperio. | | agatur Aquilia. |
| 2 | An anser Capitolij, iure militari testari potuisset: & de testamento militis scire digna. | 4 | Comagenum quid sit Iurisconsulto: & an anser astate redhiberi possit. |
| 3 | Si anseres frumenta depascantur, cur maxime | 5 | Anser cuiusdam elementi maxime sit: tum pisces an piscinæ cohereant. & qui sint urinatores Callistrato Iurisconsult. |



EV I A, dicit quispiam, tractas: agis de aibus, quid potest esse exilius? † Leuia, fateor. aibus tamen Romanum ceptum est imperium, eisdem gubernatum, & seruatum fuit. & primùm constat Romulum & Remum, postquam mœnia fundassent, certasse vter imperaret. ambo regnum ambiebant, & (vt ait Ennius)

Certabant urbem Romam Romanuè vocarent.

Augurio lis dirempta est. nam cum Remo sex vultures apparuissent, Romulo xij. hic est rex designatus. imperauit, & leges quasdam prohibitionem muros vrbs violasset. l. si. ff. de rer. diuis. vel, quòd verius est, ne regni consortem haberet, can. in apibus. vij. quæst. j. vbi apium & gruum exemplo rex vnus decet bene moratâ rempublicam. huc spectat quòd Iustinianus attingit in l. 1. §. sed et si. C. de veter. iur. Constantinopolim Romæ nouè titulo insigniens, nec leges inusitatas in illa magis recipi permittebat quam si Romana defuetudo ipsas obliterasset cum melioribus. inquit, cõdita sit auguriis, nam dum Constantinus Magnus in Troade urbem esset moliturus ad Sigæum promontorium, Aquilæ subuolantes fabrorum funiculos Byzantium transtulerunt, teste Zonara. nec dubium est funiculis mensuram iniri futuri operis atque etiam facti, quos modulos vocat Iurisconsultus in l. non solum. §. sciendum. ff. de oper. noui nunciat. & nouum opus grues, de quibus dixi, nunciaturæ videntur, cum inter nocturnas Virgiliae lapidem pede sustinent altius, vt cadens coarguat somnum, teste Plinio: aut fortè ratione ciuili ad prohibitionem, vt interdicto, ne quis clam. moliatur aliquid in re soli. l. 1. §. sed si quis. ff. quid vi aut clam: nunciatio enim futura inhiat, vt interdictum quod vi aut clam præterita perperam facta deturbari petit. l. i. §. i. de operis noui nunciat. Aucta deinde ciuitate & extensis finibus, gallina rerum potiri cepit & rempub. gubernare. quoniam pullis gallinæ inconsultis, nulla à dictatoribus bella inibantur, nulla gerebantur, sed ex pullorum pastu

& tripudio omen accipiebant. meminit Cice. lib. ij. de Diuinatione. Plinius lib. x. de iisdem loquens: Horum, inquit, sunt tripudia solistima, hi magistratus nostros regunt, hi fasces Romanos impellunt, hi retinent, iubent acies & prohibent, victoriarum omnium toto orbe paratarum auspices. hæc ille. Consilium igitur belli dantes, idem penè bellum gessisse censeri possunt. l. j. §. persuadere. ff. de seruo corrupti. l. in furri. §. ope. ff. de furt. Constat insuper Romanos augures multa ex volatu auium coniectasse, quæ auguria senior religio prohibuit. c. nec mirum. xxvj. quæst. v. l. nemo. C. de malef. Postremò anseres seruasse Romam ab hoste Gallico certissimum est. T. Liuius lib. 5. ab Vrbe condita: Cùm canes alioquin sollicitum animal conicerent, Galli in summum arcis euaferant, nisi custodia clangore anserum excitata fuissent, quibus, inquit, Iunoni sacratissimum abstinebatur, quoniam res sacræ nullius in bonis sunt. §. nullius. Institut. de rer. diuis. Plutarchus scripsit, in eius rei memoriam alimenta anserum publicè à censoribus Romanis locata fuisse, qui ex diligenti custodia laudandi veniunt. I. diuus. ff. de custo. reo. † Non defuerunt qui asserent, anseres Capitolinos iure militari testari potuisse, vt milites vigiles. l. j. ff. de bon. poss. ex testam. milit. quod mihi non placet, etsi arcem, obstruendo, ab hostibus eripuerint. Quòd res planius intelligi possit, tota testamenti militaris ratio in tres regulas deducenda est. Prima est: Si miles in numeros relatus sit, hoc est, in matricula militari descriptus sit, quandiu in expeditione est occupatus, iure militari testamentum facere potest, non alibi. l. ne quidam. C. de testam. milit. & si is intra annu post testamentum conditum decesserit, licet tum in acie non versetur, iure tamen militum valet idem testamentum. §. sed hætenus. Institut. eod. Secunda est: si is qui belli pericula non tentat, relatus fuerit in militares numeros, quia effectus militis caret, carebit & priuilegio. ca. vnic. de vasal. mil. in feud. & l. scriuarios. C. de testam. milit. tales sunt qui à secretis ducum & Tribunorum hodie sunt, vel qui eorundem scribæ sunt. Verum ille text. non dicit aperte nomina eorum descripta in numeris mirabilibus fuisse, sed videri descripta. & si, inquit, nomina eorum matriculis militaribus referri videantur, igitur videbantur relata in matriculis, scriuariorum nomina, sed non erant, quia quædam tantummodo eorum mentio in transcursu facta erat. vt (verbi gratia) scriptum fuerat in matricula quintæ legionis, quòd ea acciperet stipendia à manu Titij scriuarij, vel Meuij quæstoris. Tertia regula est: Si quis in albo militum scriptus non sit, si tamen casu in prociectu belli & in acie discrimine versatus fuerit, testamentum iure militari condere potest, modò ibi decesserit, non aliter. d. l. j. ff. de bon. poss. ex testam. milit. Quare cùm anseres neque in numero militum essent, neque in obfesso Capitolio decesserint, iure militum testamenti factionem non habebant. Non obest d. l. j. quæ dicit vigiles milites esse, quia intelligit vigiles excubiis præpositos eligi solere ex strenuissimis quibusque militibus in matricula relatis, vt de gruibus paulo ante scripsi, quales fuerunt in Græcorum exercitu Vlysses & Diomedes. ne mirum sit, si iure militari testentur. Præterea anseres Romani non consultò rauco gutture clasicum cecinerunt: nam tunc consilij viribus præstantium iure fruerebantur. l. 19. §. si. de capti. ff. vt excubitor gruuum, quarum ex èplo Graius Palamedes aciem apud Troiam ordinari didicit, sed mortis metu custodias excitarunt, quia hostibus Gallis sacri non fuissent & eis epulas præbuisent. l. cum loca. ff. de relig. O anser, quantam victoriam Gallis eripuisti, quantum damnum intulisti, si plumarum tuarum auctorem feceris, non es futurus soluendo. quare carmine hoc notaberis.

Hinc tu Romanas, anser, fuge mæstum in arceis.

Nunc quiduis potius quam mihi, torue, places.

Te sine vicisset pugnax Capitolia Gallus,

Tempore quo celeres Cynthia iunxit equos.

Præcipiti vigiles reddis clangore Quirites.

Suspitor inferno sic placuisse Ioui.

Te tamen inuito florecent Gallica terris.

Lilia, Romuleus iam colit illa Tybris.

eccur non licebit nobis in anserem eiusque posteritatem sauire? cum Romani, si quidè Suidas vera tradit, in canes diuissimè sauerint, ipsosque Augusti mensis solemnibus ludis occiderint, quia in Capitolio obmutuissent contra Gallos. nam & iure ciuili eorū liberi, qui rei sunt læsæ maiestatis hæreditaria in perpetuum laborant infamia. l. quisquis. §. i. C. ad legem Iul. maiest. & mihi fas est pro patria iuregentium pugnare. l. veluti. ff. de iustit. & iure. notum est illud Homeri Iliad. M.

Εἰς οἰωνὸς ἀεισὸς ἀμύνεσθαι πρὸς πατρίην. id est.

Vnde auis optima, pugnare pro patria, pro qua licet vel patrem insidiantem occidere. l. minime. ff. de religio. at dices Roma est communis patria, pro qua pugnauit anser. l. Roma. ff. ad municip.

admunicipal. Respondeo id referendum ad iuriconsultos vrbe donatos, non ad Gallos ciues. Vel Romam quidem videri communem totius orbis & omnium gentium patriam, ideoque velut communem concedi occupanti. l. 2. & 3. vt rerum diuis. ff. A Virgilio primo libro Georgicorum, † improbus anser appellatur, id est, secundum Seruium, insatiabilis. 3 ego improbum pro contagioso accipio. nam præter reliquas aues hoc habet anser, vt confitis locis morsu lethalis sit. inde si immisso grege anserum agri tui frumenta cum in herbis essent, depasta per vicinum contendas, ex sententia legis Aquiliæ ad actionem institues. l. fin. C. de leg. Aquil. & libello inferere poteris tua pluris interesse, ob anserem sementi adeo noxium, ex quo deinde fruges exarescent. vt l. is cuius. ff. si seruit. vendic. Non deest anseri in quibusdam sua gratia. Olenum puerum olim Argis amauit. Lacydi philosopho vbique comes extitit. † ex anseris adipe fit vnguentum pariter & medicamentum, quod Iuriconsul. comagenū vocat. l. argento. §. vnguentis. ff. de auro & arg. leg. Plinius libro xxix. ca. iij. De anseris, inquit, dicturi debemus honorè & comagenorū clarissimæ rei. fit ex adipe anseris alioquin celeberrimi vsus. ad hoc in Comagene Syriæ parte cū cinnamo, casia, pipere albo, herba quæ Comagene vocatur. de Comagene oppido mentio fit in l. cum antea. C. de agric. & censit. lib. xj. C. vbi Alciatus Comagenensiu legit. meminit Pom. Mela libro primo de situ orbis ca. ij. Anser morbo conficitur ab æstate ad autumnum, non tamen ideo redhiberi posset. quia in edicto Ædiliū morbus est habitus contra naturam. l. j. §. sed sciendum. ff. de ædil. edi. sed hoc naturale est omnibus anseribus, quare non sunt morbofi. arg. l. cui deus. ff. eodem. atqui æstatem vstatè trimestrem accipimus eam, quæ vere desinente incipit, non quæ æquinoctio vernali incipiens autumnali desinit, & sex menses completitur. l. j. §. æstatem. ff. de aqua quotid. † Quoniam anseres tria promiscuè elementa sequuntur, terram, aquam & ærem, quid iuris constituetur, de ipsi qui tantoperè aquis delectantur: & pedes ob eas peruadendas aptos habent. quoniam quin pisces aquis debentur, dubium non est. & quin ij, qui in piscina sunt inclusi à priuatis eorum dominis possideantur. sicut ij, qui in publico flumine, nam publici sunt: qui in mari communes. l. 3. §. item feras. ff. de acquir. possess. l. nemo. ff. de rer. diuis. placuit tamen iuriconsulto. fundo vendito pisces qui in piscina sunt, emptori non deberi: non magis, inquam, quam pullos altilium. l. 16. & 17. ff. de actionibus empr. ita piscina fundi est, non pisces, qui ea includuntur mobiles & exemptiles, priusquam traditio secuta fuerit. aliter dicerem, si aliquis piscinam vendidisset, vel legasset. nam & pisces, meo iudicio, deberentur: argumento bibliothecæ & librorum l. librorum. §. chartis. ff. de legat. 3. sed ad diuerticulum redeundum est, atque inuestigandum de ancipiti causa marsupium aduocatorū ætatim satiatum, si forte testator anseres habens Meui legauerit ea, quæ in terra habet, Tirio. quæ in aquis, Accio, quæ in aère: cui trium anseres præstabantur? respondi ex facto consultus Meui deberi, cui terrestria legata sunt: quia anseres in terra habent originem, ibi concipiuntur, excluduntur, & aluntur. ergo origo non mutabitur, etsi aquas & ærem quandoque sequatur. l. is qui natus. ff. de verb. signif. l. assumptio. ff. ad municip. Item terræ incolæ sunt, quia eius præcipuis vtuntur. l. scire oportet. ff. eodem. Item pastorem habent. l. auibus. ff. de leg. iij. nec abesse à terra videntur. arg. l. Scizæ. §. Pamphilæ. ff. de fund. instr. Opponer aliquis pro aquæ partibus de l. cum quidam. ff. de fund. instr. vbi boves non cedunt fundo in quo manent, sed ei in quo opus faciunt. sic, licet anseres in terra habitent, tamen in aquis vrinantur & natant. Respondeo: in d. l. cum quidam. boves ad colendum fundum in quo opus faciebant, erant destinati. sed anseres ad aquas ex patrisfam. proposito non destinabantur, quippe quibus carere possunt, non terra. est autem vrinari, vt obiter dicam, in aquis mergere & rursus emergere. vnde vrinatores ij sunt, qui in profundum maris commode natant ad refectionem nauium aut mercium extractionem. l. nauis. §. sed si nauis. ff. ad leg. Rhod. Plinius scripsit vrinantes oleum spargere, quòd maris naturam asperam mitigat, & lucem portat. quia stagna & lacus ab anseribus frequentantur, vide de his l. j. §. lacus. & §. stagnum. ff. vt in flum. publ. quòd etiam terræ magis sunt quàm aquæ, vbi se oblectant, iuuerit l. seruis vrbani. §. aucupes. ff. de leg. iij. vbi aucupes nihilo secus vrbani sunt, licet quotidie agros ad aucupandum adeant. Nunc dicet aliquis, vrgens pro aère, omnes volucres, cæli, id est, aëris esse. l. i. ff. de acquir. rer. dom. Respondeo vt vtrique longè verissimum esse in illis auibus, quæ volatu magis nituntur. quia quamuis in terra nidificent, tamen cùm volatum in aère habeant præter cæteras bestias, cæli sunt. sicut sunt contractus quidam, qui vulgo vocantur iuris ciuili. seu legitimi. l. legitima. ff. de pact. non quod consensu naturali non nitantur, sed quia roborentur, & benignè à lege excipiantur. sic contractus quidam bonæ fidei dicuntur, quod in bona fide stricto iuri contraria excellant præcæteris: atque ita aues in terra quidem alun-

tur, & nascuntur, nam & quæ in arboribus eduntur, cæli non sunt natiuitate: cum arbore cælum impediatur. l. si arborem de seruit. vrbano. prædi. sed quoniam aëri destinantur, aëris sunt siue cæli. §. 1. de iure natural. & in euangelio volatilia cæli quæ deus pascit, exemplo nobis sunt, ne solliciti nimium simus de crastino. & iure quidem cælum adituris aërium exemplum proponitur: non ignoro Apuleio aliter visum in libro de deo Socratis vbi contendit nullas aues vltra Olympi montis verticem volare. sed ipse non ausit hoc coram Aquilis aut gruibus asseuerare, & fortè os illius insensæ conuicio rostris acutis lancinarent.

NOTABILIA XIII. CAP.

- | | | | |
|---|--|---|--|
| 1 | <i>Auiariorum species, de galbano, maceria, si-
mo, nonnulla iuri congruentia.</i> | 3 | <i>Quid sint cuppa, berones, capsæ, quali.</i> |
| 2 | <i>Sacramentum nõ est frumenti species, vt pu-
tat Accurs.</i> | 4 | <i>Vsufuctu auiarij legato quid faciendum.</i> |
| | | 5 | <i>Columbarium an in suo prædio quouis adi-
ficet.</i> |



VIARIA † debent auiibus legatis dicitur Iurifcon. in l. auiibus. ff. de leg. iij. siue auiaria sint quibus feræ aues includuntur, siue in quibus mansuetæ, vel domesticæ. feræ aues caueis retinentur, vt lusciniæ, corui, psittaci. & tum eas possidemus, donec pristinam libertatem receperint. l. iij. §. item feræ. ff. de acquir. possess. reliquæ aues columbaria aut chortes nouerunt. Auiaria primus instituit M. Lælius Strabo Brundusij eques, carceresque fecit auiibus, quibus natura cælum assignauerat. Chors instrui debet maceria, idest, pariete vulgari & ex rudi lapide, & sine cæmento, vt vult Accurs. & quidam alij, quorum est Alciar. in l. quantum. ff. de verb. signifi. l. æde. ff. de contrahen. empt. erit & cum cæmento & calce, dummodo lapis rudis utcuque congestus sit. Cato in libro de Re rustica, ca. xv. Maceria, inquit, si ex calce & cæmentis vel silice ædificetur, dominus omnia ad opus præbeat. Vt auiaria salubria sint, suffiri debent odoribus ex Virgilij præcepto, qui id fieri admonet tum ouilibus, tum aluceariis apium, his verbis.

Hic iam galbano suadeo incendere odores.

Est galbanum frutex in Syria nascens ferulæ similis, ex quo resina distillat, venenosis contraria. l. fin. §. diui. ff. de publican. & ex immundicie gignuntur morbi tum quadrupedibus & auiibus, tum hominibus. l. j. ff. de cloac. Est præterea multò saluberrimum, fumum ad chorrem dirigere, vt Columella vult, per tubulos, idest, canales fictiles. l. quidam. ff. de seruit. vrb. nisi aliter possit. forte etiam licebit impetrare hanc à vicino seruitutem, vt fumum suum mihi recipere liceat, hoc est vt ipse hoc agat vt fumus ad auiarium meum dirigatur per cuniculos, vt l. sicuti. §. fin. ff. si serui. ven. caueat verò vicinus ne inhumanè fumum vendat territus exemplo Thurini, quem, quia fumum vendiderat, Alexander Senecus fumo necari iussit, fumum intelligens principis gratiam quam ipse captauerat. fumum corporalem esse vult glos. in §. si. Institur. de reb. corpor. nam tangitur & videtur. & Lucretius libro primo dicit:

Tangere enim & tangi, nisi corpus, nulla potest res.

Iuuat hanc sententiam, quòd fumus aquæ comparatur. d. l. sicuti. §. Aristo. ff. si seruit. vendic. vbi sicut aquæ immittendæ seruitus in inferius cœnaculum constitui potest, sic fumi immittendi in superius conclauæ seruiens, quod vero dixi fumum auiibus concedere, de gallinis dictum volo. † Incubaturis auiibus stramenta subiici debent, vt stipula, scœnum. §. j. Institur. de vsu & hab. Columella: Habeant quàm mundissimis paleis constrata cubilia, ea subinde conuertat, & alia stramenta quam recentissima reponat. Plinius: Remedium contra tonitruum clauus ferreus sub stramine ouorum positus. Quamuis hoc leue sit, Accursius tamen non intellexit, in d. §. j. de vsu & hab. & in l. plenum. §. idem Nerua. ff. eodem. vbi putat genus esse frumenti. cum Iurifcon. l. ut diuersum innuat, dicatque eum qui habet vsu, vt i posse stramentis, non folijs, oleo, frumento. sed ipse Accurs. scitus homo credit Vlpianum se confestim reprehendere, falsò ille quidem. l. fundi. §. fundo. ff. de act. emp. tamen si Nerua olei, frumenti, & filiorum, mediocrem vsu male ademerit legatario, non vsque ad lucrum. † Auiario legato, auena, milium, & cætera ad auium alimenta destinata debentur. l. quæsitum. j. resp. & §. cellarium. ff. de fund. instr. item & vinacea in columbarum vsu parata, idest vuz depressæ, à quibus mustum exceptum est. l. quis vxori. §.

si quis

si quis massam. ff. de furt. Hæc pabula, cuppis, beronibus, & capsis adseruentur. Est cuppa, vas prægrande tabulis compactum, de quo in l. instrumenta. ff. de fund. instr. l. in naue. ff. loca. vbi Budæus vas esse vinarium suspicatur. miror cum vinarium vas illud demum sit, in quo vinum condi solet, perpetuò cætera vinaria non sunt, in quibus etiam frumentum condi potest, sed neutra potius. l. vinaria. ff. de verbor. signifi. atqui d. l. in naue. ff. loca. frumentum cuppis clausum dicitur, quare vinariis vas legatis aut frumentariis, cuppa non præstaretur, si tunc inanis esset, quia vtrique vsui apta est. l. sed & si quid. §. proprietatis. ff. de vsufr. l. quæsitum. §. conseruandi. ff. de fund. instr. formam cuppe ad torcular accedere idem Budæus putat. Palladius autem de aluceis apium sic loquitur lib. de re rustica. cap. 38. vt innuat quadratas fuisse cuppas & oblongas, inquit: Fabricatur vel ligno cauatæ arboris, vel tabulis more cupparum. Berones quoque de tabulis fiunt cuppæ similes, & bero cuppæ est species, vt expressè vult Alphenus in d. l. in naue. cum ait: Quòd si in naue Saupheli aliquis posuisset frumentum in tabulis aut beronibus aut alia cuppa separatam, non posse Sauphelum id frumentum alij, quàm ei qui posuisset, reddere: quia dominum in Sauphelum non esset translatum. Cuppa ergo etiam bero est, quia dixit, Beronibus aut in alia cuppa. Hoc vult dicitio, alius. l. iij. C. de seru. fug. cæterum idem Budæus saccos esse existimauit. de beronibus loquitur Plinius libro xxxvj. cap. xiiij. vbi Hermolauus peronibus ab re legendum putat. si fas esset literam antiquam inuenerere, Erones potius legerem propter Donatum in Phormionem Terentij actu 10. Scena. 2. Phormio inquit non à formula, sed à Phormione dicitur (sparteo, quem nos Eronem dicimus triualiter, & pro consuetudine. Capsæ sunt cistæ variis vsibus accommodatæ, frumento seruando. l. quæsitum. §. conseruandi. ff. de fund. instr. item vestimentis. l. nam salutem. §. fina. de offic. procons. item libris, vnde capsarius, qui libros portat. l. si colactaneus. ff. de manumif. vind. & capsarius qui capsas facit, in l. fin. ff. de iur. immuni. Nebriffensis in Lexico iuris maluit exponere pro libros portante, quasi verò qui libros priuatorum portant, immunes esse iustum sit. edidit alioquin lexicon id concinnum & doctum, quod à multis tacitò grammatici nomine, vt alia multa, ab alieni laboris furibus compilatur. Accurs. non inferiori errore ibi exponit capsarium pro vestimentorum seruatore. Plinius ait fagum capsis & scrinijs vtilem, scetilibus laminis in tenui flexilem.

Qualis auiario conducit. tum pabulo auiibus ferendo, tum vt sterco exportetur. est vas vimineum. l. instrumenta. ff. de fund. instr. sed & si. ff. de vsufr. Planè sterco ratio ex auiibus, anseres excipio. agros vberiores facit, ideo legato vsu auium, solo stercore vt licet. l. plenum. §. sed si pecoris. ff. de vsu & hab. etiam ouis, opinor, vtetur modicè legatarius, exemplo lactis, vt ibi dicitur. præsertim in anseribus sterco noxium habentibus, ne sit inutile legatum. l. diuus. ff. cod. † Vsufuctu auiarij legato, pullis vescetur qui vtitur fruitur, modo in locum principalium auium, alias summittat ex nouis pullis, vel si quæ priorum morticinæ fuerint. l. vel inutilium. ff. de vsufr. & l. quid ergo. ff. eodem Morticinam auem voco, quæ morbo aut calamitate occidit. l. ædiles. ff. de via publ. Verum si eius generis sint aues, quæ foetum non edant, vt sunt feræ penitus inclusæ caueis, ipsæ etiam vesci licet vsufuctuario, dummodo eundem capitum numerum fruitio vsufuctu reddat, qui fuit incepti tempore. l. vsufuctuarius venari. in fin. ff. de vsufr. nisi forte aues cantu valerent, vt psittaci, lusciniæ, quia cantus amenitate & voluptate contentus esse debet. l. statua. ff. eodem titul. l. competit. in fin. ff. quod vi aut clam. † Columbarium in meo agro ædificare possum, quamuis in agro consini Sempronij aliud iam pridem ædificatum sit, & propter meum recens eius aues auocentur, argum. l. Proculus. ff. de dam. infect. vbi fas mihi est in meo quiduis facere, puteum fodere, licet ita auertatur aqua à vicino, præcis forte venis. neque ignotum est, columbas reuolare solitas è columbario in nostro patrimonio manere. l. 8. §. penult. ff. famil. hercisc. proinde cum vltro vicini columbæ in meum migrauerint, & in suum redeundi animum deposuerint, meæ sunt. §. pauonum. Instit. de rerum diuis. hoc non obtineret, si Sempronius publica persona esset, & propter ædificationem noui columbarij materia seditionis timeretur, vt quia esset Regulus, Dux, aut Comes, aut ager is ad aliquam ciuitatem pertineret qui confinis est, & vetus ius habet. l. opus. ff. de operibus public. Ex exemplis illius l. liquet in priuato fecus esse. illo enim inuito nihil non mihi in meo facere licet, & muris agros meos & loca alia circumdare ac munire. l. per prouincias. C. de ædif. priuat. possum quoque vti possideris interdictio experiri. l. sicuti. §. Aristo. in fin. ff. si seru. vend. nisi forsitan do-

lo, æmulatione, & nocendi animo ædificarem, quod non præsumitur. l. j. §. denique Marcellus. ff. de aqua pluua arcen. succurrit. l. quicumque. de fundis limitroph. libro xi. C. ubi in huiusmodi rebus & ædificiis circa limites ponendis, multum iuuerit sequi antiquitatis vestigia: nihil temerè innouare, in iurisdictionis & territorij finibus. eadem antiquitas plerisque dominis directis hoc iuris tribuit, vt illis inconsultis nemo eiusdem territorij columbarium extruere possit. non miror, cum etiam pacto quis possit sibi adimere ius publicum & cuius concessum. l. venditor. ff. communia prædior. longe fortius id aueller consuetudo longæua, & conuentionibus imperans. l. semper. ff. de regul. iuris. l. fin. ff. de aqu. pluua. sed forsitam me puerum quispiam nimia de auiculis scripsisse dicet: nec minus cantitasse, quam solent ipsæ primo vere in salictis & vmbraulis. proinde finem facio.



STEPHANI FORCATVLI
IVRISCONSULTI COMMENTA-
RIVS, IN TITVLVM DIGESTORVM,
de Iustitia & Iure planè gemmeus.

In nomine Domini, Amen. IUSTINIANI sacratissimi principis, perpetui Augusti, Iuris ciuili enucleati ex omni vetere Iure collecti Digestorum seu Pandectarum, liber primus.

OBSERVATA IN INSCRIPTIONEM DIGESTORVM.

- | | |
|---|--|
| 1 Quare lex à deo accepta prædicetur, licet di-
ra aliquando sit. | 6 Imperator elegi Christianum, decere. |
| 2 Deum in legum principio iure inuocari. | 7 Imperatoris nomen quomodo inualuerit, &
an idem regiam habuerit potestatem. |
| 3 Cur Iustinianus imp. iuris enucleati nomine
compositionem suam donauerit. | 8 Quare cæperit Augustus perpetuus dici. |
| 4 An opus sit dei nomen instrumētis præponi. | 9 Quare Pius, Flauius, Francus, idem dicatur. |
| 5 Signum crucis olim testamentis ascriptum,
& bonis legibus sæpè malos auctores
fuisse. | 10 An imp. in causa propria iudicet, & an sit
totius mundi dominus. |
| | 11 Felicitatem supremam in finibus Iustitia
consistere. |



Et lege & de iure ciuili in artem redacto dicturus imperator, iure
prorsus ab inuocatione numinis celestis feliciterq; auspiciatur. eò ma-
gis quòd omnis lex inuentio & donum Dei. l. 2. de legib. nam quanuis
pleræque leges duræ & immanes fuerint latæ à priscis autoribus, tamè
vt si aliqua lex, qua ciuitas gubernetur, hoc à deo profectū est. sic pro-
pmodum, vt actio detur domino rei, qua eā recuperet, vel creditori
vt debitum assèquatur, ex iustitiæ præscripto, diuino quodam animo,
comparatū fuit ex cœlesti motu. l. si. C. de præscript. long. temp. sed cu-
iusmodi actio detur, in manu hominis versatur, qui plerunq; errare potest. l. i. C. de rei vxor.
action. §. i. in auth. de æqualit. dor. col. vij vt cum gentes ac populi varij varios deos eosque
pudèdos coluere; vsque ad canes & feles Ægyptios, peruersa opinione ducti. cæterū deū esse
quendā supremū, cuius ditione & nutu mundus creatus eodem temperetur, omnes ferè sibi
persuaserunt. vt innuitur. l. 2. hoc tit. verum circa dei syncerā cognitionē & titulū permultis
errare contigit, & religionis loco sacrilegium admittere. l. pe. C. de pagan. etiam in Christi
sacris deorum utique maximi. l. i. C. ne sanct. baptism. iter. ergo lex tyrannidis tempore im-
probè promulgata abroganda venit à principe, non ab alio legis condendæ impote. l. si. C. de
incest nupr. nò minus quàm lex xij. tabularū, quæ debitotē confessum aut iudicatum seruum
creditori addicebat: aut si pluribus addiceretur, sectionem corporis, dictu acerbam, permit-
tebat. Tertijs, inquit, nundinis parteis secanto. Domitius collegit omnia edicta principum
vt doceret quibus pœnis afacerentur Christi cultores libris septem de officio procōsulis, vt
Lactantius libro de iustitia memorat cap. xi. nemo tamen arbitrabitur leges & edicta aduer-
sus verū deū ab Vlpiano coacta dono dei adscribi. si modo is Domitius Vlpianus fuit, sicut
vulgò creditur. sed fucum aliquem æquitatis accipit lex iniqua, habita scilicet relatione,
quia æquam esse deceat. l. pe. hoc tit. ita vt cœlestis originis videri possit, etiam in specie

lex quælibet, nedum in generali illa comprehensione, quæ deus animis hominū in generavit, ut legē civitatis cuiusque animā esse putarent, & lege duce mores informāre ad cælū expedite reuolarent. nam animas erudit, §. pen. proœm. ff. & eas labis expertes facit, dū prohibet scelus vel vlciscitur. l. legis. de legib. ¶ Proinde non minus exitu quàm initio lex donum dei censetur: qui ab incunabulis nascentis legis implorandus venit, & mox laudatione extollendus quū edita est. §. itaque ut iudices sine quoq. suffrag. col. 2. in auth. sic fecit Solō præcipuus Atheniensium legislator Iouem autorem inuocans, ut primordia legum suarū secundare dignaretur, teste Plutarcho. quas tamen ad Mineruam ipse retulit, id est, ad dei sapientiā, ut Iustinianus ad Christum passim. d. §. pe. & in suis proœmijs. Et sicut Moses tulit leges velamine ante faciem posito, quod quidem Christus submouit, ut omnē caliginē sensus depelleret, uti refert Apostolus ad Corinth. 2. cap. 3. ita profectō Iustinianus meras legū antiquarū nubes & enigmata reiecit. l. 1. C. de nudo iure Quirit. §. 1. de æqualit. dotis, in auth. col. 7. & nouam lucem indidit. §. supradictis. de emendati. Codicis, sed prius erectis in cælum manibus ad deum vnde totius mundi elementa processerunt. l. 1. C. de veter. iure enucleand.

¶ Sic meritō hęc appellatur Iustiniani compositio ius enucleatū, tanquā selectū & excussum omni duro ac amarulento cortice ambiguitatis & prolixitatis, ut dulcissimā breuitatis eruditæ Ambrosiam & nucleum salutarem esse liceat. quod non abhorret ab Aristotele asserente, radici studiorū inesse amaritiē, sed fructui dulcedinē admirandā. l. 1. C. de assessorib. §. fin. proœm. Inst. ¶ Quæri solet an instrumentis nomē dei inuocatū præfari necesse sit: qua de re consuli potissimū oportet consuetudinē. §. si qua: ut præponat. nam imper. col. v. nam & caeremonias sacras rituum appellatione complectimur: quos assueos ut deceat in quouis cuiusque gentis religione. l. iudæos. C. de iudæ. more autem vsurparat, ut in instrumentis contrahentium non quidē expressim dei mentionem faciamus sed subducto a notorum calculo à Christi saluberrima natiuitate: cum contrahendo liceat se se inuicem circumuenire, saltem veruscia & astu citra dolum. l. item si. §. si. l. seq. ff. locat. excipitur contractus Matrimonij: quia diuinam animorum coniunctionem continet & sacramentū. l. 1. ff. de ritu nuptj. quod satis rubrica ostendit ritus vocabulo can. omne 27. q. 2. proinde solet sancta nuptiarum conuentio in nomine dei scribi atque iniri faustitatis multæ augurio. In testamentis quoque dei nomen exprimi conuenit: quia morte confirmatur, atque etiam à benè valentibus in florida & vigenti ætate ordinatur mortis aliqua cogitatione: ideo reuertura in cælum & ad deum autorem anima deum præfatur, innoxia voluntate, plena munificentiæ atque remunerationis. l. nec adiecit. ff. pro soci.

¶ Quocirca fuit quondam in more positum, ut testatores manu propria signū crucis venerabile in limine testamentorū exararent, quamuis literarū imperiti. §. 1. de testibus, in auth. col. 7. quæ cum clauis vice cælum reserauerit, humi sculpi inciduē ac calcari dedignatur. l. 1. C. memini licet. sign. saluat. cum nihil non cœlestē redoleat & dæmonibus terribile: uti falsus est Iulianus imperator rerum potitus post Constantium, & sanctam fidem qua initiatus fuerat sceleratē deseruit: tamen vios dæmones, quos per ariolum consulebat de rerum suarum euentu signo Christi assimulato fugauit, nempe stragis suæ memores, ut scripsit Theodoritus lib. 7. historiarū cap. 3. huius Iuliani pleraque extant in Codice Iustiniani rescripta ciuilibus scientiæ plena, ut Diocleriani & Maximiani Augg. qui antea non minore odio in nomen Christianum exarserant. sed permittit deus sub immanibus Regibus bonos consiliariosque viros aliquādo in aliquibus præualere, & aliquid boni emittere. nihil L. Sylla Rom. dictatore legitur crudelius: quatuor milia & septingentos edicto proscriptos iugulari iussit, sed M. Marium prætorem non nisi prius erutis oculis. & cum pleraque alia dictu horrida patrasset felicis cognomentum sibi adsciuit, teste Valerio. tamen leges victuras tulit, de falso, de parricidio, de sicarijs, & de iniurijs: adiectis quatuor prætoribus. l. 2. §. capta. ff. de origi. iur. sub Nerone diro emerit senatusconsultum Trebellianum. l. 1. ff. ad Trebell. sub eodem verò Christiani crudelibus affecti sunt supplicijs, præsertim Petrus Apostolus cruci inuersis cælo vestigijs affixus. qui tamen propter deum vni Regi parere iubet, epistola. 1. cap. 2. quo tempore Reges ac imperatores Christum oppugnabant: quoad col. aut circiter annis postea Constantinus Magnus fide sancta Rom. munivit imperiū I diui, C. de naturalib. liberis. ¶ Ex his dissolui potest nodus quæst. ab scribentib. agitate, utiū imperatorē Christianū esse oporteat, quod nemo negauerit, si optio eius detur. postquā Greg. V. Papa induxit, ut deficiente in Gallia Caroli Magni stirpe eligēdi Imperatorem facultas ad septem Germaniæ princip. trāscriberetur. cap. venerabili de electi. sed si deus propter hominū scelera vel alia qualibet ratione imperiū tyrannū regnare suerit, æquo ferendū animo, quod sit ducum pati. saltem imitari deceat milites sub illo nefario Iuliano Aug. merentes, qui pro Republ.

Republ. egregia fide & strenuitate dimicabant, ut refert D. Ambrosius; sed cum rogarentur Christianos incessere, tunc cognoscebant Imperatorem cæli can. Iulianus xi. q. ij. Bene itaque actum fuit cum Republica, quod Iustinianus imperator D. Constantini semita ambulans Christum vehementer dilexerit, & enixè coluerit.

¶ Imperatoris nomē prudentia Octaui Augusti assumptū fuit: est cum antea Imperatores passim dicerentur summi exercituum quique Duces. l. libertas. §. fin. de statu homin. ff. sed ut regiæ potestatis inuidiam vocabulo leniret, atque tantisper occultaret, Imperator quàm Rex maluit appellari, maximè cum Iulij Cæsaris auūculi & adoptiui patris in Senatu necari exitu terreretur. nam & lex quæ de imperio eius lata est, regia dicitur. l. 1. ff. de constitut. princip. & Græcè imperator Antoninus compellatur ab Eudamone hoc pacto: *κλέε βασιλεῦ ἡπάνων*. id est, Domine Rex Antonine. l. penult. ff. ad legem Rhodi. quippè cum *βασιλεῦ* idem sit quod Rex propriè. sic apud Chrysippum in lib. de lege *ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεῦς*, id est, lex est omnium regina. l. 2. ff. de legibus & Agapetus Diaconus in Parænetico ad Iustinianum Aug. ipsum *βασιλέως* verbo alloquitur, imperatoris animam seculi absterfi instar desiderans & perpetuò sinceram. accedit. leg. fin. C. de legib. sic enim euenire, ut subditis exemplo sit, & regnum benevolentia eorum stabiliat, ac meritō perpetuus nuncupetur, & semper Augustus, ut hic Iustinianus, & in proœmijs. ¶ Fortè quia Dictatura Consulium tempestare nihil aliud esset quàm regius dominatus, sed semestris tantummodo, perinde magistrum militum comitem habens, ut Reges prisca Tribunum Celerū l. 2. §. populo. ff. de origi. iur. verū Iulius Cæsar armorū & literarum præsidio fretus perpetuitate donauit Dictaturam & propè suo sanguine firmavit pro successoris sui cōmodo. hæc explanatio decepta est ex l. 1. ff. de offic. præfect. prætor. nec perpetuū accipere debemus eò quod regia dignitas vel pontificia nunquā extingatur cap. si gratiosè. de rescript. lib. vi. §. si. quomod. oport. episcop. col. 1. quoniam idem est in quouis magistratu. l. proponebatur. ff. de iudic. Aut perpetuus Augustus videtur voto scilicet, ut perpetuò augeat imperiū. l. 1. de iure doti. ff. licet postea aliud accidere possit, ut Roma docuit cōminuto & translato in Germaniam imperio. sic perene flumen est, quod alioquin aliqua ætate exarescit. l. 1. §. 1. de fluminib. & §. ripa. Alij perpetuū pro generali explicant: qua significatione, ut quidē animaduerti, sumitur in l. Nefennius de negoti. gest. l. qui excepri. de cōdict. indebit. ff. sed particula, semper, in proœm. ff. ad tempus non ad rem perpetui Augusti vim referri conuincit. nec tam auidè completor id quod donari verisimilitudine potest, quàm id quod Iurisconsultū voluisse reor. Vel fortè Iustinianus se perpetuū Augustū iactauit pace orbi Rom. parata. l. 2. de offic. præfect. prætor. Afric. C. nā Octaui⁹ Cæsar nō prius Augusti cognomentū accepit, quā pace vbiq; gentiū stabilita, ut D. Hieronimus adnotauit in Epist. idq; ab augurio bono, vel ab auctu, quia id votū principis esse deceat, ut perpetuò augeat, & prosperet. planè nō est mei instituti, ut magnific. Iustin. titulos victis maximè nationib. exactè percensē, cū certū sit ab alijs Imperat. eos partim defluxisse, partim proprio sibi ascrib. arbitrio. sicuti dū se piū vocat ab Antonino Pio Alanorū victore, quā Hadrian. adoptauerat, ut Iulij Capitolinus scrip. §. si. vt liberti de ceter. col. vi. in auth. Flauii autem à Flauia gente municipij Reatini. splendida, ex qua Vespasianum eduxit Suetonius, & Fla. Domitianum huius filium, cui blanditur lib. 9. Martialis de templo Flauia gentis loquens:

Manebit altum Flauia gentis decus

Cum sole & astris, cumq; luce Romana.

Miror cur Alciatus lib. Parergon 5. cap. 3. Saluium pro Flauio supposuerit à domitis, inquit Saluijs populis. Sed Iustinianus priusquam deuictos à se percurrat atque inde se Gothicum, Alanicum, aut Francum, efferat, Cæsaris Flauij titulo insignitur, tanquā à maioribus accepto per manus, nec pacto nuper. & profecto.

Si petat à victis, tot sumet nomina Cæsar,

Quot numero gentes maximus orbis habet:

Vt quidē Ouidius putat lib. 1. Fastorū. ¶ Si modo aliquis cōstituerit Imperatorē in causa propria iudicē. ut l. pe. ff. de ijs qui in test. delen. inter subditos nimirū & se ipsum superioris aut paris iudicis expertē. verū si cū fœderatis vel hostib. cōtrouersiā instituerit, nō idē sentiendū, ne tali blandimento ipsum ludificemur aduersus id quod habetur in l. non dubitō. ff. de captiui. l. 4. C. de cōmerci. quare cū mundi se dominum asserit Antoninus in d. l. deprecatio. pro parte dominū haud dubiè sign. l. 1. §. domini. ff. ad Syllani. etiā si omnē totūue mundū ditio nis suæ duceret, modo maiori parti eius imperaret. ut dū Lucæ cap. 2. Aug. vniuersum orbem describi edicto mandauit, hoc est, quatenus illi subiectus fuerit, licet aliter explicet Henricus Cæsar in §. 1. quomod. in crimin. læf. maiest. in Feud. at non ego aliter sum explicaturus apud

Iustinianum Occidentis totius curam præfectis suis iniungentem. §. communis. apud quos oportet. cauf. dicer. col. 6. in auth. nam alibi omnia quæcunque in partibus Hispaniæ Galliæ siue, inquit, Francorum, agerentur, spectabili Duci obseruanda iniungit: cum aperte innuat hoc rescripto. l. 2. §. de offic. præfect. prætor. Afric. Francos in Gallia latè dominatos, & vix reliquias Romanæ potentia tunc ibidem resedisse, Childeberto cum tribus fratribus sceptrum Francum tenente anno Christi CCCCXX. ac Theodebertum suis viribus & copiis subnixum, tum Childeberti patri assensu, traiecisse Alpes post aliquot annos, nec non Padum flumen, & Gothos primo impetu profligasse, mox gliscente victoria, Ioannem ac Martinum Iustiniani Duces: donec castra sua infestari lue oborta & annonæ penuria victor Francus senserit. quamobrem de reditu in Galliam cogitare cœpit, Belisarij præsertim perlecta epistola, quem Iustinianus summæ belli præfecerat: & cum Francis benignitate quàm ferro contendere malebat, vt tradit Procopius lib. 2. de bello Gothorum, sic euenit vt Galli seu Franci gloria & præda onusti suos penates reuiferent, & Iustinianus victoria loco poneret, quod tantum effugisset periculi pacatis Francis Belisarij singulari prudentia. sic in forensi lucta saepe vterque litigantium victor euadit, aut certè neuter superatur. l. si duo. ff. vtj possid. † Inde se victorem ac felicem dixit Iustinianus magis feriis triumphis cumularus: nec præuidens fore vt bellis intestinis & seditione Constantinopolitana pene mactaretur, aut expelleretur suffecto Hypatio Anastasij Augusti cognato, vt refert Zonaras. vndique ingruunt belli pacisque pericula. l. Senatus. §. mortis. ff. de donati. cauf. mort. præcipuè Regibus, quibus in altissima sede constitutis fortuna studiosius insidiatur, vt Tarquinius Superbus Regum Rom. nouissimæ declarauit. l. 2. §. quod ad. ff. de orig. iur. nam qui occiso Seruio Tullio focero regnum occupauerat, victis tandem Latinis, Sabinis, Gabiis, obsessa etiam Ardea, ob stuprum, quod Lucretiæ filius eius intulerat, expulsus, & Cumis ignominiosè confenscens plane intellexit veltigal iniustitiæ esse infelicitatem, & publicam querimoniam. §. 1. ver. quapropter, in auth. vt iudices sine quoq. col. 2. præterquam quod nemo nescit, finem iustitiæ esse cœlestes delicias veræ felicitatis nomine insignes: cum & bonos viros præmia clara deceant. l. 1. hoc tit. l. si. C. de statuis.

DE IVSTITIA ET IVRE.

OBSERVATA IN RVBRICAM.

- 1 Iustitia perfecta nihil excellentius inueniri in l. bona fides. ff. de pos. sit.
- 2 Iustitiam veram in occulto esse, & eiusdem respectu quiduis aliud iniustum censeri.
- 3 An æquo æquius inueniatur.
- 4 Iustum sit ne ius, quod principi placet, Quid

- si lex impia fuerit.
- 5 An verè Thrasymachus Platonius asseruerit iustum esse, quod utile sit potentiori. & fiscum priuatis sepe postponi.
- 6 Vtile id Regi purandum, quod Regis subditis proficit.

DE DVOBVS in hac rubrica aucto magis colore quam rubro signanda tractatur: quorum alterum à Deo prorsus est, alterum ab homine reliquis potentiore. Nam Iustitia virtus diuinum aliquid spirans diuinitus monstrata est hominibus. † & perfectionem habet. qua nihil excellentius inueniri potest. l. bona fides. ff. de pos. sit. hanc probo Iustitiam, inquit, quæ suum cuique ita tribuit vt non distrahatur vllius personæ iustiore petitione. hoc est, Iustitia ad vnguem sapientia in tantum perfecta est, vt si aliquid vsquam iustius inueniatur, iam illa desinat esse Iustitia, quam omnes leges intuentur, & à qua illustrantur. & quemadmodum à Sole omnes stellæ lucem suam capiunt, & eodem eminente delitescunt, ita profecto præsentente iustitia lex omnis iniusta videtur, quatenus ei obnititur. sic potentioris respectu id quod imbecillius est pro nihilo ducitur, & partim debitum nomine indebiti venit si referatur ad naturam & lege debiti perfectionem. l. 5. §. Imperator. ff. de solati. non tamen sum adeo Stoicus, quin puerum gradus virtutum esse cum D. Augustino in can. Caritas. §. si. de pœnitent. dist. 2. nec sequor Zenonem, qui apud Laërtium lib. 7. ait lignum aut rectum aut distortum esse, nec inter vitium & virtutem medium constituit, vt solebant Peripaterici, sed quoad eius fieri potest perfectionem iustitiæ inquirendam censeo, vt perfectæ philosophiæ compotes simus, ita vt præ illa nihil dici mereatur æquabile. sic præ sententia diffinitiuam interlocutoriam quiduis potius quàm sententiam dicimus. l. quod iussit. ff. de re iudic. ergo si latro mihi spolia

lia abstulerit & apud Seium ea deposuerit, licet lex iubeat ex bona fide reddi depositum, tamen Iustitia præcipit mihi vero domino potius quàm latroni restitui, vt iniustum sit huic reddi. d. l. bona fides. postquam vtique claruerit me esse dominum: cum exceptio veri dominij repellat eum qui alioquin legitima actione fretus est. l. pe. ff. de publician. nisi consensu domini is qui deposuit, rem tenere incepisset, vt ex causa pignoris. l. 1. §. pen. ff. naut. caution. † proinde certo consilio Deus veritatem Iustitiæ, vt rei cuiuslibet eximiam, in profundo creditur abstruxisse, altius quidem quàm in puteo Democriti. vt cum Numa Romæ regnante scutum, quod ancile vocant, è cœlo cecidit in quo æterna fors imperij duraturi consisteret, Rex plura scuta similia à Mamurio fabricari iussit, ne verum internoſceretur aut subtraheretur: ita natura Iustitiæ, in qua orbis terrarum securitas & tutela consistit, occultauit inter quædam Iustitiæ figuram atque colorem retinentia hominum opinione, quæ simul atque comparabitur cœlesti illi Iustitiæ, superabitur, & euanescet. l. si venditor. §. si. ff. de seruis export. l. adeo. §. insula. ff. de acqu. rer. domin. hoc modo iustè possessio eius qui precario rogauit, erit iniusta, si rogatus concessum reposcat tanquam potior. quemadmodum precarium tenens præuertit alium, qui nullo domini assensu nititur. l. quæcunque. §. 1. de publician. l. 1. ff. vtj possid. † Nec verum est, quod vulgò iactatur iusto iustius inueniri. l. si seruus communis. §. quod verò, de furt. vt vino bono melius. l. vbi. de verbor. oblig. ff. nam ibi Iurisconsultus docet, statim atque id quod iustius est deprehenditur, aliud videri, nec iustum esse. ideo sic loquitur Epictetus apud Stobæum: *καθάπερ ὁ φύξ ἔδδεν ὁ φύοτερον ἔπας ἔδδεν διγυλὸς ἔδδεν διγυότερον.* id est, vt recto nihil rectius dari potest, sic neque iusto iustus: quocirca euenit, vt Iustitiæ perfectæ & consummatæ indagandæ studio flagrantes artem iuris concinnauerint. l. hoc tit. de qua tempestiuus dicemus, si prius alteram rubricæ particulam ius spectantem explanauerimus. † Ius esse dixi constitutionem hominis potentioris: potentiam quidem metitus excelsum & vnicam supra significatione, vt §. sed ius quidem. de iure natur. perinde ac si dixissem, quicquid placet principi legis vigore censeri. l. 1. ff. de constituti. princip. si modo legis condendæ animo placuerit, vel iuris reddendi ritu. l. si. C. de legib. nempe super casu in dubium reuocato, nec alibi perspicua lege terminato. l. 4. C. de hæredib. instit. & C. de sentent. l. vij. sic namque placitum accipimus illud quod iusto examine ventilatum tandem à principe sancitum fuerit & stabilitum, tamen valde durum ac inhumanum ferè existat, & naturæ repugnans. cuiusmodi Lycurgi Lacedæmonij leges adulterium & furtum permittentis à me creduntur. & à Iurisconsulto. l. probum. ff. de verbor. signif. tacebo crudelitatem legis Papiæ explosæ. l. si. C. de nupt. & retia ac laqueos aliarum. l. antiquæ. C. ad Velleian. & Carthaginensium lex impia sciscit hostia humana litare: adeo vt sanctum iustumque haberetur filios diis immolare, sicut Plato in Minoe prodidit: nimirum quod ita placuisset alicui potentium regum, vel consuetudini imperiosæ auctore incerto, & plerâque rationis indiga inducenti. l. quod non. ff. de legib. quæ tamen non vltius viget quàm princeps permiserit, maxime in rebus religiosis & sacris. l. 4. C. de pagan. ideoque Gelon Siciliæ Tyrannus, debellatis ad Imeram Carthaginensibus, cum pacem iniret, fœderi inscribere coegit, teste Plutarcho, vti imposterum abstinerent ab immolando Saturno liberis. vt liqueat impios principes non semel leges pietate cumulatâ dedisse, vt de L. Cornelio Sylla dictatore Romano ciuium sanguine fœdè delibato narrauimus in sicarios legem statuentem. l. 2. §. capta. de origin. iur. præterea D. Augustus tulit legem in adulteros. l. 1. ff. de extraord. crimin. indito Iulij parentis nomine ex ea Ouidium amatoriam artis scriptorem exilio inexorato damnauit, vir alioquin adulteriis pollutus, & qui dimissa Scribonia vxore sua alienam abduxerit Liuiam Tyberio Neroni nuptam, ac tum grauidam. Idem fundamenta Imperij. Rom. à Iulio Cæsare iacta perfecit. §. 1. vt prepon. nomen Imp. in auth. col. 5. quia præstaret reliquis moralibus potentia. quamquam satis iure occisus in Senatu Iulius censeretur, nisi mortem ipsius inultam Deus non permisisset, à quo omne manat imperium, omnis victoria. l. 2. C. de officio præfect. prætor. Afric. & cuiusque armis superare Deus tribuerit, eiusdem iura æquo animo ferre oportet tanquam potentioris, sed deo annuente regnantis: postquam quæuis potestas à deo est, inquit Paulus ad Rom. cap. 13, qui tamen Caligulæ & Neronis imperium principum seculum attigit.

† Cæterum Thrasymachus ille Calcedonius Dialogo de Republica primo apud Platonem iustum esse asseruerat, non per omnia vt nos, si quid potentiori placuerit, sed si quid eidem vtile est. existimans opinor, fore, vt Regibus placeret quod ipsis vtile videretur. sed non est ita, cum Modestinus non putet eum delinquere, qui in dubijs facile contra fiscum responderit. cuius responsum Iustinianus inferi iussit Digestorum libris. l. non puto. ff. de iure fisci. est verò fiscus priuatum aliquid principis. l. 2. §. publici. ff. ne quid in loc. publ. quid

quod emphyteuta Priuati hominis alienare prædium non licet inconfulto directo domino. l. fi. C. de iure emphy. at emphyteuta Regis impunè alienat. l. fundi. de fundis patrim. lib. xi. C. denique priuatus miles iure ciuili fidem hoſti datam fallere poteſt. l. nihil. de captu. ff. non Rex. l. conuentionum. ff. de pact. non omitto Iuſtinianum Cæſarem ſubſtulſiſſe caput legis Papiæ Poppæ ſub Auguſto editæ Papiæ & Poppeo. Coſt. teſte Dione Caſſio lib. 36. quo mirificè augebatur ærarium, cum hæreditas non adita, idque poſt apertas ſupremas tabulas, fiſco, vt ſic loquat, prædæ erat. l. i. §. in nouiſſimo. C. de caduc. toll. vbi in §. fi. tantum, inquit, nobis eſt clementiæ, quod ſcientes etiam fiſcum noſtrum vltimum ad caducorum vendicatione vocari, tamen nec illi peperimus: nec Auguſtum priuilegiū exercemus. ſed quod communiter omnibus prodeſt, hoc rei priuatæ noſtræ vtilitati præferendum eſſe cenſemus, noſtrum eſſe proprium ſubiectorum commodum imperialiter exiſtimantes. quæ præclara ſententia cum Thraſimacho ſtrenuè facit. nam iuſtum eſſe ſignificat eò quòd potentiori vtile ſit, † ſi modo cuique perſuaſum fuerit opes ſubditorum robur eſſe principum. §. i. verſ. conſidera. in auth. vt iudic. ſine quoq. col. 2. proinde intereſſe Reip. ne quis priuatus re ſua abutatur. §. fi. de ijs qui ſunt ſui vel alien. quia paſtor ſimiliter pabula læta gregi ſuo querit, quæ ſi ſatidire oues cœperint, præbito ſale velut condimèto, paſcendi cupidinem redintegrat: dùmque ouium ſaluti conſulit, ſemetipſum paſcit prouentu & locupletat. ita hercule, Rex tunc maximè ſibi acquirit vtilia, cùm vtilitati ſingulorū ciuium cauet. interim quoque eorum ſe præmunet beneuolentia ſane quàm tuto ſatellitio. nam & dum Auguſtus Cæſar fiſco ſatiando tantopere ſtudit, ciues potius quàm ſe ipſum reſpexit, vt ſtipendijs exercitus commodiùs compararetur ad propulſandos hoſtes bellis ciuilibus ingruentibus. d. l. i. de caduc. toll. quare pacis lenimento ad priſtinam immunitatem redire expeduit. quia lex cum volubili temporum rota æquiſſimè circumagatur. l. pe. §. pè. C. de furſis. In ſummam lex illa xij tabularum de Conſulibus loquès: Regio imperio duo ſunt. militiæ ſummū ius habent: nemini parento. Salus populi ſuprema lex eſto: & reliqua, quæ Cicero lib. 3. de legibus reſert, implentur à Regibus circumspectis, non ignaris ſuam populi que fortunam pariter duci & tractari: & boni paſtoris eſſe tondere pecus non deglubere vt dixit Imp. Tiberius.

VLPIANVS LIB. I. Institutionum.

Iuri operam daturum prius noſſe oportet, unde nomen iuris deſcendat. Eſt autem ius à iuſtitia appellatum. nam (vt eleganter Celfus definit) Ius eſt ars boni & æqui, cuius meritò quis nos ſacerdotes appellet, Iuſtitiam namque colimus: boni & æqui notiſſimam profitemur: æquum ab iniquo ſeparantes, licitū ab illicito diſcernentes, bonos nõ ſolū metu pœnarū, verum etiā præmiõrū exhortatione aſſicere cupientes: verã (niſi fallor) philoſophiã, non ſimulatã affectãtes.

OBSERVATA IN L. I.

- | | |
|---|--|
| 1 Ius à iuſtitia deduci non eſt diuerſo. | 9 Philoſophiam veram arte iuris contineri. |
| 2 Ius eſt ars boni & æqui, ita vt artis finis ſit æquitas. | 10 Nullam partem philoſophiæ deſſe iuri. |
| 3 Equū & bonum cenſetur, quod ſcripta lege recipitur, & quot modis æquitatem, non ſcriptam, ſequamur. | 11 Quare Iuriſconſulti Sacerdotes diuinitatis conſcij appellantur. |
| 4 Princeps ſolus componit diſſidium legis & æquitatis. | 12 Quare in lege ſit vera Philoſophia, quæ improbat mala & punit, ſingit impoſſibilia, honeſtum colit. |
| 5 Equitas præpollet ſcripto, non quod illa ſit ſummum Bonum. | 13 Bonum an ſit vtile, an potius idem quod æquum. |
| 6 Ars unde dicatur, & artis ciuilis excellẽtia. | 14 Vuſcapio vtilis & iuſta eſt, ex vtilitate iuſtitiam gigni. |
| 7 Ars quid ſit, & quomodo ius primò artem præſtiterit. | 15 Qui permittit vuſcapi, paciſci creditur. |
| 8 Iſocrates non rectè dixit Iuſtitiam arte non parari. | 16 An iudicibus liceat pronuntiare ita ſibi videri, vel etiam teſti: & an dubitans erret. |

- | | |
|--|---|
| 17 <i>Artem quandam eſſe iudicis, vbi ars iuris deſicit.</i> | 20 <i>Premia improbis contra improbos ſapè dari.</i> |
| 18 <i>Premia iuſtitia eſſe, honores, opes, gloriam, eaque iuris interpreti deberi?</i> | 21 <i>Vtrum depradari fas ſit eum, quem licet occidere.</i> |
| 19 <i>Ex ſcelere quando lex permittat lucrum.</i> | |

INTERPRETATIO.



DRIVS QUAM Vlpianus demonſtret, quid, qualèue ſit ius, originem nominis oſtendit, qualem per manus acceperit à priſcis autoribus, & quam miror ſuggillari à plerisque recentiorum in cunctis agricolis ſimilium: qui cùm ſibi videantur ſentibus & dumis agrum ſtudioſè purgaſſe, nihil tamen ſerunt melius: adeo vt de iure & iuſtitia fatiſ iniuſtè ſenſiſſe ipſi credi queat, † Demirantes quomodo vox iuſtitia à iure non potius deſluerit. Perinde ac ſi in rerum nominibus aliud quicquam polleat præter vſum, quem ſcimus in vocabulis dominari. l. Labeo. ff. de ſupell. legat. vbi quoque ex etymologia quid ſit id de quo tractatur, prius oſtenditur, & l. de poſiti. ff. de pecul. idèoque iuriſconſultus ex veritate docet ius vſurpari primùm cœpiſſe, poſteaquam deus hominem creaffet cœleſtium rerum & rationis participem, & illi virtutum ſemina quædam ingeneraſſet, potiſſimum verò iuſtitia omnium excellentiſſimã, & cæteras omnes complexã, vt eſt apud Ariſtotelem lib. v. Ethicorum ad Nicomachum. inde iuſtum pro perfectò ſumitur. l. quod Seruius. ff. de condi. cauſ. da. & iniuſtum teſtamentum pro imperfecto, in rubrica & l. 2. ff. de iniuſt. rupt. teſtam. quare cùm conſtituſſet inter homines iuſtitiam virtutem eſſe ſuum cuique tribuentem, appriue neceſſariam humanæ ſocietati continendã, accidit tandem vt leges præſtituerentur iuris nomine, etiam proſus antequam ius in artem certa ſerie tranſiret. l. 3. ff. de legib. & ius dare dicitur Rex qui legem fert, quæ ius propriè appellatur. l. 2. §. ita. ff. de orig. iur. vbi liquet longè antequam ius Romanum in artem contraheretur vixdum naſcens, nihilominus iuris appellatione claruiſſe: nempè ob vnã tantum cauſam, quòd ad iuſtitiam attingendam magnopere ſpectaret. nec moueor quòd productior eſt vox iuſtitia quàm iuris. cùm idem Vlpianus adnotauerit paciũ & pacem à pactione nominari, nec à pace pactum, vt perperam putauit Iſidorus, in quo potuit nugari, vt dum iuſtitiam à iuris ſtatu deduxit. cæterum Vlpiano placuit verum tradere, quoniam nondum bella emerſerant, nec pax innotuerat iuregentium, cùm pacta viſitarentur: & contigerit vt prima pax non victoria ſed pactione iniretur, quòd Feſtus Pompeius apertè comprobat, & notiſſima eſt. l. i. ff. de pact. non prætermittitur à me ſtuitius Tiberini Regis nomine inſignis.

Albula, quem Tiberim merſus Tiberinus in vndis reddidit,

Vt ſcripſit Ouidius lib. 2. Faſtorum. nec increpauit populum, quaſi præpoſterè fecerit, non ignarus imperij quod ſibi vendicat vſus hominum in nominibus rerum, & in artes ipſas, quas perfectò perficit, vt paulò poſt apparebit. & nemo neſcit ius pro loco & foro in quo ius dicitur cap. l. pen. hoc tit. ſola vſus longæui autoritate.

† Sed præcipuè ius eſt ars boni & æqui: hoc Vlpianus teſtificatur, hoc Iuſtinianus in præm. ff. §. & quod iam. Vbi ſolam hanc artem perfectam extollit reliquis quas alibi vido eſt λυθηρα χαθηματα, ſeu liberalia ſtudia nominari ab eodem iuriſconſulto. l. i. ff. de varijs. & extraord. cognit. pergit verò illic Imperator huius artis ſplendiſſimæ profeſſoribus & aſſertoribus omni æuo ac loco felicitatem polliceri. quid ni? nam ſi ius eſt ars boni & æqui, eſt ergo ratio quædam & modus exquisitus perueniendi ad ius naturale cum deo nobis commune, quod appellatur bonum & æquum in l. pen. hoc tit. cui iuri à natura diuina inducto ius ciuile famulatur. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verbor. oblig. argumento eſt, quod lex & legis ars ipſum velut finem exoptatum intuetur, quia in eo eſt iuſtitia & æquitas. unde æquum & bonum pro æquitate exponitur. l. non ſolum. ff. de iniur. & ſicut nauar, vt tutius ad portũ appellat, iugiter ſuſpicuũ ſtellã vſæ minoris iuxta polũ, vbi extingui neſcia perlucet.

Sidoniamque ratem nunquam ſpectata ſefellit,

Vt ſcripſit Cæſar Germanicus, ita ars iuris ad iuſtitia ſcopum omninò dirigitur æquum & bonum oculis minimè conuiuentibus aſpicit. l. quòd ſi Epheli. §. i. ff. de eo quod cer. loc. inde conuiuentibus dicuntur iudices atque nyctare oculis qui à iuſtitia præſcripto abeunt. l. fi. de vèdendis rebus ciuit. lib. 10. C. quæ virtus ſtellæ inſtar felicitatem parabilem oſtendit in cœlo

nedum in hoc orbe terrarum, qui sine iustitia non magis esse potest quam sine sole. proinde artem à iustitiæ seu ab æquo & bono secerno, vt gubernandi rationem ab ipsa nauigatione, & medicorum scientiam à bona valetudine, & sapientiam, quam viuendi artem vocat Tullius lib. 7. de Finibus bonorum, ab ipsa vita benè instituta, quare liquet artem ipsam, id est, ius civile compositum à suo fine discrepare, & vinci arbitrio eius videlicet qui iuris dandi potestare censetur. vt d. l. si seruum. §. sequitur. Tum enim ius deficit, & æquitas aliquid suggerit, eidem obsequimur. l. 2. §. item Varus. ff. de aqua pluui. l. pe. ff. de interrogat. actionib. exploratumque est insuper naturalem iustitiam sufficere iudici, vt rectè decernat, si arte destituitur. l. scire. §. conseqens. ff. de excus. tutor. cum verò ius scriptum fuerit, secundum illud iurare dicitur. §. 1. de offic. iudic. Inst. sarius enim est vestigia trita maiorum sequi, quàm per deuos saltus nouitatis sibi iustitiam fingere captu animi sui, amore, odio, auro, metuue, deprauati. † Quo fit vt pro æquo & bono habendum veniat iudici, id quòd lege scripta continetur, licet prima facie duriusculum videatur, sed vt aliquid durius euitetur. l. prospexit C. qui & à quib. manumiss. l. si venditor. §. si. ff. de seruis export. & ita rigor iuris rigidè seruatur, nec diuersum pronuciari à iudice permittit. l. si expressim. ff. de appellati. Opitatur huic sententiæ, quòd æquitas scripta tum demum stricto iuri præferatur. l. placuit. de iudic. C. quia tunc scripto sit redacta in artem, quàm iudex callere debet, vnde ius dicēs appellatur. l. i. ff. de iurisdic. Secundò præpoller æquitas iuri in iis quæ commodè regula aliqua comprehendit nequeunt, vt quanta fides adhibenda sit testibus. l. 3. §. 1. de testib. l. quæ situm. eod. aut cum debitoris mora redarguitur. l. mora. ff. de vsur. aut denique in pœnis pro dignitate personæ infligendis. l. i. ff. de effraCTORIBUS.

Terriò procliuiiores sumus erga æquitate benignitatem cum interpretamur ambiguam iudicis sententiam. l. si præses. ff. de pœn. ne imitemur Pelasgos iussos oraculo φάτα Saturno consecrare: nam cum ea vox Græca tum virum tum lumina significet, humana victima illi rem diuinam faciebant, quoad ab Hercule admoniti, vt Macrobius tradit, cereis accensis placauerunt numen.

† Sed videtur interpretationem mediam iuri scripto & æquitati ad solum principem pertinere. l. i. C. de legibus, non igitur iudex aut alius inferior idem sibi arrogabit. Cæterum hoc obtinere arbitror, vbi casus inopinatus oboritur magni momenti, & nodus vindice dignus, vt cum primùm caput dubitari, vtrum debitori solutio differri posset rescripto. l. quoties. C. de precib. impet. offerend. & vtrum tunc cautio incumbat præstanda dilationem actio. l. 4. cod. & cum dubitatur an fas sit præfidi prouinciæ Xenia capere à prouincialibus. l. solet. §. si. ff. de offic. proconsul. vel an impunè iudex munus capiat, vt in bona causa iudicet. l. 2. de condict. ob turp. caus. idem sentio de summo pontifice in iis quæ sacrum aut religiosum intuentur. l. hereditas. §. fin. ff. de petit. heredit. vbi quoque noua actio introducitur, aut officium iudicis inuocatur principum auspiciis: vel si populus de legis scriptæ duritia queratur, solus eam ad clementiæ æquilibrium Rex adducet. l. ix. C. de legib. In summam si vetus sit species rixantis cum æquitate iuris aut eiusmodi vt iure circumscribi ægrè possit, æquitati fauemus. l. bona. ff. de posit. etiam si certò sciamus iuri subtili non deesse colorem multæ innocentie. l. si ita. §. si. ff. ad legem Aquil. † æquitas ergo præponderat tum apud legislatorè tum apud iudicem, si quando in manu habet quid statuat. §. præterea. de actionib. l. xii. de pœnis. ff. namque æquitas finis est totius huius artis nobilissimæ. non quòd virtutem ipsam summi boni loco ducam, sed quia Deus ipse tam celebri dignus titulo se mer virtutera esse intelligit, ita vt Christus factus sit à deo sapientia & iustitia, inquit Apostolus ad Corinth. i. cap. i. & alibi sepissimè est deus ipsa veritas. Artem autem à † virtute nomen accepisse, quæ Græcè ἀρετή dicitur, D. Augustinus commemorat lib. 4. de ciuitate dei cap. xxi. vnde ars ipsa, inquit, à veteribus benè rectèque viuendi virtus definita est. quòd si faremur, superest verum esse id quòd vult Iustinianus, artem legum & iustitiæ solam omnium perfectam esse. d. §. & quòd iam procem. ff. postquam sola bonos viros efficit, nec solūmodo benè sed etiam beatè viuere facit, saltem metu supplicij vt in hac l. i. sed tamen etymo artis ab antiquis allato non perinde delector. cum ars crebrò à virtute dissentiat, vel certè nihil eius retineat. vnde & pro dolo vsurpatur, & veritas artes legitimus. l. pen. ff. de extraordin. crimin. & fures abigei abigendi studij quasi artem exercent sceleris. l. i. ff. de abigei. quia iteret facinus, & callidè perpetret. sicut rei licitæ ars ex variis præceptis industria singulari concinnatis constat; & Hesiodus in Theogonia τέχνην κακίην, id est, artem malam dixit canis Inferorum janitoris, vt qui introeuntibus blandiatur, nec postea exire sinat. sed nec virtutem vllam inuenio in arte coqui de qua in l. legati. i. §. si vnus. de legat. 3. verendum ne po-

tius

tius declinet in vitium à natura paucis contenta alienum. inde Lucianus parasiti artem statuit. † Ars verò ab eo dem hoc pacto definitur: σὺν ἡμᾶ ἐγκαταλήψεων ἐγγεγυμνασμένων ἑπὶ τὸ τέλος ἐυχρηστον τῆς ἐπιτοβίας. id est, comprehensio præceptionum exercitatarum ad eorum, quæ in vita sunt, vtilem finem. Desidero in hac definitione comprehensionem commodè distributam. non enim congeries præceptionum promiscuè sine certo ordine artem faciet. Quare Iustinianus Pandectis suis arte bellissimè compositis Digestorum nomè indidit, ne indigesta moles legum censeretur. itaque Cicero in Oratore ad Q. fratrem lib. i. opat aliquem, qui primùm omne ius civile in genera digerat, deinde eorum quasi membra disperiat, tum propriam cuiusque vim definitione declarat. sic perfectam iuris civilis artem habiturus. non igitur satisfecerat Ciceroni Q. Mutius Publij filius Pontifex. Max. qui, vt ait Pomponius, primus ius civile constituit, generatim in xvij. libros redigendo. l. 2. §. post hos. de origin. iur. Cæsar cuius erat ingenij & solertiæ, nisi mors præuenisset, decreuerat ius civile ad certum modum redigere, atque ex immentia & diffusa legum copia, teste Suetonio, optima quæque seligere, ac necessaria in paucissimos conferre libros. atqui scelestus Imperator C. Caligula ab illo quartus de iurisconsultis quasi, inquit, scientiæ eorū omnem vsus aboliturus, sæpè iactauit se effecturum, ne quid respondere possent præter æquū. siquidem sublata iuris arte facile præsenferat æquitatem arbitrio iudicum merendam perditum iri. planè Iulianus edicta prætorum perpetuitate digna congerens paruam & dilucidam quandam artem imitatur dignissimam præstitit. l. 2. §. si quid. de veter. iure. C. quia artificissimis titulis & ordine pulcherrimo digesserat. l. 2. de stat. homin. ff. & eò fortè respexit Vlpianus hoc loco nequaquam nescius Iulianum Iurisc. Diui Iuliani August. proauum floruisse sub D. Adriano & edicta probata ad æqui bonique examen instar auri ad Lydium lapidem, & in foro frequentata, composuisse seriatim, & ab Adriano Aug. confirmari meruisse, sicut Iustinianus ostendit. præterquam quòd liquet Vlpianum edicta prætorum accuratissimè enarrasse præ cæteris. ergo quod in aliis disciplinis euenit diutius, vsus forèis æquitati copulatus ius perpoliuit, & ferè legem dedit legibus:

Per varios vsus artem experientia fecit

Exemplo monstrante viam: speculataque longe

Deprendit tacitis dominantia legibus astra:

Vt Manilius ille Astronomus de sua scientia scripsit, quem eò lubentius adduco, quia astris & legibus eadem origo eademque patria est. l. 2. ff. de legib.

† Est medius fidius quod miremur Isocratem contra Sophistas apud Srobegum de iustitia sermocinantem dixisse iustitiam minimè acquiri præceptis: ὁλος μὲν γὰρ ἔδειξαν ἡγέμευ τοιαύτην τέχνην εἶναι. Id est, omnino enim, inquit, nullam huiusmodi artem esse existimo, quæ iustitiam videlicet iis ingenij pariat, quæ ad eam infeliciter nata fuere. sed fallitur Isocrates: cum philosophia pleròque mortales suo hortatu à vititiis ad virtutem traduxerit: Socratem dico ipsum, qui moralem potissimùm docuit & exercuit: is à Zopyro physiognomo stupidus & mulierosus iudicabatur. Cum Alcibiades cachinnum substulisse fertur apud Ciceronem lib. i. de diuinatione. alibi quoque tradit Socratem dixisse ea sibi signa inesse in fronte, vultu, ac oculis, sed ratione deiecta penitus quippe cum sapiens astris imperet, nec quemquam natura damnet perennis improbitatis. §. si verò is. in auth. de Monach. col. i. tacerem Chryssippum Stoicæ sapientiæ summum philosophum, vt est in d. l. 2. de legib. nisi à iurisconsulto laudaretur. Certè deliciis primùm deditus atque hasta exercitus, vbi Cleanthis philosophiam semel gustauit, ita immutatus est protinus, vt nihil illo fuerit speciosius aut moderatius, virtutem ad beatam vitam sufficere asseruit, inquit Laërtius. Gaudeo quòd in libro de lege, vt est in d. l. 2. legem Regiam diuinarum & humanarum rerum dixerit, regulamque iustorum & iniustorum, præipientem honesta, prohibentem verò contraria, nam ex eo patet aduersus Isocratem, cui oblectamur, arte perueniri ad iustitiam: cum lex regulam præstituit, quam si quis temere egrediatur, pœnis afficitur, ne sit exemplo ad peccandum reliquis, sed ad meliorem vitæ frugem. l. i. C. ad legem Iulia. repetund. atque vt ipse respiscat imposturū. † Quocirca Vlpianus ait. hac arte veram nec simulatam philosophiam contineri: cum non modo admonet lex homines vt boni sint, sed etiam secus facientes vlcisatur, sæpè cogat parete manu militari. l. si quis. ff. ne vis fiat ei qui in possess. at inermis philosophia nihil aliud quam admonet, & plerumque surdis canit tam frustra. quàm suauiter: aliter leges aliter philosophi tollunt astutias, inquit Tullius lib. 3. officiorum, leges, quatenus manu tenere res possunt: philosophi, quatenus ratione & intelligentia, proinde cum pauci sponte boni sint, & vnus è tot hominum milibus Apollo vix inuenerit, perspicuum est in civili scientia excelsum & necessariam sapientiam consistere.

B

† Secundo ars civilis veram penes se habet philosophiam, eò quòd omnes triplicis philosophiæ partes funiculis aureis connectit, Physicam, Ethicam, & Dialecticam, aut si quis cum Cleanthe in sex partes exactius diuiserit, nempe in Dialecticam, oratoriam, moralem, civilem, naturalem, theologiam: sentiet à civili reliquas omnes comprehensas moderamen & regulam accipere ab eadem, propter diuinam illam æquitatem, quam sibi pro eximio sine proponit. quamobrem imprimis insolubiles nodos Dialecticorum dirimit aut secat. l. qui quadringenta. ff. ad legem Falcid. & disputationis metas præstituit. l. 3. C. de summa trinitate.

Idque in oratoria sapius facit, nam rhetorum facundia ad capiendum auditorum animos in scholis pertinet, aut iudicium in foro, vel popularium pro concione. l. 1. de studiis liberalibus. vrbis Romæ. lib. xi. C. l. moris. ff. de pæn. vbi liquet fræno legis cohiberi disertissimos quosque si quando irretire audeant iudices dulci orationis modulatione iustitiæ experte, aut petulante, & auri magis quàm laudis auida. l. quisquis. C. de postul. nec abs re Chilon sapiens dixit optimam esse Remp. quæ maximè leges, minimè rhetores audiât. Mores autem bonos tanti facit civilis disciplina, vt nihil prius habeat, & eos cuius facundiæ ac scientiæ præponat. l. 1. de professoribus. qui in vrb. const. lib. xij. C. l. magistrorum, de professoribus. & medicis. lib. x. & prius animas quàm linguas fieri eruditas ius civile cupit. §. illud. proæm. ff. ergo motum candorem præfert diuitiis, vt in eligendo tutore. l. scire. §. si. ff. de tutoribus. sed non sine delectu, vt Zeno & alij Stoici, qui sapientem suum liberum, beatum, & regem esse prædicant, memini obnoxium, nullius egentem. nam cum de fideiussore quæritur crumena eius mente ornatiõ desideratur æquissimè. l. si creditoribus. ff. de priuilegiis creditorum. Tam verò physica eruditione, id est, naturali scaturit civilis cum prius de personis quàm de rebus sit sollicita: quia earum causa constituitur. l. 2. ff. de statu hominum. inquit quoque an homo ex atomis constet, quæ cotidie immutentur, & ex quibus Democritus mundum ausus est extruere. l. lxxvj. de iudiciis. ff. præterea lex rerum naturæ, id est, deo omnia certa & præsentia fatetur, multa occulta homini iudicanti, præsertim circa futurum partum mulieris. l. sed etsi restituatur. ff. eo. & tamen vt commodè potest, futuro prouidet præ omnibus Philosophis. l. si pater. ff. de solutionibus. ita vt lex æmuletur iustitiam, cuius quidem oculus non fallitur, vt est in proverbio. Desique theologiam complectitur: dei & cælestium primanturam habet vt in l. 2. deo duce, videbitur. publicè improbatam religionem respuit, nec synceram inquinari sinit, aut profanis communicari. l. non erit. ff. de iureiur. d. l. 3. C. de summa trinitate. † Vnde iurisprudentia est scientia rerum diuinarum & humanarum, & iuris interpretes merito sacerdotes appellantur hic ab Vlpiano. hinc Q. Mutius dicere solebat neminem pontificem bonum esse, qui ius civile non nosset, teste Cicerone lib. 2. de legibus. quinetiam in iudice religionem inuenimus quamuis in merè civili disceptatione. l. quæsitum. ff. de testibus. l. 2. §. fin. ff. de vacati. muner.

Nec taceo penes collegium pontificum Rom. propè centum annis fuisse iuris scientiam, & interpretationem, & formulas experiendi in iudicio, quas legis actiones vocamus. l. 2. §. deinde ex his. ff. de originibus iuris. perinde ac si sacrum haberetur, quicquid ad continendos in officio ciues pertineret.

† Tertio potest dici hæc ars civilis vera non simulata philosophia: quia simulationem philosophorum & fucum inanem detegit, increpat, reicit. Dum pecuniæ contemptum profitentur, & interea eius retinendæ cupidine fictam asseuerationem parefaciunt. l. in honoribus. §. pen. ff. de vacati. muner. vbi à sordidis muneribus Philosophi excusantur, si se frequentes atque vtilis studiorum secta præbuerint, non ab ijs quæ sumptibus expediuntur, pro portione sui patrimonij. cum enim vim fortunæ laturos supercilio graui iactitent, æquè patriæ functiones ferre debent. l. reddatur. de professoribus. & medicis. lib. x. C. sed eiusmodi homines facillè suas opes prodigent ostentatione vanissima, modo ne cuiquam mortalium profinr, vt Crates Thebanus, qui vt refert D. Hieronymus, magnum pondus auri abiecit in mare. can. gloria xij. quæst. ij. vt stultissimo cuique facere lex permittit, qui quiduis ineptum non vlciscitur. l. Mæuius. ff. de conditi. & demonstrati. licet sciat iactationis gratia fieri, vt dum Empedocles se in ardentem Æthnam Sicilia montem coniecit, vt immortalis crederetur. l. si quis. §. eius. ff. de iniust. restament. quantò satius fuisset propriis diuitiis amicis & patriæ prodesse. l. sed & reprobari. ff. de excus. tutori. namque bonæ sunt diuitiæ, si quis benè vtatur. nec mirum, cum & ita venena bona fiant. l. quòd sapè. §. 1. ff. de contrahend. emptio. Nec is malè vtitur, qui vtilitati suæ consulit solertia à dolo aliena: cum naturaliter contrahendo liceat inuicem se circumuenire. l. 17. §. idem. ff. de minoribus. l. & ideo

l. & ideo. ff. locat. scio laudari Q. Scæuolam P. filium à Tullio, quòd empto consensu fundo opimo, cum venditor deinde se pluris æstimare dixisset, centum millia addiderit pretio. nemo est, inquit ille, qui hoc boni viri fuisse neget, sapientis negant. & ego laude carere non puto, sed tamen facientem contra non vitupero: ne non malè agatur cum societate humana si facillè discedatur à placitis: & cum vero pretio, non certo, res metiamur. l. quisquis. C. de rescind. vendit. proinde laudat aliquid lex, cuius oppositum permittit. §. licet. l. 1. ff. de periculo & commod. rei vend. & sapientiam vocat, quæ est astutia. l. quæsitum. ff. de condit. & demonstrationibus. vbi Accursius docet id quod astu pernicio factum sit, mox à lege, quæ prius permisit, reposci, vt in l. si fideiussor. §. pen. ff. mandat. nam quiduis molitur lex, nihil non fingit, vt ad æquitatem perueniat. adeò vt fingat impossibilia. Vt vnum hominem à pluribus pluries occisum nocte intempesta. l. item Mela. §. sed si plures. ff. ad legem Aquilæ. qui nudæ philosophiæ magister plurimum innocentia potius fauendum censeret quàm vnius malefici supplicio: nec perspiceret omnes simul dedisse operam rei illicitæ, & quemlibet consortis audaciam adauxisse. l. si ita. §. si. eod. vbi subtilis disputatio pro æquitate reicitur: vt semper à perfectis philosophis, id est, ab ijs qui politicam rationem scholasticis præceptionibus miscuerunt, vt sapiens Solon Græcorum decus & Romani iuris fons vberimus l. 2. §. 1. ff. de orig. iur. & Pittacus Mitylenæus itidem sapientum vnus ac legibus satis ciuibus suis prosper, & Demetrius Phalereus ab Athenarum regimentis post exilium in Ægyptum profugus, vbi Regi Ptolemæo legum ferendarum autor extitit, & plerique alij philosophi mox recedenti imbutique civili disciplina, quos recenset Ælianus lib. 3. Variæ historiæ ca. 17. Hi omnes soli uagam rerum contemplationem præ publica administratione ieiunam sterilemque fore præferunt: tamen si mordicus honestatem & æquitatem retinuerint, atque vtrius vtilitatem postposuerint optione data, vt vbi iuris consulti fecere, qui lucrum turpe dispendio peius duxere. l. v. C. de institut. & substitut. quinetiam Lucro perpetratis delictum increpuit pœna. l. 3. §. qui de sepulchri. ff. de sepulch. viol. & nihil amœnum, nihil plausibile iuri est sine honestate. l. 1. de athlet. lib. xj. C. l. omne. ff. de regul. iur. & eò spectat quod haberetur in l. pen. C. de pactis conuen. vbi quod prima facie bonum videri poterat, ad examen iustitiæ reuocatum cedit æquitati, quæ nihil melius nihil commodius.

† Proinde sicut succino gemma rapitur stipula, sic vtilitas æquitate. & licet bonum idem sit quòd vtile per se multis in locis. l. 3. §. si quis ex. ff. de bonor. possess. contr. tabul. l. 1. ff. de vsucap. tamen cum iungitur æquo, tunc nihil aliud quàm æqui significationem retinet. d. l. non solum. de iniur. l. quòd si ephesi. §. 1. de eo quòd cert. loc. sic Græcis *χρημα* tum improbitatem significat tum damnum, & de hoc malo Propheta loquitur, inquit Suidas, cum negat in vrbe malum fuisse, quòd deus non fecerit. nam & damna fatalia tempestatum veteres *θεσβία* id est, dei vim, appellarunt. l. si merces. §. vis maior. ff. locat. itaque perperam existimat vulgus particulam, & poni inter diuersa, quòd recipi non debet: non vtrique magis quàm in l. xij. ff. pro soci. l. 1. ff. de ædilit. edict. §. sed sciendum. vbi rem pulchrè idem Vlpianus detegit. & Plautus in Amphitruone:

Itaque æqui & iusti hic eritis omnes arbitri.

Sed nec in d. l. pen. C. de pact. conuen. æquitas boni domitrix ab vtili abhorret cum perutile sit mulieri, ne se inuita maritus (qui sæpè solet dotem ipsam prodigere) res præter dotem administret prætextu perfidiæ inter coniuges euitandæ. sed & bonum per se pro eo quòd fas est atque iustum sumitur, vt apud Sallustium in Jugurthino de Scæuro Romano loquentem: magnitudine pecuniæ, inquit, à bono honestoque in prauum abstractus est. Nec hoc nouum videri debet, cum vtilitas passim vsurpetur in iure pro syncera æquitate scrupulis iuris carens. l. peregrè. §. pen. ff. de acq. possess. maximè circa possessionem & vsucapionem. l. 1. C. eo. sic ius civile vtile est omnibus aut pluribus. l. fin. hoc tit. nempe dum æquitatem inter eos constituit. ita vt stricto iuri vtilitas huiusmodi opponatur plerumque. l. seruitutes. §. si sublatum. ff. de seruit. vrb. an.

† Hoc autem de industria attingi, ne quisquam assentiatur Accursio qui putat ius civile aliquid admittere, quòd bonum, non verò æquum, existimet exemplo vsucapionis bono publico inductæ & cum iactura aliena quenquam locupletantis, ob hoc solum, ne dominia rerum in incerto fluctuarent. d. l. 1. de vsucap. quia sic res perditum irent, cum nemo agros possessos colere dignaretur, si perpetuò metueret de aduentu verioris domini suum reuocatur, vt inquit Theophilus. §. 1. eod. tit. nec res mobiles satis nauiter custodiret. vnde dico propter magnam vim vtilitatis æquitatem inesse aut superari: sicut ingens pondus eris auri tenuem laminam facillè superat. nec taceo illud dictum Iasonis Thessalorum regis, quòd tætopere

Plutarchus in Politicis celebrat: qui in magnis, inquit, rebus iustitiam colere vult, in parvis ius violet, necesse est. vt l. si ita. §. si. ff. ad legem Aquil. additur vulgò species æquitas vsucapioni, vt litium sit finis aliquando. l. si. ff. pro suo. & tertio, vt desides puniantur, suorum bonorum contemptores. l. si. C. de annal. except. qui vtique damnum sentire non creduntur, quod culpæ suæ & socordix acceptum referre debent. l. quod quis ex. ff. de regul. iur. proinde. Lycurgus legislator non minus manifestò desides legibus suis multauit quàm iniurios: existimans ab illis Remp. prodi, vt scripsit Xenophon in libro de Republica Lacedæmoniorum. cui assentitur Iustinianus, & pigros homines terræ pondus vocat. §. si verò huius. §. pe. in auth. de quæstor. col. vj. Quarta ratio æquissimam vsucapionem ostendit, cum tandiu rerum suarum securus censeatur vtrò alienare, velut pro derelicto eas habens. l. si finita. §. non autem. ff. de damno infect. l. si id quod. ff. pro derelict.

15 † Quinto ignauus dominus sinens tempus à iure prætitutum emperere sine cura rei suæ, pacto intelligitur transulisse, cui seruando æquitas cumulatè iungitur. l. cum post. ff. de iure doti. l. i. de pact. quàm obrem lex ait, iniquissimum esse auferre cuiquam dominium quod vti non abstulit. l. denique. l. seq. ff. ex quib. causis maior. ergo vti quæsitum iniqui nihil redoler. dura quidem est vsucapio dum gignitur, dum adolescit: atqui dum consummata est, nihil se inuenit iustius. sic acerba sunt poma priusquam maturerint, postea verò dulcescunt, & suauiter fragrant. In summa quod dicitur bono publico inductam fuisse vsucapionem, non pellit iustitiam singularem. l. xvj. §. denique. ff. de vsu. l. ius autem. hoc rit. quinimo eò melius aliquid est, quò iustius inuenitur. ita vt bonum sit, & æquitate nò destituatur.

16 † Plenum moderationis Philosophicæ illud est, quod Vlpianus ait in extremo, à iurisprudenticibus veram coli philosophiam, quæ bonos præmiis accendat, malos pœnis exterrear: nisi fallor, inquit, nam cum suæ quisque disciplinæ blandiatur, & suam artem effusus extollat, ipse ne fallatur, dubitare visus est. vt solent iudices, si quando in re propria statuunt. vnde etiam rationem opinionis suæ subiungit ex præmiis & pœnis, quæ duo numina Reipublicæ stabiliendæ vocabat Democritus. vt in l. 4. C. ad leg. Iul. repet. In teste vero non approbaremus, si diceret sibi ita videri, vel ita esse, nisi fallatur, cum nec testis qui dicit se audiisse ab alio, fidem faciat. l. 3. §. idem diuus. de testib.

Quod si redderet dicti sui & opinionis rationem, exemplo Vlpiani hoc in loco, specimen veritatis elegans præberet: vt videri sibi à Titio eadem factam, quia cruento cum gladio digressus fuerit. l. solam. C. de testib.

Præterea si non testificetur an aliquid factum esset, sed quando. idque propter fluxam humanæ conditionis memoriam. l. si arbiter. ff. de probati. tunc enim audiretur, qui ne falleretur, addubitaret inter cæteros. l. 2. §. idem Labeo. i. de aqua pluuiæ arcend. nec obest quod titubans & dubitans censetur errare. l. si. C. de condit. indebit. quia hoc verum vbi error prodest, nimirum ei qui vult indebitum solutum repetere, non autem vbi aliquis se fatetur dubitare de veritate alieni negotij, & præ modestia nihil audet pro certo asserere. In iudice autem potius admitteremus hæc verba nisi fallor, ita videtur, & similia inserta sententiis tanquam gemmis modestiæ laudabilis. l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de recept. arbi. l. diui. §. recte. ff. de liberal. caus.

Quare sæpe fatetur iudex se consultasse de controuersia coram se mota, & de illa etiam num dubitare ac referre ad principem, vt ipse statuat. l. i. C. de relationib. alibi se iudicasse perperam testatur, ne innocentiam postea detectam lædat. l. i. §. si. de quæstionib. adde quod nonnunquam alienæ artis censor est, & adhibitis peritis potest hallucinari, si malè persuadeatur. l. semel. de re milit. lib. xij. C. l. si irruptione. §. si. ff. in i. regundor. † Quid, quod multa, vt dixi, arte iuris defini non possunt, & est quædam ars iudicis, cum lex non inueniat remedium & ars iuris deficere videatur. l. si autem. §. si. l. nisi. ff. de rei vendic. l. 3. §. si. ff. de testib. Taceo præstigias Rhetorum & causidicorum affectus mouentium, qui etiam aculeos relinquunt in animis audientium, vt Eupolis de Pericle Attico dicebat. adeo vt bonus iudex meruat ne eloquætiæ sirenes permulsus fallatur, atque ita aduocatos litigantibus paris faciendæ distribuatur. l. prouidendum. C. de postul. vnde non pudeat in ancipiti iudicem dicere, sibi non liquere. l. Pomponius. ff. de re iudic. vt multoties faciebant Romani in capitalibus causis, his literis N. L. sicut tradidit Aconius.

18 † Præmia verò iustitiæ bonis viris tributa longum sit enumerare: cum cælum illis spondeat & humi eisdem prosperet honoribus & opibus, pulsa anxietate. §. si. de hæredib. & Falcid. in auth. col. i. potissimum iis, qui flagitiosos ac malignos iustè infectantur. l. 3. de sepulchr. viol. ff. l. i. ff. ad leg. Iul. de ambit. interdum si nihil aliud habet lex quod è marsupio largiatur bonis, suauissimam laudis mercedem impertit. d. l. 4. C. ad leg. Iul. repet. l. vj. de custod.

stod. reor. ff. Sed cur professoribus, tam excellentis philosophiæ legitimæ lex salarium denegat? num æquum est æquitatis interpretes Indicis assimilari formicis, quæ aliis aurum studiosè erunt, nec eo vnquam fruuntur. l. i. §. proinde. ff. de variis & extraord. cogniti. minime quidem: nam ibi, vt alibi scripsit, Vlpianus potius hortatur iuris enarratores, vt ab initio honorarium accipiant ab auditoribus, quàm vt postmodum expectent datum iri gliscente ingratitude mortalium quorum perpauci Sabini discipulos imitantur, à quibus ipse sustentatus legitur. l. 2. §. si. ff. de origin. iur. at Theophilus, Anatolius, & alij Beryti Syriæ ius ciuile explicantes diuitiis & muneribus publicis non sine gloria claruerunt. l. 2. §. quæ omnia. C. de veter. iur. cum enim iurisprudentiæ magistratos non tantum peritia docendi ac subtilitate, sed etiam dicendi facundia pollere deceat, est rara in tenui facundia panno, vt notat Iuuenalis. ita vt opes ipsæ Rhetoris optimi vice fungantur.

† Iam videndum, an etiam scelerosis præmia dari fas sit ex l. 2. §. postea cum de origine iur. vbi Flauio scribè Appij delati sunt honores publicè, quòd librum patrono suo surripuisset, quo formulæ praxis in foro experiundi, seu legis actiones continerent, quas potentiores sibi adseruabant, vt attonito populo venerationem maiorem inderent. nec dubium est graui affici iniuria studiosum, cuius libri prodantur. l. pen. ff. ad exhibend. nec excusationi esse, vt ait Iurisconsultus, si alius melior ac doctior inde reddatur, augeturque scelus ex persona domestica libertina potiore lacefcentis. l. capitalium. §. omnia. ff. de pœn. Verendum itaque, ne id memoret Pomponius quòd gestum fuerit à Flauio, ne historiæ fidem violet, magis quàm vt imitatu dignum iudicet. vt cum magistratus pene omnes necari vel exulare iussi sunt ob vnus iniquitatem. d. l. 2. §. initium. de origin. iur. nam cum tumultus sedari aliter nequit, ab obseruatione iuris disceditur. l. qui cædem. ff. de sicariis. Vel dici potest Flauium furri expertem fuisse: quia lucrificandi animo non fecit, sed proficièdi Reipublicæ, & hero suo vigilias suas occultanti, & eisdem malè vrenti. §. fin. de iis qui sunt sui. cum occultæ artis, vt musicæ, nullus respectus sit. ita D. Augustus non est passus obediri Virgilio, qui Æneidem suam flammis testamento aduouerat. & seruo per obreptionem prætura functo (quoniam ictus demum benè cesserat) libertas obtigit, ne sententiæ eius cum damno Reipub. rescinderentur. l. pen. ff. de offic. prætor. † Præterea datur venia, laus, merces, improbo, vt peiorem vlciscamur tanquam venenum efficiatur bonum, vt exitialius eiciatur. sicuti cum conscius coniurationis in Regem tempestiue eam derexit. l. quisquis. §. fin. C. ad leg. Iul. maiest. aut cum damnatus criminis restituitur, si alium conuicerit. d. l. i. ff. ad legem Iul. de ambit. ergo iustè facit homo nequam nequiores se expulsurus. l. si procurator. ff. de doli excepti. cæterum si nò proficit Reipublicæ, solet ei extorqueri quod delicto tantisper sibi acquisiuit. l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. mandat. glossa. l. Titio. ff. ad municipal. ne non ad sit pœna delinquenti sed præmium. l. si cui. ff. ex quib. caus. maior. quod virtutem cum laude comitatur. l. fin. C. de statuis. & plenius in l. 3. C. de offic. rector. prouinc. Quærit obiter Bartolus, an proclama iudicis iure firmeretur, quo promissit centum aureos ei qui exulem ceperit, ita vt è publico summa pendatur. & quia hic autor vim facit iuribus quæ allegat nihil ad rem pertinentibus, putem fas esse. ita proclamare summo iudici tantum superiorem non agnoscènti, vt Senatui, non cuiilibet. sunt enim casus expressi legibus in quibus liceat vindicare sine iudice. l. i. & 2. quando lice. vnicuique. sine iudic. C. §. necessitatem. in authent. vt iudic. sine quoque. suffrag. col. 2. quod si præmium lex proponat capienti vel occidenti scelerosum, è publico æratio sumetur sine dubio. l. 2. quib. ex caus. serui pro præm. libert. accip. vti dum Senatus Atheniensis decreuit, vt qui necasset Diagoram Deos adnegantem, talentum acciperet: qui verò adduxisset viuum, duobus talentis donaretur. sed nec hodie à senatu ad principem appellatur. l. i. ff. à quib. appell. non licet. An verò quem licet occidere, liceat deprædari, videamus: vt cuius vitæ nemo parcere debeat, bonis quoque ipsius insultet. l. si adulterium. §. pen. ff. ad leg. Iul. de adulter. Ego puto non licere emolumentum sui gratia sed publici auth. gazaros. C. de hæretic. sic accusatio prodest Reipub. vt detegantur nocentes nec continuo vacat infamia, qui pecuniam ad accusandum capit. l. qui accusare. ff. de accusat. nisi quomodo lex permittit. d. l. 3. ff. de sepulchr. violat. vti que sine pactione illicita. l. lege. §. fin. ad Syllani. l. fin. §. statuimus. de statutis & consuetudinib. in Feud. vulgò enim scimus nihil eorum iniustum videri, quod lege permittente patretur. l. Gracchus. C. de adulter.

§. Huius studij.

Huius studij duæ sunt positiones, publicum & priuatum. publicum ius est, quod ad statum Rei Romanæ spectat, priuatum, quod ad singulorum utilitatem. Sunt enim quædam publicè utilia, quædam priuatum. publicum ius in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit. priuatum ius tripartitum est, collectum enim est ex naturalibus præceptis, aut gentium, au ciuilibus.

OBSERVATA IN §.

- | | |
|--|--|
| 1 Ius diuidi in publicum & priuatum, quot sit sacrum vel religiosum. | 6 Calendis Ianuariis magistratus iniri. |
| 2 Publici varia vis & significatio. | 7 Designatio fiebat ante adeptum honorem: & an electio episcopi tribuat ius. |
| 3 Sacrum quid quale ve sit, & priuato arbitrio non fieri. | 8 Advocatus fisci biennium durans eisdem calendis auspicabatur. |
| 4 An sacerdos possit esse tabellio in contractu vel testamento. | 9 Tripartita collectio iuris rectè tradita reiecta Rod. Agricola Morfu, & Ciceronis sententia. |
| 5 In magistratibus ab initio urbis constitutus ius publicum esse. | |



DIVIDIT ergo Vlpianus ius in publicum & priuatum, & mox sub publico sacrum, inuoluit: vt alibi sub sacro religionem & sanctitatem, quarum altera propriè & angustè mortuorum iusta respicit, altera murorum. l. 2. §. locorum. ff. ne quid in loc. public. l. 2. ff. ne quid in loc. sacr. l. vi. de rer. diuis. certè Quintilianus lib. 2. cap. 4. ius diuidit in tria genera, sacri, publici, priuati. quæ diuisio, inquit, ad laudem magis spectat, si quis eam per gradus augeat: quòd lex, quòd publica, quòd ad religionem demum comparata sit. inde Ausonius in Grypho

ternarij numeri:

Ius triplex, tabula quod ter sanxere quaterne

Sacrum, priuatum populi, commune quod vsquam est.

Sed dubium non est publico sacrum contineri posse maximum quidem trium, sed præ publici amplitudine facilè eodem comprehensum, ita vt quod pretiosius est ampliori cedat. l. in modicis. ff. de contrah. empti. l. et si non. §. si. ff. de auro & argen. leg. præsertim cum publici vox vniuersum imperij Rom. statum contineat. l. eum qui. ff. de verbor. signific. & cum lex publica ciuilibus rebus diuinis tuendis mirificè studeat. l. 2. ff. de legib. id est, sacris ac religiosis. l. 1. ff. de interd. Ergo publico iure Sacrum rectè comprehenditur, & non male ab eo feceretur. cum publici vaga sit significatio, vt quæ sæpè ad singulas ciuitates & vicinos porrigatur. l. si. C. de sacrosanct. Eccles. l. legatis. ff. ex quib. caus. maior. † Rursus ciuitatum publicæ res quædam alienationem per optimates & proceres recipiunt, vt prætoria quædam & ædificia quædam nequeunt alienari, vt flumina, fora venalia vsui popularium destinata. l. inter publica. ff. de verbor. signific. l. sed Celsus. de contrah. empr. non omitto publicum ad fiscum referri. l. bona. ff. de deposit. cum tamen fiscus propriè sit aliud priuatum principis. l. 2. §. 2. ff. ne quid in loc. public. ideo Iustinianus suum fisci priuatum commodum communi subditorum utilitati postponit. l. 1. §. si. de caducis toll. & secundariò, vt aiunt, publicis aggregat singulorum ciuium compendia, ex quibus vniuersitas reip. constatur §. si. de ijs qui sunt sui. non autem principaliter lex propriè. l. 2. §. pe. ff. ad municipal. hæc distinctio lapida est in l. licet. §. 1. ff. de procuratorib. Cæterum plerumque id quod priuati omniud iuris est publico attribuitur: quia, inquit Aggenus Vrbicus, dum priuatus laborat in proprio, & tributum publico & sibi alimoniam atua excolendo procurat vt etiam diximus ex l. 1. ff. de vsucapionib. l. 4. §. illam. ff. de censib. vbi liquet diligentia & ope priuatorum censum & ærarium augeri, atque alijs modis dum fauerur ciuibus singulis. l. 1. ff. solut. mar. quasi singulorum fortunæ sint opes principis. §. 1. vers. considera. † Quod subdit Vlpianus ius publicum in sacris & sacerdotibus & magistratibus consistere, sensum apertum habet, cum publicè intersit deum syncerè col. l. 4. C. de heretic. & cum sacra publicè non priuatum dedi-

cari

eari oporteat. l. in tantum. §. sacra. de rer. diuis. licet in religioso olim secus esset vnicuique data copia sibi tumulum eligendi. §. religiosum. eodem. l. ergo non statur iureiurando per publicè improbatam religionem concepto, vt per Mahumerem. l. non erit. vers. sed si quis. de iureiur. ff. sed in vers. diuis ibidem dicitur standum iuranti ex delatione ab aduersario facta per propriam superstitionem, scilicet sine offensione publici cultus. vt cum iuratur per caput alicuius, vel per salutem, cum id ad verum numen referatur. l. qui per eodem titulo vt cum Socrates per canem, Zeno Stoicus summus per Cappatim, iurabat, sicut tradit Laërtius & plebs Romana diu per Cæsarem deierans controuersias decidit, cum ei necato columnam Numidici lapidis in foro posuisset, vt est apud Suetonium.

Adeo verò præcipuum publicè creditur ius sacerdotum, vt pacifici nequeant, vt coram populari iudice conueniantur, quasi pactio alibi licita in sacris reprobetur tanquam ordinem cleri omnem dedecorans ex consilio Carthaginensi cap. xij de foro compet. l. penult. C. de pact.

† Quæri solet an sacerdos possit esse tabellio & ne possit expressum est in cap. sicut. ne clerici vel monachi secular. negotijs se immisc. verum id obtinebit in forensibus iurgijs aut contractibus, in quibus actus mutuus hominum exercetur impunè, secus in testamentis cæli mortisque cogitatione faciendis, cum & sacerdotes hortatu pio morientes solentur, & morientes ipsi piè officioseque multa largiantur cognatis, amicis, pauperibus: & qui eis obediunt lucro perieratis exercitæ non careant. §. si verò expressim. in authent. de hereditibus & Falcid. col. i. sic decurio à tabellionatu arceatur. l. vniuersos. de decuri. libro x. C. non à testamentario. leg. si quis decurio. C. de fals. proinde si quis è tabellione euaserit sacerdos, multo magis scriptum facere desinet, vt sacris vacet. leg. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de recept. arbitr. vbi ramen arbitrio officio fungi potest, si postea velit: quippè cum instar iudicis arbiter sit, ac ita tabellione nobilior. & cum lites dirimat, & pacem deo gratissimam conciliet. leg. prim. ff. eodem, atqui consuetudo quid honestum vel turpe sit in obeundo munere planius docebit. leg. 4. ff. de ijs qui not. infam. cum populus Rom. centum aut circiter annis forenses formulas penes collegium pontificum esse suerit. leg. secund. §. deinde ex his. ff. de orig. iur. planè imperator opprobrio esse sensit clericis, si se peritos discepcionis fori velint ostendere & publicationi testamentorum iam scriptorum interesse. leg. consulta. C. de testament. addit Plutarchus in problematis lege Rom. vetitum sacerdoti magistratum capere, quod Gallico more obliteratum videmus, maximè in Senatu splendidissimo. & leg. episcopalem cum authent. si quis. C. de episcop. audien.

† In magistratibus ius publicum consistere exploratum est: quia ab initio conditis iuregentium ciuitatibus, & hominibus gregatim cœuntibus, magistratus & iura similiter emerere. §. singulorum de rerum diuisio. vnde origo iuris ciuilibus extitit. & scitè Græci τὴν ἀρχαίαν tam principium quàm magistratum vocarunt. leg. si vni. §. Nerarius. ff. famil. hereticund. quasi ab initio politici status magistratus necessarii fuerint: tum vt iura darent. §. constat. de iure natural. tum vt iura redderent pro tribunali. ne data alioquin frustra in ciuitate essent. leg. secund. §. post originè. ff. de origin. iur. ex quo publicas personas pro magistratibus Iustinianus explicuit. §. penult. de Attili. tur. velut numina quædam non sibi sed populo communiter concessa & edita. nam & dijocantur ipsi iudices exodi cap. xxi. inde pater filio & filius patri iudex ritè datur, si aduersarius toleret, cum iudicare muneris publici sit, in quo patriæ potestatis ratio non habetur. l. in priuatis cum l. sequent. ff. de iudic.

† Superioribus pulchrè congruit mos Roman. re ipsa ineundi consulatum & alios magistratus ineunte etiam anno, calendis videlicet Ianuarijs, licet paulò ante designarentur, & deinde ante calendas munus ederent. leg. Publius. ff. de conditi. & demonstrat. quem morem exactis regibus Romanis à consulibus inchoatum geminis Plutarchus contendit. & Ouidius libro prim. factorum de eisdem calendis loquens.

Iamq; noui præunt fasces, noua purpura fulget,

Et noua conspiciunt pondera sentit ebur.

Nam fasces pro dignitate præcipue consulari usurpamus. leg. prima. de consulibus xij. C. à fascibus xij. quos lictores Consulibus præferebant, vt proconsulibus in prouincijs senos. leg. proconsules. ff. de offic. proconsul. §. prim. de consul. in authent. col. 4. & §. quantumcunq. ebur verò ad Sellam curulem adilium duorum, qui è patribus creabantur referre decet, de quibus in leg. secund. §. deinde cum. ff. de origin. iur.

sed longè antè Rex Tullus Hostilius sellam curulem eburneam, lictores, & togam pictam à magistratibus Hetruscis Romam transfulerat. ad hos ædiles minimè plebeios respexit M. Tullius in Verrem actione vltima, habeo, inquit rationem quid à populo Rom. acceperim: nunc sum designatus ædilis: mihi ludos sanctissimos maxima cum cæremonia Cereri libero liberæque faciendos.

7 † Designatio igitur magistratuum præcedebat functionem honoris sicut solet electio in permultis. & nonnihil præbebat dignitati simile, vt in edendis populo ludis beneuolentiæ aucupandæ causa paucis ante calendas Ianuarias diebus. §. his igitur, de emendati. Iustini. codic. nam festiuitatis comicæ, aut venationis in Circo, aut spargendæ pecuniæ, nihil omittebant designati viri, sicut in dignitatibus consularis præfecti prætorio & patriciatus summi videmus constitutum, vt simul arque codicilli dati fuerint à principe aliquis à patria potestate liberetur, nihil dum gerens. §. filius-familias, quibus modis ius patr. potestatis. §. prim. constitutio quæ de dignitatibus in authent. col. v. r. vbi Accursius codicillos solamque electionem iuuare ostendit ad eiusmodi liberationem, nimirum velut specimen aliquod obeundæ insolidum dignitatis. nam & Patriciatus ille Iustinianeus dignitas erat eius quem sibi in patrem consiliarium imperator elegerat, non iure senatorij sanguinis à plebe distincti nitens. vt leg. prim. de offic. quæstor. leg. fin. ff. de senatoribus. Cæterum plena administratio à codicillis acceptis vel ab electione non competit, nec salarium. §. illud de administratoribus in authent. col. 7. nam nec episcopus iure electus ante confirmationem conferre beneficium potest. cap. nosti. de electi. sic delectu tyronum habito non continuo electus miles militariter testari poterit, antequam in numeros referatur, licet expensis regis iter faciat. leg. ex eo. ff. de milit. testament. semper enim electis ac designatis præludia quædam honoris conceduntur: sicut apud Sallustium consul de Catilinæ coniurationis deliberaturus in frequenti senatu primùm rogauit sententiam D. Iunium Syllanum, quia ipse consul designatus esset.

8 † Sunt qui fisci patronum eximant à communi sorte reliquorum magistratuum primo Ianuario inauguratorum, sed non rectè, vt liquet in leg. 4. C. de aduocat. diuersorum iudicum, hoc certè habebat præcipuum quod in biennium munere fungebatur. leg. 3. eodem titul. nec obest quod in leg. per hanc §. pe. mox subditur, fisci aduocatum cum ad medium iter patrocini peruenierit, id est, calendis Octobribus quotannis sexcentos aureos salarii nomine percepturum. non enim idcirco ad calend. Apriles initium talis aduocationis redigitur, vt alibi ostendi, cum constet ante Ianuarij mensis principatum Martio annum inchoari solitum, non Aprili, vnde Septembris & Octobris nomina defluerint. sed Iustinianus medium patrocini cursum Calendis Octobris metitus est, eo loquendi ritu, quo solemnus die medio aliquid factum dicere, quod in quacunque parte diei contigerit. & in media vinea. leg. si cui. de feruituribus. ff. leg. 4. ff. de collusi. detegend. vbi per similem particulam, id est, res similiter declaratur, ne qua dubitatio resideat, si medij nomen nimis angustè sumatur. l. fin. C. de error. aduocat.

9 † Quod verò Vlpianus nouissimè prodidit priuati iuris tripartitam collectionem ex præceptis naturæ gentium, & ciuilibus, non caruit reprehensione Rodolphi Agricola rhetorum non vltimi: quasi, inquit, ius publicum neque naturale sit, vel gentium, vel ciuile: arbitratur enim cum hæc de priuato ab Vlpiano dicantur, ideò negari de publico. sed non est ita: imò de publico non expressit iurisconsultus, quia id cuique notum persuasumque nimis intelligeret. Vel potius, quod ius ciuile gentium, & naturale antiquissimum, ipsamet aperte publica sint. nam publico ciuili ius gentium latius patet, vt potè quod non tantum regnis singulis & ciuitatibus congruat, sed etiam omni hominum generi. leg. omnes hoc titul. naturale autem omnibus æquè animantibus communicatum, vt illico patebit, amplissimè diffunditur, & publicatur quodammodo.

Non est præterea nouum vt diuisione proposita priuati & publici alterutram partem fufius autor persequatur, & residuam otiosis expendendam relinquat. leg. conuentionum. ff. de pact. leg. honor. §. prim. ff. de muneribus. nec si quid desideratur à lectore scriptor industrius per omnia potriget, vt cernere possumus in illa Ciceronis sectione lib. vi. Topicorum: cum autem, inquit, de æquo & iniquo disseritur, æquitatis loci colliguntur. Hic cernuntur bipartitò, & natura, & institutio. Natura partes habet duas, iustitiam

tionem sui & vleiscendi ius. Institutio æquitatis tripartita est: vna pars legitima est, altera conueniens, tertia moris vetustate confirmata.

Atque etiam rursus æquitatis tripartita esse dicitur, vnaque ad superos deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinere. prima pietas, secunda sanctitas, tertia iustitia aut æquitas, nominatur. huc, huc oportuit Agricola vadere, vt famem reprehendendi expleret. quis enim vsquam vidit æquitatem quæ homines spectet, potius æquitatem iustitiæ appellari quàm dum ad deos & manes pertinet? cum à dei munere iustitia sit, & deo maximè conueniens, vt reddamus cuique suum, & sic deo honorem & gratias. sicut pietas hominibus communis est erga parentes. leg. nullum. de obsequi. ff. & sanctitas non magis mortuos quàm viuos muris inclusos ac septos intuetur. & legum sanctione verius firmatos quàm murorum. leg. sacra. §. propriè. ff. de rerum diuision. præterea cum naturam findit Cicero in sui cuiusque defensionem & vltionem id quod minimum est in natura comprehendit: pempè æquam & bonum seu germanam iustitiam obliuiscitur, & id quod brutis non negatur, proponit. declinat enim nocitura & vindictæ lacessira student vsque ad forices & formicas, quæ omnia ex Cicero ipso aliundè comprobarem, nisi nimis essent vulgè cognita, & nisi constaret ipsum libro secund. de inuentione naturæ ius innatum non opinione constitutum tradidisse, vt religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obseruantiam, veritatem, religionem, inquit, eam quæ in metu & cæremonia deorum sit, appellant: pietatem quæ erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine coniunctos, officium conseruare moueat.

§. Ius naturale.

Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud non humani generis proprium, sed omnium animalium, quæ in terra marique nascuntur, auium quoque commune est. Hinc descendit maris atque fœminæ coniunctio quam nos matrimonium appellamus. hinc liberorum procreatio: hinc educatio. Videmus enim cætera quoque animalia istius iuris peritia censer. Insipientium est, quo gentes humana vtuntur: quod à naturali recedere, inde licet facile intelligere, quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune est.

OBSERVATA IN §. IUS NAT.

- | | | |
|---|---|--|
| 1 | Ius naturale quoddam esse homini commu-
ne cum feris. An diuinitatis aliquid
esse bruta sentiant. | dicatur descendere, diuinitatem redol-
let. |
| 2 | Brutorum exemplo prouocari hominem ad
virtutem. & legem ac ius in illis in-
ueniri. | 7. Qui unum dicit, non idcirco aliud excludit.
& naturales tantum liberos legitimis
postponi. |
| 3 | Verum ius natura arbitrio animi electum
non extendi ad bruta, nec ius Evan-
gelicum. | 8. Homini præ reliquis animantibus & rebus
pleraq; tribuuntur à lege. |
| 4 | Omnis, dictio restringitur sæpe: quid sit
censer. peritia. & de dictione cate-
ra. | 9. Vbi alienus homo pro parte tantum em-
citur, emptor de euictione non agit. |
| 5 | Ius natura pecudum mediocritatis ratio-
ne ductum honestatem imitari. | 10. Ius natura latius patet quàm insipientium
& hoc quàm ius ciuile: & quid illud
ius proprie sit. |
| 6 | Matrimonium, quamuis ab eo iure natura | 11. Insipientium cur passim naturale vocetur:
& quod multa dura quidem benigne
induxerit. |



V M P R I M V M deus hominem ex luto & cœlo creavit corpore & animo perfectum, duplici etiam iure præditum fecit & utroque naturali. nam quoad animum ius naturale indidit, quod est semper æquum & bonum. leg. penult. hoc titul. & quod naturalis iustitia dicitur. leg. scire. §. consequens: de excus. tut. quæ non potest esse in feris, cum iustitia sit voluntas. leg. iustitia. hoc ritul. at bruta non quicquam iusti faciunt voluntate aut arbitrio, sed instinctu quodam, quod iuris nomen meretur, adeo laudabilis est. quippè qui sæpe rationis simulat imaginem in plurimis.

Ideo ut feræ sensu aliquo cognitæ diuinitatis moueantur. ut cum elephas religione siderum pollet solis ac lunæ veneratione, & multo magis dei siderum autoris. nam & maria gregatim transiturus inuitatur rectoris sacramento prius præstito de reditu, ut ait Plinius. nec putemus soli elephanti ferarum maximo dei notionem aliquam ingentam, cum plerique Rempubliam regio more gubernatam in apibus demirati, asseruerint esse apibus partem diuinæ mentis, ut poeta scripsit libro 4. Georgic. deum namque quocumque ire, per terras, tractusque maris, cœlumque profundum. siue ibi cœlum propriè capias, siue vſitate pro aère. §. prim. de iure natur. leg. prim. §. 1. de cloa. & in cœlo eiusmodi corui dei opem implorant, in cunis quodammodo à matre destituti atque implumes, & ipse deus dat alimoniam τῶν νεοσσῶν τῶν κορυδαίων τοῖς ἐπιχαλουμένοις αὐτῶν. id est, publicis coruorum inuocantibus eum Psalmo cxlv. i.

† Non immeritò animalium sæpe exemplo ad virtutem prouocamur. inde Hieronymus ad Rusticum monachum can. nunquam de consecratione distinc. v. apum, inquit, fabrica aluearia, ad quas te mittunt Salomonis prouerbia. monasticum ordinem & regiam disciplinam in paruis discas corporibus. & alibi de maritis nimium vxorij loquens: imitentur saltem pecudes, ne perdant filios cum venter intumuert. can. origo. 32. quest. 4. certè hoc ius, hoc legem, meritò quis appellauerit a claudauct, ut Ælianus libro historiarum animalium. 9. cap. 1. cum de leone loquitur parentes suos senes præda sua alente, quamuis Solon ille legislator talem pietatem cum lege lata non docuerit: sed, inquit, natura humanis legibus non egens ipsa immobilis lex ἀσπερ τὸ νόμοι: similem Aristophanes legem in Ciconiarum tabulis scriptam refert, ut vicissim soboles parentes alat. & Philemon apud Stobæum homines seruos esse opinio-num ait, brutum quam in lucem naturam attulerit pro lege habere, εὐθύς καὶ νόμον ταύτην ἐχει: neque rationem huc atque illuc circumagere. quod si lex appellatur quadrupedum aut animum obseruatio, quare non iudem ius dicitur, iure quidem optimo. nam iuris nomen non semper refertur ad iustitiam, ut eum quis sibi ius dicit in re propria, vnde ius crediti amittit & plectitur. leg. penult. ff. ad legem Iuliam de vi priuat. & cum summum ius summa est iniuria apud Ciceronem: atque æquitati renititur. leg. si seruum. §. sequitur. de verborum obligatione ut taceam ius naturæ propellendi iniuriam & vindicandi, de quo feris & hominibus communi paulò ante dixi. leg. ut vim. hoc ritul. vbi opportunè liquebit cognatio inter homines à natura constituta, qui tamen in suum genus auidè sauiunt, cum feræ non nisi in diuersas exasperentur. nam nec in leg. si non fuerint. §. fin. ff. pro socio leonis feritas leoni nocuit sed alieni generis animanti. † Ergo lex Euangelica, ne facias alijs, quod tibi non vis, merum ius naturæ diuinitatis particeps amplexa can. 1. distinct. i. bestijs communicatur inter se, non quia velle possint ratione, sed quia lege perenni deuinciuntur, & ita nolle aliud nequeunt. l. 3. ff. de regul. iur.

Quamobrem quod Deus ait Marci cap. 16. prædicate euangelium omni creaturæ, non refero ad subtile nugæ aliquorum, quasi in homine vis plantæ, pecudis, & Angeli sit vegetatio, sensu, ratione. sed ad phrasim creaturæ solum hominem creaturis reliquis sub cœlo præcellentem spectantis, ut Epistola D. Petri. 1. cap. 2. vbi iubemur obedire omni humanæ creaturæ, Regi potissimum: ergo creatura alibi ad humanam referenda veniet, licet non exprimatut tanquam ad idoneam capacemque diuini verb. leg. ut gradatim. ff. de muneribus.

† Sic euenit ut dicto, omnis, latissimè alioquin patès restringatur, non longè abieris cum in hoc. §. Vlpianus contendat ius naturale, quo de quæritur, cõmune esse omnium animalium, & tamen liquet apes & insecta alia ac murices & ostrea prolem non edere nec fouere. ita ut omnes pro præcipuis aliquando exposuerim. l. si quando. §. 1. ff. si seruit. vendic. l. 2. cum gloss.

gloss. de bonor. possess. vel certè est commune omnium animantium ius, & omnia docuit, sed non eodem modo in singulis exemplis. §. si. de perpet. & temporalib. acti. l. sed si hac. §. sed etſi. de in ius voc. vbi Accursi. nam & apes & murices tamenſi procreationi non student, tamen politico quodam more sponte naturæ congregantur, & amant inter se, & tutelæ suæ student, aut denique siderum vi, & fermè intelligentia aguntur. mox subdit Iurifconsultus hinc descendere matris & feminae coniunctionem nequaquam homini peculiaris, cum eius iuris peritia cætera animalia censcantur: hoc est, similia homini quoad gignendi desiderium & protegendi semer, & prolem, iuxta d. l. ut vim. hoc tit. accedit, quod nec in prolis edendæ affectu pari modo afficiuntur, cum hinc descendat matrimonium diuinitatem participans in homine. l. 1. ff. de ritu nuptiar. non in brutis animo aeterno cœlestique carentibus. sed satis est si dictio cætera aliquid repetat pene simile. l. non solum. de actionib. vbi stipulatio & cæteri contractus memorantur, & constat stipulatione solum promissorem vinciri nec vtrinque esse obligationem, ex qua contractus verè efficitur. Censeri verò eadem peritia explicui in ludicro opere de auiculis fermè puer, vixdū pubes, pro pariter adnumerari in peritorum iuris naturalis albo. l. liberi. ff. de assignand. libert. † Cæterum quia peritiæ nomen honorificum est, ut privilegij, honoris, & similibus, censeri pro insigniri & nobilitari nunc ausim exponere. l. 1. §. 1. ff. ad municipal. l. eum qui. C. de Episcop. & Cleric. quid enim clarius animalibus rationis diuinæ exortibus aliquod ius obtigisse, quod rationi simillimum videatur. Quod si quis inficietur cum L. Valla ius dici posse cocundi appetitum, aut nocendi imbecilliori, & occidendi, illicò respiciet, vbi paulisper animaduertit mala bonis esse finitima & vitia virtutibus, ita ut liberalitatem luxuria, parsimoniam auaritia æmuletur, & religionem superstitio. l. quæ sub. ff. de conditi. instituti. vnde appetitus minime eſſrænatus, sed intra naturæ cancellos manens ius est: si verò eodem egrediaur, iam incipit nominati iniuria & error, ut trinius in vxorem & liberos amor. d. can. origo. 32. q. 4. dici enim non potest quàm sæpe indulgentia parentum perni-mia natos ipsorum perdiderit: nec vxoris in maritum propensa affectio caret obiurgatione. l. si cum dotem. §. eo autem. ff. solut. matrim. vbi quoque reprehenditur in patrem nimia reuerentia, cum iustitia medium locum sectetur. §. 1. de consilib. in auth. col. 4. l. respiciendum. ff. de pœnis. sic nocendi appetitus aduersus hostes laudatur, & in aliqua gloriæ causa concertatione, quoad victus repugnare desinat. l. qua actione. §. 2. ff. ad legem Aquil. idem in fure qui se telo defendit. l. 4. eod. sed grammaticis ignoscendum, si more suo siue modo imbecilliores lacesant, atque adeo potiores, quos reuereri præstitisset.

† Non pœnitet dixisse matrimonium esse diuinæ rationis particeps & diuini iuris nedum naturalis bestia communitati, propter perennem animorum coniunctionem. l. 3. ff. de donati. inter vir. qui ne morte quidem dirimitur. §. quæ verò. in authent. de nuptiis col. 4. vbi liquet, quis mæror sit defuncti coniugis, coniuge superstite aliò amorem honestum traducente. adeo ut viduis nuptiæ sint infirmitatis quoddam remedium, si continere nequiverint. inde bigamiæ reiectio in sacris tractandis teste Apostolo ad Timotheum 1. cap. v. & cum deus dixisset cæteris animantibus crescere, ut multiplicemini, virum & mulierem duos in carnem vnam compegit sanctissimo vinculo parentum naturalem nexum excellentè Genesis cap. 1. & 2. Proinde cum ait Vlpianus à iure naturali cum beluis communi descendere matrimonium, non continuò negat quin ab altero potiore naturæ iure etiam descendat, quod diuinitatem meram redolet, & rationem inditam homini, protinus atque homo fuit ad dei expressam imaginem fabricatus. † Neque vnum ius naturæ exprimens lex, alterum æquale ortu excludit, & longè excellentius, de quo multo minus dubitetur. l. in metallum. ff. de iure fisci, verbo, postea, iuxta Accursium, & lab hostibus. §. si. ff. ex quib. caus. maior. in verbo, ante. ideoque idem Vlpianus alibi ait nuptias non concubitu sed consensu fieri: quod perinde est ac si dixisset, consensu præsertim fieri atque concubitu, velut appendice aliqua & accessione viliorè: cum maritalis affectio propter sobolem ritè inita mox concubitus expers probè coniugium conseruet. l. cum hic. §. si mulier. ff. de donati. inter vir. & senum effectorum nuptiæ, explosa lege Papia, recipiuntur. l. sancimus. 2. C. de nuptiis. sic dicimus stipulationem vtriusque partis, consensu perfici. l. continuus. §. 1. de verbor. obligat. non quin verba desiderentur omnino. l. 1. §. si quis ita. eod. sed quia præ consensu, verborum rara vis & gratia existat, ita profectò consensus inter coniuges inducit fidem & sacramentum in sene quoque vel ægro. l. si quis. ff. de liber. & posth. concubitus verò sobolem: sed nec solus hanc inducit, cum vera posteritas ex solis nuptiis na-

scatur. §. i. in auth. de nupt. col. 4. l. i. ff. solut. matrim. nec ausculto Euripidi in Andromeda, qui nothos liberos legitimis non posthabuit. *ὅτι μὴ νόθοισιν*, inquit, quasi ex sola lege male audiant. quanvis iuuetur hæc sententia à Iustiniانو. §. liceat. quibus mod. natural. effici. legit. col. vj. vbi natura ab initio naturales à legitimis non distinxit. Atqui lex quæ æquum & bonum pro scopo habet. l. i. ff. de iustit. & iure, apprimè intellexit æquum & bonum esse, vt concubitu vago prohibito, & ad insulam Remp. Platonis relegato, proles iusta ex nuptiis expectaretur, & ita ius naturæ rationi consentaneum nothos deprimeret, atque adeo arceret à parentum successione, legitimis extantibus, vt ibidem dicitur. sed etsi desint legitimi in feudo. §. naturales. si de feudo defunct. contenti. sit inter domin. & agn. † Ex his patet excelsa dignitas hominis, tanquam mortalis Dei, præ reliquis animalibus, non sensus tantum ardore sed animis coeuntibus honestum amorem metientis. d. l. 3. ff. de donati. inter vir. & ita genus humanum propagantis, vt corpore quodammodo suffectæ posteritatis æternitatem nonnullam retineat. l. liberorum. §. fin. ff. de verbor. signific. d. §. i. de nupt. in authent. cum potissimum nuptiis certa proles demonstratur. l. filium. ff. de iis qui sunt sui vel alien.

Non omitto hominis, cuius gratia natura fructus omnes produxit, partum in fructu non esse, sed operas. §. in pecudum. de rerum diuisi. l. 3. de operis seruor. ff. sed tamen pactione vel testamento constitui potest, vt partus in fructu sit, cum & ancilla ipsa legari vel aliter alienari possit. l. verus. ff. de usufr. est quidem dura eius rei pactione, sed facta semel toleratur. l. si venditor. in fin. ff. de seruis export. Tertio hominis dignitas ea est, vt rei, quæ pretio vilior sit, accedere pacto dedignetur; si fortè fundum vendens Stichum accedere dixerit pretiosior, nihil agat, secus si alij seruo nihili. l. iustissime. ff. de ædil. edict. at in rebus respicimus non id quod pretiosius, sed quod magis principale putatur. l. etsi non. §. fin. ff. de auro legat. l. si in emptione. ff. de cōtrah. empti. tamen si Paulus ibi promiscuè videatur sentire, idem esse in homine qui fundo viliori accesserit. Nisi distinguendum arbitremur, vtrum homo adiectus sit velut instrumentum rei quæ venit, an non: vt in priore casu rectè accedat, sicut in legatis lucrarij prorsus tituli, & ideo minore fauore prosequèdis. l. si ita. §. mulier. ff. de fundo instruct. d. l. si venditor. in fin. de qua dixi in Dialogis. Quarto pia erga hominem præstandū affectio efficit, vt hæres debitor aliud pro alio exoluens liberetur, id est, pro seruo legato iustam æstimationem. l. si domus. §. pen. ff. de legat. i.

† Quinto licet pro parte rei venditæ emptori detur actio, si pars eiusdem emincatur. l. i. ff. de euictionib. attamen non euicta parte hominis. l. si dictum. §. in stipulati. ff. eod. fortè quia homo rationis capax pro parte ad nos pertinens totius rei nobis lucrum facit: si, verbi gratia, seruus plurium vni dominorum non temerè sed nominatim quicquam stipulatur: ei enim soli acquirit. §. pe. de stipulat. seruor. vt veteres animaduertent a deo pollet animus humanus quocunque dirigitur. Quid denique quod solus homo ab interitu locum religiosum sepultura facit, quatenus terra regitur. l. 2. §. purus. ff. de religios. quod soli animo quem ante corpus velut hospitem & inquilinum recepit ego acceptum refero. eò magis quod si sectus homo variis in locis humeretur, solum locum religione decorat, qui caput continet. l. cum in diuersis. ff. eod. quippe cum animum in capite tanquam in arce thesauri vice deus abdiderit: & capite cælestis pulchritudinis figuram comprehenderit. l. si quis. C. de pœnis. Septimo non est quod taceam cæterorum animalium possessionem amitti statim atque oberrauerint non reditura, quanvis à nullo detineantur. l. 3. §. Nerva. ff. de acq. poss. hominis autem retineri, quoad reuertendi animum habuerit. l. si rem. ff. eod. igitur, inquit Paulus, earum rerum quæ ratione vel anima carent confestim amittitur possessio, non hominis voto reddituri. vbi Accursius, rationem vel animam, pro rationali anima explicuit. Nisi lubeat rationi id partim tribuere, partim sensibili animæ ferarum cicurum: quoniam in mansuetis animam redeundi inspicimus in possessione atque in dominio. d. l. 3. §. item feras. §. pavonum. de rer. diuisi. Iust. ex quo multum ornamentis & dignitatis accedit homini ratione fauissimas quasque feras permulcentis, vt leones: sed & draconum domi aluit Tiberius Aug. & manu sua cibavit, teste Suetonio. ita vt iam illæ circures ferarum numero non habeantur. l. i. §. bestias. ff. de postul.

† Sed iam venimus ad extremum, vbi Vlpianus docet ius gentium esse, quo gentes humanæ vtuntur: quodque à iure naturæ brutis communi discrepat, cum solis inter se hominibus sit tributum. ne non verum sit, quod iam attigi, iure naturæ angustius esse ius gentium, & ciuile trium angustissimum: cum solis quoque quadret hominibus, non tamen eodem modo. quoniam regna, populi, ciuitates; præterque suas sibi peculiariter leges moreque certos adiciunt. §. sed ius. de iure natural. l. omnes. hoc tit. proinde ius gentium est propriè ius

ius hominum. non enim gentes nisi ex hominibus constant. scio Cicetonem se iunxisse lib. i. de Oratore, & ei ignosco: Etenim, inquit, cum illi in dicendo incidere loci (quod per se euenit) vt de diis immortalibus, de pietate, de concordia, de amicitia, de communi ciuium, de hominum, de gentium iure, de æquitate, de temperantia, de magnitudine animi, de omni virtutis genere sit dicendum, clamabunt, credo, omnia gymnasia atque omnes philosophorum scholæ sua hæc esse omnia propria, nihil ad oratorem pertinere. Idem lib. 3. Officiorum; Itaque, inquit, maiores aliud ius gentium, aliud ciuile esse voluerunt: quod enim ciuile non idem tribuunt gentium: quod autem gentium idem ciuile esse debet. vbi nemo non miretur quòd ius gentium ciuili contribuatur, nisi mundum vniuersum pro vna habeat ciuitate, vt Diogenes interrogatus, cuias esset, *κοσμοπολίτης*, inquit: id est, mundanus ciuis. & cum constet omnes pene contractus esse à iure gentium. §. ius autem gentium. de iure natur. alienum à vero fuerit existimare eosdem ciuilitate inductos, cum nullus eorum consensu carere queat. l. i. §. pen. de pact. ergo imperare non potest lex vt aliquis contrahat, sed permittere commercia ad continendam hominum societatem inducta, vt foetus videbitur in l. ex hoc iure. hoc tit. si enim inuitis imperaret, consensum adimeret vt in iudiciis. inter. §. i. ff. de verbor. obligat. † merito tum idem Cicero tum iuris prudentes ius gentium naturali ratione inter homines coaluisse asserunt, & protinus cum ipso genere humano præditum. l. i. ff. de acq. rer. domin. §. singulorum. de rer. diuisi. quia instinctu quodam emerit non imperio. nec régm aliquis iniungere potuit ea quæ huius iuris esse prædicantur, cum regna ab eodem condita fuerint. d. l. ex hoc iure, multo minus magistratus quisquam: quippe qui prorsus ciuilis est ideòque iure gentium recentior multo. d. §. singulorum. sed ratio tūc di generis humani conspiratione salubri id constituit. exemplo sit seruitus illa prædura, quam mortalitati conferimus, & à iure naturæ abhorret sicut etiam à brutis, quæ potius in nescio qua libertate, quam retineri dicuntur, seruire iugum sentiunt. §. item feras. l. 3. ff. de acq. poss. nam non faciunt quod libet. l. libertas. de stat. homin. non enim aliud velle possunt pro arbitrio, quam quod natura ipsis iniunxit. cæterum inter homines ratio malum seruitutis inuexit, vt grauius propelleretur, nempe mors ob quam excludendam irrepsit d. l. libertas. præcipuè cum aduersus mortem remedio locus postmodum non sit, imò, aduersus seruitutem. l. 4. hoc tit. sed & plerique serui potentum liberis præcelluerunt, vt Parthenius Titi Augusti dignis lege noua. l. & hoc. ff. de hæredib. instit. qui & dominum vitium religiosè coluit, & à fratre Domitiano per insidias sublatum victus est nece altera instructa, vt Xiphilinus perhibuit: præterea ff. nonnulli serui ex lege necessariò manumittendi seruire æternum maluerunt, Exodi cap. 21. ergo si quid duriusculè iure gentium manasse contempleremur, euitadi durioris gratia usurpatur. vt cum sternuis sternuentis conuulsio singultum aufert, & caluities varicosos fieri non sinit, naturæ opificio secretiore. sic ius ciuile è duobus iniquis peius procul amolitur: adeo vt iustius vocet, quod minus habet iniquitatis. l. si procurator. ff. de doli. excepti.

L. II. Pomponius.

Veluti erga deum religio, vt parentibus & patriæ pareamus.

OBSERVATA IN L. 2.

- | | |
|---|--|
| 1 Religio iuris naturalis est iudicium iuris gentium. | 6 Duobus in oppidis simul domicilium alicui habere licere. |
| 2 Religionem quoque multum debere iuri ciuili, & eius nomen sæpe in reprobâ transferri. | 7 Quid sit colonia, quid municipium. |
| 3 Opinione humana vim religioni constitui. si filium voto non obligari sed iureiurando. | 8 Roma cur sit communis patria. |
| 4 Patria vt parentibus esse parendum, qui sint ciues, qui incolæ: & denique vbi quis, munita patrimoniij vel persona obire cogatur. | 9 Orbis Romanus vel hesperius quis sit: & exulantem à patria Romæ non manere. |
| 5 Naturalia num mutentur. l. i. §. bestias. ff. de postul. | 10 Patria sit ne potior parentibus, & in bona causa: quem aduocatum aduersus patriam audiri. |
| | 11 Pietas quanta erga matrem, quæ aliqua in liberis potestate censetur. |



RELIGIONEM esse à Iuregentium nemo apertius explicuit quam Cicero lib. i. Tusculanarum Quæstionum: firmissimum, inquit, hoc afferri solet, cur deos esse credimus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio. Multi de dijs prava sentiunt, id enim vitioso more effici solet, omnes tamen esse vim & naturam diuinam arbitrantur. Nec verò id collocutio hominum aut consensus efficit, non institutis opinio est confirmata, non legibus. omni autem in re consensus omnium gentium lex naturæ putanda est. hæc ille, suauiter quidem, sed non satis explicitè, nec forsitan verè per omnia, cum tam sanctam opinionem legibus confirmatam neget, quam leges omnes certatim confirmant, & approbant. Præterea nec ab origine rem ipsam repetit, id est, à principali naturæ iure à feris dissentaneo nimirum à ratione omnibus hominibus ferinum nihil redolentibus ingenua, de qua in l. cum ratio de bonis damnat. quæ non est ipsum ius gentium, sed potius huius iuris parens, & iuris ciuiliis finis atque anima, quam sæpe æquitatem vocauimus. d. §. singulorum. de rer. diuisi. d. l. bona. ff. de posit. Ius ergo naturæ tantopere à nobis commandatum propter l. pe. hoc tit. deum esse, instillauit mentibus hominum: ita ut deo duce deum esse quisque fateatur. Quæ est enim gens? quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat *εὐλαβίαν* Epicurus in volumine de Regula & iudicio, quod ideo cæleste vocauit idem Cicero lib. i. de natura deorum. ad eò ut inexcusabiles dicat Apostolus ad Rom. i. priscos mortales, qui cum deum & inuisibilia illius ex creatione mundi cognouissent, non ut deum laudauerint. nam ex perspicua rerum cælestium & syderum pulchritudine atque ordine facile coniectu fuit talia non fortuito sed artificis alicuius singulari industria componi potuisse.

*Nam cum dispositi quæsissem fœdera mundi,
Præscriptosque maris fines, annique meatus,
Et lucis noctisque vices, tum omnia rebar
Consilio firmata dei, qui lege moueri*

Sydera iusserit, ut cum Claudiano loquar. & quia iuris ars solidam continet philosophiam, ob æqui & boni notitiam. l. i. hoc tit. scetur Platonem, qui nusquam non proficitur philosophum oportere esse amatorem dei velut summi boni. & denique si lex seu fœdus tacitum naturæ, ac pactum generale, homines regibus suis obtemperare obstringit, quanto magis deo regnatori, ut D. Augustinus ait can. quæ contra 8. dist. ita ut liqueat, ante ius gentium iure naturæ merito eiusmodi reuerentiam promanasse, & mox longe lateque per mundum serpsisse. † Sanè quod Religio iuri ciuili plurimum debeat, vel ex definitione Iurisprudentiæ innotescit, quæ est rerum diuinarum, & humanarum, notitia. deinde quia ius ciuile ex variorum populorum opinione variè statuitur. l. omnes hoc tit. sic cultus numinis alibi aliter viget, prout lege duce circumagitur, & loco ac tempore accommodatur. ex quo illud in xij tabulis, quæ apud Tullium extat lib. 2. de legibus: Diuos & eos qui cælestes semper habiti sunt colunto. Illos quos in cælum merita vocauerunt, Herculem, Liberum, Esculapium, Castorem, Pollucem, Quirinum. Nocturna mulierum sacrificia ne sunt prater illa quæ pro populo ritè fient. multa alia omitto piè quondam agitata, sed piè magis oblitterata Christi luce emergente, ac docente, priscos ritus plus sacrilegij quam facti habuisse. l. pe. de pagan. & l. 3. C. de iude. vbi abolita iudeorum superstitio religiosa vocatur, sed ipsorum opinione. ex quo fit, ut religionis nomen anceps fiat, & ut tam mali quam boni particeps vsurpetur. nam improbatam religionem & impiam dicimus. l. non erit. ff. de iureiur. & magus ex matre & hato gignendus veniebat:

si verè est Persarum impia religio,

3 inquit Catullus. † Nec quisquam Romulū seu Quirinum ecolo donauit, præsertim fratris cæde & sanguine delibutum, nisi plena assentationis opinio, & lex Romana in vrbis condita memoriæ nemo præterea seruauit aut filium familias ex voto obligari impediuit præter legem, cum veteris obligetur iureiurando, saltem quatenus possidet in peculio. l. 2. ff. de pollicit. l. quidam. ff. de iureiur. nimirum enim propensius videbantur ad vouendum deo quilibet, si libertatem nanciscerentur, etiam filij à sacris vinculis excui pro summo beneficio reputaret. l. si. C. de offic. prætor. proinde lex sagax vbi videt facile ad iusurandum iri, eiusdè obligationè auferre. ne facile iridè peteretur. l. 2. C. de indict. viduit. tollend. ut alibi copiosius scripsimus. præterea Senatusconsultum factum CN. Cornelio Lentulo, & P. Licinio Crasso Coss. ne homo immolaretur referente Plinio lib. 30. cap. 1. satis ostendit in re valde seria

ius

ius ciuili religione modum sanctissimum præscribere. l. xij. de sicari. ff. † Sed an idem dicemus de patria, ut ei pareamus, sicuti parentibus, iure naturali, necum gentium ac ciuili? quod magis puto: natura enim ingenuit amorem incredibilem & reuerentiam erga patriam mortalibus, & suam cuique originem magnopere commendauit. ita ut nec mendacio nec assertionem contraria mutari patiatur. l. assumptio. ff. ad municipal. vnde natus in aliquo oppido si alibi ad optretur, lex iubet, tum in patria tum vbi ciuilitate patrem natus est, eum ciuilibus muneribus obstringi. l. ordine. §. si. eod. argumenti huius vinculi naturalis est eorum ipsum, ad quod homo naturaliter animo aspirat, quia ibidem vera animorum patria & origo est. Ciues igitur non voluntate cuiuslibet efficiuntur sed origine naturæ, vel allectione ciuili eorum qui donantur ciuitate, vel manumissione, atque adoptione. sicut incolæ domicilio. l. ciues. de incolis lib. x. C. ergo pluribus in locis aliquis ciuitatem haberi credi potest, ut seruus à quatuor domitijs manumissus. l. si quis. ff. ad municipal. l. municeps. eod. sic incola potest habere domicilium duobus in locis vtrouique similiter extractus. d. l. assumptio. §. pen. eod. Sed cum origo nos accersit ad munera, & aliunde ratio domiciliij, si munus personale sit (nam patrimoniale ibi subitur, vbi patrimonium constituetimus, & functiones ibidem penduntur ac sumptus. l. 1. §. illud. ff. de munerib. l. 1. de mulieribus & in quo loc. lib. x. C.) quæri potest, vtrum munus obire ibi teneamur, vbi larem posuimus, an vnde originem educimus? quod posterius præualet. l. libertus. §. præscriptio. ff. ad municipal. nam id quod natura obrigit præpoller adsciticio iuri. l. 1. §. ff. de tutel. l. dorem. §. si. ff. de castrenf. pecul. & superatur accidens à natura in domita. l. pen. C. de adoptionib. † Nec obest. l. §. bestias. de postul. vbi leo vel alia fera mansuetacta secum pugnantem non facit infamem, feritate nimirum deposita naturali: nam ibi eligi oportuit necessario alterutrum, vel considerari feram naturaliter aut accidentis mansuetudinis respectu, cum cessat pugnandi causa infamiam inurens. nos verò iam falsi sumus æque in duobus pluribusue locis aliquem ciuem videri, & muniis capiendis obligari, idque ferè magis honorificè quam grauati contingere. nec est par ratio fauorabilis. rei quæ odiosa. l. cui muneris. ff. de munerib. l. cum quidam. ff. de liber. & posthum. præterea mansuet fieri, & ferinum ingenium retinere, contraria sunt, nec simul stare queunt. l. eum qui. ff. de vsucapi. † Atqui multis in locis patitèr degere quemquam nihil habet contrarij, cum structura supellectilis & domicilium animo solo retineantur, non ut corpore aliquis duobus in locis maneat. l. Labeo. ff. ad municipal. & l. eius. §. Celsus. eod. Quod si alter locorum alteri accedat, ut vicus seu pagus oppido vel ciuitati, sola habet patriam in loco cui vicus responderet. l. qui ex vico. ff. eod. spectandum est igitur, an vicus per se reipublicæ cuiusdam imaginem sibi vendicet an non. l. sed & ij. ff. de publican. si enim accedit alteri potiori non est patriæ loco, sed illa quam subsequitur, & cuius præcipuis rebus vtitur. l. scire. ff. ad municipal. l. eius. eod. quia, inquit, in municipio contrahit, dies festos agit, fungitur honoribus: & in colonia colendi tantum ruris causa versatur sine laribus ac sedibus, potius municipij incola quam colonie censendus venit. Vbi Accursius coloniam pro villa accipit ut iurisconsultum accepisse competitio in l. 2. §. priuata. ff. ne quid in loc. public. l. ff. in lege. §. pen. ff. locat. † sed magis est, ut colonia ibi pro oppido aliquo intelligatur à municipio discrepante ut. l. 3. de stipul. seruor. quia si colonia villa esset, proculdubio accederet ciuitati, cui responderet, licet villa præcipuis colonus vteretur, ut ostendimus. ius ergo colonie & municipij non idem fuit, ut docet Gellius lib. xvj. Nocturni Atticarum cap. xij. quia colonia quasi per traducem ex radice ciuitatis propagata videtur, & iura communia populi Romani non sui arbitrij habet. nam cum procul gentes deuictæ fuissent, solebant Romani eò colonos ad inhabitandum mittere pulsus natiuis. l. pupillus. §. decuriones. ff. de verb. signifi. inde Velleius Paternulus lib. 2. historia Rom refert in legibus Gracchi nihil perniciosius visum quam quod colonias deduci decreuisset: id inquit, maiores diligenter vitauerant, cum viderent potentiorum Tyro Carthaginem, Massiliam Phocæa, Syracusas Corintho. Tacitus lib. xij. Annalium de Agrippina Claudij Augusti vxore loquens: quod vim suam, inquit, sociis quoque nationibus ostentaret, in oppidum Vbiorum in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius, ac fortè acciderat, ut eam gentem Rheho transgressam auus Agrippa in fidem acciperet, idè Paulus in l. si. de gensi. in Germania inferiore Agrippinenses iuris Italici sunt: vbi liquet non omnes colonias eiusdem iuris extitisse. Sanè destituti nouis coloniis nisi ea quæ domi habebant, prædia vendidissent antè emigrationem, fisci fiebant. l. certa. de iure fisc. lib. x. C. nec succedere parentibus in antiqua patria destitutis prohibebant, ut illic Impm. aiunt. sicut etiam eicctis veteribus possessoribus non omnia

victor princeps auferre solebat, sed quedam honoris gratia relinquere, id est, ex clementia delectu habito possessorum meliore facto dignorum. l. item si. §. pen. ff. de rei vendicat. l. in agris. ff. de acquir. rer. domini. vbi ager manu captus ab hostibus non omnino militibus assignabatur.

8 † Sed quia Roma communis patria nostra est, vt ait Modestinus in l. Rom. ff. ad municip. videamus an ea fuerit æqualis vel potior naturali cuiusque origine: & an patria fuerit omnium, qui imperio Roma. subiicerentur. quod ergo non puto: alioquin frustra disceperetur ab Vlpiano & Paulo, quos ille alibi legum Coryphæos claro præconio vocat, æquales quidem suos: an Lugdunenses Galli ac Narbonenses, tum Tyrii in Syria, & alij populi, ius Italicum quoad immunitates haberent. l. 1. & ff. de censu. eò magis quod hi iureconsulti Papiniani discipuli sub Alexandro Seuero, vt Lampridius tradit, floruerunt: sic longè post Antoninum Pium August. quo primùm edicente vulgus obrinuisse putat, vt vniuersi subditi imperio ciues Romani censerentur. §. si. vt liberti de ceter. col. vj. in authen. verùm Accursius ad eos tantum Antonini constitutionem porrigit, qui in vrbe Roma sunt non ad alios: nec immeritò ille quidem. quippe cum generaliter loquens Iustinianus de beneficio Antonini cuius subditorum concessio mox restringeretur ad eos incolas, qui peregrini vocarentur. puta qui confluerant in urbem, noui prorsus homines, quibus prætor peregrinus ius dicere olim suerit. l. 2. §. post aliquot. ff. de orig. iur. nam si peregrinum acciperemus ibi pro adæna Romæ accedentem & aliò profecturum, & animò incerto quò se conferret fluctuantem vt in l. eius. 2. §. penult. ff. ad municipal. iam ius ciuitatis Romanæ inuito tribueretur, quod animò solo respuitur. l. v. §. fin. ff. de captiu. Quare quod Roma communis patria nostra dicitur à Modestino, perinde est ac si diceret nostram iurifconsultorum: quia Romæ profiteremur. l. eos qui. ff. de vacat. muner. & ideò ab Vlpiano communis patria professorum nominatur. l. sed & reprob. §. fin. ff. de excuf. tut. vel nostram patriam Romam arbitrabitur, id est, ciuium qui Romam incolimus, quæ in d. §. si. regia vocatur, sic maiestas nostra dicta est Proculo in l. non dubito. de captiu. id est, Romæ vrbe, vbi caput est imperij & mundi. l. 1. §. sed et si. C. de veter. iur. l. 3. de consulib. lib. 12. C. vel denique quia italicum ius immunitatis plenum & Romæ exæquatum legitur, ac commendatur in d. l. 1. & fin. de censib. licebit nostram patriam dicere Romam, id est, Italicorum in propriis Italicis finibus, sicut exponit Seruius illud li. 7. Æneid.

In quoque littoribus nostris, Aenea nutrita.

Nam Caieta moriens Italico littori nomen dederat, non vniuersæ ditioni Roma. Hinc idem D. Pius propter antiquæ originis coniunctionem Troianis iura Romana communi-cauit, seu Italica. l. non tantum. §. 1. de excuf. tut. satis inueniens non aliter futuros participes, cum subditi quidem Romæ ad eò abessent ab Italia. † Sic igitur intelligitur illud Vlpiani. ff. de statu homin. in vrbe Roma, inquit, qui sunt, ex constitutione D. Antonini ciues Romani effecti sunt. ita enim Accursius & prisca schola legit, sed Alciatus & recentiores in orbe Romano legere maluerunt, quia orbe Roma. comprehendatur imperium. l. 1. de caduc. toll. l. 1. C. de eunuch. scilicet quia orbis pro cuiusque regno vsurpatur sic apud Martialem refertur libro 8.

Hesperio quæ sonat orbe Tagus,

Pro ora Hispanica & apud Lucanum lib. 3.

Ignotum vobis, Arabes, venistis in orbem.

Nam hi pro Pompeio militaturi contra Cæsarem accesserant, sed iam cuius persuasum est, non posse recipi vt orbis Romani homines nisi priuilegio aliquo fulciantur, ciues Romanos exæquent, ac duntaxat D. Pium præstitisse, vt incolæ Romani pro ciuibus meris haberentur. Attamen qui patria sua exulare damnatur, non potest Romam incolere. l. 7. §. constitutum. de interdicit. & releg. ff. quod non ideo euenit, quia Roma veniat patriæ vocabulo, sed quia non æquum sit regiam urbem incolere ab eo, cui minore interdicitum fuerit. Sicut cum alicui interdicitur prouincia quam habitat, in ea cuius oriundus est manere nequit. §. interdiceret. ead. l. præterea quicumque Romæ deprehendebatur, poterat ab aduersario iuris experiendi causa vocari: nempe ne desidia argueretur. l. nec non. §. si cum in ex quib. causis maior. ff. & vt tantum litem contestaretur, cum Romæ ius ipsum natum sit vel Constantinopoli. l. omnes. C. de feriis. non vt vtramque patriam dicere sibi quilibet possit, quamuis vtraque Roma appelletur. d. l. 1. §. Romam. C. de veter. iur. l. fin. C. in quibus caus. pign.

10 † Quoniam verò ius hoc expetit patriæ & parentibus pareri, sensere veteres ex ordine scripturæ

scripturæ potiore causam esse patriæ quam parentum. id est, patris, matris vel auorum. l. 51. de verbor. signifi. allegant l. minime. ff. de religiof. vbi non lugetur, imò impudè à filio occiditur, qui ad patriam delendam & parentes liberòsque interficiendos venit, qui textus occultè continet rationem, quare vsque ad eò patriæ deferendum sit: nimirum quia ipsam perditurus, simul parentes liberòsque ac cognatos perditum vadit. ergo quia vinculum Reip. secundum leges in disciplina militari consistit, ideò eam antiqui prætulere charitati liberorum. l. 19. §. filius. ff. de captiu. nec temerè patriæ nomen inditum est, vt Hierocles apud Stobæum obseruauit, à patre, sed pronuntiatione scæminea, vt intueretur patriam ex æquo instar vtriusque parentis habendam. non tamen errare puto eum qui parentes aut liberos in bona causa tuetur. contra patriam suam. l. pen. ff. de postul. nam d. l. minime. de religiof. loquitur de patre impio patriam lacerante, cui renitendum venit. sic vassallus tenetur iuuare bello dominum aduersus patrem & liberos cap. 1. §. fin. hic finitur lex deinde consuet. non tamen bello iniuste indicto. d. cap. in princip. sed & ingrati patriam deserere fas esse puto exemplo parentis. §. iustum. in auth. vt cum de appell. cognosc. col. 8. sæpè enim patria, vt Medea, in suam scæuit sobolem. † Quæ patria potestate tædet me iterare quæ dixi dialogo 15. vbi quoque de reuerentia erga matrem non nihil percurro & l. 1. C. de nupti. Nam pietas erga parentes non potestate firmatur ciuili sed obsequio naturæ. l. parentes. ff. de in ius voc. l. venia. C. eod. ita vt mater potestatem nonnullam habere censeatur in liberos quatenus pietas eius, quæ semper patre certior est, hortatur. l. furiosa. ff. de curatorib. l. 4. §. fin. l. seq. ff. de in ius voc. nam potestatis verbum non eodem modò vbique capitur. l. potestatis. ff. de verbor. signifi. & quod ibi dicitur potestatem in liberos ad patriam spectare, fateor in dubio, est enim nobilior quam materna propter honorem sexus præstantioris, sed pietatis ratio matrem extollit, si verum est quod in problematis tradit Aristoteles cap. 29. apud veteres scælestius habitum mulierem occidere aut pulsare quam virum. Lex enim imbecillitati naturæ opitulatur. ideò que nihil virile sed stolidum præstat, qui illam læcesit. l. a siduis. C. qui potior. nec solùm iugentium erga matrem hoc feruar, sed etiam dicitur ius naturale atque æquitas. l. si quis. §. 1. §. si mater. ff. de liber. agnosc. Vnde veteres Orestem furis actum referunt, quod matrem Clytemnestram, licet mariti nece pollutam occidisset.

Lex 3. Vlpianus.

Vt vim atque iniuriam propulsemus. Nam iure hoc euenit vt quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur. Et cum inter nos cognationem quandam natura constituerit, consequens est, hominem homini insidiari nefas esse.

OBSERVATA IN L. III.

- | | |
|--|--|
| 1 Vim vi repelli iura sinunt, & aliquando iubent. | 6 An armatus intermem aggressorem iure puniat. |
| 2 Iniuria repulsionem prius à natura iure quam gentium fluxisse: sæpè sine autoritate iudicis. | 7 Parenti corrigenti filium quando rectè vis repellens inferatur: & qualis cognatio generi humano superfuerit. |
| 3 Quid requiratur, vt se iure vlcisci quis possit: & an vltio pro defensione capiatur. | 8 Appellare pro inuito in causa capitali non semper licere. |
| 4 Si inuitus promissit, inuitum creditorem liberare cogo. | 9 Violento magistratui num vis iure inferatur. |
| 5 Quo moderamine se quis vindicare queat: & an fur impudè occidatur. | 10 Minax an occidi à metuente queat. |
| | 11 An minas perpeffus, fugere si possit, teneatur. |

D



VIOLENTIAM vi fas est repellere. Hoc docet Vlpianus protinus ea ratione subiecta, quod qui vim prius infert, utique delinquit, ergo non delinquit qui eum repellit. l. 1. §. fin. ff. ne quis eum qui in ius voc. in culpa quidem est qui resistit, sed impunè propter culpam lacescentis. l. scientiam. §. qui cum. ff. ad leg. Aquil. sic venenum quo aliud honestum tollitur, pro salubri remedio est. adeo ut lex interdum mulcet eum qui non resistit. l. devotum. de metaris lib. 12. C. l. 1. de Salgamo hospiti. eod. lib. C. nam ferendo veterem iniuriam inuitas nouam, ut dicebat Publius Syrus. & non licet pacto futura delicta accendere. l. si vnus. §. pacta. ff. de pact. ita nec nimia patientia. Et cum nefas sit non retundere iniuriam alij illatam, si possimus, propter cognationem hominum hic à iuriconsulto memoratam can. non inferenda. 23. q. 3. ergo nobis factam iniuriam iure omni depellimus: cum Deus iubeat, ut proximum tanquam nos ipsos, diligamus: non ignoro humanum esse ignoscere iniurio homini, & prorsus euangelio conueniens. l. furti. §. pactus. ff. de iis qui not. infam. sed aliud est supplicii ignoscere, aliud audaci resistere: ille enim veniam deprecatur admittæ culpæ, hic autem ex stulto insanus efficitur ex impunitate criminum nutricula. l. per omnes. C. de defensorib. ciuit. † Quocirca non tantum à iure gentium est iusta vindicta & violentiæ repulsio sed etiam à iure naturæ brutis & rationi consentaneæ. quia licet bruta iniuriam facere non videantur, leg. prima. §. ait prætor. ff. si quadrup. paupetr. fecis. tamen vim faciunt: & eorum qui prius vim infert, arguitur. §. cum arietes. eadem leg. & si muscæ ac formicæ offensæ insitum est, ut in hominem maioræque animalia insurgat imbelli icu, quanto magis homini in parem ac cognatum eodem autore luto & cælo progenitum licebit insurgere, & vlcisci? vel ob vnam æqui & boni regulam, quam ego paulò antè retuli: ne offendentis malitia inulta inflammeretur. d. l. devotum. de metat. ut non abs re Cicero lib. vj. Topi corum posuerit tuitionem sui, & vlciscendi ius, in æquitate naturæ nihil non vtile cuiuslibet suadentis. sed vis sine ratione iniuria est. vnde vis, literilis præposterè acceptis, ius continet: quia iuri aduersa sit violentia. non autem (ut quidam putant) quia ius aliquid violentum habeat. Proinde qui patientissimi quondam habiti sunt ob id vnum iniurias deglutiunt, quod nequirent commodè vindicare. ut Crates Thebanus in faciem cæsus à Nicodromo citharædo: nam fronti suæ inscripsit breuiculus: Nicodromus faciebat. quod perinde erat ac si iudicem imploraret, qui à potentioribus quemquam opprimi non sinit. l. illicitas. §. ne potentior. ff. de offic. præsid. si quid, inquam, æquitatis flagrat studio. l. nec quicquam. §. pen. de offic. proconsul. Verum quia dum iudicis expectatur auxilium, ferum quidem, permittit lex cuique vim facienti iridem facere, tum aduersus populatores, latrones publicos, & militiæ desertores, publicæ utilitatis gratia. l. 1. & 2. C. quando lice. vnicuique sine iudic. tum priuata. l. v. ff. ad leg. Aquil.

† Tria potissimum considerare oportet, ut vim vi repelli lex patiat: primum est, ut defendendi anime non offendendi aut vlciscendi repugnemus. d. l. scientiam. §. pen. ad leg. Aquil. nisi vltio priuati in principis vel Reip. utilitatem vergat, ut in d. l. devotum. & l. 1. quando liceat vnicui. C. utrobique Accursius mauult exponere vltionem pro defensione, sicut in l. qui cum natu. §. si libertus. ff. de bonis liberr. vbi quoque scire debuit veram vltionem filio patroni contra libertum calumniantem concedi, sed sine vi vlla coram iudice, & sic vltio propriè vbi que capitur. Insuper vltio contra violentum permittitur, ut rem ipsam de qua deicimur recuperemus, non ut in personam scruiamus. l. 3. §. eum igitur. ff. de vi armat. Secundò itaque sic demum iure vis repellitur rem auferentis aut à re nos expellentis, si incontinenti repulsio fiat non ex interuallo: cum impetus calor deseruisse potuit. d. leg. tertia. §. eum igitur. l. quod ait. §. fin. ff. de adulter.

† Planè si quis me vi compulit aliquid promittere, possum longè postea vicissim compellere, ut me liberet. quia voluntas saltem coacta utrinque adest, nec tractatus admodum criminalis est in vi eiusmodi compulsua. l. sed et partus. §. 1. ff. de eo quod met. caus. l. si mulier. §. pen. eod. non quo prætermittit l. xiiij. §. qui vim. eod. vbi vis hoc pacto pulcherrimè secernitur. hæc omnia temperanda veniunt officio iudicis. l. si alius. §. bellissimè. ff. quod vi aut clam. nam facilè dolum dolo, vim cum vi compensamus, si mores publici non offendantur, vel publica utilitas. l. fin. §. pen. ff. de eo per quem fact. erit. l. si vxor.

si vxor. §. iudex. de adult. ut quoque adnotauit interpres in l. r. C. vnde vi.

† Vbi teritiò requiritur vim vi repelli cum moderamine inculpatæ tutelæ. inculcata verò dici meretur, si verisimiliter non sim euasurus nisi eum occidam, aut vulnerem, qui me prior iniuste prouocauit, quod caput est huius tractatus. l. 1. §. illud tamen. ff. de aqua cotidian. l. 4. ff. ad leg. Aquil. vbi furem diurnum occidere licet, si se telo defendat, quia ipsius defensio iniustissima, quædam penè aggressio est. ita ut è fure fiat sicarius: cum furari ab initio non debuerit, non magis quam nocturnus, magis impunè occidendus, nisi sine periculo alieno potuit retineri. l. furem. ff. ad legem Cornel. de sicar. sed nec iam cedentem & supplicantem velut deditione facta cuiquam vulnerare licet. l. 7. §. si in colluctatione. ff. ad legem Aquil. ne cum hostis calamitate videatur dimicare potius quam cum viribus eius, quem in amplorem vindictam ad magistratum deducere potuerat.

Sed nec oculus fas erit effodere violento, qui rem vilem abstulit, verbi gratia, lecerululam, si non vnà vulnerauit lucernæ dominum. l. si ex plagis. §. 1. ad leg. Aquil. ergo cum ratione aliqua insanire oportet eos qui vim vi trudere parant, & cum moderazione. Planè abunde vapulasse videtur is qui iuste meruit leuante manum aduersario. l. item apud. §. 1. de iniur. sicut armis deiectus censetur qui armatos in fundo ipso formidat. l. 3. versic. qui armati. ff. de vi armat. † An verò inermem armis repellat, dubitatur? quid ni: forte robustiorem, & qui temeritati suæ expensum ferre debet, quod armatum adoriatur. nam in culpa est qui vires suas non meritis supra illas audet. l. idem iuris. §. 1. ff. ad leg. Aquil. punietur tamen qui arma fert, nec miles, nec viator, nec denique salutis suæ gratia. l. 1. & pen. ff. de vi public. sed punietur ex lege Iulia, ut sisco multa quæritur, non ex lege Cornelia pro stolido iniuriam sua culpa perpeffo. l. v. C. de mod. mult. nolle enim debuit neminem potentiori parem fore. l. 3. ff. de alien. iudicij mutand. nisi arma occultè portarentur, ut in d. l. si ex plagis. §. 1. vbi inermis oculum effodit ei qui. dolonem acutum in flagello latentem habuit: adeo in rixis atque in bellis fortuna dominatur. † Inculcata etiam tutela non erit in patrem auumè vim correctionis inferentem, non magis quam in medicum qui amaram potionem salubriter propinat. nam emendatio propinquorum medicina dicitur. l. 1. C. de emendat. propinq. vbi atrocitas patris corrigentis reprehenditur & iudice correctore indiget sicut mediocritas pœnæ domesticæ filio proficit, ne publica plectatur. l. si adulterium. §. incestum. ff. de adulter. est autem irreuerens filius, qui scuticam patris aut manum asperè retinuit, aut baculum fregit, instar militis vitem frangentis, centurionum antiquum insigne. l. xiiij. §. irreuerens. ff. de re militar. nisi quod paulò durius cum proteruo milite ageretur quam cum filio. l. 19. §. filius. de captiu. Et cum hic lex vim & iniuriam propulsare sinat, ad vim respicit dumtaxat, quæ habet iniuriam cognationi communi hominum repugnantem, propter quam alium alij insidiari dedecet. Quare vis iustissimè illata à patre, à propinquo, à centurione, æquo animo ferenda veniet tam iniuriæ expers quam particeps hortationis prosperrimæ. & vis benigna à iure commendatur. l. 1. ff. de tutel. insidiosa etiam in patre odiosa est. l. diuus. ff. ad leg. Pompei. sed efficacius in aliis personis, inter quas tamen cognationem quandam Vlpianus ponit, id est, improprie, ut ostendit dictio, quædam. l. 37. §. cum quidam. ff. de recept. arbitr. fugit namque iam pridem inchoata à primo parente cognatio. sed eam modicè instaurat lex, ut deterrat amplius ab inferenda contumelia, quæ à cognatis nobis acerbior semper infligitur. l. capitalium. §. omnia. ff. de pœn. cum potius hominem beneficio ab homine affici deceat. l. seruus ea. ff. de seru. export.

† Ita ut, eodem Vlpiano autore, cuius homini permissum sit appellare sola causa humanitatis pro condemnato in capitali iudicio, quamuis damnatus perire festinet. l. non tantum. ff. de appell. & quia inuito datur beneficium, cum ad tertij utilitatem vergat. l. soluendo. ff. de negot. gest. Hoc vergit in humani consortij utilitatem, cui quidem nihil magis salutare fertur quam delicta puniri; sed præstat innocentiam cuique suam incolumen conseruari. l. absentem. ff. de pœnis. Ergo pro manifesti sceleris reo frustra prouocabitur. l. 2. C. quorum appellat. non recipi. nec potest dici festinare, ut pereat conuictus, qui salua æquitate saluus nequit euadere. Alioquin ius imperat resisti iudici appellationem spernenti. l. quoniam. 2. C. de appellat. quid ergo more gigantum cum diis pugnat licet? nam magistratus deorum nomine censentur Exodica. 22. diis inquit non detrahes & principi populi non maledices, id est, iudici. §. si ciuitatis. l. xvij. de excus. tutor. sed in d. l. quoniam. alij officiales ceruicem in iudicem exigunt nò priuati autoritate. l. omnes. de decur. x. C. vel priuati autoritate legis fretus, qua prælucente

nihil sit illegitimum, quia legi iudices obsequuntur ex officio. l. prohibitum. de iure fisc. lib. x. C. d. l. denorum. de metat. xij. C. §. i. de offic. iudic. Inst. † Aliàs vetatur vim facere vim facienti magistratui, vel iis qui ab eo iubentur exequi: cum talis vis publica nitens potestate non habeat iniuriam. l. xij. §. is qui iure. de iniur. ff. l. quod reip. eod. l. non videntur. §. qui iussu de regul. iur. poterit tamen magistratus conveniri apud altiorem iudicem, si quid perperam admisserit muneris sui fiducia vel imperitia. l. quemadmodum. §. pe. ad leg. Aquil. & quidem durante munere, si perpetuo fungatur, vel temporali, si in eo deliquerit. l. 4. C. ad legem Iul. repet. sin aliter delinquat, sustinetur ad tempus accusatio. l. nec magistratib. ff. de iniur. Quæri potest, an minantem occidere fas sit: Respondeo, si ante minas struxit insidias, ut latro, vel aggressor accinctus gladio, impune occiditur. l. i. quando lice. vnic. siue verbo minax, siue manu, velut signo dato. d. l. item apud. §. i. de iniur. secus si inermis ac imbecillus minas elusorias iactauerit. l. 4. ff. si plusquam per leg. Falcid. in summam nulla vani timoris excusatio est. l. vani. ff. de regul. iur. maxime cum liquet minantem cum per multis Martem in lingua & pedibus tantum habere, ut risu non bile excipi debeat.

Sed an fugere potius oporteat is, cui seræ minæ sunt, cuique vis inferenda imminet, quam propulsare conatum alterius? & non putem: cum fuga nihil secum boni habeat. l. lege. ff. ad Syllani. certè est & ignoscitur ei, qui pudori suo pepercit. l. Quintus. ff. mandat. atq; ut pudoris periculum famam præstringat apud bonos viros. l. ob hæc. ff. de iis qui not. infami. l. 2. ff. de obsequiis, utque etiam inter supplicia ferè numeretur, meticulosus & ignavis maxime. l. i. C. de statuis. præcipue si in conspectu frequenti hominum aut fugere aut resistere aliquis adigatur. l. prætor. §. si. de iniur. l. omne. §. qui in acie. de re milit. ubi in milite valde præteruerecundum est fugisse in acie, neque laudabile aibi. nec quicquam est quod magis fugere debeat quàm turpem fugam, si quid retinet militis.

Lex IIII. Ulpianus.

Manumissiones quoque iurigentium sunt. Est autem manumissio de manu missio, id est, datio libertatis. nam quandiu quis in seruitute est, manui & potestati suppositus est: & manumissus liberatur potestate. Quæ res à iuregentium originem sumpsit. utpote cum iure naturali omnes liberi nascerentur, nec esset nota manumissio, cum seruitus esset incognita. Sed posteaquam iuregentium seruitus inuasit, secutum est beneficium manumissionis. Et cum vno naturali nomine homines appellarentur, iuregentium tria hominum genera esse cæperunt: liberi, & iis contrarium serui, & tertium genus liberti, id est, qui desierant esse serui.

OBSERVATA IN L. 4.

- | | |
|---|---|
| 1 Quæ sit origo manumissionis non omnino tolerantis seruitutem. | 8 Manus est potestas & manumissio filij est. |
| 2 Libertas definitur, quæ naturalis est. | 9 Mancipium licet manu non capiatur, etymum seruat. |
| 3 Cum iure quis prohibetur id quod vult facere, liber manet. | 10 An ingenuus manumitti queat. |
| 4 Lex permittit illicitum quod fieri nollat, & sic libertatem augeri. | 11 Minor qui se vendi patitur, non proclamat. |
| 5 Violentia nulli aufert libertatem, & iumenta non proprie seruire. | 12 Libertus nouum nomen capit. quis sit libertinus, quod lex ipsa manumittat. |
| 6 Sanctiam in seruos natura prohibet, & eos agros deserui. | 13 Mira ex audacia manumissio Spartaci. |
| 7 Manumittens dat libertatem & suam retinet. | 14 Triplex diuisio hominum. |
| | 15 Serui ascriptitij, originarij, censiti. |
| | 16 Serui nouitij & veteratores, & hos momento sepe fieri. |
| | 17 Tituli serui uenilibus scripti. |

Manumissio



MANUMISSIO expultrix seruitutis dicitur, ut seruitus libertatis, nisi quoddam seruitus nullum libertatis vestigium relinquit. manumissio autem non prorsus libertatem redintegrat. unde fit, ut libertini homines tertium genus efficiant maximo eorumdem bono. nam & ij qui mirifice libertati fauerunt, ius patronatus incoleme seruauerunt. manumissori, ut ita quamplurimi prouocarentur ad dandam libertatem seruis. §. si. ut liberti decetero aureo non indig. annul. col. vj. cum Iurisperito cauendum sit, ne dum nimis indulget alicui personæ, eiusdem commoditati, blandimento noxio, detrahat. l. quod si minor. §.

non semper. ff. de minorib. Manumissio ipsa res antiqua est, quippe cum sex annis seruitij exactis septimo seruis libertate donaretur necessario Ieremiæ cap. 34. ubi indignatur deus id non seruari humanitatis erga seruos à dominis, quod præceptum fuerat Exodi cap. 21. sic Pyrrhus Achilles filius Helenam Hectoris fratrem ac Andromachen viduam captiuos abduxit. postea è seruis famulos effecit, sic namque illa loquitur lib. 3. Æneidos,

iuuenemq; superbum *Seruitio enixè tulimus.*

Me famulo famulamq; Heleno transmisit habendam.

proinde sicut isti ab scorpis ab eisdem remedium accipiunt, ita seruitus manans à bellis iuregentium inducis, ab eodem iure accepit manumissionem. Sed ne quid præposterè tractemus, de libertate prius differendum ducimus: eò magis quod hæc cognita protinus contraria seruitus cognoscetur. §. i. de iis qui sunt sui vel alien. iur.

† Libertas, ut Florentino placet. est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut iure prohibetur. l. 4. de stat. hom. natura enim libertatem cuique tribuit, quoad bella inuenere seruitutem, fortunæ non naturæ nomen, ut modo de Heleno & uxore eius ostendimus regali sanguine progenitis. §. liceat. quib. mod. natural. efficiant. legit. col. vj. l. si id quod. ff. de condit. indeb. ubi eam ob causam inter dominum & seruum consistit obligatio nexa naturæ vinculis. quare huius iuris memores Romani, & aurei seculi sub Saturno bellis nondum grassantibus, cum seruis dies festos agebant, & simul epulabantur, circa diem xiiij. calend. Ianuar. hinc dominus quidam sic seruum alloquitur Sermonum lib. 2. apud Horatium:

age libertate Decembri,

Quando ita maiores soluerunt.

nimirum ij qui naturæ institutum obliuioni dare nequibant, & seruitutem ex sua definitione contra naturam aperte cognoscebant. d. l. 4. de stat. homin. licet interim similitudine aliqua libertatis volucris fruerebantur. l. quis sit. §. idem ait. ff. de ædilit. edict. nam si qua duce natura simulatur seruitus, profectò obsequium & reuerentia appellari verius meretur: ut cum liberi parentibus subsunt. l. venia. C. de in ius voc. sic cum mulier in mariti manum fertur venire, seu potestatem societati simillimam. l. ex ea. §. i. ff. de verbor. obligat. l. i. ff. de r. i. amorat. sic principibus obsequimur, nec tamen maritus ingenuus se ancillæ viri esse iactabit. nec princeps se non nisi seruis imperare profitebitur. l. non dubito. ff. de captiu. Itaque cum iuregentium prædiorum seruitutes æquè comparatæ sint aduersus naturalem illorum libertatem. §. si. de vsu & habit. si ager superior inferiori dominetur, & aquam per præcèps situ loci in eum demittat, quem fecundat pinguedine, iam quasi seruitus hæc dicitur non autem proprie. l. i. §. si. ff. de aqua pluui. quia seruit inferior editio-ri, ne quodammodo ingratitude reus fiat. † Ex his tolli potest obex non minimus, qui libertatis definitionem parum ingenuam parumque tutam prima fronte declarat: nam si libertas est naturalis facultas faciendi quodlibet, nisi iure prohibeatur, ergo serui erunt liberti, & exceptio subuertet regulam penè ut in l. venationem. ff. de vsur. nam seruus iure prohibetur facere si quid ipsi collibuit iure, & quidem præclaro, & ratione fulto, id est, iuregentium, ut liquet ex definitione seruitutis.

Quamobrem iure impediri facultatem libertioris facultatis accipere oportet pro iure naturali dupliciter instructo: sicut, ut iam ostèdi, homo duplici naturæ iure simul atque hominextitit, enituit, id est, eo iure quod nihil aliud est quàm ratio præcellentibus deteriores subdens aliquid reuerentia, ut parentibus, & principibus tacita naturæ pactio. l. venia. C. de in ius vocan. can. quæ contra. viij. dist. & insuper iure illo naturali bestiis communicato, per quod efficitur, ut pulli catulique brutorum genitoribus subsint, diligant, & ut fera cæteræ asurgant leoni, sicut leo percillitur pânore aspectu gallinacæ hõ minus quàm boues viso pânorubro deterrètur. l. in furti. §. si. ff. de furt. igitur qui instinctu naturæ potentioribus obsequitur, nihilomags seruus dici meretur, sed laudatus instar præcipis vltro legibus propriis se

submittentis. l. digna. C. de legib. Vel legemus, iure prohiberi liberum, quod libuit, ne faciat, id est, civili vt. l. i. §. si. de superfici. nam lex imperiosa est. l. legis. ff. de legibus. vbi punit quoque non parentes, ac tanquam iugo omnes premit vsque ad bonum & benè consultum principem. l. i. C. de infirm. pœnis cœlibat. multa quidem permittit, vt pro arbitrio restari, contrahere, sed vt dignum est iuxta legum præscriptum. §. disponat. in auth. de nupti. col. 4. l. nemo. ff. de legar. r. nec ille consensus tantopere commendatus in conuentionibus ita insultat, vt legis fræno non cohibeatur. l. iurisgentium. §. prætor. ff. de pact. † Quinetiam plerâque lex permittit submurmurans, vt fieri ea interim nolit. l. nec in ea. ff. de adulter. l. sed si ego. ff. ad Velleian. nec immunem à pœnæ specie dimittit rem illicitâ permissu facientes, obiurgat enim & pudore premit. l. 3. §. 1. de offici. præfect. vigil. l. 1. C. de statutis. in summam lex seruituris aliquid imponit, vt liberos homines efficiat, patris exemplo in filium iriatque ipsum castigantis, ne iuuenili amentia se fortunasque suas perditum eat, si legem abstuleris, scelerosi dominabuntur, optimi quique seruiant, imò miserè occident. l. per omnes. C. de defensorib. ciuit. merito qui quid iure civili fieri prohibetur, libertatem auget, non extenuat. nec quisquam Adamum illum sine controuersa totius mundi Regem libertate caruisse dicit, quia interdictum illi fuisse à deo esu pomi nimium eruditi, & morte demum expiandi. † Nec vis inferens libertati contrariam necessitatem. leg. 1. ff. eo quod met. caus. libertatem aufert: cum verbi gratia, aliquis à latronibus detinetur hostium numero non habendis. l. hostes. de captiu. aut si sit in vinculis. leg. ait prætor. ff. ex quibus caus. maior. sic competit interdictum de libero homine exhibendo pro illo qui à quouis iniurio detinetur. leg. prim. de liber. hom. exhibend. licet specie seruituris opprimatur. l. 2. eodem, id est, similitudine. l. quis sit. §. idem ait. ff. de ædil. edict. l. 2. de iureiur.

Ex supradictis patet iumenta, quibus ex dei imperio homo naturaliter dominatur Genesis cap. 1. seruire, nec seruitutem contra naturam pati à iuregentium, idèoque nec propriè serua esse: sicut fugiunt, nec sunt fugitiua. leg. Labeo. §. fin. de ædil. edict. sed verbo seruiendi abutimur, vt cum aliquis alicui operatur, etiam si liber sit, seruire potiori locatis fortè operis dicitur non ineptè. l. cum hæres. §. Stichus. r. de stat. lib. Item dum cliens patrono nobiliori seruit, hoc est, ex officio comiter obtemperat. §. fin. in quibus caus. feud. amitt. l. v. de exactoribus tribus lib. x. C. sic alibi ostendi seruisse Chamum fratribus suis Genesis. 9. id est, pendisse tributum sicut de rege Osea dicitur lib. Regum. 4. cap. 17. vbi etiâ prophetæ nuncij, dei serui vocantur: bona venia secus enarrantium dictum velim, ne non liberè cum veritate proloquar. † Quia verò iure naturæ non discernuntur serui à liberis, naturalis ratio suadet vt seruire in seruos domini desinant, aut legem intolerandæ seruitutis vlticem expectent. sicut experta est Vmbritia matrona ex leuissimis causis, in seruos atrox, & idèò relegata in quinquennium à D. Adriano. leg. 2. de ijs qui sunt sui. nam nec Deus pietatis autor inter seruos & liberos discrimen constituit, vt Apostolus docet ad Galatas cap. 3. idcirco seruis licet esse monachis, si dominus non refragetur. §. si seruus. in authent. de sanctiss. episcop. col. 6. §. de monach. col. 1. refert Athenæus libro v. cap. v. i. p. rimum Athenienses lege sanxisse, vt seruorum querimoniarum de iniurijs audirentur. quam legem non possum non commendare, considerata præsertim fortunæ volubilitate, quæ quoties lubet è seruis dominos, & vice versa, efficit sicut contigit, vt idè tradit Chijs à Mithridate Cappadoce bello superatis, quos omnes victor seruis dedit. Et quoniam non sat est abstinere à malo, nisi fiat id quod bonum est, dominus ægrotanti seruo opitulari debet pro facultatibus, aut eò mittere vbi ægri publicè aluntur, & curantur. l. 1. §. sed scimus. C. de latini. libert. nec obest quod dominus seruum rei capitalis accusatum iudicialiæ fortunæ impunè committit. leg. seruus. de statu homin. ff. quia iudex non solet desertos ope reos deserere, adèò vt pro absente & pene contumace in bona causa det sententiam. l. 1. post. ff. de iudici. vt plenius dixi in l. 2. C. de accusati. ex quo imminente periculo dominus seruum dederè nequit, puta vt in arena bestias depugnet more damnatorum. l. circumcidere. ff. de hæcari. offerat iudici scelerosum potius. planè periculosam rem experiri committere potest seruo, non mala mente, sed qua seruus artifex sit & fabrica periclitari seruum vel alium experit. l. seruum quem. ff. de action. empr. vbi in seruo iam vendito non idem recipitur.

† Manumissio est datio libertatis, vt hic patet, vbi luscitat Accursius inquirens, quomodo possit dominus dare libertatem: & quidem suam non dat, nec alienam: atque vt cumque det, verius detegit eam quæ est in seruo iure naturæ, vt qui spicas tritici excutit. l. adèò. §. cum quis ex de acquir. rerum domin. sed non est ita, quia in seruo omninò liber-

tas

tas extincta fuit iuregentium, quod naturale quoque dicitur, & rursus alio iure naturali omnium excellentissimo, id est, ratione, vt seruantur capti bello potius quam mactarentur. l. libertas. de stat. homi. atque ira ius naturale civili non tollitur. §. penult. de iure natur. sed alio iure naturali potiore. l. Stichum. §. naturalis. de soluti. Insuper dat libertatem dominus, & suam retinet intereà, vt cum suam iurisdictionem dat proconsul, quasi lumen accendat de lumine sine iactura. leg. penult. de offic. eius. cui mand. est iurisdictione. idem euenit in alijs rebus incorporalibus, vt cum quis seruitutem in fundo constituit, nec illam in suo habet: quia res sua nemini seruit. leg. vti frui. ff. si vsusfruct. pet. Accedit, quod potius habet dominus ius dandi libertatem, quàm habeat id quod dat: vt cum prætor dat iudices & tutores. leg. prim. ff. de iurisdictione. sed Accursius verba aucupatur, non videt sententiam, vt se exhilaret in ludicris.

† Manumissio est igitur missio de manu, id est, potestate: nam hic & particula inter manum & potestatem explicat, non sciungit. leg. consilij. ff. de regul. Iul. leg. fin. §. fin. ff. de religiof. manus enim nihil aliud quàm potestas est. leg. secund. de origin. iur. quocirca manumissio magis inclinat in filium quàm in seruum: filium enim natura patri subdidit, seruum violentia. §. liceat. quibus modis natural. efficit legit. col. v. r. vnde asperius nomen inditum filio quàm seruo. nam emancipari dicitur, non sine mancipij mentione. inde pater vocatur manumissor & filius manumissus: & ius patronatus illi seruator licet diuersum ab altero. leg. prim. §. fin. & leg. secund. ff. si à pare quis fuer. manumissus. & rubrica ibidem. sic in leg. secund. ff. de offic. proconsul. vbi manumittuntur tam liberi quàm serui. nec debuit Accursius ibi adnotasse verbum idem manumissionis propriè & impropiè simul accipi, sed verius verbum manumissionis, vt adoptionis, esse genus & speciem. leg. prim. ff. de adoption. leg. pecuniæ. §. actionis. de verborum significatione. nam propriè tam filij quàm serui manumittuntur, sed eadem manumissio secatur mox in manumissionem & emancipationem, quæ propriè filios filiosque intruetur. leg. liberum. de adoption. leg. 1. §. alienatio. ff. quand. de pecul. annal. sit. vbi Vlpianus noster interpretatur edictum prætoris, & merito emancipari filios solum dicit & seruos manumitti, quia prætoris edictum verbo manumissi & emancipati utebatur, cum alterum prorsus suffecisset, sic dicimus mulierem & virginem. l. alioquin. ff. de contrahent. emprion. tamen virgo quoque mulier est. leg. mulieris. de verbor. signif. vbi Accursius. iuuat. leg. si cui. ff. de condit. & demonstrari. & rerum diuersitas cogit verba idem significantia aliò atque aliò traducere. §. aliò. quibus modis testament. infirm.

† Mancipium, quia manu caperetur dicitur seruus. d. l. libertas. respectu primæ origiginis: vt accidit in crymis. nam non ignoro mancipium dici de quolibet seruo domi nato vel empro etiam de ancilla. leg. penult. ff. pro suo: sed mancipia primo capta manu sunt, & serui primò seruati à nece, ita possessio à pedibus, quia primò immobilia cœpere possideri pignus à pugno nominabatur, quoniam non nisi traditione obligaret. leg. prim. ff. de acquir. possess. leg. plebs. §. pignus. de verbor. signif. & hoc Vallam fecellit lib. 5. cap. 34. vbi mancipium deducit, quia in manu sit. Ausonius de Bisfula puella scribens ipsi aduersatur:

*Capta manu, sed missa manu, dominatur in eius
Delicijs, cuius bellica præda fuit.*

† Pergit Iurisconsultus ostendere per manumissionem expelli seruitutem: quia liberi sunt, qui excutiuntur à iusta seu vera seruitute. leg. liberti. de stat. homi. nam priuatio non potest fieri eius, quod non extitit. leg. decem, de verborum obligatione idèò ingenuus, qui putatur seruus, non manumittitur. §. fin. de ingenu. Excipio ingenuum qui patitur se manumitti, vt libertus locupletis viri fortè efficiatur, & sic firmat, id quod antea nullum & irritum fuerat. leg. filio. ff. de iniust. testament. vt & is cui prius competeat libertas fideicommissaria quàm manumitteretur. leg. Titius. ff. de action. empr. quia in eius arbitrio est vtrum malit ex manumissione quàm ex fideicommissio liberari. sed hæc vulgus non curat, teritur tempus tantum in exoletis vocabulis ab ijs qui dum antiquitati antiquatæ student, delirant. leg. prim. de vsucapi. transform. C. † Quemadmodum autem post inductam iuregentium seruitutem emer-

fit alia seruitus iure civili, cum maior xx. anni sponte venit pretij participandi causa. leg. & seruorum. de stat. homi. ita etiam iure civili manumissionis non vnus modus inductus repetitur, vt paulopost ostendam, postquam retulero, eum qui venit scelerato con-

filio licet minorem xxv. annis non proclamare in libertatem, sed manumissum libertinae conditionis fieri ingenuitati pristinae restitui. l. homo. ff. eodem, quia deliquisse censetur. leg. auxilium. ff. de minoribus. malus enim in semet, in alios nihil non ausurus praesumitur. leg. cum autem. §. malus. de aedil. edict. nihil vero durius in se moliri potuit seruitute. leg. fin. C. de patri. potest. vbi olim patri licuit filium occidere non in seruitutem redigere, honore scilicet libertatis, quae turpissimè promeritalis efficitur. † Libertos patroni nomen assumpsisse olim in confesso est, ex Tullio Tyrone, & Tullio Laurea, libertis Ciceronis, & alijs. idque patet in l. nisi. §. quamuis. ff. si plus quam per legem Falcidiam. Utque semper libertos ad certum patronum referimus, sic libertinos appellamus designantes conditionem eorum qui manumissi fuere, addit Suetonius in Claudio August. libertinos aetate Apij Claudij Caeci & post aliquandiu dictos quoque ingenuos ex manumissis natos.

A lege manumittuntur, qui in praemium libertatem accipiunt detecti alieni criminis pretio serui per fiscum repenso. leg. secund. & 3. quibus ex caus. serui pro praem. liber. C. vel reuelata nece domini, quo casu melius est libertus, nempe viuentis. l. si necem. ff. de bonis libert. sed mortui orcinus. l. qui ob necem. ff. qui sine manumiss. praeterea lex manumittit eo pacto venditum, vt ab emptore manumittatur intra tempus, vel nullo praefinito tempore. l. fin. eodem, nec sua frustratio emptori prodest. † Plerique alij modi legalis manumissionis habentur in d. l. 1. de latio libert. C. vnum à me obseruatum non possum filere in leg. 3. §. si seruus. ff. de acquir. possess. vbi praeclearae audaciae merces seruo libertas extitit: si seruus, quem possidebam, inquit Paulus, pro libero se gerat, vt fecit Spartacus, nec iudicium liberale pacti paratus sit, non videbitur à domino possideri, cui se aduersarium praeparat: sed hoc ita verum est, si diu in libertate moratur.

Non igitur de quouis seruo hac statuuntur se liberum iactante, sed de illo qui Spartacum assimilet: cuius audaciam nemo non laudet, licet oderit: vt qui dominis suis dominari ausus ortus in Thracia gladiator egregius, coacta aequalium manu quadriennio Italiam late vastauit, vt Acrom adnotauit Horatium lib. 3. explicans, ode x i i i.

Spartacum si qua potuit vagantem.

Fallere testa.

nec minus Roma turbata fertur tam infesto hoste, à quo iam C. Caesius proconsul occisus fuerat quam fremente quondam ad portas Annibale: certè, vt Claudianus ait in libro de bello Getico,

*Vilis cum Spartacus omne
Per latus Italiae ferro bacchatus & igni,
Consulibusq; palam toties congressus inertes
Exuerit castris dominos.*

Extremae esset amentiae seruitutem arbitrari in tam ingenuo pectore: aut Lentulum, à cuius ludo fuisse traditur, habuisse animum possidendi eiusmodi seruorum, cuius vim & soletiam iure metueret, nec tam fugituum diceret vt l. quod autem. ff. de liberal. caus. quam ab eo timeret fugati iusto exercitu: memor forsitan Seruium Tullium, sextum Romanorum Regem, Ocretiae ancillae filium fuisse, non ergo in diuturnitate temporis libertas maturuit tantum, sed in magnanimitate Spartaci. maximè cum diu biennio concludamus. l. cum domini. ff. locat. equis non putetur diu aluisse exercitum seruus, si vel semestrem ductauerit, & cum eo summos duces prosequerit: donec à Licinio Craeso fortissimè dimicans, quasi imperator, vt L. Florus ait, occideretur. Ergo diu pro decennio cum Accursio & Bartolo non capiemus, cum Spartacus vix quatuor annis Romam tenuerit prudentiae singularis mancipium, & supra fortunae suae rationem mansuetus ac strenuus homo. ita vt, teste Plutarcho, in vita. M. Craesi è Gracia oriundus credi posset instar Barbari illius è seruo in praetorem Rom. euadentis non quidem vi illustri sed fallacia. l. penult. de offic. praetor. ff. & tamen quae decreuit ibidem comprobantur, si vel anno vel citiore tempore munus gesserit quod plus anno non durabat. §. 1. de perpet. & tempore action. At Iason necquicquam aestuat, vt probet Spartacum non fuisse fugituum, nec malae fidei, nec aetoris sed ei partes sustinuisse aut sustinere recusasse: quia in d. §. si seruus. iudicium liberale pati non curaret. sed pati iudicium actor quoque dicitur. d. l. quod autem de liberal. caus. & nemo vnquam dubitauit, quin Spartacus seruus fugituius extiterit, sicut cuius exploratum est eundem complures duces liberrimos viribus corporis & animi longè superasse

14 † Tria hominum genera hac l. constituuntur, liberi serui & mistim libertini, cum prius omnes

omnes liberi nascerentur, & vnica esset ingenuorum conditio. deinde lecta in eos, qui ingenui manerent quique serui fierent, & rursus qui pristinam libertatem recuperarent, sed iure patronatus seruato. quare naturalibus restitui à principe non debet libertus nisi consentiente patrono, cuius interest. l. fin. ff. de natalibus restit. vt sic natus existimetur ingenuus. l. 2. eodem. idèd hic non faciet speciem separatam hominum sed pro ingenuo habebitur. Sed nec libertinus propriè tertiae speciei erit à liberis discretus, cum sub liberis comprehendatur. l. & seruorum. ff. de stat. homin. vbi liberi in ingenuos & libertinos finduntur, ita vt sint tantum duo genera hominum, nempe liberi & serui. sed nihil vetat in plures species diducere vberioris doctrinae gratia id quod paucioribus comprehendi possit. d. §. alio. quibus mod. test. infirm. sic tertia species sub secunda potuit contineri, vel ab ea secerni vt l. 2. ff. de donati. caus. mort. l. conuentionum. ff. de pact.

† Quod si iurisconsultorum seculo coloni ascriptitij cogniti prorsus fuissent, non dubito quin hominū tertij genus in his posuissent. quia ascripti fundo certo colendo ab eo nequeunt discedere neque sine illo alienari. l. 2. de agricol. & censu libro x. C. vbi liberi eorum paternam sequuntur conditionem, vt quoad alia ingenui, quoad terram, cui seruiunt, serui censeantur. leg. 1. de colon. tyracen. eodem libro & l. 2. in quibus caus. colon. domin. accus. vbi perbellè mixtura seruilis libertatis ostenditur siue originarij sint, siue nuper in eius culturam adsciti, vt scilicet reddituum frugum & fructuum domino praestent, ex quo censiti etiam vocantur. nec obest l. ne diutius. de agricol. & censu. vbi innuere seruitutem integram videtur imperator. quae, inquit, differentia inter seruos & ascriptitios intelligatur, cum vterque in domini sui positus est potestate? sed haec generalis interrogatio restringitur ad propositum, quo de agitur. nimirum vt vterque pariter matris conditionem potius quam patris sequatur. sic in l. circa. ff. de probati. idèdque merè serui inuito domino monachi fieri nequeunt, imò ascriptitij, modò aequè agro colendo vacent. §. si seruus. de sanctiss. episc. col. 9. decet enim quemlibet in caelum properare suo non alieno sumptu. Proinde constat ascriptitios semiliberos à nobis non abs re nominari. quia seruorum vnica conditio est. d. l. & seruorum. ff. de stat. homin. quare cum hi non pro domini arbitrio in quoslibet vsus operasue traduci possint, sed duntaxat agriculturae deditentur (quam monacho Rustico mirificè commendat D. Hieronymus in can. nunquam. de consecrat. distinct. 5. & in qua reges & duces clarissimi diu laborarunt pari voluptate saltem. C. Fabritius pulso Italiae finibus Pyrrho rege nobilis) iam seruis ascribi non debent.

Atqui licet seruitutis vna sit substantia, tamen variae sunt & dissimiles seruorum qualitates, & propriè dixero dignitates, & officia, artesque. l. sed et si quid. ff. de usufr. † Inde alij sunt ordinarij, alij vicarij ordinariorum peculio clusi. l. si seruus. ff. de pecul. item alij nouitij alij veteratores. ex quo aedilium edicto prohibentur mangones pro nouitio veteratorem interpolari, ac sic vendi facto fuco, cum detrita mancipia reformare sit difficile, teste Vlpiano. l. principium. ff. de aedil. edict. itaque Timotheus musicus solebat duplicem mercedem exigere ab ijs discipulis, quos ante alius in tibijs instituerat; vt Quintilianus tradit, propter dedocendi laborem. sed Valla in reprehendendi arte planè veterator libro v. ab Vlpiano dissensisse putat Venuleium. l. si. §. si. ff. de aedil. edict. vbi seruum veteratorem non spatium seruiendi sed genere & causa aestimandum, iuxta Caesium, ait. nam quicumque ex venalio nouitiorum emptus alicui ministerio praepositus sit, statim eum veteratorum numero esse. Nouitium autem tyrocinio animi sed conditione seruitutis intelligi. nec ad re pertinere latinè sciat loqui necne. nec ob id veteratorem eum esse, quod liberalibus studijs eruditus sit, hinc aere iurgium, quod Venuleio repugnans Vlpianus temporis spatium veteratorem à nouitio distinxit. idcirco cum portorij iure pro nouitijs mancipijs publicanus aliquid capit, veterana putat Martianus quam iam anno seruerunt. l. fin. §. quoties. ff. de publican. vt videlicet aliquis certus finis sit, cum serui alij alijs dociliores intelligantur. l. vetus. l. sequent. ff. de tritic. vino leg. nec omnes artes pari temporis curriculo discuntur. ceterum Venuleius nequaquam in iure ciuili nouitius conatur ostendere singulari ratione è nouitio seruo repente veteratorem fieri: atque è contrario nouitium censerit alium, qui diu in aliqua disciplina exerceatur. de priori subdit exemplum in eo, qui à vernaliario, idest, mangone sit emptus. l. mercis. de verborum signific. & confestim praepositus alicui ministerio: quia emptor praeponeus seruum tanquam duces ministerij, aut operae, vel artificij, tyronem esse distinetur seu nouitium: quasi statim magister euaserit is qui opificio vel militiae praeponeatur vt l. fin. C. de testam. milit. nam praepositus dicitur

34 magister & aliorum præfectus l. 3. de institor. ff. l. 1. §. magistrum. 2. ff. de exercitor. atque sic ex causa veterator redditur momento è nouitio. quia fortè ante seruitutem homo ministerium tale callebat. Secundò ex veteratore facimus nouitium vice versa, in ijs quæ ad solum spectant animum: si quis fortè seruus pridem specimen ac rudimentum literarium præstiterit Astrologiæ, aut Musicæ, aut denique alicuius liberalis disciplinæ præter has, siue Latine, aut Græcæ, vel Gallicæ. nam hæc ornamenta animi veteratorem neminè faciunt, quãuis non nisi diuturna diligentia addiscantur. ergo Diogenes venditus Xeniadì non fuit veterator vnquam: aut certè illicò fuit, cum rogatus quid sciret agere, respondit, liberis hominibus imperare: ac protinus filiorum eruditioni à Xeniadè præpositus fuit. sed profectò dotes animi nullam manus operam impediunt, sepius adiuuant, & exornant. sic propter animi vitia non fit redhibitio, nisi mista sint corporeis. l. ob quæ. §. prim. ff. de ædil. edict. quare architectum peritissimum veteranis minime aggregarem, si industria tantum alijs faciendâ dicitur, nec manibus operaretur. In edictò curulium sic scriptum Gellius notat libro 4. cap. secund. Titulus singulorum seruorum vt scriptus sit curato sanè qui seruum vinctum vendit, non habet necesse fugitiuum pronunciare. leg. si tamen. §. qui. ff. eodem, sed iam nouitia enarratione veritatem explanasse sufficiat.

Lex v. Hermogenianus.

Ex hoc iuregentium introducta sunt bella, discretæ gentes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi, adificia collecta, commercia, emptiones venditiones, locationes conductiones, obligationes institutæ; exceptis quibusdam, quæ à iure civili introducta sunt.

OBSERVATA IN L. 5.

- | | | |
|----|--|---|
| 1 | Bella iuregentium an sint feris communia. | nec in feudis vel præscriptionibus. |
| 2 | Armorum causa fuit iustitia, & leges armis iuari. | 19 Ususfructuarius quod sit in dominio. |
| 3 | Rege auspice bellum iustum esse, & quid sit, ad edictum respondere. | 20 Dominia varia à iure civili. |
| 4 | Ius militare civile in quibus versetur. | 21 Testamento sit dominus: & an testator dominum faciens instituat. |
| 5 | Pax iuregentium quo fine sit. | 22 Testamenti origo civilis est: & pacto olim successionem datam. quid in codicillis. |
| 6 | Duella sunt à iure civili, & an victum duello fas sit necne. | 23 Deportatus non sit heres à pagano. |
| 7 | Gentes in regiones diuise. | 24 Deportatus nec codicillos quidem facit, nec donat causa mortis. |
| 8 | Regum creatio, & Roma sub Consulibus regum imperium non defuisse. | 25 Fines agrorum & edificia iuregentium. |
| 9 | Duo simul imperatores quando inceperint, & cur Dii appellati. | 26 Deportatus amittit ciuitatem vt civilem cum hæc sit iuregentium: muri sancti. |
| 10 | Quod placet principi lex est, & quæ fuerit lex regia. | 27 Muros an egredi liceat cõtra legem pro utilitate Reipubl. |
| 11 | Non omnes reges sunt paræ potestatis. | 28 Fines violans punitur licet ignoras, & quid de edificio in finibus. |
| 12 | Princeps se dominatu abdicare potest, non magistratus. | 29 Agrum confinem occupans partim quid luat. |
| 13 | In principem à populo translatum fuisse prorsus imperium: sic nec Senatam ius facere, Marte suo. | 30 Comercia quid significent: nec omnia iuregentium fuisse, nisi sint contractus. |
| 14 | Quid sibi vult in l. 1. de constitu. princip. et in eum datum imperium. | 31 Contractus superficiei & emphyteosici à iure civili. |
| 15 | Dominiorum diuisio iusta est, & iniquum fore, si omnia sint communia. | 32 Quasi contractus à iure civili fluxit. |
| 16 | Solus princeps non est rerum dominus: & quid de emphyteuta. | 33 Ideò & conditio indebiti & iudicia. |
| 17 | Dominium utile num sit aliquibus. | 34 Emptio non est civilis, sed pecunia. |
| 18 | Nusquam inueniri nisi unicum dominium | 35 Nundinarum origo sacris coherens. |
| | | 36 Rescriptum principis quando præscribatur. |

37 Obligationes

- | | | |
|----|--|--|
| 37 | Obligationes quo vinculo rationis & pudoris iuregentium neberent. | turalem tolli. |
| 38 | Transactio post iudicia civilis fuit. | 41 Literarum obligationem verius à iuregentium prodijisse. |
| 39 | Civilis contractus natura obligat, & sublata obligatione naturali civilem protinus emanescere. | 42 Vinculum naturale non deesse literis, & quandiu competat exceptio pecunia non numerata. |
| 40 | Tam iureiurando quam iudicis sententia na- | |



ELIVM † à iuregentium originem ducere non sine controuersia & scholastico certamine recipi potest: cum iusgentium solis hominibus commune sit, à ferisque discrepet. l. 1. §. si hoc tit. sed feræ non inter se tantum in suo genere bella cient. l. 1. §. cum arietes. ff. si quadrup. pauper. sed etiam in bruta alieni generis vt ipsi in tauros leones, atque adeo in homines, qui spectaculi gratia aduersus feras ideo depugnabant, vt passim in iure legitur. Quinetiam Palamedes inclixus dux Græcorum bello Troiano artem instruendi aciem exemplo gruum didicisse atque monstrasse traditur: quarum æmulatione diuus Hieronymus non erubuit homines excitare ad regis ac ducis vnus obseruationem can. in apibus 7. q. 1.

Cæterum quia iusgentium maxima semper ratione fulcitur, si quis penitus introspicat l. 1. ff. de acqui. rer. domin. videbit bellorum causam à feris valde alienam esse. hæc etenim immutabili instinctu & impetu quodam pugnant, & contra imbecilliores sæuiunt: nec rationem in ita confertationis adferre queunt. nec grues alio ordine quam literato volare norunt, suæ peritiæ ignaræ. Homo verò iustitiam militiæ suæ expeditè cognouit, aut simulat fœdera & inducias miscet: nec legatos hostium iuregentium sanctos violari impune sinit. l. si. ff. de legation.

† Nec dubium est quin bella primum esse cœperint, cum operæpretium fuit scelestos & impios extrudere, qui societatem humanam iure naturæ cuncta in communi possidentem fœdauerant, & sibi pro libidine quiduis assumebant. ita Hercules Libycus mundum peragrauit, vt tyrannos debellaret: & postea alij. l. 1. C. de offici. præfec. prator. Afric. proinde Homerus in hymno ad Martem ait,

συναρογὲ θεμιτων, Αντιβιοισι τυραννε, διχοστατων ἀγὲ φουδῆ.

id est, auxiliator Iustitiæ, iniuste tyranne, iustissimorum dux hominum. cuiusquidem rei vestigium est, quod decreta iudicum sine manu militari opitulante sæpenumero eluderentur. l. qui restituere. ff. de rei vendic. & regnorum fines ab hostibus inuaderentur. quare armorum vinculo vt legum stabilitur Reipubl. proœm. Instit. Non omitto deum Iustitiæ autorem præcipuum bella permittere inter mortales, vt gladio perdat, quos sacris legibus ad tramitem æquitatis nequit reducere. can. si quos. 23. q. 4. † & quod bellum cuique subditorum licitum præsumitur, quandiu regi suo obtemperat, nisi euidenter deum impugnet quia regi parere deus iubet, & iuregentium idem præcipitur in hoc. d. l. can. in apibus. & can. quid culpatur. 23. q. 1. vt plenus in feudis dixi cap. 9. sic sententia iudicis iusta semper asseritur, habita relatione ad id cuiusmodi esse debuit, & lex regis. l. pe. hoc tit. vnde inconsulto principe potentissimo bellum indicare nefas est. l. 1. vt armor. vfus. lib. xi. C. l. 3. ff. ad legem Iul. maiest. vbi qui iniussu principis bellum gesserit, delectum uè habuerit, reus læsæ maiestatis est. ac sic priusquam prælietur, si tyrones alios uè milites iam delegerit coacto exercitu. nam primò eligebantur, & mox in numeros referebantur, recensebanturque nominatim, ne qui deessent, & qui ad edictum non respondebant, cum dux vocari iussisset, vt proditores prisca seueritate damnabantur. sed mitigata pœna edictum est, vt deteriores obeant militiam substituto alio milite voluntario. l. 4. §. qui post. ff. de re milit. vbi quidam legunt, ad delectum non esse responsum, non ad edictum, sed hæc vetus lectio probatur in l. si is cum quo. ff. communi diuid. edictis enim superiorum aliquis præsto esse iubetur. l. 1. ff. de requir. reis. & ad nomina respòdere, vt de militibus loquitur T. Liuius. lib. 7. certè in toto iure militiæ tyronibus aliquantò plus indulgetur, si peccauerint, quàm aliis disciplinæ peritis. l. 3. §. si plures. de re milit. ff. & d. l. 4. §. fin. † Ergo post iusgentium irrepsit in arma & castra ius quoddam civile, quod militare vocamus. vt circa ferias & induciarum aut pacis nexus: ac circa pœnas militum ab officio aberrantium, prædæque diuisionem pro meritis, vt docet Isidorus can. ius militare. 1. dist. quæ omnia non vno modo apud omnes gentes custodiuntur. vt cum Romano iure castrensis miles rem à duce vetitam faciens capite punitur, etiam si res benè cesserit. l. 3. §. in bello. de re milit. & M. Curius consul,

(inquit Valerius Max. lib. 6.) delectum subitum educere coactus, cum nemo iuniorum respondisset, coniectis in sortem omnibus tribubus primum nomen Polliæ adolescentis vna extractum citari iussit: non respondentis bona hastæ subiecit: eoque collegium tribunorum appellante, bona eius & ipsum vendidit. At hoc triste magis quam seuerum plerisque videretur, vel Lycurgo Spartiata, qui saltem edito recenti aliquo facinore veterem ignominiam abolere militibus lege sua permisit, vt Suidas memorat.

5 † Pax quoque ab eodem iuregentium manauit. can. iusgentium. dist. 1. & milites pro pace excubant. l. famosi. ff. ad legem Iul. maiest. propter quam bellum geritur iuxta ea quæ paulò superius dixi de bellis iusta ratione inductis, & ex necessitate, teste D. Augustino can. noli. 2. 3. quest. 1. Proclus quoque Platonius in lib. de anima scripsit belli finem esse iustitiam, pacis autem amicitiam, & belli initium iniustitiæ acceptum refert nempe propulsandæ: sic pugnat cum frigido calidum, quando alterum alterius sedem occupare contendit. & quia prima pax pacto inita fuerit iuregentium æquè introducto, inde euenit vt à pactiōne pacis appellatio defluerit. l. 1. ff. de pact. plerumque etiam victores, non summo iure vsi, certo pacto victis solent ignoscere. igitur bellum & pax tanquam amarities & mel ab eodem fonte, sicut seruitus & manumissio quoque, deriuantur. l. 4. hoc tit. & vtraque

6 magno æquitatis prætextu nititur. † Duella verò quibus controuersia definiuntur pugna singulari à iuregentium vix orta suat, vixque paucæ gentes illis vsq; produuntur, ac iudiciis ascribuntur. §. si rusticus. de pace tenend. & eius violator. in Feud. iudicia autem ciuilia sunt. §. singulorum. de rer. diuis. & casibus fortuitis præsertim in capitali causa adnumerantur. l. seruus. de stat. homin. sic profectò in duello multi sub iusto clypeo perierunt, vt est in lege Longobarda, cuius meminit Accursius in l. vij. §. plane. ad legem Aquil. ff. vnde bella quouis iure permittuntur. itaque D. Ioannes non à signis milites iussit discedere, sed contentos esse stipendiis suis, & ab omni concussione abhorrentes Luca cap. 3. atqui duellum velut dubiæ alex experimentum ius pontificum respuit, licet aliquando David in Goliath eo vsus feliciter legatur can. monomachiam. 2. q. 4. verum quatenus duello periclitari liceat, id potius moribus aliquarum gentium quàm ratione dignoscetur. Romanis certè quondam vsurpatum argumento est, quod Plinius lib. 7. cap. 28. tradit L. Siccium Dentatum octies ex prouocatione victorem discessisse. vetat vero lex, ne victus ac sese dedens occidatur. vt scilicet victor & aduersarium, & seipsum vnà, superasse laudabiliter intelligatur. d. §. plane. ad leg. Aquil.

7 † Eodem iuregentium, adulto satis genere humano, discretæ sunt gentes, quasi ex vna plures fierent pro regionibus, quas occupassent in vacua totius orbis ditione. cum plures homines simul consentire & coalescere vix diu possint. l. 1. §. si. de acqu. poss. vt bini primum fratres mundi, & rursus regni illius Romani, satis demonstrarunt. nec igitur cognatio concordiam retinere potuit, aut si potuisset, fugit tamen labentibus aliquot annis & gradu ad extremum decimo. §. si. de successi. cognator. igitur prouincias seuerere, & gentium extruere metropoles præ reliquis ciuitatibus excelsas. l. vj. de excus. tutor. de quarum finibus certus modus nullo iure præfinitus est, nõ magis quàm fundorum, cum ex vna vnouè complures sectione voluntaria regum aut dominorum fiant. l. 3. ff. de offic. assessor. l. quod in rerum. §. pe. ff. de legat. 1. † quomodo autem reges creati fuerint lepidè ostendit Lucretius lib. 5. non ita dissentiens à iurisconsulto,

*Ingenio qui præstabant, & corde vigeant,
Condere ceperunt vrbes, arcemque locare,
Præsidium reges ipsi sibi perfugiumque,
Et pecudes & agros diuisere.*

Tametsi vt regibus certis obediamus ante iusgentium innatum hominibus fuerit, non minus quàm apibus à iure naturæ, pacto quodam tacito & generali. can. quæ contra. 8. dist. cum per vnum omnia commodius gubernentur. l. 2. nouissimè. ff. de orig. iur. idque natura ostendit vnus dei & vnus solis exemplo, nec Romani post expulsos vrbe reges, cum duos creassent consules regij imperij capaces, vno dictatore carere potuerunt. l. 2. §. exactio. §. seq. ff. de origin. iur. sed & duo consules vnus vicem sustinebant. l. magistratus. ff. ad municipal.

9 † & similiter duo Imperatores sæpe rerum potiti sunt æqua potestate, postquam Diuus Antoninus Pius ab Hadriano Augusto adoptatus, mox sibi adoptauit Ælium Verum & Marcum Antoninum, tam grata nouitate geminorum Imperatorum, vt nonnulli fasti consulares ab his sumerent ordinem consulum, vt Ælius Spartianus tradit in Veri vita qui passim in iure ciuili diui fratres benignius. l. si. C. de donati. inter virum. hinc Socrates in Mennonè Platonis: *χρησὶ οἱ Λακωνες ὄταν πῖνα εἴγκομιάζουσιν ἀγαθὸν ἄνδρα, θεῖος, φασιν, ἀνὴρ ἔτος.*

ἔτος. id est, Lacones quoque dum aliquem virum bonum laudant, diuinitus, aiunt, vir hic hinc recti iudices dii apud Prophetam nuncupantur Psalmo 81. quales primum fuere reges l. 2. de orig. iuris, vbi de Romulo tractatur. & profectò à principio iurisgentium valde profuit iis qui reges destinarentur spectata virtus, indoles, ac bonitas, cæteros præuertens morales. nec Octauio Aug. quicquam magis profuit ad imperium ex consensu populi & Senatus assumendum. ideo cum post infesta bella pace & seueris legibus seculum suum stabilisset, dictator perpetuus, paterque patriæ dictus, teste. L. Floro lib. 4. cap. 12. tractatum etiam in senatu, inquit, an quia condidisset imperium, Romulus vocaretur: regia nimirum præditus auctoritate.

† Huc pertinet quod Vlpianus ait in l. 1. ff. de constituti. princip. Quod principi placuit 10 legis habet vigorem: vt pote cum lege regia quæ de imperio eius lata est, populus ei & in eum omne suum imperium & potestatem conferat. nam quamuis tanta esset Augusti felicitas, vt omnibus terrorem honestum incuteret, cumque astutè simularet se dubitare, an tantam regni molem recusaret, à Senatu populoque identidem rogatus principatum accepit, vt refert Dion Cassius lib. 53. & Quidius, qui prope interfuit, lib. 4. de Ponto elegia 13.

*Nam patris Augusti docui mortale fuisse
Corpus, in ætherias numen abisse domos.
Esse parem virtute patri, qui frana rogatus
Sæpe recusati cepit imperij.*

patebat antea imperatoris nomen & principis, sed ad duces exercituum & ad potentiores ciuitatum & optimates. §. seruitus. de iure person. l. 2. ff. de orig. iur. vbi Papyrius leges regias ordine digessit vnus è principibus viris. l. diui. §. fin. de pœnis. nam & princeps appellatur præcipuus etiam in malis. l. in hoc. ff. de seruo corr. paulatim verò regiam verè potestatem continuit. l. si. C. de legib. l. pen. C. de donati. inter vir.

Quamobrem postquam iusgentium regna adiuuenit mox lege tributa est meta imperij regibus. alioquin si lex sola reges fecisset, præriperet hunc honorem iuri antiquiori: quod recipi nequit. † Neque verò regia lex omnibus sine delectu summum ius & liberrimum 11 indulgit, vt cum de consulum dominatu promulgata fuit. l. 2. §. exactis. ff. de origin. iur. ita in Lacedæmonum republ. rex non habuit rerum omnium summam in manu sua, sed quoad bellum omninò & sacrificia, non alibi. nam maledictis & conuiciis non semel incessebatur in concionibus, vt Agamemnon ille Homericus, sicuti obseruauit Aristoteles lib. 3. Politicorum cap. 10. diutissimè quoque in aula Gallica pene ad Carolum vsque Magnum, ij qui Maiores domus vocabantur magisterio militiae præfuere, regibus maiestate ignaua contentis, qui vitæ necisque potestate censentur hac ætate. sic liquet fundamenta regij culminis iurisgentium esse facultatis distributionem iuris ciuilis. ita ab illo eodem iure diuisio agrorū terminis positis manauit: sed quomodo & quatenus fingeretur ciuile prorsus est. l. quod principis. ff. de aqua pluui. † Planè Vlpianus refert populum sese abdicasse omni potestate, & omnimodam in principem transulisse militiae & iuris, idque perpetuò. l. 1. de offic. prætor. ff. quia id licuit populo non habente superiorem. l. 2. §. & cum placuisset. ff. de origin. iur. id imperatori vt Diocletianus & Maximianus fecerunt: atqui magistratui non perinde liceret inconsulto principe. l. Legatus. ff. de offic. præsid. nihil ergo retinuit populus aut Senatus pristinae dignitatis, ne frustum quidem. non me terret, quod Senatui legem condere Romæ licuit. l. non ambigitur. ff. de legib. quod etiam Proconsules in opimas prouincias mittere perrexit, vt Imperator præfides eiusdem potestatis. l. & ideo. ff. de offic. præsid. l. 4. ff. de offic. præsid. vt fufius aliquando demonstrati: Cæterum postquam radix totius imperij principis genio adhæsit, ramos quosdam administrationis vicissim iis communicauit, à quibus acceperat ius eximium. quæ sic placuit populo pertæso fluctus partium & turbarum, quæ inter ciues excitabantur contentione dominandi & ambitu. proinde populus fragmentum vltro accepit eius thesauri, quem totum antea largitus fuerat, vt in l. quædam. ff. de rei vendic. & cum soli principi fas sit legem condere, solis instar, aliis lucem suam impertit, eandemque penitus retinet, vt patet in iurisdictione ordinariis iudicibus concessa, quam suam dicunt. l. more. ff. de iurisdic. sed penes principem nihilominus residentem, cuius est creare magistratus. l. 1. ff. ad legem Iul. de ambit. † Non mirum idè si legis vigorem habeat id quod principi placuit, legis animo condendæ scilicet, aut de re legibus nondum definita iudicandi. d. 13 l. si. C. de legib. nam vt vox iudicis quælibet sententia dici non meretur. l. 7. C. de sentent. & inter l. ob hæc. de iis qui notant. infam. ff. ita certè id tantum legis vnitur, quod princeps perpenso examine constituerit vel constitui permiserit. sic voluntas quæque militis testa-

mentum est. l. eius. §. si. de milit. testam. id est, modò sit seria. l. diuus. eò referri debet placiti nomen. vnde placita cotidie appellamus pro feriis constitutionibus. l. 4. C. de hæredib. instit. l. 4. & seq. C. de ædif. priuat. sic placuit Senatui restituta hæreditate fideicommissariis, 14 eis & in eos actiones dari. l. i. ff. ad Trebelli. † Ex quoquidem eiusdem Vlpiani contextu procliuus possum colligere quid senserit in d. l. i. ff. de constit. princip. vbi populus principem veneratus ei & in eum transtulit imperium: hoc est, vt princeps semetipsum non solum populum coaceret, qui sponte ceruicem submiserat, sicut licet primori cuiilibet. l. est receptum. ff. de iurisdic. vbi eadem prope phrasia est, significans in eum idem esse quod aduersus eum. §. restituta. de fideicommiss. hæreditatib. adeò vt innuatur principem solum esse legibus. l. princeps. ff. de legib. quippe qui in semetipsum possit animaduertere, si quid peccauerit, legibus parens, quibus non ligabatur. l. digna. C. eod. huc pertinet locus Corn. Taciti lib. 3. Annalium. Nobis, inquit, Romulus vt libitum imperauerat: dein Numa religionibus & diuino iure populum deuinxit. repertaque quædam à Tullo & Anco: sed præcipuus Seruius Tullius sanctorum legum fuit, quos etiam reges obtemperarent. vnde illustratur l. 2. in princ. de origin. iur. nam princeps perfectus laudabiliter opificio suo, id est, legi obsequitur, exemplo statuarij numen quod fecit reuerenti. perinde ac si audiat illud Ausonij ad Theodosium Aug.

Inque tuis culpis da tibi tu veniam.

nam sibi nimis non blanditur optimus princeps. l. cum ratio. §. si plures. de portionib. quæ liber. ff. quocirca Traianus Imp. tribunatum militiæ concedens Licinio Suræ, cingulumque. de more, illico ensẽ nudum porrexit: ac hunc, inquit, accipe, atque pro me stringe, si iuste imperaero: sin perperam, eundem in me conuertas velim, vt Dion prodidit. & vt semel dicã, nec probè, nec tutò dominari potest princeps, qui leges dominas nõ agnoscit.

† Sed iam è re nata ad dominia eiusdem iurisdictionum beneficio diuisa veniamus. magnum quippe fuit beneficium à communione dilcedere fœcunda gignẽdis discordiis: adeò vt pactio iniri nequeat, vt perrennis sit societas inter perpaucos multominus inter quamplurimos. l. cum pater. §. dulcissimus. ff. de legat. 2. l. in hoc. §. si conueniat. ff. commun. diuid. litem. §. si. de recept. arbi. ff.

Deinde communio inducebat inertiam mortalibus & squalorem incultis agris: quia naturale vitium est negligere id, quod communiter possidetur. l. 2. quando & quib. quart. pars debe. lib. 10. C. itaque qui summam felicitatem fuisse aurea ætate fingunt rebus nondum diuisis, iidem sine labore parabilem victum ostentant. cum, vt Germanicus Cæsar scripsit in Phænomenis,

*Diuitias fructusq; dabat placata colono
Sponte sua tellus, nec parui terminus agris
Præstabat dominis signo tutissima rura.*

nam citra fabulam, comunio prospera esse non poterat. & cum Dei lex vetet furtum fieri, perspicuè declarat dominium cuique suum incolume seruandum illo iure naturæ, quòd semper æquum est. l. pe. hoc tit. inde furtum legi naturæ resistit. l. i. ff. de furt. bonum quidem fuisset homines, inter quos natura cognationem nexuit. l. 3. hoc tit. communi sorte viuere: vt cum Apostolis plerique renouare conati sunt, sed diu stabiliri is ritus nequiuir. can. dilectissimis xij. q. 1. vbi D. Clemens multis laudat Pythagoreum illud, omnia amicorum communia. sane uerò perpauci verè amici sunt, de quibus in l. lata. ff. de verbor. signif. ideòque Epicurus vetuit sectatores suos res fortunalesque suas contribuere, dicens id magis esse diffidentium quàm amicorum, teste Laërtio. nam dum quisque suum possidet, erga amicos liberalis esse potest. accedit, quod munus iustitiæ demum exercetur, dum suum cuique tribuitur, quod in primæua illa communione conticebat. cum omnia omnium essent. † Sed an verum est principis dominio omnia affici ex l. benè. C. de quadrienn. præscr. quod Accursio, cuius est iudicij, rectissime displicuit. namque animaduertit Imperatorem censuisse de omnibus quæ sui sunt patrimonij, vel fisci. inde colligo cum in his & in tributis speciale sit, vt dominum principem habeant, de rebus singularum aliud sentiendum. præterea cum ibidem Iustinianus ratam habeat alienationem rei è fisco vel patrimonio regio profecta, ergo plenam translationem dominij in priuatos quosque approbat. l. r. C. de fundo dot. Non taceo principem libenter amplecti priuatorum largitionem, seu hæredis institutionem, & sic nouam acquisitionem dominij. l. cum hæredes. C. qui testam. facer. poss. §. si. de hæred. qualit. Addo mitius agere principem in transferendo rerum suarum dominio & perfectius quàm priuatos: maximè circa fundos emphyteuticos, quorum priuati dominium in concedendo retinent, & supercilio ingenti se reuereri exigunt. l. si. C. de iure emphyt.

emphyt. princeps verò emphyteutas efficit dominos, alienandi capaces, modo pensionem indictam sua die soluant. l. i. l. fundi. de fundis patrimonial. lib. xj. C. Quia princeps summam regni penes se habens, & ius regale in permultis consistens cap. quæ sint regali. in Feud. non ambitiosè curat dominium eorum prædiorum, quæ in emphyteusim transcripsit. cæteri verò magnopere curant, vsque ad municipia, dum agros in perpetuum colendos locant iis, quorum patrimonio eos non adnectunt propriè. l. item prædia. ff. famil. heredit. nec enim perpetui conductores domini sunt, tamen in rem actionem habeant vt expressè dicitur in l. i. in si. ff. si ager vectigal. pro iure enim perpetuæ vel longeuæ conductionis agunt non pro dominio. l. si domus. §. si. ff. de legat. 1. l. qui tabernas. ff. de contrah. empr. & dum lex ait dominum in rem agere. l. in rem. ff. de rei vendic. non continuo de aliis id negat: cum is qui vix dum incepit vsucapere, in rem publiciana experiatur, & creditor pro pignore. §. namque de actionib. l. pignoris. ff. de pignorib. vbi quoque directa actio est. non est igitur, quod emphyteuta inuideamus vtilem etiam contra ipsum dominum, sed non pro dominio, imò pro iure illo seorsum distincto & emphyteutis peculiari.

† Idem est in superficiario, id est, qui in alieno solo posuit ædificium, aliique pensionem soluit annuam eo nomine. inde in rem vtilem actionem nanciscitur, & velut perpetuus inquilinus id ius oppignorare potest. l. tutor. §. fin. cum l. seq. ff. de pignor. action. l. i. §. quòd autem. de superfic. tamen si ædium dominium naturali & ciuili ratione sit eius, cuius est solum. l. fin. eod. tantum abest vt verum sit, quod vulgò aiunt, dominium duplex esse nempe directum & vtile. nec enim qui vtilem actionem habet, ideò vtilis est dominus, sed actor vtilis ex æquitate, licet in personam agat, vbi de dominio non quæritur. l. 2. C. de action. l. i. §. item. varus. ff. de aqu. pluui. si enim deesse æquitas, ne directa quidem in rem contra dominum competat sed contra alios. l. si. ff. de publicia. Vbi eleganter ostenditur illum qui inchoauit vsucapionem bona fide pro domino haberi, sed non aduersus verum dominum, nec quidem aduersus alios nisi mentiat se vsucapisse. d. §. namque de actionibus. † Quia vnicum duntaxat est dominium, nec duo eiusdem rei domini esse possunt in solidum. 18 l. si vt certò. §. si. ff. commod. nec diuersæ sunt species dominij, præsertim si sequamur definitionem dominij, ius nimirum liberè de re aliqua disponendi: ita vt libertatem intelligamus, nisi quis vi aut iure impediatur. l. libertas. ff. de statu homi. sic fiet vt furiosus & impubes sint domini, quamuis lex veteret eos disponere.

Sic, inquam, fiet, vt concedens feudum sit dominus vnicus, & vassallus vsufructuarij loco habeatur. §. si. in quib. caus. feud. amitt. nec tamen dominus liberè disponit de feudo, nec alienat inuito vassallo. §. firmiter. de prohib. alien. per Federic. cæterum satis est, quòd ab initio, dum feudum concederetur, licuerit domino quiduis statuere, & asperam legem sibi dicere liberrimè. quemadmodum accidit ei qui rem emit ea lege, ne alienet, ne uè aliud quiduis faciat. l. si. C. de pact. inter emptor. vbi tamen nouus dominus appellatur emptor obnoxius. verum de feudo alibi fusius diximus, & commodè, aduente deo, de dote vsucapione imposterum suis locis dicemus. quoniam in vtralibet duplex dominium comminiscuntur ij quibus soles apparent gemini, vt Pentheo in fabulis. sed non in l. in rebus. C. de iure doti. nec in l. si quis. C. de præscrip. xxx. vbi qui præscriptione fretus est in rebus immobilibus, solus vendicat rem, etiam contra dominos, hoc est, præscos, qui desierunt esse domini. l. cotem. §. pen. de publican. l. si. de edict. diui Adrian. C. retinent enim nomen absque effectu l. insula. §. fin. ff. de acq. rer. domin. Vel dicemus impossibile esse duos patres quemque habere natura, tamen lex ciuilem patrem comminiscitur filio alterutrum veriore habenti. l. aduersus. ff. de inoffic. testa. sic dominium penes vnum verè est, sed lex æmula ciuile ius eiusdem rei tantisper alteri personæ concedit, quòd dominum esse nemo iure dixerit. d. l. in rebus. & in statua municipio posita. l. is qui. §. r. ff. quòd vi aut clam. Vel dominum dicere laxius licebit pro iure eximio infra proprietatem rei, vt dominium vsufructus. l. 3. ff. si vsufr. petat. & cum parietem meum dico, qui vicini est. sed mihi seruit. l. sicuti. §. 1. ff. si seruit. vendic. non verò vt l. solum. ff. de rei vendic. sic vsufructus passim pars dominij incorporei habetur. l. 4. ff. de vsufr. sed vix propriè cum idem habeatur pars fundi. l. cum filius. §. dominus. de leg. 2. l. rectè. ff. de verb. signif. ergo est pars id est, accessio. l. pen. ff. quemadmod. testam.

† Planè dominium quæstrum vsucapione iuri ciuili tribuitur. §. si. de vsu & habit. vt seruitus quædam merè personalis, licet ex bello & iure gentium primò emerferit. l. v. de statu homin. sed modos dominium acquirendi & seruos faciendi ius ciuile æmulum fabricauit, non dominia, vt aiunt interpretes, sic adiuuenit modos transferendi, vt per retentio-

nem vsusfructus. l. quisquis. C. de donati. & clauium traditione. l. clauibus. ff. de contrah. empti. quia aucto admodum genere humano clauem Theodorus Samius inuenit, vt Plinius tradidit.

Per sententiam quoque iudicis aiunt transferri ciuilitate dominium, cum ipsa sit prorsus ciuilis. §. singulorum. de rer. diuis. quod vix admitto, si æquam metiamur sententiam, qualem esse decet. l. pen. hoc tit. quia reddet suum cuique, non auellet à verò domino. nec mouet iudicium finium regundorum adiudicatione facta alieni agri de industria. §. fin. de offic. iudic. l. 2. ff. fini. regund. id enim recipitur propter pretium, quòd vicissim agri dominus ab aduersario recipit. ita vt iudex magis venditionem quandam introducat, quam purè agrum auferat domino, vt transferat: cum etiã in iudiciis quasi cõtrahatur. l. 3. §. idè scribit. ff. de pecul. & omninò impudens esset is, cui fundi alieni pars adiudicata fuit, si eam sibi assumeret, priusquam prerium refudisset. l. Iulianus. §. offerri. ff. de acti. empt. præcipuè cum iudicia in inuitos, contractus veri inter consentientes, vigeant.

- 21 † Testamento præterea transfertur dominium iure penitus ciuili: nam veteres hæredem dominum appellabant. §. fin. de hæred. qualit. & his verbis ritè fit institutio: Titius sit rerum mearum dominus. l. his verbis. ff. de hæredib. institur. nisi fortè quis consideret ibi non rerum sed hæreditatis fuisse Titium dominum designatum. Attamen putem idem statuendum, si hæreditatis mentio nulla sit, modo in vniuersum dominum vnum aut plures dominos dixerit is, qui de morte cogitat, qua dominum rerum seu patrimonij est amissurus. l. si ego. §. 1. ff. de iure doti. sic emerget nouus dominus hæres à mortis tempore licet longè post adierit. l. l. i. ff. de acquir. hæred. ff. † Ex quo factum arbitror, ne iusgentium testamenta agnouerit, quibus disponeretur de iis rebus, quarum dominium morte amitteretur, quæ sola testamento vitam tribuit. l. 4. ff. de adim. legat. Deinde sequebantur præsci homines rationem legemque naturæ vocantis liberos, deinceps propinquos. l. cum ratio. ff. de bonis damnator. l. si. C. quorum bonor. & ita mortuus homo primò filios mox filias hæredes habebat: his deficientibus cognati gradatim accersebantur Numeri cap. 27. vbi Moses sic sanciuir, sed non lex xij. tabularum sexuum discrimen respuens. l. pen. C. de legitim. hæredib. vnde successio legitima propriè admodum dicitur ab intestato. l. 3. §. de illo. pro foci. quia licet natura talis successiois seriem texuerit, tamen lex interpretatur dictamen naturæ muta: in testamento verò solam testantis voluntatem honestati non dissentaneam respicit, & confirmat. ita hæc successio non tam propriè legitima dici meretur. l. lege. ff. de verbor. signific. quod mirum est, cum testamentum à lege penitus inductum fuerit. sed noluit lex eo inducto perinde gloriari, quòd videret eo fore vt à natura clara voce accersiti cognati excluderentur. l. quandiu. l. ff. de acq. hæred. sed tamen non pudet legem inuenti testamenti: quia plerumque cognati necessariò adepturi successioem proterui erant, & minus officiosi erga cognatos orbos, aut senes, aut ægros. alioquin, qui obsequio & meritis commodius conciliantur & ad instituendum aut legandum alliciuntur. l. nec ei. §. fin. ff. de adoptione. l. nec adiecit. ff. pro focij. & huc opinor pertinere Isidorum dicentem legitimas hæreditates à mero iure Quiritiũ descendere. nam iustas ab intestato, & vt semel dicam, legitimas à iuregentium, quòd semper ratione naturali fulcitur mansisse verius est. d. l. fin. C. quorum bon. l. 1. ff. de acq. rer. domin. vix enim vlla gentium extitit, quæ cognationem innocuam exteris non præulerit. quàm, si meritum aderat, nondum inuentis testamentis, solebat pater familias successiuam quidem destinare, sed non testamento, imò conuentione potius & fœdere irreuocabili: vt cum Abrahamus dedit filio Isaac cuncta, quæ possidebat ætate grauis, Genesis cap. 25. & Isaac morte imminente rursus dedit Iacob filio minori cap. 27. nec reuocare potuit postquam ei benedixisset, vt auebat, ne Esau primogenitum excluderet. argumento est testamentum diu Romæ vsurpatum per æs & libram, emente hærede morituri familiam. §. 1. de testam. atque ita hæreditas pacto dabatur, non verò lege ciuili. l. hæreditas. C. de pact. conuent. quare apud Homerum Telemachus minimè supinus & prudentiam Vlyssis patris redolens Pitæo, Odyssæ lib. 17. donat patrimonium, si à procis occidatur, recepturus si victor incolumisque euassisset: vnde composita est donatio causa mortis, hodie sine dubio irreuocabilis instar legati. §. 1. de donati. sicut lex potuit efficere, vt imaginaria illa venditio. §. 1. de testam. reuocaretur: non enim mera fuit sed mortis causa post inuentum testamentum versatilis vsque ad mortem voluntatis vt. l. quoties. ff. de iure doti. l. si vsufr. eod. superioribus auxiliatur, quòd sacræ literæ testamentum & promissionem dei promiscuè accipiunt in hæreditate cœlesti, vt Apostolus ad Galatas cap. 3. vbi amplius ostendit multum interesse, vtrum ex lege sit hæreditas, an ex promissione à Deo facta potius.

potius. Et quia de iure Romano discepramus. & iuxta illud, quidnam fuerit iusgentium, quidque ab eodem fluxerit, metimur, liquebit testamentum iuris ciuilis inuenio a scribi. nam Romani exactis regibus à Grecis ciuitaribus leges per legatos petierunt. l. 2. §. 1. ff. de origin. iur. hæc verò Solonis leges fuerit, vt notat T. Lilius lib. 3. ab vrbe condita. ac constat ex Plutarcho Solonem plurimum auctoritatis nactum apud Athenienses propter vsu testamenti inductum: antè, inquit, non licebat aliò deriuare hæreditates, sed manebant defunctis domus & pecunia in familia & amicitiam cognationi prætulit, ni superessent filij. inde apud Laërtium testamenta complurium philosophorum extant, qui multò post Solonem floruerunt. addit Suidas Platoni non paruas accessisse opes, relictas testamento virorum Philosophiam amplectentium vt otuari liberius liceret sapientiæ cultoribus nec aliud constituo de codicillis iuri ciuili tribuendis. §. 1. de codicill. Inst. pariter enim pendent ab arbitrio morientis, licet dispari formula. §. fin. eodem.

† Ex eo factum est, vt deportatus ciuilis iuris incapax, non autem eorum quæ iusgentium dicuntur, testari nequeat. l. quidam. ff. de pœnis. l. eius. §. fin. de testam. ff. habet tamen testamenti factionem passiuam, vt vocant, ex testamento militis. l. neque. ff. de militar. testam. non vtrique quia militis testamentum iusgentium fuerit, ob modicas solemnitates, vt quidam autumant: quinimò nihil illo ciuilius, cum nitatur priuilegio & sic priuata lege. l. diuus. ff. eod. aliàs pater filium deportatum impune hæredem faceret, cum tale testamentum in l. hac consultis. §. ex imperfecto. C. de testam. solemnibus non egeat. nec quicquam notius est, quàm id ius ante Iulium Cæsarem nulli militum competisse. l. 1. ff. de milit. test. ergo maxime ciuile fuit, vt reliqua paganorum vel in procinctu militiæ versantium. sicut patet in §. 1. de testam. nam & ante Di. Iulium exituri in prælium testabantur, sed solenni ritu. Cur verò miles capacem deportatum faceret hæreditatis priuilegio suo, fortè ea ratio fuit, quòd stipendia militum à principe, à fisco, ferè proficiscuntur. quare si miles instituerit deportatum, lautius eum viuere faciet in insula, ac demum ea hæreditas sequetur fiscum. l. 2. C. de bonis proscriptor. Secus si non miles testetur. l. 1. C. de hæredib. instit. vel si miles seruum pœnæ instituat, qui fisco non solet acquirere. d. l. neque de milit. testam. l. xij. ff. de iure fisco. † Soloni igitur legislatori tribuimus testamenti originem substantia nedum solemnitate: quem postea secuta est lex xij. tabularum: vti quisque legasset rei suæ, ita ius esto, inquit, nam rudis & anus lex nondum agnouerat instituendi verbum, legandi vsurpabat. l. verbis. ff. de verbor. signific. An non etiam codicillorum, qui neque institutionem admittunt neque solemnitatem optant, autor fuit Lentulus Augusti ætate. d. §. 1. de codicill. nec fas est eos esse annos iusgentium. quia vacent solemnibus nec plus quàm testamentum, sicut à deportat. paganos. d. l. eius. §. pen. de testam. l. 3. §. si quis codicillos. ff. ad Syllanian. Sic nec donatio causa mortis, vt ait Accursius. l. tam is. ff. de donati. caus. mort. quare non video, quid suaserit Theophilo, vt ascriberet iuregentium donationes fieri, & testamenta conscribi nisi illas tantum simplices intellexerit. §. 2. de iure natural. vbi quòque alia non magis vera adiecit: cuiusmodi sunt cædes violentæ, adulterium & furtum puniri, & beneficium grato animo rependi: qui ad ius naturæ bonum & æquum prorsus spectant. l. probrum. ff. de verbor. signific. l. sed & si lege. §. consuluit. de petit. hæredit. donatio quidem à iuregentium (eo quòd conuentio est) defluxit, sed pia remuneratio obligationis ciuilis omninò expers soli naturæ accepta refertur. l. 3. ff. de actionib. non nego tamen iuregentium confirmari quandoque id, quòd ius naturæ adinuenit, aut pariter prohiberi. l. si. ff. de rit. nuptiar. l. bona. ff. de posit. & hoc potuit sefellisse Theophilum. idem censo de iure ciuili. §. venditæ. de rerum diuis.

† Pulchro & notando ordine subdit iuriconsultus, ex eodem iure terminos agris positos, & ædificia collata; quia prius fuit de agris dicere quàm de ædificiis: illos enim natura diuina, hæc autem hominum ars constituit. sicut & agris limites solerti magis opifice quàm bono. nam primam ciuitatem orbis totius Cain Henochi filij sui nomine condidit parricidio fraterno odiosus Genesis cap. 4. idem agris terminos primus fixit, pondera & mensuras excogitauit vtili versutia. vixit enim annos ferè trecentos, vt est apud Iosephum libro primo Antiquitatum cap. 31. nec dubium cuiquam & quin inuenta iusgentium ab aliquo primo autore paulisper reperint in omnes populos: vt multis vrbium collatis ædificiis, multa namque ædificia vrbe efficiant, etiam si

mœnibus careat: ut de Lacedamone legitur: fatisque fuerat aatro Urbem delineasse. l. pupillus. §. vrbis. ff. de verbor. signific. vnde Cretam centum vrbibus eam habitam Homerus dixisse potuit Iliade 2. vel fortè vicos vrbium nomine intellexit, qui resulent vrbis cuiuspiam. l. qui ex vico. ff. de municipal. sed hoc aut amplitudo, aut verus incolentium vno discernit. l. 1. §. 1. ff. de habitationib. ¶ Vnde liber inquirere qui fiat ut ciuitates sint à iuregentium & vtrum deportati eas amittant, eò quod iurigentium munera retinentes priuentur ciuilibus. d. l. quidam. ff. de poen: Sed in promptu est dicere ciuitates conditas quidem fuisse à iuregentium, ac mox in sinum ipsarum leges, magistratus, & iudicia confluisse, & denique quicquid iuris est politici. §. singulorum: de rer. diuisi. ita ut ciuitatem dicentes de coactis in commune ciuibus sentiamus. l. 2. ff. de reb. dubi. eò magis quod res personis postponuntur, ob quas vrbes & iura sancita sunt. l. 2. de stat. homin. & tam iura quam muri sancti appellantur, non sine scelere & supplicio capitali violabiles. l. sacra. §. propriè. & l. fin. ff. de rerum diuisi. vbi fateor de muris Romanæ vrbis nominatim agi, sed porrigo ad alias. l. sanctum. §. si. eod. nam si reficere muros municipiorum nefas est iniussu principis vel prædis pronuncia. d. l. sacra. §. muros. de rer. diuisi. ergo in violandis illis grauius erit scelus, & capite explandum exemplo Remi Romulo fratre iubente propterea occisi. ¶ Qui tamen fortè multus esse debuerat, si ad propulsandos hostes muros transcendisset, quæ celerius Reipubl. consulere. alioquin priuilegium ciuitatum & sanctitas ipsis obesset, quod absit. l. 1. §. quod ait. ff. ne quid in loc. sac. l. 3. §. finge. ff. de Carboni. sed pro Romulo consortis vllius impatiante stat l. 3. §. in bello. ff. de re milit. si oborti belli & hostilis incursionis metû causari velimus. itaque ut audacia impunè cederet, vel ducem summum esse eum oportuit, aut ducis imperio paruissè: quamuis in priuatis rebus salubris proteritas toleretur. l. si alius. §. planè. ff. quod vi aut clam. quoniam Romulus ex vulturum augurio potior Remo fuerat habitus, & legem dederat, quam refert Ouidius. 4. libro Fastorum.

*Nene quis aut muros, aut factam vomere fossam
Transseat: audentem talia dede neci.*

Celerem ibi alloquitur, alioquin transiliens fossam in muros mitius puniretur. d. §. in bello. l. 3. de re milit. quia quo altiores sunt muri, eò maior violentis temeritas deregitur. at quod dicitur in d. l. si. Remum voluisse muros transcendere non excludit effectum. l. 4. C. finium regund. quia quod voluit, perfecit, nec impunè.

28 ¶ Grauius etiam lex excandescit in eos, qui violant terminos agrorum & poena extraordinaria multat eosdem supra delictum priuarum furri. l. 1. C. de accusati. vbi ostendendo forrui terminos auellentem plecti, nimirum in ea re, in qua alioquin facile quis simulare posset ignorantiam, & vbi scire debuit terminis ablatis miras innasci discordias. l. 2. §. fin. ff. de termin. mot. l. si. §. licet. de publican. Nec dubium est antiquorum ritu nonnihil sancti adfuisse rusticis limitibus instar mœnium. & sacrificia ac festiuitates in confiniis celebratas ipsi Termino: separat indicio qui Deus arua suo, ut 2. Fastorum scripsit Ouidius, siue Lapis esset terminalis, siue stipites defossus in agro, ut idem ait: à cuius stipitis persancto robore stipulationem deductam reclusi. §. 1. de verbor. obligat. nec tacet Strabo lib. 3. Geographiæ Alexandrum magnum in India finibus aras erexisse sanctitatis argumento: Rhegini autem, inquit, turrim pro limite statuerunt. quod obiter refero propter l. 2. ff. fin. regund. vbi constat ædificium non impedire iudicium finium regundorum: quod tamen, siue in vrbe propter hortorum aut vinearum amplitudinem, siue alibi, non est absque prædio rustico. l. 4. §. si. ff. eod. sed cum ædificium in confinio est pro limite, res penitus rustica censetur, perinde ac casa seu rugurium & alia quadam. l. 2. l. vcluti. ff. de seruit. rustic. ex quo in mensuram prædij per iugera venditi finale ædificium non veniet, ne pro parte quidem. l. id quod. §. 1. de pericul. & commod. rei vendit. secus si ut limes non extraret. l. arbor. ff. commun. diuid. l. fundi. ff. quib. mod. vfructu. amitt. cum hinc villa fundi accessio sit exemplo arboris.

29 ¶ Illud insuper valde terret finium peruersores, quod si mota lite in iudicio de finibus in alienum agrum irrepserint, tantundem agri sui rependere coguntur quantum audacter alieni occupauerint. l. si constituerit. C. fin. regund. idem est quando violenter fundum alienum inuadunt. l. si quis in tantum. C. vnde vi. nisi quod hoc casu non remetiuntur terram quantum eius vi assumpserant sed æstimationem nummariam luunt. At in finibus melius fuit passo insolentiam terram accipere, ut plurimum, quam pecuniam: cum etiam charius solito fundos confines emamus ob commoditatem. l. si cui. ff. de legat. 2. & quia contigua humus bonitatis similis futura sit cum ea, quam nobis vicinus occuparat.

occuparat. at vbi finium nulla fuit controuersia sed duntaxat violenta inuasio fundi, præstitit generaliter æstimationem solui vim perpeffo: cum tantundem agri nulli forsitan vsui ei esse queat, si longè distitus fuerit. l. diuus. ff. de vsu & habit. aut si locus agri sui addicti cum sit sterilis, vexet colonum magis quam adiutet.

COMMERCIA iurigentium non admittam, si capiantur pro concessio ad alienigenas aditu ad commutationes mercium, quocunque inbet domestica commoditas, & penuriæ odium vehemens. nam omnibus gentibus tale commercium nunquam fuit commune, sed perquam paucis ex præscripto legis. l. §. in pace. ff. de captiuis. l. mulier. eod. ut patet in tit. de commerciis. C. maxime in l. 4. eod. quia regna & gentes distinctæ iuregentium rursus comiteatu mutuo renouant quodammodo antiquum iuris naturæ sædus.

Commercium deinde est quiuis contractus. inde rei commercium esse negamus, si de illa non est fas contrahere. l. 1. §. eam rem. ff. quæ res pignor. oblig. l. sed Celsus. ff. de contrah. empti. nec dubium est, quin prior illa significatio ab hac posteriore defluerit: cum plerique industrij viri peregrè in exterarum nationes traicerent mercium venalium specie aut commutationis: ut Solon, teste Plutarcho, & Plato Ægyptum visens promercari oleo. Ceterum contractus omnes sine exceptione iurigentium esse alibi tuitus sum dialogo 72. & 74. nec excipio precarium donationis momentaneæ æmulum, & facilis reuocabile quam vt contractus verè dici mereatur. l. 1. ff. de precati. l. interdictum. eod. atque illic, vt potui euasi, velut postas mihi pedicas. §. ius autem gentium. de iure natural. gent. vbi ex eo iure omnes penè contractus introducti feruntur ita per particulam, pene, nonnullos excipi necesse videri potuit. nisi dicamus modos quosdam contrahendi lege inductos, non originem contractuum quasi radicem eorum. vt ecce negari non potest quin donatio iurigentium prædicetur, & si qua est similis liberalitas beneficio humanam societatem firmius continens. l. 1. ff. de precat. sed negari nequit, quin aliquis modus donationis ab inuitis legis imperio factæ ciuilibus potius sit. l. si seruus. §. si oliuam. ff. ad legem Aquil. §. ex diuerso. de rer. diuisi. vbi voluntas à lege fingitur sine qua nullus stat contractus, l. 1. §. 1. de pact. sic emptionis quidam modus ciuilibus est, vbi contrahentes legè conueniente nugantur satis seriò. l. si vsufructus. ff. de iure dotal. sic stipulatio aliqua. l. 4. §. fin. de fideiuss. tutorum. ff. §. fuerat. de actionibus. cuius nomen præcipuum & substantia profus à iuregentium fluxit. l. an inutilis. §. fin. de acceptilation. nisi putemus tam supinos fuisse præscos homines, vt rogare quæ vellent, & interrogati respondere, nesciuerint: cum potius vix vllus contractus sine stipulatione conficiatur, quæ paulatim tanto furo iuris ciuilibus delibuta extitit propter verba eaque continua. l. continuus. ff. de verborum obligationib. l. 1. §. si quis ita. eod. vt merè iurigentium dici nequeat. l. 1. ff. locat. nisi quod semper fundamentum antiquitas iactum intuemur. §. venditæ. de rerum diuisione. vt in donatione alia per Iustinianum perpolitæ, quæ etiam nunc largitatis nomen retinet modo ciuili compacta. §. 1. vt sponsaliti. largit. collat. 9. in authent.

¶ Retenti nominis ideo mentionem feci, quia si nouum nomen nouumque modum à lege cepisset contractus, verendum est, ne ciuilibus conuentio magis dici meretur. vt ecce locatio à iuregentium hac l. ex hoc iure. dicitur, & quidem celebris d. l. 1. locat. ff. emicuit tandem modus locationis perpetuæ, vel ad prælongum tempus cum iure imponendi ædificium in alieno solo certa mercede domino soli pendenda. l. etiam. ff. qui potiores in pign. l. tutor. §. fin. de pignor. acti. certè quia is contractus nouo modo inductus desit dici locatio, & incepit superficiarius vocari, iam iuris ciuilibus haberi meruit. non quod lex eum induxerit: quia lex imperiosa est, nec iubet quenquam nouo ritu contrahere, alioquin consensum adimeret, sine quo nulli contractui datur locus. sed more quodam prodiit apud nonnullos populos: vnde quia communiter ab omnibus gentibus primis seculis non cœpit vsurpari, à iure non scripto consuetudinis blandissimæ nihilque imperantis originem traxit, & actionem in rem assequitur. l. 1. §. quod autem. de superficieb. idem dicendum si titulo emptionis nactus sum ius in tuo solo ædificandi. d. l. 1. §. 1. ff. eodem. nempe vt ego intelligo, certa mercede annua præstanda. sic enim illum textum accipio, vt in emphyteusi accidit. §. adeò. de locati. alioquin emptio mera emerit translato penitus in emptorem dominio. quare mox subdit Vlpianus illic, satis esse emptori vel conductori in rem experiri quam ex alterutris contractus actione remedium quærere. nam licet in d. l. 1. §. 1. de superficieb. mercedis non fiat mentio post venditionem, id tamen intelligi debet ex frequenti vsu. l. qui

tabernas. ff. de contrah. empti. l. 2. §. si quis nemine. ff. ne quid in loc. public. Sicut quoque de emphyteusi indicari potest, nec locationi nec venditioni ascripta. l. 1. C. de iure emphyt. cum vtriusque instar habeat, id est quod in perpetuum ius transfert, & sæpe perfectum, cum adest emphyteuta principis: quod multum abhorret à locatione: sed pensio præstatur, sic à venditione distat. l. fundi. de fundis patrimonialib. lib. xj. C. verum non hoc satis erat ut contractus recens à iure civili crederetur, qui duorum esset similis. l. 2. §. 1. ff. locat. sed persuasit nomen nouum & peculiare emphyteutici iurisconsultis non incogniti. l. sciendum. §. 1. qui fatid. cogant. & more Romano innotuit. quia d. l. 1. C. de iure emphyt. lex Zenoniana, quæ ipsi propriam dedit naturam, perspicue significat antea increbuisse talem conventionem, quam Zeno demum nobilitauerit. ad eum ut ibidem referat se diremisit à similitudine venditionis vel locationis emphyteusim, quæ vtrius videbatur simillima, etiam tunc cum iurisconsultis proprius contractus censeretur, inchoato more à ciuitatibus ac oppidis, quorum proceres agros publicos priuatis commodè in perpetuum colendos dabant, quandiu vectigal pro illis penderent. l. 1. ff. si ager vestig. ex quo patet maximè à iure civili manasse talem contractum nec in hoc mihi possum ignoscere, qui alibi mordicus eum retinui in albo Iurisdictionum. Serpsit enim tum hic contractus tum ius civile conditis ciuitatibus. §. singulorum. de rer. diuis. id est que de portato in insulam minime quadraret. l. quidam. ff. de pæn. proinde Zeno Emphyteutico contractui naturam dedit, mos Quiritum & oppidorum Latinarum substantiam emptionis & conductionis cum peculiari nomine compactam. naturam enim voco quæ tacite accedit contractibus, substantiam verò eam ex qua contractus constat, & essentia vocatur, sed græcè *ὄρα* in l. in venditionib. l. pacta. ff. de contrah. empti. ita ut ex noua natura data nihil noui ultra ornatum exiliat. l. 1. §. sed et si. C. de rei vxor. acti.

32 † Complures contractus esse à iure civili excogitatos videbimus, si modo contractus appellatione cum iurisconsulto quasi contractus ipsos complectamur, ut in l. fin. ff. in quibus causis pignus tacit. contrah. l. 1. §. debitum. ff. de constit. pecun. vbi similiter contractus tutelæ memoratur, cum sit quasi contractus, ut is qui intercedit inter hæredem & legatarios. l. qui cum alio. ff. de regul. iur. l. 3. §. si. quibus ex caus. in poss. eat. nam tutela omnino à iure civili manauit. can. ius Quiritum. 1. dist. vbi Isidorus etiam contractus saltem aliquos iuri Rom. acceptos refert. l. athletæ. ff. de excus. tut. quia cum lex tutores prima dederit dariæ à magistratu iusserit, tutorem pupillo, & è diuerso, ciuilitè obstrinxit. l. 1. de contrar. vel vtil. acti. tut. Sic cum testamentum iuris esse civilem persuaferimus, cumque legata in testamento fiant, ut definitio eorum ostendit, consequens est ante legata stabilita non extitisse contractum, qui inter legatarios & hæredem intercedit. §. tutores. §. hæres. de obligat. quæ ex quasi contr. & denique ut contractus excellentissimi incude iurisdictionum fabricati fuerint, ita ius civile quasi contractus fabricæ suæ deuouit utilitatis causa, & æquabili interpretatione, & præter mentem hominum sæpe numero: ut cum absentis aut furentis negotia geruntur. §. igitur eod. tit. l. 3. §. e. si furiosi. de negoti. gest. quia secus interpretantibus noceret furioso, cuius nemo uellet curare negotia, & sic ipsum damnosa utilitate afficeret, nisi contrario iudicio conueniri posset. d. l. 1. de contrar. vel vtil. acti. l. moichis. §. fin. de iure fisc.

33 † Quid aliud euenit cum errans soluit indebitum & distahere uult solutione obligationem funditusque euertere: sed legis arguta digitis potius necit, & naturalis uocatur indebiti huius conditio. l. indebiti. ff. de condict. indebit. hoc est, æquitatis naturalis plena, ex bono & æquo excogitata fuerit. l. pe. eod. omilla subtilitate angusti iuris, ut ferè fit in omnibus quasi contractibus. §. pe. de obligat. quæ ex quasi contract. quippe cum in regentium intonsi partes prudentia quadam fuci experte freti, ac simplices viri, tantummodò contractus frequentarent utilitati humanæ accommodatos: postea experimentis innotuit solertia legislatoris opus esse, ut æquitas incolumis conseruaretur. ita ut ex solutione eodem momento duas tollat obligationes, vel ut obligationem pariat. l. in numerationibus. ff. de soluti. Percurrantur reliqui quasi contractus, in omnes manum ius civile iniiciet, ut in iudicium familiæ herciscundæ, communi diuidendo, nullo tractatu habito conuentionis. §. item si. quib. modis re contr. l. ut sit. ff. pro soci. itaque lex suæ fœturæ, (ut accidit,) blandiens nec furiosis, nec pupillis ignoscit, quominus quasi contractu eos obliget. l. ut in eod. tit. Omitto plenius dicere de iudicio, in quo contrahi dixit Vlpianus. l. 3. §. idem scribit. de pecul. hoc est quasi contrahi ut l. si. ff. in quib. causis pig. tacit. nam inuitus condemnatur à iudice. l. inter. §. 1. de verbor. obligat. id est que consensu carens dici contractus verè nequit d. l. 1. §. de pact. Sed inest ei umbra quædam pactionis, perinde ac si litigatores ducti bonæ causæ quique suæ opinione conuenerint, ut id ratum sit, quòd iudex definierit. sicut alibi pars aduersa iudex fieri censetur partis consensione: l. 1. ff. quarum rer. acti. non dat. itaque is quasi contractus

tractus est prorsus à iure civili, ut omnia iudicia. d. §. singulorum. de rerum diuis. † Non de sunt, qui emtionem & venditionem transfugisse ad ius civile suspicentur propter usum pecuniæ à iure civili inductæ, ut Aristoteli placet, qui à *νόμος* seu lege nummum dictum asserit, ei subuenit iurisconsultus. l. 1. de contrah. empt. quàm explicui dial. 48. atque ibidem ostendi prius fuisse venditionem quàm nummum: item locationem quæ mercedem hodie nummariam tantum recipit. l. 1. §. si quis seruum. ff. depositi: si merces. §. vis maior. ff. locat: sed primis humanæ societatis incunabilis pretium ac merces in pondere, numero, aut mensura, pendebantur æmulatione signatæ futuræque pecuniæ. l. planè. §. sed si pondus. ff. de legat. 1. alludit. §. 1. de testam. l. pe. C. de rer. permut. vbi innuitur defuisse morem emptitandi res rebus ponderis, numeri, ac mensuræ. proinde cum consensus, & res quæ uenit, à iure gentium fluxerint, licet præteritum civile esse inceperit, non continuo prima origo superabitur. §. vendita. de rer. diuis. vbi valdè exhibetur aliquorum sententia, qui non sunt veriti affirmare quædam à iure gentium fluxisse post ortum iuris civilis, & maximè venditionem, qua nihil uerustius aut nobilius genus humanum edidit. Quare cum in d. l. 1. Paulus ait originem emptionis à permutationibus cœpisse, proculdubio ex sua persona & suo ex seculo loquitur, quòd emptiones sine nummis non admittebat, ut esset merx discreta de pretio. sicut cum Virgilius lib. 1. *Aeneidos* refert *Aeneam* profugum *Lauinia* uenisse littora, *ἡρώδης* sui respectu. nam *Lauinum* oppidum à *Lauinia* Latini regis filia post *Aneæ* aduentum nomen accepit. igitur quæ loquente Paulo permutationes erant, antea prius seculis emptiones venditionesque extiterant, si modo pondere, numero, mensura uè, fundus aut aliud simile compararetur. ut cum apud *Homerum*. d. l. 1. memoratum *Laertes* emit ancillam xx. bobus.

† Scant nundinæ commerciis, præcipuè venditionibus & permutationibus. Nundinarum uerò originem quidam *Romulo* primo regi *Rom.* tribuunt. sed *Cassius Seruilius Tullio* sexto regi manu tribuere, ut in urbem rustici ex agris conuenirent urbanas res ac rusticas ordinaturi. *Rutilius*, addit apud *Macrobius*, nono quoque die ad urbem iri solitum ad mercatum legesque accipiendas, quæ trinundino propositæ à singulis cognoscantur. addit autor *Licinianum* dicere nundinas esse *Iouis* ferias, quibus aries immolaretur. cumque contractus potissimi & religio sint à iure gentium. l. ueluti. hoc tit. autem eidem iuri nundinas ascribere, ut nomen quidem noni diei *Romanum* extiterit sed obseruatio longe antiquior, & per uerum orbem extensa latissimè, ut conuenirent eiusdem oræ populi certo die in celebrem aliquem locum, quo rem diuinam facerent solenni ritu, & sibi necessaria contrahendo pararent: maxime rustici quos diu à cultura abesse non expedit. l. 2. ff. de nundin. itaque in maximo totius Græciæ ludorum apparatu *Olympicorum* scilicet, quos *Hercules* *Ioui* sacrauerat, Mercatum quoque maximum fuisse tradit *Cicero* lib. 5. *Tuscul. Quæstionum* ad quem interim complures emendi ac uendendi quæstu & lucro ducerentur: & apud *Scæuolam* in l. annua. §. 1. ff. de annuis legat. mulier prædiues legat quorannis decem ædituo templi ac libertis eodem positis, die nundinarum, quas ibi statuerat, post obitum præstanda, ut & *Christiani* solent sicut etiam ad templa *Diuorum* mercatus frequentes agitare more anniuersario. Cæterum mulieri non arbitror licuisse nundinas ponere sine rescripto principis, vel publicos mercatus. l. 1. C. de nundin. quauis sint à iure gentium inductæ, perinde ac bellum quod illicitè mouetur iniussu principis. l. 3. ff. ad leg. Iul. maiest. quia princeps in quem omnis potestas populi cumulatè confluit priuilegia concedit ad nundinas negotiandi causa profectis, ut ne iudiciis vexentur. d. l. 1. de nundin. vel exactione uerita. l. solet. ff. de feriis. cuiusquidem rei cognitio ibidem celerrima est, & feriis caret. non existimo tamen ad nundinas commentes immunes esse à portoriis seu uetigalibus Principi dandis, nisi sint milites veterani iure singulari. l. 1. de veteran. lib. xij. C. † Sanè impetratæ à municipibus nundinæ decennio non uentibus amittuntur. l. 1. de nundinis. ff. quia inter præsentibus id tempus moderatum uideri debet, quo iura prædiorum nanciscimur in alieno. l. 2. C. de seruitutibus. eò magis quòd ut dixi, desidiola municipum cessatio principi infesta est, ut pote cuius beneficiis pene contemnuntur, & uetigal rerum ad nundinas transfuehi assuetarum admittunt: sic trigessimus annus non expectatur ex l. sicut. C. de præscript. xxx. annor. gaudet enim princeps concessis à se priuilegiis sibi interim profuturis. l. pen. §. conductores. ff. de iure immunit. sed non usque ad eò gaudet, ut perpetuum esse uelit, quòd oppido cuiquam indulserit cum aliorum aliqua derogatione. Nec oberit. l. falsò. C. de diuers. rescript. vbi autoritas rescripti perennis est, tantum abest ut anno finiatur.

Quoniam subdit ibi Imperator non idem statui, cum tempus certum comprehenditur, quale uidemus in nundinis. Insuper ait (excipiens priuilegia perspicuè) perennitatem illam

pertinere ad ea duntaxat rescripta, quæ ad ius pertinent, nempe ad id ius quod pro communi habetur: ut si absens Reip. causa se læsum queratur, & ad excitandum amplius iurisdictionem principis opem implorat literis ad iudicem dirigendis, ut cotidie servat Gallia, velit nolit Leo Cæsar in l. i. de thesauris lib. x. C. nec dubium est plerumque iure impetrari à principe, quæ iure dictante negari nequeunt. l. i. §. permittitur. de aqua cotidi. nec magis postulati quàm præstari solent. l. 2. §. pe. ff. de origi. iur.

37 † Demum ad obligationes descendendum est, quas Iuriscōsultus ait manasse à iuregentium præter paucas, quia frustra iuregentium inuenisset contractus, si non obligassent pacifices honesta quadam necessitate: is natura debet, inquit Paulus, quæ iuregentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus. l. cum amplius. §. si. de regul. iur. perfidia enim graue scelus videbatur primæui o seculo nūdum à iure civili inductis actionibus ac iudicijs, & sine vi populū pudor ipse regebat, ut ait primo Fastorum Ouidius. vestigiū eius rei est in l. Quintus. ff. mandat. quia & si à iudice nemo perfidiæ condemnatur, tamen apud probos cordatosque homines notam subire, dedecori est. l. honori. ff. de obsequi. unde lex pudoris periculum pœnæ instar comminatur. l. i. C. de statutis. quare oportuit promissorem dare facerent iuregentium, id est, omnino necesse fuit, nisi suam onerare mallet verecundiam tanquam abhorrens à compositione humanæ societatis. & à ratione naturali, quæ eadem dicitur iuregentium. l. i. de acquir. rer. domi. Quinetiam secundo perfidia obest alteri iuri veriori naturæ & rationi intimæ, quod vocatur æquum & bonum. l. pe. hoc tit. l. i. ff. de pact. & hæc est longè purior & diuinior. illa enim quæ est à mero iuregentium, in contractibus permittit astutiam & circumuersionem citra dolum. l. item si pretio. §. si. cum l. locat. at æquitatis ratio, si fieri posset, vtrinque & vndique æquabilitatem læsionis expertem cuperet. l. i. §. si quis in. ff. si quid in fraud. patron. ex quo fonte fluxit l. 2. C. de rescind. vendit. eluens nimiam offensionem venditoris plus dimidio per nimiam emptoris solertiam circumuerti.

38 † Atqui obligatio civilis non potuit esse citius quàm pater suus, id est, contractus, à quo oritur ut ab obligatione actio. l. licet. §. ea obligatio. de procuratorib. nisi sicubi obligatio pro actione ponitur. l. §. i. ff. de præscr. verb. l. iuriscōtum. de pact. sicut poëtæ Dionē pro Venere sæpe vsurpant, id est, matrem pro filia. proinde omnes obligationes, pauca quidem numero, à civilibus contractibus vel quasi, ortæ, civiles sunt ut à iudicio in totum civili. §. singulorum. de rer. diuis. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. unde cogimur idem statuere de transactione adiuuenta, ut lites forenses incertæ que sedarentur. l. i. ff. de transacti. quia quæ posterior est civilibus iudicijs, civilis sit, necesse est. non autem iniurandum transactioni persimile. l. 2. ff. de iureiur. quia constat religione iuregentium, ut pote quod respectu diuini numinis in testimonium accersiti semper interponatur. l. qui per. ff. eod. l. veluti. hoc tit. & necessariò iudicium non expetit, quo prius profectò habuit vigorem. l. xvij. de iureiur. ff.

39 † Planè animaduertendum est civiles contractus & quasi contractus non modo civilem obligationem parere sed etiam naturalem, prout altero modo naturali æquitatem sultam explicui. quia nihil attentius spectat ius civile quàm æquitatem velut finem præcipuum. l. i. hoc tit. & eam veretur offendere. l. ead. de capit. diminut. arguente est, quod. l. dicimur obligari, vbi naturalis æquitas concurret, ut dum delinquendo legem lacessimus. l. obligamur. §. lege. ff. de actioni. l. vim hoc. tit. inde civilis obligatio dicitur solida naturali copulata. l. iuriscōtum. ff. de pact. l. Stichum. §. aditio. de soluti. quia lex suomet vinculo præfert nexum æquitate naturali, tanquam fundamento quo distracto collabi civile ædificium necesse est. l. Stichum. §. naturalis. ut in cithara, si vel vnica fides dissonet, harmonia tota soluetur. & ideo satis habuit lex dicere obligationem naturalem iureiurando tolli. l. si. de iureiur. ut videlicet consequenter innuerit civilem euanescere. d. §. naturalis. l. si quis iurauerit. de condict. indebit. † Quod si hæc locum obtinent in iureiurando factòque eiusdem iudicio. d. l. i. quar. rer. acti. quando magis in iudicio vero, cum quis est absolutus à iudice, qui verè decreuisse præsumitur. l. penult. hoc tit. naturaliter liberatus intelligitur nedum civiliter, tum sententia quantum in naturalibus pro veritate fungatur. l. ingenuum. de stat. homin. & hoc ratio dicitur, ut sit aliquis litium finis. Nisi perperam absolutus iniustitiæ sibi conscius post sententiam soluens errasse iudicem prodiderit. l. iudex. ff. de condicti. indebit. quia præsumptam naturalem sententia inductam solutione spontanea oblitterauit. l. Iulianus. eod. maxime cum errasse iudicem in factò alieno quàm quenquam priuatorum in suo verisimilius sit.

40 † Quod attinet ad literarum obligationem, cuius iam persuasum est iuri civili deberi, ut scriptura aliquis obligetur absque re & cōsensu, si chirographo fateatur sibi numerata mille,

le, quæ minimè accepit. unde condictione tepetur cessante stipulatione. §. i. de liter. obligat. sed verendum, ne non vulgus veritatem attigerit, si quis ad literarum originem recurrerit, id est, ad iuregentium, cum id quod peræque apud omnes gentes seruatum fuerit iuregentium præstet. §. i. fin. autè. de iure natural. quamuis non eodem modo apud singulas vignerit, ut patet in regibus vario honore apud varias gentes obseruatis. & in bellis quoque in eundis ordinandis aut conficiendis non vbi que terrarum idem modus obtinuit, sane constat literas cum ipso pene genere humano proditas, ut quemadmodum vox animum declararet. l. La-beo. in fi. ff. de supellect. legat. ita scriptura vocem. nam quæ in voce versatur, signa sunt affectuum animæ, ut scripsit Aristoteles lib. i. de interpretatione cap. i. atque, inquit, ut non eadem sunt apud omnes homines literæ sic neque voces. constat insuper Sethum Adami filium piam egisse vitam, & imitatores liberos reliquisse syderum notitia præter imbutos, quam duabus columnis scriptam incisamque reliquerint: altera lateritia, ne igni absumeretur: altera lapidea, ne incendio, ut tradit Iosephus lib. i. Antiquitatum cap. 3. Plinius lib. 7. cap. 56. Assyrias semper ab initio fuisse rerum, & æternas, repetitis literarum monumentis & initijs. nec curæ nobis est in qua materia exarentur. l. liberorum. ff. de leg. 3. l. chartæ. de bonor. poss. secund. tabul. cum itaque literas iuregentium referamus acceptas, idem dicam de ipsarum obligatione. quæ enim gens tam supina vsquam fuit quæ literis mandari non curauerit ea quæ inter homines placuissent, ut imposterum extaret conuentorum probatio: muta namque scriptura non magis obligat quàm verba, quorum interpretis est, sine consensu. l. i. ff. de actionib. l. non figura. eod. inde seruus testamenti civilis faciendi expers illud potest scribere. l. seruus. ff. de testam. quia quis sensus scribatur, non à quo, inspicitur.

† Ergo, inquiet aliquis, cum sensus intimus scripturæ non superficies consideretur, fateendum erit naturale vinculum deesse syngraphæ, qua se is obligat ad reddendum, qui nihil accepit. maxime cum vinculum obligationis cuiusque iuregentium ex consensu oriatur. d. l. cum amplius in fi. de regul. iur. maxime in stipulatione, quæ multum ornata à iure civili mutatur: ut & acceptilatio per stipulationem à lege formata. l. an inutilis in princ. & §. fin. de acceptil. l. verborum. de soluti. ex quibus locis patet civiliter ita obligari hominem, aut alium liberare. ut interim naturale non desit ministerium nempe consensio. cuiusmodi in scriptura deprehenditur: violenta saltem præsumptione: cum nullus præsumatur sui cōmodi tam oblitus, ut scribat se accepisse ex aliqua iusta causa ut ex mutuo vel ex vendita re pecuniam, quam non acceperit. l. cum de indebito. §. i. de probati. ut §. fin. vbi nisi discreta sit scriptura causam scilicet obligationis continens. inanis dicitur, & exceptione doli repellenda. l. si ex cautione. C. de non numerat. pecun. vel etiam exceptione vulgari non numeratæ pecuniæ sola competens intra biennium aduersus discretum chirographum, postea nullo modo. l. in contractibus. eodem sicut non pœniter asseruisse dialogo 75. quem discretis scriptis aggrego. Quid, quæso, statuere potest iudex inspecta viri non amentis scriptura, quàm verum esse quod in eadem cauetur? maxime cum stipulationem omnes arctissimè vincire spontem fateamur præ pacto nudo: quia interrogatus deliberasse potuit, an promitteret: atqui scriptura plus est deliberationis: potissimum cum in ea narratur causa cur emanauerit, quia Homerus lib. 9. odyssææ & alibi sæpissimè vocat ἐπεα πτερόεντα, id est, verba pennata utpote ocysimè volantia, cum plerumque in ore non in pectore nascantur. sed in scribendo cunctatio est. & in deliberando nihil præcepti arguitur. l. & quia. ff. de interr. acti. præcipue labente biennio. §. consensus. in auth. ut in mobil. ante nuptial. donati. col. 5. atque ad eò ante biennium ægrè exceptionem non numeratæ pecuniæ negatiuè conceptam probaturus est debitor, sed viderit ipse. l. in exceptionib. de probati. ff. & temeritati hoc damni imputet, non alienæ versutiæ. l. quod quis ex de regul. iur. alioquin accideret creditores quamplurimos pecunijs suis defraudari: quod quidem execratur Iustinianus. §. fin. de liter. oblig. maximus profectò vindex & propugnator scripturæ nulla litura suspectæ. l. fin. C. de edict. diui Adrian. ibi quoque vbi de aliena manu controuertitur: quãtò magis cum qui ex propria arguitur, nec si stoliditatem causari potest. l. non putauit. §. si quis sua. de bonor. poss. contra tabul. tantum abest ut civile solum vinculum teneat scribentem: quin potius ratio naturalis eum implicat, stultis infensa, qui falsa existimatione ducuntur. l. Seruius. ff. quod vi aut clam. nec puto dignum exceptione non numeratæ pecuniæ inconsultum scriptorem, nisi quia molesta probatu sit d. l. cum de indebito. §. fin. ita ut medicamentum ægritudine ipsa deterius censeatur ut in l. penult. C. qui bon. ced. poss. nec vera æquitas meram reigestæ veritatem curat. l. si ita. §. fin. ff. ad legem Aquil. sic definènt homines temerè in seipos scribere, & isti sapere suis incommodis.

Ius civile est, quod neque in totum à naturali vel gentium recedit, neque per omnia ei seruit. Itaque cum aliquid addimus vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est, civile efficitur. Hoc igitur ius nostrum constat aut ex scripto aut sine scripto. ut apud Græcos τὸν νόμον οἱ μὲν ἐγγράφοι, οἱ δὲ ἀγράφοι.

OBSERVATA IN L. 6.

- | | |
|---|--|
| 1 Lex mediocritatem cum aequitate sectatur. | pere potuit. & morientes non omnino amittere dominium. |
| 2 Legislator semper iustum postulat, sed eligendo quandoque fallitur & cum ius & aequitas dissentiant, iustus decretis iudicium opus est. | 8 Ius non scriptum in more & lege expressa consistit. |
| 3 In quouis iure, naturali, gentium, civili, aequitas principatum habet apud iudicem vel legis autorem. | 9 Consuetudo non sit lege antiquior & minor. |
| 4 Ius civile ex quibus. tum mixta speciem per se facere. | 10 Lex gaudet probari consuetudine, & ex hac plerumque nascitur. |
| 5 Laqueis legum aequitatem inesse, ut improbos vinciant, & saepe legislatorem ipsum ac permitti à lege id, quod lex fieri nollet. | 11 Consuetudo solo tempore, cuius non sit memoria, firmatur. |
| 6 Raro accidentibus lex edita laudatur. | 12 Consuetudinem à memore populo Rom. induci non potuisse. qua non valet nisi à principe inducatur, aut roboretur. |
| 7 Lazarus aut alius qui renixit, bona sua recipere potuit. | 13 Quid sit verè consuetudo: & quod non scripta dici debeat, licet in scriptis legatur. |



† I R I F I C E delectatur ius civile mediocritate: quasi lapsum à summo aethere sibi metuat exemplo Icarum, si aequè altius euolauerit. §. i. de consil. lib. in auth. col. 4. vnde nec nimia clementia delectatur, nec immodica severitate. I. respiciendum. ff. de pœn. ad eod. quidem ut ius civile iure civili non gaudeat, cum ab aequitate deflectit præ nimia legis scriptæ rigiditate. I. si seruum. §. sequitur. de verbor. oblig. quia etiam arcus nimis tensus sæpius rumpitur quam scopum ferit. iam verò satis ostendimus legis verum scopum & finem esse æquum & bonum. l. i. & l. pe. hoc tit. in quo perfectissimū ius naturale constituitur, de quo hic non agit Vlpianus. nec enim recedere auderet lex ab hoc iure naturali, quod tantopere veneratur, si aliqua ratione illud queat contingere. nā & leges quæ plerumq; asperrimæ promulgantur & infidiosæ. l. i. C. de caduc. toll. l. si. C. de incest. nupt. & l. si. de nupt. ubi lex crudelitatis arguitur: tamē iustæ videri studēt, quia tales esse deceat. d. l. pe. hoc tit. tantū abest ut se profiteantur cōsultō vel latū vngue à iure nature recedere. † Sed accepta legislatoris opinione, qui studiosè inuestigat quid aequitati & vtilitati congruat, mox eligendo decipitur. §. i. in auth. hæc constituit. innouat constit. col. 8. l. in ambiguis. l. ff. de regul. iuris: quoniam, inquit, aequitatem desiderij, naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur, iustis decretis res temperanda est. ut ecce aperta equitas vult pacta seruari. l. i. de pact. ff. sed obstat interdum ratio naturalis, id est, ius gentium. l. omnes hoc tit. ut in reo capitalis facinoris postulato, qui rem apud Seium deposuit, & bonis fisco additis exulare iustus est: rem quidem ius gentium semper vult deponenti restitui, sed dubitatio iuris renititur, quasi sit equius fisco applicari, ut malè meriti egestate laborent, cum sententia pro veritate habeatur, & cum res deposita in domino condemnati postea exulis manserit. l. licet. eod. ergo causa cognita iubebit Seium depositarium rem fisco reddere. nam non semper hoc obtineret apud bonum iudicem. l. 3. C. de bonis proscript. ad quem puto regulam eiusmodi spectare. nam de legislatore non est dubium, quin acerbitatem iuris lenissimis decretis temperet. l. vêtre. ff. de acq. hered. l. posthumus. ff. de iniust. † Sed et in ijs quæ certa regula definiti nequeunt, iudex collum vertere debet in dextram partem, in qua sedet aequitas. l. in omnibus quidem. ff. de regul. nempè cum ad eius arbitrium decurritur, siue queratur de iure naturali communi cum feris, siue de iure gentium hominibus tantum communicato, siue denique de legis dubie interpretatione. De primo iure naturali exemplum sit in filio alendo vicissim

vicissim à patre. sed non si iudici constet filium opificem alimoniam cōmodè sibi cōparare posse vel proteruum lacessisse patrem. l. si quis. §. sed si filius. §. idem iudex. de liber. agnosce.

Et ius gentium contractus vtilitatis hominum gratia induxit. l. actionū. §. ex contractu. de actionib. quare permittit contrahentibus mutuam deceptionem. l. in causa. 2. §. pe. ff. de minorib. sed iudici circumspicere videndum, ne deceptio dolum in se habeat. l. & ideo. ff. locat. quia aequitas finit utique quemlibet astutè meliorem suam conditionem facere ex cōsensu alieno, non si dolus adsit, cui inest decepti error & quodammodo dissensio. l. si per. ff. de iurisdic. nam aequitatis ratio alias rationes longè superat. l. properandū. §. sin autem. 2. de iudic. C. & sic quoque videmus legem à lege superari, quoties lex potiore aequitate nititur, dum futuris prouidet negotijs, vel nouis quidem, nondum tamen definitis & decisis cauet. idem obtinet in consuetudine. l. si ternus communis. §. quod verò. de furt. inde manauit ampla seges iuris non scripti & statutorū. l. omnes. hoc tit. ut paulopost dicemus: quia temporū & locorū diuersitas diuersa aequitatis ratione nititur. l. pe. §. sunt quædā. ff. de extraord. crimin. ut cū lex Papia tēpore D. Augusti lata cœlibes esse veruit exhausta repub. bellicis ciuilib. hominū numero. sed longo post tēpore amplificata legis abrogandæ occasione dedit. l. i. & 2. C. de infirm. pœnis cœlib. l. apud. §. pe. C. de furt. nec aliās posset esse iusta lex nisi subinde moueretur se se naturæ accomodans, quæ inter homines nouas rerū formas adinuenit. §. i. de instrum. cautel. in auth. col. vi. † Et quemadmodū Aristoteles complexus quatuor elementa seu principiorum genera, è quibus omnia oriuntur, quintam quandam naturā esse censuit è qua sit mens, ἐπιτελεχίαν vocat, id est, perennem quandam motionem ut interpretatur lib. i. Tusculanarum quaestionum M. Tullius ita propè hic docet Vlpianus ex iure naturæ feris cognito, & ex iure gentium, constari ius tertium civile sursum versum mobile quoties ab aequitate circumagitur, in qua ius naturale excellentissimū constituimus. d. l. pe. hoc tit. proinde sicut lex & norma & amulsis dirigens iusta atque iniusta, ut Chrysippus dixit. l. 2. ff. de legib. ita aequitas est legis norma & ceterorum iurium à quibus lex sæpe descendit aliquantulum, vbicunque dicitur aequitas, ut iam exemplis ostendimus. & sic ex diuersis iuris speciebus constatur ius civile speciem sibi separatam efficiens penitus. ut cum ex auro & argento electrum efficitur nouo inducto nomine. l. 4. de leg. i. ff. §. si duorum. de rer. diuis. quod maximè in iuribus incorporalibus obtinet si quis consideret ex actu & itinere viae seruitutē cōstare. l. i. de seruit. rustic. & tamen diuersa omnino iura sunt: ad eod. ut in angusto loco vehiculi minime capace via cōstituta frustra sit, nisi expressa demonstratione cōstitutis liqueat itineris iure valere. l. si tam. ff. de seruit. l. si mater. §. si quis iter. ff. de except. rei iudic. ergo ut apes nec sugunt ex varijs floribus, nec quicquid ex quouis flore legerint, exprimi aut secerni potest, ita lex mirabili solertia ex omnibus alijs iuribus detrahendo atque etiā addēdo mellitū protus ius sibi cōcinnat. ut si dare operā liberis naturæ ius hortetur, & sobolē inde natā diligi, lex aequitate prælucente illicitos prohibeat concubitus, & filia impune à patre occidi permittat: vel ideo tantum quod non facile filia à patre occisum iri præsentiat, licet in adulterio deprehendatur. l. nec in ea. ff. de adulter. obstuperent bruta ad tam iustam argutiam potius quàm ad modulationem Orphei necnon homines, si daretur reuiuiscere ijs, qui ius gentium in mundi ipsius infantia fundarunt.

† Nam ut Vulcanus reticulo aureo fertur nexuisse Martē & Venerē in adulterio deprehētos, ut reliquis dijs essent ludibrio, sic lex suis laqueis necit filia & adulterū, & eodē impetu tantū occidi vtrūque iubet. l. quod ait. l. nihil. ff. eod. ut calori potius imputetur factum patris quàm perpenso iudicio, iuri naturali communi cum bestijs aduersum. sed ad examen aequitatis reuocatum, ut omnes penè se habēt iuris ciuilib. laquei improbos mortales inuolueret assueti. l. 2. §. sed quia diuinæ. C. de veter. iur. ad eod. ut sæpe autor legis suamet casibus implicetur, ut Pericles Athenis, dū tulisset legē, ne quis in Republ. haberetur nisi vtroque parēte ciue natus. deinde amissis legitimis liberis nothū tantūmodo superstite habuit, ac indoluit, teste Eliano. sic Zaleuc⁹ Locrensis stauit oculos effodi adult. at præter spē filius eius in legem mox incidit, quare eblandito sensu legis sibi vnum, filio alterum oculum, effodi tulit tam forti pectore quàm legem tulerat. C. Licinius Tribunus Romæ plebiscito rogauerat post reges exactos, ut terræ septena iugera viritim diuiderentur, ne quis vltra certum modum possideret, sua lege damnatus fuit, ut Iunius Columella tradit lib. i. cap. 3. nam qui violat legem in eius laqueos adamante duriores & pretiosiores ob salutem Reipubl. incidit l. si ipsum. C. de bon. quæ liber. & quot quot vna conscij sceleris inueniuntur sæpe dissimulata veritate, ut veria iustitiæ firma remaneant, & homines apri & vrcis immaniores pro salute publica implicēt. l. itē Mela. §. sed si plures. ad leg. Aquil. meminit salubriū laqueorum M. Tullius in oratione pro Milone, dū Clodiū belluam vocat iudicij la-

quos declinatam. & Paulus epistola. i. ad Corinth. cap. 7. cœlibatū cōmendans magis quàm necessariò præcipiens instar legis imperioſæ: hoc, inquit, quod vobis cōducibile est dico, nō vt laqueū iniiciā, sed vt quod honestū ac decorū est sequamini, quoniā multa legi sunt valdè grata, quæ tamen necessitati nō subiiciuntur, vt pacta nuda seruari, vxores à viris superstibus lugeri. l. vxores. ff. de ijs qui not. infam. sic contrā faciētibus nullus iniectus est laqueus, nisi honestatis. ad eò verū est ius ciuile alijs iuribus partim assentiri, partim dissentire, & specie sibi suā facere, & sæpe permittere quod fieri nollet. d. l. nec in ea. de adulter. l. i. §. licet. ff. de pericul. & cōmod. rei vend. vbi amplius laudatur qui nō facit quod sibi licet, si honestati repugnet vel humanitati, sic potest intelligi l. non omne. ff. de regul. iur.

- 6 † Ius autē ciuile de ijs potissimū statuit, quæ sæpe accidunt quā de rarò accidentibus. l. iura. ff. de legib. & contemnūt legiflatores ea quæ semel aut bis eueniūt, vt Theophrastus dixit l. quoniam. eod. sed tamen laudantur, si raris quoque exemplis prouiderint. §. inſula. de rer. diuis. l. si. de consulib. lib. xij. C. inde leges editæ de partu monstrifico, & de Hermastrodoto. l. non sunt. l. queritur. de stat. homi. vel de muliere quæ semel cōceperit, & mox ante partū superfecerit. l. cum quidam. §. suum. ff. de acquir. hæ. inde Solon fertur deceptus, cum in parricidas legem non tulerit Athenis, quia existimaret non fore quemquam tam scelestum vt patrem occideret. & ideo in l. nam ad ea. ff. de legib. Celsus ait potius animaduerti à lege ea quæ frequēter accidunt, quàm quæ perrarò, vt sic verbo, potius, innueret rarissima quoque non frustra præuideri, & lege donari. nec aliud vult l. antiqui. ff. si pars hæreditatis petatur, vbi tantisper dum grauida est mulier, paritura tres liberos præsumitur, licet quinque, ac interdum septem, enixæ legantur. l. si pater. ff. de soluti. quippè cum lex hoc statuerit in dubio, & immodici temporis, id est, decem mensium mora. sed si contingeret mulieres quinos aut septenos edere liberos, lex proculdubio omnibus cauit, vt ex æquo hæredes sint legitimi, vel ex testamento iusta proportione. l. si ita. ff. de liber. & posthum. nam licet legiflator contēnat raros casus in tam insigni congerie eorū, qui persæpè contingunt, tamen laudatur eius solertia, si etiam raris cauerit, vt satis innuitur in l. neque. ff. de legib. nēpè generaliter prouideri per legem, cum omnes casus complecti vix queat, sed si complexa singillatim fuerit, benè est: vt de monstris diximus, & de ijs qui à morte reuixerunt dici potest. † Nam vt scripsit M. Manilius lib. 4. Astronomiæ cap. 1.

Ex ipsis quidam elati rediere sepulchro

Atque his vita duplex.

vt de permultis quærare adhuc non otiosum, quos Christus mortuos omninò suscitauit, atque post eum Apostoli. ita vt quod Accursius memorat de Lazaro in l. ex ijs. ff. de legib. nō ad raros euentus sed ad desitos transferendum veniat: cum dubitatur vtrum bona esset recuperaturus quæ testamento dederat, vel ab intestato venientibus obtigerant ex ipsius successione. cum in omni mortis causa facta selsione in dubio id actum intelligatur, vt is qui cedit & crogat, malit se habere quàm eum, in quem munificencia vritur. §. 1. de donation. nec lex aliud magis cura habet quàm parere voluntati morientium, siquidem illam apprimere rescire possit, neglectis quoque verbis. l. non aliter. de legat. 3. vel additis si quid minus expressum fuerit. l. cum auus. ff. de conditi. & demonstr. præterea cum hæres personam defuncti referat. §. 1. de iureiur. à morien. præst. col. 4. cum ille reuersus fuerit cuius vice fungebatur, non debet aduersus eum ceruicem erigere, nec reposcenti aliquid denegare, l. iudicium. ff. de iudici. Subuenit l. si. ff. de hæredib. instit. vbi institutus à testatore, qui putabat alium quem hæredem fecerat prius emortuum falso rumore perlato, si accidat priore loco institutum viuere, is successione potitur. quare cum præter opinionem reuixit homo, auellit ea quæ donauerat antea, inuitus sanè, & necessitate humane cōditionis magis quàm liberalitate propria. eò magis quòd moriens non prorsus se exiit dominio rerum relictarum, cum non nisi post mortem vlla vltima voluntas effectum habeat: sic à morte aliquid iuris habet: aliàs ineptè aliena donaret, vt quoque patet in §. qui autem. de singulis reb. Instit. l. 4. ff. de religioſ. nam cum animus immortalis sit, lege ciuili multa vestigia pristinae voluntatis retinet. §. quæ verò in auth. de nupti. col. 4. nec oberit, quod dicitur semel hæredem semper esse. l. etsi sine. §. sed quod. ff. de minorib. quia hoc verum, cum de mortui hærede tractatur, sed viuentis vel rediuiui hæres fingi nequit: aut ita definit esse hæres, vt ne vmbra quidem superfit nominis. vt in authent. hoc amplius. C. de fideicommiss. quippè cum lex extinctum omninò, mox suscitari patitur. l. 2. §. fin. ff. si ex noxal. caus. agat. sicut viuos hostium captiuos retro iugulat, ipsis profit. l. in omnibus de captiu. ff.

- 8 † Iam descendam ad distinctionem Vlpiani, ius ciuile partientis in scriptum & non scriptum

scriptum. vbi nihil attingit consuetudinem spectans sed legem latam. nam illa verba: *ἢ ὅ μιν οἱ νόμοι ἔνεκα ποιοῦσι, ὁ δὲ ἀνεκαποιοῦσι*, significant tantummodo, legum alias scriptas esse, alias verò non. quales vlturpauere Lacedæmonij Lycurgum autorem habentes: & Druides Gallorum legisperiti ac philosophi, vt ex Julio Cæsare ostendi in Feudorum tractatione, in quibus præcellit consuetudo cap. 1. de feudi cognition. idem innuit de Laconica Republica Iustinianus in §. ex non scripto de iure natur. vbi notat Lacedæmonios ea quæ pro legibus obseruabant memoriæ mandasse. cum Athenienses scripturæ committerent, particula enim, magis, ostendit non caruisse illos scriptis legibus sed magis non scriptas frequenter, ac memoriæ mandasse. quòd quidem non euenit in mera consuetudine, quæ vltro se offert, nec eger tenaci memoria, cum à populo sine delectu recipiatur, vsque ad plebem vltimam. Fuit & aliud ius non scriptum in disputatione forensi, prudentium tadem arbitrio sedata & cōposita, iuris ciuilis titulo. l. 2. §. his legib. ff. de origin. iur. & §. ita in ciuitate. ead. l. vbi Pomponius praxim legis actionum titulo apertè comprehendit.

† Magna verò est dignitas consuetudinis eo præsertim, quod si verū respicimus, antequam ius ciuile caput in orbe terrarum ostenderet, extitit ius gentium. §. singulorum. de rer. diuis. atqui ius gentium nihil fuit, aliud quàm cōsuetudo in toto orbe ab omnibus gentib. recepta: sicut postea ius ciuile separatum fuit, & varium pro diuersitate regionum & hominū. l. omnes. hoc tit. præterea Suidas, in verbo *ἔθος*, enarrans vim consuetudinis multum ei benignitatis tribuit lege, quæ imperat, & tyrannidi similis est, nec sensim vires accipit ex consensu populi: ceterum si legem in specie caperet, pro ea quæ rogante magistratu & populo assentiente promulgatur. §. constat. de iure natur. l. de quibus. ff. de legibus tunc profectò tantundem humanitatis in ipsa lege suffragio populi lata inueniret. † Plurimum quidem ornatur consuetudinem, quòd nisi ab eo lex approbatur, diu vigere nequit, cum desuetudo legem obliteret. d. l. de quibus. sicut ipsam interpretatur, vt apertius ostenditur. l. 1. §. federis. C. de veter. iur. l. cum de. ff. de legibus vbi ad obseruationem forensis præcipuè decurritur. l. nam imperator. eod. titulo cum eo tamen temperamento, vt si quid errore iudicatum fuerit, & consuetudine percubuerit, non trahatur in consequentiam, hoc est, cum iudicandum aliquid venit à simili, quòd nec more nec lege definitum sit iuxta l. non possunt. ff. de legib. tunc potius imitemur legem, quàm si quid consuetudine fori duriuscula irrepserit. l. 2. C. quæ sit longa consuet. vt accidit in l. aut damnum. §. solent de pœn. ff. & in l. 1. ff. de vsur. cum incertissima sit vsurarum definitio, etiam post Iustinianum in l. eos. §. 1. C. de vsur. l. qui sine. ff. de negot. gest. vbi ex dolo crescunt. vnde perperam aliqui interpretes in d. l. quod non suspicantur consuetudinem errore magis quàm ratione niti. quinimò lex non dedignatur nasci ex consuetudine rationem ostentante. l. 1. ff. de curatorib. sed interdū consuetudo iusta putatur quæ tandem ad viuum rescata plena erroris detegitur & abrogatur in totum, pro parte rescitur. l. 4. C. de pagan. l. licet. C. de incest. nupti. idem certe in lege inuenies. l. fin. C. eod. vicissim enim reprehendit ineptos mores non modo asperos, l. at si quis. §. funeris. ff. de religioſ. l. seruo alieno. §. si. de legat. 3. & consuetudinem similiter interpretatur ac supplet. d. cap. 1. de feudi cognit.

† Et quia inueterata cōsuetudo seu diuturna solimò approbatur. l. de quib. de legib. putat ibi Accursius decennio eā præscribi. alij plus temporis exigūt, vt pro lege fungatur. ego de meta temporis non dissero quia longæuum morem exprobo cuius non extet memoria vt l. 2. ff. de aqua pluui. & l. si. vbi vetustas pro lege stat, quæ probari nequit testibus superstibus. quo casu pro titulo habetur. l. hoc iure. §. ductus. de aqu. cotidi. id est, perinde existimatur, ac si quod more receptum est, à lege manserit: vt non est dubium à legibus multos mores fluxisse, atque è diuerso. d. l. 1. de curatorib. l. 19. ff. de captiu. quia antiquatis legibus obseruatio earum, obliterato nomine, non semel superfuit.

Ira autē perfadeor, non quidē animo obstrepenti vulgari opinioni, vt prauo more plerique faciunt, sed quod videam legem esse rem apprimè sacram aut saltem valdè publicam. l. iij. & l. ix. C. de legib. l. 2. ff. eod. vnde ius publicū tolli more posse, nō puto, vel potestate exquiri solo tempore, cuius adsit memoria. l. vsucapionē. ff. de vsucapi. sed cum memores homines deserint esse consuetudinis, tunc cōiectura sit nō defuisse celebrē eius autorē: quia ab aliquo primū mansisse oportuit. §. 1. de codicill. vt patet in consuetudine diuortij, cui Romę initium dedit anno vrbis cōditæ D X X I I. Sp. Carbilus vir nobilis, quod vxor corporis vitio non gigneret, vt Ser. Sulpitius apud A. Gellium prodidit. nec est quod putemus moribus prohibita donationem inter coniuges caruisse periro autore. l. 1. ff. de donari. inter vir. qui rationes liberalitatis inhibita sibi cumulatè proposuerit. l. 2. & 3. eod. sed ignoratur autor more superstire.

Accedit, quod solius principis, in quem populus suum penitus transtulit imperium, est legem condere. l. 1. de constit. princip. ff. l. fin. C. de legib. non igitur recipi potest, ut populus consuetudinem legis æmulam inducat suo Marte, quasi tam excellens munus legis condendæ à principe reposcere audeat, & ita maiestatem eius imminuere: aded ut priuatus munia magistratus arripiens à læsa maiestate non sit immunis. l. 3. §. ff. ad leg. Iul. maieft.

12 † Non omitto tertio loco id quod obseruauit apud Iulianum in d. l. de quibus. de legib. nempe primordium consuetudinis ad eum populum retulisse, qualis fuit antequam Cæsares verum potirentur: qui suo suffragio legem approbare poterat, ut dissensu refellere, sicuti antea ostendimus: unde rogatio lex appellabatur. l. 2. §. exactis. de orig. iur. ne si Iulianus in populo subdito Imperatori exemplum posuisset, necesse haberet exprimere, non extare initi moris memoriam. sed non extare ita innuit is qui sub D. Adriano Imp. floruit, quasi populus Romanus per manus morem accepisset à pop. libero ante Cæsares, qui nunquam emori censetur. l. proponebatur. ff. de iudic. Quid multa? postquam consuetudo legem imitatur. §. ex non scripto. de iure natur. hæc debet esse consuetudo consuetudinis, ne quid contra legem vel præter eam nouè moliatur populi potestate summa exuti assensione, nisi quatenus princeps approbauerit. l. si. C. quæ sit long. consuetud. & ita seruat Gallia, quoties reges imperio nouè inaugurantur. nec reges facile abnuunt, benè suspicantes de more vbiuis vtitato. l. non tantum. ff. de decutionib. quanuis mos sit duriusculus. l. imperatores. de pollicit. nam consuetudo eundem prope patrem habere videtur, quem sapientia, quæ sic loquitur apud Afranium, ut Gellius refert:

Vsus me genuit, mater peperit memoria.

nec enim consuetudinis obliuisci decet, licet origo eius memoriam mortalium, egressa fuerit. † Ita ut ex superioribus liqueat Consuetudinem esse ius non scriptum à ciuibus tanto tempore seruatum, ut eius non extet memoria. quia licet scribatur cõsuetudo, ut in Feudis, tamen satis est quod necesse non sit eam scribi. l. imo. ff. de legib. sicut dicimus quosdam contractus consensu sine scripto fieri, ut emptionem, conductionem, quæ tamen per epistolam, vel aliam scripturam, sæpissimè fiunt. l. 1. §. si. l. 2. ff. de contrah. empr. l. qui ad. ff. locati. quin etiam cum primordium rerum sit potissima pars. l. 1. de orig. iur. l. 1. §. si verò. de imponend. iur. descr. lib. 3. C. si ab initio consensu ciuium consuetudo scriberetur, re vera esset lex municipalis, seu statutum illico natum, non sensim repens inftar genuinæ consuetudinis. l. si. ff. de decret. ab ordin.

Lex vij. Papinianus.

Ius autem ciuile est, quod ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, decretis principum, autoritate prudentium venit. Ius prætorium, quod Prætores introduxerunt adiuuandi, vel supplendi vel corrigendi iuris ciuilibus gratia, propter utilitatem publicam: quod & Honorarium dicitur ab honore prætorum sic nominatum.

Lex viij. Martianus.

Nam & ipsum ius Honorarium viua vox est iuris ciuilibus.

OBSERVATA IN L. VII. & VIII.

- | | |
|---|--|
| 1 <i>Ius ciuile an sit æquitas constituta, iuxta Tullium.</i> | 6 <i>Factione testamenti concessa per principem num veniat militaris. Et quando beneficium regium ad alienam iniuriam spectet.</i> |
| 2 <i>Iuris definitio: & quod ciuile diuina contineat.</i> | 7 <i>Beneficium Regis non ligat eius successorem, & restringi meretur.</i> |
| 3 <i>Præuilegia que dicantur: & quando ius singulare perpetuum faciant.</i> | 8 <i>Non semper obediendum illico Regi præuilegium tribuenti.</i> |
| 4 <i>Beneficium principis an sit præuilegium simul.</i> | 9 <i>An præuilegium sit fortius iure communi.</i> |
| 5 <i>Beneficium principis non est lata interpretatio.</i> | 10 <i>Quid est, quod dicitur testamenta plenius, beneficia plenissime capi.</i> |

11 *Contractus*

- | | |
|--|--|
| 11 <i>Contractus plenius testamento capitur.</i> | 19 <i>Ius prætorium est viua vox iuris ciuilibus: & quod res iudicate in exemplum trahantur.</i> |
| 12 <i>Præuilegia inftar legis olim edita.</i> | 20 <i>Edictum prætoris quando ex annali fieri cepit perpetuum, maxime Iuliani labore.</i> |
| 13 <i>Soli principi liceat legem edere: quid de Senatū, & aliis.</i> | 21 <i>Non appellabatur à rebus ex edicto iudicatis: & an perpetuum sit generale.</i> |
| 14 <i>Lex quid olim proprie fuerit, & cur sit Reipubl. sponsio.</i> | 22 <i>Calendis Ianuar. magistratus miri solitos: quid sella curulis.</i> |
| 15 <i>Consultum virorum prudentum principem respicit in l. x. de legib.</i> | 23 <i>Magistratus nomine præcipuum venire. & prætorem non nihil regium retinuisse.</i> |
| 16 <i>Sententia solius principis facit ius, non præfecti cuiusquam.</i> | 24 <i>Cur princeps dicatur lex viua, seu animata.</i> |
| 17 <i>Ædiles, ut prætores, edicta proponebant: & prætores iudicasse priusquam ius dedisse.</i> | |
| 18 <i>Prætor legem inuat, supplet, corrigit, imitatur, enarrat.</i> | |



Vs ciuile est æquitas constituta iis, qui eiusdem ciuitatis sunt ad res suas obtinendas: inquit Cicero lib. 1. Topicorum ad Trebatium Iurisc. non enim definiuit artem boni & æqui ut l. 1. hoc tit. quia Vlpianus ius pro scientia & præceptionibus iuris seriatim collectis accepit: Cicero verò pro iuris substantia. itaque Vlpiani ius ad æquitatem tanquam ad artis excelssæ finem coniecit oculos, hoc autem Tullij ius est ipsamet æquitas: non quidem quælibet, sed constituta ab illis constituendi potestate censetur. Alioquin circumueniret nos insigniter Cicero, cum sæpe æquitas iuri ciuili reluctetur. l. 1. C. de legib. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verbor. obligat. sed vbi æquitas semel constituta est, talis præsumitur qualem legislator præfixit iustitiæ expetitæ velamento. l. pe. hoc tit.

Paulò suspectus est, quòd ait talem æquitatem ad res suas obtinendas inter eiusdem ciuitatis homines constitutam: cum pro locis rebûsque sacris, sanctis, religiosisque, tot leges, tot actiones, comparatæ sint, quæ tamen res in nullius dominio sunt, ideo suæ cuiusquam dici nequeunt. l. solum. §. meum. ff. de rei vendic. §. nullius. de rerum diuis. Inst. l. 2. §. quædam. ff. de interd. proinde cum Iurisprudentiæ insit notitia rerum diuinarum & humanarum Cicero sinistro oculo tantum humanas aspexit. Sed nec qui extero occiso publici criminis accusatorem se præbet vindictæ itidem publicæ causa, pro rebus suis obtinendis in foro dimicat. §. 1. de public. iudic. sæpe etiam ius ciuile æquitatem constitutam continet inter eos, qui eiusdem ciuitatis vel imperij nequaquam sunt: ut cum pactum ducum belli seruari iubet, ut aliquando ad pacem veniatur commodis conditionibus. l. conuentionum. ff. de pact. & sic hostium inter se sancitur æquitas lege, nec violatur, cum miles militi fidem frangit velut dolo bono instructus. l. nihil. ff. de captiu. quia cum impunè decipere hostes singulos liceat, minus lædentur ex perfidia, sed ad credendū promittentibus tardiores fiunt. † Sit ergo ius ciuile æquitas constituta ad componendum totius Reip. statum. Ita res diuinæ & humanæ iustè dispensantur, cum lex sit compositio communis ciuitatis. l. 2. ff. de legib. ita, inquam, singulorum res suis dominis attribuentur, alioquin ægrotaret corpus Reip. velut succis neruulis suis, cum regum interfit ciues habere locupletes. §. 1. ut iudices sine quoq. suffrag. col. 2. & abundè publicum videtur quòd ad ciuis cuiuslibet redundat vtilitatem, quanuis constituta æquitas regio fisco detrahar. l. 1. §. si. C. de caduc. toll. sanè & illud ad Reipublicam statum pertinere nemo dubitat, quod deo piè impertimur, aut muros sanctitati, vel religioni defunctorum, & ided lex rerum diuinarum regina perinde est atque humanarum. d. l. 2. de legib. nec quisquam dubitat, quin cultus diuinus cæteris rebus anteponatur, quanto anima præcellit corpori. l. si. C. de sacrosanct. eccles. l. sunt personæ. ff. de religiof. & veteres legislatores singulis ciuitatibus suum tutelare numen geniũmque ascripserunt quem euocari moris erat iis qui eas hostili animo oppugnabant. l. sacra. de rerum diuis. ff. inde Symmachus præfectus vrbi lib. 1. epistolarum cap. xl. ad DD. Valentin. Theodo. & Archadium Augg. varios, inquit, custodes vrbibus cunctis mens diuina distribuit, ut animæ nascentibus ita populis fatales genij diuiduntur. tantum abest ut ius ciuile à ciuitate nomen accipiens dei religionisque curam neglexerit ex eo politicum appellatur: quia græcè πόλις ciuitas est. & homo quoque politicum animal dicitur ab Stoico Chryssippo. d. l. 2. de legib. quia in ciuitate cum aliis coalescere studeat, à qua primum condita cœpit manare ius ciuile. §. singulorum. de rerum diuis. l. omnes dies. C. de feri.

† Præuilegia quoque iuri ciuili ascribuntur, & ius singulare vocantur contra tenorem 3

rationis inductum propter aliquam utilitatem. Ius singulare. ff. de legib. Isidorus privilegia quasi priuatorum leges seu de priuatis lata nuncupat can. privilegia. 3. dist. tamen plerunque pro compluribus personis feruntur alicuius conditionis, vt in tit. ff. de privilegiis credit. verbi gratia quicumque ad fabricandam aut armandam nauem mutuum æs dederint privilegiarii sunt. l. quod quis. eod. tit. hoc dicitur ius singulare, hoc utilitas. hoc æquitas, multò maximè, ad quam remotis scrupulis utilitas iuris singularis refertur. l. peregrè. §. pe. de acq. poss. & eiusmodi privilegia perenne ius faciunt valde favorabile, & in iuris corpus redactum: quale est, vt ex lege Iustiniani mulier præferatur creditoribus, licet antiquioribus, mariti à quo vult dotem repetere: cui quidem certatim fauent iudices, & expressis hypothecis eandem præponunt. l. assiduis. C. qui potior in pignori. sed & principi competunt privilegia. l. princeps. ff. de legib. qui haud scio an priuatus dici rectè possit, nisi vt l. 2. §. publici. ff. ne quid in loc. publ. † Sunt alia privilegia cotidie à principe alicui priuatorum concessa quæ beneficia appellantur: licet beneficij nomen latius pateat, cum privilegium iuri communi semper deroget propter accipientis utilitatem, beneficium verò versari potest in principis liberalitate innoxia vt l. 1. si liberalit. Imperial. socius. lib. 10. C. quamuis compluribus eiusdem sortis concedatur. vt dum Couradus Imper. feuda perpetuitate donauit beneficij titulo, quæ ad filios vel fratres non propagabantur antiquitus, sed prorsus ad concedentis nutum auferri poterant. §. & quia. de ijs qui feud. dar. poss. † Non igitur vguisset axioma vulgare interpretum, qui beneficia principum latissimè accipienda iactitant nisi mos aut ipsemet princeps late interpretetur id quod largitur, vt in l. 1. C. de sct. pass. vbi in specie illius rescripti damnato concessi explicat Imperator, quid senserit statum integrum restituens, secus si non explicuisset l. si pater. eod. ergo privilegium immunitatis concessum non egreditur personam sicut nec reliqua. l. 1. in ff. de constit. princip. nec transit ad hæredes nisi generi toti concedatur. l. 1. ff. de iure immunit. & si non id expresserit imperator. l. 4. eod. quo casu ad feminas ibi non penetrat. quinetiam immunitas tributa non pertinet ad onera patrimoniorum sed ad personalia munera. l. 3. de munerib. patrim. lib. 10. C. nec obest l. si quando. de bonis vacantib. eod. lib. vbi princeps donauerat alicui domum fisco addictam: & porrigitur munificencia eius ad res adiacentes & omne mobile instrumentum: quia ibidem Imperator enarrat aliàs id à se suscepisse interpretationem, quam, inquit, antea scribebamus. eamque ciuilem ex l. prædij. §. si. de legat. 3. præterea talis beneficij concessio nominatim integro statu domum continuit in. d. l. si quando. igitur nihil decedere potuit eorum quæ domui hæserent, dum fisco quereretur: alioquin integrum statum non seruaret.

† Ergo vbi verba rescripti vltro patiuntur, eò vsque extenditur regia munificencia, sine captione tamen. quia concessa cuiuslibet libera testandi copia, iure militari nequit testari. l. si quando. C. de inoffic. test. satis namque liberè testatur, qui seruit iuri communi. l. libertas. ff. de stat. homin. Ceterum cum privilegium quodlibet dignum sit ea interpretatione, vt effectum nonnullum habeat. l. 1. in ff. ad municip. ptem, si quidem princeps concedat factionem testamenti ei, qui iure communi eam iam obtinet, tunc militariter beneficiarium testari impunè. l. etiam. §. 1. de bon. libert. alioquin nec quicquam tribuat: & superuacuo impetraretur quod quis iam habet. l. 1. de thesaur. lib. 10. C. permittit quidè in d. l. etiam. privilegium concessum liberto liberè testandi nocere patrono, vt cõtra tabulas liberti sui mouere nequeat, cum vulgo sciamus ex nullo privilegio concessio alterius iniuriam nasci. l. impuberi. de administr. tutor. nisi princeps expressim id concesserit, vt noceri tertio possit, sed minimo incommo. l. 2. §. si quis à principe. vbi Accursius. ff. ne quid in loc. public. ita tamen vt iudices refellere possint tale beneficium quod iussione secunda admittere cogantur. §. deinde. in anth. de mandat. princ. col. 3. Quare arbitror libertum illic obtinuisse privilegio, vt liberè testamentum faceret assentiente patrono. alioquin aut id non indulgisset princeps, aut sibi pareri nolisset. argumento est quod ibi. d. l. etiam liberam illam concessionem comparat natalium restitutioni, quæ ad naturalem ingenuitatem hominum libertinos restituit: ita demum si patronus cõsenserit. l. 2. ff. de natalib. restit. † Ex superscriptis magis ac magis demonstratur, quàm angusta sit beneficiorum à rege concessorum interpretatio: cum innocua sint, oportet: ne scilicet beneficij effectu careant, si plus damni attulerint aut tantumdem quantum compendij. l. mediter. de annonis lib. 10. C. præterea nec concedentis successorem principem ligant cap. innotuit. de electi. ideo in Gallia ab inaugurato quouis rege confirmari assolent, sicut & quondam à nouis Imperatoribus quauis non electione sed genere accitis, ex instituto Tiberij Aug. vt tradit Suetonius in Tito cap. 8. quem ita liberalem fuisse memorat, vt se diem perdidisse diceret, qua nihil cuiquam muneris impertitus esset. nam, inquit, nec petentibus negauit quicquam: quod in principe

vix ausim laudare, quia ego cum Ennio,

Benefacta malè locata malefacta arbitror.

Præsertim cum de principe eximio loquimur, qui potius rerum erogatis suis opibus alienas inuadere impunè potest, vt Syllam & Cæsarem fecisse Cicero in officiis refert lib. 1. proinde ipsemet princeps nonnunquam inhihet sibi morem geri, dum beneficentiam exercet, nisi quæ motu proprio non petenti exercetur. vtpote cum ex bonis alicuius fisco applicatis ditari vult impetrans. qua specie magna anxia datur aulicis, hos, illos, accusandi, vt arte quauis conuictos fortunis spolient, & eas suis postmodum adiungant ex principis beneficio. l. 1. de petit. bonor. subl. lib. 10. C. † Multò magis privilegia à iure communi deficiencia, cum alicui priuatorum proficiunt, coarctanda veniunt iuxta illud legis duodecim tabularum: privilegia, inquit, ne irroganto apud Tullium lib. 3. de legib. aut certè cum à principe concessa fuerunt, à summis iudicibus refelli merentur, si euidentem acerbiterem contineant, vel lætante principe sibi fucum ab implorante passo in hoc resisti. l. 3. C. de pagan. d. §. deinde, de mandat. princip. aut si semel vires acquisierit præter æquitatem obtentum privilegium, à principe abrogari meretur, qui illud instituire atque confirmare solus potuit. l. 1. de bonis vacantib. lib. 10. C.

† Accedit, quod privilegium facilius tollitur quàm ius commune. Detrahit quidem iuri communi: non enim mulier potest pro dote sua repetenda præferri reliquis viri sui creditoribus, nisi cum horum detrimento, qui priores tempore contraxerant. sed cum in eandem personam privilegium & ius commune resederit, tum privilegium longè fragilius inuenitur. l. eius. §. 1. ff. de milit. testam. æquè autem privilegium atque ius communi tenui pacto remitti à privilegiario potest. l. pen. C. de pact. nisi quatenus tertio fauet privilegium, potius quàm vt habenti consulere intelligatur. l. penult. §. conductores. ff. de iure immunitat.

Non omitto eandem personam fretam privilegio necnon iure communi potius credi ius commune amplexari, eoque vti. l. 3. C. de testam. milit. † Cum itaque beneficia principum adeò strictè, ac penè dixerim odiosè, explicari mereantur, quid est, quod vulgò dici consuevit, contractus plenè interpretari oportere, testamenta plenius, beneficia regum plenissimè. cap. cum dilecti. de donat. quod utique verum est, licet fortè ab iis qui ea profertur non intelligantur, vt quædam olim vaticinia: cum dixerit Plato diuinationem seu *ματιαν* à furore deduxerit. Beneficium Imperatoris quod à diuina scilicet eius indulgentia proficiscitur, quam plenissimè interpretari debemus. inquit Iabolenus in. l. pen. ff. de constituti. princip. nec dissentit ab Vlpiano qui exiliter talia beneficia maluit accipere in l. 1. eod. nec à tot inclytis iurisprudentium testimonijs, qua superius adduximus. sed vulgus sinistra interpretatione Iabolenum donat: qui sensit beneficia regia diuina quadam indulgentia edita quàm plenissimè, id est, quàm accuratissimè, & examine maximo digna esse, vt tandem pateat, quid, & quo instinctu, princeps voluerit. l. ex facto ff. de vulgar. & pupill. substit. vt quamuis modicis finibus contineantur præsertim in hoc ipso indulgentiæ vocabulo. l. si. C. de general. aboliti. tamen aliquid virium habeant, si iuri apertè non repugnent, si tertium non lædant omnino sed magis remorentur illius causam. l. 2. C. de precib. imper. offerend. si denique non importuna flagitatione, sed sponte regis, tributa fuerint. d. l. 1. C. de petitionib. bonor. Huc spectat illud Pauli. l. xii. de regul. iur. in testamentis, inquit, plenius voluntates testamentum interpretamur. nempe exactius rimamur, quid animo volutarint ij qui semet postmodum explicare nequeunt post mortem eligunt. contractus verò plerumque suos autores viuos & incolumes interpretes habent, & duorum voluntatem continent nihil mortis cogitantium, quæ à cardine recto sui recordatione sæpè amouet mentes hominum circa testamenta maximè. l. quoniam. C. de testament. † Non autem plenius testamentum interpretator, hoc est, latius quàm contractum: verendum etiam ne latius in ambiguis contractus enarrari debeat, saltem aliquis vt pignus simpliciter constitutum, quod ad futura bona porrigitur: legatum non item. l. fin. C. quæ res pignor. oblig. l. si ita. ff. de aur. leg. eò magis quod difficiles sunt testatores in hæredibus onerandis, nisi aliud manifestò probetur. l. vnum. §. si rem. de legat. 2. quid? quod nudum præceptum rei legatæ non alienandæ sine causa non proficit, imò in contractu quamuis duriusculo. l. pater. §. Iulius. de legat. 3. l. fin. C. de pact. inter emptor. nec quidem legatum ad hæredem eius, cui sub conditione relinquitur, interim decedentis transit, sed transit in conuentione. l. ius. c. ff. de actionib. quamobrem plenius in testamentis versatur interpres, id est, solertiùs & diutiùs vt voluntatis occultæ veritatem eruat. sic capitur di-

ctio, plenius. l. diui. ff. de iure patronat. l. ac si quis. §. plerique. ff. de religiof.

Cæterum vel maximè rescripta principum ex sententia laboleni dilucidè ab arguto interprete pandi merentur in d. l. si. de constit. princ. quòd à diuina quadam indulgentia proficiantur. nec abs re oracula vocantur numine aliquo referta. l. & si legibus. C. si contra ius vel vit. l. fin. de petiti. bonor. 10. C. vbi diuini oraculi mentio expressa est: vate igitur aliquo acuminis pleno enarrantè opus ei est, sed profectò

Benè qui coniciet, vatem hunc perhibebo optimum.

Vt vetere Græcòque versiculo admonemur iuxta Ciceronem lib. 2. de diuinatione. non sum nescius Pontificem Rom. in d. l. fin. de constitution. principum, plenissimè, pro eo quòd est largissimè, transtulisse cap. olim. de verbor. signific. d. cap. cum dilecti. de donati. sed pietatis & sanctimonix studio additi pontifices non perinde apices iuris perspicere semper valuerunt. sed nec in d. cap. cum dilecti. vllum principis viri fuit beneficium: cum Alanus alioquin non ignobilis vir priuatus donasset. aut certè extensio illa liberius recipitur in beneficiis, quæ in sacras ecclesias collocantur. atqui reliquas donationes lex ciuilibi strictissimè metitur. l. cum qui. de donati. ff. l. 2. C. de euiction. tantò magis enim angustè cum accipiente ratio initur, quanto donanti pinguius subueniri par est, ne liberalitate inopiam incurrat. l. de re iudic. ff. quæ principibus nonnullis obtrigit, largiendi nullo sine præscripto, vt Neroni nullo magis nomine Caium auunculum laudanti, quàm quòd immensas opes à Tyberio relictas breui prodegiisset. sed Imperatores facilè rapinis mox refarciebant profusionis naturam. sicut antè tetigimus.

12 † In priuilegiis concedendis adeò fuere veteres (priusquàm Imperatores vigissent) parci & cauti vt ea riru legum publicarent, & rogarent, ne temerè indulgerentur. l. fin. ff. de legation. l. v. §. fin. de captiu. & postlim. reuerf. Reges verò, penes quos summa est imperij, faciliores sunt ad priuilegia: quia nutu suo omnia largiuntur, nec egent alieno suffragio.

Merito videndum venit, quare Papinianus hoc responso ius ciuile constituerit in legibus, plebiscitis, Senatufconsultis, decretis principum, autoritate prudentium, & denique in edictis prætoris: si verum sit solius principis manu cuncta gubernari, & ei soli fas esse legem condere. l. fin. C. de legib. Vbi Iustinianus satis apertè ostendit derogatum antiquitati, cum ait in præfenti eò ventum, vt solus princeps legem ponat, solus interprete- tur. nisi solùm pro præcipuo explicemus, ita vt dictio solus non excludat alias personas licet inferiores, vt in l. si arrogator. ff. de adoptionib. l. si id quod. §. si quas. ff. de donati. inter vir. sic dicimus expugnatò testamento per bonorum poss. contra tabulas legata solis parentibus & liberis seruari. l. i. ff. de bonor. possel. contr. tabul. quæ tamen æquè seruantur vxori & mirum. l. i. ff. de legat. præst.

Vel dicere fas erit, soli principi licere legem facere, postquàm ei & in eum populus transtulit omne imperium, quod habebat. l. i. ff. de constit. princip. de qua dixi in l. ex hoc iure. hoc tit. quia populus omnes ciues continet, tam optimates patriciosque quàm plebem à senatu distinctam. §. plebiscitum. de iure natural. ex quo liquet senatus prætoris, Tribuni, omniumque prudentium auctoritatem, in vnum Cæsarem confluisse: sed quemadmodum constat omnia flumina fontesque à mari secretis meatibus deriuari, & in idem rursus influere, vice grata penitus. sic non est mirum à populo spontè se abdicante in vnum principem migrasse omnem potestatem, cum nulla reipublicæ gubernandæ ratio Monarchia salubrior appareat. l. 2. §. nouissimè. ff. de origin. iur. vbi pater principi ius datum, nempe lege illa regia, cum, inquit, senatus non perinde omnes prouincias regere posset, nam in aliquas in proconsules mittere petrexit Imperatorum tolerantia: quoniam ipsi cumulatè imperij mole, haud grauatè rursus in Senatum, in prætorem, & in Iurisprudentes, transfundi legis sancienda facultatem patiebantur: sic tamen vt eandem retinerent. d. l. 2. ff. de orig. iur. §. fin. vbi primus diuus Augustus iurisconsultis tribuit, vt publicè responderent consultoribus, sed ex sua autoritate, quasi de lumine suo accendat princeps facem alienam, nec aliquid lucis amittat, sicut cum dat imperium ordinariis iudicibus, qui id habent iure suo. l. more. ff. de iurisdic. l. cognitio. de offic. eius cui mand. est iurisdic. nec tamen inficiari possumus sine rubore, quin iurisdictionem excelsam princeps retineat. quippe qui solus potest creare magistratus. l. i. ff. ad legem Iul. de ambit. licet, vt dixi, Senatui permitteret in nonnullas prouincias proconsules mittere, & in vrbe prætorem facere. l. fin. C. de offic. prætor. vt populo Rom. Reges aliquando permiserant, & sortitiones prouinciarum. l. i. ff. de offic. quæstor. vbi Senatus id sub Cæsa-

ribus

ribus constituit. Proinde princeps satis intelligitur dedisse legem, quam ex sua autoritate dari permisit: quemadmodum Exodi capite vigesimo Moisi legem dat ipse deus, quàm tamen Apostolus scripsit ab Angelis fuisse ordinatam ad Galatas capite tertio.

† Legem autem peculiariter dicit Iustinianus in §. constat. de iure natur. quàm populus Roma. senatorio magistratu interrogante, veluti consule, constituerebat. sed hoc genus interrogandi populum gliscente Imperatorum potèntia exoleuit: sicut & plebiscita de quibus in §. plebiscitum. eod. titu. quia ea scira in amulationem Senatus primùm lata fuerant, & lege Hortensia acceperant robur. l. 2. §. deinde cum. de orig. iuris. ff. quare semper displicuit quòd Accursius in l. i. ff. de legib. legem, quæ est commune præceptum prudentium, habens coercionem delictorum, & sponsonem Reipubl. reuulit ad illam interrogationem quæ fiebat per magistratum erga populum. cum potius sponso pro quodam pignore seposito seu pro securitate sequestra Reipublicæ probis præmium improbis dedecus asserente capiatur. l. si rem tibi. §. si. de præscript. verb. vt fufius perhibui in dialogis † nec virorum prudentum consultum in d. l. i. tam commodè quadrare potest rogato populo, sæpiusculè inconditè, & vix bono rerum æstimatori, quàm responsis iurisconsultorum aut senatorum: ad quæ conficienda CCCC. senatores coacti ex lege Augusti Cæsaris expetebantur: vt Dion Cæsarius memorat, aut denique quàm rescriptis principum, quibus edendis solent ipsi studiosos iuris & forensibus causis exercitatos assessoresque admittere: nonnunquam etiam Senatum assentientem expectare humanitate planè regia. l. 2. §. quæ omnia. C. de veter. iur. l. humanum. C. de legib. siue decreta augusta inspiciamus, de quibus hic agit Papinianus, id est, sententias, causa cognita prolata, l. i. ff. de constit. princip. l. si. C. de legib. siue edicta seu constitutiones de industria emittas, vt pro lege censentur.

† Certè de alio iudice quàm de Imperatore vel rege vix inueniemus vsurpatum 16 vt eius sententiæ vim legis habeant. l. sed licet. ff. de offic. præsid. non de senatu, nec de præfecto prætorio quidem, licet pro luce tantæ dignitatis non aliter iudicaturus præsumatur quàm rex, post quem potissimum locum tener, tum in re militari, tum in iudiciis. l. 2. §. populo. ff. de orig. iur. l. i. ff. de offic. præfect. prætor. Sane talis præfectus ex composito legem dare potest, si species quædam facti acciderit formam certam requirens; vt in exemplum postea trahatur non autem antiquis legibus derogare potest suo iure cum è diuerso in potestate regis sit præstitutum à præfecto ius abrogare penitus. l. formam. C. de offic. præfect. prætor. orient. nam licet in d. l. i. tam benè ometur princeps de præfecto quàm de seipso, tamen nonnihil semper interest. vt de regina dici solet. l. princeps. ff. de legib. quæ tamen aliquot casibus à viro suo rege in priuilegiis discrepat. l. quòd principi. cum l. sequent. ff. de legat. 2.

† Cæterum præfecti prætorij leges non hinc descripsit Papinianus inter partes iuris, sicut nec edicta ædilium Curulum è patricis selectorum. l. 2. §. deinde cum placuisset. ff. de origin. iur. quorum edicta iuris honorarij, id est, prætorij potèntio erant. §. prætorum. de iure natur. l. 5. §. prætorix. de verbor. oblig. frequens erat talium edictorum vsus in redhibendis animalibus vitio morbouè affectis, aut fundo pestilentas herbas gignente. quia huic quoque prospexere summi Ædiles curules. l. i. ff. de ædil. edict. interrogata primùm plebe, vt in prisca lege ferenda fieri assueuerat. §. capite. de lege Aquil. hi verò non pedibus, vt plebeij ædiles, sed curuli sella in curiam vehabantur & antiquiorem habent originem quàm prætor vrbanus vt in d. l. 2. §. deinde cum. refert Pomponius, & §. cumque consules. vbi exactis regibus, & Consulibus regio annuo imperio donatis, accidit vt à finitimis bellis consules occupati iuri dicundo minus vacare possent, qui à præeundo, iudicando, consulendo; prætores, iudices, consules, appellabantur, vt est apud Ciceronem libro tertio de legibus, factum est vt crearetur prætor vrbanus, qui in vrbe ius diceret. Vnde liquet ipsum prius ad iudicandum quàm ad ius dandum seu ad adiecta proponenda institutum fuisse. inde illud in xij. tabulis iuris disceprator. qui priuata iudicet, iudicariuè iubeat, prætor esto. Is iuris ciuilibi custos esto. † Et quidem custos fidelissimus est legum prætor, & 18 sine assentatione fautor. nam vt hic ait iurisconsultus, ipsum adiuvat: quia pa-

H

rum esset legem in ciuitate promulgatam fuisse, nisi à magistratu in melius prouderetur, & effectu donaretur. l. 2. §. post originem. ff. de orig. iur. quare prator adiuvat legem aliquando saltem simplici approbatione, vt cum seruat pacta legibus moribusque consentanea. l. iurifgentium. §. prator. ff. de pact. aut dum rectè institutis hæredibus dat bonorum possessionem secundum tabulas. §. 1. de bonor. posses. aut legem iuuat communicatis, velut societate honesta, remediis. §. sed cum paulatim. de testam. secundò, supplet vbi defectam legem videt vt cum varias actiones introduxit, quas sensu æquum dari. §. sed iste. de actionib. l. quia. ff. de præser. verb. Tertio corrigit legem duram eiusdem æquitatis lima politam: vt dum emancipatis iure ciuili incognitis dat bonorum possessionem ex testamento vel ab intestato. l. sed cum patrono. §. pen. de bonor. posses. vel dum posthumo alieno instituto dat bonorum possessionem. §. r. de bonor. posses. quamque ibi non ex edicto pratoris posthumus præcisè admittitur, sed ex decreto pratoris, quoties ex causa ipsi collibuisse. quoad Iustinianus ibi sine delectu indulget, ne coridie prætorém adiri opus esset, vt in l. quæ sub. §. fin. de conditi. instit. Quarto prator legem imitatur. l. si in adoptionem. §. si. ff. de bonor. poss. contr. tabul. Quintò interpretatur id quod lege obscurius continetur. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. caus. maior. l. sed & si. §. ait prator. ff. cod. l. auxilium. de minor. vbi interpretatio restitutionis in integrum angustat legem, ne ad delicta porrigat, quibus lex offenditur.

† Non miror igitur Martianum hic subiunxisse ius prætorium esse quasi viuam vocem iuris ciuilis, quod quidem interpretetur tam feliciter more consulti interpretis alienos sensus diligenter explicantis. nam viuum dicimus, quod apprime alterius expressam refert imaginem, vt apud Virgilium lib. vj. viuos ducent de marmore vultus: sic quoque vox filij est tanquam vox patris. §. ei vero. de inutili. stipulationib. & è diuerso. gaudet itaque lex se à prætorio iure emendari, cum in se ipsam scire non recuset, vt opituletur iustitiæ & reip. §. r. hæc constitutio innouat constit. in auth. col. 8.

Vel etiam prætor viuam iuris ciuilis vocem præ se ferebat: quoniam non solum edicta dabat, sed etiam iudicabat. vnde viuis cotidie pro tribunali viua voce obscura legem pandere poterat decretis suis, id est, causæ cognitione præuia. l. si prator. ff. de iudic. & §. fin. eadem. l. vbi de falso cognoscebat. nam & accusationes coram eo iustituebantur & de his ius dicebat si non alius iudex de illa videretur idoneior specialiter. l. 1. §. fina. de suspect. tut. & causæ coram eo agebantur per aduocatos. l. 2. ff. de in ius vocand. inde Cicero ait in Oratione pro Archia poëta, de quo ambigebatur, an ciuis Romanus esset, causam agi apud prætorem lectissimum, & seuerissimos iudices, quibus ipse præerat. & paulò superior ostendimus prius ob iudicia quam ob leges ferendas prætorem Romæ fuisse. Sanè iudicia frequentata in foro valde faciunt ad ambiguas leges explanandum. l. l. cum de. ff. de legib. §. fin. de satisfactionib. lege quidem iudicari oportet, vbi extat perspicua, non sententiis iudicium. l. nemo. C. de sentent. & interloc. sed cum in forensi vsu quædam semper certam interpretationem habuerint, minimè ea immutari decet. l. minimè. ff. de legib. quia & disputatio fori antiquitus ius ciuile quoddam effecit, nempe postquam stabilita fuerat opinio à concertatione. l. 2. §. his legibus. ff. de origin. iur. & licet prætoris munus annuo curriculo moreretur. §. 1. de perpetu. & temporal. acti. tamen suffectione successoris perpetuus magistratus efficiebatur, & eiusdem iudicij. l. proponebatur. ff. de iudic. id est, vt decessor etiamnum viuere videretur successoris ministerio & industria.

† Planè hoc potissimum obtinuit, cum edicta prætorum Roma. perpetuitate donata fuerunt. atqui primus L. Sylla vt tradit Asconius Pedianus, legem tulit, multis inuitis, paucis repugnantibus, vt prætores ex edictis perpetuis ius dicerent. eò scilicet spectans, vt noui quique prætores potius æquitate veteri niterentur quam iuris quotannis innouandi studio. idè scribitur in l. 2. §. seruius. de origin. iur. Seruium Sulpitium, qui Ciceronis seculo fuit, duos libros ad edictum emisisse, ibidem quoque memoratur Otilius edicti compositor perquam diligens, post quem ad Saluum Iulianum Iurifcons. eadem cura prosperè venit lapsis annis CLXX. Hadriano imperante, à quo Iuliani sedulitas in colligendis edictis perpetuis commendatur, & firmatur. l. 2. §. si quid. C. de veter. iur. l. penul. C. de condit. indebit. nam Iulianus optima quæque edicta adamante incidi digna selegit in vnum volumen, tam pulchra rerum ferie, vt ab omnibus laude & imitatione exceptum fuerit. l. 2. ff. de stat. homin. duo verò extitere Iuliani: alter Didij Iuliani proauus ad imperium Roma. largitio-

ne pro-

ne prouecti, alter auunculus. æque Salij prænomine? Chius quoque meminit Ælius Spartianus in Didio Iuliano. † Sed prior ille edictum illustrauit tanta dignatione, vt quod iudices iuxta perpetuum edictum pronunciaissent, appellationi non subiceretur, quin interim executioni mandaretur. l. si. ff. de appell. recip. vbi Accursius non sat felix interpres in hac re aspexit edictum prætoris, non quidem potestate legis fultum, sed quo solent euocari, qui in ius venire agrè ferunt vt l. ex consensu. ff. de appell. §. si. nec felicius alibi passim explicat edictum perpetuum pro generali d. l. 2. de statu homin. l. edita. C. de edend. tametsi fatear edicta Iuliano edigentè vulgata generalis legis vim habuisse: nec non pro generali perpetuum saepe poni. l. cum hæreditas. ff. ad Trebelli. l. Nescennius. ff. de negot. gest. l. qui exceptionem. ff. de condit. indebit. sic Plinius lib. 17. cap. 2. de vinearum cultu loquens, non esse perpetuum notat, vt ortum solis aspiciant, sed ad cæli cuiusque mores dirigendam solertiam.

† Ex superioribus patet Tullium actione. 3. in Verrem immeritò exprobrasse prætori, quod anntalem duntaxat legem proponeret, & calendis Ianuariis finem acciperet: cum præsertim idem accideret Consulibus & aliis magistratibus Rom. l. Publius. ff. de conditi. & demonstr. nec excipio ædilem curulem, quem corru eburneo itasse in curiam nouimus: hinc Ouidius lib. 1. Fastorum de eisdem calendis loquens:

Iamque noui præeunt fasces, noua purpura fulget,

Et noua conspiciunt pondera sentis ebur.

& lib. 4. de Ponto, ad Græcinum Consulem.

Signa quoque in sella nossem formata curuli,

Et totum Numida sculptile dentis opus.

Ducitur insuper vulgo viuacitas prætorij editi, eò quod eodem Tullio attestante lib. 3. de legibus, magistratus non sit aliud quam lex quædam loquens: cæterum magistratus significatio ad prætorem excellenter spectat. l. 2. §. eodem. ff. de origin. iur. puto hoc ita comparatum olim propter honorem sublimem prætoris, à quo ipse ius honorarium edere dictus est, vt ibi Pomponius docet, & Papinianus hic. quippe cum paulò superior ostenderim Consules regio honori suffectos, & iudicandi munus præcipuè obinisse, planè regium, vt in Romulo rege patuit. d. l. 2. at consulibus gliscen- tibus bellis sapius occupatis Prætorem successisse. refertque Fenestella regia insignia fuisse prætori, & fermè consulares apparatus, lictores sex, sella curulis & tra- bea.

† In summam rex datus fuit diuinitus populo velut quædam lex viua & animata, & posterior scriptis ac multis legibus. §. fin. in authent. de consulib. collat. 4. *ἔμφυχος νόμος* dicitur ab Archyta philosopho, vt Stobæus retulit. vbi tamen inanimem ipse præfert, quæ *ἄλυσος* est: puta cum ei se vltro imperator submittit. l. digna. C. de legib. quia vt lex politica autorem summum habet principem, ita princeps mutam legem habet sui conseruatricem & publicæ libertatis. namque rex plurimum roboris addit legi suæ, quando factis ipsis eam approbat nedum verbis & iussu: cum voluntas magis rebus quam verbis declaretur. l. de quibus. ff. de legib. l. si tamen. §. ei qui. ff. de ædil. edict. vt dux in prælio, cum manu id præstat quod iniungit militibus.

Caius. Lex IX.

Omnes populi, qui legibus & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure vtuntur.

Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius ciuitatis proprium est, vocaturque ius ciuile, quasi ius proprium ipsius ciuitatis. Quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræque custoditur: vocaturque ius gentium; quasi quo iure omnes gentes vtuntur.

- 1. An sint quidam populi, qui mores vel leges non habeant, vel an ferri mores pro lege fuerint.
- 2. Ius utrum in natura & veritate, an in opinione tantummodo versetur.
- 3. Error facti vel iuris, si est communis, ius efficit.
- 4. Nimum iustitia, & fidei in pactis non probari: homines opinionibus seruire: nec omnium rationem reddi posse.
- 5. Consuetudines inter se contrarias simul tamen iustas esse, & plumbeam Lesbiamque regulam iure recipi.
- 6. Cur potius Venetiis creditor non idoneo pigore contentus sit.
- 7. Statutum est lex municipalis de quo nihil in hac l.
- 8. Iurium omnium & arboris comparatio.
- 9. Quis condat legitime statuta in ciuitate.
- 10. Quid si princeps patiatur ab aliis fieri: & quomodo robur accedat statutis.
- 11. Si statutum veter sanguinem fundi in palatio aut alibi, an chirurgus impune fundat ab agro.
- 12. In contrariis statutis quid sentiendum.



VM loquitur iuriconsultus de omnibus hominibus priuato vel communi iure utentibus, qui moribus & legibus reguntur, innuit fuisse aliquos populos morum & legum expertes: quia relatiuum solet restringere genus præcedens. l. ea tamen. ff. de legat. 3. quare Accursius excipi putat Syluestres homines. quod non puto, cum ex his nullus conficitur populus. cumque hi ratione careant, & vix vsquam appareant. Nisi præter ipsius sententiam ipsum velimus iuuare, vt syluestres homines pro ratione quidem utentibus capiamus, sed incultis & immitibus, quales fuisse feruntur ij quos le-

gissator Orpheus cithara iustitiæ ad mansuetudinem & societatem illexit. nam
Syluestres homines sacer interpretisque deorum,
Cædibus & victu fædo deterruit, Orpheus.

vt ait Horatius. quia licet homo sit animal politicum seu ciuile. l. 2. ff. de legib. tamen à principio doctore aliquo perito indiguit, vt sua animi bona cognoscere inciperet. & plerique quibus defuit, ferinam vitam egerunt, aut certe præ vllis feris truculentiorum quales P. Mela in Africa describit Atlantes populos lib. 1. cap. 8. vltra deserta regionis solem excretales nominibus carent singuli. Quod si quis regerat in nos, & hos mores habere licet malos, vt Angilas quoque in eadem tractu, quorum mulieres, qua primum nocte nubunt, omnium vitorum stupro patere, postea pudicè viuere, cum munera venientum abundè ceperint: respondebo, hic relatiuum non restringere, sed præcedentia declarare vt l. famosi. ff. ad legem Iul. maiest. vel maiores beluinos perinde haberi ac si nulli omnino essent, apud ipsos inquam iuriconsultos quibus licet legem malam & consuetudinem immanem antiquare & corruptelam potius quam morem vocare. can. mala. viij. dist. sic lex impia scelestum connubium permittens. l. si. C. de incest. nupt. vt mos Ægyptius defuncti fratris sponsam ducere permittens. l. pe. C. eod. & ritus Persarum longe fædior:

Nam magis ex matre & nato gignatur oportet,
Si vera est Persarum impia religio.

teste Catullo & aliis, sed profectò sui quibusque gentibus mores perplacent, alienos detestantur, & pietatem ac sanctimoniam vnusquisque suo metitur ingenio vt Agamemnon ille adedò laudatus ab Homero, cum agnæ loco Iphigeniam filiam forma & indole claram Dianæ immolauit. & Taurici Scythæ, qui Iphigeniæ rem diuinam pari vafania facientes, hospites mactarunt pro victima. & innumeri alij populi sacrificij vice sacrilegia quædam exercuerunt. l. pe. de pagan. & maximè, vt exteris cæremonias synceriores eluderent, vt Iudæi. l. Iudæos. C. de Iudæ. † Quocirca edò decursum fuit, vt ius in opinione non in natura situm complures asseruerint. licet Zeno Cirticus apud Laërtium secus putauerit, verius quam probauerit. & hic Caius ostendens omnes populos suis moribus & legibus regi, protus innuit ius positione non veritate naturæ consistere: & semper æquum haberi, quod patriis scitis respòdeat. & cum ius omne Romanum scriptum vel non scriptum imitamento Græcorum effectum videatur & denique ritu duarum ciuitatum, puta, Athenarum & Spartæ. §. ex non scripto. de iure natural. l. 2. §. 1. de origin. iur. constat multum discrepasse Solonis Artici leges ab illis, quas Lycurgus Spartæ promulgauit. nam hic non modo non fures impunitos fuit, sed etiam illorum astum laude profecutus est. Atqui Athenis fures

pœnas

pœnas dabant, maximè ante Solonem: cum vel solus furrripuisse capitale esset Draconis instituto, vt Plutarchus scribit.

† Nec tantum opinio rectè concepta ius faciet, sed etiam errore nitens: si modo error communis sit, siue in facto versetur ignoratio veritatis. l. Barbarius. ff. de offic. prætor. siue in iure. l. quod non. ff. de legib. l. pe. §. sunt quædam. de variis & extraord. cognit. vbi ex communi vanaque opinione incoletium timoris superstitiosi æstimatio fit, & ingenti supplicio luitur. siue denique in verborum significatione. l. 3. §. fin. de supellectil. legat. quia communis vsus sursum versum agitat vocabula & eorum significatum. l. Labeo. §. pe. eod. atque ipsum verborum effectum opinione metitur. l. 1. §. 1. ff. de fluminib. Scio vtique id quod omnes nouerunt, esse quodam iustitiam seu æquitatem, qua nihil peti aut inueniri iustius potest. l. bona. ff. de posit. eamque naturalem dici: quia in veritate naturæ posita sit. l. scire. §. consequens. ff. de excus. tut. l. pe. hoc tit. sed eam plerunque ita abstrudit natura ipsa, vt ij qui eam indagant tenebris circumfusi opinionum nihil minus inueniant. quinimo experimento cognoscant nihil magis æquitati teluctari quam id quod æquitate loco acceperint, vt Iustinianus testatur. §. 1. in auth. hæc constitutio innouat constit. col. 8. † & longè antè Papinianus à sua opinione in Sabini transuolans. l. si venditor. §. si. ff. de seruis export. quia non legerat Hebræum prouerbiu: noli, inquit, nimis iustus esse. Terentius in Phormione: nostrapte culpa facimus, vt malos expediat esse, dum nimium dici nos bonos studemus & benignos. l. xj. ff. de pœnis. hoc opus, hic labor est, temperamētum expetitum inueniendi. alibi facetur iuriconsultus remedium non inueniri, quo mitigeretur id quod acerbè ius statuit. l. si autem. §. fin. de rei vendicati. ff. sæpe nos fallit honestatis species. l. si possessor. ff. de petit. hæredit. vel misericordiæ. l. si hominem. ff. de posit. aut fidei seruandæ, cum salubrior esset perfidia, vt in M. Attilio Regulo à Carthaginensibus capto, & Romam ad suos misso, ea lege vt reuerteretur. l. 5. §. si. de captiu. ff. & cum Iephte venisset se immolaturum, quod sibi victori domum redeunti primum occurreret: atque ita vnicam filiam occidit Iudicum cap. xj. quid Agamemnon cum deuouisset Dianæ quod in suo regno pulcherrimum nasceretur illo anno, immolauit filiam Iphigeniam, qua nihil pulchrius: promissum potius non faciendum aduersus l. 1. de constit. pecun. l. 2. §. voto. de pollicit. quam tetrum facinus admittendum fuit, vt ait Cicero lib. 3. Officiorum. propterea Philemon beatas animantes cæteras exclamat apud Stobæum cap. 96. quod pro lege habeant id, quod in lucem à natura attulerint:

Ἡμεῖς δ' ἀβιωτον ζῶμεν ἀνθρώποι βίον:
Δελέμεν δὲ ζῶμεν ἐυρόντες νόμους.

id est,

Nos verò homines vitam degimus non ita vitalem. Et serui sumus opinionum, inuentis legibus. media quidem sententia iustitiam continere solet. §. cum ex aliena. de rerum diuisi. §. 1. de consulib. in auth. col. 4. sed inuentu difficilimum est id, quod creditur esse medium. adedò vt non omnia quæ lex stabiliiuit, ratione dilucida firmari queant. l. non omnium. ff. de legib. maximè cum in numero forma versatur, vt in spacio temporis ad vsucapiendum præfiniti, aut ad veniendum in iudicium. l. 1. C. de dilati. aut in testibus testamento vel instrumēto adhibendis aut in vncis portionis legitimæ filio præstandæ: cum lege noua non plures vncias capiant quatuor liberi quam tres, vel duo, vel denique vnus. auth. nouissima. C. de inoffici. testam. nimirum quia sic visum fuerit Iustiniano. vel alij perpeni iudicij viro. l. vetus. cum seq. ff. de tritic. & si quis melius inquirat, forè deterius aliquid nanciscetur: & antiquarum ius lubens instaurabit. l. lege. C. de legitim. hæredib. potissimùm verò in formulis forensibus, in quibus autoritas sola prudentum viget. l. 2. §. ita in. ff. de origin. iur. & alibi quoque. l. 74. de hæredib. instituend. ff. † Illud non præteribo quod ad hanc l. valdè pertinet, non esset mirum in aliis atque aliis vrbibus & regionibus alias atque alias leges approbari, recipi: & tamen vbique pari æquitate valere: quia æquitas mutatur pro locorum ratione sicut videmus non qualibet in terra sementem feliciter prouenire. Oryza palustribus locis tantum gaudet feri: salsa tellus, aut quæ prohibetur amara frugibus infelix, vt dicit Virgilius lib. 2. Georgicorum. sic lex vno quopiam oppido æqua erit, quam si aliò traducas iniquissimè feceris. d. l. 1. C. de dilati. & idedò in Arabia, vt paulò ante dixi, vani merus ratio habetur: & delectu habito prouinciarum pœnæ dissimiles ex paribus delictis nascuntur. d. l. pe. §. sunt quædam. ff. de variis & extraord. cognit. ergo illa artificum Lesbiorum regula laudanda venit, vt pote quæ plumbea & flexilis sese lapidibus accommodabat, vt refert Aristoteles. sic propemodum aqua seruens naturaliter plantas segetesque perimet: non in agro Hierapolis vrbis in Asia, vbi aquæ calidæ irrigatio vsurpatur. l. 1. §. idem Labeo. ff. de aqua quotid. † sic iure communi creditor qui vilius pignus vltro accepit, non

H iij

prohibetur reliquum crediti petere. l. Creditor. 2. ff. si cert. pet. non autem Venetijs, vt memorat Accursius. & neutrobi æquitas læditur, quia cum mos hic inoleuerit, est quod imputer sibi creditor, quod iurius non sit negotiatus: quia negligens, fuit in re notissima. l. quæsitum. ff. de distracti. pignor. inuat. l. xxi. ff. de privileg. credit. vel statutum de illa re primo factum extitit, quia in vrbe portuosa & commercijs abundante pudori videretur creditoribus securitatem pignoris inconsultam allegare. si vero quæras, quare in alijs permultis oppidis maritimis non idem seruetur, in promptu respondebo: quia non idem more, vel lege vnquam cautum idem fuerit.

7 † Legem enim municipale vocamus id, quod statutum ciuitatis, alioquin dicitur, & de quo satis verbosè interpretes hic ratiocinantur. l. semper. §. legem. ff. de iure immuni. quæ ciuitatis lex, siue statutum, cõsuetudinem antiquam æqui. l. i. §. i. ff. de munerib. l. item. ff. quod cuiusq. vniuersit.

Non tamen hæc nobile Caij responsum ad specialem alicuius oppidi legem, vel statutum spectare existimo, sed potius ad ciuitatis Romanæ vel Atheniensium, & sic ad publicum ius ciuile vrbis superiorem non agnoscentis, vel vni principi subditæ, & commune subditorum ius ac leges complexæ, vt §. ex non scripto, de iure natural. Inst. argumento est, quod ius proprium cuiusque ciuitatis à Caio commemoratur, strictius quàm ius gentium, quod omnes homines similiter complectitur in regnis, bellisque instituendis, in pactationibus & obligationibus. §. ius autem gentium. eod. tit. quia vt alibi ostendi, ius naturale hominibus ferisque commune est, ius gentium solis hominibus, l. i. §. si hoc sit. Tertio ius ciuile secernit alias dictiones & regna ab alijs vt Atheniensem iura à Lacedæmonijs: Quarto statuta adhuc seiungunt, velut privilegio, quædam oppida à iure communi alibi recepto. l. i. §. i. ad municipal. ff.

8 † Proinde libenter conferre soleo ius naturale radici arboris, ius gentium stipiti, ciuili frondibus, statuta ramusculis. vnde arbor hæc pomifera gignit dulcem quietem reipublicæ. Et si quis inficeretur ius gentium posse ad ciuile referri instar stipitis, cum ab eo differat specie: addam amplius, parum abesse ius ciuile à facultate ius gentium quod, vt hic Caius ait, apud omnes peræque gentes seruetur, quippe cum nullæ aut perpaucæ sint gentes, quæ non suis fultæ sint legibus vel moribus, licet inæptissimis, & dissimilibus pro legislatorum arbitrio & populorum ritu.

9 † Cum quæritur, quis possit condere statutum, recurrendum puto ad l. non dubito. ff. de captiu. & videndum, an populus principem superiorem habeat, an verò æquo scedere in amicitiam eius venerit, quod perinde est: an potius eidem subsit, quo casu non puto subditam ciuitatem merito posse aliquid statuere, quia frustra statuit id quod iure communi cauetur. l. i. §. si. ff. ad municipal. si verò in casum recens euenientem statuat, frustra quoque, imò etiam irreuerenter hoc audebit, cum specialiter hoc tributum sit præfecto prætorio Rescripto Cæsaris Seueri. l. 2. C. de offic. præfect. prætor. orient. vt sub eodem principe exercuit Vlpianus præfect. prætor. in l. ex diui. C. de locat. & vtrobique forma pro præfinitione, seu statuto capitur. l. rescriptum. ff. de pact. nec dubium est statutum quoque ad Imperatorem referri. §. pe. de statutis & consuetudinib. in Feud. l. i. de professorib. qui in vrb. constant. lib. 12. C. nec quidem in d. l. 2. de offic. præfec. prætor. statuat præfecti formæ, nisi quatenus Imperator eam perspectam tolerabit, cuius est statuta & cõsuetudines reprobas abrogare, licet immani seculo firmatas. §. i. de statutis, in Feud. Nec curia, collegium, aut ciuitas, statuere iure potest, nisi quatenus Regis statuto roboratur. l. si. quæ sit longa consuet. excepto eo, quod princeps procliuor est ad abolendam consuetudinem quàm statutum instar legis generalis, non vulgi abusu, sed primorum consilio vrbi adiectum. l. dudum. de contrah. empti. multominus ergo contra legem publicam valebit statutum iniussu principis, quare Pontici non suo Marte sed beneficio Pompei Magni statuerunt, vt matris non patris sequerentur originem. d. l. i. ff. ad municip. sicut Troianis & Delphicis concessum ibidem legitur, quod profecto non petijset à Cæsare Rom. si suo iure id potuissent assequi, alioquin paulatim fore, vt legibus publicis detraheretur singularum ciuitatum arbitrio: quod legi Iuliæ offensæ maiestatis videretur obnoxium, adeo vt nec ciuitas vlla arduum aliquid inferius legis sanctione possit stabilire, nisi per legatos consulto principe. l. si quod. de legationib. lib. 10. C. hoc idem eleganter probat. l. Titio. ff. ad municipal.

10 † Sanè si princeps sciat sub incude statutum esse, aut iam factum resciat, & tolerer, tacite suffragari censetur, & impunè dimittere. l. 3. C. de ædific. priuat. l. de quibus. in si. ff. de legib. scire autem non præsumitur. l. fin. ff. de decretis ab ordin. sciens autem prudensque potest cuius populo sublimia permittere, & magistratus aliquot creare imitatu Romuli &

mulæ & Numæ regum. l. i. de officio quæstor. ff. Atqui abundè videtur populo indulgisse, cum proceribus indulgisse. l. aliud. §. refertur. ff. de regul. iur. vel si maior pars populi aut optimatum vnum elegerit, qui statutum condat. l. item. §. i. ff. quod cuiusque vniuersit. aut denique si vniuersis populus assentiatur vni, aut paucis rogantibus an lex placeat. §. lex est. de iure natur. Insuper legi municipali, id est, statuto vim ingentem indit temporis cursus, cuius non extet memoria, quia tunc ab initio princeps assensisse creditur. l. si. ff. de aqua pluui. l. i. C. de emancip. l. si. eod. vbi consuetudo dat iurisdictionem, cuius fons solus princeps esse dicitur. l. i. ff. de constituti. principi.

Cum autem statuti superest memoria, maior pars consentiens intelligitur, cum duæ partes è tribus vocatis legitime interfuerunt. l. 3. ff. de decretis ab ordin. si modo, vt iam dixi, autoritatè statuendi in ditione sua habeat vel à rege, cui pareat, acceperit. † Multa sit congeries statutorum ab interpretibus hic quæ vel nunquam contigerunt, vel nunquam omninò futura sunt, excepto forsàn illo Bononiensi, quod Barr. memorauit: capitale nimirum fuisse cuique, qui in palatio sanguinem sudisset, deinde à chirurgo scissam venam cuidam officiali, ex quo magnam ait ortam controuersiam: Ego non excusassem chirurgum nec officialem, si aliò differre satis tempestiuè potuisset sanguinis missionem. l. item si. §. si. ff. ad leg. Aquil. scilicet leuiter premente morbo. l. ob quæ. §. fin. ff. de ædil. edict. proinde cum mora nõ foret periculum allatura inultum offensorem statuti non prætermissem, saltem multatitia pecunia culpæ nomine, qui colorem non quæsisset statutum violandi sed temerè admississet. cum nec furem qui cibi causa necessariò aliena subtrahit lex prorsus impunè dimittit cap. si quis de furt. si modo scire potuit statutum, non aliter. l. fin. ff. de decret. ita id quod licitum à lege dicitur, ratione loci vel temporis illicite aliquantulum fiet. l. omnes. §. qui se. ff. de re milit. Quod si imperiosa necessitas pro hominis salute velit sanguinem fundi: cum statutum sanguinem quoque fieri, pro eiusdem hominis indemnitate, vetuerit, impunè factum iudico. l. i. §. quod ait. ff. ne quid in loc. sacro, & quod medicinæ gratia sit extra legis sententiam constituitur. l. cum antiquitas. C. de testam. si cui. §. lanæ. ff. de legat. 3. vt cum lege municipij ferrum noctu secum ferre vetatur: nam non calumniabimur verba omisso sensu. l. pe. ad exhib. ff. l. carceri. de custod. reor. ideoque gladium gerens plectetur, non qui anulo ferreo vitur. † Pleni sunt rhetorum libri statutorum controuersijs, maximè repugnantium ex euentu, vt cum apud Senecam lex municipij dicitur lib. Controuersiarum. 2. cap. 5. rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias, optet, post accidit vnum duas vna nocte rapuisse, quarum altera mortem altera optat nuptias. ego morti addicerem, aucta ex numero raptarum immanitate. l. aut facta. §. quantitas. ff. de pæn. l. sic. ff. de oblig. alioquin color quæri posset piaculo, si clarissimæ puellæ raptor alteram rursus arriperet humilem, à qua facile vir optaretur, vnde qui plures raperet, impunitus euadere paratius posset, quod certò in statuto tam odioso cauendum venit. l. per omnes. C. de defensoribus ciuit. ne ob hoc is non pereat, quia sapius perire meruerit, vt Fuscus Arellius reatè tradidit cui succurrit l. pretia. ff. ad leg. Falcid. vbi nemo delinquendo charior efficitur. Quintilianus lib. 7. cap. 8. Institutionum, de contrarijs legibus loquens, refert statutu, quo tyrannicidæ statua poni iubebatur: sed mulieri per legem alteram statua poni inhibebatur, contigit à muliere tyrannum occidi. Ego statuam ei posuissem: quia vtilius est hoc Reip. vt plurimæ ad simile facinus illiciantur laudis præmio. l. 4. C. ad legem Iul. repet. l. 2. §. si. ff. de operib. public. cum interim Reip. nihil depereat, posita mulieri statua: quam multæ olim meruerunt, vt Cælia virgo inter Romanos obsides Porfenæ regi data, dum equo clam arrepto Tyberim traiecit. l. quoties nihil. ff. de regul. iur. addo. l. qui quadringenra. ff. ad leg. Falcid. vbi enim duo ita inuicem repugnant, vt alterutrum interire oporteat, eliciamus quod minus habet detrimenti, & plus quadrat legis sententiæ. Athenienses verò mediam quandam viam videntur tenuisse, quæ si penitus inspiciatur nobis succurrit, nam cum Harmodius & Aristogiton vrbem & regnum tyrannis maestatis asseruissent, Lexna meretrix diris cruciatibus torra nihil vnquam reuelauit, vnde Lexnæ feræ imagine statua ænea donata est, vt scripsit Pausanias in Atticis. puduit enim Areopagitas meretricem consciam matronæ præmio per omnia honestare.

Vlpianus. Lex x.

Iustitia est constans & perpetua voluntas ius suum unicuique tribuendi. Lu-

ris precepta sunt hæc: honestè viuere, alterum non lædere, suum cuique tribuere.

Iurisprudencia est diuinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia.

OBSERVATA IN L. X.

- 1 Iustitia in voluntate consistit, nec inuitus aliquis dici liberalis potest.
- 2 Iudex ex muneris necessitate ius dicens iusti nomen retinet.
- 3 Constantia decet virum iustum, & omnes virtutes ei adesse.
- 4 Tria iuris precepta vno potuisse contineri & naturæ conuenire honestum, in nuptiis maxime.
- 5 Honesto non fauendum, vt lucrum sequatur illicitum, & in pari causa illiciti possessorem superare.
- 6 Nulli nocere fas est, nec quidem sibi ipsi.
- 7 Iustitia distribuens suum cuique inter impares paria non statuit.
- 8 Iustitia suum domino tribuit, & debitum creditori.
- 9 Iurisprudencia, & iustitia scientia & virtutis, discrimen.
- 10 Diuinitatem sacra leges ciuilesque continent.
- 11 Scire ius an omnes teneantur an id ignorans sit in culpa, vel ignorans artem, quam profiteretur.
- 12 Doctor iuris an teneatur scire leges publicas, vel statuta loci cuiuspiam: quando ignorans puniatur.
- 13 Damnum euitanti error iuris non nocet. Et an prudentiorem cõsultare quis teneatur.
- 14 In iis quæ raro homines faciunt, cõsultiores esse debent.
- 15 Ius natura nemo ignorare debet.



¶ IUSTITIA est voluntas constans & perpetua ius suum cuique tribuendi, duplici consideratione, vt scilicet faciamus quod æquitati congruit sponte, non coactione aliqua: & deinde vt iugiter id velimus, ne fatiscamus in medio vel in extremo. nam vt de priore parte prius dicamus, cum liberalitas sit pars iustitiæ, si quis necessariò largitur merenti, non propterea liberalis dicitur. l. rem legatam. de adim. legat. ff. l. donati. ff. de regul. iur. nec qui donat filio ea lege, vt in portionem legitimam cedat. l. si quando. §. 1. de inoffic. test. C. multominus is liberalis dicitur qui segete alienam maturam secuit,

quiquidem impensas domino donasse censetur. l. si seruus. §. si oliuam ff. ad leg. Aquil. aut si sciens & prudens in alieno solo edificauerit. §. ex diuerso. de rer. diuis. qui lege cogente suum donare intelligitur, cum in alienum irrepserit: itaque iustè punitur, non autem ipse iustus est. nam, vt lib. 1. officiorum Tullius ait, hoc ipsum ita iustum est, quod rectè sit, si est voluntarium. ¶ Ergo inquiet aliquis, iudex æquus iuxta præscriptum legum ius cuique reddens non erit iustus: quia omne munus publicum habet necessitatem. l. munus. ff. de verbor. signific. maxime in iudicando. l. si. §. iudicandi. ff. de munerib. Respondeo onus iudicandi necessario obiri sed postea licentia ingens præuaricandi datur iudicibus ad eò vt iudicia fortuitum euentum habere dicantur. l. seruus. ff. de stat. homin. & cum imponè à legis linea aberrent, solo appellationis remedio læsis seruata. & demum cum in permultis lex certam regulam præstituere nequiverit sed arbitrio reliquerit iudicantis. l. 3. §. 1. ff. de re. lib. l. respondendum. ff. de pœnis. ¶ Constantia vero voluntatis in viro iusto desideratur: quia si diutissimè benè agere visus sit, exhaustis posteriore delicto virtutis præmia, nisi quod mirius punietur. l. non omnes. ff. de re milit.

Iustum, & tenacem propositi virum,
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus instantis tyranni,
Mante quatit solida,

inquit Horatius. Præterea vir iustus vbique sibi est similis, & virtuti, ne quo delicto inquinetur. qui enim legem in vno præcepto offenderit, factus est omnium reus, vt est in epistola. D. Iacobi cap. 2. & vnica auaritiæ labe peritiam iuris, & quodlibet equi bonique studium infuscare potest. quomodo, inquam, ius suum cuique tribuere poterit, qui sibi nimium studet:

studet: Iam ille non rectè iustitia distributua vtetur, quæ virtutes reliquas continet. imprimis vtique prudentiam delectum habentis, ne nimia aut intemptiua vtatur. seueritate vel misericordia. l. obseruandum. de offic. præsid. l. si hominem. ff. de pœnit. ac sic habebit temperantiam: quia vt ibidem Cicero dixit, iustè omnia decora sunt, iniusta contra vt turpia, sic indecora. proinde non tam alieni abstinentem peto iudicem vt à nullo ciuium Xenia capiat, adiecto tamen modo. l. solet. §. si. ff. de offic. proconsul. & honesto conuenit fordes inopiæ arcere ab illis, qui magistratus gerunt. §. 1. de defensorib. in auth. col. 3. adijcitur tandè constantiam rectè per omnia faciendi in hac definitione expressam, fatebere. confestim eadem omnes virtutes comprehendit, & vni iustitiæ conglutinari. nam & turpius est benè cœpta deserere quàm ea nunquam incepisse. §. sed & hoc de sanctiss. episc. col. 9. l. nam et si. §. 1. ff. de inoffic. testam. ideo lex nulla pœnitentia permittit obliterari crimen eius, qui semel Christo nomen dederit, & ab eius fide postea discesserit. l. hi qui. C. de apostat. ita odiosus fuit præcipuis philosophis Dionysius Heracleotes Zenonis Stoici auditor, qui diu dolorem à malo secreuerat, mox malum dixit, cum è renibus cœpisset laborare, vt ait Cicero. 2. Tull. hinc laudati in cœlo humique martyres, qui tormentis restiterunt, & vitâ potius quàm Christi religionem dereliquere, vt scilicet æternum rursum viuerent.

¶ Quod spectat ad tria iuris præcepta hic memorata, sub vno honestè viuendi facile contineri poterant: cum vt iam diximus, nihil honestum sit, quod vacet iustitia. nec qui alterum lædit, qui alteri suum tribuere renuit, honestè aut iustè quicquam facere dicitur: sed expedit expressius singula præcepta explicari, vt à iuuenibus promptius intelligantur. §. alio. quibus modis testâ. infir. l. item. §. ait prætor. l. ff. de iniuri. Cuius autem iuris sint hæc præcepta, videamus: & constat primo quidem profecta à iure naturali æquo & bono. l. penult. hoc tit. vndè licet ius ciuile eadem vsurpauerit, tamen naturalia semper manebunt. §. vendit. de rerum diuisi. Honestatem verò vitæ & morum plurimi facit lex, præsertim in matrimonijs, in quibus id quod licet cedit honestati. l. semper in coniuncti. de regul. iur. ergo nec sponsam patris defuncti nondum noueram filius ducet, nec filij pater. §. si vxor. de nupt. ad eò vt si lex non cogat ad honestum, cum vulgò aliud liceat, tamen laudet, & ad illud hortetur. l. cum plures. §. si. de administr. tut. ff. l. cum affirmes. C. de liberal. caus. l. i. §. licet. de pericul. & comod. rei vendit. ff. ¶ Sed non ad eò fauebo honeste interpretationi vt ei qui iniustior est lucro sit. l. si possessor. ff. de peti. heredit. l. qui proprio. §. procurat. ff. de procurat. hinc sit, vt in pari causa turpitudinis potior sit is, qui rem possidet: l. 3. ff. de condict. ob turp. caus. quoniam sic ius vlcisitur eum, qui turpiter dedit & regulam suam seruet, vt in dubijs, & in paribus, possessorem iuuetur. l. in pari. de regul. iur. accedit, quod lex cœnia lyncæis oculis peruidens fisco auellendum relinquit, quod possessor turpitudine accepit. vt si iudex corruptus pecuniam acceperit. §. necessitatem. in authent. vt iudic. sine quoq. col. 2. mira est hæc legis astutia, vt ei deinde obit, cui parum verecundè proferat. l. si fideiusor. §. pe. ff. mandat.

¶ Lædere quoque neminem cuiquam permisit ius, ne se ipsum quidem: quia qui in se ipsum scruit malus vtique est & nihil non in alios ausurus. l. cum autem. §. malus. ff. de edil. edict. nec obest. l. 10. §. si ipse. de pecul. ff. vbi seruo naturaliter vulnerare se ipsum licet: quia naturaliter intelligo, iure gentium, quo bella, seruitus, & nonnulla æquè acerba tolerantur. Vel naturali iure feris communicato. l. 1. §. penult. hoc tit. ideo laudatur à Plinio canis Iasonis Lycij, qui domino interfecto inedia sponte periit, vt equus detracto oculorum operimento, dum agnouisset se cum matre coiuisse è prærupto loco se precipitauit. sic considero seruum æstimatione ciuili, vt quodlibet animal. ideoque d. §. si ipse, non deducit dominus id damnum de peculio: quia vulnus sibi met seruus inflixerit, atqui ius naturale ratione clarum, quod æquum & bonum dicitur in l. pe. hoc. tit. nisi quod ius ciuile tædio vitæ aut impatientia doloris mortem cuique sibi consciscere sinit. l. si quis filio. §. eius. ff. de iniust. testament. atque ita semel mori, ne diutius moriatur. sed ius diuinum refragatur, & legem ab æquitate dissentientem ostendit. Can. si non licet. §. fin. 23. quest. 5. nam verum ius naturalè eo versatur, ne quis alij faciat, quod sibi non vult can. 1. distinct. 1. atque vt alium tanquam se ipsum diligat, ergo qui alium lædere prohibetur, à sui læsione absteat, & semet iustè diligat. quare lege veritum est alij nocere in corpus, etsi sponte id admittat. l. lege. §. si. ff. de sicari.

¶ Tertio præcepto iuris admonemur suum cuique tribuere: quia cum præmijs & pœnis Respublica contineatur l. 1. hoc tit. in vtrisque distributua iustitia vti debemus, vt honores & præmia pro meritis conferamus. l. fin. de tyronibus lib. 12. C. l. 1. §. in honorarijs. ff. de varijs cogniti. ita etiam dum pœnæ incutientur, ex eodem delicto conscij non pariter affi-

ciendi veniunt: cum sexus ætatis, dignitatisque, ratio habenda veniat. l. 2. §. fin. ff. de iure fisci. l. 2. de termin. mot. & elegantius in l. qui cum vno. §. fin. ff. de re milit. Iustitia est, ut inquit Aristoteles in libro de virtutibus, eius quod par dignumque quoque sit, qualiter in re delectum habere. prima iustitia erga deum est, proxima debita diuis, tertia parentibus: postrema qua functis vita debitum suum cuique officium præstamus. Ergo quod ait Cicerō lib. 2. officiorum, ius semper esse quæsitum æquabile, aliter, inquit, ius non esset, ad pares personas & causas pertinet. l. illud, ff. ad legem Aquil. cum apud eundem lib. 2. de inuentione, iustitia definiatur habitus animi communi vtilitate conseruata suam cuique tribuens dignitatem. hoc ex dilationibus liquet, quas iudex venturis in iudicium recessiores aut longiores præstituit, pro ut quisque remotiore lare habitat. ætatis ac valetudinis perpenso discrimine ex naturalis iustitiæ præscripto. l. 1. C. de dilationib. l. scire. §. consequens. de excus. tutor. ff. idem non est accusanda natura, quod dextræ manui plus virium indiderit quam sinistræ. & frustra Plato in Dialogo vj. de legibus contendit nõ hoc à natura factum, ut dextra sit imbecillior sed more atque educatione, cum ut ait, Scythæ vtralibet arcum ac sagittam æquè teneant. at Vlpianus non veretur addubitare, an Scæua qui læua præualet, vitiosus sit, vel is qui dextra mancus efficitur. l. qui clauum. §. penult. ff. de ædil. edict. in summam qui inter inæquales æqualitatem seruare vult, iniustus est. † Suum ergo cuique tribuatur: quod non tantum pertinet ad id, cuius quisque dominus est. l. solū. ff. de rei vendic. sed ad id, quod cuique debetur ex iustitiæ dictamine similiter creditori soluendum. l. 1. ff. quod cum eo qui in alien. potest. l. ut mihi. ff. de donationibus, sic debitum è diuerso dicemus non ineptè id, quod iure dominij nostrum est, ut dos mulieri viro mortuo. l. 1. §. igitur. de rei vxor. act. C. l. pecuniæ. §. fin. ff. de verborum signific. vnde excusatur Simonides dum apud Platonem dialogo 1. de Republ. tradit iustum esse debitum vnicuique reddi. §. 1. de actionibus, quia non excludit debiti verbo dominorum sua repetentium causam.

9 † Iurisprudentiæ definitio ostendit, quantum illa discrepet à iustitia, quæ virtus est, & voluntas perfecta ius suum quibusque impertiens. atqui iurisprudentia est tantum scientia virtutis, ergo huic præfertur iustitia: cum parum proficiat verum scire ei, qui non vitur, idcirco lex sinistram præsumit de homine agnoscente prudentiam, quam non vsurpet. l. cum de indebito vers. qui enim. ff. de probari. & Christus in Euangelio Lucæ cap. xi. v. vobis, inquit, iuris periti, qui tulistis clauem scientiæ, ipsi non introiistis quippè scientia extrinsecus venit, virtus autem in nobis est, & bonum eligit, malum repellit: illa vtrius cognoscit. l. 1. hoc tit. nec prodest viatori iter nouisse, nisi eo gradiatur, quare eius fraudem arguit. l. v. de nauiculari. lib. xi. C.

Quod verò scientia huiusmodi circa res diuinas nedum humanas versetur, liquet ex cultu mandato publicæ probatæ tantum religionis. l. non erit. ff. de iure iur. l. 1. C. de summa trinit. præterea quod interdicta introducta sunt de locis sacris, de religiosis, quas diuinas dicit. l. 1. de interdic. quæ quidem res in nullius bonis esse noscuntur, & ab omnibus ciuilibus defenduntur. §. nullius de rerum diuisi. l. 1. §. nunciatio fir. ff. de oper. noui nunciat. si desint æditui sacris rebus præfecti, de quibus in l. 1. §. huius. hoc tit. l. sancimus. C. de sacros. eccles. leges quoque ipsæ sacratis, dicuntur. l. 9. de legib. C. ideo in sacris vasis ecclesiæ recondi debent. Iustiniano iubente. §. fin. ut iudices sine quoque. in authent. col. 2. sicut publicæ tabulæ in æde Saturni reponerantur, teste Plutarcho in Problematis. Habet quoque simul iurisprud. cognitione diuinæ & humanæ rei circa matrim. quo animi immortales iunguntur diuin. cõcessi. & rerum cæterarum societas quædam initur. l. 1. ff. de rit. nupt. l. 3. ff. de donat. inter vir. l. 1. ff. rer. amot. Nec omitto in cælo iuri & legibus, ut præmij & pœnis locum esse, quibus nimirum boni mali que efficiantur iuxta l. 1. hoc tit. boni enim delicijs perennibus fruuntur, quas quoque lex curat ciuilitate. l. competit. ff. quod vi aut clam. §. fi. in latæ culpæ auth. dat. de hæredib. & falc. col. 1. idque in cælo contingit ex iustitiæ distributiæ præscripto secundum cuiusque merita, ut Christus ait Ioannis cap. 14. pœnas verò sentire angeli præcipitari apud D. Petrum epist. 2. cap. 2. & notum est Adami è paradiso amoenissimo exilium can. quælibet. 40. dist.

10 † Sed an iuris scientiam omnes ciues tenere debeant, quæri solet: certè Imperatores sic loquuntur in l. penult. C. de iuris & fact. ignor. Constitutiones principum ignorare quenquam nec dissimulare permittimus. vnde videretur latæ culpæ ascribi, nescire id quod omnes decet intelligere. l. latæ ff. de verbor. signific. At certè ibi Paulus non ignoratione eorum, quæ sciri intelligi debet decet latæ culpæ dat, sed eorum, quæ vulgò intelliguntur, siue in iure

iure siue in facto versentur. l. regula. §. sed facti. & §. sed iuris. ff. de iuris & fact. ignor. atqui pleraque ius ciuile sciri vult, & seruari quoque, quibus tamen non cognitis vel non seruatis minimè indignatur, nec punit. l. 1. §. licet. ff. de pericul. rei vendit. l. hæres. ff. de vsufr. leg. sic. d. l. pen. C. de iuris ignorat. dirigitur ab Augustis ad præfectum prætorio, ut scilicet constitutiones promulgari curent, quos imitatur Iustinianus col. 5. in authent. ut factæ constitutiones, in inscriptione ad præfectum orientis, & in §. sancimus. hortatur eum ut nemini non innotescere constitutiones suas patiatur; at interim excusatos habeat, qui protinus publicationem earum non intellexere, vel bimestri interuallo. quia præco divulgans non illicò ab omnibus exauditur. l. diuus. ff. de restit. in integr. facit nobiscum §. fin. in auth. ut omnes obedi. iudicib. col. 5. alioquin cuius ciui totius artis ciuilibus notitia incumberet, ut quæ præfectis per varia programmata vbique terrarum proponi mandatur. l. 2. §. si. C. de veter. iur. quod infinitæ operæ etiam studiosissimis censeretur. Ergo apud Macrobius Rutilius vetus autor notat Romanos instituisse nundinas, quia ab agris in urbem venirent nono quoque die ad mercatum legesque accipiendas, quæ trinundino propositæ facillè sciri possent. verum hoc rudi adhuc populo viguit: nam paulatim ex factis & euentis leges aliæ atque aliæ institutæ fori disputationem desiderarunt: quarum scientia ferè centum annis penes collegium pontificum extitit & postea penes ciuitatis summates. l. 2. §. his legibus. §. seq. ff. de origia. iur. adeò ut sæpe graues iurisconsulti addubitent, quid respondere oporteat: aut semet reprehendant noua aliorum perducti sententia: ut tali modestia æquitati magis quàm famæ consuluisse intelligantur. l. si venditor. in fin. ff. de seruis export. & Seruius Sulpitius ideo tantum reprehensus est, quod ignoraret ius, in quo ipse facundus orator coditæ versaretur. l. 2. §. Seruius. ff. de orig. iur. aliter atque si nuperimus esset aduocatus & tyro. l. 4. §. fin. de re milit. ff. non ergo talis ignoratio probrosa esset negotiatori vel rustico. sed potius si imperitus esset opificij sui, nam artem quam quisque exercet, scire debet: ne cum aliena iactura ignarus sit agriculturæ vel artis medicæ. l. si merces. §. conductor. locat. ff. l. si quis fundum. §. Celsus, eod. vbi in omnem artificem ratio legis extenditur. §. præterea. de lege Aquil. † Attamen ignoscerem Doctori legum, si in iis hallucinaretur, quæ de apicibus iuris sunt, & opinione incerta in legum dissidio versantur. §. fin. de æqualit. dotis, in auth. col. 7. l. si fideiussor. §. quædam. ff. mand. vbi nec error in iis nocet, nec consulta omiffio. sic nec incusarem nautam, qui in irati maris fluctibus rectum cursum omittens, quacunque velificatione sese eripere tentaret. quod multo magis in alio ius nesciente quàm iuris professore locum haberet. Ergo dum lex recenter lata est, ut vidimus, vel iam pridem viger, sed controuersa interpretatione, toleratur legis ignorantia. & tertio cum est lex seu statutum speciale loci, merito enim ab exteris nescitur, immeritò à cæteris eiusdem sodalitatij. l. si. ff. decret. ab ordin. faci. sed cur punitur qui errauit vectigal soluendum, licet mitius luat. l. fin. §. licet. §. diui quoque. ff. de publican. Respondi ibi agi de iure publico omnium principum, & in facto errari duntaxat. quia non dubitatur, quin vectigal solui oporteat, sed vbi oporteat. nec impudè errari vbi facillè error fingi possit. l. item quæritur. §. si fullo. ff. locat. §. quia tamen. de vi bonor. rapt. † quarto iuris error non nocet de damno vitando certantibus, sicut non prodest lucri studiosis. l. iuris. ff. de iuris & fact. ignor. Planè huic obest, quod aiunt scire ius ciues expedire: utpote qui peritiores viros consulere potuerit. l. in bonorum. ff. de bonor. poss. faterur utique Paulus ibi iurisperito magis ægrè succurri, qui sibimet sapere debuerit. sed nec imperito succurritur: quia prudentem potuerit sciscitari. l. 2. §. si. ff. quis ordo in bonor. poss. Vnde dissolutio dubij nascitur: nempe quia cum quærat de centum diebus, in quibus hæres extraneus petere bonorum possessionem debet, non magnopere attingimus iuris ciuilibus fastigium: id tantum scire nos conuenit, quòd vsitatur cotidie in ciuitate: cum nihil sit morte hominū, atque successionem senū & iuuenū incertius. crebra gliscunt funera & multorum hominum interest, defuncto quoquam cito successorem patere, qui eum defunctum referat. l. 1. ff. de success. edict. propterea in d. l. in bonorum, dicitur quæstionem petendæ bonorum possessionis leuiorem esse, quàm ut iurisperitum desideret. † Audio mihi iam obiectum iri ex l. iusto. ff. de vsucapi. vbi subuenitur ei, qui errat in iis quæ cotidie eueniunt non quæ raro: quapropter per filium non iure arrogatum nihil nobis quæri potest, imò per hominem liberum pro seruo emptum: cum emi liberos pro seruis assiduum sit. Dicam hac in re non agi de errore iuris, sed facti, cum ingenuus à seruo difficulter secerni queat. & præterea cum cesset ratio. d. l. in bonorum. quia nimirum consilium à prudentioribus nec capi facillè possit, nec capi soleat. sed cum homo filij loco arrogatur, & eligitur is qui orbitatem futuri patris consoletur, aut naturalis filij vicem rectè impleat, multa con-

siderantur coram magistratu & decernuntur. l. si paterfamil. §. fin. ff. de adopti. vnde causari facilitatem negotij tanti nulli licet: cui actis deliberatio intercessit. siue in iure, siue in facto, erratum fuerit: quod vel libertus alienus est arrogatus, vel is qui putabatur vulgò maior annis. l. arrogauit, non bene subducto annorum calculo vt in d. §. fin. sed non debuit in facto suo in causa tam grandis præiudicij errare. l. 3. ff. de iur. ignorant. Et quauis in d. iusto dicatur non iure factam arrogationem, potuit nihilominus errari in facto, ex quo ius deinde nascitur.

† Sicubi verò iuris ignorantia impunè cedit, illam excipi par est, quæ bonos offendit mores, & instinctum naturæ æquitati ac pietati consentaneum. ecquis ignorare se dicit charitatem in parentes ac liberos, licet sit valdè rusticus. l. venia. C. de in ius vocan. quis, inquam, arbitrabitur furari, mœcharique, licere? cum naturæ ratio aduersetur, & turpe iudicet. l. probrum. ff. de verbor. signific. proinde nec minoribus xxv. annis in delictis conceditur ignorantiam legis vlticis causari. l. regula. ff. de iuris & fact. ignorat. & hoc est quod habetur in l. 9. C. de legib. leges sacratissimæ, quæ constringunt hominum vitas, ab omnibus intelligi debent. nam hic de industria vocantur sacræ leges præ reliquis, quæ vitas hominum constringunt, & eos à flagitiis absterrent demonstrato dei cultu, & veritatis punitisque sceleribus, quæ per se vel sine legislatore vllò odiosa censentur, & sepultos nedum viuos infestant, ac communi ciuium gaudio vindicantur. l. nemo. C. de episcop. audient. Quod si verisimiliter dubitari possit, sint ne delicta vel non, tunc ignorantio iuris excusat, vt illum qui nesciuit, quoto gradu cognationis nuptiæ permittantur. l. si adulterium. §. 1. ff. de adulteri. licet ibi incestum naturæ repugnare constet perspicuè.

Paulus. Lex XI.

Ius pluribus modis dicitur: vno modo, cum id quod semper bonum ac æquum est, ius dicitur, vt est ius naturale. Altero modo, cum id quod omnibus aut pluribus in quaque ciuitate vrile est, vt est ius ciuile. Nec minus rectè ius appellatur in ciuitate nostra ius honorarium, Prætor quoque ius reddere dicitur: etiam cum iniquè decernit, relatione scilicet facta, non ad id quod prætor ita fecit, sed ad illud quod Prætozem facere conuenit. Alia significatione ius dicitur locus, in quo ius redditur: appellatione collata ab eo quod fit, in id ubi fit. quem locum determinare hoc modo possumus: vt ubicunque prætor salua maiestate imperij sui, saluòque more maiorum, ius dicere constituit, is locus rectè ius appelletur.

OBSERVATA IN L. XI.

- | | | | |
|---|---|----|---|
| 1 | <i>Ius est æquiuocum nomen, & pluribus modis capitur, sed præcipue æquum & bonum excellit.</i> | | <i>Et quod lex æquitati resistens æquitatem se tueatur.</i> |
| 2 | <i>Ius natura quare immutabile dicatur.</i> | 10 | <i>Ius naturale commune cum feris ab aliis iuribus superatur, & sæpe à pactis.</i> |
| 3 | <i>Ius gentium apud quasdam gentes recens, & quod ciuili iure tollatur.</i> | 11 | <i>Abdicatio filij viuente patre fieri desit: quodque filio, ex causa, alimenta denegatur.</i> |
| 4 | <i>Ius naturale verè diuinum, est ipsa æquitas.</i> | 12 | <i>Iura sanguinis an pacto dirimi possint, vel capitis diminutione.</i> |
| 5 | <i>Naturalis æquitas à semetipsa tollitur, vt in pacto posteriore, ac sacramento.</i> | 13 | <i>Ius ciuile factum pro infecto habet, & an seruitus cognationem auferat, & quomodo.</i> |
| 6 | <i>Æquitas, cui lex opitulatur, potior est quam alia, & sæpe dura efficitur.</i> | 14 | <i>Qua ratione suum cuique tribui potuit, antequam dominia iuregentium distinguerentur.</i> |
| 7 | <i>Æquitas non ubique locorum, instar ignis, eadem est.</i> | 15 | <i>Ius, licet iniquum, iusti nomen retinet: & quid est quod dicitur, id quod tibi vis alij feceris.</i> |
| 8 | <i>Ius ciuile mutabile sequitur æquitatem immutabilem, aut mediocritatem, cuius ratio reddi nequit.</i> | 16 | <i>Quandoque alij melius velle quam sibi met quemquam</i> |
| 9 | <i>Desuendo non æquitatem sed legem tollit.</i> | | |

- | | | | |
|----|---|----|--|
| | <i>quæquam teneri, vt seruum & Vassallum.</i> | 20 | <i>An in privato loco & in contentiosa iurisdictione iudex statuat. tñ fori seu tribunalis varia nomina: quid sit in ius vocare.</i> |
| 17 | <i>Iudex iniquus iuste statuisse presumitur, non autem priuatus.</i> | 21 | <i>Non valet pactum, vt iudex alibi quam solito in loco ius dicat.</i> |
| 18 | <i>Quauis ipso iure nulla sit iudicis sententia, tamen de illa queri condemnatum decet.</i> | 22 | <i>Prorogari iurisdictionem à tempore, à re, à persona, non à loco in locum.</i> |
| 19 | <i>Quis ius det, dicat, reddat. quis iurisdictioni præsit, & ius esse locum dicendi iura.</i> | | |



V S est ex eorum numero, quæ Græci ὁμοῦμα vocant, & variam interpretationem, ac, vt aiunt, æquiuocam recipiunt, sed tamen certitudinem habent, vt differant ab ambigua oratione incertæ significationis. vt qui promisit Stichum, cum sint plures, vel Carthagine dari nec explicans vtrum in Libyca vel Hispania. l. vbi est. de reb. dubi. ff. Sed in æquiuoco nomine vis facile colligi potest, veluti legata bibliotheca triplicis significationis. l. librorum. §. chartis. ff. de legat. 3. at ius variis prope scætet explanationibus, vt satis patere potuit in l. i. hoc tit. vbi ius est ars siue scientia artificio digesta, qua ad æquum & bonum, de quo hic Paulus tractat, perueniamus, & ius naturale vocat iustitiæ vsquequaque adhærens. ita ius dicitur iuris alterius scientia aptissime concinnata. Quare verò ius huiusmodi à Paulo dicatur semper esse æquum & bonum, prædixit Cicero pene diuina voce, vt cum Lactantio loquar in libro de vero cultu cap. 8. Est, inquit ille in lib. 3. de Republ. vera lex recta ratio, naturæ congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, quæ vocet ad officium iubendo, vetando, à fraude deterreat, quæ tamen neque probos frustra iubet aut vetat, neque improbos iubendo aut vetando mouet. Huic legi, inquit, nec propagari fas est, neque derogari ex hac aliquid: licet neque tota abrogari potest. Nec verò aut per senatum aut per populum solui hac lege possumus: neque est quærendus explanator aut interpres eius alius: nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia posthac. sed & omnes gentes, & omni tempore vna lex, & sempiterna, & imputabilis, continebit. vnusque erit communis quasi magister & imperator omnium deus: ille legis huius inuentor, disceptator, lator: cui qui non parebit, ipse se fugiet, ac naturam hominis aspernabitur. hoc ipso luet maximas pœnas, etiam si cætera supplicia quæ putantur, effugerit. † Ex quibus Tullij verbis vtrunque explicari posse videtur in §. pe. de iure natural. gent. Iustinianus: sed naturalia quidem iura, inquit, quæ apud omnes gentes per æquè obseruantur, diuina quadam prouidentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent. cum enim dicat diuina prouidentia iura sanciri, amplius aliquid ingerit quàm iuregentium concipiatur vti que apud omnes gentes seruato: sed non à primordio creati hominis. cum constet bella & seruitutes morti longe similes adulto admodum genere humano irrepsisse, idque iuregentium diuinitus tolerato potiusque inuento. si quis enim sequatur diuinum illud, quod tibi nō vis, alteri ne feceris. in can. i. dist. nec bella ciebit, nec seruitutes. quinetiam bella quæ iuste geri lex xij. tab. iubebat similia sunt venenis, quibus terriora pelluntur vt argento viuo toxicum. l. quod sæpe. §. 1. de cōtrah. empr. ita vt iustitia bellorū ex laceffentis nequitia prodeat. Præterea ius gentium dicitur commune toti generi humano, & vbi que per æquè seruari. §. 2. & §. ius autem gentium. de iustit. & iur. ad differentiam expressam iuris ciuilis cuique ciuitati peculiaris vt l. maiore. ff. de verb. signif. quia firmitus & latius propagatum fuit quàm ius ciuile, sicut Imper. Romanus dicitur mundi dominus: quia nemo principum tam longè lateque rerum potius legatur: nec quidem Alexander ille Magnus, cui quidem in inuenta mundus ipse visus est exiguus, nec enim cum Romanis vnquam confixit. l. pe. ff. ad legem Rhodi. † Planè si ius gentium belli, captiuitatis, conuentionumque opifex, cum iure naturæ æquo & bono conferatur, liquebit illud angustis finibus premi: atque etiam metuere quâdoque, ne alicubi intercidat. maximè verò si Græcis Romanis uè scriptoribus subscribamus: qui ius par ac pene idem vsurparunt. l. 2. §. 1. de orig. iur. ff. & quia vrbes & ædificia iuregentium posita primū asserimus: item regna & bella introducta, cōstat Nomadas populos, tū in Scythia, tū in Libyca, maximos sine certis sedibus vagos in curribus vitæ egisse. de Sarmatis idem per multi scripsere, quorū est Pomp. Mela. Plin. lib. 7. cap. 56. Liberū patrē inuenisse regū diadema & contractū emptionis & vëditionis notat: Seruiturè Lacedæmonios, præliū Afros cōtra Ægyptios sustibus. Corn. verò Tacitus autor est nōdum sua ætate post xij. Cæsares, Germanos interiores aurū & argētum non agnouisse nec signasse: ac permutatione tantum mercium vsos quam in suam Rempubl. redintegrasse Lycurgū, auro & argēto ciectis, Iustino teste credi cōuenit lib. 3. seruitutes, ma-

numissionesque Gallia iam pridem exposcit. postliminio vix quisquam utitur, licet naturali, gentium, ac civili æquitate fulciatur. l. xix. de captiu. ff. Quod si speciatim dispiciamus hoc ius gentium, quod naturale quoque dicitur. §. singulorum. de rer. diuis. dici non potest, quoties iure civili tollatur, adimatur, extenuetur: vt riparum & fluminum vsus. §. riparum. eod. tit. l. i. §. Labeo. l. quominus. ff. de fluminib. sed & pacto tollitur, cum maris vsus communis quidē nēdum publicus naturaliter tolli queat. l. venditor. ff. commun. præd. quid, quæso, dici aliud potest de dominio, id est, de facultate libera de suis rebus disponēdi ac cōtrahēdi? an nō lege, more, pactione, cotidie extorquetur vel adimitur. l. dudum. C. de cōtrah. empt. l. vēditor. §. si. etiā si quis ad regionis ritū iurigentium ascriptū transferre suam rem velit. l. 2. hoc. tit. l. si. C. de pact. inter emptor. perperam tam pia libertate vtetur cōtra pactionem vel morem cuius eadem vis est; aut certē potior. si enim iurigentium inualuit communi tantum gentium consensu. l. omnes. hoc. tit. quare contrario non obliterabitur. l. nihil tam. ff. de regul. iur.

4 † Meritō in d. §. pe. de iure natur. genti. cum iuxta Ciceronem diceret iura naturalia apud omnes gentes seruari, ne quis existimaret de iure gentium agi, non modo immutabilia esse subiunxit, sed etiam restrinxit ad ea quæ diuina prouidentia constituta noscuntur. quippe cum relatiuum, quæ, præcedentiā restringere solet. l. ea tamen. ff. de legat. 3. vnde si quod est ius naturæ non penitus diuinitatis particeps mutabilem & volucrē habet potestatem, & alij iuri cedere minime dedignatur. solum illud ius cōstans & semper, vigēs est, quod deo congruit, de quo in hac l. Paulus respōdit, id est de æquitate illibata quæ idem est quod & æquum & bonum. l. non solum. ff. de iniur. sicut affatim in l. i. hoc. tit. patefecimus.

5 † Sed vt apertius adhuc explanemus, Omnis nostra vis in animo & corpore sita intelligatur. animi imperio corporis seruitio magis vtimur: alterum cum diis, alterum cum beluis cōmune est. inquit Sallustius, vnde sequitur necessariō, cum homo ex animo & corpore compositus fuerit, similiter cum duo iura momento accepisse à deo autore, quorum vtunque à natura manauerit: sed alterum excellentius vt ratione instructum & perennitate. nūquam etenim æquitas tolli potest, nisi ab æquitate vt subiungam, atque ita sibi met succedens per subrogationem æterna intelligitur. l. eum debere. ff. de seruit. urban. prædi. l. proponebatur. de iudic. vt ecce, pacta seruari æquitas dicitur. l. i. ff. de pact. pactio tamen posterior præualeat, & naturalem dirimit obligationem alia æquitate. l. Stichum. §. naturalis. ff. de soluti. alioquin non seruarentur pacta nisi posterior quoque vigeret. §. præterea. de exceptionib. idem liquet in iureiurando à parte parti delato ex consensu. §. æquē. eod. tit. quia licet peieret is cui defertur, tamen æquitati consentaneum est stari iuriiurando, quod vi conuentionis nititur, & in quo iudex in causa propria factus est is qui iurat sponte deferentis. l. i. ff. quarum rer. acti. non dat. l. qui iurasse. §. si. ff. de iureiur. Quod si aliquis dicat non hic statui perfectam æquitatem, cum periuurum deum vltorem metuat. l. 2. C. de rebus credit. Respondebo ipse inultum esse periuurum expedire, & conuenire æquitati potiori, ne deferens à sua pactione discedere leuiter censeatur, & ne ab initio temerē pepigisse, fore scilicet victorem inficiatorem, si quidem iurauerit: præferim fauore finiendæ litis. l. 1. & 2. ff. de iureiur. alioquin non facile starei rei indicatæ, quam vis sacramenti delati ibidem separatur, si non iudicis sententia in hoc seculo spectaretur, sed futura dei cælestis, qui iterum re iudicatam iudicat, vt ait Plautus in Rudente. quare hoc subolens Paulus hic commodè subdit, semper iudicem præsumit ius reddere. & de iureiurando non obscurè ibidē dicitur in d. l. Stichum. §. naturalis. de soluti. & sicut posterior sententia priorem vincit, licet re vera iustiore. l. i. de appella. ff. ita posterius sacramentum. l. duobus. §. si. de iureiur. nam non queritur nunc, an dari oporteat, sed an iurauerit actor ex consensu rei, qui sibi prius iurauerat. gaudet itaque æquitas posterior victrix, quod sibi met præpolleat. quemadmodum homo senex gaudere consuevit, si quando iuuentæ res gestas nobiliori aliquo facinore præuerterit. atque ita ius naturale æquum nunquam aboletur, nec iusurandum, dum sequenti ex consensione præbito cedit. l. duobus. §. si. de iureiur. quia semper verū est æquitate religionis eminere iure civili ad stipulante, cuius arbitrio ius æquum ab æquiore vincitur. l. si seruus. §. quod verò. de furt. † Quia cum æquitas æquitati reluctari videtur, vbi que illa euadit superior, cui civile ius suffragatur, & sola civilis ratio iura naturalia æquitate solidam secum habentia corrumpere non potest. l. eas. ff. de capit. diminuti. vbi mulier passa deportationem perennem non amittit dotis suæ opportunam repetitionem benignè & quadam humanitate à lege concessam. l. sed si alia. ff. de bonis damnat. ne scilicet exilio in flagitium prolatur, si dote sua prorsus careat inops & misera. nam nec deportatis tenuē acquisitionē lex inuider. l. 2. C. de bonis proscript. quod si æquius aliquid lex excogitare potuisset, eò protinus trās fugeret. & ita iuncta æquitati æquitate domaret. quasi

quasi viribus communicatis duarum legum. nam ratio naturalis est lex quædam tacita. l. cum ratio. ff. de bonis damnat. ergo vincitur ob expressa lege civili; quæ comitem æquitate habere semper existimatur, quandiu spirat, & vigeret, & seruit tempori interdum duro. l. i. ff. de interdict. & relega. alioquin summa sequeretur iniquitas & offensio Reip. nunquā pacatæ, si passim lex lata in controuersiam reuocaretur pretextu æquitate deficientis. l. prospexit. ff. qui & à quib. vbi duricies legis habet plurimum æquitate, cum prohibeat lex seruum mulieris adulterij postulatē intra 1 x. dies manumitti ne ita quæstioni subducceretur, & veritas veneris furtiue lateret. nihil enim durius est æquitate ad vindictam exemplumque criminum accensē. l. aut facta. §. si. ff. de pœn. l. 3. C. de episcop. audi. & quamuis æquitas suadeat, ne pœna maior sit crimine, nēque delinquentem egrediat. l. sancimus. C. de pœn. tamen sæpè valeantiori æquitate fit, vt complures vnā puniantur, quos fingit deliquisse lex, ne vero auctori impune cedat. l. item Mela. §. i. l. si ita. §. fin. ad legem Aquil. aliter stauentibus multa scelera ex insignibus naturæ odiosa vtique gliscerent. l. probrum. ff. de verbor. significati.

7 † Quo fit, ne assentiar Aristoreli, qui lib. v. Ethicorum cap. vij. ius civile legitimū mutabile tantum putat, naturale autem, inquit, est quod vbi que vim habet eandem: sicut hic & apud Perlas ignis pariter vrit. quo exemplo crebrius quàm par sit niti plerisque audio: nec ipse idem fatis ei fudit. subdit enim apud homines esse aliquid constans, itē mutabile, verum non omne. Ecceur igni potius quàm aquæ ignem superanti ius naturale conferemus? atqui aqua, vt placet physicis talis est, qualis terra, per quam fluit vel herbæ, quas lauat, & succum participat. & aqua illa calida in Hierapoli Asiæ oppido, qua rigantur horti & agri. l. i. §. idem Labeo. ff. de aqua cotidian. sine dubio sulphuris aut nitri venas percurrit. Quintiam intra annum fit crusta lapidea perutilis. quia vt Vitruuius scripsit lib. 8. cap. 3. eod. loci subest terra coaguli similis. additque Hypanim dulcem Ponticæ oris fluuium tandem fieri amarum: idē quod miscetur fonticulo terram amarā adluenti, vnde Sandaracha rufi coloris sulphur redolens, vt omnes sciunt eruitur. Hic profectō vera æquitas locis & regionibus sese accommodat. l. pen. §. sunt quædam. ff. de eo quod cert. loc. l. quod si. §. fin. eod. Iam puto abundē demonstratum, ius naturale, quod hic bonum & equum vocatur, à se ipso mutari non alio quouis iure, nisi pretextat iustitiæ ipsius facultatem, & colorem nouē & nuperrimē æquitate. l. i. ff. de legat. præstand. quæ quidem verus est, sed iuuenta nouē. vt l. admonendi. de iureiur. & ita semper inuenitur constans in sua specie: atque multo magis in genere, cum & hoc modo ius civile immutabile censei posset: quia illud generale sit omnibus populis aliqua lege vel consuetudine gubernari. l. omnes. hoc. tit. † Et quamuis 8 lex antiqua (tanquam clauus clauo) tradatur à recentiore, tamen semper in genere ius civile in terrarum orbe permanet tanquam in eo pædagogum simulet, qui ad equum & bonum nos ducat. l. i. hoc. tit. & quamuis ductor mutetur aut deficiat, scopus & finis ille clarissimus disciplinæ minime immutatur. nec ciuitatibus aut gentium regionibus distinguitur, sed in omnibus est idem, omniāque iura moderatur, siue naturalia siue civilia, & nulli non imperat, ergo licet ius naturæ præcipiat racito imperio edendis atque fouendis liberis operam dare. l. i. §. penult. hoc. tit. non tamen illicitis & incestis nuptiis æquitate fixum idem permittit, nec cogit impios nutriri, aut qui seipos opificio & fortunis nutrire queunt. l. si quis. §. sed si filius. §. idem iudex. ff. de liber. agnosc. quinimō etiam occidi à patre filium gaudet. l. minimè. ff. de religiof. vt immani nece terrii reliqui temperent ab immani piaculo. Quoad ius civile attinet, constat, in iis quoque quorum nulla ratio reddi potest constituendis. l. non possunt. ff. de legib. legislatores perfricta fronte allegare, sibi id quod sancit equabile ac mediocre videri & quiduis nimium fastidiri: inde annus reddendē dotis mobilis suffectus annuē, bime, trime diei, id est, tribus annuis pensionibus. l. i. §. exactio. de rei vxor. act. C. l. 3. ff. de annuis legat. inde biennium placuit. l. cum domini. ff. locat. inde triennium vsucapionis mobilium & deinceps possemus percurrere annos singulos vsque ad centesimum, quem pauci tamen vite præstitutum attingunt. l. si. C. de sacrosanct. ecclesiis, idē in alio tractu mediocritas alia spectatur. l. xviii. ff. ad legem Falcid. taceo numerum testium instrumentis, & testamentis, codicillisuē, requisitorum. & cetera quæ iuris positiui esse vulgò iactitant. §. fin. quibus ex caus. manumittere non licet. l. i. ff. de opti. lega, quibus omnibus locis, præter eam quæ placito maiorum fulcitur, rationem querere expensius, esset prorsus cum ratione desipere, vt solent otiosi philosophi, cum inquirunt, quare altissimi montes, quod solis radiis viciniores sint, tantō magis, algefcant. & si quid equè curiosum magis quàm necessarium inuenitur, proinde fati sit rationis loco existimationem circumpecti auctoris ducere. §. i. de vsucapi. &

ficubi meta prestituitur iis rebus, que in certo numero consistunt.

9 † Non omnino ius civile desuetudine aboleri. l. de quibus. in fi. de legib. æquitatem vero non quia et si apud homines delituerit, deo & rerum naturæ in propatulo est. l. xxvii. §. fi. ff. de iudici. & ex sese renascitur Aſyrij Phœnicis imitamento. vel occultata denuo reuelatur. l. lege. §. cum enim. C. de legiti. hæred. vbi de æquitate scripta mox oppressa, & tandem instaurata, tractatur.

Est & aliud, quod æquitas iuris subtilitatem & regulam facile infringit sola. nunquam verò è diuerso ius civile æquitatem superabit, si non se æquitate frerum sentiat. l. posthumus. l. filio. de iniust. test. vt iam superius attigisse videmur.

10 † Nunc si libeat reuerti ad ius naturæ, quod nec oratione ducitur, nec illam reiicit, sed est commune cum brutis in permultis. d. l. i. §. fin. hoc tit. dici non potest, quantam stragem huius æquitas, ius gentium, & civiles constitutiones, faciant. Vt ecce, libertas donum naturæ est omnibus hominibus & brutis quoque. §. feræ. de rer. diuis. idè inclusæ cauæis, licet copiosè alantur, nihil tamen non tentant, vt se dulci carcere eximant. libertatem verò ius gentium primò, deinde civile substituit. l. & seruorum. de stat. homin. Nihil verò fragilius erit iure naturæ bestiis communi: cum ipsæ, licet asperrimæ vt Leo, vsusue, mansueſcant. l. i. §. bestias. de postul. vbi pro ferinis cicures non habentur. sic assuetudo vel ætas naturam mutat hominis. l. si non ferrem. §. libertus. de condi. indebi. itaque consuetudo legem tollit, nec parci huic iuri naturæ. l. actor. gloss. C. de probati. ita homines plerique ex improbis & ferinis in bonos & comes euaserunt. §. sancimus. in auth. de monach. col. i. vnde prouerbio admonemur hominem Euripum esse, qui maris sinus septies die ac nocte refluit, mutat igitur ius gentium naturæ statum in seruo sed non adeo, quin vestigia quædam libertatis residueant. & naturæ seruos ab ingenuis nequaquam discernentis, in quibusdam. vt in matrimoniiis. §. illud. de nupti. item ne inuisitata seruitia seruus à domino præmatur. §. fi. de iis qui sunt sui vel alien. & ne in fructu sit partus ancillæ. §. in pecudum. de rer. diuis. cum hominis gratia natura fructus omnes produxerit, sed ita vt contra hanc naturæ suasionem æquitate illustratam liceat homini statuere pacto vel testamento. l. vetus. ff. de usufruct. vnde ius naturæ tollitur in hac parte, & homo ad nutum hominis in fructu esse incipit.

Quid cum se se occidere rædio vitæ, vel fictæ constantiæ prætextu civilis cuique permittit. l. si quis. §. eius. de iniust. testament. quod si morbus contra naturam est. l. i. §. sed sciendum. ff. de ædil. edict. quantum magis mors præpropæra, cui fata obstant, vt Virgilius lib. vj. scripsit. & propterea lege dei inhietur can. placuit. 23. q. 3. sed ante hanc legem sibi mortem consciuisse fortitudinis & gloriæ fuerat: vt Lucretiæ Romanæ & Catoni. igitur civilis constitutio ius naturæ præcellerat, cum postèrior sequebatur. Quid, quod per abdicationem patris filios ita expellebatur vt quouis extero videretur deterior? † Inde pender nona Quintiliani declamatio pro filio abdicato: quia inimici paterni filium officiosè iuuisset. Vnum, inquit, tamen vel grauius crimen infelix hæc abdicationis meæ fortuna defendit, quod vix ad sustinendum spiritum sufficientes cibos, prorsus tantum mortis impedimenta, auara manu dederim. A Græcis cæpta abdicatione, à Romanis vsurpata, demum lege lata interdidit. l. abdicatio. C. de patri. potest. l. ius autem. ff. de pact. quare ante hanc legem nouam lex antiqua filium à natura datum propter improbos mores non minori æquitate expulerat quàm solet exhæredatio posito vltimo patris spiritu, & adhuc viuo patri fas est filium impium non alere. l. fin. C. de alend. liber. l. si quis. §. idem iudex. de liber. agnosce. An non etiam lex civilis eum filium facit, qui putatur. l. filium. ff. de iis qui sunt sui vel alien. sic Herculeo Amphitryonem alloquitur Iouis quidem filius, apud Senecam in Hercule furente:

Iam parce, genitor, parce, reuoca manum:

Succumbe virtus, perfer imperium patris.

Accedit, quod lex naturæ vult, vt natus ex legitimo matrimonio patrem sequatur, ex illicito concubitu matrem, tamen lex vtrius detrahit, quoties lubet. l. lex naturæ. ff. de stat. homin. l. i. ad municip. ff.

12 † Quid est ergo, quod lex ait iura sanguinis nullo iure civili dirimi posse. l. iura. ff. de regul. iur. nec pacto repudiari, ita vt filius esse desinat. d. l. ius autem. ff. de pact. sed nec seruitus iuris gentium vel civilis ius cognationis abstulit. d. §. illud. de nupti. nec est, quod dicamus cognationem manere natura sancitam, & ius cognationis auferri per legem: cum iurisconsultus de iure sanguinis non de consanguinitate illic loquatur, & id tolli

non sinat lege vel pactone. Quamobrem existimo iura sanguinis non posse à lege dirimi, nempe in totum, & omnibus modis: sed plerunque posse, vt expressè Iustinianus explicat in §. fi. de legiti. agnator. tutel. cum sola lex interpretetur pro suo arbitrio, quando cognatio naturalis durasse vel euauisse credatur, de qua ibidem tractat, & an cognatio vlla sit, vel absit. §. fin. de success. cognator. §. i. de serui. cognati. ergo verbum, non potest, non impedit easus iure civili expressos. §. interdum. de curatorib. l. ccix. de regul. iur. ff. † Vel ius civile non potest vno modo inuertere naturæ, sed tamen introducto remedio posse intelligitur. l. 2. §. fin. ff. de usufruct. ear. rer. ita factum nulla lege infectum fiet. l. in bello. §. facte. de captiu. atqui l. i. ff. de iis que in testam. delent. ostendit pro infecto haberi factum posse auth. si qua. C. ad Velleian. sic nulla conuenione ea que facti sunt, tolli solent. l. verum. de regul. iuris. ff. attamen contractus qui factum redolent. l. consilio. §. fin. ff. de curatorib. pro infectis equitate & lege submonente habentur. l. xij. C. de pact. l. si vnus. §. pactus. ff. eod. sed ea tenus factum pro infecto est, quatenus legi placet, non sine delectu. l. 2. ff. de rescin. venditi. Quinimò funditus ius naturale seruitute vel deportatione perire dicitur. §. quod autem. de capit. dimin. vbi cognati seruitus auferri ad eò cognationem, vt nec manumissione secuta instaretur: quod nostre sententiæ nimium succurrit & perquam durum est. d. §. i. de serui. cognati. præsertim cum & in seruis nondum manumissis cognationis ius non dissimuletur. l. plerunque. ff. de edilit. edict. nemo enim vsque eò impudens sit, vt natura indignante seruum suum ancillæ, sorori eius, velit contubernio iungere. Forſan in d. §. quod autem. manumissus non recipit ius amissum seruitute, hoc est, prima facie: cum manumissio ingenuitatem non redintegret, sed tertium genus hominum præster. l. 4. hoc tit. nisi à principe nata libus restit. ergo non recipit cognationem simpliciter manumissus summo & prisco iure nube obducto. d. §. i. de serui. cognat. & nondum in omnibus desueto, ita vt non esse quædam dicantur quæ quidem sunt sed minus perfectæ. l. aut facta. §. qualitate. ff. de pœnis. l. inter publica. de verbor. significati. sic nulli sunt gradus affinitatis. l. 4. §. affines. de gradib. ff. argumento est, quod in d. §. quod autem. rigidè asseritur ius cognationis perire, & ita non manere. Verum idem explicat alibi hoc intelligi, vt non omnibus modis mutetur. d. §. fi. de legit. agnat. tutel.

† Quod dictum est, ius naturale æquum & bonum confestim ab hominis creatione innatum, simul atque rationis particeps exiit: potest in dubium vocari, eò quod æquitas vult suum cuique domino tribui. l. iustitia. hoc tit. atqui cuiusque dominia longè post editionem diuinam hominis distincta scimus iuregentium. l. ex hoc iure. hoc titu.

Cæterum suum cuique reddi potuit ante ius gentium pluribus modis: imprimis Deo honor & laus velut bonorum omnium autori. l. 2. de offic. præf. prætor. Afric. §. itaque in auth. vt iudic. sine quoque col. 2. item parentibus. l. venia. de in ius voc. C. & posterioribus viris ingenio & naturæ dote vel ætate pollentibus. l. 2. de proxim. sacr. scrip. 12. C. l. semper de iure immunit. & sicut Leo gallinaceum naturaliter formidat, ita quisque nullam inuidiam habet tactus præstantes virtutè aliqua homines colit & diligit. & quod leo inuitus sine iudicio facit, hoc homo ratione impulsus libenter conficit. atque idè tanquam fœderè concepto iis parere incepit, qui iuregentium reges extiterunt can. que contra. viii. disti. vt apes & grues. can. in apibus. 7. q. 1.

† Subdit Paulus iuris ita patere significationes; vt in contraria sibi transibat, & ius iniustum atque iniquum inueniatur. vt cum prætor iniquè decernit, facta scilicet relatione ad æquitatem, quam decreta prætorum desiderant, vt his temperent rationem iuris, quibus æquitas præpeditur. l. in ambigu. 1. §. quoties. ff. de regul. iur. vt in exemplo. l. questum. de testib. l. ventre. de acquir. hæredit. Similiter illud Euangelicum: quod vultis faciant vobis homines, vos quoque facite illis Luca cap. 6. & quod tibi non vis, alteri non feceris in quo diximus consistere ius verè naturale angustissimum omnium can. 1. dist. 1. vbi fit relatio non ad id quod quidem velle re asseris, sed ad id quod velle debes vt in l. 1. in fin. de soluti. & vtrouque interpretis admonet. l. 4. ff. de legat. 2. Cicero. 3. Officiorum: neque enim, inquit, solum nobis diuites esse volumus sed liberis, propinquis, amicis maximeque Reip. alioquin euenirer, vt si quis vellent in se ipsum aut in suas fortunas seruire, impunè in alium seruire posset. quorum neutrum debet facere ex equo & bono. l. cum autem. §. malus. ff. de edilit. edict. §. fin. de iis qui sunt sui vel alien. sed eò animo lex eum, de quo tracta-

tur, esse plerunque dicit, quo esse decet. l. quæcunque. §. i. ff. de publician. non igitur fas fuit Mithridati victo & mortis viam per venena querenti filiis filiabusque suis nec non vxori reginæ venenum dare vt fecisse ipsum Orolius narrat: ne scilicet sine comitibus ad inferos irer.

16 † Sanè aliquando alij melius cupere quàm sibi met aliquis tenetur, vt seruus qui dominum de vita periclitantem vider, & salutem suam dominicæ malè præfert, cum ipse in bonis domini maneat. l. i. §. eodem autem. ff. ad Syllania. idem penè est officium Vassalli erga feudi dominum belligerantem. §. si. hic finitur Lex. in vsib. Feudor. §. fin. de feudo sine culp. non amitt. regi enim vel domino nobili superesse in bello & prælio non sat decorum est, deesse turpissimum.

Sed & in commodato non sufficit similem rerum suarum diligentiam adhibuisse. §. itè is cui quibus mod. re contrah. obli. quia is contractus fauorè accipientis respicit, nec temerè reuocatur, vt precarium. Idem in eo contractu qui vtriusque paciscentis commodum habet non semel. l. si seruus. ff. de acti. empr. ne quid periculi plenum in re alij destinata experiamur. Denique vbicunque aliquis vult sibi cum culpa aliquid, multò minus in alium alienas uè in res exercere id debet, sic maritus naturaliter in suos seruos seuus abstinere à seruis vxoris tenetur. l. si constante. §. si maritus. ff. solut. matrimon. & qui potest opes suas in mare abiicere. l. Meuius. de conditi. & demonstr. non perinde alienas impunè prodiget.

17 † Pariter igitur in iudice inspicimus, qualem eum esse oportet, & ita iustè decernere suspicamur: & ius iniquum iuris nomen retinebit velata scilicet equitate, quoad à potiore deregatur, vt à iudice ad quem prouocatum fuerit, qui quoque melius sensisse præsumitur, si quid peius immutat. l. i. ff. de appellati. sic in iure velata publicæ autoritatis colore iniquitas, æqua censetur, quoad lege alia explodatur. l. dudum. C. de contrah. empti. l. si venditor. §. fin. de seruis expor. ff. decipimur specie recti, inquit, Horatius, sed publicæ interest rebus iudicatis pareri, ne lites sint immorales. & quia sæpè dum aliquid melius inuestigamus, peius nanciscimur. d. l. i. de appell. idèd magna est autoritas rei iudicatæ ab eo, qui potestate præditus est. l. seruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Trebell. quare Ertheocles apud Scatium lib. 2. Thebaïdos alternis annis ex pacto cum Polynice fratre regnaturus,

*Iura seruis populo trans legem ac tempora regni
Iam fratris de parte dabat, sed et omne paratus
In facinus.*

Et apud Getas, vt ait Ouidius lib. 5. Tristium elegia xi.

Iniustum rigido ius dicitur ense.

At verò ius iniquum cum ad priuatam personam flectitur, iniquitate (vt seges Lolio) strangulatur, & ius non est. l. pen. ff. ad legem Iul. de vi priuat. l. 3. ff. quòd quisq. iur.

Quòd si publica persona de legis æquitate veller inquirere exactius, iam metas officij sui egrederetur, id est, iudicandi secundum legem, non de ipsa §. i. de offic. iudic. can. in istis. 4. dist. consequenter subditi de æquitate sententiæ contenderent, & ita Respublica pessum irer: quia nec magistratus obsequeretur legi, nec populus magistratui. † Sed erit qui obiciat sententias plerasque iudicium ipso iure nullius esse momenti, vt quæ venales proferuntur: cum auri sacra fames nihil sanctum ac iustum non inquinat. l. venales. C. quando prouocar. non est necesse. l. si quenquam. C. si episcop. & cleric. idèd que appellatione opus non est vt. l. si expresim. ff. de appell. quia non tantum ius partis offenditur sed ius constitutionis. l. i. §. item. ff. que sententi. sine appell. rescind. Verum respondeo sententias ipso iure reprobas non quidem egere appellatione, sed querimonia saltem condemnati, aut regij procuratoris, alterius uè cuius quodammodo interest. sicut in l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de recept. arbitr. nam quicquid nullum est, patientia læsi toleratur. l. filio. ff. de iniust. testam. l. 3. ff. de lege commiss. sunt etiam aliquæ morè priusquam palam liqueat sententiam legibus aduersari. nec enim omnes qui iura reddunt, quique ea profitentur, iura prorsus abdita sciunt: scire autem conuenit non vacare iustitia eum, qui sententiis obedit, licet iniquis: ne facili harum. euersione, etiam iustissimæ queque facile subuertantur, & in dubium reuocentur: in tantum est versicolor hominum opinio. l. item si. §. si. ff. de recept. arbitr. serperet id vitium in leges promulgatas, & nihil penè in ciuitate haberemus, & opinionum fluctibus obrueremur. maximè si quis Rhetorum contra iustitiam dicere auderet, vt Carneades Græcus ille facundus in Senatu Romæ coram Catone Censorio, magna vi scientiæ instructus, Quintiliano referente lib. 12. c. 7.

Quare

Quare satis habuit Iustinianus iudicibus iniungere cultum & custodiam iustitia secundum leges. §. i. vt different. iudic. col. 9. in authent.

† Quo autem in loco ius reddere, vel dicere, debeat, hic subiungitur a Paulo: vt enim 19 ius dare est leges ferre, sic reddere vel dicere est iudicare, vt hic & l. 2. §. post originem. de origin. iur. cæterum locus iuris dicendi ex more maiorum elicitur: in quo scilicet tribunal erectum pater, vbi sedeat qui iurisdictioni præest, vel aliam iurisdictionem habet. l. i. ff. de iudic. puta legatus proconsulis, qui non præest, vt proconsul, præes uè prouinciae, aut prætor, sed tamen à Senatu populòque Rom. mitti assueuerat proconsulis comes in prouinciam. l. obseruare. de offic. proconsul. & maximam vim sustinebat imperij. l. cum prætor. ff. de iudic. & pro tribunali cognoscebat de suspecti tutoris offensa. l. cognitio. ff. de offic. eius cui mand. l. i. §. suspecti. ad Turpili. sic intelligo id quod habetur in l. voluit. §. si. de interrog. acti. vbi in iure interrogati censentur coram magistratu Rom. vel præside prouinciae vel alio iudice, puta, proconsule, qui quoque præses dicitur. l. i. de offic. præsid. vel legato eius, quoniam præses propriè in specie, qui à solo principe mittebatur, non accipiebat legatum. d. l. i. §. suspecti. ad Turpili. at Iustinianus in §. sedebunt. de iudicib. in auth. col. vj. etiam pedaneis iudicibus destinat basilicam seu forum, & domunculas in eodem vbi ius reddant, quia non semper causæ auditis vtrinque aduocatis definiuntur pro tribunali: sed potius, quories dicta testium expendi oportet aut examen iuris controuersi fieri, in conclau, aut, vt vocant, camera, consilium exercetur & sententia formatur, quæ tandem proferatur palam in foro, vt appellare damnatis licet. † Sanè vbi 20 iurisdictione contentiosa causam non spectat, sed potius voluntariam manumissionis vel emancipationis, quiuis priuatus & honestus locus idoneus est. l. nò est. de manumiss. vindict. idem si nemo controuersiam moturus euidenter sit petitori: vt filio qui mortuo patre petit bonorum possessionem, nec res ea causa cognitionem desiderat. aut si filius se falsus filium patri minus morem gerere dignetur. l. 2. §. dies. ff. quis ordo in bonor. poss. l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offic. proconsul. & tamen in iure tales causas non ambiguas actitari dicemus. l. voluit. §. fin. ff. de interrog. acti. quæ tamen in domo prætoris definitæ fuerunt, quia saluo more maiorum finem acceperunt priuato in loco, domi nimirum vbi mos antiquus talia tractari permisit, & eò magis quantò illustrior sit is qui iudicat. l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de recept. arbitr. & hodie iudices à rege vel pontifice Rom. dati in ædibus suis accersitis iurisperitis domi iudicant, & castellorum ordinarij in non leuib. causis vel capitalibus. tantum in honestis & inaccessibilis litigatoribus locus vitetur. d. l. si cum dies. §. pe. & sic priuata ædes pro publico erunt auditorio, id est, foro. l. lecta. de rebus cred. ff. hodie palarium sublimium iudicum appellatur. l. pe. C. de offic. rect. prouinc. ibidem quoque prætorium vocatur, & §. i. vers. illi autem de iudicib. col. vj. vnde magister militum præfecti prætorio nomen accepit, dum Cæsarum seculo disciplina ciuilib. militari in tantam dignitatem cœpit adiungi. l. i. ff. de offic. præfect. prætor. basilicam ostendimus à Iustiano appellari prætorium, velur regiam domum: cum reges olim iudicarent, vt Romulus. l. 2. de origin. iur. & Quintilianus pro curia basilicam accepit lib. 12. cap. 5. & tribunal in ea constituit: sed in l. pe. C. de operibus public. si non curiam quoque significat, pro templo capitur. forum igitur & curia iuris nomen habuit, quod quidem in ea redditur, sicut diximus bibliothecam, tum libros, tum locum, quo includuntur, significare, sed in tit. de in ius vocando, in ius vocare est iuris experiendi causa vocare. l. i. de in ius vocand. ff. ergo ius ibi proprie stat, licet consequenter ad locum certum experiendi causa eatur.

† Quid si litigantes conueniant, vt alibi quàm in loco maiorum ius reddatur? & magis esse putat Bartolus, vt conuentio rata sit exemplo temporis prorogati. Quod ego non admitterim: quia non est idem ius loci & temporis, cum ratio dissimilis vrget, vt in actionibus arbitrariis. l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cert. loco & debitor citiore tempore soluerè potest, non propinquiore loco. l. qui Romæ. ff. de verbor. oblig. l. eum qui cal. §. fin. eod. Ratio autem diuersa est loci forensis à tempore: quia, vt Paulus ait, illic consideratur maiestas & reuerentia publica, remitti nescia cum damno bonorum morum. l. alia. §. fin. ff. solut. matrim. nisi consuetudo domi acta iudicia approbet: cum sit vice legis publicæ, nò pactio iurgantium, vt iam explicui. nam decorum more metimur. l. 4. de iis qui notant. infam.

Præterea specialiter in iurisdictione voluntaria priuatus locus aptus censetur: quia pendet ex consensu partium. §. præterea. quib. modis ius patr. potest. soluit. d. l. non est. de manumiss. vindict. quocirca in contentiosa aliud statuam. † Addo iurisconsultos ap- 22 probasse prorogationem iurisdictionis de persona ad personam, de re ad rem, de tempore ad tempus: quæ percurrit Accursius l. 2. §. si & index. ff. de iudic. loci autem prorogatio nunquam memoratur propter reuerentiam, quæ in iudicis honestum metum incutit. proin-

de in tutore consentiente, vt in Italia pecunia soluatur provincialis negotij gratia, conuentio recipitur. l. quæro. ff. de soluti. quia ibi nulla loci maiestas aliud suadet: nec in iureiurando extra forum delato, quamuis habeat instar iudicij. l. xvij. ff. de iureiur. l. qui iurasse. §. si eod. quia postea delato iureiurando quolibet sententia iudicis in loco maiorum sequitur. l. delata. C. de rebus credit.

Sed nec conueniri potest in tribunal extra territorium inuito eo, qui ius ibi iure dicit. l. cum vnus. §. pe. de bonis autorit. iudic. in alieno enim vel in nostro nihil iure facere possumus inuito eo, qui ius aliquod sibi competens allegat. l. in concedendo. ff. de aqua pluui. itaque conuentio, vt iudicet prætor in extero foro irrita deprehenditur.

Martianus. Lex XII.

Nonnunquam etiam ius pro necessitudine dicimus, veluti est ius cognationis vel affinitatis.

OBSERVATA IN L. XII.

- | | |
|---|---|
| 1 Ius necessitudinis est ipsa necessitudo inter cognatos, & quod delinquentes propter cognationem excusentur. | 10 Cognatus venditoris directum prædij dominum præuertitur. |
| 2 Pater offerens filium delinquentem iudici ipsam ideo excusat. & bruta soboli non nepotibus studere. | 11 Lex quadam vetus ante consuetudinem retractum cognatis dedit. |
| 3 In sacris patris sunt liberi, & quando sit funesta familia. | 12 Lex antiqua iussit emptorem ex cognatis querere non mos. |
| 4 Hæres repræsentat defunctum: quid in legataria. | 13 Si vendatur res cognato cuiquam quamvis remotiori ceteros excludit. |
| 5 Sacra urbium & priuata quam olim fuerunt. & domum pro familia capi. | 14 Quomodo lex iuberet antiquitus aliquid certis personis alienari. |
| 6 Exhæredati an sint in sacris. | 15 In rebus acquisitis per venditorem ius retractus cognatis non esse. |
| 7 Ius retractus seu dissoluedi contractum more Gallo competit: & quandiu. | 16 Si cognatus nolit emere rem venalem, an liber sit venditor. Et an cognatus minor xxxv. annis repudiatis in integrum restituatur. |
| 8 Retrahendi ius legi congruit. | 17 Quando perfecta censetur venditio, & an ante traditionem. |
| 9 Consuetudo vendere cogit. | |

I V S ergo pro necessitudine cognatorum vel affini inter se vsu patitur, quæ ipsa ius est incorporale licet legamus ius necessitudinis seu cognationis. §. quod autem. de capit. diminuti. sic dicimus ius obligationis vel actionis, ius hæreditatis, quæ iura sunt. §. de reb. corporal. sanè inter necessarias personas patronus scribitur: idè lex ait patronum in ius vocatum qualicumque fideiussore dato eripi, ne interim in ius eat. l. i. ff. in ius vocat. vt eant. l. 3. eod. quod vtile scitu est, cum lex ignoscatur receptatori, qui facinorosos homines ad se pertinentes necessitudinis ratione occulit. l. 2. ff. de receptatorib. l. 4. §. si. ff. de re milit. † Sed potissimum ignoscitur filio post acre delictum, cum pater enim publice puniendum offert. l. milites. 2. §. si. de re milit. non enim ad supplicium, sed ad veniam, obtulisse tam charum caput creditur, idcirco mitigatur pœna, cum plus seipso filium peramet supra humanam affectionem. l. isth. ff. de eo quod met. caus. nam æternus animus æternitati studet naturaliter, quàm quodammodo nanciscitur liberorum successione. l. liberorum. §. si. de verbor. signific. at quamuis feris in prolem suam communicata sit fœtura suæ amor, studium, educatio, non tamen nepotum diutina successione eis est vlla consideratio, sicut nec presentio rerum futurarum rationis tractata iudicio. Mens verò immortalis hominum non tantum cælum suspicit affectatque, sed etiam humi vestigia quædam perennia auct relinquare suffecta filij persona. 3 à qua repræsentetur. l. eum debere. ff. de seruit. vrb. † Non mirum si iura patris & filij nexu diuino copulata Iustinianus dicat. l. pe. C. de adoptionib. liberorum amor, inquit Themistius apud Stobæum cap. 81. cælitus naturæ obligatus est, & planè ab aurea illa in-

ctaque catena pender, quam natura perpetuo contexens & obeuntibus nascencia coniungens, ne in nihilam delabatur, sibi cauet. In de factum est, vt liberi quandiu per emancipationem domo eieci non sunt, in sacris esse dicantur. l. pe. C. de bonis matern. l. filia. 2. C. de collati. id est, in sacris seu diuinis vineulis. l. i. C. de offic. prætor. nam sacrum & diuinum promiscue capimus. l. i. de interdici. ff. sic per liberos dignitas ordinum & familiarum seruatur quam saluam esse publice interest. l. i. §. quamuis. de ventr. inspici. Multi superioris ætatis iurisconsulti mitiorum disciplinarum cultores sacra paterna secus ac nos acceperunt, ea referentes ad sacra quædam priuatæ cuiuslibet familia. vnde lex vetus. sacra priuata perpetua manent. quia scilicet à tota patrisfamilias domo familiaque coli conueniret. quod mihi multis rationibus displicet. Imprimis hac ratione agnati omnes in sacris esse dicerentur eius, qui fortè caret liberis, & cui proximè succedunt. præterea extranei hæredes instituti in sacris quoque forent: quia ad eos simul sacra familia transcribuntur. Tertio liberi quique in potestate iure Romano in sacris constituuntur, etiam filia. d. l. filia. C. de collati. atqui sacra familia ad eum solum ex liberis perueniebant, quem pater sibi hæredem designasset. inde Valerius lib. 2. de institutis antiquis scribens, & de muliere incolente Cæam infulam: cohortata, inquit, ad concordiam suos, distributo eis patrimonio: & cultu suo sacrisque domesticis maiori filia traditis, poculum veneno temperatum dextera arripuit. & idè hæredis familia funesta sit nouem diebus à morte testatoris. perinde ac agnati. l. si ex re. §. fin. ff. de stipul. seruo. quod in pluribus hæredibus locum habere non dubito, ex verbis Scæuolæ dicentis adstingi sacris hæreditatem, vel si quid ex ea hæres acceperit, vt est apud Ciceronem lib. 2. de legibus. l. et si ex modica. ff. de bonis libert. honor enim tituli potius quàm emolumentum inspiciatur. l. hæreditas. ff. de petiti. hæredit. † Ac sic omnis hæres refert personam defuncti, nec illam penitus emori sinit. l. hæres. ff. de vsucapi. quod addit Cicero idè esse, si cui maior pars pecuniæ seu patrimonij legata sit, vix reciperetur, nec si pars sub hæreditatis nomine legaretur, quia legatum à vero hærede præstatur. l. mulier. §. fin. ad Trebellian. ff. §. legatum. de legat. nisi fortè legata fuisset cuiquam tota hæreditas. nam institutum eum putarem ex lata priscaque legandi significatione. l. verbis. de verbor. significat. ad quam plerunque regredimur æmulati legem xij. tabul. licet antiquatam. l. statuliberi. §. fin. de statuliber. ff. sic verborum anxietati testamentum non subiicitur. l. quoniam. C. de testament. l. quousies famil. herciscund. nam & è diuerso institutus in re certa par est legatario, ne rebus verba præponamus. l. quousies. C. de hæred. instituend. & multum interest, quem quisque competitorem habeat, cum quo luctetur & quem cohæredem nactus sit. l. 3. §. spurios. de Decurionibus. ff. nam solus ex fundo hæres totis sacris potiretur. l. i. §. si ex fundo. ff. de hæredib. instituend.

Vt verò apertius sacra intelligantur hæreditaria, scire decet veteres existimasse vrbibus singulis nedum domibus priuatorum deos quosdam adesse præstitos. inde penates dij & Lares nomen acceperunt. l. sacra. §. i. ff. de rer. diuisi. l. si. C. de pagan. inde Hector sic Æneam alloquitur lib. 2. Æneidos.

Sacra sua que tibi commendat Troia Penates.

& Iuuenalis, Satyra. 9.

O parui nostrique Lares, quos thure minuto,

Aut farre & tenui soleo excornare corona.

inde quoque penates & Lares pro ædibus capimus, quibus tales dij contineri putabantur simul cum familia. l. 2. C. de exhibend. reis. l. in fundo. ff. de rei vindicat. hinc, vt semel dicam, illud in xij. tabulis: Larium sedes, ritus familiae patriæque seruant: vt eodem ex Ciceronis libro patet. hinc thus & cerei ad vsum domus parati. l. 3. §. ligna. ff. de penu. legat. & sui hæredis in liberis appellatio, quasi filius à natura & lege hæres destinetur, & sacra familiae per manus à patre capiat. §. sui. de hæredum qualit. Inst. & ita columen gentis efficiatur, ac hæres domesticus seu totius familiae dominus. nam hæredem veteres dominum vocabant. §. fin. eod. & domum pro familia vsurpamus. l. tutelæ. de excusationibus muner. lib. 10. C. l. si. ff. de offic. præsid. inde domus Iacob in sacris literis & domus Assaraci apud Virgilium vt notat D. Augustinus lib. 15. cap. 19. de Ciuitate Dei.

Non placet quod aliquando legi, sacra familiae ad religionem sepulchri hæreditarij referri posse, cum ius sepulchrorum exhæredatis filiis seruetur & eius posteritati. l. vel quæ de religio. cumque vnus hominis duplex sepultura non sit. l. cum in diuersis. eod. at vnus duplex

- 13 trocom. lib. ix. C. vbi Accursius morem addit legis auxiliarem. † Eligit etiam ex cognatione, ad eò vt si vni cognatorum, quamvis remotiori, vendiderit, præcedentem arceat à redemptione. quia proximus non vocatur ad retrahendum, nisi res extero venierit, deficit ergo conditio, si alicui cognato vendatur, ne à verbis consuetudinis iuri communi aduersa abeamus. l. cum hic. §. si ambo. de donation. inter vir. iuuat. l. voluntas. C. de fideicom.
- 14 miss. l. quoties eod. † Exemplum verò veteris legis aliquas personas excipientis, quibus ex cognatione res venalis addicenda fuerat, sit in pacto adiecto vt d. l. si sterilis. §. si tibi. de action. empt. nam & pactum tale lex est. l. iurifgentium. §. vt puta. de pact. & manifestius in proposito lex est iussu facta testatoris extra familiam nolentis rem alienari. vt quidem propius ego animaduerti. l. pater. §. quindecim. de legat. 3. fateor his Accursij locis in d. l. dudum. allegatis legem fieri priuatam, sed tamen lege publica roboratam, qua non egemus hodie his in locis, quibus consuetudo emptorem extraneum cedere cognato præcipit. † Sed hoc in bonis à patre vel alio maiorum acceptis, nam in nouè per venditorem quæsitis nihil affectionis, nihil generis, causari cognatus potest. & quæ quisque per se ipsum industria vel prospera fortuna quæsiuit magis sua existimat, quam quæ à genere per manus accepit. l. si quid. ff. de captiu. vbi Accursius. l. 3. de interd. & relegat. sic feudum nouum, si a vasallo alienetur, ad dominum redit, at paternum agnatos sequitur, si modo alienationi non consenserint. §. si quæ fuit prima caus. benefic. amittit. §. 1. de alienat. patern. feud. liberius igitur disponit cognatus de rebus noua diligentia partis quam veteri successione. † Sanè in d. §. 1. repudiante cognato proximo sequens in iure admittitur: aut si desit alius cognatus plena libertate vendendi potitur dominus prædij, postquam denunciauerit, & cognatus certior factus repudiauerit. l. qui Romæ. §. cohæredes de verbor. oblig. minor. xxv. annis fortè repudiatione facta etiamnum audiretur. l. si emptionem. ff. de minorib. non aduersus lapsum temporis, Biturigum expressa consuetudine in hac re. † Vt sic labente tempore repudiatio tacita plus operetur quam expressa. l. si. ff. qui ordo in bon. poss. aspera enim consuetudo etiam ignorantem ligat non solum si erret in iure, consuetudinis inolitæ ignarus in re tam vñtata. l. in bonorum. de bonor. poss. ff. sed etiam si erret in facto perfecti contractus. mos itaque curiosum esse quenuis de cognati negotijs hortatur. l. de tutela. C. de integr. resti. sed quia consensu venditio vtrumque perficitur, quoad obligandum inuicem contrahentes, non ad translationem dominij. l. traditionibus. C. de pact. cum ille consensus facilè occultari possit, vt celentur cognati, perfectam demum venditionem intelligerem secuta traditione rei. l. si quis alie. ff. de acti. empt. tunc propriè dicitur secuta venditio. l. ex empto. §. is qui eod. tunc tantum venditi actio exeret caput, & in forum procedit, sicut empti actio cū pretium depensum ab emptore fuit, non celerius. l. Iulianus. §. offerri. §. ex vendito. cod. tit. tunc ergo rescire potuit cognatus facti alieni palam progressi finem, & affectionem naturalem erga fundum aut domum suorum patrum allegare: in qua non videre fixas imagines, aut reflexas videre, lugubre sit. l. lex quæ. §. nec verò. C. de administ. tutor. imagines tamen prælongo cursu temporis euanescent, solæ illorum, qui pulchram nauarunt operam, literæ exolescere non nouerunt.

DE ACCVS.



TRACTATIO DILVCIDA REI CRIMINALIS, IN QVA TVOR DIGESTA PARTES.

NEMPE,

In crimina omnis generis.
In commentarium de Accusationibus, ad Titulum Codicis.
In pœnas & coëctiones.
In Abolitiones & indulta.

STEPHANO FORCATVLO *Iurisconsulto Autore.*

DE ACCVSATIONIBVS ET INSCRIPTIONI-
BVS DILVCIDA EXPLICATIO, STEPH. FORCA-
tuli, Tolosæ ius ciuile publicè profitentis.

OBSERVATA IN RVBRICAM.

- 1 Nihil magis expedire Reip. quam bonis viris premia dari, malis pœnas infligi. pœnas duras semper & malas esse, licet viuos mortuosque oblectent.
- 2 Vt exemplo terreatur facinorosi impostorum diuini hominem puniri, etiam qui non mala mente peccarunt, vt qui lustramenti causa venenum dedit apud iuriconsf.
- 3 In caelo quoque profuisse tractatum suppliciorum, ex quo humi pax & fertilitas: qui dicantur Irenarchæ.
- 4 Puniri quosdam sine accusatore, sine iudice, si aliter vindicanti euadere non licet.
- 5 Quid sit accusatio, an à delatione differat: an libello scripto vbique instituat, & an potius sit ius deferendi.
- 6 Ad vindictam tendit accusatio, num testis accusari dicatur, qui ab aliquo veluti improbus rejicitur, quis dicatur propriè conuictus. & an is qui retorquet crimina in accusatorem accusare censetur.
- 7 Quatuor modis nos persequi crimina, quid est quod dicitur, sine accusatore neminem condemnari. & an ille qui simpliciter nunciat delictum commissum ab alio, accusare propriè videatur. & de fama & fuga rei.
- 8 Quid sit inquisitio & quotuplex, & quomodo differat ab accusatione.
- 9 Qui iudices inquiri decernant: & an quidam non magistratus inquirant.
- 10 Nunciatio quid sit: quod non egeat subscriptione, & an quis denunciatus teneatur.
- 11 Nunciatores alij priuati, alij publici & an nunciet is qui accusare non potest.
- 12 Nuncians an in eadem causa testis admittatur.
- 13 Tractatus de futuro an expectet ad iudicem. & 8.
- 14 Indicatio quid sit, quid arguere crimen alienum, quid nominare conscium sceleris.
- 15 Qui accusare possunt, & an valeat accusatio à persona inhabili, si nihil aduersus obijciatur.
- 16 Quomodo aliquis dicatur recipi inter reos.
- 17 Semel accusatus num rursus accusetur, si collusio accusatoris detegatur.
- 18 Nemo accusetur à seruo vel domestico.
- 19 Magistratus durante officio nõ debuit accusari: Qui fuerint Archones Athenis.
- 20 Qui sint maiores minoresue magistratus:

L

- 21 *de praefecto vigilum.*
In civili negotio an conueniantur magistratus.
- 22 *Qualis olim fuerit accusationis libellus.*
- 23 *Aduocatus fisci praecipue accusat, & an ei impune liceat calumniari.*
- 24 *Si duplici in loco idem crimen commissum fuerit, vter inspicatur, quid de tempore gemitio.*
- 25 *Cogitationis poena nulla ne sit, & quam varie cogitationem spectemus.*
- 26 *Falsam modestam fabricans an poenitentia secuta deleat scelus, quid in leuioribus delictis.*
- 27 *Crimini diuisio quadruplex, & pro priuatis criminaliter civiliterue agi.*
- 28 *Furtum plus quam rapinam puniri, & quare.*
- 29 *Multiplicem actionem contra furem dari, & an conditio furtiua infamet.*
- 30 *Vtrum clandestina plus manifestis puniatur.*

- 31 *Extraordinaria delicta puniuntur, vt abigeatus.*
- 32 *Sacrilegi a furibus discernuntur, quid si auferant aliquid sacrum de loco profano.*
- 33 *Stellionatus quid sit, an infamet.*
- 34 *Popularis actio pro certis delictis indulgetur.*
- 35 *In populari actione dari procuratorem, & quid in causa sepulchri violati.*
- 36 *Publica crimina cur sic appellentur.*
- 37 *Falso dicitur praeuaricationis crimen nunquam esse publicum.*
- 38 *Quosdam accusatores ceteris praeferi.*
- 39 *Vim priuata ab armata discrepans publicum quoque crimen est.*
- 40 *Vim publicam sine armis frequentari: & vnicuius omnia pluribus legibus puniri.*
- 41 *Bruta rationis expertia pro maleficio poenas dare, atque inanimata saepenumero.*

INTERPRETATIO RVBRICAE C. DE ACCVSATIONIBVS.



REI CRIMINALIS animum meum occulta amoenitate cruenta delictorum tractatio, accusationem, supplicia, abolitionemque vno fasce completens: Reipublica insuper valde profutura qua omnes sciunt poenis ac praemijs contineri, sed illis sapius propter lubricos humanae vitae gradus ad lapsum. Inde vulgo fertur interesse publice ac priuatum plecti facinorosos. licitatio. §. quod illicitum. ff. de publican. inde virtus legum praecipua licitum imperandi, illicitum prohibendi & vlciscendi. l. legis. ff. de legib. Inde imperium iudicis merum, synecrurum, & profectio in magistratu legem condendi impote altissimum in gladij potestate seu capitali aequi animaduersione versatur. l. 3. ff. de iurisdic. Inde improborum hominum terror, ac bonorum securitas & gloria. l. 1. & 4. C. ad leg. Iul. reperund. Nec denique desunt praemia pecuniae accusatoribus. l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambit. l. 1. C. de famos. lib. talia quidem exercet vera iustitia, & eius interpretes ac sacerdotes. l. 1. ff. de iustit. & iur. quare non ab re lator, exulto, in terribili scelerum & poenarum tractu. sic enim vocat Iustinianus Imp. in leg. 2. §. septimus. C. de veter. iur. Alioquin nisi foret retribilis, non iuberet lex poenam moliri interpretatione. l. penult. ff. de poenis. itaque si iudex pronunciet vim factam fuisse a Titio, de priuata armorum exorte intelligam. l. si praeses eodem. Hinc perductus fuit Plato in Gorgia, vt poenas iucundas & bonas ostenderet ijs qui puniuntur, vt potest quos a prauitate liberent. Posset iuuari Platonis sententia, quod lex poenam medicamenti salutaris vice adhibet criminibus. l. 1. C. de emendati. propinquo. atque ideo post punitionem adulterium viro pacisci licet & mulierem reconciliare non ante authent. sed hodie. C. de adulter. l. transigere. C. de transact. ita vt coerctio velut litura deleat facinus eius que poenitet. sero l. 2. C. de libertis. Iungo etiam, quod venena plerumque aduersus morbos remedio sunt, vel mista rebus salubrius. l. quod saepe. §. 1. ff. de contrahent. emtion. vel separatim, vt declarat buprestis & Cantharis, de quibus in l. 3. ff. ad legem Cornel. de sizar. quarum illa lichenastollit, haec vtomedetur aequae intercuti. Accedit, quod defunctorum cognati amicique gaudent supplicio homicidiae. l. capitalium. §. fin. ff. de poenis atque ipsiusmet manet. l. C. de episcopal. audient. maximè, opinor, sepulchr. viol. l. qui sepulchra C. de sepul. viol. Hec tamen non faciunt quominus poenas malas esse asseuerem, odi osas, & restringi dignissimas, siue domesticè infligatur sine iudice. l. test. 2. ff. de man. test. l. xi. §. furta. ff. de poen. siue publ. auctoritate: cum veneni imitatione mala egritudine animorum, velut clauum clauo expell. sic Greg. Magnus scribens ad Brunichildè reginam Fracorum plerumque euenire dicit, vt belli pestis interimitur scelestos, quos dei precepta ad rectitudinis viam non reuocant. can. si quos. 23. q. 4. igitur ea peste

alteri similibus non nisi criminosis

peste vindictae iustissimae deus expiat flagitia inultra hominum, & eandem medicinam loco adhibet, dictante lege quae & ipsa medicinam concinnat. §. 1. haec constit. in nou. constit. in auth. coll. 8. ne temere videatur Lucurgus apud Lacedemonios legiflator leges suas ad Apolinem retulisse, cuius inuento similiter ars medica censetur. ceterum ars iuris ipsismet medicis mirum in modum proficit si forte doli morbo laborent. l. 3. ff. de varijs & extraordin. cognit. siue imperitiae. §. praeterea. de lege Aquil. Quid dicam amplius de tam nobili legis pharmaco, quod non tantum prodest aegrotanti, sed etiam alijs: quando a iudice cuiquam propinatur, bonum pro malo reddete delinquentibus omnino, & iustum pro iniusto, vt D. Augustinus dixit can. sex. 23. q. 1. vt Apostolus cum impuri impostoris perditum corpus voluit, quod anima eiusdem in columis remaneret, sicut ipse testatur epistola ad Corinth. 1. cap. 5. atque ita coplures a simili peccato deterruit, tanquam deiecto fulmine vnus facti poena & multorum metu. d. l. 1. C. ad legem Iul. repetit. Idcirco fas est iudici acerbius puniri fontes, quoties multis grafsatib. exemplo opus sit. l. aut facta. §. ff. de poenis. maximè ratione loci ac regionis in qua aliqua crimina inolefcunt. l. pe. §. sunt quaedam. ff. de extraordin. criminib. succurrit A. Gellius lib. vi. Noctium Attic. cap. xiiij. memorans antiquitus exempla dici consueuisse pro poenis maximis. nam studiosissimè curat lex, ne cuiuscumque modi facinus in exemplum trahatur, quamuis non malo animo inchoatum fuerit, sed mox procliue in perniciem paulisper: vt cum filiofamias pecunia datur mutua. l. 1. ff. ad Macedon. vnde mors parentum possit expectari. §. pe. quod cum eo qui in alien. potest. non secus atque dum a myropola venenum coemitur, qui debet esse sollicitus cuius conditionis indolisue emptori tradat. aut cum mulieri medicamentum ob conceptum datur, quae ex eo postea disperijt. l. 3. ff. ad leg. Cornel. de sizar. vbi Marcellus refert senatusconsulto decretum, ne quis inconsultè alij det vuprestim, mandragoram, cantharidas lustramenti causa, & sic a primordio pietatis seu expiationis respectu. sed quia facile eiusmodi rebus tam noxijs subditur maleficium. non ergo debuit Budaeus pro lustramento exulceramentum supponere: quia, inquit, cantharides erucæ minutæ suapte vi non lustrant sed exulcerent. verum Plinius, quo autore ipse nititur, aliud loquitur libro xxvi. cap. xi. nempe impetiginem sanari vulgari lapide muscum iuxta flumen ferente, si altero lapide collidatur, addita hominis saliuua. & eo tangitur impetigo: qui tangit, dicit, φεύγετε cantharides, λύκος ἀρχίος ὑμεις διακέι. id est, fugite cantharides, lupus ferus vos persequitur. sic lustratio vrbis fiebat Mense Februario ritu certo & verbis conceptis, vt Macrobius notat. sic a ducibus lustrabatur exercitus. l. fin. C. de officii militar. iudic. sed quando peruntur notissima venena ad lustramentum, curiosus sit venditor necesse est & l. 3. §. sed si accepit. ff. de in rem vers. & hoc sibi vult d. l. 3. ff. de sizar. nam si ad nocendum perspicue venenum compararetur, iam careret dubio lex, & de homicidio conuinceretur, qui nullo licito colore venenum attrectaret. l. 1. §. praeterea. ff. eodem, qui vero principium satis fucatum, quod causetur, habet, tamen exemplo peccat, & ansam alijs praebere facile posset peccandi, nisi coerceretur. l. obseruandum. ff. de iudic. l. xxxvi. §. qui abortionis. ff. de penult.

Multum addit ornatus capitalium rerum tractatui, quod etiam caelum & paradus delictis concessis scatens delicta sensere ac supplicia: ex alio namque decidit Lucifer aequari deo auctori suo contendens, laeta maiestatis reus, Elia cap. 14. ex hoc Adamus poma verito vesces expulsum est can. quaelibet xl. distinct. alioquin virtuti caelo genitæ propter impunitatem ianua occluderetur, & panderetur vitio. l. per omnes. C. de defensoribus ciuit. vnde lustrationis publicæ species est ac victimæ vel die feriato scelerosum hominem punire. l. prouinciar. C. de ferijs. ne scilicet iram dei in omnes ciues prouocet, vt censet Hesiodus.

πολλὰ μὲν καὶ ζυμῶσαι πόλις καὶ ἀνδρῶς ἐπαυρεῖ.

id est, plerumque tota ciuitas malum ob virum punitur. subdit inde pestem ac famem oriri, & populorum interitum bello maximè. d. can. si quos 23. q. 4. quemadmodum ex iustitia; pax rerum omnium vberitas, & quies gignitur, amplius, quam ex Amaltheæ cornu in fabulis. Idque non obscure falsi videntur iuris prudentes, dum Irenarchas, id est, pacis obseruatores appellarunt viros ex iniuncto publice munere crimina ciuium explorantes & reuelantes iudici. l. 1. de Irenarch. lib. x. C. l. diuus. 2. ff. de custod. reor. horum enim institutu tuta erat disciplina publica & mores corripiebantur. l. fin. §. Irenarchæ. ff. de muneribus & honorib. Sane crimina non puniuntur sine accusatione precedente. l. rescripto. §. si quis. ff. eod. vbi Accursius non tacuit idem placuisse summo legiflatore ac iudici Christo, ne adultera condemnaretur: quia qui eam producerant fuga destitissent ab accusatione Io. cap. 8. sed tamen fauor pupillorum in extrudendo suspecto tutore liquidis argumeta

tis presso accusatorem non expectat. l. tutor. §. præterea. ff. de suspect. tutor. vel forte non ibi quaeritur de puniendo tutore suspecto sed tantum de eiiciendo, ne liberius in facultates pueri grassetur. Sunt quoque permulti casus quibus nec accusator nec index expectatur ad sceleris vindictam, quod seruum fore putetur remedium vlciscendi nisi tempestiuè coerceatur delinquens. vt cum latro viatorem auro vel vita vel vtroque spoliare nititur, & similes personæ. l. i. C. quando liceat vnicuique sine iudic. se vindic. de quibus dixi dialogo 96. sic impunè occiditur fur nocturnus cum clamore, sic diurnus, si telo se defenderit ex fure factus homicida. l. 4. ff. ad legem Aquil. cuius vitæ parcendum putem, si commodè deprehendi citra ipsius necem aut ingens nostrum periculum possit. l. furem. ff. ad leg. Corn. de sicar. saltem vt si quos habet conscios, detegat. l. fin. C. de malefic. † Accusatio, vt Azoni placet, est delatio per libellum aduersus reum facta ad vindictam.

Delationem dici dubium non est. l. cum ratio. l. si sororem C. de iis qui accus. non poss. ita omnis accusator idem delator est. l. nostris. C. de calumniatorib. licet non è contrario, vt subiungam. Ergo cum delator videtur nequior accusatore in l. 3. C. de malefic. vbi accusator aruspiciæ nõ tam delator est quàm accusator dignus præmio, eò respicit, vt sub verbo delatoris accusatorem quidem cõplecti deceat, sed expertem periculi cui se subscripsit. l. 3. C. de iis qui accus. cum maleficum genus hominum sine fraude prodiderit, & conuicerit. sic,

Non est diues opum diues,

apud Antonium, quia animo sit indigo. sic iudicatum die feriato non est iudicatum. l. si feriatis. ff. de feriis. Itaque accusatio est species delationis positæ generaliter in definitione. argumento est, quod se ipsum nemo accusare dicitur sed deferre. l. i. de iis qui se defer. l. edicto ff. de iure fisc. quia sui ipsius delator effectu non accusat, sed offert sese, ac veniam implorat. l. i. C. ad leg. Cornel. de sicar. l. milites. 2. §. si. ff. de re milit.

Accedit quod nunciatio criminis facta iudici à quopiam delatio est, non tamen accusatio est. l. mulierem. ff. de accusat. l. si. ff. ad leg. Iul. de annon. Audi in aurem, lector, & mecum per otium expende, an potius accusatio sit ius deferendi reum quàm ipsa delatio, sicut actio est ius persequedi, licet persecutio in facto versetur. §. i. de actioni. l. actio. ff. eod. atque vt actionem præcedit factum, id est, contractus vel facinus. §. 2. de actionib. deinde sequitur obligatio, sic accusationem. l. obligamur §. lege. ff. eod.

Tertiò talis obligatio delinquentis est causa actionis, sic accusationis, ita vt offensus eligere alterutram possit. l. si. ff. de furt. sic actio & accusatio simul & ex eodem fonte nascitur, & pariter ius idem sunt. l. qui nomine. ff. de falsis. Quartò actio & accusatio appellatione confunduntur. l. 3. §. nunc videamus. de suspect. tutor. l. i. C. quando ciuili. actio crimin. inde furti actio vel accusatio sæpe dicitur & iniuriarum. l. 43. de iniur. ff.

Non taceo popularem actionem dari ob album prætoris corruptum & accusationem falsi. l. 7. de iurisdic. ff. l. hodie. de fals. Denique antequam quis exerceat facto ipso accusationem, eam domi habet velut ius deferendi & in aciem forenses descendendi, vt in omni crimine publico omnibus ad vindictam patente. l. 4. C. de hæretic. l. si plures. ff. de accusat. Sed fortè respient aliqui, quod in definitione libelli mentio fiat, cum non semel accusatio sine libello scripto instituat, & condemnatio de plano sequatur sine causæ cognitione. l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offic. proconsul. vbi filius proteruus à patre coram iudice sistitur, & incescit: atque alia persona sine solemnibus pro leui crimine citra libellum. l. leuia. ff. de accusat. auth. nisi. C. de sentent. ex breuic. recit. Quamobrem vt immunis à reprehensione sit Azonis definitio, libellum etiam non scriptum sed verbo tenus prolatum intelligo. §. sit tibi. de mandat. princip. in auth. col. 3. licet non scripta querela proprie à libello discrepet. l. si quis se. C. de accusati. sed satis est quod scripturæ vice fungatur. cum præsertim in scripturam summam redigatur in foro aut alibi. §. necessitatem. vt iudic. sine quoqu. suffrag. in auth. col. 2. vbi pluscula congerit Accurs. † Demum definitio ad vindictam accusationem deducit: idque apertè euenit etiam si accusatus retorqueat defendendi animo obiecta crimina sibi, vel calumniam in aduersarium: quia vlcisci studet. l. qui cum natu. §. si libertus. de bon. libert. l. si quis graui. §. vtrum. ff. ad Syllani. vbi nec præmio delatoris gaudet, qui accusatus ipse detorsit scelus, sicut, vt dixi, nec pœnam subit. Planè si eum qui aduersus me dixit testimonium, reiciam quia falsum alias dixerit, non accuso ipsum, sed tantisper à me amolior, vt me eripiam. l. Lucius. ff. de iis qui not. infam.

Et quamuis ante testis damnatus non fuerit sententia iudicis, tamen vbi liquet eius tale facinus, quod ei fidem abroget, repelleretur. cap. super eo quod de testibus. sicut è diuerso quandoque mouebitur iudex, vt ei qui falso aliàs alium detulit, credat. l. quæsitum. ff. eod.

Cur

Cur ergo iure ciuili videtur præuiam expeti sententiam in refellendo teste. l. 3. §. lege. ff. de testib. Nisi dicamus cum iuriconsulto ibidem pro condemnato testem conuictum haberi nimirum cum reus sui ipsius defensor testem recenter conuicerit, & in promptu adulterum ostenderit, vel homicidam. nec sequor Accursium, qui conuictum pro confesso accipit, cum in se confessus semetipsum damnet sua sententia. l. i. ff. de confess. l. proinde. §. si. ff. ad leg. Aquil. conuictus autem tanquam obsessus acriter resistit ne debellatur à delatore. l. qui sententiam. C. de pœn. l. i. ff. ad leg. Iuliam. de ambit. l. si quis in hoc. C. de episcop. & cleri. quare testis nondum aliqua notatus sententia aliter indignus fide, & repulsa dignus, existimari poterit, ex perspicuis flagitiis quorum non accusatur, sed ita reicitur pro tempore. Itaque nec accusat reus qui detegit delicti à se perpetrati conscios nulla vindictæ spe propolita. l. i. §. cum quis. ff. de quæstionib. vult fortè triste solatium ex communi malo, vel quæstionis terrore ad nominandum consortem ducitur. Eodem modo non dicar accusare Titium, si ipse prius me in ius traxit tanquam iniurium & homicidij. reum, saltem conatu, quasi ipsum occidere tentauerim. atqui ego regero illi audaciam suam: quia me prior dextra gladium stringens, & læuam inuoluens pallio, adortus fuerit, sic merui impunitatem. l. 8. quæ aggressorem. C. de sicar. & si minus probauero, non ideo de calumnia tenebor, vt ibi rescriptit Augustus. l. delator. ff. de iur. fisci. & multum interest inter verum accusatorem qui paratus in iudicium venisse debuit. l. purè. §. si. ff. de doli except. & depulsores, qui quouis telo qualecunque fors turbato obrulerit, sese tutatur, & inuitus parat iudicio: at nemo accusat inuitus. l. i. C. vt nemo iuuat. ager. vel accus.

Quod si postmodum iudici patefactum sit recriminationem accusari non vanis sultam argumentis, minime dissimulabit vltionem. l. 2. §. si publico. ff. ad leg. Iul. de adulter. & potius ob implendam probationem descendet ad inquisitionem plenius quiduis reuelaturam.

† Igitur scire conuenit non solum accusatione impeti crimina sed etiam tribus aliis per æquè modis, Inquisitione, Nunciatione, & Indicatione. Ad inquisitionem illicitur iudex, sceleris admissi notitia, præcipuè post famam loquacem, sed fallacem interdum, sæpius veri interpretem, tanquam vix frustra vulgi gutture fama aliquid loquatur cap. licet. de simon. l. 3. §. eiusdem. de testib. ff. si modo complurium opinione fulciatur. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred. præsertim cum vani rumores facillè spargantur. l. si. ff. de hæredib. instir.

Et nos in vitium credula turba sumus.

vt in Fastis inquit Ouidius. omnium verò opinionem Labeo videtur expetere in l. si arbit. ff. de probati. sed omnes pro potissimis capio. l. si quando. §. i. ff. si seruit. vendic. aut si non possit fama persuadere, quia creduli nimis videantur homines, certè suspicionem inducer, quæ ad torquendum sufficet. l. si. ff. de quæstionib.

Quamobrem quod dici solet neminem sine accusatore damnandum. d. l. rescripto. §. si quis. de munerib. non impedit inquisitionem, iudicis solius instinctu introducta, nec nunciationem imitatricem accusationis, & quæ pedetentim eius hæret vestigiis. quinetiam Inquisitione quodammodo illam sequitur: cum fama pertinax iugiter accuset nocentem, vel fuga ipsius se ipsum pene accusantis & sibi cõscij. §. si verò semel. de exhib. reis. col. 5. l. impuberibus. §. si. de suspect. tutorib. ff. l. lege. ad Syllaniam. nisi manifestò liqueret fugam instructam metu alienæ potentia. l. Fulcinius. §. latitare. ff. quib. ex caus. in poss. eat. vbi adicitur metus domesticæ seditionis. & Christus innoxios Apostolos docuit ab vna ciuitate in aliam effugere Matthæi cap. 10. sic Alcibiades euasit inuidos Athenienses, & euocatus edictis è Sicilia, vt causam capitis diceret, scitè respondit, ne matri quidem in vitæ discrimine se crediturum, metueretque ne illa facilitate sexus pro albo calculo nigrum submitteret, vt Ælianus memorat. eodem iure quo fugam, ego metior latitationem postulari, requisiti, in vrbe occultati. l. eum qui. ff. de priuilegi. credit. longe enim est tangere quod nequeas, vt quidam dixit. Proinde id quod habetur in d. l. 2. §. si publico. de adulter. Gorgonium lenocinij damnatum sine accusatore, eò pertinet, vt Gorgonium merum accusatorem non habuerit pro lenocinio quod ei mulier adulterij rea facta obiecerat: non vtique animo accusandi sed extenuandi proprium crimen tanquam malitia vel socordia mariti perpetratum: quamquam prorsus hoc non releuet. l. si vxor. §. si iudex. ff. eod. l. cum mulier. ff. solut. matrimon. potius ergo exceptione vitur qui depellendo, delictum aduersus accusatorem torquet. l. 3. §. vtrum. ff. ad Syllaniam. d. l. qui cum §. si libertus. §. si tamen. de bonis libert. modo suã prober exceptionem. l. 19. ff. de probat. vel si aliter iudici cõster nõ frustra neque falso allegari quicquã à reo, vt in d. §. si publico. l. 3. §. præterea. ff. de suspect. tut. sicut cū occurrit testis palā falsi cõuictus, & sua

L iij

quodammodo voce accusatus. l. nullum. C. de testib. vel euidencia populari immanis audacia. l. si quis in hoc. C. de episc. & cleric. tunc maximè cum lacepsit iniuria metu modestiave conqueri veretur, vt ibi dicitur. bonus enim vir non modò abstinet ab iniuria sed etiam aliis factam aperta irruptione sedulo vlciscitur. can. non inferenda. 23. q. 3. quia euidencia illa plus prastat quàm simplex accusatio: & qui plus facit quàm expediat sine vitio, tamen iam id facit quòd expediuit. l. cum furti. ff. de in lit. iur. Vel illic Gorgonius damnatus fuit sine accusatore, id est, sine alio quàm ex probatione Lenocinij iudiciis non ambiguis fulta, ita dictio alijs, passim subintelligitur. l. 1. §. 1. ff. de vsur. vbi sine mora prastantur vsuræ. hoc est, sine alia mora quàm quæ ex culpa socij communem pecuniam inuadentis colligi potest, quæ supra omnem retardationem excellit l. in re. §. pen. ff. de condict. furt. l. pen. ff. de vi armat. eodem modo suppletur dictio, alius, in l. 7. §. item potest. ff. de interd. & relegat. Cæterum quòd dicitur relatione criminum non purgari accusatum sed innocentia, non impedit quòminus reus idem crimen, cuius gratia ipse arcesitur, aptè queat regetere, vel dicere eius criminis originem causamque ob accusatore manasse, vel conficiu eum ostendere: tanquam spiculum è suo corpore reuulsum contra mittentem denuò iaculetur, vt fecit Brasidas Lacedæmonius, ne sine comite ad inferos descenderet.

Nunc inuestigemus, an secundo loco in nunciacione absit accusatio. nempe cum aliquis profiteretur coram iudice Næuium deliquisse, vt si velit iudex, puniat. & sic subscriptionis & rationis inuadit periculum. vt accidit quando mulier deregit profecto annonam ab aliquo fraudatam fuisse cum iactura publica, & nunciatrix vocatur. l. mulierem. ff. de accusatiomb. l. fin. ff. ad leg. Iul. de annon. Video tamen nunciatores accusationis verbo comprehendendi l. lege. ff. ad Syllanian. sed ab inquisitione discrepat tanta nunciatio: quoniam hæc licet expers sit periculi, tamen, sicut acculatio, à parte quærule instituitur. Sed inquisitio à iudice ex officio suo habente tale ius inuestigandi facinorosos homines, vt coërceantur. non quòd inquisitio sit ius, consistit enim in facto vt aditio hæreditatis, quæ facti est differens à iure adeundi, quòd successor vniuersorum habet. l. pro hæred. ff. de acquir. hered.

† Inquisitio ergo est ipsa indagatio motu iudicis facta, vt delinquentes & eorum delicta explorentur, reuelentur, & puniantur. vel etiam si iudex prouocetur à denunciatore aliquo. mox inquirer aduersus autorem commissi delicti, quamuis quale sit delictum, nesciat. quoniam notissimum est, inquisitionem alteram esse generalem, alteram specialem: & generalem rursus variè inueniri: nam aliquando iudex inquit aduersus omnes ciues vel prouinciales, num quisquam deliquerit, certò sciens in hominum genere plures malos esse *οἱ πολλοὶ κακοί*. inquit Bias sapiens. l. congruit. ff. de offic. præsid. aliquando autem scit quidem peccatum ab aliquo ciue fuisse, sed ignoratur autor sceleris. l. 4. §. mandatis. ff. ad leg. Iul. pecul. potest quoque afferri tertia inquisitio nec generalis omninò nec specialis quoad delinquentes: vt cum dubitatur, quis familiarium violentia dominum occiderit. l. 1. §. occisorum. ff. ad Syllanianum. nam familia propriè genus non est, cum simul omnes de familia deliquisse potuerint. l. 1. ff. si famil. furt. feciss. multò plura congerit Bartolus in l. 2. §. si publico. ff. de adult. sed vereor, ne non hæc excedant modum in re notiore quàm doceri egeat, nisi à scribis & pragmaticis. specialis inquisitio vilitata est aduersus vnum reum vel complures de aliquo flagitio. l. 2. C. de aboliti. vt cum Senatus Rom. quæstionem decreuit de pollutis sacris contra P. Clodium, si Suetonio credimus, dum constans fama circumferret penetrasse illam ad publicas cæremontias, atque Pompeiam Iulij Cæsaris adulterasse. quæstio enim quondam fuit dicta inquisitio. l. 6. ff. de iniur. l. 1. ff. de sicariis. vnde ex lege. XII. tabul. quæstores parricidij de rebus capitalibus cognoscebant. l. 2. §. & quia vt. ff. de origi. iur. Sanè inquisitio mihi videtur in hoc ab accusatione discrepare maximè, quòd accusamus tantum, quæ iam perperam facta sunt: Inquirimus autem etiam de præsentibus, vt in futurum accusentur ac puniantur. l. 1. §. qui es. ff. de offic. præfect. vrb. l. nam salutem. §. sciendum. ff. de offic. præfect. vigil. quin etiam inquiri decernitur de delictis in totum futuris per incertas personas committendis. & idèd officiales creabatur exploradis criminibus quandoque futuris. l. 1. de curiof. lib. 12. C. non enim ignorat lex delicta committèda imposterum ab hominibus. idèd prohibet ea fieri, ac mox punit. l. legis. ff. de legib. at in personam cerram non rectè de futuris sceleribus decernitur inquisitio, nec sinistrum aliquid ominari licet de singulis personis. l. inter. §. sacram. ff. de verb. oblig. l. merito. ff. pro socio. nam nec torquetur aliquis in caput certæ personæ. l. 1. §. in causa. ff. de quæst. vbi etiam de præteritis delictis tractatur. Dubitari solet, qui iudices inquirant, inquirendum è decernant: & placet causas criminum, quas pœna mortis vel exilij sequitur, ad eos iudices pertinere, qui merum habent imperium ad animaduertendum in facinorosos homines. l. 3. ff. de

ff. de iurisd. l. 2. §. 1. de pœnis. † Sed fortè hæc habent locum in cognitione criminis, cum iudex decernit perspectis testimonijs aut argumentis, vt reus se sistat in iudicio: aut si quid grauius commisit, vt per lictores in ius rapiatur. nam inquisitio vsqueadèd more gallico promiscuè permittitur, vt delegetur, & rata habeatur facta semel per notarios iudicandi cognoscendiuè non capaces. planè vulgò imperium merum non delegatur. l. 1. ff. de offic. eius cui est mand. nec proconsulis quidem legato, nisi quoad solam cognitionem. l. solent. ff. de offic. procons. quare dixerim modèd nostram inquisitionem permittendi & mandadi, etiam iis qui non sunt magistratus à iure seu æquitate manare: vt sint plures, qui quamprimum de criminis autore inuestigent, & scribant testimonia, ne detur materia testes nondum interrogatos corrumpendi. adèd vt Apparitoribus iudicum inquirendi ius tribueretur. l. diuus. ff. de seruis fugiti. & præfecto vigilijs l. 3. §. si. ff. de offic. præf. vigil. & præfecto annonæ l. si. ff. ad legem Iul. de annon. neuter tamen præfectorum gerit magistratum. l. 2. §. capta. ff. de origin. iur.

† Nunciatio vtcumque superius à nobis delibata, & inquisitioni sæpè causam præbens, non est aliud quàm delatio delinquentis facta magistratui vt puniat, si ita videatur: & in summam, est quædam accusatio facta periculo alieno. neque enim is qui nunciat, subscribit se libello: quinimò nec libellum offert, sed tanquam desiderio delicta detegendi pestifera Republicæ, dicit se illectum vt iudici reuelat, cuius est ea vlcisci. l. fin. ff. ad legem Iul. de annon. argumento est ius pontificium, quo cauetur, vt nunciacionem præcedat commissi admonitio, vt peccare solitus meliora faciat, euangelica sanè benignitate. d. cap. licet. de simon. nec se subscribat nunciatis. cap. super his. de accusation. igitur nuncians nihil capiat vindictæ, sed frugem meliorem delinquentis optat, vt si peccare pertexerit, iudici deferatur verisimiliter punituro, ne crimina coalescant. l. per omnes. C. de defenf. ciuit. qui igitur nunciat, demonstrat, & hortatur: nihil verò asserit, nec præcipit. l. ob hæc. ff. de iis qui not. infam. quòd si nunciator apud iudicem pernix sit, & asseueret, vt vindicta sequatur delicti, quòd reuelat, reus sui periculi facit, ac à denunciatione in accusationem transit. l. lege. ff. ad Syllanian. cap. fin. de calumniatorib. ita enim moderatum esse expetit iudicem, ne accendat licentiam calumniandi colore impunitæ nunciacionis. neudè deterreat eos, qui ocula flagitia summo Reipub. bono manifestant.

In contrarium stat. l. ab accusatione. §. penul. ff. ad Turpillian. vbi nunciatores, qui per notoria iudicia produnt, notorijs suis assistere iubentur. Respondeo ibi nunciatores asseruisse non solum facinus fuisse commissum, sed etiam esse notorium: vnde magis onerabat iudicis pudorem, nisi curaret vlcisci. idcirco nuncians ostendere tenetur notorium, singulari ratione: quia probationi se obstrinxerat. quippe cum notorium liquid oparet, vt amplius dicitur in l. ea quidem. hoc titu. nec mirum si talis nunciator accusatoris oneri alligetur, cum etiam eadem cum accusante præmia accipiat. l. qui sepulchra. C. de sepulchr. viol. veteres aliter senserunt, sed ego non accuso eos, tantum nuncio, quod rationi consentaneum video. † Nunciatorum alij sunt priuati, alij publici. priuatus nunciator est quilibet, qui mouere iudicem potest ad credulitatem, & ad inquisitionem, nec sequor Barr. in l. diuus. ff. de custod. reor. vbi neminem exaudit nunciantem, qui accusandi incapax fuerit. quippè cum accusator is debeat admitti, qui possit reformidare talionem cum asseueret super crimine alieno. l. si cui. ff. de accus. planè iudicis nihil interest, vnde cunqve veritatis primordium sumat, postea abuudè inquisiturus. l. quæsitum. ff. de testib.

Quinetiam infami & improbo èd magis auscultatur quòd aliorum aperit facinora. l. non omnes. §. à barbaris. in fin. ff. de re milit. Aliquis tamen obicit. l. fin. ff. ad legem Iul. de annonæ fraudatæ: igitur alibi obiner. vt persona quæ non accusat, non nunciet. Ceterum nunciatrix mulier iurè communi non recipitur, adèd scilicet, vt ipsi credatur in alio quàm læsæ maiestatis aut annonæ flagitijs. l. in quæstionibus. ff. ad legem Iul. maiest. sed tamen mulierem non fastidiet iudex nunciantem crimen contingens, vt per alios testes, inquisitione facta, indaget rei veritatem. Publicus nunciator est quiuvis officialis ad hoc præstitutus ab habente potestatem. vt exploret eos, qui delinquant, vt iudici referat cognituro mox & vindicatur. l. ea quidem. hoc tit. vbi satis significatur huiusmodi nunciatores publicos non ex eo quòd ipsi viderint moueri ad delationem, sed plerunque ex notorio, fama, aut argumentis perspicuis. proinde non impunè ferre si calumniatur prætextu muneris, quòd sustinent. l. diuus. 2. in fin. ff. de custod. reor. l. 1. de curiof. lib. 12. C. non dubito etiam quin defensores ciuitatum ex præcipuis ciuibus electi, vt plebi patres se præbeant, eamque à iudicibus insolentia vindicent. l. 2. & 4. C. de defensorib. scelera ex officio nunciarent. l. per omnes. C.

- 12 eod. † Est & alia differentia inde oriens, quod priuatus nunciator velut testis inter ceteros recipietur. cap. in omni. de testib. quando scilicet visa perspicue aut audita reuelat, nec notoriis iudiciis vrget. cap. licet. de simon. Atqui publicus nunciator, qui effectu accusator est, non habetur testis fidi loco, nisi quatenus constitit postea eum ex bona fide detulisse. d. l. diuus. neque ante denunciationem admonere consuevit delinquentem, vt emendetur, aliter atq; in priuato diximus. † Quod si cui miru appareat à Iudicibus præfici nunciatores pœtera delicta necdum cogitata reuelaturos, cum tractus futuri temporis non pertineat ad iudicem. l. 1. §. 1. de vsur. dicam hoc verum esse in iudice cognoscente de delicto vel quouis negotio. planè antequam cognoscat, nihil prohibet palam facere, & quodammodo præparare ea super quibus cognitio versetur. d. l. congruit. de offic. præsid.
- 14 † Indicatio superest, quarto in loco, minimum habens ambiguitatis cum definiatur ab Vlpiano. l. indicasse. ff. de verb. signifi. Indicasse reum, inquit, est detulisse, arguisse, & conuicisse: nempe ita vt sola condemnatio desideretur, qua secuta accusans dicitur reum peregisse. l. 2. ff. ad leg. Iul. de adult. ceterum quamuis indicatio demonstratio intelligi possit quælibet, tamen cum lex præmium constituit indicanti, eò spectat vt conuincere quoque teneatur. l. lex Corn. §. fin. de iniur. l. solent. ff. de præfer. verb. ita Papianus ait Fuluiam mulierem detexisse coniurationem Carilinæ, & M. Tullium. Cos. in iudicium eius instruxisse. l. 8. ff. ad legem Iul. maiest. non enim ipsa indicauit, conuicite, sed post nunciationem perfecit, vt Consul argueret manifestius, conuinceret, ac plecteret. vbi Budæus putat indicare eum dici, qui conscius facinoris impunitate sibi proposita demonstrat. Nominare hoc idem vocant Iurisconsulti. l. 1. §. cum quis. ff. de quæstionib. l. 2. de bonis eor. qui ante sent. ff. & fateor vtiq; plerumque contingere, vt indicanti & parricipi criminis ignoscatur. l. non omnes. §. si. de re milit. artamen indicabit ille quoque, qui immunis à crimine est, vt d. l. solent. & quidem sine mercede, vt Fulvia apud Sallustium, nec ipsa conscia coniurationis, sed tantum detegens Consuli, quæ à Curio stupri consuetudinem habente audierat. Nec Vlyses se participasse dixit proditorem Palamedis, quem postea Infontem infando iudicio, vt ait Virgilius, Græci necauerunt: eo quod aurum diceretur à Priamo hostium Rege accepisse quod effossum in Palamedis tentorio inuentum est, Vlysis improbi fallacia. operam enim dederat auri clam effodiendi, vnde capite plectendus fuit ob falsum iudicium. l. 1. ff. ad leg. Corn. de sicar. De verbo arguisse idem existimo, vt si pretium proponatur arguenti homicidam vel latronem, nihil quisquam consequatur, qui non omnino manifestauerit. scio quidem arguere multoties idem esse quod accusare. l. senatus. §. si. ff. de iure fisc. l. diuus. 2. ff. de custod. reor. ceterum quia non est verisimile pro simplici accusatione præmium propositum, vt quæ fallax esse potest illecta præmio, non censetur arguisse qui non conuicit. l. 3. §. si quis quem. ad Syllanian. l. 1. C. quib. ex causis serui pro præm. l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambit. Vbi Accursius recenset præmia delatorum.
- 15 † Quæ personæ accusare nequeant fusissimè describitur in l. 2. & l. qui accusare. cum seq. ff. de accusat. & ab Accurs. subnotante, quando eadem personæ accusantes audiatur, si suam aut suorum persequantur iniuriam. l. Si tamen. eod. vel ob immanitatem criminis. l. famosi. ff. ad leg. Iul. maiest. & aliis multis modis. Quæstionis est an sine delectu personæ alioquin prohibita recipiantur, si eis ab accusato non opponatur exceptio iusta, quod mulier sit, verbi gratia, nam accusatrix non auditur, tum quia sexui fragili & iracundo non assentitur, lex tum quia eidem consulit ne pœna talionis vinciat. nec in crimine læsæ maiestatis aut annonæ quidem lex dixit illam plenè accusare sed indicare aut denunciare tantummodo, & sic deferre, vt talionem non metuat. l. 8. ff. eod. l. mulierem. ff. de accusat. idem si subest exceptio. xx. annorum in omni ferè delicto. l. querela. C. ad legem Cornel. de fals. aut quinquennio in adulter. l. adulter. C. ad legem. Iul. de adult. in simplici dolo biennio. l. si. C. de dolo. & placet nihilominus accusationem procedere non reiectam exceptione ab accusato. † Antequam inter reos recipiatur, id est, iubeatur se defendere & diluere ea quæ sibi argumentis legitimis obiiciuntur libello. l. hos accusare. §. hoc beneficio. ff. de accus. ita patet in l. ex iudiciorum. eod. vbi litis contestatio instar priuatorum iudiciorum publicis ascribitur, nempe reo negante, & iam suscepta cognitione per iudicem de reo nihil boni suspicantem, adeò auditu oportere reum iudex pronunciet de crimine responsurum confessione vel negatione iique die feriatio fieri quoque solet. l. custodias. ff. de public. iudic. auditur verò reus apud acta, id est, loco & persona forensi. l. 2. C. de custod. reor. l. si maritus. 2. §. præscriptiones. ff. ad leg. Iul. de adult. nam & ex reis eximi dicitur idem, cum accusationis cursus mox interrumpitur. l. si tamen. §. fin. de accusat. caueat itaque ne raciturnitate approbet accusatorem, quem potest refellere. l. 1. §. accusationem. ff. ad Turpillian. nec obest quod ibi

Marcel-

Marcellus ait odio maiore eam accusationem dignam, improbam ex accusatoris, qui repelli exceptione potuit, temeritate profluentem: quia non quiduis improbe illiciteque factum Lex punit. l. at si quis §. idem Labeo. ff. de religio. ad hoc inuoco nobilem textum l. filiusfana. §. veterani de procurat. Quid enim si reus postulatus fiducia innocentia suæ expectet accusatorem, vt eum conuincat columniæ? viderit igitur ipse, cur pariat se immerito accusari ab eo, quem potest repellere. Sanè quia accusatus aliquando errabit in iure, & facilitate nimia circumscribetur, in manu iudicis est supplere, quæ illi defunt. l. vnic. C. vt quæ defunt aduocat. l. si non defendantur. ff. de pœnis. quid enim si accusans sit notissimus calumniator? an non repudiabit eius libellum. l. si cui. §. 1. ff. de accusat. l. alij. eod. & in medijs precibus iudicio porrectis vocabit Sycophantam? sicuti euenit in l. verbum. C. ex quib. caus. infam. vbi obiurgatio talis deprehenditur: ita quod lege omittitur, suppletur religione iudicis. l. quæsitum. ff. de testib. iudex namque sæpè mouetur ad subueniendum reo postulato ex vilitate accusatoris aut improbitate aliàs detecta. ita iudices Valerium Valentinum accusatorem Coscuij repulerunt, quid poëtico ioco antè scripsisset puerum prætextatum & ingenuam virginem à se corruptam teste Valerio Max. lib. 8. cap. 1. lxxxvij. §. pen. de adulter. ff. l. nonnulli de accusat. nam & quos prohibet prætor postulare, omnino prohibet, licet aduersarius patiat. l. vij. ff. de postuland. sola partis igitur & iudicis ignauia indulget ipsi alioquin refellendis. Sunt similiter personæ, quas accusare non licet quamuis nocentes & harum quædam à nullis accusantur, quædam à certis tantum. sunt etiam quæ ad tempus duntaxat accusatori respondere non coguntur. l. si adulterium. §. si. ff. ad legem Iul. de adul.

† Illud imprimis exploratum est accusatum semel arque absolutum à iudice non posse rursus de eodem delicto accusari ne bis quærat de eiusdem hominis admisso, vt fufius dicitur in l. 9. hoc tit. l. si cui. §. 1. ff. de accusat. nisi adit nouus accusator, qui suum dolorem persequatur, & simul probet se ignorasse accusationem ab alio institutam, vt ibi Vlpianus ait. nam si sciisset reum ab alio accusari, dolorem iustum causari nequiret ad quem vindicandum venit sera quærimonia. Igitur adulterum patre mulieris accusante absolutum maritus nihil cunctatus accusabit l. 2. §. si. ff. ad leg. Iul. de adult. sed tamen adhuc audiretur accusator superueniens, si ostenderet priorem præuaricatum. l. 3. de præuaricat. inefficax enim est decretum iudicis, cui causam dedit collusio accusatoris non sat iusti. l. 3. ff. de collus. detegend.

† Conditio personæ delinquentis sæpè præstat, ne recusetur à certis personis: vt pater, patronusque, à filio vel liberto. l. qui accusare. ff. de accusat. nam nec de dolo actione pulsantur nisi colore quodam, vt dicat filius libertus se ægrè ferre quod pater patronus e parum ex bona fide contraxerit. l. non debet. ff. de dol. similis modesta verbotenus exercita laudatur in l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de oper. noui nunciat. sed nec domesticus famulus aut seruus dominum impunè accusare tentat, nisi in maiestatis crimine. l. pen. C. de iis qui accus. non possunt. quo casu iudici expendendum est, ne domesticus domino insidietur alioquin bonæ existimationis. l. famosi. ff. ad leg. Iul. maiest. notum enim est verbo veteri, tot nobis esse hostes quot seruos. plerumque enim simplicitate dominorum feroces euadunt. proinde Suidas tradidit ingenti clade oppressum fuisse orbem Romanum cum Caius Caligula Imp. legem tulisset, vt impunè à seruis domini accusarentur quibus interdum commori liber. vt heris vel dominis noceant communi calamitate. l. 1. §. si quis vltro. ff. de quæstionib. vt constat in seruo Æthiope, qui duos domini liberos vix trimulos è turri domus demonstratos coram illo iugulauit, mox se ipsum dedit præcipitem.

Nec bellua tetrior ulla est,

Quam serui rabies in libera colla furentis.

Vt Claudianus scripsit lib. 1. in Eutropium. Quod autem de seruii genere dico, ad quosuis familiares transfert Lex eisdem rationibus & exemplis. d. l. pen. quæ est Honorij & Arcadij Augustorum, sub quibus Eutropius ex Eunucho consul factus nullo non delicto & atrocitate se insigniuit, vt alibi idem Suidas memorat.

† Sustinet prætereà accusationem Lex, nec patitur libellum porrigi contra maiores magistratus annuos, aut, vt verius dicam, eos peragi non sinit nisi functione finita. interim tamen postulari reus potest & cogi cautionem præstare iudicio sistendi causa. d. l. si adulterium. §. si. de adulter. Illud eximium me obseruasse aio eos qui pretextu muneris publici, atrox factum perpetrant calore iracundiæ non excusari l. 7. §. fin. ff. ad legem Iulian. repet. decuit enim magistratum esse exemplar temperantiæ: alioquin etiam colore quæsitio officij calorem crebro fingeret.

M

Idem dicendum, si iniuriam ipsi, comitesuè eorum patiantur durante temporaria administratione: nam lis contestabitur tantummodo, non iudicabitur. l. senatusconsulto. ff. de offic. praesid. Igitur nec rei nec actores esse queunt. l. pars. ff. de iudici. vbi ab Atheniensibus mansisse hoc iuris Paulus significat, relata parte Epistolae Hadriani Caesaris, qui quidem, teste Spartiano, non fastidierat annale Archondis munus Athenis. nam & per Latina oppida aedilis & duumvir tanquam vnus decurionum esse dignabatur. Archondes numero nouem eligi quotannis solitos lib. 8. Julius Pollux scripsit: perinde ac dicas principes. nam & magistratus principes ciuitatum appellantur. l. spadonem. §. si ciuitatis. ff. de excus. tut. plane ab vno Archondon annus denominabatur, vt Romae à consulibus: qui non post Reges Athenis vixit. Quod autem diximus maiores illos magistratus anno toto non potuisse accusari, locum habet etiam si ante susceptum munus deliquerint. l. hos accusare. ff. de accus. & quidem potiore ratione, cum prauideri poterit citius crimen commissum antea, quam quoddam accidit post functionem. l. senatusconsulto. ff. de offic. praesid. Sanè quod attinet ad comites eius qui praest pro uincia, liquet in reatu constitutos puniri posse. l. si quis forte. §. si quos de pœnis. ff. Verum ibi agitur de proconsule mitti in prouincias solito instar praesidis, sed senatus magis auctoritate: quamuis eodem, quo praes, niteretur imperio. l. & ideo de offic. proconsul. l. 4. ff. de offic. praes. proinde dicendum est proconsulem vindicasse scelera comitum in d. §. si quos. post finitam administrationem singulari iure & ratione ibi posita ab Vlpiano, in terrorem comitum caeterorum. Vel si durauit functio, ante datum ei successorem eadem ratio hortatur licere ei punire comites.

Caeterum post finitam administrationis tempus, ipse praes vel iudex in prouincia eadē dies quinquaginta adhuc residere debet, patens omnibus accusare volentibus. §. necessitate. Vt iudices sine quoq. col. 2. sed & tunc de comitum atque domesticorum suorum noxis respondere tenetur. l. 3. C. de assessorib. maxime si sciēte & prudente ipso deliquerunt, vt qui & ipse peccauit & aliis peccandi materiam exhibuit impunitate atque dissimulatione. §. eos autem. vt iudic. sine quoq. col. 2. in auth. cum verò sunt perpetui magistratus, & è maioribus, idem dicendum quod de minoribus, vt qualibet die accusari possint, alioquin impune delinquerent, cum morte finiarur accusatio ineunda vel inita aduersus delinquentem, nisi in paucis exceptionibus, quas Accursius refert in l. ex iudiciorum. ff. de accusat. in quibus est Lex repetendarum pecuniarum inducta contra magistratum, qui in officio pecuniam accepit, vel contra eos qui ex cohorte eiusdem sunt. l. 1. ff. ad leg. Iul. repet. Itaque perpetuos magistratus ideo dicemus semper accusari posse, ne diutius impune grassari valeant. sic curator furiosi semper conueniri potest de gestione, non curator adulti vel tutor impuberis, priusquam munus finiat. l. nisi. ff. de tutel. & rationib. l. 2. C. de adm. tut. Sed praeterea recipitur accusatio aduersus annuos magistratus, cum in officio deliquerunt non extrinsecus: nec enim iudex aliquem verberauit, vel contumeliose conuiciatus est, aut ex edibus contentiosis eiecit, sed pecuniam ob iudicandum accepit, etiam vt bene iudicet. l. iubemus. ad legem Iul. repet. C. l. 2. ff. de condict. ob turp. caus. proinde quod habetur ibi iudicem potiorē esse illo corruptore, à quo pecuniam accepit, non verat extorqueri illam à procuratore fisci vel ab alio publicam accusationem laudabiliter instituente. d. l. iubemus. Videndum nunc num iure recentiore voluerit Iustinianus temporales quoque magistratus promiscuè durante administratione accusari, licet maiores, vt praesides in prouinciis: idque coram Episcopo pœnas daturō nisi malo iuste vlciatur. §. si tamen. & seq. Vt differentes iudic. col. 9. in auth. quod non admittit Accursius, sed putat deliquisse praesidem in officio, quia, inquit, oppressos lex ait ibi à praeside aliquos fuisse, qui opprimentes vindicare debuerat, ego verò non video, cur in officio diuinemus ibi peccatum à praeside. potuit namque opprimere vi illata vel contumelia per confidentiam honoris, quem sustinet. d. l. nec magistratibus. de iniur. sed magis arbitror in d. §. si tamen. praesidem accusari, non quidem protinus à delicto imò expectato iusto tempore: quod Iustinianus satis aperit, cum subdit iuste & secundum leges condemnationem ab Episcopo factam: atqui Lex tantisper accusationem differt: ergo seimo simpliciter prolatus explicatur vt legitimo tempore aliquid fiat, non premature. l. 4. §. si quis. ff. de re iudic. l. ratum. ff. de solution. Etiamnum vrget scrupalus ex §. illud. vt iudic sine quoque col. 2. vbi quamuis in officio deliquerit iudex, tamen prima facie videtur non posse illico postulari, nisi pecuniam acceperit furtim, quamuis aliter multis modis furti vacuus possit corrumpi superbia fortè neglectis palam constitutionibus principum. l. 1. ff. ad leg. Corn. de fals. vel odio litigantis percitus, aut amore incensus vt Claudius decemuir. l. 2. §. anitium. ff. de orig. iur. Respondeo in d. §. illud. non quæri quando iudex corruptus accus-

setur,

setur, sed magis, quo in casu sine libello scripto possit impune defferri, detentus scilicet antea ab obuio quoque, nempe dum fugit à prouincia, cui praesuit ante quinquaginta dies onustus auro furtiuo. plane solemniter accusari posset pro quolibet alio facinore muneris sui rationem offendente, licet claro honore fulserit, minime obscurus tenui potestate. Illud verò sciendum est non videri deliquisse in officio, qui iudex aliquid fecit non sui emolumentum gratia sed Reipublicae vindicandae, aut asserendae secundum bonos mores. l. quod Reipublicae. ff. de iniur. nam iuris executio nihil praes se fert audacia seu iniuriae. l. iniuriarum. ff. de iniur. secus si ob priuatam vilitatem non ob uectigalia publica vel onera iure indicta. l. continet. §. fin. ff. de eo quod met. caus. quinetiam si absit vtilitas magistratus, tenetur. ex eo quod ultra ius fecit quia contumacis vincta succidi, villamue dirui iussit. l. si is. ff. commu. diuid. l. eumque. de peric. rei vendit. quia iudex philosophiae solida dispensator. l. 1. de iussit. & iur. vulnus vulnere inde re non debuerat, nec iniuriam scelere sanare, sed alio remedio. l. Fulcinus. §. fin. ff. quib. ex caus. in possess. † Qui autem sint maiores magistratus, qui minores, videtur attingisse Aulus Gellius lib. 13. cap. 14. maioribus enim duntaxat ait auocandi concionem ius fuisse ex Messala in lib. de Minoribus magistratibus. sed hic Carmentam fortè Euandri Regis Latinorum antiquissimi matrem aut aliud genus hominum exoletum docere institit, nec nobis magis succurrit quam vulgus post Accursium, dum explicat minores magistratus eos, qui simplicem habent iurisdictionem in d. l. nec magistratibus. Ego verò existimo eos quoque magistratus non posse intra annum suae exercitationis accusari, qui tantum iurisdictionem habent sine puniendi potestate, aut sine iis, quae misti tantum sunt imperij, & ad priuatam vtilitatem explicantur officio iudicis nobili: vt sunt duumviri magistratus municipales. l. ea quae. ff. ad municipal. id est, annis singulis duo electi ex corpore perpetuo decurionum in municipiis. l. honores. §. is qui. ff. de Decurionib. hi namque potestatem habent ac simplicem iurisdictionem. l. 4. §. duas. ff. de damno infect. nec est quisquam, qui eis iurisdictionem simplicem deneget. atqui in d. l. nec magistratibus. minores magistratus sine vlla potestate sunt. id tantummodo cauendum est duumviro municipali, ne contra bonos mores & ius suae potestatis aliquid conetur, alioquin post annum accusabitur sicut euenit in l. quemadmodum. §. penult. ff. ad legem Aquil. vbi pecudes duumvir pignori ceperat, & fame tabescere permiserat. nam id ex lege non fecerat, cum lex non det illi pignoris captionem. d. l. 4. §. duas. Quamobrem magistratus minores esse existimo, praefectum annonae, & praefectum vigillum exortem iurisdictionis. l. 2. §. capta. ff. de origin. iur. nec obest l. cum se ius. ff. de condict. caus. dat. vbi praefectus vigillum seruum summo supplicio affecit. Nam liquet ibi perperam hoc ausum eum, cum ex sola suspitione furti in seruum sauerit ibidem: cumque cognoscendi non coercendi ius habuerit. l. 3. §. 1. ff. de offic. praefect. vigil. Aut aliter dicito etiam capitaliter in furem animaduerrisse, successu temporis aucta iurisdictione. l. interdum. §. qui furem. de furt. ff. Vel dicemus in fures capitale paratum iudicium sub praefecto vigillum, non in quoslibet, sed in nequiores, balnearios scilicet vestibus lauantium facile insidiantes. l. 1. ff. de furib. baln. l. 3. §. fin. de offic. praef. vigil. ita vt alios fures praefectus hic non damnet. paulatim quoque videtur annonae praefecto auctam potestatem. l. fin. ad legem Iul. de annon. ff. l. fin. quod cum eo. Idem iuris est in aedili plebeio, magistratu quidem, sed sine imperio, siue immunitate. l. non tantum. §. is qui. ff. de excusat. tutor. aliter censerem in aedili curuli edictis proponendis idoneo. §. praetorum. de iure natural. & de plebeio iure conuento liquet. l. lectos. cum sequ. de pericul. rei vendit.

† Ne quid desideretur, dispiciamus quid in ciuilibus negotiis, an pulsari maior magistratus possit, dum munere annali fungitur: & magis est, ne possit, sicut nec agere. d. l. pars. ff. de iudiciis. maxime, si antea contraxerint. l. 16. de offic. praesid. senatusconsulto, inquit, cauetur de iis, qui prouincias regentes comitesuè aut liberti eorum, antequam in prouinciam venirent, contraxerunt, parcissime ius dicatur. & vt actiones amissae ob eam causam, quod institutae non sint, posteaquam quis prouincia excesserit, restituantur.

Verum quia lex ait parcissime ius dici satis hoc declarat. l. officiu. §. 1. ff. de re milit. itaque innuit aliquando licere ius ei, & aduersus eum praesidis comitem, ius dicere vt si medicus imperet agro, vt vino parcissime vtatur. nam & subiungit actiones amissas restitui, quare interdum amittuntur, eò quod introduci potuerunt. nec enim agere non valenti praescriberetur.

M ij

l. i. §. si. C. de annal. except. itaque rationis id esse autumo in assessoribus & comitibus aliis præsidis provinciarum, quia non anno tantum ipsius honor finiebatur, sed incerto magis spatium quoad principis animo sederet. l. si forte ff. de offic. præf. l. 3. ff. ad leg. Jul. maiest. Iulius Capitolinus laudat Antonini Pij Aug. constantiam, qui bonos præsidis in provinciis septemnis & nouenis annis detineret. quare qui videbat tam diu protelari præsidis munus, ex causa petebat agere sibi licere, & ex eadem causa debitor agenti comiti respondere tenebatur pro iis saltem obligationibus, quæ ante administrationem ortæ fuerant. nam pro natis postea imputandum aliquo modo veniebat illi, qui scire conditionem debuerat suam, eiusque quo cum contrahit. l. qui cum alio. ff. de regul. iur. Adeo autem non est fas agere cum annuo magistratu, ut nec opus nouum duncietur interim nisi cum præfatione honoris, ut testetur quisquam sibi non licere, & hoc dulci veneno proficiet, ut finito prætoris munere nunciatio retroagatur. l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de oper. noui nunciat. cui subuenit. l. non debet. in si. ff. de dolo. utrobique enim verecundans aliquis negat se audere id quod effectu ipso exequitur, astuta, ut dixi, modestia.

22 † Libellus ab accusatore porrectus cuius cõceptionis esse debeat, traditur in l. 3. ff. de accusat. vbi consilium & dies dati libelli inseritur iure ciuili primum, non autem more forensi ut Bartolus quoque adnotauit: cum apud acta manu scribere illa adnotentur & persona accusatoris, accusati etiam: deinde locus & tempus commissi facinoris, ut tamen diem & horam inuitus nemo comprehendat, sed mensuram tantum legis iussu. atqui consuetudo diem non prætermittit, nec horam quidem, nec genus teli si homicidium aut vulnus illatum fuerit, cum ex eo animus occidendi detegatur. l. 1. §. diuus. ff. ad legem Cornel. de sicari. quinimo ex telo fit ut qui occiderit pro homicida non puniatur, vel contra ut puniatur, qui non occiderit, sed tale telum strinxerit, quale ij, qui occidere conantur. adde, quod magis plectendus venit qui gladio vulnerat, quam qui lapide. l. omne. §. si quis. ff. de re milit. † Gallicus præterea mos hoc habet, ut præcipue accusationes rerum criminalium procuratoris fisci nomine instituuntur, & ab aduocato fisci agitentur cui cauendum lex præcipit, ne prætextu sui muneris calumnias priuatis personis inferat. l. 3. C. de aduocat. fisci. Fisci verò aduocatum Imperator Hadrianus primus constituit, ut scripsit Spartianus, illa nimirum officij necessitate ut delatoris intentionem exequeretur & adiuuaret. l. 5. §. aduocatum. ff. de iis quib. ut indignum. nam et si cognatorum eius, qui occisus sit, aut mariti adulterium accusantis, plurimum interfit eiusmodi delicta vindicari, plus tamen interest Reipublicæ, ut imposteros homines vnus supplicio à vitis arceantur. l. 1. C. ad legem Iuliam repetun. incutit enim metum aliis pœna vnus, ne quid simile admittant, ne quid simile patiantur, non autem metum patiendi pœnam pro alieno flagitio. l. sancimus. C. de pœnis. nisi in filiis perduellium & hæreticorum. l. quisquis. §. 1. C. ad legem Iul. maiest. auth. Gazaros. de hæretic. ideòque in tanti momenti sceleribus contagium ultra suos auctores producentibus cautè sine calumnia versandum iudicibus. l. famosi. ff. ad legem Iul. maiest. nam & patre ægrotante filio medelam dari, rari exempli est. quinetiam pœnas more fulminum cadere decet paucorum damno, sed terrore multorum. Quæ quoniam augentur aut minuuntur ex persona, loco, & tempore. l. aut facta. ff. de pœn. merito Paulus libello hæc exprimenda commemorauit. quia quemadmodum personam pro alia puniri iniquum est, ita locorum & temporis delectum non haberi iura non sinunt, ut fur diurnus à nocturno, & ab utroque sacrilegus secernatur, vel à depeculatore. l. 4.

24 ff. ad legem Aquil. l. 4. ff. ad legem Iul. pecul. † Planè potest accidere quædam difficultas ratione loci, cum idem crimen duobus in locis simul perpetratur. ut, exempli gratia, cum in territorio citra amnem Titius nobilis dominus ius habet inolitum more vel statuto, ex quouis homicidio percipiendi multam centum aureorum: & Seius ultra amnem itidem dominus ius habet totidem percipiendi ab homicida. si fortè contigerit, ut Mæuius sagitta vel alio telo iacto cis ripam, eum hominem qui ultra ripam est, confoderit: vtrum Titio, an Seio, an utriusque, centenos aureos in solidum soluere compellatur: quod verius puto: nam in territorio Seij hominem occisum fuisse certum est ex proposito etiam iaculantis, idcirco is locus maximè inspicitur, in quem destinatio confertur operis, & finis. l. cum quidam. ff. de fundo instruct. nec dubium est in telis, quæ eminus iaculando feriunt scopum tanquam præcipuum considerari necnon in criminibus. l. 4. ff. de furt. præterea non possumus non inspectare meram securæ rei veritatem respectu eius, qui percutitur, quamuis ab inuito. l. eum qui. §. si iniuria. ff. de iniur. Rursus contemplatione loci, à quo telum iactum est, non possum non confiteri reum homicidij iaculatorem, quia ibi hominis occidendi gratia ambulauit. l. is qui cum telo. C. ad legem Cornel. de sicar.

Ibidem

Ibidem fuit delicti initium & occasio prima. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad legem Aquil. & inde manauit effectus teli volatilis, quæ tamen non defuit exitui, ne solus exitus spectetur. l. diuus. ff. de sicar. sed etiam initium ita ut æqualiter duobus in locis quis animum habeat. l. vj. §. iuris. ff. ad municipal. nam exitus respectu præfens fuit animo iubens eò sagittam ire, & ferire quem prospicit. hinc Paris Ouidianus:

Figitur in iusso nostra sagitta loco.

l. quod meo. §. pen. de acq. possess. aut si telum quid in via offensæ attulerit. l. qui mittuntur. §. si. ff. ex quibus caus. maior. durum certè videbitur in utroque loco multam solui pro eodem homicidio, sed durius longè esset in neutro solui cum offensione Reipublicæ in casu perplexo, vel multam diuidi in pleno facinore in duos vtriusque ripæ dominos. l. item Mela. §. sed si plures. ff. ad legem Aquil. l. si ita. §. æstimatio. ff. eod. nec quicquam obest. l. ait lex. cod. imo potius succurrit, statuens in seruo semel mortiferè vulnerato æstimationem intra annum retroactum: quia non anni principium solummodo sed totus eius cursus inspicitur, ut magis ac magis percussor affligatur. & cum alterutrius loci qualitas inspectanda veniret, dum homicida in corpore plectitur, semper durior sequeretur in re certa, vbi molliti interpretatione pœnas lex non permittit. l. si cui. §. fin. de accusat. sic namque recipitur, ut qui deliquit in duplici prouincia, in eam remittatur, in qua grauius deliquit. l. 3. ff. de re milit. Eadem ratio esset temporis, quod delicta pergrauare solet vel extenuare. l. 4. ff. ad legem Aquil. l. Gracchus. C. de adulter. Ergo qui furem nocturnum impunè occidere potest non diurnum, nisi se telo defendat, si inermem noctu persequi cœperit, quoad aurora diluxerit, tunc sistere impetum debet. l. furem. ff. ad leg. Cornel. de sicar. sic in d. l. ait lex. ff. ad leg. Aquil. toto anno vertere æstimatio, quæ maxima fuit attenditur odio occidentis.

† Iam quia ob delicta coercenda introducta est accusatio, ut pœna sequatur, disquiramus, an qui delictum cogitat, puniatur, licet non sequatur effectus. nam quod Vlpianus ait, neminem pati cogitationis pœnam. l. 18. ff. de pœnis, multipliciter intelligi meretur, amplius quidem etiam quam vulgò intelligatur. cum cogitatio interdum pro plena voluntate accipiatur. l. non solum. ff. de actionib. l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. sicut & voluntas delinquendi interdum pro ea, quam effectus subsequitur. l. fin. ff. de rer. diuis. vbi interpreti sic placuit ob Remum à fratre Rege necari iussum, quod muros transscendere voluisset. l. 4. C. finium regund. sic punitur miles capite, quia apprehensus fugere volens. l. 3. §. is qui. ff. de re milit. nam intrinseca voluntas explorari non potuit sine externo iudicio. vel certè, ut subiungam, ibi de transfuga quæritur ad hostes migraturo immani scelere, de quo cogitare nemo debeat. Itaque cogitatio tribus modis usurpatur: primò pro suggestione atque stimulo delinquendi, quem animis insigunt dæmon proponens ex eo lucrum vel delicias: & illa cogitatio tam in cælo quam in solo impunita est. d. l. cogitationis. quia illi resisti prorsus adhuc potest, ut ab Apostolo, qui vidit legem in membris suis legi mentis suæ repugnantem. igitur lucubatur contra subditos voluptatis igniculos.

Secundò subsequitur delectatio suggesti delicti, ita ut deliberet homo, vtrum cum voluptate delinquere expediat, & cupiditatem explere: an magis continere.

Tertio perfectum consensum adhibet, & optione proposita eligit peccati viam in principio amœnam, sed exitu molestissimo, ut est in fabula Hercules, & in can. pen. dist. 6. l. fugitiuus. ff. de verb. signif. vbi dupliciter fugitiuus censetur: aut qui animum fugiendi verisimiliter haberet, si occasio permitteret, aut qui re ipsa fugit, quod magis iuriscõsultus sequitur: quia non omnia peccata pœnam ex voluntate habent. l. qui autè. ff. de iis qui not. infam. quedam è diuerso plectuntur etiam citra plenam voluntatè, ut ostendemus præfati nos loqui in foro & corâ humano iudice. nã deus scrutator cordiũ, & cuius oculus plus quã lyncæus est, volûntates hominũ intelligit, & malas vlciscitur, ut Lucifer expertus est suo dâno. Esa. ca. 14.

Sanè ciuili ritu quemadmodum ut dixi, prius cogitationis gradus impunè cedit, ita cum ventum est ad secundum quo homo deliberasse conuincitur de scelere, vtrum audeat, non puto sine delectu expertem vindictæ manere: si fortè coram testibus quis dicat se deliberare, sit ne deus an non, res hominum curet aut negligat, & similia, quæ velut principia religionis rata existant. prudenter ergo Athenienses exulare Protogoram sophistam maximum, & libros eius in concione combusserunt, quoniam in libri principio sic posuisset. de diis neque ut sint, neque ut non sint, habeo decere, teste. M. Tullio lib. primo. de natura deorum. & huiusmodi cogitatio nuda, non est destituta tenui pallio deliberationis: ne quis putet nudum dici aliquid tantum inerme ac inefficax. l. 3. C. de verbor. sig. l. xx.

M iij

C. de pact. est ergo cogitatio nuda ab effectu atque ab explicata voluntate. quia tamen continet tractatū aliquē in rebus diuinis tam magni momenti, punitur. l. si. C. de iis qui ad eccles. confuger. Neque aliud dicerem, si quis deliberaret, an principem occideret, Rempublicam proderet, vel parentes etiam, non linguæ lubrico sed seria cogitatione reuelata. l. 2. C. eod. vtrōque enim par ratio est: accedit l. famosi. ad leg. Jul. maiest. ff. nec obest l. quisquis. C. eod. vbi cogitationem pro voluntate explicat imperator: nam hoc consuluissimē fecit, acturus scilicet nō de ipso imperatore sed de senatoribus & aliis viris illustribus, qui consilio & consilio eius interfunt, tamen si hand scio an de his occideris deliberatio a pœna immunis futura sit penitus, licet vltimo supplicio non vindicetur. & his confirmandis, quæ inultam deliberationē de re explorata non sinunt, adhibeo l. si. §. cum igitur. C. de legib. patet verò in d. l. quisquis. voluntatem in tertio cogitationis gradu effectum criminis & supplicij habere. l. 1. §. diuus. ff. ad leg. Cor. de scar. l. diuus eod. & Iouinianus Imperator in l. 5. C. de episc. & cler. si quis non dicam rapere, inquit, sed attētare tantum iungendi causa matrimonij sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriantur. asperius autem fuisse Iouiniani edictum antea Sozomenus tradit lib. historiae ecclesiasticae. 6. cap. 3. etiam contra illos, qui deo dicatam virginem impudicē aspexissent, nedum si inuiderent propterea quod flagitiosi homines aliqui Imperante Iuliano praecessore, secus e virgines eum modi corāpeant vi aut persuasione, quorum voluntas impura non debuit vindicta vacare.

*Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum,
Facti crimen habet.*

vt ait Iuuenalis, multo magis ille qui voluntatem declarauit in atrocioribus criminibus, & occultam cogitationem aperuit, l. quæ situm. qui & à quib. manumill. ff. bi mi è dicitur plus esse quiddam in cogitatione & conscientia delictorum quàm in damnatione. nempe quia is qui versabat animo delictum futurum, interim præiudicia multa sceleratē edebat. vel ibi iam perpetrauerat crimē, & accusationem senserat: ideoque de pœna iam certus in fraudem seruis libertatē dabat, nec oberit cap. 1. §. 1. de capitaneo qui cutiam vendidit. in Feud. vbi Vassallus non amittit feudum, eò quod laborauerit insidiari domino, si mox non infidetur: quia non ideo negatur eum aliter puniri, feudo fruente. † Est & quartus gradus post voluntatem peccandi succedens, nondum perfectione adhibita vt l. 19. ff. ad leg. Corn. de fals. qui falsam monetam, inquit Paulus, percusserint, si in totum efformare noluissent suffragio iustæ pœnitentiæ absoluuntur. ita vt pœnitentia obliteret facinus tam indignum principis maiestatem vtrūque offendens: sed ego non arbitror. soluit etenim à morte, quam veterator expectabat. l. quicumque. eod. tit. sed ita vt iusta sit pœnitentia, id est, solenni saltem exilio sociata, non arbitrio solius delinquentis, qui neque totam falsi pœnam, neque nullam sufferre debuit. l. 6. §. qui cum. ff. ad legem Iul. peculat. accedit quod in d. l. qui falsam delectu penitus erat perfectū: quia nihil aliud vnquam reus voluerat quàm percute re monetam, non in totum ei formam imprimere. saltem ante Jurisconsultus non aliud significat ex necessitate. & verbum absolutionis ad pœnæ lenimentum spectat non ad omnimodam reiectionem vt §. quia. de vi bonor. rapt. In aliis minutis delictis scio alibi pœnitentia licere ante perfectum delictum. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. test. & quidem delicto consummato. l. quāuis. ff. de in ius vocand. vt subtilissimē interpretes tradiderunt in l. qui ea mente. ff. de furt. In vniuersum autem pœnitentiā post facinus facilius succurritur si nemo reum postulauerit, ita vt remota conscientia potius quàm pœnæ timore respicere credatur. vel si domesticè is qui pœnitentia parente forsitan correctus sit, & scelus vltro expiāse videatur: sic potest accipi l. si adulterium. §. iidem Pollioni. & §. incestum. ff. de adult. ad eò ignoscitur voluntaria coercionem se ementanti, vel à patre delato, vel seipsum deferenti, communemque conspirationem maturè reuelanti, licet in crimine læsa maiestatis. l. milites. §. fin. ff. de re milit. l. quisquis. §. si. C. ad legem Iul. maiest. l. in eos. ff. de custod. reor.

† Si sequamur ordinem à Tribonio concinnatū quoad delicta, primò de priuatis dicemus: secundò de extraordinariis: Tertio de popularibus: quartò de grauissimis omnium, id est, de iis, quæ publica iudicia appellantur. priuata delicta sunt, quæ pertinent ad vindictam eorum, qui offensam perpetuantur directò aut per mediam personam: vt actio furti, vi bonorum raptorum, & iniuriarum, quæ tres acculatum infamant secuta sententia. l. is cuius. cum l. se q. ff. de furt. §. patitur. §. sed si libero. de iniur. vbi apertissimè per alterius offensionem lædimur. quod verò tales actiones notam inurent, patet l. infamem. ff. de public. iudic.

Passim

passim liquet priuata iudicia hæc nonnunquam esse capitalia. l. si. de priuar. delict. vt furtum hodie more recepto, & propter frequentiam nimiam exacerbatis suppliciis. §. si quisque de pace tenend. in feud. l. cum seruus. de condict. caus. dat. idem dicerem in iniuria illata clarissimo homini à sordido qui contemnere iniuriam posset. l. si quis iniuriam. ff. de iniur. † Quippe cum vulgares iniuriæ in personas liberas exilio aliquo vendicentur. l. fin. l. praetor. §. fin. eodem. vbi magistratui illata contumelia vel coram magistratu atrocior efficitur sanè iudicium vi bonorum raptorum non putò esse capitale, cum vltra illud raptor reneatur publico iudicio ex lege Iulia. l. 2. §. si in re deposita. ff. vi bon. raptor. §. recuperanda. de interd. Et in vniuersum palam commissis flagitia terribissima censentur præ ijs, quæ clam fiunt, tam in rapina quàm in conuicio ac contumelia. vnde vehementer estuatur vulgò quærentibus, quare furtum manifestum durius plectatur quàm raptoris violentia. §. 1. de vi bonor. raptor. eò magis, quod furtum manifestum clam fiat ex voto furis qui præter spem deprehenditur in ipso furto, vel cum re furtiua priusquam eo condiderit, quod perferre decreuerat eo die. l. 4. de furt. ff. semper enim latebram fur quærit nigerriam vti que. l. 1. ff. eod. ita se exortem culpæ putat, si lauerit, sicut & impudica mulier apud Ouidium:

*Non peccat quemque potest peccasse negare,
Solaque deformam culpa professa facit.*

potissimum circa furtum, quod & susceptæ administrationis velamento dissimulatur. l. tres. ff. de adm. tut. l. si multi. de publican. & sic prudenter occultatum non impedit sacrificia munia cap. ex literis. de furt. nec obest ijs quæ de rapto diximus. §. 1. de vi bonor. raptor. vbi in triplum vltra rei ablata persecutionem tenetur raptor, siue comprehendatur, siue nō: quia comprehendi in rapina plus est quàm deprehendi seu detegi: cum comprehensus sit propriè is qui retinetur.

† Et ita lex furtum non manifestum minus punit quàm manifestum parum soletis hominis & infelicis, qui fraudem occultare non potuit, vt plenius ostendi dialogo. 29. §. si. de obligat. quæ ex delict. vbi duplum pro furto non manifesto luitur, quadruplum pro altero peiore. & hæc actio furti infamam condemnatum. d. l. infamem. de public. iudic. cum pœnam meram odio sceleris contineat. competit deinde actio ad exhibendum contra rei furtiua possessorem quemlibet, antequam res vendicetur. nam tertia actio pro re recuperanda, domino, datur rei vendicatio. l. ancillæ. C. de furt. quarta conditio personalis: ideo personam furis vel eius hæredis non egreditur. l. si pro fure. §. si. de obligat. quæ ex delict. l. si pro fure. §. 1. de condict. furt. nec alibi rem suam condicere licet. §. sic itaque de actionib. vbi Accursus ostendit conditionem huiusmodi non infamare, nisi fortè quod apud bonos grauesque viros malè audit, qui conuenitur eadem, vt det actori quod iam suum est non sine odioso sono. l. cesset. ff. de act. l. honori. ff. de obseq. & ideo in patrem vel patronum talis conditio non compereret. l. licet. ff. eodem quinta actio, vel potius accusatio, crimē respicit, prorsus capitalis, vt paulò ante dixi d. l. interdum fur. §. qui furem. ff. de furt. ideoque solemnī subscriptione accusans se obstringeret. d. l. si. ff. de priuar. delict. nisi mitigatio subit iuris noui, nec mortem nec membri abscissionem pro furto insignens. auth. sed nouo. C. de seruis fugiti. modo occultum sit & inermis scelus, sed frequentia furum iussit defuerudine ius huiusmodi abrogari: nec genus aliud hominum sapius coruos pascit è patibulo. Verum ad diuerticulum reuertendo: quæri plerūque solet cur consanguineam palam ducens, & se manifesto incestu inquinans mitius puniatur, quàm is qui clam duxerit. l. fin. ff. de ritu nupti. cum iam dixerimus raptorem plus fure non manifesto puniri propter patientem audaciā. l. 2. §. si in re deposita. ff. vi bon. rapt. † vbi Barrolo placet palam admissa leuius plecti in ijs, quæ omnino non prohibentur, vt in matrimonio, & præterea in emptione. l. non existimo. ff. de administr. tutor. at in prohibitis omnino, vt in furto, iniuria palam admissa, magis pœnam adaugeri. sed non admodum mihi placet hæc distinctio, cum sciam violentiam non sine delectu prohiberi, & raptum impunè cedere, imò homicidium & parricidium non sine gloria. l. 3. ff. de instit. & iur. l. 1. C. quando liceat vnicuique. l. minime. ff. de religiof. quamobrem putò ita sentiendum, vt dum lex vult punire fraudulentum consilium & de illo ipso coniecturam capit, tunc fraus pro conuicta habeatur; quando clā id de quo quæritur factum fuerit, secus si palam. sic perspicue doceor ex l. si. de rit. nupti. & in similibus, vbi error iuris facit ad exuflationem, vel ad pœnam leniendam. l. si adulterium. §. incestum. ff. de adulter. l. 3. de iure sic. ff.

Cæterum postquam adfuitit aliquem dolosum audacemue habere animam delinquendi maior impudentia & vecordia detegitur in eo, qui palam peccat quàm in eo, qui saltem vecundatur, & nititur delictum occultare. vnde qui alij iniuriam facit in publico conspectu,

magis peccat quam is qui in solitudine. l. prator. §. si. ff. de iniuri. accedit, quod nisi acerbius puniretur procacitas manifesta, iam inuitaret spectatores ad simile facinus exemplo suo, quos satius est ut terreat similitudine supplicij expectata. l. per omnes. C. de defensorib. ciuit. & quæ mali exempli sunt ius inulta non permittit, quamuis ita non malus sit animus l. 3. §. 1. ff. ad legem Cornel. de sicar. maximè si palam committantur. l. nemo. C. de summa trinit. bona namque à malis tenui intercapedine separantur, vt à superstitione religio. l. quæ sub. ff. de condit. insitit. proinde in d. l. nemo nefas est palam disputare coram vulgo de apicibus Christianæ fidei, quia personæ adesse tunc poterunt sinistra manu excipientes quod dextra porrigitur, quæ domestico theologorum colloquio abesse cogentur. vitæ verò sunt quæstiones circa religionem prouinciam commouentes, & puniendæ. §. neque de mandat. princip. col. 3. Sed videbitur alicui scelus occultum durius puniri, cum plus sit veneno hominem extinguere quam gladio. l. 1. de malefic. Respondeo, venenum palam datum plus supplicij habiturum quam occulta fraude, ob immanitatem audaciæ. quod si homicidium malo veneno factum conferatur cum eo, quod gladio fiat, proculdubio crudelius inuenitur, cum in concinnando veneno maior deliberatio & vehementiores insidiæ inter fuerint quam in gladio stringendo, quod sæpenumero impetu euenit.

31 ¶ Extraordinaria crimina ea appello, quæ cum non sint publica, tamen facta aliquo extrinseco maiore expect. penâ, quâ vt priuata dici mereantur & in summâ pl^a quam priuata sunt, sed minus quam public. l. 2. de abigeo. l. 1. ff. de crimine stellionat. habet igitur accus. sed non publicâ: vt licet seuerius puniatur, non tamè institui à quolibet populari ad exemplum publici iudicij d. §. 1. de public. iudi. l. 3. §. si. de preuaricatorib. illorum itaque criminum accusatio poterit sed ab offenso tantum. l. 3. de extraord. crim. quæ interdum actio vocatur l. 3. §. si ad plures de sepulchr. viol. hoc liquet l. pe. ff. de extraord. crim. in sacularijs, id abudè ex est, sacculorum cotidianis contrectatoribus, qui marsupia propter numos inclusos artibus veritatis, id est, dolis, secant aut surripiunt. vt explicui dialogo 28, sic contumelia affectandi pudicam tranfit in crimen extraordin. l. 1. ff. eod. addo d. l. 2. de abigeis, vbi abigeatus non est crimen publicum, quia magis furtum est, sed ex extrinseca malitia vel audacia grauius puniendum, cum ij qui ex gregibus vel armentis animalia surripiunt, ferro plerunque vtantur, vt Marcellus scripsit: cui putat Vlpianum aduersari L. Valla singulari insolentia instructus, & extra ordinem vindicanda, ideo quod in l. 1. ff. eod. ille notet non esse abigeum, qui ouem aberrantem vel equos in solitudine relictos abduxerit, sed furem potius: atque ita distinguit furem ab abigeo, cum Marcellus dicat magis esse vt abigeus fur sit. sed non fuit grammaticum reprehendendi libido id, quod verum est, atque perspicuum videre, nempe abigeum esse furem sed atrocior, & rursus non esse furem simplicem. idcirco Marcellus ait magis furtum esse in abigeatu quam sit publicum crimen scilicet à quolibet accusandum: sed tamen tale furtum aliquid continet, propter quod pœna augeatur, dum grex ex pascuis abducatur potius quam equus oberrans, & quodammodo oblatu surripienti. minus enim punitur, qui aufert peritura quæ ea, quæ seruari possunt. l. pedius §. 1. ff. de incendio. atque ita locus fecerit furem ab abigeo, inquit grammaticus, obrudique Claudianum dicere potius fecerit quantitate. l. aut facta. §. quantitas. ff. de pœn. vbi fur est, qui vnum suum surripuerit: qui gregem, abigeus, ridiculum: quasi vero locus non possit aggrauare delicta, & simul numerus, ita vt è furto eatur in abigeatum, & altæ accessiones complures. quis enim non plus punitur cum, qui bouem abegerit aut equum, quam qui duas oves aut eum, qui sepius singulas oves abduxerit, quam qui semel. l. 1. §. abigei. l. si. ff. de abigeis. igitur pertinax abactor, plus quam fur est, sed fur interim: vt cum separo à fure raptorem, cum fur sit idem, sed improbius. §. 1. de vi bonorum raptor. Aristophanes in Pluto:

Μῶν οὐ κέλοφας ἀλλ' ἤρπαγας.
An non furatus es, sed rapuisti?

id est,

32 Præterea cum abigeo sæpe ferro instructus adoriatur pecora pastoresque deterreat. d. l. 2. de abigeis, iam criminis publici ex lege Iulia ritè reus fiet. §. recuperandæ. de interd. ergo extraordinaria via non impedit publicam eligit. l. si. ff. de concussionib. quando scilicet asperius solito peccatum est. ¶ Ita sacrilegos à furibus discernimus loco. l. aut facta. §. locus. ff. de pœnis, tamen negauerit nemo sacrilegium esse furtum rei sacræ. nam iure ciuili qui rem priuatam ex æde sacra substulerit fur tantum est. l. diuus. ff. ad legem Iul. pecul. vbi Martianus ait furti actionem non sacrilegij esse. nec cum Accursio ausim exponere, non, pro non tantum: quia magis è diuerso dicendum foret, non tantum furti sed etiam sacrilegij, quod plus furto plectitur ob violatum numen, atqui Pontifici sacrilegium est, siue rem profanam de loco sacro tollat aliquis, siue sacram de profano. can. quisquis xvij. q. 4. nec hæc admodum Pauli

discrepant: quia est quidem sacrilegium sed furto simplici vicinior. non ab simile est illud Pauli in l. 9. ad leg. Iul. pecul. qui priuata sacra aut ædificia incustoditas perauerint amplius quam fures, minus quam sacrilegi merentur. quare, inquit, quod sacrum quodue admissum in sacrilegij crimen cadat diligenter considerandum est. ¶ Accedit illud Vlpiani. l. 3. de crim. stellionat. quod, inquit, in priuatis iudicij est de dolo actio, hoc in criminibus stellionatus persecutio. at tamen nemo nescit in stellionatu dolum esse, & in omni crimine, sed vulgari dolo maiorem. l. in lege. ff. ad l. Cornel. de sicar. l. 1. de furt. vnde crimini indita appellatio ab animali fraudulento lacertæ simili. morsus autem venenatos habet stellio, inde à Virgilio. 4. Georgicorum ignotus nuncupatur ob fraudes cognitu vitæque difficiles, quales sunt impostoris ac sycophantæ, in quæ cum desit accusationis nomen, stellionatus actio præstò est. l. 3. §. item si quis. ff. de crim. stellion. nec dubium est, quin famosa sit, si communem doli superat famosam prorsus, & cum dolo atque scientia nunquam careat. l. tutor. §. 1. ff. de pig. act. idque expressum est in l. quid ergo. §. si. ff. de ijs qui not. infam. vbi irrogat infamiam damnato quantum non sit publicum crimen stellionatus, teste Vlpiano: quem mirum est sibi ipsi dissensisse in l. 2. de crim. stellio. stellionatus iudicium famosum quidem non est, sed coercionem extraordinariam habet. verum hæc non oberunt, nec inter se tumultuabuntur, si consideremus de furto idem dici, vt capitale sit & item non capitale: puta. diuerso respectu, & pro gravitate flagitij vel rei subtractæ, vt ostendimus, idem in sacrilegio. l. 9. ad leg. Iul. pecul. & in homicidio l. 1. §. diuus. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & popularis actio est in bonis actoris vel non est pro diuersitate temporis. l. pe. gloss. de pop. actionib. sic crimè idè erit publicum & extraordinarium. vt patet ex lege Iulia de annonæ, & l. annonam de extraordin. crim. sic sepulchri violati actio extraordinaria diritate sceleris in publicum iudicium degenerat. l. 8. ff. de sepulchr. viol. Certè immanis est stellionatus eorum, qui in necem cuiusdã colludunt. l. 3. §. itè si quis. ff. de crimin. stellion. quod publicum falsi iudicij equat. l. 1. ff. de Fals. Sed in d. §. item si quis in necem facere id est, in fraudem & detrimentum pecuniarium. l. 1. §. vtrū. ff. si quid in fraud. patron. ideo illic lex meminit imposturæ, id est, affrontamenti, vt vulgo aiunt. sic in l. is qui. §. si hæres. ff. vt in poss. legat. necnon in l. in causæ. 1. ff. de minorib. xv. vbi quod in necem sit, damnum pecuniæ non vitæ minatur. sed iam superest, vt videamus, quomodo non sit famosum crimè, quod dolum & veritatem insignè continet, cum simplex dolus comitem habeat infamiam, nisi verbis ex causa tēperetur actio. l. non debet. ff. de dolo. quare puto famosum crimè Vlp. accipi non pro eo, quod notã apergit, sed pro insigni & celebri sicut famosum latronè dicimus eum, cuius nomen & fama latè vagatur. l. capitaliū. §. famosus. ff. de pœ. & ita latro in ore multorum est, qualis fuit Procrustes olim à Theseo interfectus. ita stellionatus non est famosum crimè, quod legitimè dici queat, aut pœnã habeat legitimã, quia non pro certo facinore stellionatū usurpamus sed instar doliactionis desinit, vbi titulus delicti deficit d. l. 3. §. 1. & §. pœna. ff. de crim. stellion. ceterum quemadmodum in contractib. ij qui nomen habent elegans præpollèt reliquis. l. iurifgentiū. ff. de pact. sic in delictis. l. si multi. ff. de publican. & profectò summa ratione stellio electus est cōgruens crimini versicolori. nam & ille varius est,

Apriusque coloris

Nomen habet varijs stellatus corpora guttis.

Vt inquit Quidius. interdum enim crimè stellionatus equat furt. vt cum falsus creditor accepit non numeratã pecuniã, aut numeratã iterum accepit. l. si fideiuss. §. in omnib. ff. m. d. l. quonia. ff. condit. furt. idè si merces suppresserit aliquis. l. 3. §. si. ff. de crimine stellion. vbi nescio quid cōiecit Accurs. de furtiuis mercib. sed idè Vlp. in l. annonam. de extraord. criminib. merces suppressas intelligit occultatas ab ijs, qui cœmerunt per monopolium, vt publica annonam carius venunderetur. Interdum vero stellionatus infra furtum est, sed non infra dolum. l. si quis in pignore. ff. de pignorat. act. Ibidem in §. si. cum quis obligat re duobus, abest stellionatus, aut certè impunitus manet, si vtriusque res perfectè sufficit propter ingens pretium pignoris priori creditori modico ære dati. quia est stellionatus sine vilius damno ac etiã sine dolo domini re obligantis quam scit pluribus suffecturam, ita vt sit stellionatus nomine tenus sine criminis effectu quia licet duriusculè duobus rem obliget. tamè reprehensione magis quam infamia multari debuit & obiurgari. l. ob hæc. ff. de ijs qui not. infam. Fortè huc respexit idem autor Vlp. in d. l. 2. cum ait stellionatus crimen non esse famosum sed extra ordinem cœceri. hoc est, non semper esse famosum seu ignominiosum: aut alia explicatione, tanquam sit crimen à lege nomen habens, sed est aliter famosum pœna extraordinaria. sic in d. l. si quis in pignore. impostor non est fur, sed turpiter facit: nec sequitur, quin fur turpis faciat. & l. inter. public. ff. de verbor. signific. vbi inter publica non sunt maximè publica, sed alia signific. sic in crimine iniuriarum quod non est publicum. l. vij. C. de iniur. imò. l. vi. ff. eod. in alia specie.

34 † Popularis actio, quæ suū ius populi tenetur, & ideo cuiuslibet è populo patet, describitur in l. 1. ff. de popul. actionib. non sic tamén vt publicū iudiciū coërcitionem capitalem exigit sed multam pecuniariam. vt cum album prætoris corruptum est l. si quis id quod. ff. de iurisdic. aut alia æquitate, vt in l. lege. §. si. ff. ad Syllani. proinde pro quasi delicto competit in eos, è quorum habitatione aliquid deiectum aut effusum est. l. si verò. §. hæc autem. ff. de ijs qui deiec. nec enim dolo culpauè sua propriè obligantur sed aliena. §. 2. de obligat. quæ quasi ex delict. ideo eiusmodi persecutio mitis est arbitrio actoris, qui potuit seueriore vti remedio, vt sæpe admonui, & liquet eum qui corruptum album prætorium, falsi reum esse. l. pen. ff. ad leg. Corn. de Falsi. planè populare remedium nullam subscriptionem accusantis habet, sed petitionem ciuili modo. vnde è pluribus agere simul auentibus is præfertur, cuius interest, aut qui aliàs maximè idoneus à iudice cognoscitur. l. 2. & 3. ff. de popularib. actionib. actionum popularium aliquot exempla congerit Accursius in l. 1. ff. eod. l. licet. ff. de popularib. actionib. l. licet. ff. vbi in numero eorum lex retulit actionem sepulchri violati quam in serie extraordinariorum legimus in tit. de sepulchr. viol. ff. sed iam perspectū est gradus plus esse vnius criminis, & sæpe scandere idem facinus de populari vel extraordinario in publicum, si quis violet sepulchra ferro truculentè. l. 8. & l. fin. ff. eodem vbi capitale est: nam vt mortuos offendit, sic viuos, & vtrosque polluit. l. qui sepulchra. C. eod. amplius admonitum volo iudicem æquitatis & vindictæ publicæ studiosum, ne temerè audiat agentem populari actione, vbi est euidentis facti atrocitas. ne scilicet violente morbo leue adhibeat pharmacum: sed ipse met iubeat accusatorem subire publicum iudicium, nec non fisci procuratorem. l. prætor edixit. §. 1. ff. de iniur. nam iniuriam dicere eum, qui voluit gladio occidere, aut palam album prætoris refigere, proscindere, lambentis crimen est, non pro merito accusantis. † Vnde dubitari posset, qui fiat, vt cum populari actione fretus ad agendum non possit dare procuratorem sed ad defendendum. l. qui populari. ff. de populari. acti. ramen det in causa sepulchri violati. d. l. licet. ff. de procuratorib. sed nō mirum, si hæc duo responsa inuicem dissentiant, cum d. l. licet sibi met repugnare videatur. sic enim ait, licet in popularibus actionibus procurator dari non possit, ramen dicendum est meritò, eū qui de via publica agit, & priuato damno ex prohibitione afficitur, quasi priuata actionis dare posse procuratorem. multo magis dabit ad sepulchri violati actionē is, ad quæ ea res pertinet. hic non datur in principio procurator in populari actione, tandè in causa sepulchri violati, quæ excellit in popularib. procurator datur ab eo, ad quæ res pertinet. Bart. ait, post litē contestatā actori licere procuratorē dare nedū defensori: quia eo tempore vnus è multis dominus cēsetur quodāmodo aut saltè creditoris loco est in populari iudicio, antea verò nō. l. si cui de verb. signif. ff. cui assentior, eò magis quòd post litē contestatā procurator satis tēpestiuè datur. l. nihil. C. de procuratorib. l. licet. §. si. ff. eod. ante quidē causa est publica, nō agētis, inquit Accurs. præterea causa ipsa ad procuratorē tā pertinet quàm ad mādatorē. sed hæc posterior ratio nullius momenti est, quāuis nō careat admiratore: cum possit cōstitui procurator is, qui ex illo populo nō erit, cuius via publica impeditur: aut etiā si è grege illo sit, tamè nō curat, & pro derelicto habet suo nomine, licet enim ei negligere id, quòd ex publico cōmodū assequeretur. l. veditor. ff. cōmu. prædior. deinde superior ratio, quòd popularis actio nō agētis sed Reip. causam cōtineat, nō est admodū vera: nam sæpissimè is qui populare iudicium exercet, nō tā nititur, quòd sit vnus è populo, quàm quòd præ ceteris agēdi rationē habeat, eò quòd pro via publica cōtendit, cuius oportunitate, vt ad prædiū suū cōmeet, necessariò vti desiderat. & ideo dabit procuratorē etiā ad agendū ante litē contestatā, sed causa cognita. l. nō cogēd. §. qui ita. ff. de procuratorib. puto itaq; in causa populari nō licuisse dare procuratorē ei, qui priuato aliàs cōmodo nō ducitur: quia pro re publici iuris litē inchoaturus aut alacri animo proficere debuit ad litē inchoandā per semetipsum, aut cessare potius, nec procuratori credere. maximè cum cōsumat aliorū ciuū actionē suo iudicio. l. eū qui. §. in popularib. ff. de iureiur. nec debet alij cōmittere, quòd per semetipsū persequi potest. l. quia ratio. ff. de cōditionib. instir. aut si cōmodè nō potest, temerè ad inchoandā litē profilit, quæ alioquin multos particip. nācisceretur in frequēti populo, è cuius magno numero nemo intelligitur esse locupletior eius action. nomine ante cōtestat. l. pe. ff. de popularib. actionib.

36 † Publica crimina dicuntur, quorū executio cuius de populo datur, vt Iustinianus loquitur in §. 1. de public. iudic. executio autem ibi non refertur ad eam vulgarem, quæ decretum iudicis effectui mandat, sed quæ præcedit tam in actore quàm in iudice notionem habente. l. facularij. §. 1. ff. de extraord. criminib. nā pro maiestate Regis lesa, pro homicidio, adulterio, & reliquis, quæ enumerantur in l. 1. ff. de public. iudici. & apud Accurs. ibidē, accus. spectat ad quēuis de populo, quasi in omniū inferatur iniuriā vt in crimine religion. violatè dicitur. l.

Manichæos

Manichæos. C. de heretic. l. 1. §. consequens. ff. de suspect. tutorib. Solon paulò laxius teste Plutarcho, permisit etiam pro iniuria alteri illata, quæ actio hodie priuata est, cuius è populo querimoniam, vt assuefaceret ciues velut in corpus vnum redactos incōmodum alienum sentire, & angere, atque accusare. † Planè accusator, qui dissimulanter versatur colludens cum reo, & excusationes ineptas vltro admittens, in publicis iudicijs tantum punitur pœna quinque librarum auri atque infamia extra ordinario non publico iudicio. l. 3. §. fin. & l. 4. ff. de præuaricatoribus, debuerat videri publicum iudicium ob tam apertam collusionem, de qua in l. 1. §. præuaricatorem. ff. ad Turpili. eo quòd via delinquentibus postularis effugiendi sternatur, & exemplum detur reliquis spe impunitatis. sed tamen lex contenta fuit mediocri supplicio contra præuaricantem, sciens ab alio quouis reum tunc peragi posse detecta colludentium fraude. l. 3. ff. de præuaricatorib. Quamquam d. l. 3. in principio repugnat fini & responso Vlpiani in l. palam. §. si qua. ff. de ritu nupti. cum illic Marcellus asserat præuaricationis conuictum publici iudicij reum pronunciari à iudice. Itaque dicemus præuaricatorem damnari publico iudicio, si in causa publici iudicij peccauerit, secus si in qualibet alia. ad eò vt sortiatur præuaricatio pœnam delicti, cui intercessit, vt liquet in l. penult. ff. de præuaricatorib. l. spurij. §. qui publici. ff. de decurio. vbi similiter defertor accusationis veluti publici iudicij reus ignominiosus efficitur, si publicum crimen arcessere ceperat. Vel aliter, præuaricatio, quæ omnes numeros absoluit suæ definitionis, publici iudicij est: nempè cum accusator colludit, frigidè & obiter probans, quæ perspicuè probare poterat atque leues & perfunctorias excusationes ex composito admittens. secus si tantum cœptam accusationem destituat, erga reū indulgentior, vt satis indicat d. l. 3. ff. de præuaricator. ita, inquam, vt reo magis timere incipiat quàm honori proprio.

† Publica iudicia non vno modo se habent, nec omnia passim omnes accusatores admittunt sed plerunque. d. §. 1. de publicis iudic. vbi interpret adulterium à certis personis primò accusari refert. l. quamuis. 2. C. ad leg. Iul. de adulter. nā maritus princeps accusator est: deinde pater intra eosdem sexaginta dies vtiles, nec non frater patruus ac auunculus: post quos omnibus datur quinquennium continuum à tempore delicti, vt Accursius explicat in l. 4. ff. eod. nam ratio dicitur, vt ij præferantur in accusando, quorum dolor iustissimus est. quibus accusare volentibus illicò cæteris patet aditus. l. si maritus. 2. §. si negauerint. ff. eodem.

Præterea in falsi crimine circa partum suppositum soli parentes, deinde propinqui quorum interest, audiuntur accusantes. l. lege. 2. ff. ad legem Cornel. de Falsi. non dubito tamen quin hæredi extraneo accusare quoque liceat, si defuncti vxor partum supposuisse dicatur. quia ad hæredis causam iustè hoc pertinet saltem defuncti nomine. l. 1. §. quoties. ff. de iniur. & suo, ne successione priuatur prolis subiectæ prætextu. sanè publicum hoc esse crimen non ausim dicere, sicut nec Modestinus in d. l. lege. vbi publicam accusationem esse diffinitur. Alibi inuenitur publica accusatio criminis, sed ad vtilitatem priuatam offensū: vt dum famoso libello proposito iniuria alicui facta est sine autoris nomine. l. quod senatuscons. ff. de iniur. l. licet. §. 1. ff. de procurat.

In vnijersum non verat esse publicum iudicium, quòd circa accusationem instituendam certæ personæ præferantur: alioquin nullum esset publicum, quippè cum vbique iudex delectum confluentium accusatorum habere debeat. l. si plures. ff. de accusationib. † Nihil mirum si quædam crimina publicis aggregata in aliquo effectum priuatum habeant, cum lex Iulia de vi priuata inter omnino publica describatur in l. 1. ff. de publicis iudicijs. non minus equidem quàm lex Iulia de vi publica eos incessens, qui armis violentiam fecerunt, vi priuata inermes respiciente. §. recuperanda. de interdicit. l. si quis. ff. ad leg. Iul. de vi priuat. similiter namque publicam inueter causam vis priuata, dum laesisset vim illatam repellere conantibus ad arma sæpe venit, & vera sequuntur homicidia. l. quoniam. C. ad leg. Iul. de vi public. ideo expedit quamplurimos ad violentiæ multorum facinorum matris accusationem admitti, vltra eum qui vim patitur. honorandus certè est, inquit Plaro dialogo. v. de legibus, qui nihil iniuriæ inferit: qui verò nec alios id facere finit, magis duplici honore dignus est. ille enim vni, hic multis hominibus comparatur, cum principibus Reipubl. cæterorum nunciet iniuriam. quare autem vis armata dicatur publica potius quàm quæ sine armis fit pugno aut calce, quæri solet. quidā iuriscōsultus meo iudicio doctus & suo valde, inexplorata antea ratione attulisse sibi videtur ex §. 1. in auth. de armis col. 6. vbi priuatis hominibus interdixit Iustinianus armorum vsu ac commercio, iubetque in publicis armamentarijs reponi in belli necessitatem, ac custodiri vt lege Iulia cautum memorat l. 1. ff. ad legem Iul. de vi publ. extat, inquit, etiam hac de re Valentin. Cæsaris cōstitutio l. 1. vt armo-

N ij

rum vsus infcio princ. vbi nulli inconsulto principe armorum mouendorū copia tribuitur. sed ibi satius est ad bellum infcio principe ciendum desistere cum Accursio: quia arma pro bello capimus vsitate, & bellum mouere dicimus. hinc mouet Euphrates bellum apud Virgil. lib. primo Georg. & maiestatis Regis læsæ reus afficitur bellum illius iniustu gerens. l. 3. ff. ad legem Iul. maiest.

Sed illud quod nusquam gentium, nec Tolosæ, deprehensum quidem scribit, de armis in armamentarium cogendis publicitus, rationis. expers est. nam ita fustes & lapides in publicum congeri oporteret, cum omnia eiusmodi armorum appellatione lex Iulia & Cornelia comprehendant. d. §. recuperanda. de interd. §. item lex Corn. de public. iudic. accedit, quod ante constitutionem Iustiniani antiqua lex de vi publica arma impunè permittit commercij venationis, navigationis, itinerisque causa, & defensionis proculdubio. l. 1. & 2. ff. ad leg. Iul. de vi publ. l. pe. ff. eod. vnde nemo galeam cassidemue ferenti prohibere potuisset, quas tamè Iustinianus prohibuit in §. pe. auth. de armis. sed armorum ferendorum ius aut prohibitio variata sæpe fuit, vel ætate nostra, prout pacis lenitas vel belli suspicio admonuit, aut grafsantium hominum multitudo. vnde Lucius Domitius prætor, teste Valerio Max. pastorè vltimo affecit supplicio quia aprum venabulo conficisset post edictum in Sicilia, ne quis telum haberet, vt sic latrocinia exturbaretur, quibus provincia infestabatur: atque ita loci consideratio læuam prætorum esse non sinit nec sententiam eius videri iniustam. l. aur facta. §. euenit. ff. de pœnis. Tandem dico vim armatam dici publicam respectu inermis, quasi magis publicæ: & hanc priuatam, quasi minus publicè inter sit eam puniri. sic substitutio facta sub conditione dicitur: tamen pura contemplatione alterius dupliciter conditionalis. l. qui liberi. ff. de vulgar. & pupil. sic actio furti criminalis vtique. l. 1. C. quando civil. act. crimin. dicitur ciuilitate introducta, collata scilicet ad illam magis criminalem, in qua accusator subscriptione se obstringit. l. si. ff. de furt. Itaque cum homini ab homine plurimè neantur infidiæ, rixæ suboriuntur, inferantur verbera & cædes per violētiam, quamuis è pluribus vim facientibus vnus tantum arma tenuerit: quia reddidit reliquos confidentiores licet incermes. l. idem est. ver. planè. ff. de vi armat. illa vis præcipua metu pœnæ compescenda venit, quæ armata esset, tanquam euidenter magis noxia. sicuti in armorum genere distinctio subest: interest enim multum vtrum gladio an silice quis percusserit. l. omne. §. si quis. ff. de re milit. quia silice non ita comparatus ad necem fuit atque gladius: neque manus nuda pugno facto vt silice. ideo mitior pœna priuatam vim sequitur. l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi priuat. † Satè vim publicam sine vllis armis illatam asseuero, si veneno aut malis medicamentis aliquis impulerit alium ad contrahendum, vt impius ille medicus. l. 3. de variis & extraor. cognit. ff. plus namque veneno quàm gladio coegit, & odiosus. l. 1. C. de malefic. igitur contractus rescindetur per edictum, & pœterea punietur scelerata audacia ex lege Iulia. l. sed & partus. §. si. ff. de eo quod met. caus. Quod si hoc verum tam est quàm æquabile, iam hic non militabit ratio veni in publicum armamentarium reponendi. Insuper lege de vi publica tenetur qui publicas personas iuregentium inuolabiles & sanctas pulsauerit aut alia violenta iniuria affecerit vt legatos oratoresuè populorum aut regum seu ipsorum comites. l. lege. ff. ad legem Iul. de vi public. l. si. ff. de legation.

Sed & qui noua vectigalia violenter exercet suo Marte sine armis: quia publicum quiddam audet atque regium. l. si. ff. ad legem Iul. de vi public. vbi Accursius docet pluribus aliis legibus eundem ligari & plecti, quod non est nouum, vt idem autor patefecit in l. 6. ff. ad leg. Iul. de vi priuat. ita tamen vt si vnicum sit crimen, quod variis legibus incesatur, nõ possit nisi vna electa vindicari. l. senatus. ff. de accusat. † In summa qui sine armis vim fecit truculentè, adeo vt mors subsequatur, publicæ violentiæ reus efficitur. l. 2. ff. eod. vnde homicidium grauius apparebit cumulatam impetu non fortuito pauca de innumeris publicis iudiciis attigisse sufficiat: cum sit improbitas humana fecunda nouandis delictis, vt pene bruta deprauet sicut fecit regis Minois vxor Pasiphae tauri congressu infamis, vnde morte digna simul cum amasio rationis expette, ne vnquam nefandi flagitij memoria recoleretur can. mulierem. xv. q. 1. vt prætermittam Draconis Atheniensis legem, qui inanimata etiam ob cædem in exilium egit, vt tradit Suidas in Niconis pugilis statua, quæ collapsa hominem contriuerat. Proinde licet furiosus parricidium impunè faciat. l. pe. §. si. ff. ad leg. Pompei. non solum ipsum iuxta præceptum iurisconsulti diligenter coercerem, sed etiam ab hom. num oculis submoueri decernerem. cum etiam lex Moysi iubeat bonem saxi obrui, si quidem hominem occiderit, ita abominosus ne esui ctiquam fiat Exodi cap. xxj.

L. prima.

L. prima. C. de Accusationibus.

Imp. Alexander. A. Martiano.

Eos, qui terminos effoderunt, extraordinaria animaduersione coerceri debere Præses provincie non ignorabit. pp. 111. cal. August. Alexandro. A. Cos.

OBSERVATA IN L. I.

- | | | |
|---|--|---|
| 1 | Terminos agris iuregentium positos ad lites dirimendas pertinere, ideo qui eos mouet extra ordinem puniri. | uis puniri: Quinimo eodem effectus si res expendatur. |
| 2 | C. Casarem pœna pecuniaria constituta non discesse a corporali, & posteriorem falsò dici huius Imperatoris sanctionem. | 6 Est aliquando vt nobiles durius afficiantur pœnis. |
| 3 | Per extraordinariam pœnam non excludi superioris maxime circa fines publicos & limites motos. | 7 In multa pecuniaria obscuris & inopibus inra magis opitulantur. |
| 4 | Ignorantia vera non excusat amouentem hic, & in aliis delictis sapiissime. | 8 Multa indicta cui applicetur, fisco an accusanti vel aliter. |
| 5 | In coercionem corporali nobiliores homines le- | 9 Multam solus iudex dicit capax meri imperij. |
| | | 10 Multa per se non infamat condemnatum. |
| | | 11 Pœna & multa quatenus differant. |

INTERPRETATIO L. I.

QRAVE esse crimen moti termini, & supra vulgares fraudes extraordinario supplicio coercendum, quilibet sibi persuadebit, simul atque dispiciet quantæ lites inde sequantur, si ratio limitum infuscari cœperit. diuisio namque agrorum facta primùm fuit ad sedandas lites, quas communio solet accedere. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. 2. † Vnde iuregentium cum dominia distincta fuere, termini agris sunt positi. l. ex hoc. ff. de iustit. & iur. vnde erat apud Virgilium lib. 12.

*Saxum antiquum ingens, campo qui forte iacebat,
Limes agro positus litem vt discerneret aruis.*

cum itaque iura ciuilia litibus dirimendis valdè studeat, quibus nomen inditum à limitum contetione Isidorus putauit cap. forus. de verb. signif. liquet motores terminotū extra ordinem puniendos, tanquam materiã litibus excitandis præbeant, nõ multa pecuniaria simplici, vt Modestinus ait. l. 1. ff. de termi. mot. quia pessimum factū sit eorum, qui id audent, vt D. Adrianus dixit. l. 2. ff. eod. perinde est enim acti in sulcis agri, ex quo limites eiecerunt semenrem fecissent discordiè iuri per quã odiosè. l. 4. §. si. ff. de alienat. iudicij. † Quid ergo est quod subdit Callistratus in l. si. de termi. mot. lege agaria lata à C. Casare multa esse quinquaginta aureorū in publicum adiudicandã aduersus eum, qui terminos mouerit singulos, & actione esse popularem ciuium, quicūque accusare volent. vbi Accurs. derogatū putat per Casarem pœnæ corporali, & ex distinctione tēporum leges in concordiam redigi. l. pe. §. sin autē. C. de furt. quod si verum est iam fatendum venit aut Casarem abrogasse pœnam corporale, aut vltra addidisse pecuniariam 50. aureorū: sed neutrum verum est pace Accursij & Bartoli dixerim. quomodo enim C. Iulius Cæsar primus Imperator præfagire ac desistere potuit de lege lata tot post se seculis: dum rerum potiretur Alexander Severus, sub quo Callistratus & Modestinus floruerunt, teste Ælio Lampridio: quorū ille pœnam affert pecuniariã hic corporalem in d. l. si. & l. 1. ff. de termino mot. & huic conuenit idem Augustus in l. 1. C. de accus. & neuter discrepat à C. Casare, sed vltra multã in pecunia addit coercionem in corpus pro conditione personæ, vt l. 2. ff. de term. mot. igitur in l. 1. eod. cum scribit Modestinus pro auulsis terminis non esse multam pecuniariam sed aliam coercionem, non, pro non tantum accepit vt l. in illa. 2. ff. de verbor. oblig. §. furtiæ. de vsucapion. atque ita intelligitur lex Longobardorum in titulo de eo qui terminū antiquum corruerit, vel nouum fecerit. vbi eiusmodi reum multat in lxxx. solidos ex æquo diuidēdos inter regem & eum, in cuius agro terminus auulsus est. nec pecuniæ vindicta, quæ læsæ parti aut fisco aut accusatori addicitur, impedit corporalem. l. 3. §. 1. ff. de sepulchr. violat. l. fin. ff. eodem, & l. 4. C. eodem.

Quinetiam coëctio corporalis multiplex est pro delectu personarum & facti violentia. l. 2. & ff. de termi. mor. adde, si placet, pro damno offensi agrorum domini & pro lucro violentantis. l. 3. §. qui de sepulchri. ff. de sepulchr. viol. † Postremò non putarem accusatione moti termini excludi aliam ex seniore lege descendente, vt legis Iulix de vi publica, si armis per vim eruisset reus limitem. l. sed & partus. §. ff. de eo quòd mer. caus. vel etiam peculatus, si inscriptio territorij publici termino scripta incisaue esset. l. qui tabulam. ff. ad legem Iul. pecu. mirificè iuuat auth. omnes. C. communia de success.

Nemo enim non videt plus detrimenti esse in refixo termino regni vel Reipublice alicuius, quam in paucis priuatorum iugeribus. Vt potè cum multa bella, nedum rixæ exitiales, inter insignes populos obscuratio finibus orta sint: potissimum inter Carthaginienses & Cyrenenses in Africa diuturnis armis attritos, donec Philæni fratres in confinio viui pro limite obruerentur, vt est apud Sallustium. igitur vehementius puniendum quòd seditionis præbet materiam publicitus. l. 3. de operib. publ. ff. quinetiam sacrilegij aliquid genus hoc delicti sapit, cum aræ & sacrificia in confinis statui solerent, vt Strabo docet li. 3. Geograph. † Illud peritum videtur, quòd addit Iuriconsultus in d. l. 2. de termin. mor. cedendum verberibus eum, qui per ignorantiam aut fortuitu lapides furatus sit. nam sic duo innuit, alterum est furari ceteri aliquem sine affectu furandi contr. §. placuit. de obligationib. quæ ex delict. alterum est fortuitò sine dolo peccantem cædi, secus in l. si quis id. §. doli. ff. de iurisdic. quare interpretes secuti Accursium aiunt furantem terminos habuisse quidem animum saxum vel stipitem furandi & lucrificandi. sed ignorasse an esset vtrumuis pro termino, quia fortè nulla scriptura notauit id significaretur. iuuo hunc ope l. vulgaris. §. si quis æs. de furtis. Ego verò, quia Lex coëcet delicta quæ sponte vel ignorantia committuntur. l. 1. & 2. ff. de legibus, existimo idem hic euenire: neque volo refragari legi, vt placeam enarratoribus eiusdem, fingamur animu furandi non defuisse, cum Lex dicat ignorantia & fortuitu ablatum lapidem, ex quo etiam necessariò sequeretur immunem à pœna extraordinaria esse debere, & à flagris, qui tantummodò lapidem furari voluit: si vltra animi destinationem nec crimen nec pœna exeritur, vt patet in eo qui occidit dum verberare tantum voluit. l. 1. §. diuus. de sicariis. ff. mitius enim venit puniendus, quamuis certè puniatur: quia euenire mortem posse debuit cogitare cap. fin. de homici. lib. 6. Ceterum pro simplici furto non debuit cædi ingenuus. l. in seruorum. §. ff. de pœnis. planè posset aliquis fingere casu non defuisse socordiam seu negligentiam valdè dissolutam eius, qui fixum limitem in agro abstulit: vbi animaduertere ex cotidiano vsu debuerat ad fines regundos eum pertinere: atque ita casus negligentix comes est, & castigationem ducit. l. qui ædes. ff. de incendi. ruin. Sin minus hoc placet, ego tandem singulari iure comparatum puto, vt sine distinctione voluntatis vel ignorantix eximens atque auferens terminos plectatur, pulchra ratione: quia vix fingi potest ignorantia in eo facinore. quippe cum Limes seu terminus sit quocumque in agro opere manuum factum est ad obseruationem finium. vt definit Aggenus Vrbicus Frontini interpres: atqui figi consuevit humi aut Lapis aut stipes, à cuius firmitate stipulum & stipulationem veteres deduxere. §. 1. de verbor. obligat. quasi nefariam omninò sit ea fixa amouere, seu, vt iuriconsultus loquitur auellere. l. 1. de term. mor. ne ignorantiam causari possit is qui laboriosè euulsit, nec tantum obuium abstulit. Quòd si fingas subusterram effossos lapides, magis in culpa fuit, qui eruit, & exemit. si modo asportauit. l. si creta. ff. de furt. nam curiosus fur apparet. nec rarum est vt termini ita abscondantur. Vnde vulgò noscitur proverbium pro thesauro inuenti carbonis: eo quòd carbones putredini resistent altè defossi. potuit quoque limes constare saxo ingenti quale Virgilius ibidem retulit:

Vix illud lecti bis sex cervice subirent,

Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

Proinde auferens ab alieno agro extra ordinem punietur, & frustra allegabit ignorantiam sine verisimilitudine. l. pen. ff. vnde cognat. an non idem euenit recepto iure in eo, qui vectigal non soluit, & in crimen commissi cecidit ignorans vsitatum morem? tametsi minus paulò sit puniendus sciencie. l. si. §. licet. §. diui quoque. ff. de publican. at nisi puniretur viator mediocriter, cotidie simularetur error facti alibi excusabilis. l. xiii. §. si fullo. ff. loca. sic enim ibi puto Vlpianum non Accursium sensisse, vt intelligatur Lex vltix delicti ignorantia commissi. l. 1. ff. de legib. potissimum vbi ignoratio facillimè simulari quiret. l. sed addes. §. 1. ff. locat. §. quia tamen de vi bonor. raptor. præterea subiungam aliud rationis, quare fortuita causa non excuset saltè, vt circa læsam principis maiestatem. l. non contrahit. ff. ad legem Iul. maiestat. nempè quia limites in finibus statuuntur, fines verò in agris tantum sunt, nisi & in vrbe.

in vrbe vasta latitudo campi effectu ipso rustici inueniatur. l. 4. §. ff. fini. regund. vtrouique cuius auellere terminos semotis arbitris liceret, nisi incusto ditam terram lex metu pœne custodiret: adeò vt puniret offendentem quamuis expertem doli, sicut euenit in eo qui nefcius vas vitiosum distraxit. l. tenetur. §. sed si vas. ff. de acti. empt. facile namque fingeretur ignorasse vitia aliter constituentibus. Inde etiam innumeræ lites orirentur propter frequentiam terminorum quibus nec agri singulorum, nec Imperiorum, vacare queunt. idcirco non absque ratione supplicio ignorantes afficiuntur, vt sciant omnes in re cotidiana suam inscientiam nulli alij periculosam esse oportere. l. 1. §. 1. ff. naut. caupon. proinde olim Terminus deus colebatur maxima veneratione, teste Ouidio lib. 2. Fastorum, sic Terminum alloquente:

Tu populos, vrbesque & regna ingentia finis:

Omnis erit sine te litigiosus ager.

Nulla tibi ambitio, nullo corrumpere auro:

Legitima seruas credita iura fide.

Idque paulò antè patefactum est ex aris Philænorum publicè consecratis: nam & Iacob victimas immolauit iuxta Lapidem fixum, vt testem fœderis cum Laban initi, Genes. cap. 31. † Quòd ait Callistratus in d. l. 2. de termin. mor. personas splendiores mitius puniri quam viliores, ratione fulcitur: quia cum in pœnis intelligendis æqualitas seruanda est, sicut in omni parte iustitiæ, vbi eadem ratio deprehenditur. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Ceterum nemo non videt eandem pœnam in diuersæ conditionis hominibus esse dissimilem: quia si speciosus illustrisque vitæ cadatur, acerbius torquebitur animo præ dedecore, & corpore etiam delictiore quam sordidus, qui sæpè in delicijs habebit contumeliam pati. l. in seruorum. §. ff. de pœnis. l. 35. ff. de iniur. † Et hæc locum habent in coëctioe corporali. l. capitalium. §. ff. de pœnis. l. nemo. C. de summa trinit. nisi, inquit Bartolus, cum delictum vergit in derogationem dignitatis. l. quædam. ff. de pœnis, vbi miles artem ludicram exercens, aut se vanire patiens, capite punitur, non autem paganus. Ego verò sic dicerem, leuius esse delictum in pagano, quia nec delictum propriè est quòd accusari possit: satisque spontanea punitur infamia aut simili vindicta sine iudicis vlla censura aduersus sat viles homines. l. quæ adulterium. C. de adulter. l. 1. ff. quib. ad libert. procla. At in milite pœnam habent tales culpæ, quæ crimina sunt accusari dignissima. Insuper claritas personæ ipsi officit in supplicijs vbicunque prætextu dignitatis & fiducia splendoris ad delinquendum amplius concitatur. l. Presbyteri. C. de Episcop. spernit enim lex deprecatores, qui ex legis beneficio accipit delinquendi occasionem. l. auxilium. in fi. ff. de minorib. xxv. † Cum verò tractatur de multa pecuniaria, benignius agitur cum inope & obscuro quam cum locuplete & claro homine. l. properandum. §. sin autem. vtraque. C. de iudic. nam & inflicta multa per iudicem mox remittitur vel extenuatur, propter inopiam. l. si. C. de modo multar. & licet grauius multetur diues paupere, tamen vterque æquabili modo censetur puniri: quia pluri sunt quinquaginta aurei tenuis fortunæ reo quam quingenti pecunioso. Sed videtur prima facie mediocrium facultatum homo plus puniri & quidem in pecunia quam valde locuples & nobilior ex eodem scelere. l. 1. vt nemo ad suum patrocini. lib. xj. C. verum ibi longè plus affigitur nobilis & potens, si res acutè introspectiatur. nam centum auri libras luit ibidem, qui verò mediocri fortuna valet, totas vtique facultates amittit, sed quæ non exæquent nonaginta libras aureas: alioquin harum dominus in potentiorum numerum referendus veniret, si centum pondo auri in suis fortunis possideret, cum quælibet libra septuaginta duos solidos aureos contineret. l. quotiescunque. de susceptorib. lib. x. C. Repugnat adhuc. l. ciuitas. C. de offic. rector. Prouinc. vbi pœna pecuniæ lenior infligitur iudici quam eius officio, id est, officiali ministro. l. omnes. eod. Verum ibi plus deliquerat apparitor iudicis in aliquo foro aduersus principum iussa ius dicentis: quia forum ipsi iudici præparasse debuerat, & eius rei certiores fecisse incolas. l. 2. ff. quòd quisque iuris, vbi Accurs.

† Nunc disquirendum restat cuiam pœna pecuniaria seu multa applicetur, accusatori an fisco. res est expedita, si sequamur Bartolum in l. si. ff. de termi. mor. quandoque, inquit, Lex pœnam imponens inducit actionem, & tunc patris lucro pœna cedit. quandoque accusationem, & tunc fisco addicitur. idem cum Lex simpliciter loquitur, qua doctrina nihil fragilius ne dicam vanius legi potest. quippe cum lex actionis verbo accusationem arduam contineat & promiscuè vsurpet. l. 3. ff. de libe. hom. exhib. l. Presbyteri. C. de Episcop. & actio. ciuili inofficiosi testamenti accusatio appellatur. l. si instituta. ff. de inoffic. testam. taceo quòd M. Tullius in Partitionibus restatur, se accusatorem pro omni actore & peritore vsurpare. Accedit, quòd in d. l. 3. de termi. mor. vbi actum criminaliter putat Bartolus, nihil de fisco tractatur sed de publico, vt de ponte vel theatro reficiendo. l. multarum. C. de modo

mult. nam fisco priuatus est principis. l. 2. §. publici. ff. ne quid in loco publ. scio tamen & de fisco publicum dici, ne quid dissimulem, in l. bona fides. ff. deposit. vbi de bonis deportati in publicum deferendis tractatur, id est, in fisco. l. deportator. C. de pœn. sed id rarissimè inuenies. præterea lex pro eodem delicto sæpissimè actionem civilem & meram accusationem offert, vt aduersus eum, qui prætoris nomine literas falsas reddidisset. l. qui nomine. ff. ad legem Cornel. de falsis. & in tetr. aliis criminibus, vt in sepulchro violato, quod potest esse capitale, sed populari actione licet vt, vel acerbè accusare delinquentem. l. 3. §. si. & l. si. ff. de sepulchr. viol. idem dicam in priuato delicto furri. l. interdum fur. §. qui furem. & l. si. ff. de furr. quomodo res extricari poterit Barolo prælucente? num confugiemus ad id, quod Accursius distinxit in d. l. 3. ff. de sepul. viol. aut, inquit, actum est ciuilitè, aut criminaliter, vt priore casu parti multa applicetur: posteriore ad fisco pertineat. l. qui sepulchra. C. eod. quod genus regulæ multos habet admiratores maximè ipsum Bartolum, est tamen pestilens fisco & Reip. quoniam ij, quorum maximè interesset contra reum inuehi pro crimine insigni, potius ciuilitè agerent quàm criminaliter inhiantes lucro, multæ futuræ, & ita eludentes fisco principis, atque ita sequeretur impunitas criminum quodammodo pecunia redemptorum, & pro personis res ipsæ luerent pœnas cum damno præsentis Reipub. §. oportet in auth. de mandat princip. col. 3. denique quando proteruum multat iudex ex edicto, si quis ius dicenti non obtemperet. ff. ciuile negotium est, certè nominati expertes criminis. l. si multi. ff. de publican. tamen iudex, cuius autoritas contemptra est subimet ipsi, vt opinor, pecuniam, qua multauit non obtemperantem, non arripit. & quamuis ius sibi dicat, vt cognoscat, an sua sit iurisdictio. l. si quis ex aliena. ff. de iudic. non tamen quoad commodum pecuniam. l. qui iurisdictio. ff. de iurisdict. Sed adhuc antiquorum inuestigatio mutila est, dum quærunt, vtrum fisco vel parti multa applicetur: & omittunt publicorum locorum & ædificiorum refectiones vel pauperes, in quos pia admodum est & non infrequens fori erogatio. l. 2. de Episcop. audient. interdum cedit Lucro indicantis scelus non autem perpepsi damnum vel iniuriam. l. lex Cornelia. §. si. ff. de iniur. nec miror prorsus hinc defecisse doctores, cum multæ adiudicatio Proreco quouis mutabilior sit pro varietate accusatæ personæ, vt ibidem Vlpianus ait: item pro grauitate sceleris, pro accusantis sedulitate quem leges certatim premio inuitant. d. l. 3. de sepulchr. viol. etiam in conscio inita coniurationis contra principem. l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. Tandem dicendum est, cum multa à lege præstituta est, tunc nihil esse dubij, & legi obsequendum, siue velit fisco siue parti aut vtriq; illam tribui, tam in negotio criminali quàm ciuili. l. si qua. ff. de verbor. signifi. l. lege. §. si. ad Syllani. ciuile autem voco, quod vacat crimine, licet culpa non vacet vt. l. si. C. de litigios. & d. l. 2. C. de Episcop. audient. vbi insignitur grauis multa præmaturè appellanti. si verò nihil expressit lex, sed iudici multam committit, tunc vbi iudex supinus nihil exprimit, quod tamen cautè facere debuerat, in dubio multa ad fisco spectat. cap. 1. quæ sint regalitæ. in feud. l. multarum. C. de mod. mult. planè Imperator ibidem expressè fateretur iudicem posse seuerum pondus multæ, & sic in tractatu valde criminali, transcribere à fisco in publica commoda & ciuiles refectiones, sed tamen necessarias: vel, si malit, diuidere multam in fisco, in publicum, in accusatorem, aut in pauperum alimoniam, in virginum deo dicatarum, & alias huiusmodi pietatis rationes. nonnunquam pro animi sui motu refarciri iubebit damnum illarum accusanti, & tantundem fisco rependi. l. 3. §. si. ff. de incend. certè si liqueret iudicem damni dati aut contumeliæ respectu multasse reum, actori propensè fauerem. l. §. amittere. ff. de iis quib. vt indign. Quocirca in l. qui sepulchra. C. de sepulchr. viol. pœna ingens fisco applicanda non excludit alijs parti vel indicatori ascribendas, vt nominatim illic habetur. † Cum itaque tanta sit autoritas iudicis circa multæ dictionem & distributionem, nolere veteres quemquam multæ adiudicandæ ius habere, qui non publici iudicij notionem seu merum imperium haberet, nisi specialiter lege indulgeretur. l. 2. §. si. ff. de iudic. ita vt faciliùs criminis cognitio quàm multæ dictio permitteretur. l. aliud est fraus. §. si. ff. de verbor. signifi. idè pœna à lege constituta pro singulis delictis, vt pro furto rapinauè (quia certam habet quantitatem, nec ex nutu iudicantis pendet,) & quæ ex causa remitti potest post infestationem. l. si. C. de mod. mult. non pœna. l. pœnam. C. de pœnis. † Quamuis illa per se non infamet, imò pœna pro crimine sicut & pro simplici dolo, vt ibi Accursius notat. & l. 1. C. de modo mult. iniquum etenim esset arbitrari infamem aliquem eo quod ab interlocutione appellans multeretur in l. 2. C. de Episcop. audient. † Vbi obiter adnoto multam esse certam quinquaginta librarum argenti, non autem incertam vt in d. l. aliud. Iurisconsultus statuit: idèoque videtur cum pœna certa confundi. & profecto cum multa à lege præfigitur (quia lex semel loquitur, & certum aliquid præstituit) à pœna non differt. l. fin. C. de litigios.

tigios. huc respicit l. vnic. C. de sportul. cum autem iudex ex varietate scelerum, personarum, & facultatum, multam dicit. tunc multa est pœna certæ pecuniæ à iudice indicta propter aliquam culpam condemnati: atque ita pœna velut genus est in definitione. d. l. aliud.

Lex II.

Idem Aug. Syro.

Si cuidam crimini obnoxius seruus postulatur, dominus eum defendere potest, & in iudicio sistere accusatoris intentionibus responsurum. post probationem autem criminis non ipse dominus, sed seruus pro suo delicto, condemnationem sustineat. Idè enim seruum suum domino defendere permissum est, vt pro eo possit competentes allegationes offerre. p p. 11. Cal. Decembr. Alexandro. A. Cos.

OBSERVATA IN L. II.

- | | |
|---|--|
| 1 Qui seruum accusatum non tuetur, ipsius dominio non priuatur: secus si infirmum negligat. | 4 Seuerius punitur seruus quàm liber, loco pecunie. |
| 2 Quare in capitalibus per procuratorem seruus defendatur. | 5 Damato seruo vel filio peculium non admittitur domino vel patri. |
| 3 Seruus omnibus legibus publicorum iudiciorum accusari potest excepta vi priuata. Quid est, quod dicitur seruum capitis non damnari, & an relegetur. | 6 Quid de aduentitio peculio statuatur. |
| | 7 Num pœna pecuniaria in seruum cadat. |
| | 8 Si pater vel dominus damnetur, penes quem maneat peculium. |

INTERPRETATIO.



ERVVVM accusatū dominus defendere potest, & cōpetentes allegationes offerre, nō subire supplicium condemnati. igitur nō debet necessariò defendere. l. sæpe. ff. de offic. præsid. nam & si dominus fortunæ foris commiserit seruum, ac post contingat absolui, † non idcirco amittit eius dominium. l. seruus, de stat. homi. l. sciendum. ff. de public. iudic. secus si ægrotantem expulerit atque neglexerit. l. 1. §. sed scimus. C. de Latin. libert. quia dominus seruum miserum deserens non debuit sperare humanitate alterius succursum in seruo, quàm ipse non habuit. l. 2. C. de infantib. expos. eò magis quod moribus contra naturam ingruit & contra serui voluntatem. l. 1. §. sed sciendum. ff. de ædil. edict. atqui quando seruus accusator, culpæ alicuius reus dicitur. Præterea spes est iudicem bonum ei non defuturum, sed suppleturum quod ad innocentiam eius demonstrandam spectabit. l. vnic. C. vt quæ defunt aduocat. quineriam non petenti aduocatum vltro dabit iudex æquabilis l. nec quicquam. §. obseruare. ff. de offic. proconsul. & hoc maximè pro seruo ope destituto. l. 19. ff. de pœnis. † Licet verò domino seruum accusatum per procuratorem defendere, quamuis in atrocibus delictis liber homo per procuratorem non defendatur. l. pen. §. si. de public. iudic. hoc tam variè quia dominus ciuilitè magis aggredi censetur appellationem aut aliam defensionem pro seruo, quoniã sua interest scilicet. ne pretio ipsius careat. l. Lucius. ff. de appellati. Vbi Accursio sic placet. Addo ego liberio rem debere esse defensionem præsentis seruo iustis allegationibus optulabatur. atque ita eludi sententia in seruum noxium ferenda non poterit, quia ipsemet adest, l. serui. de appel. vt copiosius paulò post dicemus in l. 3. eod. Insuper iustitio & excusatio postulati serui competit cuius domino, ne accidat vt serui metu vel odio domini se condemnari in fontes vltro patiantur. l. 1. si quis vltro. ff. de quæstionib.

† Accusari autem possunt serui omnibus legibus publicorum iudiciorum præterquam legis Iuliæ de vi priuata. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusationib. nam cum eius legis rei tertiam partem bonorum amittant, ea pœna in seruum cadere non potest, vt qui bona

non habet sicut nec paterfamil. peculium. l. paterfamilias. ff. de verbor. signific. idem dicendum, inquit ibidem Venuleius, in ceteris legibus, quibus pecuniaria poena irrogatur vel etiam capitis, quae seruorum poenis non conuenit, sicut relegatio: vbi mirabiliter laborat interpres attonitus ad poenam capitis indagandam, quae non cadat in seruum omnibus legibus accusabilem, vt iam dictum est, & seuerius puniendum quam vllum liberorum. l. capitalium. §. si. ff. de poenis. sed profecto obex hic excutitur facillime, si poenam capitis intelligamus minui, non amputari aliter atque in l. i. C. de bonis proscript. & l. cum. de iure patr. ff. vbi continet exilium verum seu deportationem. l. 2. de public. iudic. at verò in d. §. omnibus. Venuleius idem subiungit seruum relegari non posse, quia ita familiam amitteret, quam nullam habet. l. §. ff. de capit. diminit. idem in ciuitate, quae deportatione amittitur sanè maxima capitis diminutione plectetur seruus damnatus in metallum. §. maxima. eod. tit. Instit. l. Pedius. ff. de incendio. l. quidam. ff. de poenis. nec obsunt iura, quibus seruus dicitur relegari. l. 2. de sepulchr. viol. C. l. 2. ff. qui & à quib. quia ineprè locutus est iudex, & vocauit serui exportationem in insulam, relegationem, quae non est, vt & calumniam in l. fin. ff. de public. iudic. sicut iudex dentibus extendit relegationem vt ciuitatem auferat. l. 4. §. 1. ff. de capit. diminit. id est, abusus est vocabulo. sed hæc solutio non conuenit. l. 2. C. de sepulchr. viol. quia lex ibi iniungit relegationem non iudex inconsultus. vnde maneat relegatio quatenus potest, vt corpus insula claudatur, non quoad multam pecuniariam vel partis bonorum ademptionem ab imperito iudice, de qua in l. 7. §. ad tempus. ff. de interdict. & relegat. † Planè vbicumque seruus ex delicto poenam amissionis bonorum ex parte vel in totum nõ subit, in corpore luit & eò durius, quia seruus est d. §. omnibus in fi. l. sed si vnus. §. quædã. ff. de iniuri. ne scilicet ex iniuria illata impunitatem assequatur atque fauorem ex odio status sui, quòd in poenis valde cauendum est l. 7. §. si. ff. de interdict. & releg. & præcipuè in seruo improbo l. i. §. cum seruus. de iis qui deiece. † Patet itaque ex supradictis damnato seruo peculium non adimi, quod re vera est domini. l. i. C. de bonis proscript. nam nec damnato filio familias fiscum sequitur peculium non modo profectitium sed nec castrense, quòd est ipsius filij. l. 3. C. eod. nam vbi morte vel deportatione patri filius admittitur, lex vult iolari orbitatem. l. iure. ff. de iure dot. ergo iure peculij castrensis pater capit bona filij habiti pro mortuo. l. 2. ff. de castrenf. pecul. † Non video quid minus dici possit in aduentitiis, in quibus plus iuris habet pater propter vsum fructum, & propter ius acquirendi oblata filio, quod patri à principio comperit. l. si. C. de bonis quæ liber. Quòd si multa tantum dicta esset filio à iudice, non dubito, quin ex aduentitio soluereetur à patre, ne filius lueret in corpore ex l. i. §. si. de poenis. † Bartolus quoque existimat in d. §. omnibus. poenam pecuniariam in seruum cadere, si conuenientibus oculis domini seruus donatas sibi vel quæsitæ res aliunde liberè habeat, & expendat, ita vt eo pretio se possit redimere. l. 4. ff. de manumissi. vbi idem in peculio penes seruum stante ex re domini lex statuit. sed hoc quæsitum ieiunum planè est, cum nemo dominorum vsque adeo indulgere velit seruo, vt peculium dilapidare ipsi permittat. l. contra. §. si. ff. de pact. præferri pecunia ob facinus ad fiscum pecuniente. aut si id patiat dominus, nihil miror posse ipsum pro seruo suo soluere multam, cum possit pro quouis extraneo licet inuito. l. soluere. ff. de solut. † E diuerso si ob delictum domini bona publicentur, vel multa infligatur, non dubito, quia peculium serui fisco obstrictum sit cum & ipse seruus eidem obstringatur. l. in fraudem. §. à debitore. ff. de iure fisci. In peculio autem filij non idem iuris est dum patris bona ex debiti pecuniarij causa fisco addicuntur. nam eo casu separatur peculium filij, & incoluere ei seruatur. l. 3. §. vtrum. ff. de minorib. xxv. vbi Iurisconsultus satis inuit aliud seruandum si deliquerit pater, ne ea fiducia licentiam delinquendi nanciscatur, sciens filio, cui ex voto omnia acquirit, peculium saluum fore. l. nihil. ff. de bonis libert. atque ne ex patris vitio filius ditior fiat, cuius peculium patris est, fratribus quoque communicandum. l. certum. C. famil. herciscund.

L. III.

Idem Aug. Stephanidi.

Reos capitalium criminum absentes etiam per procuratorem defendi, leges publicorum iudiciorum permittunt. pp. 111. Non. Nouembr. Maximo. 11. & Aliano Cos.

OBSER-

OBSERVATA IN L. III.

- | | | |
|---|--|--|
| 1 | <i>Quare in iudiciis capitalibus non admittatur procurator accusati.</i> | <i>tur eius annotatio.</i> |
| 2 | <i>Titubatio vocis & vultus color reum valde arguunt.</i> | 6 <i>Contra contumacem post annotationem fertur sententia capitalis, Quid de eo qui, ALIBI, allegat.</i> |
| 3 | <i>Vbi relegatio sequitur delictum, num procuratori locus sit.</i> | 7 <i>Pro absente non contumace defensor auditur.</i> |
| 4 | <i>Cur in causa suspecti & absentis tutoris iudicetur.</i> | 8 <i>In delicto leui licet publico adest procurator absentis, & in aliis casibus.</i> |
| 5 | <i>Vbi reus absens damnari potest, non expectatur eius annotatio.</i> | 9 <i>Quare appellare cuique liceat pro alio morti addicto.</i> |



IC locus Alexandri Seueri Aug. ita intelligitur, vt in capitalibus iudiciis procurator pro absente accusato proòbe intercedat ad causas absentia allegandas, non autem super eluenda refellendaque accusatio- ne, & innocentia principaliter demonstranda. † Nam tunc frustra interuenit procurator, vt distinguitur in l. pe. §. ad crimen. ff. de public. iudic. vbi in principali causa criminis non auditur accusantis procura- tor in publicis iudiciis, multò magis ex rei postulati parte non audietur. nec hic obtinet. l. fauorabiliores. ff. de regul. iur. adeo minus fauetur reo, eò quòd, vt ait Bartolus, alioquin eluderentur sententia capitales iudicum cum damno Reip. in delictis potissimum vindicandis, quòd vitari debet. l. si prator. ff. de iudic. nam absentes accusati secuta damnatione seipos latiore fuga eriperent: & quamuis bona plurima domi relinquerent, tamen est præposterum res pro personis poenas dare. §. i. vt iudic. sine quoq. col. 2. nec enim facultates reorum peccauere: §. oportet. de mandat. princip. col. 3. Additur alia ratio, quia fidelius seipsum defendet accusatus quam procuratoris ministerio. l. i. §. fin. ff. de Carbon. edict. sed hæc ratio non admodum viget, cum cuius liceat fauori suo renunciare. l. pe. C. de pact. & multos tam nocentes quam innocentes absentia eximit à capitali damnatione non modò à supplicio, vt experimentis constat. nec dici potest quantum commodi mora plerunque afferat maximè in capitalibus. l. si vindicari. C. de poenis. † Cæterum subest adhuc ratio quare ipsosmet accusatos sisti iudici- bus expediat, vt scilicet ex sermonis trepidatione vel constantia accusati eliciant coniec- turas non leues: & ad illuminandam veritatem, ad quam oris vox colorque non parum pertinent. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstionib. l. 3. ff. de testib. vbi de vultus ru- bore pallorèque se subtrahens iudicio fugere & latitare creditus in suspicionem adducit iudicem. cum enim, de vita, de fortuna, de fama, periclitetur, vix est, vt ab alio se defendi malit, siquidem est purus sceleris, quam à semetipso. l. non solum. §. fin. de procura- tor. ff. l. i. C. ad legem Cornel. de fals. ideo laudatur à Valerio M. ille Antonius disertus, qui Quæstor in Asiam proficiscens, certior factus per literas se incesti accusatum apud L. Cassium Prætorem, cuius tribunal ob nimiam seueritatem scopulus reorum vocitabatur, in urbem sedulo recurrit; & innocentia sua dignam absolutionem accepit. atqui malè sibi còscis & meruèribus omnia solent perstrepere vt largius dicendum occurret in l. xv. hoc tit.

† Iam superest dissidentia iura conciliare: cum alia in capitalibus pro reo procurato- rem recipiant, alia non. nec videtur hïc Alexander Cæsar tantum loqui de causis absentia allegandis opera procuratoris non magis quam is, qui sub eo floruit Vlpianus in l. seruum. §. publicè. de procurat. vbi audit pro absente, si modo damnari possit, quem- uis excusantem innocentiam. proinde Accursius ibi censet super principali negotio insti- tutæ accusationis non recipi pro reo procuratorem in causis capitalibus summi supplicij, vel libertatis amittendæ, aut ciuitatis vsque ad relegationem, quæ non tollit iura ciuilia. l. i. ff. ad per alium causæ appellati. atque ita particulam, vsque, excludere relegationem affirmat, non plerique veterum, qui nec procuratorem audiunt pro absente relegari dig- no, si accusanti auscultetur: quibus succurro autoritate & phrasi eiusdem Vlpiani per particulam, vsque, relegationem includentis. l. absentem. verò. aduersus. ff. de poenis. argumento est, quòd vir illustis, vxor, libertiue eius, rei facti iniuriarum, dant procura- torem. l. si. C. de iniur. hos tamen supra relegationem coerceri pro iniuria nemo dixerit. l. item. §. quòd ait. de iniuri. ff. l. 2. de termi. mot. nihil peregrinum assero, cum in causa: in qua existimationis versatur periculum, quamuis in insulam migrandum damnato non sit,

O ij

procurator non audiatur: nisi in alterutro duorum casuum, puta, quando specialiter procurator ad eam defensionem est constitutus, aut cum iudex cognoscit ex iusta ratione, absente reo, & nempe in suspecto tutore, qui non apparet, postquam fuit legitime vocatus in ius, & interim res pupilli periclitantur sub custodia grassantis tutoris & latitantis. nam non facilis est pœnæ definitio circa suspectum tutorem, cum plerique vehementius accusentur, quam ut sufficiat suspecti infamia, si forte pretio dato curauerunt inuadere munus tutelæ, vel circa inuentarium faciendum res patrimonij subtrahere studuerunt. l. 1. §. solent. ff. de offic. præf. vrb. l. 1. §. si. de suspect. tutor. ff. nec dubito, quin aduersus tutorem tam improbè absentem iure statuatur iudex, nõ tam ut scelus indignum puniat, quam ut de alio tutore prouideat impuberi, remoto suspecto, etiam si nemo manifestè suspectum accusauerit. l. 3. §. præterea. ff. eod. † Igitur tam perfidus tutor absens procuratorem dare possit ex regula. d. l. seruuum. §. publicè. vbiunque, inquit, absens damnari potest, ibidem pro eo recipitur procurator: quamuis, inquam, nominatim ad eam causam præstitutus non sit, sed domi relictus ad omnia negotia obeunda. d. l. non solum. §. fin. ff. de procurat. eodem modo interueniet absenti damnandi procurator in l. ne diu. C. de pœn. l. lege Corn. de sicariis. nec distinguitur, sit ne crimen capitale, an non. & ita intelligi potest hæc l. 3. ut non modo ad allegandas absentia rationes adsit procurator, sed etiam ad plenam defensionem: ne qua pœna irrogetur peregrè profectis. ergo in summam pro reis absentibus procurator intercedet, quando absentes damnari queunt.

Quam damnationem ego quidem intelligo sequi protinus à delatione, & sine solemnitate annotandi reum iam requisitum iuxta l. 1. ff. de requir. reis. ita ut à tempore annotationis annus expectetur, intra quem sistere se valeant rei pro innocentia sua dicturi. l. 2. ff. eod. si enim in quibusdam casibus paulò ante expressis iure singulari contra absentes iudicium capitale recipit festinationem, hanc quoque admittit protinus à tempore delicti & accusationis. † Caterùm ius commune omnium criminum tale esse assenro, ut postquam reus annotatus anno transacto abesse perrexerit, & iam fisco bona eius addicta fuerint, in absentem sententia capitalis feratur. l. absentem. §. aduersus. ff. de pœnis. cum sibi conscius delicti videatur. alioquin contumacia, quæ damno litis coercetur. l. contumacia. ff. de re iudic. faceret ad fugientis impunitatem, aperta iniquitate. & rursus altera, quod fisco bona addicerentur pro immani noxia: atque ita res delinquentis punirentur non persona, quæ deliquit. d. §. oportet. de mandat. princip. in auth. col. 3. ut pleniùs aperiam in l. absentem. hoc tit. vbi ostendam absentem annotatum illicd post annum quoad bona non audiri, neque à fisco occupata auelli, quamuis postea redeat. reditu namque proficit, ut innocentia suæ consulat coram iudice. l. 2. C. de requir. reis. sin autem obstinatus sit in absentia, iam & quoad delictum confiteri intelligitur. Quod si dicas pro eo videri sufficere procuratorem, vbiunque absens damnari queat. d. l. seruuum. §. publicè. ff. de procurat. iam demonstrauit hoc habere locum in simplici absente citra contumaciam, quem defendi publice interest, ut ibidem iuriconsultus loquitur: contra verò contumacem repelli, & fuga sua præfracta scelus quodammodo fatentem deferi Reipubl. interest auth. qua in provincia. C. vbi de crimi. agi oport. cap. veniens. de accusat. Si tamen absens, fortè præ metu, innocens liquidò probaretur. ut dum apud Plutarchum P. Clodius suspicionibus violentus argueretur nocturnis sacris Bonæ Deæ adulterium commisisse, & C. Cassinius ipsum eadem hora in vrbe Interamna Umbriæ fuisse contenderet. Sic cum aliquis dicitur occidisse Titium, qui mox viuus vel ab alio occisus deprehenditur, non dubito quin absolueretur. l. & post. ff. de iudic. l. inde Neratius. §. si. ff. ad leg. Aquil. idque omnino iudex etiam qui condemnauit studiosè præstare debet. l. 1. §. si. de quæsti. ut Labem refarciat aliquo modo.

† Itaque procurator pro absente in causa capitali & alia leuiore, quæ tamè famam & corpus insula ad tempus includendum afficit, ut iam diximus, interueniet, ut ostendat primo absentem iusta de causa abesse: iustè ignorare quibus accusatoribus vrgeatur: quibus criminibus insimuletur. patefaciet præterea innocentia rationes non obscuras, si potest, ne absens vnquam damnerur. l. inter. ff. de public. iudic. & hac l. 3. non sunt igitur otiosæ hæc pro absente excusationes, ut prima facie videri poterant, cum absens nondum contumax non queat inaudita causa damnari. l. 1. ff. de requirend. reis. nam operantur, ne reus annotetur, ne in suspicionem fugæ veniat valdè nocitura. l. lege. ad Syllanian. & ut absoluat absens homicidij reus factus, si procul degere patefiat. l. pen. C. de contrahend. stipulat. vel ostendet amicus procurator absentem & certum iustitiæ accusatio- nis, denique non venire in iudicium propter metum tyranni impotentis, non propter metum

metum criminis impositi. l. Fulcinius. §. quid sit autem. ff. quib. ex causis in poss. aut dicet eum ad maius tribunal vocatum. l. contra. ff. de re iudicat. vbi verò certiorẽ esse factum absentem iudex intelliget & contumacem, iam resellet procuratorem, ut liquet ex l. 1. ff. an per alium causæ appel. vbi absens mandauit procuratori agendam causam appellationis, ergo sciebat se condemnatum, & in absentia perseuerabat, & in fin. illic Vlpianus ait eandem esse rationem accusati, quæ sit appellantis à condemnatione. adeò sola contumacia in causa est, ne pro reo publici iudicij auscultetur procurator.

† Sed hoc locum non habere putarem in eo reatu, qui publicam quidem accusatio- nem haberet, sed tenuem pœnam in pecunia, at in corpore nihil, ne relegationem solam ut l. 2. ff. ad legem Iul. de annon. l. absentem. vers. potest. ff. de pœn. Sicuti è diuerso iudex ex causa statuet, ut in lite pecuniaria reus adsit repulso procuratore. l. si. C. de procur. quid enim, si metuit, ne fugiat reus nihil possidens immobile inchoata lite ex instru- mento falsi suspicione pleno? Iam quoque dictum est in causa criminaliter capta iniu- riarum contra illustres reos, audiri pro eis procuratorem. l. fin. C. de iniur. sicut auditur, cum ciuilitè agitur contra vulgares, nulla scilicet subscriptione interueniente, quamuis pro publica vtilitate exerceatur contumeliæ causa in foro. l. vj. ff. de iniur. ob famosum libellum vtique vulgò propositum. l. licet. §. 1. ff. de procurat. omittam, quæ alia congerit glos. d. cap. veniens. de accusat. dixi in l. 1. hoc tit. de populari actione: glos. can. si quando. 2. q. 6. nec omisi in l. 2. §. pro seruo domini procuratorem probè defendere. l. Lucius. ff. de appellati. † Et ex eodem tit. l. non tantum. depromo speciem, in qua amicus officiosus intercedit pro iam damnato ad vltimum supplicium, & pro eodem, licet inuito, piè appellat. nec est ignotum multo magis pro absente licere. l. qui potest. de regul. iur. & scimus non dissimile ius statui in causa per alium agenda, quod in appellatione. l. 1. §. fin. an per alium caus. appell. ff. Verùm me arbitro dici potest ideo procura- torem pro damnato non reici, quia cessat ratio, quæ hunc arcet à causa capitali pera- genda, nempe ne reus absens, vbi se tandem damnatum senserit, fuga perenni eludat sententiam capitalem. atqui hic reus longe aberat ab animo fugiendi & iudicatam rem eludendi: cum potius aureret perire, ut ibidem Vlpianus docet. itaque humanitatis inui- tu appellanti paretur pro securo & mortis auido. fortè benignus assertor parebar Salo- moni prouerbior. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. quod nefas esset armis tentare aut vi alia pro salute condemnati. l. 4. ff. ad legem Iul. de vi priuat. ergo salubri appellatione subuenietur eidem: si modo non liquidò constaret damnatum meritò plecti. l. 2. C. quor. appell. non recip. non autem appellans in proposito propriè dicendus venit procurator, cum nec mandato nec rati- habitatione nitatur, sed potius perituri defensor benignus vocabitur. vulgus dicit hunc appellare, quia sua interfit ratione humanitatis & cognationis communis inter homines. quod si verum esset, multo magis pro quouis absente accusato procuratori locus daretur. utpote cum appelletur à sententia, quæ in dubiis interim iusta præsumitur. l. pen. ff. de iustit. & iur. nihil amplius dico quia video eos verecundari, qui ista dicunt.


L. IIII.

Imp. Gordianus. A. Archelao.

Si accusatoribus absentibus, & non per contumaciam adesse iudicio ces- santibus, ex vna postulatione aditus præses provincie, non causa cognita, sen- tentiam dixit, qua eum de quo querimoniam detulisti, liberandum existi- mauit, criminatione etiam nunc perseuerante, quæ contumacia vel cessa- tione accusatorum non interueniente auferri non potuit, causa intentati cri- minis apud eundem vel successorem eius more iudiciorum tractabitur. pp. Non. Mart. Gordiano A. 11. & Pompeiano Coss.

- | | | |
|---|--|--|
| 1 | An plures accusatores simul admittantur contra unius criminis reum. | pariat. |
| 2 | Non ideo calumniari accusator dicitur, quod reus est iudicio absolutus. | 7 An repente contumax sit, qui vocatus primo respondet se non iturum ad iudicem. |
| 3 | Contumax quisnam verè nuncupetur, ut damnari queat: & quando excusari sine reo, sine accusator fuerit. | 8 An contumacia purgari possit. |
| 4 | Contumacia definitio. | 9 Contumacia appellantis à iudice vox non auditur. |
| 5 | Falso asseri, per ius nouum dies. xxx. singulis interuallis edicti peremptoriij attributos. | 10 Tergiversator desistens ab accusatione variè punitur. quid si accusandi tempus praestituitur. |
| 6 | Explicatur l. inter ff. de public. iudic. & quod nimia contumacia edicti interstitia restringat, ac festinet, & alios effectus | 11 Quod scribitur, temerarium accusatorem nullam poenam pati, quomodo intelligatur. |
| | | 12 Idem iudex cognoscit rursum, si sententia solemnna deficiant. |

INTERPRETATIO.

 VM accusatores abesse contingit sine contumacia & sine culpa cessationis, reus absolui non debet: alioquin coram eodem iudice vel eius ordinario successore denuo de crimine cognoscetur. † Ex quo primum inuitur plures accusatores simul admitti contra unius criminis reum. nam si plura essent crimina, quamuis ab vno facto manantia, minus dubitaretur. l. 9. hoc tit. Ceterum pro vnico delicto accusatores plures non admitti ostenditur in l. si plures. ff. eod. vbi è pluribus iudex decernit, quem eligat iustiore ratione prouocatus. l. 2. ff. de popul. actionib. quare Accursius ait iudicem plures admisisse imperitia quadam, tolerabili fortè vt puto, nisi appelleretur. l. 1. §. biduum. ff. quando. appell. sit. obiurgaretur vtique iudex à principe, quod reo non consulisset, non autem reiceretur. l. 7. §. ad tempus. ff. de interd. & relegat. potissimum quia accusati conuenientis patientia non impedit iudicem quominus suo iure vtatur. l. quos prohibet. ff. de postul. sic vbiq; non difficulter vincitur non repugnans. l. posthumis. §. pe. ff. de inoffic. testam. Vel magis reo imputandum fuit, qui non excepit, neque petiit vnum duntaxat accusatorem elegi, fiducia fortasse innocentiae suae non enim cogitur vti iure suo. l. si iudex. ff. de minorib. xxv. l. circa. ff. de probat. Vel reus certò sciens plurium calumniam delectu iri, gauisus est plures accusatores sibi incurfare, vt tandè infames simul facti multà arbitraria perfoluant. l. 3. C. de calumniatorib. l. & in priuatis. ff. ad Turpili. Vel denique plures accusatores recipiètur quando iudex nõ facile posset discernere sine æmulationis argumento, quis esset eorum maximè idoneus: satius namque est ab omnibus scelus vrgeri, quàm à nullo. l. Itè Mel. §. sed si plures. ff. ad leg. si ita. §. æstimatio. ff. eod. huc pertinet l. 2. ff. de bonis eorũ, qui ante sent. Adhuc pluribus accusatorib. locus est, quãdo omnibus principaliter æquè contumelia facta est per facinorosum, qui cõtra omnes stricto ferro irruit, aut sepulchrum familiare omnium violauit. l. 3. §. si ad plures. ff. de sepulchr. viol. l. vel que. ff. de religiof. nam omnium ex familia interest: secus si violato sepulchro (quia actio popularis est) complures è populo agere volent, nam tunc eligitur iustissima ratione irretitus. l. 3. §. 1. & §. si. ff. eod. ita tamen, vt iudex solerti examine, optione plurium proposita, reiciat eum accusatorem, quem ad collusionem & calumniã propensum nouit, licet necessitudine coniunctum ei, de cuius morte vel offensione queritur. l. 3. §. hoc interdictum. §. si tamen plures. ff. de liber. hom. exhib. † Siue autem plures siue vnus tantum accusator extiterit audiri debet, priusquam reus absolnatur. scimus quidem absolutionem rei non inferre necessarid calumniam accusatoris, nisi iudex expressim calumniatum dixerit. l. 3. C. de calumniator. tamen non potest non censeri oneratus pudor accusantis. præterquã quòd si plenè cognitum fuisset de crimine, delinqueri non esset data impunitas. ideo absente accusatore de contumacia & nimia cessatione eius cognosci debet sicut de reo quoque cognoscitur, vtrum legitima de causa ablit.

† Inter accusatorem & reum, inquit Papinianus, cognitione suscepta excusatio pro absente iustis rationibus admittitur: ne per triduum per singulos dies ter citatus reus damnetur Vel de accusatoris absentis, præsentè reo, calumnia pronuncietur. l. x. ff. de publico iudic. excusatio itaque iusta facit, ne reus absens damnetur, iis scilicet casibus quibus

vt multari pecunia vel infamia ante annotationem, nos autem minime id putamus. post annotationem verò non dubitamus contumacem relegationis metalli mortisæ poena plectendum, vt & consuetudo recepit: nisi adferatur iusta causa absentiae proteruitatem leniēs atque potest legi in d. l. inter. particula, nec, de qua dubitat Accursius, nempè nec damnetur reus accusatus quamuis ritè citatus ante annotationem solemnem post quamquidem bona fisco applicantur, & sententia capitalis sequitur. l. 1. ff. de req. reis. nisi veniat purgaturus citatione insignem, quæ pro præsentia aliàs habetur. at ex parte accusatoris seruandũ quoque est, ne præcipitetur iudicium, antequam causa cognita fuerit vt hic dicitur quæ causa cognitio sequitur aliam cognitionem super contumacia accusatoris num contemnat iudicem, vel ex causa morteur. l. & tertium. ff. de iudicij. num iustè ablit: an fraudatione vel pudore latitet. l. properandum. §. & si quidem. C. de iudic. auth. qua in prouincia. vbi de crimi. agi oport. C. ideo auditur absentis procurator vel defensor amicus demonstraturus abesse reum pro publico negotio vel familiari necessario. l. 3. §. & l. succurritur. ff. ex quib. caus. maiores nec poenam contumacis patitur, qui ostenditur fisti iudicio non posse præ valetudine vel alio casu. l. contumacia. ff. de re iudicat. † Ibidem definit Iuriconsultus contumacem, id est, qui tribus edictis propositis, aut vno pro omnibus, quòd vulgo peremptorium appellatur, literis euocatus præsentiam sui facere contemnit. quare si ex contemptu non fiat mora euocati sed occupatione impellente, poterit iudex protelare peremptoriij spacium & laxius tempus largiri procliuus quàm angustare. l. 2. ff. de re iudic. l. in peremptio. & l. sequent. ff. de iudicij.

Ad peremptorium edictum venitur ita, vt postquam ad postulationem actoris innotuerit de absentia rei, absens primo edicto euocetur, mox altero, & deinceps per interualla xxx. dierum. l. ad peremptorium. l. seq. ff. de iudic. idem in criminali tractatu, quod in civili. l. absentè. ff. de poen. imo potiori ratione. l. si. ff. de feriis. † Et hi deni dies in singula edicta à Iustiniano recipiuntur. d. l. properandum. §. & si quidem. C. de iudic. & in §. omnem. de litigiof. col. 8. in authent. vbi vulgus perperam accipit illa verba: propositis tribus vocetur edictis, vnaquaque cautione non minus quàm xxx. dierum spacio concludenda. putat enim Accursij schola dies xxx. per singulorum edictorum interualla expectari, cum Iustinianus senserit vnamquamque cautionem tria edicta complectentem, vt in authent. qui semel. C. quomod. & quand. iudex. atque ita vnica cautio continet tria interstitia denuo dierum sic vna clausula iudicatum solui, tres clausulas complectitur. l. iudicatum. ff. iudicat. solu. alibi vnum requirit prætor triplici ex capite: num aliquis, vi, clam, precario, possideat. l. 1. §. proponitur. ff. de superficieb. atqui in d. §. omnem. perspicue patet idem iuris seruari in actore, quod in reo: eò magis, quòd actor prouocans in ius certior esse debet & paratior quàm reus, qui inuitus & sæpe ex improviso pulsatur. l. ius. §. si. ff. de doli except. d. l. si. ff. de feriis. † Sed videtur olim in criminali iudicio obseruatum, vt reus triduo citaretur ter singulis diebus. d. l. inter. ff. de publ. iudic. vbi Accursius existimat nunquam obseruandum impostero nouies factam antea citationem triduo, malo more: idque velle Papinianum. alij nugacius explanant. ceterum Papinianus ibi loquens de excusatione proponenda ex causa pro reo vel accusare, retulit sed ad motum iudicis se contemni molestè ferentis, & sæpe ideo peremptoriij edicti interualla coarctantis ex proteruitate rei euocati. l. nunquam. ff. de iudic. actoris etiam fructuosius indulgentis nimia rei contumacia. l. Fulcinius. §. si. ff. quib. ex caus. in poss. cumque soleret iudex in proposito pro xxx. diebus tres duntaxat præfigere, iubebat vnoque die ter citari absentem. nisi excusator adesse legitimus & ea solemnitas triplicis repentinae vocationis in senatu ab apparitoribus etiamnum seruatur. nec dubium est, quin nimia contumacia citati exasperet iudicem & incitet ad præmaturã damnatione. interdũ ad effrenatã sæuitiã. l. si is cum quo. ff. comm. diuid.

† Quare Accurs. in l. tres. C. quom. & quand. iud. probe mihi videtur asseruisse, eum sibi prorsus videri contumacem, nec pluribus edictis euocandum, qui ad primam denunciationem responderet: non veniam. interpretatur enim quod habet in animo ipsa oratione. l. Labeo. in si. ff. de supell. legat. succurro ipsi autoritate l. i. ff. de curat. bonis dand. quod si qui tacet contemnit iudicem l. de ætate. §. qui tacuit. de interrog. act. quanto magis ille, qui se non venturum respondit: aut certè se sibi male conscium detegit, & se condemnat sua sententia. l. impuberibus. §. pe. ff. de suspect. tutor. apertius hoc liquet in d. l. 1. ff. de curat. bon. cum quis dicit se non aditutum in euentum quemlibet, & ita repudiat eum penitus illicò. & quamuis ille taciturnus contumax intelligatur, qui tacuit coram iudice, tam idem iuris esse sentio in eo qui coram iudicis nuntio non tacuit tantummodo, sed expressis verbis se securum & audacem de clarauit, vnde festinatur poena velox. d. l. Fulcinius §. si. † Excepto quod opinor, te integra antequam iudex statuatur in eum, qui se parituum negauerat, si is

paruerit vltima die tertij edicti sedente adhuc iudice pro tribunali, non reijciendum. l. diuus. ff. de integr. rest. quamquam ibi lex non de contumace aperto verba facit sed de eo, qui citatus nihil respondit, attamen idem probat. l. filij. §. i. ff. ad Terryll. vbi repudians admittitur nihilominus post, re integra. verum non admitti probare videtur. l. si maritus. 2. §. si negauerint. ff. ad leg. Jul. de adult. vbi conditione delata patri vel marito, vt de adulterio accusent intra lx. dies, si negent se accusatores, statim extero accusaturo locum faciunt, nec vnamquam mox recipiuntur. Fortè quia mollius accusaturi censentur, qui semel ius accusandi repudiauerant: ita vt deinde accedere credantur animo extraneum impediendi, non serua voluntate crimen vlsciscendi.

Vana etiamnum poterit dici, prima facie, hæc disceptatio, ideo quòd dum aliquis euocatus ad iudicem audacter negat se venturum, effectum quidem illicò promit contumaciæ, sed tempus elabi sinendum est, nec effectus solus sufficit. l. ia illa. l. ff. de verb. oblig. l. vxori vsum fr. ff. de v sur. leg. Respondeo, edicto peremptorio tempus non adeò rigidè esse à lege præstitutum, quin à iudice liberrimè iustis de causis recidi queat. d. l. non unquam. ff. de iudic. l. Fulcinus. §. si. de quib. ex caus. in poss. eat. ideoque minus expectabitur, vbi effectus contumaciæ apparuerit.

- 9 † Quod si lata iam sit contra contumacem sententia, non solet audiri appellans. l. i. quòrum apell. non Reip. C. quia æquitas iudicis satis pro ipso præstò fuit. l. & post. de iudic. ff. nam licet contumax dicatur damno litis cæceri. l. contumacia. ff. de re iudic. non tamen rotius litis sine delectu, vt in bona euidens que causa damnetur, sed vt in dubio malam fouere putetur, & ne appellet, neud expensas tantas victor absens recuperet, quantas si adesset. l. propra. §. & siquidem. C. de iudic. Accedit. quod arrogantia suæ expensum ferre debet, quòd non omninò defensio fuerit exacta sollicitudine, quam quisque præfens sibi præstat. l. i. §. si. ff. de Carbon. edict. si modo in sua potestate habuit tempestiuam præsentiam sui facere alioquin audiretur. l. ex consensu §. si. ff. de appellat. vbi Accursius fauet contumaci tãdem venienti iudice adhuc sedente, vt eluat moram. † Non autem pœnitet nos dixisse seuerius in accusatorem contumacem statui, qui sponte prosiluit, vt reo negotium faceret, quàm in reum postulatam: partim enim huic plus largiendum se ipsum tuenti, & interdum metuculofo ne insons falsis argumentis opprimatur. vnde Turpiliano senatusconsulto animaduertitur in prauaricatorem blandientem accusato, ac colludentem, & vera crimina abscondantem, de quo in rubrica iam diximus. ex l. 3. ff. de prauaricat. l. i. ff. ad Turpili nec inultus manet tergiversator, quem ibi Marcellus ait in vniuersum ab accusatione desistere, subditque in §. si quis autem, hunc puniri quia prorsus destiterit non impetrato abolitionis beneficio, vel à principe, vel, quod tutius est, à iudice causa cognita ignoscere temeritari vel errori accusatoris non fraudulenti. l. 1. & 2. C. de abolit. si enim calumniam continuit insimulatio, impunè non cedit. l. 3. C. de ijs qui accus. vbi extra ordinem plectitur, & sumptibus forensibus vltra infamiam. l. superij. §. qui publici. ff. de decuri. vbi ad calumniæ exemplum desertio accusationis puniuntur, siue tempus ei præfinitum à iudice fuerit, inira quod reum peragat frustrator. l. ab accusatione. ff. ad Turpil. §. destitisse. l. is eod. peragit enim reum, qui ad sententiam vsque persequitur, nec subterfugit, nec terga vertit forensi prelio. idque intra præscriptum terminum tempestiuè. nisi non à iudice sed à lege datus sine culpa effluxerit, atque ita sine calumnia. l. quærebat. ff. ad Turpili. vt l. si ea. C. de ijs qui accus. non poss. siue verbo vel re ipsa renunciauerit. d. l. 3. C. eod. l. 3. §. si. de prauaricat. vbi ex senatusconsulto imminet pœna quinque librarum auri. ita vt non excludat aliam extraordinariam acerbiorè pro absentia & contumacia accusatoris. l. absentem. §. pe. ff. de pœnis. scio Bartolum in d. l. i. §. si quis ad Turpili. tunc contentum pœna illa aurea, cum accusator expressè desistit, vel tempore à iudice præfixo, secus si absentia, vt hoc casu durius afficiatur. ergo putarem expressa voce renunciantè accusationi vel lapsu temporis acerbè pariter puniri, si dolo instituisse accusationem deprehendatur. † Interdum nullo modo puniri, si iudex temerè accusasse illū interlocutus fuerit. l. i. §. quæri. ff. ad Turpili. præterquã quod intelligo Marcellū ibi sensisse nullã pœnã subire temerariã, id est, nullã pœna calumniæ acti dicat parua subibit quidè temeritatis incòsulte. §. si. de codicill. l. qui liberis. ff. de vulga. substitut. vbi vxor, nulla, eodem modo sumitur. vel ideo impunitus erit, quia facilè impetrabit abolitionè, vt mox subdit in §. si quis autè. alioquin quòsum opus esset abolitione propter temeritatè impetrabili. l. 2. C. de abolition. si sola temeritas accusatis sufficeret ad impunitatè. l. i. §. accusationè. ff. ad Turpil. Et hæc locum habent in publicis iudicijs tantummodo quoad Turpilianum: in alijs autem iudicijs statuitur remissius. l. i. §. suspect. l. & in priuatis. ff. ad Turpil. l. 7. §. si. eodem.
- 12 † Sanè simplicitas prodest accusanti procrastinationem non desertionem penitus committenti.

tenti. l. si. C. eod. ideoque si absolutus reus fuerit accusatore differente tantum vel absente vt in hac l. 4. accusat. iudex idem vel successor eius denuo cognosceret. quia sententia defecit in solemnibus, & nullius momenti est. quia, inquit, ex vna postulatione fuerat aditus iudex: nec accusator absens edictis euocatus vllis fuerat. l. ea quæ. C. quomòd. & quand. iud. vel si delegatus fuerit, alius iudex imperrabitur ab ordinario impedito. l. 4. C. eod. Sic verò nec præses suam sententiam velit retractare, appellabitur ab eo ad superiorem. l. absentem. de accus. C. planè si contra æquitatem iuris sententia tulisset, seruatis interim solemnibus, nec volens præses medicari posset malæ sententiæ. l. i. §. si. ff. de quæstionibus. l. iudex. ff. de re iudic. sed vt illic dicitur conscientia extimulante is qui condemnauit innocentem imprudens, non dedignabitur principem admonere aut iudicem superiorem nec verecundabitur errorem suum in facto fateri, vt alienè vitæ aut famæ consulat. cum verò in solemnibus præparans iudicium perperam interlocutus est aut definiuit, tunc ex integro cognoscit & iudicat cap. qualiter. l. de accusari. quod verò puro nisi lesus malit appellare. l. absentè. §. hoc tit. nã tunc superior medebitur condemnatos & verisimiliter libentius quã iudex què errasse puer, non pœnitet. vt. lxiii. de appell. ff.

Lex V.

Idem A. Paulino.

Non ideo minus crimine siue atrocium iniuriarum iudicio tenetur is, qui iniustam accusationem incidit, quod dici alium se huiusmodi facti mandatore habuisse. Namque hoc casu præter principalem eum, mandatore quoque ex sua persona conueniri posse ignotum non est. pp. 111. Id Septembr. Gordiano A. 11. & Pompeiano Coss.

OBSERVATA IN L. 5.

- | | |
|---|---|
| 1 Turpis rei mandatū an obliget: quid in societate & alijs negotijs. | 6 Rati habitio in maleficijs mandato exaquatur. quid de laudatione statuendum, & an in adulterio. |
| 2 Procurator maleficij pariter vt mandans tenetur. | 7 Persuasor obligatur. quamuis persuasus idem delictum alijs foret commissurus. |
| 3 Seruus parens domino etiam in atroci crimine mitius punietur. | 8 Assasini mercede locantes operam ob crimera faciendum durissimè vindicandi. |
| 4 Magistratus obediens quando in delictis excusetur. | 9 Quid statuatur de illo, qui patitur delinquit cum vetare iure valeat. |
| 5 Procuratore fines mandati excedente in delictis mandans omnino obligatur. | |

INTERPRETATIO.



S qui suscepit crimen atrox committendum mandato alieno, pariter obligatur cum mandante, cui paruit, si ei sit iniuria, siue noxia quæuis ingens illata: imò etiam si mediocis, æquè vterque tenebitur. l. i. §. deiecit. ff. de vi & vi arm. l. non solū. ff. de iniur. † Ergo turpe mandatū obligat, non quidem mandantem atque procuratorem iniucem. l. si remunerandi. §. rei turpis. ff. mand. nam nec contractus vllus quamuis iuratus continens turpe aliquid contra bonos mores obstringit. l. non dubiū. C. de legib. sed cum duo contrahentes dolo mutuo tertium offendūt eidem ex maleficio tenentur. §. illud de mandat. vbi eleganter hoc ipsum aperitur & in l. si mandauero. §. qui ædem. ff. eodem quia qui iniuriam patitur, fraudis expertus est. itaque societas nulla est inter duos fraudulentos. l. 3. §. fin. ff. pro socio: sed vtrumque strictim obligat alij offenso. l. i. ff. ad leg. Corn. de Fals. quinimo conspirationes deliberatæ acrius puniri debent, quia calorem impetus causari nequeant. l. i. §. i. C. de rapu virgin. † Quod diximus procuratorè maleficij pariter cū mandante obligari ac puniri, siue illud atrox sit siue mediocre, aut leue, nõ obli-

net ubi procurator imperio mandantis parere cogitur, ita ut velle non prorsus credatur: qualis est seruus aut filius domino patriue obsequens. l. velle. ff. de regul. iur. nā in huiusmodi personis solet distingui, ut si delictū atrox sit, mandatū superioris non excuset, si leue, excuset. l. ad ea. ff. eodem ubi iuriconsultus eleganter ostendit idem iuris esse in alijs personis, quibus parendi quedam necessitas iniuncta est, quod in seruis & filijs, ut in liberis hominibus, qui nobis hodie famulantur, & ad nutum obediunt. l. i. §. quod ergo. in fi. ff. de vi & vi arm. † Præterea licet hæc personæ atrocis facinorosis ministerio adhibita, imperantis mandato in atrocioribus obediens, veniam omnino nō assequantur tamē leuiorē pœnam subeant. l. seruos. C. ad leg. Iul. de vi public. proinde mitius plectetur filius mandato patris occidens quā pater mandans, sic capio. l. sed si vnus. §. si iussu. ff. de iniur. vbi Vlp. si iussu, inquit, domini seruus iniuriam fecerit, utique dominus cōueniri poterit. etiā suo nomine: sed si proponatur seruus manumissus, placet Labeoni in eum dandam actionē, quia & noxa caput sequitur, nec in omnia seruus domino parere debet. Ceterum si & occiderit iussu domini Cornelia eum eximemus. particula, ceterū, ibi pro, planē, accipitur. l. mora. ff. de vsur. vult enim seruum homicidā ex domini imperio non sufferre totā legis Corneliæ pœnā sed remissius castigari, non enim ab omni pœna ibidem eximitur, sed ab ea quæ descendit ex lege Cornelia. Accur. aliter explicat: puta, ut velit iurisc. id quod vulgō proditum est, in insigni crimine imperio domini seruum non excusari: quod quidē verisimū est. l. nō solum. §. si mandato. ff. eod. sed aliquid amplius & planius illic cōtinetur. † Sanē & in atrocibus putem ignosci & ei qui alieno obtemperat imperio, quoties iubens imperiū habet publica autoritate factū, qualis est Magistratus. l. nō videtur. §. qui iussu. ff. de regul. iur. vbi dolo caret iudicā parens, & necessitate parendi deuincitur, quippē cum puter quiduis à iudice manās esse licitū. l. pe. ff. de iustit. & iur. nec ignorat necari sæpē hominē causā inaudita, nō modo si iudex iubeat verum etiā interdū sine iudice. l. i. & 2. C. quand. liceat vnic. sine iudic. sed hæc locū habent, quoties iudex præcipit facinus publicæ potestatis velamento nō si tanquā priuatus, forte vicino infestus in propria controuersia, de qua iudicare nō potest: nec vox quæuis iudicis more priuati suadentis decreti viribus nititur. l. ex stipulatione. C. de sentent.

† Adeo autē mandās tenetur ex delectis post secutis, ut si procurator excesserit fines mandati, nihilominus ille obligetur, ut si mandauerit aliquē verberari, qui ex plagis occisus est etiā si expresse inhiuit, ne occideretur. quia debuit cogitare hoc euenire posse, & causam dāni dedit cap. si. de homicid. li. 6. l. qui occidit. §. si. ad leg. Aquil. Sed quid si lite mandauit Titius aliquē verberari qui à mandatario occisus sit, vel præ nimis flagris membro aliquo debilitatus, aut captus oculo? puto teneri, nempe magistrū alicuius discipline cuius nimia sæuitia culpa non vocat. l. v. §. si. cum. l. seq. ad leg. Aquil. ff. & quā per se nō impunē potuit excercere, per alium iure non implebit. l. eos. §. si. C. de vsur. cumque electa sit præceptoris aut artificis prudentia in monendo ac castigando, alij nō potuit demādari. l. inter. ff. de solut.

† Quid verò si non mādauit furtū delictū, sed factū ratū habuit? & magis est, ut hic ut alibi rati habitio mādato cōparetur. l. i. §. de ieiisse. vers. sed et si. ff. de vi armat. hinc ij qui celāt dolo malo facinorosos simile supplicium subeunt. l. 3. §. si quis quē. ff. ad Syllani. nisi misericordia adducti sint potius quā dolo, sanguinis affectione fortē. l. 4. §. si. de re milit. ff. nempe, quia cognatum cælant vel intimū socium. l. si. ff. de receptator. igitur nō approbant facinus rati habitioe mandatū exequante, sed miserētur verisimili affectu, nō ut. l. si. de custod. reor. modo nomine ratum habentis perpetratum sit homicidium vel aliud flagitium: non si quis ab alio cōmissum simpliciter laudet, ac aliena frui infania lætetur, inimico fortasse necato vel contumelia affecto, quem ipsemet lacescere nunquam tentasset. planē si de hoc iudicarem, importunos nimirum laudatores sine multa aliqua non dimitterem præsertim in scelerato facinore. namque ut non expedit laudando militiam alicuius augeri circa futurum crimen. l. i. §. sed vtrum. ff. de seru. corrupt. ita circa iam factum laudatio pestulens est. quamuis enim res factæ ad infectum redire nequeant. l. in bello. §. factæ. de captiu. atque ira laudator nihil videtur obesse in iam commisso scelere, tamen inuitat eundem homicidam aut sacrilegum, & alios approbationis suæ testes, ad aliquid imposturum simile perpetrandum, cum exemplo derestationis terrere debuerit. l. i. in fi. ff. de instit. & iur. l. i. C. ad leg. Iul. recept. Præterea existimo rati habitioem delicti meo nomine non commissi mihi non obesse omnino ut mandatori, si verbi gratia, tuo nomine verberasti Titium, & ipse applausi ratumque habui cap. cum quis de sent. excommunic. lib. vi. sanē oberit mihi tanquam laudatori importuno, cum ratum à me haberi nequeat quod meo nomine gestum non fuit. cap. ratum. de regul. iur. in vi. sed si sceleratus homicida iactet se mea causa occidisse Titium, vereor ne non

ne non impunē feram, etiam si ille suo nomine potius occiderit: quia in tantæ rei discrimine non debui esse credulus, in qua sola laudatione satis pecco, ut ostendi. sic nocet credulitas. l. 3. §. sed si accepit. ff. de in rem versū nō si credulus aliquis sit pro innocentia aliena: quia simplicitas hominis veniam meretur. l. mariti. §. qui quæstum. ff. de adulterijs. præterea approbationem censo laudationemque pœna dignam quoties delictum in opinione & consilio sine vllō alio facto versatur, ut in crimine hæresis, vel in coniuratione aliqua contra principem, quam execrari & reuelare quibus certior factus debuerat, ut laudem assequeretur: maximē magistratus, qui ius vindicandi habuit. l. pe. C. de pagan. l. quisquis. §. si. C. ad leg. Iul. maiest. l. si quis fortē. ff. de pœnis.

Quod dicitur rati habitioem mandato in delictis comparari, non putat Accursius vigere in iis quæ per alium impleri nequeunt in d. l. i. §. sed et si cum. ff. de vi armat. ut, inquit, in adulterio. sed refellit hoc Bartolus: quia si alicui malè cupio, si eius famam pudorēque onerare studeo, mandabo vxorem ipsius adulterari. l. hæc verba. ff. ad legem Iul. de adult. sed pro Accursio stat l. quid ergo. ff. de iis qui not. infam. cum enim noxetur pater, qui iussit filio ducere vxorem viduam intra annum luctus. l. liberorum. §. si. eod. non tamen notatur, si passus sit retineri ductam à filio: quia ab initio ignorauit pater mulierem talem esse, sed mox ratum habuit indecens matrimonium impunē. An fortē hoc in patre singulare est, ne accusare filium proprium cogatur? idcirco, inquit ibi Vlpianus, prætor ad iniuriam se retulit, non ad post secutum approbationem, ut in l. si quis mihi. §. iussu. ff. de acq. hæredit.

† Quomodo nunc statuemus aduersus suaforem, qui nihil mandat, sed tantummodo instigat, & exhortatur. l. ob hæc. ff. de iis qui not. infam: sic namque sentit iuriconsultus de eo, cui iudex pronunciarat hoc pacto: callido commento videris accusationis instigator fuisse. Verum fatetur ibidem pudorem saltem onerari instigatoris, non calumniosum censeri. non tantum illa ratione, quod suadens nihil mandat, sed potius illa, quod iudex non instigatorem præfractè dixerat, sed videri instiganti similem. si enim instigasset, perinde puniretur ac mandans. l. i. §. incidit ad Turpil. ergo cum hoc verbum videtur improprie sæpē sumatur, id est, primā facie. l. 24. ff. de probat. l. in rebus. C. de iure dot. non debet in tractatu odioso assertionem continere. l. interpretatione. ff. de pœnis. Et certè æquum est criminis hortatorem non minus puniri quā mandatorem. quinimo grauius quam compulso rem violentum: ut qui animū corrumpt alterius nec corpus solummodo. l. i. §. persuadere. ff. de seruo corr. nam hoc ibi perspicuè innuitur. sunt qui distingant, vtrum persuasus aliās idem facinus admissurus esset, an non, per l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. vbi Artulicinus notat iniuriarum mecum agi, si persuasero alicui aliās nolenti, ut mihi obediret ad iniuriam faciendam. at Accursius subintelligit dictionem, maximē, ut quamuis facturus sit iniuriam qui obediuit, ego suadens teneat. Ipse omnino arbitror nolentis factam mentionem apertissimè, quia propriè persuasione non indigetis, qui vult iam id cuius admonetur. l. i. §. idem Pompon. ff. de pos. d. l. i. §. persuadere. vbi aperte is qui persuadet alioquin nihil mali cogitanti distinguitur ab eo, qui laudando accendit malum propositum; tamen si vteruis æquē obligetur, etiā si erat peccaturus is qui prouocatus vel laudatus est. d. l. i. §. sed vtrum. de seruo corrupt. vbi de furti crimine tractatur. quare multo magis in tetiore flagitio persuasor puniretur, quamuis delinquens sponte idem admisisset: utpote cum conscius saltem criminis. quod persuasit, fuerit, cui se negat causam dedisse. d. l. hæc verba. ff. de adult. nec dubium est conscius ac consiliarios pariter puniri. l. quisquis. §. pe. C. ad leg. Iul. maiest. §. is qui. de oblig. quæ ex delict. nec obest. §. ope. eod. tit. vbi qui consilium furti faciendi dedit, hortatusuè est, furti non tenetur: quia hoc verum si furtum non sequatur. l. qui seruo. ff. de furt. l. sæpe. §. si. de verbo. sign. sanē in delictis immanibus, quæ cogitare nefas sit, consilium dantem inultum non dimitterem. ut in rubrica superius demonstraui. adeo eorum sola deliberatio odiosa est. proinde si quando legimus persuadentem non obligari. l. i. §. idem Pomponius. ff. de pos. cum persuasit tibi nihil tale cogitanti, ut apud Seium vestem tuam deponeres, eò pertinet ut tibi non obliget, non magis quā ex mandato quod te respicit, & transit in vim consilij. l. 2. in fi. ff. mand. planē si consilium meum vel persuasio alij noxia fuerit, ille mihi rectè diem dicet in iudicium, ut iam attigimus. † Nefanda illorum conuentio, qua operæ impiorum locantur, ut hominem occidat, vel aliam iniuriam committant, quin legibus reproberetur, & seuerè vindicetur, nemini dubium est. d. l. non solum. §. si mandato. de iniur. & quidem potiore ratione quā in mandato gratuito penitus, cum è diuerso conductor in tantum nocendi libidine exarserit, ut pecuniam effundat pro concinnando scelere: locator verò operæ lucrum capret ex eodem: quare magis puniendus venit. l. 3. §. qui de sepulchri. ff. de sepulchr. viol. denique cohibendum est salarium criminis pœna digni, ne

accendantur etiam atque etiam homines ad flagitia. nam quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames inquit Virgil. lib. 3. Æneid. & Cæsares. l. si quenquam. C. de episcop. & cleric. tales latrones, qui violandos hōines suscipiunt prāmio aut iussu perducti, vultu Assasinos nominat, vt Pontifex refert in cap. 1. de homic. lib. 6. vbi in eosdem tanquam societatis humanæ publicos hostes animaduerti diligenter præcipit.

9 † Sed an is qui tantum patitur delictum committi, instar iubentis puniatur? & certe Qui non vetat peccare, cum possit, iubet.

vt ait Seneca Tragicus in Troade. si modo ille qui patitur, vetandi impediendique facultatem habuit, neglexit, & hoc est quod dicitur, nullum crimen pati eum, qui non prohibet, cum non possit. l. nullum ff. de regul. iur. vbi crimen pro pœna criminis sumitur vt Tobia cap. 4. vbi à peccato de eleemofyna liberat. succurrit superiori regula. l. non alia. ff. de iis qui not. infam. ergo pater dominusue tenebitur de iniuria illata per filium aut seruum famulum, nisi veterit re ipsa, obiectu quoque corporis non vana vociferatione solū. l. 1. §. tulisse. ff. ad Syllanian. aliàs crebro legi fraus fieret. non autem in vsu est, vt extraneus cogatur propulare iniuriam alteri factam, si facienti imperare nequit aliquo iure: sed cœlesti, aut, vt ait D. Ambrosius, virtutis lege, is qui non repellit iniuriam à socio, si modo potest, tam est in vitio, quam qui facit can. non in ferenda. 2. 3. q. 3. parçitur vero cuius, qui non potest resistere. l. omne. §. si. ff. de re milit.

Lex VI.


Idem A. Auidiano.

Absentem capitali crimine accusari non posse, sed requirendum tantummodo annotari solere, si desit, vetus ius est. Er ideo cum absentem te & ignorantem, cui nunquam vllum crimen denūciatum esset, per iniuriam à præside prouinciæ in metallum damnatum esse dicas: quo magis in presenti te agente, vt asseueras iam nunc fides veri possit illuminari: præfectum prætorio adire cura, qui quicquid nouo more & contra formam constitutionum gestum deprehenderit, pro sua iustitia reformabit. pp. IIII. Non. April. Adriano & Pappo Cos.

OBSERVATA IN L. VI.

- 1 Absentem quare lex non sinat damnari.
- 2 Citatio ad domum absentis fieri.
- 3 Iudices extra suum territorium euocant reos.
- 4 Annotationem accusata persona sequitur requisitio.
- 5 An rei postulati bona ante sententiam describantur.
- 6 Debitores eius an ei rectè soluant.
- 7 An præses in metallum damnare possit.

INTERPRETATIO.



† Absens accusatus alicuius criminis non debet condemnari, cum nemo condemnandus veniat priusquàm audita causa fuerit. l. 1. ff. de requir. reis. nam causarum merita partiū assertionem pandunt. l. si. C. si per vim vel alio mod. plerunque enim præsens suam tuebitur innocentiam, qui absens vulgò suspectus delicti habebatur, vt est vulgus in malis suspicax. aut præsentia sua mouebit miserationem, vt tentauit Hyperides clarus orator pro formosa Phryne Thespia rei capitalis iam damnata, nisi veste lacerata pectus eius nudam miserantibus iudicibus ostendisset, autore Athenæo. ita præsentis venustas & decor fuit loco plenæ innocentia quâuis impietatis Phryne accerseretur, vt Plutarchus ait. Sed quoniam multi cōsij sibi facinorisi absentia simulata volūt pœnas congruas eludere, forma inducta est, qua ad coercionem demum perueniatur. citatur namque reus, vt commentum omne tollatur absentia, ac se præsentare cogatur, postquam iustis argumentis inter reos relatus fuerit, & non vanis coniecturis, vt docet iurisconsultus in l. si maritus. 2. §. legis. ff. ad leg. Iul. de adult. l. miles. cod. 2. † citatio verò fit ad domū propositis edictis ac literis. l. 4. §. toties. ff. de damno infect. l. 2. C. de annal.

de annal. except: verisimile enim est fore, vt ab hīs à domesticis vel vicinis admoneatur reditus auct. quia in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. aut vt ipse percontetur, quid rerum domi geratur in sua absentia. † Solent quoque præfides iudicesque extra suum territorium ad alienos iudices simili iusticie & vltionis studio flagrant. scribere, vt accusatos ad se remittant. l. solent. ff. de custod. reor. §. pe. de mandat. princip. col. 3. quoniam vbi crimen contractum est, ibidem quemquam puniri expedit, vt exemplo terrant alios, & solatio sint offensis cognatisque illorum. l. capitalium. §. famulos. ff. de pœnis. nisi forte aliud crimen grauius in prouincia, in qua nunc degunt, commiserint. nam grauitas retinet reum. l. 3. ff. de re milit. † Sed præfides prouinciæ edictum vel literæ tunc magis innotescunt, & ad alterum iudicem diriguntur, cum reus absens non tantum subscari, vt se sistat defensor, verum etiam cum iam annotatus est ad requisitionem idoneus. l. ff. de requir. reis. prius enim annotatur persona rei absentis inter postulatos merito ex indicis vel testimoniis relatis: deinde requiritur vbinam absit. l. 1. C. eod. Tandem inuento illi significatur veniendum ad iudicem, vt purget argumenta sceleris. quod nisi veniat sedulo, tunc annus conceditur inchoandus à tempore annotationis & requisitionis mox instituta, vel literarū datarum ad magistratum, in cuius territorio diuersari reus prædicatur. d. l. 1. & l. pe. ff. eod. quod nisi intra annum venerit bona (quæ vulgò ineptè annotari pro persona dicuntur) fisco applicantur, nunquam recuperanda scilicet etiam si post annotatus requisitusque redierit: tamen si reditus ad innocentiam detegendam possit proficere. l. pe. C. de req. reis. damnari autem absentem iure post hæc solemnia, ostendi in l. 3. s. hoc tit. & hac l. satis inferitur à sensu cōtrario. quippe cum damnatio facta per præsidem contra absentem reum capitalis criminis tantum irrita esset defectu annotationis & requisitionis.

Sanè non dubito quin absens citra annotationem possit damnari cum manifestè & nefariè deliquit. quia forte se ad hostes reip. contulit, vt cum Se. latus Catilinam, ex vi be. profugum hostem iudicauit, teste Sallustio. l. amissione. §. r. de capit. diminuti. vt assassini homicidæ. cap. 1. de homicid. lib. 6. † quare quod habetur in l. defensionis. de iure fisc. lib. 6. Cante sententiæ iudicis nullius esse describenda bona, pertinet ad accusatū, qui tempestiè sui copiam facit, non ad requisitum post annum annotationis, qui fuga & contumacia pertinaci seipsum vt-cunque condemnat quoad bona tantummodo, & quoad pœnam præsumptione valida vtgetur, nisi euidentia innocentia iudici innotuerit. l. contumacia. ff. de re iudic. l. & post. ff. de iudici. nam & anno finito cōtūmax in criminali causa infamia se onerat. l. si. C. de requir. rei. Hodie absentes damnati mox reuersi faciliè impetrant vt aduersus sententiam innocentia suæ rationem quandocunque patefaciant, ac forte absentia iusta metu præcedentis. l. pe. ff. eod. & sic est perpetua defensio ex iusta causa. l. Fulcinus §. quid sit. ff. quibus ex caus. in posses. † Curandum admonet lex, ne reis annotatis ob absentiam debitores eorum aliquid soluāt. l. si. §. si. ff. de requir. reis. hoc autem curandum intelligo procuratori rerum fiscalium, ne fuga accusatorum reorum instruat. debitores verò curiosi esse non tenentur, sed bona fide soluentes non in fraudem fisci liberabuntur: alioquin multi innocētum necessario sumptu egerent. l. reo. ff. de solution. l. aufertur. §. in reatu. ff. de iure fisci. ergo antequam debitor certò sciat fugere reum creditorem suum mala conscientia criminis, rectè illi soluet, si nondum denunciatum fuerit illi ne solueret. l. ait prætor. §. si quis particeps. ff. quæ in fraud. credit. vbi denunciatio constituit in mala fide quando à persona idonea facta est. nec ideo quod aliquis accusatur, prohibetur à debitore suo exigere, vt innocentiam suam asserat pecunia, neuo forensis processus. Excipitur crimen læsæ maiestatis, in quo solo non licet creditori postulato soluere, si modo postea condemnatus fuerit à iudice, secus si absolutus. l. si. C. ad leg. Iul. maiest. igitur sententia subsequens de teget rectè ne an perperam solutio pœcesserit. l. ordinata. ff. de liberal. caus. cerè dubium non est, quin accusatus quilibet tempore rectè soluat creditoribus. l. sed nec. ff. de solution. nam & fiscus demum eisdem soluere tenetur: l. non possunt. ff. de iure fisci. † Placet Accursio hic non modo defecisse sententiã prætidia, quod in absentem temerè lata esset, sed e iam quod præses in metallum absentem damnasset, quo iure non potitur. l. 2. §. 1. de pœn. verum ibi de deponatione tractatur quæ debet fieri in remotissimas prouincias, in quas nullum ius habet præses. l. 7. §. sicut ff. de interdic. & releg. l. si. de iurisdic. ff. secus in metallis eruendis in eadem præfides prouincia. l. in metallum. & l. §. de pœnis.

Lex VII.

Idem A. Proculo.

Ea quidem quæ per officium præsidibus denunciantur, & citra solemnia accusationum posse perpendi incognitum non est. Verùm falsis necne notoriis insimulatus sit, perpenso iudicio dispici debet. p. p. VIII. Id. Ianuar. Peregrino & Amyliano Coß.

OBSERVATA IN L. 7.

- | | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | Officio seu officiali præsidis nunciandi crimina commissa non credendum sine delectu. | 5 | vis magna probationis in notorio. An in l. ciues. C. de appellati. manifestum egeat probatione, vel notorium alibi. |
| 2 | Quare in l. magis. §. ne tamen. ff. de rebus eorum. soli viatori iudicis credatur. | 6 | Quot modis notorium seu manifestum crimine appelletur. an confessio vel sententia faciat notorium. |
| 3 | Notorium afferens quid probare teneatur: & insimulare quis dicatur reum postulatum. | | |
| 4 | Notorium nuncians non subscribit libello: | | |

INTERPRETATIO.

- M**ODERANTIS prouinciâ officio incumbit eam malis purgare hominibus, † & de illis diligenter inquirere, nec expectare vt à priuatis accusentur. l. congruit. ff. de offic. præsid. vnde præsidii aderant aliqui officiales exploratores criminum commissorum, quos hic Imperator vocat officium vt l. illicitas. §. & ne tenuis. ff. eod. l. quoniam. 2. C. de appellat. si ministeria præsidis vel prætoris prominiſtris. l. tutor. §. tutor. de suspect. tutorib. potestas pro iudice habente potestatem. l. fideiussor. 2. de pignoris. ff. huic potestati parento, inquit Cicero de prætoribus loquens lib. 3. de legibus. sic præfectura, id est, præfectus vrbi. l. eleganter. §. si. de pig. act. ff. denique sic officium nunciat præsid. l. 1. de mulieribus quæ se propri. C. l. si plus. ff. euiction. Iidem curiosè subodorati crimina præsidii nunciabant vt vindicaret. l. diuus. 2. de custod. reor. vbi. etiam ostenditur non temerè credendum his publicis nunciatoribus nisi quatenus probatione fulti sint aut notorio. l. 1. de curiosis lib. 12. C. eò magis quòd, vt hic docerur, officiales huiusmodi non tenentur se ad pœnam talionis subscribere ex. l. si. §. eod. ideo maiore licentia poterant calumniari. sic itaque non creditur nuncio publico iudicis omnino, quin refelli possit, vt propulsetur innocentis iniuria.
- † Nec obest l. magis. §. ne tamen. ff. de rebus eor. vbi viatori iudicis creditur affirmati pupillare pecuniam bene collocatam. sed hoc ideo quòd pecuniæ nõ famæ vertatur periculum. præterea ibi ex abundantia datus erat viator renunciaturus iudici, cuius decreto res minoris distractæ fuerant, quorsum versa esset pecunia. nam & si hoc iudex non curaret, nemo illum reprehenderet. addit aliam rationem ibi interpres: quod pupillo contra tutorem actio super est malè versè pecuniæ fortè crederetur pluribus officialibus simul nunciatoribus id quod viderint. l. 1. §. quies. ff. de officio præf. vrb. nam audiuisset dicentibus non adhiberetur fides. id est, alienum testimonium allegantibus. l. 3. §. idem diuus. ff. de testib. quod si dicant notorium esse quod nunciant, † idem confirmare tenentur perspicuitate facti evidentis. l. 6. §. nunciatores. ff. ad Turpilian. vbi Budeus deprauauit hoc Gordiani Cæsaris rescriptum, in quo vt ipse & Bartolus agnoscunt insimulatus, id est, accusatus, per autorem met expositus olim legebatur. & eam expositionem irrephisse ex margine in contextum legis Budeus suspicatur. sed tamen eadem expositio legitur necessariò in l. 2. C. de exhib. reis. ideo quòd propriè insimulatio refertur ad accusationem non nihil calumniæ sapientem nisi aliter condatiur & mitigetur. l. alia. C. de iis quib. vt indign. nec obest quod denunciants non propriè accusat: quia hoc verum, cum iuste ad id profiluit. si verò mala mente, tunc cogitur respondere de detecta calumnia instar accusatoris d. l. 1. de curios. lib. 12. C.
- † Tunc autem extra omnem aleam sunt nunciatores, cum notoria & manifesta produnt, quæ per se accusant reum: ideo aliis consuetis solemnitatibus non egent, nec probatione alia. quippe cum non sit periculum ne reus calliditate accusatoris tunc opprimatur can. quæ Lotharius. & can. manifesta. 2. q. 1. nam rei demonstratæ frustra adicitur demonstratio. l. 1. §. si. ff. de dot. præleg. imò quod manifestum est plus pollet probatione, in qua testes complures corrumpi potuerunt, crimine ob omnium se oculos sponte non obserente, vt in notorio. ideo latro manifestus licet appellauerit, interim punitur. l. si quis filio. §. hi autem. ff. de iniust. testam.
- † Nec me terret l. ciues de appell. vbi ciues nominati ad obeūda munera publica quauis freti

freti manifestis excusationibus ad harum probationem non admittuntur, nisi appellauerint: quia manifesta excusatio non proficit solemniter nominato, vt lex ait, eò quòd idoneus et alioquin ad capessendum munus personale honorificum quinque liberorum parens. l. pen. de iis qui muner. liber. x. lib. C. sed imputetur ei quòd paruit tantisper nominationi, & exceptioni suæ, vt licuit renunciauit. l. 2. ff. de iure immunitat. l. pen. C. de pact. ideoque nõ recipitur ad manifestæ excusationis probationem, id est, ad allegandum eam quòd sit manifesta omnibus. quædam etenim probari dicuntur, quia nihil probatur contrarium. l. dotem. ff. de iure dot. ita explicatur d. l. ciues. propter quàm Bartolus voluit distinguere notorium à manifesto: vt in notorio sit causa permanens, vt hominis occisi semel nec reuicturi: manifestum sit in causa momentanea vt in voce præconis, quæ præterfluit, & paucis innotescit. auth. qui semel. C. quomod. & quando iudex sed nihil comminisci audeo quàm quòd verum est. † Illud tamen non prætermitto manifestum egere probatione antequam declaratur tale non postea: nec enim est notorium dicendum aut manifestum, nisi à confessione, probatione, aut euidencia cap. cum olim. de verbor. signifi. sanè confessionem probationemque intelligo vulgò indubitam cap. super. eod. vbi liquet post sententiã probatione legitima subnixam transiri in manifestum, quia pro veritate habetur. l. ingenuum. ff. de statu hom. antè sententiã confessio notorium imitatur, sed non æquat: quia confessio priuati in se ipsum sæpè periculosa est. l. 1. §. si quis vltro. ff. de quæstionib. vt in illo qui occisum à se Titium iactabat, & mox eluit iactationem notorio viuētis Titij. l. inde Neratius. §. si. ff. ad leg. Aquil. at sententia iudicis publica autoritate nititur: quia à publica persona manat. §. pen. de Attili. tutor. & legem publicam adiutricem inuenit, secundum quam iudicat non ex sua conscientia. §. 1. de offic. iudic. vnde si iudex certò scit furtum factum à Seio, deponere debet personam iudicis, si vult restem vel accusatorem præstare can. de manifesta. 2. q. 1. & in can. deus. descendam, inquit Deus, & videbo: huic tamen omnia plusquam manifesta sunt, & per omnes rimas oculi eius acies penetrat. sed exemplo esse voluit iudicibus, vel ob id ne mala ratione sibi iudices corrupti credi postulent sæpè contra innoxios. nec iudici creditur sine argumentis aliunde perspicuè accersitis. l. tutor. §. præterea. de suspect. tutorib.

Lex VIII.

Exemplum sacrarum literarum Diocleriani & Maximiani. AA.

Si quis se iniuriam ab aliquo passum putauerit, & querelam deferre voluerit, non ad stationarios decurrat, sed præsidalem adeat potestatem: aut libellos offerens, aut querelas suas apud acta deponens. p. p. sine die & Coß.

OBSERVATA IN L. VIII.

- | | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | Ius ciuile & sententiam iudicium iuuari armis vicissim. | | in carcerem mittendi. |
| 2 | Stationarij milites qui vocarentur, qui limenarchæ. | 4 | Qui se offensum ab aliquo dicit sine scriptura apud acta querelam potest expromere: & quidnam actus significetur. |
| 3 | Stationarij nec notionem habebant, nec ius | | |

INTERPRETATIO.

MIRA est coniunctio legum armorumque in Republica bene composita: parua namque sunt foris arma, nisi consilium sit domi. & in castris etiam corruet exercitus vis, nisi sciamus quatenus miles centurioni, hic tribuno, hic verò summo dictatori ducique exercitus parere debeat. & delictum cuiusque punire. l. omne delictum. ff. de re milit. elusorium quòque redderetur iudicis decretum, nisi proteruo reluctatori manus militaris impenderet. l. qui restituere. ff. de rei vendic. l. si quis in hoc. C. de Episcop. & Cleric. † Quinetiam antè causam in iudicium deductam in vrbe, in agris quoque, erant olim excubitores, præfecti ci-

uilibus armis, vel armato milite instructi, qui quietē publicā tuerentur: tumultus & seditiones cōpescerent: tumultuantes denunciarent, & puniendos iudicibus exhiberent. hi dicebatur stationarij, quia præsbituræ illis erant oportuna stationes, ex quibus tanquam ex specula spectarent quid rerum ageretur, vt ciues aut viatores possent eō decurrere quærimoniam facturi suarum offensionum. l. 1. §. quies. ff. de offic. præf. vrbis. l. 1. ff. de seruis fugit. & l. pen. eod. † Ergo stationarij denunciandi ius habebant delictum admissum, non cognoscendū vel puniendi, vt hic Augusti significant. iniurium igitur hominem ducere ad præfectum vrbis poterant, vel ad præsidem in prouinciis, non punire, imò nec in carcerem mittere. l. 1. de curiosis & stationar. lib. 12. C. l. 1. de cohortalib. eod. lib. etiam, vt ibidem habetur, si manifestum esset crimen: quippe cum inspiciendis & nunciandis non coercendis improbis hominibus essent præpositi domi ruriq; inde Papinianus lib. 4. Syluarum ad Plotium:

*Te Germanicus arbitrum sequentis
Armore dedit: omniumque late
Præfecit stationibus viarum.*

Suetonius in Tiberio cap. 37. imprimis tuendæ pacis à grassatoribus ac latrocinij seditionibusque licentia curam habuit: stationes militum per Italiam solitò frequentiores disposuit. & hoc rescripto apertè indicatur, vbi Accursius stationarios cum limenarchis confundit, fortè deceptus sono vocis, Irenarchas dicturus, qui delinquentes obseruant & tradunt iudicibus. l. diuus. 2. ff. de custod. reor. vel ideo deceptus, quòd legit limenarchis, id est, portuum custodibus & stationarijs iniungi, vt seruos fugitiuos custodiant, & ad præsidis officium transmittant. d. l. pe. ff. de seruis fugit. præsidis namque est punire delicta, cum omnium magistratuum Rom. iure censeatur in prouincia. l. 3. l. omnia. ff. de offic. præsid.

† Proinde admonetur offensus ab aliquo, vti aduersus illū libellū offerat præfidi, non stationarijs: vel apud acta. præsidis verò querelam edat scribendum in actis à tabellione forensi, ita namque acta intelligimus. l. 2. C. de custod. reor. l. 1. §. similiq; 2. C. de latin. libert. sæpe enim verendum est. dum rusticus iniuriam passus mendicat formulæ forensis concinnatorem, vt libellum prolixum formet, ne reus effugiat. §. necessitatē. vt iudices sine quoq; in auth. col. 2. & dixi non nihil. §. in rubrica. expromet igitur aptè quid sibi damni vel iniuriæ contigerit à maleficio, & excipienti coram iudice scribendum dabit, qui de persona loco & tempore sciscitabitur, ne quid desit figuræ libelli. mox subscribet, se aut si literas nescit tabelio propso. l. 3. ff. de accusat. vbi iurisconsultus in hoc casu desiderat alium qui pro imperito subscribat. ad quod tabellio vtique vulgò sufficit fidei publicæ munus habens, & vim testis. l. Domitius. ff. de testam.

Lex. IX.

Idem A A. Honorato.

Qui de crimine publico in accusationem deductus est, ab alio super eodem crimine deferri non potest. Si tamen ex eodem facto plurima crimina nascuntur, & de vno crimine in accusationem fuerit deductus, de altero non prohibetur ab alio deferri. Iudex autem super vtroque crimine sententiam proferre priusquam plenissima examinata super altero quoque crimine audientiam accomodabit: nec enim licebit ei separatim de vno crimine fiat. p. p. xiiij. Calend. Septemb. Basso & Quintiniano Coss.

OBSERVATA IN L. 9.

- | | |
|--|---|
| 1 Accusatus semel non amplius accusabitur post latam sententiam. & numero. 2. quid si in idem crimen incidat. | 4 Furti semel accusatus amplius criminaliter non vexabitur. |
| 2 Pendente accusatione ab vno instituta quando ab alio reus accusetur, si exemptio vel abolitio interuenierit. | 5 Actio penalit potestatem non consumit, quin liceat eligere ante sententiam. multa leges noue explicantur. |
| 3 Cum idem crimen varijs legibus punitur, vna tantum accusatur. | 6 Qui fratrem occidit num de homicidio & parricidio accusetur. & numero xi. |
| | 7 Cum ex vno facto multa scelera oriuntur, de singulis |

DILVCA TRACTATIO.

- | | |
|--|---|
| 8 Quando civilis actio criminali praiudicet, vel contra. | 12 Plura delicta vnius figure quando cumuletur. |
| 9 Actio civilis dupliciter intelligitur, sicut & criminalis. Idem dicendum de priuata actione seu publica. | 13 Separatim accusantur plura delicta ex diuersis factis manantia. |
| 10 Ex condemnatione vel absolute an necessarium fiat praiudicium. | 14 Cum idem reus accusatur apud diuersos iudices, cui debeat potius exhiberi. |
| 11 Praiudicium duobus modis capi. | 15 In eodem libello vnus plures accusare potest, nisi in adulterio, & quare. |
| | 16 Reos plures duobus aut tribus varijs libellis nemo iure accusat. |

INTERPRETATIO.



VAMVIS expediat Reipubl. delicta puniri, vt sæpè multumque antea ostendimus, tamen noluerunt iura insolenter reis postulari insultari: sed modum infinitis propè legibus adhibuerunt accusationi. præsertim ne accusetur ab aliquo quisquam iam accusatus ab vno super eodem publico crimine: cum de eiusdem hominis facto toties quari iniquum sit. l. licet. §. si. ff. nau. caup. cum sententia pro veritate habeatur siue absolutus siue condemnatus fuerit. l. adoptiuum. §. 1. ff. de in ius vocand. nisi absolutio facta esset coniecturis non sat vrgentibus ad probationem criminis, in quòd rursus ex nouis iudiciis proditur reus incidisse. l. si qui. C. de adulter. † Interim verò dum causa pender ante sententiã, non licet alij accusatori rursus infestare reum sat miserum nisi contingeret accusatorem mori, aut absentia vel alia simili iusta causa impediri, & reus postulauerit à iudice se eximi à reorum numero & aboleri. quo casu à tempore exemptionis in dies triginta alius ex integro accusare exemptum poterit. l. libellorum. §. fin. de accusation. idem iuris est, si abolitio publicè concessa fuerit à Principe ob publicam hilaritatem, vel etiam si priuata sit abolitio facta accusatori, qui facilitate ad accusandum prosiluit, mox pœnituit. l. Si tamen. §. fin. ff. eod. l. abolitio. l. aut priuatum. ff. ad Turpili. sed priuata (quia cum causæ cognitione sit à iudice) hoc insuper operatur, vt idem crimen ab eodem nequeat instaurari. l. mulier. §. fin. ff. eod. cum publica abolitio non impediat intra triginta dies post elapsas ferias accusationem ab eodem reintegrari. d. l. aut priuatum. in fi. Quòd si iam lata sit sententia contra accusatum, vel illi proficiens, non iudicatur bis in eundem. l. si cui. §. iisdem. ff. de accusat. nisi, vt ibi iurisconsultus scribit, superueniens accusator dicat se ignorasse accusationem ab alio institutum eius criminis, cuius commissi dolor iustissimus ad se pertinisset: ita vt inter accusatores excellere ipse crederetur, si à primordio se iudici eligendum obrulisset inter complures: quia frater vel cognatus sit de iuncti. l. si plures. ff. eod. modo se talem probauerit. l. non ignorat. C. de iis qui accusat. præterea nouus accusator auditur contra reum, cum quo colludens prior præuaticatus detegitur vt attrigi. §. in rubrica, & traditur in l. xj. hoc tir. † Aliàs obtinet rescriptum hoc ne publici iudicij reus semel factus, super eodem crimine ab alio mox accusatore vexetur. licet idem crimen varijs legibus plectatur, quia via vnius legis duntaxat sumitur. l. senatus. ff. hoc tir. vt cum societas coita est aduersus alium, vt litis iudiciariæ compendium communicetur, quo casu quatuor legibus scelerata coitio coëretur: lege nimirum de vi, de sicariis, de fallis, de concussionibus. l. ex senatus con. ul. o. ff. ad leg. Iul. de vi priua. vbi Accursius. sic qui noua vectigalia iniussu principis constituit, reus est ambitus ex lege Iulia, & præterea de vi. l. 1. ff. ad leg. Iul. ambit. l. si. ff. ad legem Iul. de vi public. sed vna tantum lege pulsabitur ab eodem: & legitimè absolutus vel condemnatus ab alio minimè accusari poterit, nec quidem in eo quòd plus lege prætermissa consequi potuisset quàm electa. l. plura. de actionib. licet namque ex omnibus legibus vnam eligere. l. cum ex vno. ff. eod. non autem desultoriè ab vna post rem iudicatam ad aliam transire. † Vnde qui furti astutus est vel iniuriarum, potest ciuilitè aut criminaliter more publicorum iudiciorum experiri. l. si. ff. de priuar. delict. sed qui egit in duplum vel quadruplum ordinaria actione, nusquam legitur seuerius accusare posse postmodum. al. oquin metueretur asperius, & hoc est quod ait l. 2. §. 1. vi bonor. rap. ff. vbi priuato iudicio vi bonorum raptorum præiudicium fit legi Iulianæ de vi: non tamen quoad persecutionē rei ablata, quia illa omninò ciuilit est. nec obest l. qui seruū. ff. de actio. vbi si verberasti seruū meū, ex vno facto Aquilia teneris & iniuriarū: & si quid minus per hanc actionē sum cōsecutus, nō prohibeas

consequi per Aquiliam, quia ibi duæ sunt actiones ad dissimile iudicium pertinentes. nam actio iniuriarum crimen & vindictam spectat: Aquilia autem damnum civile refarciri contendit. litem. §. si quis seruo. ff. de iniur. sic cum arbores furtim mihi cæsæ sunt l. i. ff. de arbor. furt. c. d. l. cum ex vno. de actionib. ¶ Cum autem actiones omnes pœnales sunt, alia per aliam non consumitur quoad ius eligendi actori competens. l. nunquam. ff. eod. §. si quadrup. pauperi. sed post sententiam consumitur prætermittitur, quæ plus continet, quamuis Accursio aliter videatur ibidem, & in l. i. §. dixerit. ff. de publican. idque propter. l. i. ff. vi bon. raptor. qui egit furti nec manifesti in duplum, rapinam passus, deinde auditur petens id quod amplius est actione similiter pœnali vi bonorum raptorum, nempe quadruplum in quo tamen simplicium insit. §. i. de vi bonor. rapt. sed hoc ita comparatum puro, quia licet fur & raptor discrepent utcumque in pœnis. §. i. de vi bon. raptor. tamen ibi ostendit Iustinianus illos differre ut plus & minus tantum, ergo non specie. l. si. de fund. instr. nisi probatio fuisset privilegiaria ut iurisurandi. l. duobus. §. si quis iurauerit. ff. de iureiurand. l. cum qui eod. certè è diuerso furti non ager post accusatam rapinam. l. 90. de furt. ff. l. si vulnerato. cum l. seq. ad leg. Aquil. ceterum furti agens re vera, & si quis penitus introspexerit, diuersum nihil elegit ab actione vi raptorum: quia & raptor fur est sed improbius. d. §. i. l. 2. §. etiã. ff. eo. ita fit, ne ille qui contra tutorem egit de rationibus distrahendis ob dolum ipsius simplicem commissum prætextu officij tutelaris, ut in l. tres. §. sed tutores. ff. de administr. tutor. ar. & tatur à pleniore actione furti, criminis notabilis & nominati, si furtum tutoris liqueat, quauis utraque actio in duplum comperat. l. 2. ff. de tutel. & rationib. §. si. ead. l. non quod bis consequatur duplum pupillus. sed ut magis infamet aduersarium expertus postea frustra experitur de metu, quo compulsus est aliquid promittere, tamen metum inferens non careat dolo, ut Vlpianus asserit. potest dissolui hic nodus, ut non sentiat legislator denegari actionem de eo quod metus causa ei, qui de dolo leuiore actione expertus est. Quippe cum pro metu actio sit in quadruplum intra annum. d. l. si cum except. §. i. sed è diuerso agens prius de dolo post de metu illato non quaeretur. nam & qui iam de rapina egit, non experietur furti non manifesti, sed imò è diuerso in id scilicet tantum quod amplius in hac actione sit. d. l. i. ff. de vi bon. raptor. Omitto quod dicere possem doli metusque actiones eius esse naturæ, ut non facile dentur, si alia substituta ab altera in alteram non iri. d. l. si cum. §. post annum. vbi ex idonea causa hæc actio iniuriæ concurrentis post annum extinctæ subuenit in simplicem, nõ aliter. Quinetiã omitto amplius duo celebria crimina collidi ut vulgares fraudes obiectas d. l. duobus. §. si quis iurauerit. §. colonus. de iureiur. celebria voco furtum & rapinam nomine claro insignita non ita facile inuicem consumi intentione ut metum & simplicem dolum. l. si multi. ff. de publican. ¶ Proinde qui fratrem occidit, homicidij conuictus, mox parricidij accusari quibit: quia in parricidio est homicidium & aliquid scelestius. argumento est lex præca appellatione parricidij continens homicidium. l. 2. §. & quia. ff. de orig. iur. sed & parricidæ propriè ut sicarij plectuntur. l. i. ff. ad leg. Pomp. de parric. Idem existimo de sacrilego, in quem furti actum est, ut post de sacrilegio amplius plectatur: quia omne sacrilegium sit furtum rei consecratæ, adeò ut videantur simul discrepare, ut plus & minus. l. 9. ff. ad legem Iul. pecul. non igitur facient propriè diuersas species. l. si. ff. de fundo instr. ut de furto & rapto vidimus. auxiliatur nobis D. Augustinus can. quid ergo. 23. q. 4. vbi Iudas fur est sacrilegus, & peculator est rei publicæ furtum ibi. Quare quod senatus censuit, ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fiat, non porrigitur ad plures leges, quæ de mum ad vnam rediguntur. quia Pompeia parricidij Corneliam de sicariis & homicidio absorbet. & sacrilegio ac rapina furtum inuoluitur. At si homo in templo occideretur ab impio, hoc genus sacrilegij, de quo in l. si quis in hoc. C. de Episcop. & cler. non continetur homicidium, ut verè Bartolus animaduertit. sicuti in aliis plerisque defecit, ut colligi ex vtriusque nostrum scriptis potest ad amulsim legum examinatis. ¶ Itaque à diuersis duo hæc crimina probè accusabuntur. Et eò respicit secunda pars rescripti nostri, cum ex vno facto plurima crimina nascuntur, ut à pluribus accusari separarim valeant: ita ut si accusatores concurrant, iudex post plenam discussionem super duobus illis criminibus vnam ferat sententiã. Idem dum cognatam suam alteri nuptiam aliquis corrumpit: nec enim vbi est incestus, necessariò adulterium est vel contra. sed si concurrant, separatim accusationem recipient diuersorum hominum. l. si adulterium. ff. de adulte. vbi patet incestum per se facilius accusari quam adulterium: nam huius accusatio ordine instituitur contra alterutrum eorum qui commiserunt: nec mas & femina simul postulantur. l. reos. C. eod. l. vim. §. incesti. ff. eod. tit. cum ergo incestus & adulterium diuersa sint crimina, ut quodque eorum robustius est, alterum

rum ad se trahit. sicuti alibi adulterium incestui dat vires suas. l. de incestu. & l. seq. ff. de quaestionib.

Nihil aliud statuerem in nupta rapinam passa, qualis fertur Helena Troianæ cladis materia. nam post adulterij accusationem de raptu non male quaeretur, cum sit acerbior. l. qui cœtu. §. qui vacantem. ff. ad leg. Iul. de vi publi. quocirca accusari recenter raptus nomine poterit ab alio vel etiam, ut contendit Accursius, ab eodem. sed Imperator alium accusatorem maluit recensere, quia de alio dicere inceperat in exordio. ¶ Hanc doctrinam subuertere, prima fronte, videbitur l. vnic. C. quando ciuil actio criminali præiudicat, vbi qui egit criminali actione seu accusatione publica, non prohibetur denuò inchoare ciuile iudicium, quod quidem leuius est. at nos secuti Paulum in l. i. ff. vi bonor. rapt. diuersum tuebamur, ut scilicet à leuiore ad grauius transeatur impunè, non è contrario. Secundò dicitur in d. l. vnic. similiter post ciuile iudicium rectè transiri ad criminale: cui videtur obesse l. interdum. ff. de public. iudici. vbi per iudicium ciuile fit criminale præiudicium: nos autem à leuiore actione ad grauiorem liberè iri sinebamus: nec dissentit Vlpianus in l. inde Neratius. §. si dolo. ff. ad leg. Aquil. Vbi in seruo per dolum occiso non fit præiudicium publico iudicio legis Cornelie, si prius actum fuerit lege Aquilia. ¶ Hæc valde dissidentia in concordiam rediguntur, si nouerimus quot modis capiatur ciuilis actio: & deinde quot modis præiudicium. Vtriusque rei cognitio veteres latens multum obscuritatis iuuentuti atulit. Itaque actio vno modo merè ciuilis est, tendens nimirum ad emolumentum pecuniarium, vel ad refarciendum damnum illatum actori. & hoc modo à ciuili ad criminalem liber est transitus si non sint inuicem contrariæ. l. i. C. de furt. nec enim improbare id possumus quod probamus eodem momento. Item si non in criminali rei ipsius persecutio comprehensa est. l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. proinde nihil omnino ciuile non continet hæc actio, quæ quoque priuata prorsus dicitur. l. §. C. de calumniar. ad differentiam tamen priuati iudicij criminalis, furti iniuriæ. l. 3. ad Turpilian. E diuerso postquã actum est criminaliter, agi potest ciuilitè, nec alteri altera præiudicat: ut paulò antè ostèdi in eo qui pro seruo occiso accusauerat sicariũ, deinde petet damnum ex lege Aquilia. d. l. præi. §. i. de iniur. quare si libertus se pro ingenuo gerens honores accipiat, à patrono pro operis ciuilitè virgebitur, mox criminaliter ex lege Viscellia. l. vnic. C. quando ciuil. act. quo in genere, ut ibi Cæsares aiunt, est furti actio & legis Flauie constitutio, quæ quidem plagarios incesit, à quibus serui alieni vel liberi pro seruis subtrahuntur & asportantur, non quod actio furti merè ciuilis sit: nec quod putem à plagij accusatione posse transiri ad actionem furti in duplum vel quadruplum in hoc exemplo: sed ita intelligo illum locum, ut à furti actione vel à plagij accusatione liceat ire ad actionem in rem vel ad conditionem furtiuam, per quam ciuilitè rem subtraham aut personam reposcimus. §. sic itaque. de actionib. l. i. C. ad leg. Flau. de plagiar. Atqui obesse videtur l. si. C. de fide instr. vbi postquam quaeritum est de falsa charta ciuilitè, non est fas criminaliter molestari reum, sed ibi est falsi crimen ex præsumptione, idq; velamento non indecenti coopertum: quia qui chartam semel productam mox falsi suspicionem laborantem perdidit, iurare non audebat se perdidisse metu diuini numinis: aliter dissoluit Azo in l. ex morte. C. de leg. Aquil. cum quo licebit aliis hallucinari, quicumque maluerint. ¶ Vnde quaeri consuevit in sententia super petitione ciuili lata præiudicat criminali, si reus absolutus fuerit: quoniam si fuerit ciuilitè condemnatus, non est dubium pulsari de crimine adhuc posse. d. l. i. C. ad legem Flau. Vetus interpres Placentinus putauit absolutum in ciuili non timere criminalem, ut refert Accursius passim maximè in d. l. ex morte. Vbi in hanc partem adducit l. i. C. ne tutor vel curator vesticul. conduc. vbi astrictus tutelæ gerendæ ad conductionem vesticulium prosiliens, antè redditam rationem tutelæ reus factus, si interim pupillus & fisco debitum persoluerit, à falsi crimine immunis est. planè ibi tutor non fuerat absolutus à iudice inuito actore, sed vltro litem composuerat, & ita matura pœnitentia sopiuit delictum l. i. C. de crim. stellion. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficio. Magis putem ego subuenire Placentino. l. denuncia. §. si. ff. de adult. vbi si adulter reus absoluat, mulieri prodest absolutio, si verò condemnatur, mulieri non præiudicat, qui se immunem ab adulterio probare queat. adeò absolutioni potius quam condemnationi benè cupimus. Hoc ita verum, ex æquitatis fonte rem totam deducens, arbitror, si super ciuili negotio plenum iudicis examen interuenerit, & lux manifesta discepcionis ut expèdi ipse in l. præses. C. ad legem Flau. de plag. quam Bartolus ad simplex examè retulit tantummodo, nec lucis mentionem perspicuè vidit instar noctuæ. Si verò Accusator resurgens à ciuili iudicio victus dicat se perfunctoriè testes induxisse, & in criminali poriores adesse, ne scelus pœnæ experts euadat, nõ dubito super criminali experiendum. l. damus.

C. ad leg. Cornel. de fals. quæ enim nouè emergunt, nouo indigent remedio. l. de atate. §. ex causa. ff. de intern. actionib. quod si nihil erit, inquit Quintilianus lib. 5. cap. 2. licet tamen dicere multas iudiciorum causas ad iniquè pronuntiandum valere: ideoque danatū Rutilium, absolutos Clodium atque Catilinam: & neminem præiudicio tali premendum d. l. denunciaffe. §. fi.

Secundò civilis actio appellatur minus criminalis quàm publica, & more iudicij priuati in forum deducenda sine subscriptione, vt in furto & iniuria. l. fi. de priuat. delict. §. in summa. de iniur. & huiusmodi actio civilis vindictam infamiamque continens impedit criminalem acerbiorum homicidij aut violentiæ publicæ, vt memorant. similiter è contrario ipsa impeditur, si posterior in iudicium deducta sit, vt vidimus superius ob l. 2. §. 1. vi bonor. rap. l. prætor. §. 1. de iniur. addo rationem l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. quia sufficiat accusatori, quòd reum in maius periculum deduxerit, nec iterum scribo, ne copia mellis nauseam faciat.

† Libabimus igitur quantum sufficit ad concilianda responsa Iurisprudencium, quorum alia iudicio publico præiudicium fieri aiunt civili actione, alia negant: præfati præiudiciū dici fieri quandoque, cum datur exemplum rebus iudicandis, vt id sequamur quod antea iudicatum fuerit tanquam verisimiliter æquum, non autem necessariò. l. 1. §. Iulianus. ff. de liber. agnosc. habet enim tale præiudicium multum præsumptionis: vt cum marito defuncto mulier adulterij postuletur, nec auditur, ob impuberem filium accusatione tentans eludere: cum præiudicium necessarium non vsque adeo fiat filio infanti, vt à viro defuncto genitus non credatur, sed aliqua tantum coniectura. l. miles. §. defuncto. ff. de adult. secundò præiudicari dicitur, cum vnum iudicium aliud ad se necessariò rapit, vel nocet futuro, atque in totum consumit, vt in rubrica, quando civil. act. criminal. præiudic. cum l. 1. eod. l. sape. ff. de re iudic. sic potest intelligi l. post sententiam. C. de sentent. vbi sententia lata super possessione non facit vllum præiudicium proprietati, puta necessario, vt ideo sit dominus qui possidet: tamen verisimile præiudicium existit possidenti. §. retinendæ. de interd. quocirca id quod demum Vlpianus ait priuato iudicio vi bonorum raptorum præiudicari publico iudicio legis Iuliæ de vi in d. l. 2. §. 1. vi bon. rapt. obtinet, vt penitus impediatur publicum iudicium criminale altero criminali sed priuato de bonis raptis. non autem prædicat. quoad exactionem in totum civilem rei subtractæ persequendæ eodem aspicit. l. interdum. de publicis iudiciis. vbi Paulus iure respondit interdum præiudicium fieri publico iudicio Aquilia actione vel bonorum raptorum aut similibus: non igitur semper sit præiudicium, imò nec eodem modo. nam per Aquiliam actionem fit quidem præiudicium verisimile, vt condemnatus ad damnum celandum serui occisi nomine, legis Corneliæ de ficiariis laqueos non euadat. d. l. 1. C. ad leg. Flau. de plagiar. atqui aliter fit præiudicium in rapina: quia condemnatus consumptam excipiet accusationem de vi ex lege. Iulia. d. l. 2. §. 1. sufficit etenim semel criminis ratione vexari quia principaliter vindictam accusator petierit. d. l. prætor. §. 1. de iniur. nec sum mihi dissimilis in eo quod supra asserui exercitationis gratia, nò tantum in furto & rapina peti possèleriatim in iudicio quantum minus altera actione consecuti simus. l. 1. ff. vi bon. raptor. sed etiam in quibusdam publicis iudiciis, veluti in homicidio & parricidio, item in furto ac sacrilegio licet huic furtum priuatim insit: quia hoc contingere diximus ideo quod altero alterum leuius contineatur. & nunc consultò id demum verum putamus, si homicidij accusatus ob fratrem macatum, ab alio mox accusator parricidij postuletur: aut fur sacrilegij: sed non si ab eodè accusatore sententiam obtinente super priore ac leuiore flagitio. Planè si tantum libellum porrexisset ante causæ contestationem, non dubito quim illum impunè emendaret, vt in civili iudicio. l. edita. C. de edend. & maxime quando vnum proponens non negauit aliud neuti quam diuersum sed maius, atque ita non differēs specie. l. fi. ff. de fund. instr. accedit, quod cum persona & locus inseri libello debeant. l. 3. de accus. ff. facillè patebit iudici parricidium, non simplex homicidium: & sacrilegium, non furtum, proponi.

† Quod dicitur hac l. cum ex eodem facto plurima crimina nascuntur diuersa prorsus, tum ab eodem accusatore, tum ab alio, accusari posse. vt in d. l. si adulterium. ff. de adulter. non potest porrigi ad plura crimina vnus figuræ & sub vno collecta nomine: vt quia reus domum suam præbuit, in qua stuprum materfamilias pateretur: quòd pro comperto stupro pretium acceperit: quòdque adulterum dimiserit. & si quid est simile instar ramorum ab vno stipite adulterij egredientium, eodem libello vnus accusatoris comprehendere debet. l. libellorum. §. sed & fi. ff. de accusat. hæc enim omnia pro adulterio habentur nec diuersa delicta sunt, nisi quatenus à diuersis personis committuntur. l. nihil. §. fi. ff. de adulter. nec quidè tā diuersa adulteria quæ vnū insigne faciūt. l. qui domū. & l. seq. ff.

seq. ff. eod. plurimum auxiliatur nobis hæc affirmantibus l. prætor. §. si mihi. ff. de iniur.

† Quod si diuersa crimina à diuersis factis orientur, multò magis, separatim accusari poterunt, vt si quis seruum meum surripuit, deinde flagris cecidit, tandem occidit, ter accusabitur, & triplicem pœnam dabit. l. nunquam. ff. de priuat. delict. secus si eodem impetu iniuriam inferendo occidisset quia tunc vnum crimen conferetur. l. illud. §. fi. ff. ad leg. Aquil.

Sed adhuc vrget l. 2. §. fi. ff. de custod. reor. vbi in diuersis criminibus separatim commissis reus pro altero, quòd ante admisit, nequit vexari. Barr. intelligit in eodem temporis spacio reum non fieri ob præcedens crimen instituta super posteriori accusatione. l. quique. ff. de in ius vocand. sed hoc neque lex neque vsus recipit, nec æquitas impunitatem dat sceleris, nisi quado ad diuersos iudices aliquis vocaretur: & lex nostra blauditur huic sensui, ait enim iudicem super vtroque crimine vario ab eodem facto descendente simul sententiam ferre debere: erat igitur idem iudex. quod si quis dicat in d. l. 2. §. fi. diuersa fuisse facta diuersorum criminum. & impium esse posteriore delicto prius inultum manere: & denique ex æquo & bono frequentiam criminum augere molestiam non minuere. l. 3. §. qui sapius. ff. de abig. l. pretia. ff. ad leg. Falcid. quare etiam apud alterum iudicem postulari reum posse.

† Respondebo in imparibus iudicibus potentiorum inspici, & eò reum remitti. l. cõtra. §. fi. ff. de re iudic. quòd si pares fuerint iudices, & paria quodammodo crimina, tunc vnū reatum interim sufficere, nec semel accusatum Romæ aliorum producendū, vt plenius examen super priore accusatione sequatur. d. l. 2. §. fin. de custod. reor. nisi iudex à collega alterius fori obtinuerit, vt reus vel de eo facta inquisitio ad se remittatur. l. solent. eod. quod si alterum criminum grauius est hoc ad se alliciet alterius leuioris cognitionem, aut facta cognitione sententiam. l. si cui. §. fi. ff. de accus. nec enim decet mutua iudicum æmulatione noxiam aliquam sine vindicta sustineri. † Cum autem quæritur, an vnus accusator plures reos eiusdem delicti libello complecti possit, non dubitat Accursius hic. l. 1. C. si reus vel accus. decess. idem autumo, etsi quis populum vniuersum eiusdem violentiæ reum faceret. l. metum. §. animaduertendum. ff. de eo quod met. caus. sed videtur duos saltem ab eodem diuersis libellis accusari impunè. l. cum rationib. §. de iis qui accus. Verum ibi non lex hoc recipit sed tolerantia postulatorum qui non exceperant, nec iure suo utebantur ad repulsionem aduersarij, sic toleratur illicitum, vt dixi. l. 4. §. eod. l. fi. §. fi. de eo quod met. caus. nam nec iudex motu proprio hoc rectè obiciat accusatori, cū de facto non statuat. quicquā sed de iure. l. eum quem. §. 1. de iudici. sed & pro reo curiosus foret. atqui eiusdem criminis rei simul rectè accusantur plures ab vno. excepi tamen semper adulterium: nam vnus marem & sceminam simul non arcesset. l. reos. C. de adult. sed si ordine marem peregerit, condemnatio non præiudicat sceminæ: absolutio verò eidem prodest. ideoque putat Bartolus in l. 12. §. lege. ff. de accus. inductū benignè, vt separatim fiat accusatio, quado absolutio vnus alteri proderit. l. denunciaffe. §. fi. ff. de adult. sed eadem benignitas potuit versari in incesto duorum, tamen eodem libello mas sceminæque postulantur. l. qui pupillam. §. fi. ff. eod. Præterea in d. l. denunciaffe. §. fi. vir & mulier eodem tempore rei fieri queunt seorsum à totidem accusatoribus, nec expectatur præiudicium fauorabile vnus absoluendi. Quinetiam talis absolutio adulteri nò aliàs mulieri proficit, quā si nupserit iam eo tempore, quo electio reorū ab accusatore fiebat: vt potius consulat ius viro simplici qui eam duxit pro pudica quā nuptæ & forsitan impudicæ. l. adulter. §. 1. eod. quamobrem magis existimo crimè adulterij impudicæ, & cõplura secum trahere scelera, de quo licet publico & capitali, sed probatu difficili, transigere non licet. l. transigere. C. de transact. ideo variis libellis incesandum contra adulterum & adulteram separatim, vt validius profigeretur, & vt acutiùs spectent iudices, ne cogantur recitare, si vnum ex reis leuiter absoluerint. quamuis enim absolutio admiffa non retractetur, tamen præteruerecundum erit impunè dimississe crimen nefarium, cui non licet prætexere errorem iuris, vt in incestu. l. si adulterium. §. nonnunquam. ff. de adulter. sanè contra adulterum aut cõtra adulteram instituta accusatio probè comprehendet alium, qui domum opemue accommodauerit. l. nihil. §. fi. eod. cum appendix quædam sit adulterij non principalis æquè reatus, vt viri & mulieris scelerata coitio homicidij veneficiū que sequelam trahens, vt M. Cato censuit. accedit d. l. 3. §. sed et si. ff. de accusat.

† Quod diximus ab vno accusatore plures reos rectè accusari, non habet locum in pluribus reis diuersorum criminū, diuersis libellis postulatione faciunda. nec enim lex Iulia permittit eodem tempore quemquā supra duos reos impetere. excepto quod tertium permittit accusari ei qui suam suorumue iniuriam persequitur. d. l. 12. §. lege. ff. de accusationib. l. 16. C. eod. proinde quod dicitur in l. diu. ff. de accus. non cõpelli accusatorē plures reos facere pertinet ad plures conscios eiusdem sceleris: aut idem est non compelli quod nec admitti, si

maximè velit. l. cum lege. ff. de recep. arbitr. At quâdo aliquis suæ suorumuè iniuriæ gratiâ accusat, cessat ratio legis Iuliæ accusatoribus lucro inhiantibus infensæ. l. qui accusare. ff. eod. quoniam accusanti portio quædam multæ aut bonorum publicatorum olim ascribatur. l. lege. §. si. ff. ad Syllan. nec quicquam notius est Quadruplatorum nomine Romæ iniurioso, quia quartam partem bonorum capiebant ex ijs, quos delatione proscribi fecerant, teste Asconio. de pluribus accusatoribus vnâ reum vnicum incessentibus dixi in l. 4. hoc tit.

Lex X.

Idem AA. & Cæsares Vrsæ.

Qui explicandi negotij spem (cuius finis in iudicis potestate ac motu situs est) pollicetur: non minus ob illicitâ sponssionem crimen contrahit, quàm qui ad huiusmodi promissionis commercium contra disciplinam publicam aspirat. pp. lxxi. Cal. Nouembr. Ipsis. lxxxiii. & lxxxiii. A. A. Coss.

OBSERVATA IN L. X.

- | | |
|---|---|
| 1 Iurisdictionem habens tenetur de comitum & domesticorum suorum improbitate. | 6 Quare in l. 2. ff. de bonis eor. qui ante sententiam mort. nominatus inter latrones accusatorem illicitè corrupperit. |
| 2 Comes iudicis promittens euentum sententia. similiter vt corrumpens litigator. puniatur: & iniuriarum iudici obligatur. | 7 Nec in capitalibus causis manifesta corruptio toleratur. |
| 3 Corruptor saepe leuius quàm iudex aut consiliarius puniatur. | 8 Iudex corruptus litis damno multatur, & quod tam ipse quàm testis turpiter accipiat pecuniam, non aduocatus. |
| 4 Corruptus iudicem litem amittit nisi citò reuelat corruptelam. & numero 8. | 9 A iudice turpiter capitur pecunia, quamuis in bona litigantis causa: explicatur l. 2. & 3. ff. de condict. ob turp. caus. |
| 5 Num liceat accusato quouis modo sanguinem suum redimere: cur non effringendo carcerem, quo includitur. & an impuni iudex corrumpatur. ab eodem. | 10 Non satis est bono animo quid fieri, si malitio exemplum sit. |

INTERPRETATIO.



Vt iurisdictioni præest, non tantum cauere debet, ne per sordes & corruptelam iudicet, sed etiam ne corruptos comites & consiliarios habeat, quibus auscultet: alioquin de ipsorum nequitia & auditate prætextu potestatis admittit respondebit. l. si post. C. de assessoribus. id quæ lege Iulia repetundarum lata aduersus eos qui in factione publica pecuniam acceperint, nominatim cauetur. l. i. C. ad leg. Iul. repet. idque Cicero Q. Fratri Asiæ tenenti prætorio munere scribit, vt inuigilet comitibus in officio & integritate continendis potissimum ijs quos ipsemet sibi asciisset: quos, inquit, aut ex domesticis coniunctionibus aut ex necessarijs apparitoribus tecum esse voluisti, qui quasi ex cohorte prætoris appellari solent: horum non modo facta sed etiam dicta omnia præstada nobis sunt. sed habes eos tecum, quos possis rectè facientes facilè diligere, minus consulentes existimationi tuæ facilè cæcere. à quibus rudis cum esses, videretur potuisse tua liberalitas decipi. non enim ignorabat Cicero comites & domesticos quæstui studentes plerunque venales habere iudicum sententias & decreta, & eorum facilitatem in prædam vertere, aut simul corruptis lucrum communicare. quos potius admonere debuerant iustitiæ etiam pertinaciter corruptis ipsis resistere, nisi multari velint. l. quoniam. 2. C. de appellat. & eò magis imputatur iudici quando comites & ministeria sua non cohibet à quæstu illicito, quia iure singulari in eadem potest animaduertere. l. si quis forte. §. pe. de pæn. l. qui iurisdictione. ff. de iurisdic. ¶ Proinde æquissimè sanxerunt Cæsares hîc comitem seu domesticum iudicis promittentem sententiam eius, cui assidet aut familiariter obsequitur. fore pro voto litigatoris,

rigatoris, non leuius puniendum quàm optantem prætoris sententiam publicam ex animi sui sententia, quæ secundum mentem legis ferri debuit. §. i. de offic. iudic. Sed lex mortua à viuo magistratu facilè circumscribitur: eò quòd præsumimus iudicem iustè decernere, & officio suo rectè vti. l. pe. ff. de iustitia. l. i. ff. de appellat. vnde domesticus, qui causam dat iniuræ sententiæ, maximè culpandus venit ansam præbens toti iniuriæ. ex quo imprimis contumeliam facit iudici tanquam asserat eum à munere iustitiæ desciscere, & idem iniuriam tenetur. l. item apud. §. idem ait. ff. de iniur. nec potest non dici maxima iniuria facta magistratui maximè propterea suæ dignitatis periculum subeunti. l. prætor. §. si. eodem. §. in summa de iniur. item tenetur Falsi. l. i. ff. de leg. Corael. de Falsi. cuius legis pænâ est deportatio. §. si. ead. l. ¶ Itaque quòd iurisconsulto placuit in l. qui duobus. eod. tit. mitius puniendum vt relegatur corruptor iudicis, nec bona amittat, potest referri ad litigantem qui pecuniam dedit iudici, vt in l. imperatores de iure fisci. ff. non verò ad assessorem vel consiliarium magis puniendum propter officium quòd sustinet iustitiæ adiuuandæ non deprauandæ. consiliarius igitur & iudex in pari scelere deprehensi & coinquinati parem pœnam subibunt. l. in comites. ff. ad leg. Iul. repet. l. si quemquem. C. de episcopis. at litigator vtens machinamentis & dolis contra aduersarium, causari poterit à se datam pecuniam iudici, quia sciret iudicia casibus fortuitis aggregari. l. quod debetur. ff. de pecul. præcipuè in causa criminis. l. seruus de statu homin. ff. & iudici tanquam personæ publicæ magis imputandum quàm priuato quilibet petitionem suam quauis ratione defendenti. l. 3. C. de sepulchr. viol. sanè si litigans non luctaretur in foro cum aduersario, sed aliquid pereret vltro coram iudice, vt inde delinquendi futuram occasionem prædandique arripere, sicut euenit cum tutor quis fieri postulat grassandi causa in bonis pupillaribus, tunc non minus suspensissimum tutorem quàm iudicem comitemuè iudicis doli ministrum plecterem. l. tutor. §. tutor qui. ff. de suspect. tutor. d. l. si quemquam. C. de episcop. vbi cùnque igitur instat legis Iuliæ de ambitu aliquis irrepserit prætoris vel pactione redempta (sic enim corrupisse explicatur in l. eius. ff. de iure fisci.) vt in hac l. 10. ad administrationem decreto iudicis concedendam, proculdubio non minus quàm iudex corruptus aut suffragator bonis amissis & publicatis puniatur extra ordinem. ¶ Adest alia pænâ corruptoris, in l. venales. C. quâd. 4. prouocare nõ est nec nempè sententiæ ipso iure destructio, cum sit venalis, ita vt appellatone non egeat. præterea fisco quingentos aureos luit. in l. imperat. ff. de iure fisci. Non omitto imminere pœnam aliam vasto litiganti & corruptenti, quòd litem amittit propter quam iudici dedit pecuniam: cuius delicti veniam meretur, si id sedulo detexerit. l. 1. & authent. nouo iure. C. de pænâ iudic. qui malè iudi. sed ad hanc pœnam non respexit lex nostra: quinimo ad eam quæ tam ipsi quàm iudicis domestico infligi queat, cumque ait non minus puniri domesticum iudicis quàm litigantem, non ideo negat, quin aliquando grauius puniatur, iuxta distinctione à nobis traditam inspecto negotio super quo corruptela intercesserit, ¶ Sed videret, inquit Bartolus, domesticum iudicis nõ puniendum in capitali negotio: quia reus factus impuniè corrumpit quouis pacto sanguinem suum redimens. l. 1. de bonis eor. qui ante sententiam. ff. l. si. de præuicator. atqui reo comparatur ille domesticus iudicis fauorè venundans hac l. sed iam admonui non negare Cæsares hoc loco, quin grauius puniatur domesticus iudicis corruptelæ interpres. præterea licet ignoscatur reo capitalis iudicij quauis arte sanguinem suum redimentis, non tamen ignoscitur iuri dicundo redendoque præfectis, qui sceleribus vindicandis debent nauare operam, & sanguinem impiorum effundere pro salute publica. l. pe. C. de ferijs. nam possum tibi non turpiter dare, cum tu tamen turpissimè accipias. l. 2. ff. de condict. ob turp. caus. ergo quòd dicitur in l. 1. de pænâ iudic. C. amittere actionem qui aduersarium corrumpit in causa publica, non porrigitur ad causam publici criminis capitalis. l. transigere. C. de transact. & hoc satis innuit. d. l. 1. amissionem actionis minitans ita vt nõ ad reum accusatum sanguinis sui custodem spectet, sed ad actorem in ciuili negotio fallacem contra ciuitatem fortè quampiam, vt quoque fallus est Accursius. & ibidem mox de fisci causa tractatur & in d. authent. nouo iure a pertissimè puniatur iudex deportatione, si in causa criminali pecuniam acceperit à reo, qui communem suam & iudicis corruptionem reuelauit, puniendus & ipse vtrique nisi reuelasset & conuicisset. sed videret nec reo fas esse quouis modo à morte se eximere, nempè effractis carceribus. l. 1. ff. de effractoribus. vnde vltimum subit supplicium. l. milites. §. pe. de re milit. Respondeo pactione priuatum inita licere, non loci publici effratura.

¶ Adhuc vrgeo, vt ostendam nec pacto permissum corrumpere accusatorem reo delato & in numerum latronum dira morte dignorum relato. l. 2. ff. de bonis eor. qui ante sententiam. vbi trepidans Accursius non minus pallens quàm si in faucibus montium in latrones incidisset,

cogitur eisdem blandiri & latrones pro furibus exponere, miror cur, vt se interim tueretur, non alegauerit è diuerso in fures tanquam in latrones etiam statui. l. 2. ff. arbor. furt. cæsar. ego verò nolim eidem opulari, cui resistit auth. sed nouo. C. de seruis fugit. nec non veritas repugnat strenuè & iuriconsultus illic subiungens corruptores huiusmodi non relinquere defensionem heredibus, licet ante sententiam decesserint, quod de furto aut alio etiã grauiore delicto nemo admisit. l. eius. ff. de iure fisc. quamobrem puto in d. l. 2. tria simul concurrisse, quæ fere sententiæ prolata de atroci flagitio æquipollean, & confessioni, quæ quoties nominationem sequitur conuincit reum. l. inter. §. si. ff. de interdi. & relegat. nam primò a derat nominatio latronum sociorum multum fidei pondus habens. l. diuus. 2. ff. de custod. reor. l. 1. §. cum quis latrones. ff. de quæstionib. secundò vociferabantur plures accusatores, quos quidem testium loco non habeo, sed coniectura sequitur reperitæ offensio- nis, dixi. l. 4. hoc tit. tertio a derat corruptela permulcens multos accusatores vehementiore suspicione sedatu difficiles: eò quòd latrones in solitudinibus singulis viatoribus sæpius insidiantur. aliàs accusatus rei capitalis impandè sanguinem suum qualicumque pactione redimit. d. l. 1. idest, dubium euentum litis metuens, innocentiam que suam premi posse cogitans, cautè amouet accusatorem, nam si liqueret sanguinem delinquentis meritò fuscum iri, & corruptelam esse manifestam, plus illi pactione noceret quàm prodesset: eò quòd alijs accusatoribus panderet iter & violentam coniecturam solo vno desistente. l. si tamen. ff. de accusat. † Vnde animaduertendum est cum lex ait permitti pro vita famaque redimenda corrumpere. l. si. ff. de preuaricat. non esse super causa liquida & indubitata corruptelam sed potius in dubijs in causa non mala illicita tamen quia nec iudici nec accusatori pecuniã sine rubore detur. l. 2. ff. de condic. ob turp. caus. iuuat mirificè l. 1. §. sed & ff. de calumniatorib. vbi de accusatore similiter tractatur. † Sanè qui iudici dedit pecuniã, vt iudicet simpliciter, quamuis bonam causam foueat, litem imprimis perdit: deinde pecuniã non repetit, vltra crimen falsi quod committit, iudicem enim corrumpere videtur. d. l. 2. ff. de condic. ob turp. l. 2. de pœna iudic. C. vbi Accursius congecit pœnas multiplices iudicis pecunia accepta perperam iudicantis, & litis æstimationem luētis. quod intelligo, si fortè corruptor litigans soluendo non sit. l. si. ff. de eo per quem fact. erit. & quidem quin iudex turpiter accipiat, nemini dubium est: quia salarium aliundè certum accipit, & medius arbiter est inter actorem & reum, sicut testis quilibet pecuniã malè accipiens, siue vt improbè testificetur, siue vt verè, vt declaratur in l. fin. ff. ad leg. Cornel. de Fals. vbi si quis ad obligationem innocentum dicturus testimonium, vel simpliciter dicturus, pecuniã capiens de Falso tenetur. laxius enim Paulo dicit, & non potest non turpiter accipere iudex vel testis pro eo quòd gratis facere tenetur sponte sua: vt abstinere à sacrilegio, depositum reddere. d. l. 2. de condic. ob turp. nam neuter est similis aduocato vel iurisperito consilium præbenti pro salario quia data opera in alteram partem propender. nec est medius aqua lance, vt iudex testisue can. non sanc. 14. q. 5. ibi Augustinus perdoctè persequitur.

9 † Et ibidem probati interpretes fatentur dantem iudici in bona causa turpiter quoque facere, nec repetere in pari causa turpitudinis iuxta veram explicationem d. l. 2. sed hoc lucrum malum iudicis erit æquale dispendio quia aliter punietur multa vel ignominia quàm perniciem maiorem mole iurisdictionis suæ attulerit. l. 3. §. iudices. ff. de pœn. §. necessit. in vt iudic. sine quoqu. col. 2. nec obest quod Tribonianus in l. 3. subdit illico: vbi autem dantis & accipientis turpitudò versatur, non esse locum repetitioni: veluti si pecunia detur, vt malè iudicetur. ita vt videatur addere præcedenti responso, in quo, si Bartolum sequimur, tractaretur, de vnius tantum turpitudine. cæt. rùm in d. l. 3. particula, autem, non aduersatur præcedenti sententiæ sed eam colligit. vt verbi gratia, cum sic ratiocinor: quicumque nauiter colit deum, pius est, Titius autem deum nauiter colit, ergo pius est. ita non aduersatur, sed approbat, in l. de pupillo §. si quis tiuos. ff. de oper. noui nunciat. apertius in l. si mihi. ff. de solutionib. vbi autem, eodem modo superiora colligit. l. in creditore. ff. de cuiet. idcirco iudex in pari causa turpitudinis retinebit aurum, quòd à priuato accepit, sed ita vt fiscus ipsi pòst adimat. l. quisquis. C. si cert. pet. l. Lucius de iure fisc. ff. proinde cum in l. 2. ostendisset Vlpianus, dum pecunia datur iudici in bona causa, dantem non minus quàm accipientem turpiter facere, subdit Paulus. vbi autem vtrique sit turpitudò repetitione cessare: velut, hoc est, perinde ac si daretur pecunia, vt malè iudicaretur. nam qui dat in bona causa pecuniã, colore quæsito emit fauorem iudicis in cuius manu est è mala bonam facere vt in hac l. 10. continetur. non quidem si partibus suis ex legum præscripto fungatur, cum iuris auctoritati nihil possit derogare, sed quæstioni facti. l. 1. §. 1. ff. ad Turpilian. planè iudex accepto munusculo, & iuris constitutionem, & facti quæstionem, peruertet. & qua impudentia

puudentia pecuniã contra leges accepit, eadem iniquam dabit sententiam, in ijs saltem que nulla iuris regula definiri queant, & in voluntate libera iudicis sita sunt, quando specialis pœna non extat. l. 1. §. 1. de e. fractorib. nec enumerari facillè omnia queunt, tam in ciuili tractu quàm in criminali, quecumque in libero arbitrio iudicantis sita leguntur. l. quòd si Ephesi. §. 1. ff. de eo quòd cert. loc. l. mora. ff. de v. l. 3. §. ideoque. ff. de testib. potissimùm in præparamentis iudicij criminalis l. 1. ff. de custod. reor. l. si quis. eod. vbi Accursius iam in perspicuis non erit lege clementior oportet. de iudicib. col. 6. quare qui dat, vt in bona causa iudex pronunciet, in malum degenerare facit verisimiliter l. 1. §. persuadere. ff. de seruo corr. quamuis colorem addat, quod molestiam iudicij prolixi tantum redemerit, vt citiore die aut absoluat, aut damnetur. † Quoties enim aliquid perniciosum est exemplo, non recipitur bonus circa idem animus. l. obseruandum. ff. de iudicij. vt si quis medicamentum ad conceptionem volenti mulieri dedit, vnde periit. l. 3. §. 1. ff. ad leg. Corn. de sicar. noui ipse interpretibus non vulgariis secus visum, non mala quidem mente, sed effectu pessimo, instructis. Accedit quòd sæpe à callidis daretur iudici pecunia bonam se causam fouere fingentibus, vt bonus exitus similiter sequeretur maximè cum lites fortes ex praua cuiusque litigantis existimatione atque ita sanctè deierantis oriantur. l. 2. C. de iureiur. propter calumniam. nec quicquam admodum pro certo statui in iure potest. inde dissensio Celsi filij à patris sententia. l. 3. §. si quis. ff. de condic. caus. dat. & Papiniani à se ipso decicentis. l. si venditor. §. si. ff. de seruis export. & reditus frequens nouæ legis ad antiquam. l. 4. C. de liber. præter. l. lege. C. de legit. hæredib.

Lex XI.

Idem A A. & C C. liberis Crispinæ charissimæ nobis.

Si quis homicidij crimen existimat persequendum, secundum iuris publici formam debet eum qui in primordio homicidij postulauerit reum neque probauerit, ideoque reus absolutus est, prauaricationis arguere. id enim salubriter statutis principum parentum nostrorum iuris que forma præscriptum est. vel si id non putauerit agendum, ad sequens crimen, idest, pastorum latronumue descendere eum coges: atque id exequi iudicio tuo. cum si quidem id ab incusato appareat esse commissum, ob vltionem publicam obnoxius legibus fiat. Dat. viii. Id. April. Annibaliano & A. Clepidoto Coss.

OBSERVATA IN L. XI.

- | | | |
|---|--|--|
| 1 | Species legis ad verum sensum ponitur. | pro calumniante. |
| 2 | Si accusator non colludit, sed transigit, an reus ab alio accusari possit. | 4 Quod dicitur cogi quemquam accusare, quomodo intelligatur. |
| 3 | Transigens in re dubia super capitali crimine reus non habetur pro conuicto, nec actor | 5 Latrocinia pastorum quibus rationibus præceteris puniendi veniant. |

INTERPRETATIO.



O c rescriptum quamuis dirigatur liberis Crispinæ in inscriptione, id est, ad eorum de homicidio atq; latrocinio querimoniã facientiu commoditatem, † tamen in eo alloquuntur Augusti duæ præsidem prouincie, vt in liberorum lacesitorum accusanti iure publico prouideat, in ea specie, in qua Seius habeat gregem in solitudine quadã & villã infamè crebris cõtra viatores insidijs. euenerat itaq; vt Seius homicidiũ commississe diceretur in agro villæ suæ, ac præterea viatores quosdam adiutus pastorum suorum manu spoliasset, diripuisse: maximè liberos Crispinæ, quorum appellatione vnicus filius venire potest. l. non est. ff. de verbor. signific. is igitur Seium homicidij ab alio quodam ciue iam accusatum repetere volebat, & insuper

de spoliatione & latrocinio pastorū Seij queri, nedum de eiusdem assensione flagitiosa Rescriptū est, vt Crispinæ filius non aliter recipiatur ad rursus postulandū Seiu homicidij, quā probauerit accusatorem priorē præuaricatū, vt abundè docuimus in l. 9. hoc tit. l. 3. ff. de præuaric. sanè quia aliud nouum distinctumque facinus latrocinij violenti allegabatur, nouus quoque accusator audiendus fuit, quoad probatam publicā vindictā præsidis sententia acciperet. cum delictum supplicio velut pharmaco sanetur, non autem alio delicto velut morbo. l. 2. nunquam. de priuat. delict. ¶ Quid igitur dicendū, si non accusator colluserit cum reo postulato neque destiterit diffidens de iure suo, & calumniæ notam si non metuat, sed transegerit iure permittente iuxta l. transigere. C. de transact. ad tunc crimen publicum & capitale à primo accusante sopitum transactione mox ab alio instaurari possit: quod Accursius putat, ne pactio vnus personæ alij noceat. l. si vnus. §. ante. ff. de pact. maximè quia publica accusatio est competens cuius è populo, & ideo priuatorū pacto remitti nequit. l. ius publicū. ff. eod. §. 1. de public. iudic. ¶ Ergo prodest transactio reo quoad accusatoris primi intentionem, ne ab eodem repeti possit: & præterea ne in causa in qua de vita & sanguine periclitatur, pro victo habeatur ex corruptela. l. si. ff. de præuaricator. secus si crimen non esset capitale, nam super eo transactio aliquo dato vel retento facta improbat, & conuictum reū declarat fisco. d. l. transigere. l. eius. ff. de iure fisc. secus si accusator læsus gratis reo condonaret, vt sit aliqua veniæ & humanitatis ratio laudabilis. l. furti. §. pactus. l. quoniā. ff. de ijs qui not. infam. Quocirca quemadmodum transactio in facinore capitali prodest reo vitæ suæ curioso ne amplius ab eodem accusetur, ita & accusatori, ne incidisse dictatur in Turpiliana desistens. d. l. 3. ff. de præuaric. §. si. nec enim actor semper creditur calumniari desistens lege permittente, & super re dubia transigens: dubia, inquam iudici, non accusatori qui nō semper probare per testes potest, quæ certò ipse sentit, & cognouit. l. 1. §. pe. ff. de calumniator. l. 3. C. eod. plus itaque proficit reo sententia absolutoria quā transactio: quia hæc non impedit aliū accusatorem, imò sententia accusatore nihil colludente prolata. idcirco post hanc superueniens accusator in hoc rescripto cogitur transire ad sequens crimen persequendum de violentia & latrocinio. vnde Accursius suspicatur iam de hoc sequenti institutam accusationem: ¶ Nam incipere eam nemo cogitur. l. 1. C. vt nemo inuitus ager. sed cogitur peragere, nō temerè tantum sed etiam malitiosè instituta accusatione. l. 1. §. quæri. ff. ad Turpil. vel cogitur accusare quis hic super posteriore crimine latronum pastorum. hoc est, si quidem in iudicio consistere velit à principio, alioquin arcebitur procul, nec subscribere volens audietur. sic accipitur verbū cogēdi vel cōpellendi. l. quidā. ff. de rebus cred. l. filiusfamil. §. procuratorem. ff. de procuratorib. l. eum qui. C. eod. & hic Cæsares satis aperiunt non cogi accusare quemquam, si non putauerit agendum vt ipsi aiant, dum à primordio iudicium instituitur. planè is qui antea præuaricatus fuerat, de alio mox crimine accusans non audietur. l. 4. de accusati. ff. ¶ Proinde potest accusator homicidij causam & præuaricationis continere, ac eligere vltionem contra Seium pastoribus furtum latronum more grassantibus quòd sæpe accidit, eò quòd remotis arbitris in syluis pascendi causa versantur, & tela gerunt specie lupi maectandi vel venationis permissæ. l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi public. igitur durius puniendi, tum propter frequentiam. l. aut facta. §. fin. ff. de pœnis, tum propter licentiam peccandi, quam habent in solitarijs locis cum ne adhuc puniri maleficio abstineant. l. 1. ff. nau. caupo. nam iisdem rationibus pastoribus consulitur contra abigeos. l. 1. ff. de abige. adeo vt l. Domitius prætor Siciliam regens ob exturbanda crebra latrocinia edixerit, ne quis telum haberet; & pastorem vltimò supplicio affecerit, quia venabulo, vt superius à nobis scriptum non obliuiscimur, aprum occidisset. nec quisquam nescit Gerionem in Hispania, pastorem armentis gregibusque operam dantem, hominibus impacatum, ab Hercule ideo interfectum fuisse. & Polyphemum in Sicilia excæcatum ab Vlyse suis met pecudibus ac canibus non sapientiorē, & longè magis truculentum mirandum quod deus permisit Romulum pastorem, lupæ alumnum, imperij Rom. fundamenta iacere, post latrocinia, quæ immania dicerentur, nisi inulta mansissent.

Lex XII.

Iidem. A. A. & CC. Aurelio.

Factum

Factum sponte se præcipitantis innocenti criminis periculum adferre non potest. S. xiiij. Cal. Ian. Sirmij. A. A. Coss.

OBSERVATA IN L. XII.

- | | |
|--|--|
| 1 Iure ciuili licuit innocentibus se occidere, etiā iactatione philosophica. | vulnerante. |
| 2 Iure diuino ac naturali num se occidere liceat? | 6 In dubio vitæ tædio non ob scelus se quisquā occidisse creditur. |
| 3 Lege reprehenditur, qui alij nocet, dum se occidit, vt seruus atque miles. | 7 An sit discrimen vtrum se occidat quis ante accusationem vel postea. |
| 4 Mala conscientia se occidētis bona fisco addicuntur, & testamenti factio aufertur. | 8 Non fatetur verè crimen, qui accusatus se occidit. |
| 5 Non alias alicuius se occidētis bona ad fiscum veniunt, quam ex scelere ob quod sententia iudicis bona adimerentur, quid de se | 9 Alter intellectus datur de homine, qui præsens est impune, cum alius seipsum interficit. quid de domestico spectatore dicendum veniat. |

INTERPRETATIO.

¶ V L E O sic hæc lex explicatur, vt si quis præcipitio vel alio mortis genere peremerit. expers tamen criminis non ad fiscum, sed ad hæredē legitimum vel ad institutum, bona sua transmittat, licuit namque legibus ciuilibus non prohibentibus cuius innocētis se ipsum occidere tædio vitæ, impatientia doloris, aut iactationis gratia, vt iurisconsultus dicit de quibusdam philosophis in l. vi. §. eius qui. ff. de iniust. test. magnanimitatem enim in spontanea morte sitam putarunt plerique, vt Calanus Indus coram Alexandro Magno mortem sibi consciscens. cum potius pusilli sit hominis non posse vitæ mala patienter ferre. sanè D. Adrianus Augustus, vt tradit Dion, Euphrati philosopho permisit cicutam bibere citra infamiā quia senio & morbo vexaretur. ¶ Sed ius diuinū naturæ ratione subnixum, & patrum placitis laudatum, nulli concedit voluntarium vitæ exitum. adimitque solemnem sepulturam ei qui seipsum occidit can. placuit. 23. q. 5. & can. si non licet. vbi cuique sui amor vt proximi cōmendatur, & quoad deum is qui innocentem se ipsum petimit, nō caret scelere, quia nec innocentia pepercit & iniussu Ducis ab statione sua aufugit: si verò scelerosus est, iam fatetur crimen. & malum malo trahit. l. 3. C. de quæstion. ergo quòd dicitur in l. x. §. si ipse. ff. de pecul. licere seruo naturaliter in corpus suum scuire, non refertur ad ius naturale quod equum & bonum est, atque rationis particeps. l. pe. ff. de iustit. & iur. sed ad ius commune cum feris vitæ mortisque cōmunionem fruētibus, amorisque simili imperu. l. 1. §. pe. ff. eod. ratio enim non permittit seruo, vt se ipsum perimat cum damno domini: imò tunc eius improbitatem vehementer inculcat nihil non aufuti in alios, qui sibi non pepercit. l. cum autem. §. malus. ff. de edil. edict. l. bouem. §. mortis eod. vbi excipitur seruus doloris impatientia in seipsum scæuus, ne propterea malus videatur. non tamen impunè facit, quia etiam in d. §. si ipse. si curetur æger ex vulnere voluntario, obligatur domino in peculio, secus si alia agitudine obueniens. non enim seipso ita abuti debuit, vt domino suo noceret, cui dum fugit, furtum facit sui ipsius. l. 1. C. de seruis fugit. nec verò re sua alicui ita vti licet, vt alij noceat. l. cuius. ff. de seruit. vrb. & Paulus Apostolus legitur à Præside milites impetrasse in sui auxilium, ne à Iudæis quibusdam occideretur profuturus euangelio prædicatio & Reip. can. sex differentia. §. fin. 23. q. 3. ¶ Et hanc puto esse rationem, quare miles innocens alioquin non impunè ferat, si se vitæ tædio vulnerauerit, vt moreretur, sed saltē ignominia mittatur. l. omne. §. qui se. ff. de re milit. subtrahit enim se legioni & vtilitati publicæ quòd si se vulnerasset, vt inhabilis militiæ redderetur, capite pœnas lueret, sicut si delicti conscientia. d. capite pœnas lueret, sicut si delicti conscientia. d. l. omne. §. explorator. at pater ipsius id procurans esset deportandus. l. 4. §. eum qui. ff. eod. ecurr. militi non valde exprobrabitur seipsum confodienti vitæ simulato tædio, cum licuit ei in medios hostes irruere, & mutuo impetu cū laude perire, vt fecit Codrus rex in notissima historia: ¶ Planè tā miles quā paganus sceleris sibi conscius prohibetur sibi manus inferre, aliās bona sua fisco addicit nō

successoribus vllis. quippe cum testamentum quod fecit, tali ausu irritum faciat. l. 2. C. qui testam. facer. post. etiam si delictum sit militare tantum, quod tamen non impedit militi disciplinam castrensem offendenti impetrare ius testamenti faciendi. d. l. vi. §. irritum. §. eius. ff. de iniust. test. l. cum hic. §. si miles. ff. de donat. inter vir. confiteri namque scelus intelligitur, qui se occidit, & mori quam damnari maluisse. l. 3. §. i. ff. de bonis eor. qui ante sent. proinde sua sententia se quodammodo condemnans bona aufert suis successoribus, ad quos peruenirent, si tantum capitaliter accusatus decederet. l. 2. C. eod. quia † ita demum seipsum maectantis bona fisco sequuntur, si in eo statu detegerentur, vt mortem vel deportationem quam semper publicatio bonorum consequitur, ex delicto quo accusantur, incurrerent. d. §. i. l. 3. ff. eod. quippe cum demonstratum sit voluntariam mortem confessionis ac rei iudicatae vice fungi. quamobrem furti reus aut iniuriarum morte eiusmodi heredem suis bonis non priuat. d. l. 3. §. idem rescriptum & §. si quis autem. vbi eadem distinctio seruatur in eo, qui se reum factum occidere tentauit, nec perfecit, vtrum videlicet conscientia sceletis se peremerit an impatientia angoris: vt accidit Paulinae, quae Senecae Stoici, iussu Neronis discipuli vim naturae inferentis, vxor erat apud Cor. Tacitum lib. 15. nam mulieri constantissimae marito commoriturae Nero, ne glisceret crudelitatis inuidia, ferro sauciatae, mox vitae blandimentis euictae, brachium obligari iussit, vt paucos post annos viueret.

6 † Planè in dubiis qui se occidit potius vitae redio quam sceleris supplicium timens id perpetrasse creditur. d. l. 3. §. videri. ff. de bonis eor. qui ant. nempe antequam accusetur, nec obest. d. l. 2. C. qui testam. fac. vbi haeres liquidis probationibus illius patefacit innocentiam, quae nemo conuicerat: quia, vt ait Accursius praesumptione aliqua sceleris ille qui furore vel taedio vitae se dedit praecipitem, praemebatur. vel certè ibi textus innuit haeredem probationes adiecisse ex abundantia, quod plerumque accidit iuris sui & innocentiae copia fretol. circa. ff. de probationib. Aliis placet ibi ideo haeredem probare innocentiam mortui, quia se ipsum occiderat antequam accusaretur delicti nomine, quod post mortem in lucem prodit. sed hoc falsum est: nam & hoc casu cum reatus, id est, rei accusati status à morte eiusdem supervenerit, sufficit haeredi innocentem asserere defunctum, & probantibus contrarium resistere. l. 3. §. si. ff. de bonis eor. † Non interest igitur vtrum reus se occidat ante accusationem foris vel post eam: vtroque enim casu ex crimine capitali bona fisco applicabuntur, nisi quod ante accusationem, sparsa quoque rumore flagitij praesumpto capietur benignior, vt necè sibi molit' videatur dolore percitus. d. l. 3. §. videri. nisi probetur contrarium. at qui post accusationem se occidit on' innocentiae probandae suo haeredi reliquit. nam delatio sola & deinde mors secuta non propterea bona fisco vedicat, si non quoque delictum commissum antea fuisse probetur. l. 1. C. de bon. eor.

8 † Ideoque liquet mortem voluntariam non verè confessionis loco sumi, sed in instar habere. l. 3. §. i. ff. eod. multominus erat loco verè sententiae neque in crimine perduellionis. nec obest l. 2. C. eod. quia ibi tractatur de eo quod demum probatum extitit, ita vt reus postulat' condèneretur, vnde retroagitur sententia. l. quaesitum. ff. qui & à quib. manu miss. multi enim olim se occiderunt non quia perduellionis essent sibi conscij, sed quod intelligerent innocentiam in hac re non satis tutam fore ab immanibus suppliciis & tormentis. † Hactenus prosecutus sum ea quae ad vulgarem intellectum huius lxxij. pertinent: superest vt referam, quae ad alterum spectare mihi aequè censentur, sanè quae frugiferum illis qui adsunt accumbunt uè iis, qui semetipsos occidunt, nec vetant: laudandi quidem si talem impetum cohiberent, sed tamen puniendi, si non vetuerint, neque impedierint: non enim quiduis improbarum & illaudabile lex punit. l. at si quis. §. idem Labeo. ff. de religiof. volunt itaque Augusti, factum hominis se de alto praecipitantis non nocere ei, qui praesens fuit, viditque praecipitium, nec impediuit, modo nec suaserit, nec causam dederit. nam longè aliud est pati facinus ab alio fieri, aliud autorem esse facientem. l. 3. ff. de noxalib. action. vidit Philoctetes, quando Hercules in monte Oeta pyram strueret, & se in illam accensam coniceret: arcumque ac sagittas ab illo accepit prius impune & in infami peste, quae Athenienses molestauit per furorem morbi, multi praecipites lymphis putealibus membra dabant, vt scripsit Lucretius lib. 6. nec qui non vetuerit id fieri, reatum incurrerunt. Seruos tamen ac famulos praecipitati domini, qui otiosi spectatores neque clamore neque manu cum possent, patius depulissent periculum voluntarium eius, impunitos non sinerem. l. 1. §. rullisse. ff. ad Syllanian. tamen ibi agatur de domino ab aliis necato. sed nihil interest dominus ne ab alio an à suo impetunecetur, cui incolumitas omnis à domesticis debetur. l. pe. C. de iis qui accus. non post. quinimo à quoque defendi debet in perniciem ex furore nimio ruens, si leniti aut vinciri possit. l. diuus. ff. de offic. praesid. si sit praesertim subditus aut necessarius furentis. l. 1. §. potuisse. ad Syllanian. nec excusarem seruum impuberem, qui securus praesensque id spectasset, si proximus esset pubertati. l. excipiuntur. ff. ad Syllan.

Impp. Valent. Gratian. & Theodos. A. A. A.
Mariniano vicario Hispaniae.

Si quis seruos crediderit accusandos, non prius ad corporum tormenta veniatur, quam se vinculo subscriptionis adstrinxerit. D. VI. Cal. Ianuar. Patauij. Merobande II. & Saturnino Coss.

OBSERVATA IN L. XIII.

- | | |
|---|--|
| 1 Non iure naturali sed civili serui pro nullis habentur. | 6 Sententia questionis habenda non est diffinitiva. |
| 2 Occidens seruum, ultra legem Aquilianam, Cornelia tenetur. | 7 Ob questionem acerbam plus iusto iudex culpatur. |
| 3 Seruorum delicta grauius vindicantur: sed dum ipsi accusantur, subscriptio, vt in liberis, requiritur, nec proximus torquentur. | 8 Confitenti accusato aduersus semet vel alium non est temere credendum. |
| 4 Questioni quare fides certa non adhibeatur. | 9 Mala mansio, quod genus questionis olim existerit. |
| 5 A tenerimo & timidissimo tormenta incipiunt. | |

INTERPRETATIO.



Vobis attinet ad ius civile, † serui pro nullis habentur. iure autè naturali non discrepant à reliquis hominibus. l. quod attinet. ff. de regul. iur. ideo cum natura cognitionem quandam inter omnes mortales constituerit, nefas est vnum ab alio offendi. l. 3. ff. de iustit. & iur. nec dominus in seruum suum saeire sine delectu potest, nec personam sui domini iniuriose lacessere citra vindictam. §. si. de iis qui sunt sui vel alien. iur. † quare & qui seruum alienum occidit, non tantum domino lege Aquilia tenetur ob damnum civile, sed etiam criminaliter ex lege Cornelia de sicariis. l. inde Neratius. §. si dolo. ff. ad leg. Aquil. l. 15. §. i. ff. de praescript. verb. nam cum natura seu deus omnium hominum aequabilis parès acceptione personae seruilis non habeat. §. 1. de monachi. in auth. col. 1. & §. licet: quib. mod. natural. effici. legit. col. 6. vbi belli calamitas non natura inuenit seruitutem, duce deo seruis opitulari debemus: quorum plerique ingenio protus animo fuerunt, descripti à Macrobio lib. 1. Saturnaliorum cap. xi. † Quoniam verò homines sunt vtique ipsi serui praeteris deterioris conditionis, iniuriae quae ab ipsis inferuntur acerbiores putantur, & seuerius puniendae. crescit enim contumelia & audaciae indignitas ex persona facientis. l. sed si vnus. §. quaedam. ff. de iniur. l. 3. in. fi. C. de summa trinit. vnde serui omnium criminum publicorum nomine rei in iudicio fieri possunt, modo poenam non expectent bonorum amittendorum, quae in seruilem personam non cadunt: non magis vtique quam capitis minutio, seu status mutatio. l. hos accusari. §. omnib. ff. de accusat. sicut diffusè explicui in l. 2. superius. proinde docemur consequenter hic accusatorem serui cogi. se perinde subscribere, & poenae talionis subdere, ac si liberum accusaret. nam & si liber mitius quam seruus puniendus veniat, tamen ad aequilibrium venietur iudicis arbitrio, vt in l. si. dicemus. non ergo debet liber accusator testium iusto numero destitui, aut probationes expectare è serui persona per tormenta. l. 1. ff. de quaestionib. praesertim cum seruo minus aliquantò quam libero in quaestione credatur. eò quod ille interdum de se multa mentiatur in domini inuidiam. l. 1. §. si quis vlt. d. ff. eod.

† Deinde sunt quidam impatientes & teneri ita vt in se quiduis mentiantur, vt tormenta euadant: alij contra praeduri nihil reuelant. l. 1. §. quaestioni. ff. eod. & Lexana scortum Atheniense scorta crudeliter nunquam indicauit Harmodium & Aristogironem, qui tyrannos occiderant, vnde statua aenea animalis specie elinguis illi dicata est, teste Plinio alius tyrannicia imperfecto opere tortus praecipuos tyranni amicos callidè nominauit. sic perfecit, vt omnibus maectaris ille auxilio distitueretur, teste Seneca lib. 2. de ira cap. 27.

fragilis itaque res est quaestio ad fidem faciendam, sed aspera reo maxime tenero. † Quamquam lex iubet ab eo potissimum quaestionem incipi, qui est pluribus mollior ac timidior videbitur, ut celerius cruciatum effugiens veritatem euomat. l. vnus. ff. de quaestionib. Ergo à muliere, nisi aliquis sit suspitione maiore flagrans. l. i. §. idem diuus. ff. eod. impubes quoque, qui delicatior creditur, terrebatur habena, vel ferula caedetur. l. i. §. impuberi. ff. ad Syllan. l. ex libero. §. i. de quaest. † Quaestio autem sententia interlocutoria est, licet ab ea lex permittat appellari, propterea quod graue & irreparabile damnum afferre consuevit. l. 2. ff. de appell. recipi. praeprarat namque causam delicti cognoscendi, non definit. etiam si post definitam condemnationem sequatur: quia praeprarat aliorum criminis sociorum iudicium. l. qui vltimo. ff. de poenis. nec aliquis potest ita definitiue damnari, ut tormentis pereat. l. aut damnum. §. hostes. ff. de poen. † Imò & iudex de quaestione interlocutus cauere debet, ne reus dum cruciatur, pereat, sed aut innocentiae seruetur aut supplicio. l. quaestio. ff. eod. vnde culpandus est iudex qui accusati vires non diligenter meritur ante quaestionem. l. ite apud. §. quaestio. ff. de iniur. sicut repetere hanc potest contra praedictum obstinatumque. d. l. vnus. §. r. nempe quando argumenta videntur à verisimili. l. 3. C. eod. atque suadent ut quaestio sequatur iudicia, ne praeposterè ab illa incipiantur. l. milites. C. eod. praepollent ergo iudicia accusati, & mouent ad habendam quaestionem, resistuntque ipsius incitationi: † Sine quibus iudicem prouocantibus ad suspitionem non modicam reo torto confitenti non creditur in caput suum, nisi post tormenta perfliterit. l. i. §. diuus Seuerus. ff. de quaest. si modo ibi de confesso in tormentis tractetur iuxta rubricam, nam generaliter dicitur confesso non temerè credendum: puta, ut in criminali negotio pro iudicato habeatur, sicut in civili. l. i. ff. de confels. seruabitur igitur mediocritas, vt reus confessus in vincula coniciatur plenius examinandus. l. si confessus. ff. de custod. reor. nec diuersum aliquid colligitur in l. qui sententiam. C. de poen. Vbi antequam reus damnetur, tormentis & interrogationibus coactus esse debet, aut confessione: quia ad confessionem perinacem hoc pertinet, non leuiter emissam, vt ibidem subiungit Imperator, negandi materiam auferens confesso de suo facinore & penitus conuicto, secus si perfunctoriè confiteatur, vel sine causa, cum in criminalibus non audiatur perire volens. l. non tantum. ff. de appellationib. † Quaestionem generaliter intelligimus quiduis doloris adhibitum ad eruendam veritatem etiam, inquit, eam quam malam mansionem vocant. d. l. item. §. quaestionem: & seq. de iniur. vbi Accursius putat esse carcerem, in quo seruus aut alius in ediam patitur, donec verum referet, sed quamuis fatear mansionem malam fuisse locum pedoris plenum, tamen sciendum est in eodem fuisse scānum, in quo miseri extenderentur supini, & vtrinque funibus & fideculis traherentur, quoad confiterentur scelus. l. si hominem. ff. mandat. l. nullus. C. ad leg. Jul. maiest. vbi notatur dignitatis vel generis decus eripere à dira quaestione accusatos. l. diuo. C. de quaestionib. nisi in crimine laesae maiestatis, in quo sicuti in paucis aliis serui in caput domini torqueri possunt. l. i. C. de quaest. proinde ad malam mansionem iudicis imperio extendi, quam in lib. 14. attigit Lucilius his verbis:

Si mihi non praetor fiet additus, atque agitet me.

Non malè sic ille, vt dico, me extendat vnus.

Additum verò pro infestis explicuit Macrobius aut mala mansio fuit locus, in quo vinculis seruus coercedetur ad poenam. l. fratres. ff. de poen.

Lex XIII.

Idem AA. & ARCADIVS. A. Cynegio. p. p.

Singuli vniuersique iudices cognoscant in publicis criminibus non oportere emendicatis vt suffragiis decretorum, aut relationibus à publicis personis destinandis credere: sed rei veritatem inquirere. Dat. prid. Calend. Maij Constantinop. Arcadio. A. i. & Bantone Cos.

OBSER-

- | | |
|---|--|
| 1 <i>Causa criminalis maturo iudicis decreto expediti debet. & quid sit emendicatum suffragium.</i> | 5 <i>Semel suspectus criminis atque absolutus si relabatur, violenta praesumptione damnatur.</i> |
| 2 <i>Relationibus officialium quando iudex credere possit.</i> | 6 <i>Leuia crimina non solemnitate egent, sed probatione.</i> |
| 3 <i>Per scripturam tam committi delictum quam probari.</i> | 7 <i>An acta coram vno iudice profint coram alio contra accusatum.</i> |
| 4 <i>Indubitata iudicia probationis loco esse: & quid censendum de illo, cui incerto autore commissum scelus vtile sit.</i> | 8 <i>Arbiter ex compromisso num super delictis iudicet tam publicis quam priuatis.</i> |

INTERPRETATIO.



DECRETVM à cognoscendo venit. l. i. ff. de constit. princ. proinde cum in publicis iudiciis de vita, bonis, ac fama, hominis tractetur, oportet iudicem cognoscere diligenter quid facinoris admissum fuerit, non ambigua probatione. quia de plano vel properata cognitione expedire non potest, aut veloci subscriptione ad libellum accusantis facta, rem tam arduam in qua causae integra cognitio desideratur. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconf. & hoc est quod hic dicitur, non oportere iudicem in publicis criminibus emendicatis vt suffragiis decretorum id est, decernere eum quicquam non expedit inopi & debili assensione in gratiam accusatoris. nam suffragium assensionem significat. l. de quibus. ff. de legib. vbi vetus autor Ioannes suffragium pro consensu in scripturam redacto explicuit, sed lex scripturae nihil ibi attigit. scimus quoque suffragium ad auxilium pertinere. l. 3. C. de apostat. idque esse nonnullam iam apud iudicem corruptela quaesitum. §. i. vt litig. iurent in exord. col. 9. in auct. penninque super ad vota eligentium à nudo consensu distincta. l. si quae sunt. ff. famil. hercisc. † Igitur subdunt hic Caesares non credendum relationibus officialium seu nuntiatorum publicorum. si quemque deliquisse iudici renunciarint, nisi probationes adducant vel notorium, cum saepe corrupti calumniantur. l. i. de curios. lib. xii. C. vt amplius dixi in l. ea quidem. §. hoc tit. In omnibus igitur iudex commodissime astrueretur ab iis qui fallere non didicerunt, saltem vt sagaciter vestigans veritatem inueniat. vt dum ab infante mentiri nescio detegitur fur vel homicida: vel à cane vt Pyrrhus Rex expertus est, dum iter faciens cadauer hominis comperisset & in canem eius custodem tridua inedia maceratum: coram quo suos omnes milites transire iussit, donec maceratores latratu detecti fuerint. sicut refert Plutarchus, & idem de cane Hesiodi. ceterum cum iudex ordinarius refert ad principem de causa ventilata coram se accipere, non leuiter illius relationi credit princeps consultus, sed factum ad vnguem sibi narrari probarique praecipit. l. i. & 3. C. de relationib. quicunque enim iudicat, vt per se iuris peritiam nosse debet. §. i. de iudicib. col. 6. in auct. ita vt per se consiliarios & assessores de iure disceptantem audiat, si forte aliquanto imperitior fuerit: sic multò magis factum commissi criminis expendere per se debet, ex quoquidem ius oritur. l. vt responsum. C. de transact. nec aliorum respicit quaestio habita de accusato & inspectio ex vulu, trepidatione constantiaque sermonis, quam vt veritas facti illuminetur. l. de minore. ff. de quaestionib. † Quia aut per testes idoneos, aut per instrumenta seu documenta patefit aperta veritas. l. fin. C. de probati. vbi documenta haud dubiè pro seriis scripturis accipiuntur, sicut in §. in his verbis. de instrum. fid. col. 6. ergo conferuntur scripturae cum de falso conuincendo quaeritur. l. quid sit. ff. de fals. §. si verò tale de instrum. fid. col. 6. in auct. aut cum conspiratio scripta detegitur. l. 15. ff. ad Turpil. item cum malum carmen ac famosus libellus arguitur ab aliquo scriptus comparatis litteris eiusdem. l. lex Corn. §. si. ff. de iniur. quia committitur scripturis crimen, & conuincitur. l. qui nomine. ff. de fals. vt dum Fabritius Rom. consul literas, quas à medico Pyrrhi Regis acceperat dominum se veneno sublaturum pollicentis, eidem Regi reddidit, vt loco exoptati premij mortem proditor acciperet, teste Plutarcho. † Vel denique per indubitata iudicia & luce clariora accusator victoriam expectare debet non emendicatis probationibus. d. l. fin. C. de probati. nec laudo Areopagitarum censuram, qui, vt est apud Quintilianum lib. 5. cap. 9. puerum coturnicum oculos eruentem damnauerunt tanquam perniciosae mentis, & multis

malò futuræ, si adoleuisset. nam ætatis defensione excusari potuit, aut educatione alia mitigare naturam. nec qui vestem cruentam habet, idèd homicida est putandus: quia ex vena vel naribus potuit sanguis fluxisse. si non ex domo in qua homo tum occisus sit, exeat. nec adhuc præsumptione præmi, si fortè sanguinolentus exiuit cum vult separare duos rixantes & ferro instructos. Dispicendum ergo venit, an inimicitia præcesserint vel contentiones. I. si inimicitia. ff. de iis quib. vt indig. vel an vtilitatem pecuniariam consecutus sit aliquis ex morte alterius, iuxta illud Calsij iudicis Rom. Cui, inquit, bono fuerit, eum fecisse credendum est. quòd refert Cicero pro Milone. l. i. ff. vbi pupill. educar. deb. ideo lex durius punit eos, qui compendium sibi acquirunt ex delicto quàm reliquos, quibus fuit sterile l. 3. §. qui de sepulchri. ff. de sepulchr. viol. sed huiusmodi coniectura ad quæstionem non ad condemnationem prodesset. † Est quoque violenta præsumptio cum quis semel accusatus criminis alicuius ex coniectura ad condemnationem per se non sufficientibus in casdè aut similes incidit. l. si qui. C. de adulter. vti cum miles instituit mulierem, qua cum consuetudinem habuisse rumor erat. nam instituendo eam iam auget suspicionem. l. miles ita. §. mulier ff. de mili. testam. atque ita ex præsentì in præteritum fit præsumptio, maximè in adulterio latebram quærente cap. literis. de præsumpt. & hæc sunt iudicia rata, de quibus in d. l. si. C. de probatton. l. alij de accusat. ff. vbi antea malus in eodem malitiæ genere pessimus fore impotterum præsumitur. nisi sobriè & sanctè visisse potest approbetur saltem triennio. §. si verò is. de Monachis in anth. col. 1. idque non inutilibus argumentis sed validis in alterutram partem: sine quibus sententia in nullo crimine formabitur. † Quia quauis in leuibus sine solemnitate inscriptionis & libelli causa tractetur. l. leuia. ff. de accusat. vbi de plano proceditur, atque ita vt explici decreto partibus auditis diligenter minimè intercedente, tamen cum ibidem sequatur ictus fustium & flagellorum acerbior quauis pœna pecuniaria. l. in seruorum. ff. de pœnis, remitti probationis dilucidæ ratio non solet. Inter leuia ponimus domesticas offensiones parètum seu paternorum citra atrocitatem. l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offici. proconsul. vbi flagris quoque expiantur. huc accedit. l. vnus. §. si. ff. de quæsti. vbi rei de plano damnantur, nempe in leuibus. vt fortè ob aleæ ludum, si quis compulsi ludere alium vbi cæter transformatur in supplicium l. i. §. si. de aleæ lus. ff. vel leuia sunt domestica propriè vendicanda à patre famil. l. respiciendum. §. i. de pœn. nisi prætermodum exuperent. l. si filius. C. de pat. potest. & tunc accusatio recipitur à propinquis. l. si magnum. C. qui accus. non poss. vti notè cum de temeritate non de flagitio quæritur. l. i. 8. eo. Contra in grauib. delictis so. enuntias despicitur ex clara innocentia, nec feruæ dicrum curantur. l. custodias. de public. iudic. ff. quia accusatio probatione vel iusta coniectura caruit. † Non defuere qui hanc l. xiiij. spectare putent ad decreta iudicum quorundam fidem coram alio iudice non facientia. qua de re definitio certa præstitui potest: nam si decretum pro sententia diffinitiuè capitur. l. si prætor. ff. de iudic. non est dubium condemnatum coram vno iudice, à quo non est pron. eum, vbi que pro veritate haberi. l. furri. ff. de iis qui not. infam. & acta coram vno iudice inter easdem personas coram alio itidem proficiunt. l. si. §. si. C. de recept. arbitr. idem dicitur dum agitur de quauis interlocutione, ad quam decreti significatio sæpè refertur. l. si sima. §. i. i. ff. de damno in. ed. Planè si decretum abusuè referamus ad elogium seu testificationem breuem, quàm Irenarchæ vel stationarij criminibus explorandis, & autoribus eorum comprehendendis dicati faciebant, tunc fides plena ex eo non sequitur. quam obrem olim ex i. negro examinabantur rei per iudicem, ad quem elogiũ destinabatur. l. diuus. de custo. reor. idem puto cum iudex, qui præest reddendo iuri in quadam prouincia, reum mittit ad alium alterius prouinciæ iudicem quandoque ex causa l. solent l. non dubium. ff. eod. nam mutuis obsequiis iudices alieni territorij iuuantur. §. si. de mand. princip. col. 3. † Et quia hæc lex se refert ad iudices, dispiciamus, quid de arbitr. ex compromisso sumptis censeamus: quoniam iudicij instar habent eorum sententiæ, & ad finiendas lites pertinent. l. i. ff. de recept. arbitr. cæterum lites nomen propriè aspicit ciuiles causas. l. i. ff. de testib. l. xv. huius tituli, quamuis aliquando lis dicatur criminalis, vt in Codice Theodosij lib. 9. hoc tit. l. 9. vbi non vtendum emendicatis suffragiis decretorum in lite instituta contra iudicem, qui innoxios decuriones verberauerat. Verùm magis est vt similiter dicamus lites quidem ad arbitr. examen referri posse, non ad criminales controuersias publicarum iudiciorum, vel iudicij extraordinarij, aut solius popularis actionis. l. nō distinguemus. §. Iulianus. ff. de recept. arbitr. nec quidem in famoso delicto priuato furti vel iniuriarum: quia ibi de quolibet famoso idem Iulianus statuit. & miror cur Accursius aliter sentiat, distinguens vtrum ciuilitè an criminaliter pro furto vel iniuria agatur. l. si. de priua. delict. & dissimulans quod sæpè ostendi, iudicium ciuile furti vel iniuriæ accipi pro minus criminali.

criminali, in quo actor non subscribat, vt tenetur facere in publicis iudiciis. Quinimò in priuatis delictis furti vel iniuriæ minus pacisci fas est quàm in publicis interueniente pecunia. l. transigere. C. de transact. l. non damnatos. C. ex quib. caus. infam. irrog. certum est autem compromisso pecuniam promitti in pœna, cuius metu statur dicto arbitri. l. i. C. de recept. arbitr. nec obest quod dicitur ex compromisso arbitrum acceptum non facere infamem condemnatum, quia non per omnia sit sententia. l. quid ergo. §. cum autem. de iis qui not. infam. ff. vnde liquet compromitti licitè de causa famosa, & hoc fateor, non quidem de crimine nominato, sed de contractu depositi, mandati uè, aut quasi contractu tutelæ, in quibus perfidia inurit infamiam. d. l. furti. §. si. ff. de iis qui not. infam. nec dolus simplex aut rupta fides crimen elegans dici poterit: vti crebrò admonui. l. si multi. ff. de publican.

Lex xv.

Iidem. A. A. A. Tatiano p. p.

Tunc conuenit potentiores viros adesse iudiciis, cum eorum presentiam in criminibus publicis per inscriptionem causa deposcat: licet in pecuniariis causis per procuratorem litem susineant. Dat. xv. Cal. Mart. Mediolani Valentiniano. A. V. & Neoretio Cos.

OBSERVATA IN L. XV.

- | | | | |
|---|--|---|--|
| 1 | <i>In causis publici iudicij minus licet reo dare procuratorem, quàm accusatori.</i> | 6 | <i>Hæres iussu defuncti accusat homicidam, nec mandatum morte tunc finitur.</i> |
| 2 | <i>Vbi que audiuntur causæ absentium sine vllò mandato.</i> | 7 | <i>Nobiles, si illustres sint, per procuratorem accusant, vel defenduntur in causâ criminali iniuriarum.</i> |
| 3 | <i>An alieno nomine accusans vsquàm audiat, aut suo potius. l. nostris. C. de calumniat.</i> | 8 | <i>Necessariò ciuilitè litiget illustris per procuratorem.</i> |
| 4 | <i>Tutor proprio nomine subscribit, sed alieno accusat.</i> | 9 | <i>Sexus non impedit, quominus per se mulier litiget: cuiusquidem maritus est procurator legalis.</i> |
| 5 | <i>Procurator non malè accusat capitaliter, si nulla exceptione allegata reus id patiatur.</i> | | |

INTERPRETATIO.



† N. causis publicarum iudiciorum atque capitalium non admitti procuratorem ad accusandum explorati iuris est. l. pen. §. ad crimen. ff. de public. iudic. Vbi iurisconsultus ait multo magis cauendum, ne pro reo ad defendendum procurator recipiatur: quia hic maius versatur periculum eludendæ condemnationis per fugam, vel etiam cognitionis examinationisque quippe cum colore vultus trepidationeque vocis colligamus rei postulati conscientiam, vt diximus in l. 3. s. nec in iis quæ ad instruendum iudicium pertinent, ne frustra id exerceatur, tam fauemus reo quàm accusatori actori uè. l. de die. ff. qui satisd. cogat. l. pen. §. si. ff. de iurisdic. quòd si dicas in accusatore easdem versari rationes, cum ipse quodammodo reus sit calumniæ, si non probauerit: cumque ex mutatione vultus titubationeque deprehendi possit falsitas accusationis: Respondebo, non semper calumniatum videri, qui non probat: sufficitque illi iusta causa prouocans ad descendendum in ius. l. 3. C. de calumniatorib. præterea postquam se subscripserit ad talionem. l. non prius. C. eod. nihil verat accusatorem ipsum per aduocatam reo facere negotium vendibili oratione. accedit, quòd actores potius quàm rei in iudicium instructi paratique accedunt sponte. l. i. C. vt nemo inuit. ager. vel accus. cogat. l. purè. §. si. ff. de except. dol. iam itaque accusator frontem perfricuerit, antequam in ius profiliat, non magis mutaturus colorem quàm vllus Æthiops. Sanè non tantum nobiliores de quibus hac l. quæritur, sed etiam plebeij

absentes defendi eatenus possunt, ne contumaces videantur, quin etiam ut innocentes demonstrentur ex tali crimine postulati, quo absentes damnari possunt citra relegationem. l. feruum. §. publicè. ff. de procurat. vbi Ulpianus notat interesse publicè reos à quibuscumque defendi. † Ergo non tantum à procuratore ex mandato, sed etiam ab amico negotiorum gestore mandati experte. l. non tantum. ff. de appellat. bonus enim iudex vltro sequetur id quod pro absente facere videbitur sine supercilio studens innocentiae conseruandae, si manifestò liquere possit. ita ut interdum secundum absentem pronunciet. l. & post. ff. de iudic. hoc ita si procurator vel alienus defensor sponte subueniens amico cauerit, & satisfecerit de iudicatio soluendo, si fortè iudicium, quod videtur prima facie capitale, multa secuta fuerit in pecunia & impensa fori. l. qui proprio. §. qui aliam. ff. de procurator. † Sed videtur pro alio accusatorem admitti, & calumniantem puniri si non probauerit. l. nostris. C. de calumniat. vbi alienis nominibus accusantem intelligit Accursius mandato alieno sed suo nomine. atque ita aliena pro suis exponere non est veritus, sicut nec in l. tutorem. ff. de ijs quib. ut indig. vbi tutor non amittit legatum tanquam indignus, eò quòd nomine pupilli testamentum falsi arguit, victus tandem iure pupilli nitens. neque aliud putat esse pupilli nomine accusare quam pro utilitate pupilli sed proprio tutoris nomine, quamuis prima fròte pupilli nomine agere videatur tutor eo casu, ideo quòd eius commodò studeat ex necessitate officij. l. Polla. C. eod. † Cùm tutor cogatur suo potius nomine subscribere & calumniae obiectae iudicium subire, sed leuius, ideo quòd necessaria functione adigitur. l. 2. C. de ijs qui accus. non poss. Ego autè puto tutorem verè nomine pupilli accusare super crimine, cuius executio utilis pupillo futura est: adeo ut non tutor sed pupillus ex consilio tutores agere dicatur. l. 2. ff. de accusation. nec obest d. l. 2. C. quia tutor se quidem subscribit suo nomine quoad calumniam, quam tamen vix luit, sed totam causam persequitur nomine pupilli, cui deperit portio hereditatis, quam ex testamento accepisset, quod vsque ad sententiã inclusam falsum efferunt infelicitate. d. l. Polla. l. alia. C. de ijs quib. ut indig. vnde non potest non dici causa pupilli propria, non verò tutoris. l. 1. §. in propria. §. tutores. ff. quando appell. sit. vbi tam liquidò probatur id quòd animaduerti circa tutorem alieno nomine experientem, ut nihil sit manifestius. nisi tanta esset afectio tutoris, ut palam diceret in crimine publico sibi licere omne periculum iudicarij euentus pupilli gratia suscipere. l. 4. §. 1. ff. de in lit. iurand. quare in d. l. nostris. C. de calumniator. alienis nominibus accusatio suscepta non ad mandatum accusandi relatio fingenda est proprio nomine, sed ad tutorem pupillorum suorum nomine accusantem. Vel aliter exponam alienis nominibus initam accusationem ex mandato criminis persequendi, quòd publicam causam imitatur, & procuratorem admittit. l. licet. §. 1. ff. de procurat. vel in crimine extraordinario sepulchri violati. d. l. licet. † Aut adhuc dicam accusationem ex mandato alieno susceptam in causa publici iudicij effectum habere alieno nomine, cùm procurator agens non repellitur exceptione ab accusato, vel à iudice non minus stupido. leg. 1. §. incidit. ff. ad Turpilian. iuxta l. 1. C. ut quæ defunt. l. si non defend. ff. de penult. dixi in l. 4. §. † Etiamnum remanet obex l. mater. C. de calumniatorib. vbi hæres extraneus persequitur satis impunè necem defuncti contra suspectum, de quo moriens nominatim cauit. proinde pro alio experitur quis in causa publici iudicij. Ceterum pro se magis experiri creditur hæres defuncti referens velut superstitem §. 1. de iureiur. à motiè. præstit. nã nec adire potest hæres priusquã testantis mortè vltus fuerit. l. necessarios. §. 1. ff. ad Syllaniam. multo magis si testator iusserit, cuius mandatù eo casu morte nõ finietur, ideo quòd nõ nisi post mortem effectum sortitur: vbi dum mandat sibi momentum fieri. l. si verò non. §. si. ff. mandat. † Quid hic habetur de nobilitatib. præsentiam sui facturis in publico iudicio non per procuratorem, non tangit nobilitatem illustrem, agentè vel descendente opera procuratoris, si non in causa omnino publica iniuriarum, saltè publicæ imitatrice, famoso libello proposito ut scripti in l. 3. per. l. si. C. de iniur. l. 6. ff. eod. Eadè illustis dignitas in causa ciuili nobiles non patitur adesse iudicio, sed iubet eos procuratorem mittere. l. si. & auth. C. de procurat. ita ut nobiliores hic accipiantur infra illustre splendorem, siue agant, siue defendantur. † Ferunt quoque mulierem veniam ætatis impetrantè anno xvij. non nisi per procuratorem audiri, sic nõ indocti quidam putant in l. 2. C. de ijs qui veni. ætat. sed hoc ibi imperator non statuit, tantummodo enim admonet, cùm testes quinque adsunt, vel instrumenta idonea natiuitatis. tunc procuratorem pro pubere puella sufficere, quæ si velit coram in iudicium venire poterit. §. 1. ut litigant. iurent in exord. col. 9. in auth. l. maritus. C. de procuratorib. vbi quoque maritus est procurator natus vxoris mandato solius legis.

Lex

Lex xvj.

Imp. Arcad. & Honorius AA. Pasiphilo.

In causis criminalibus dignum est, ut inscriptiones præponantur, quæ videlicet magnitudinem criminis, tempusque designent: ut alterutram partem digna legum terrere possit autoritas. Quòd si fuerit statutum fortè contemptum, si qui ex officio ingrediuntur secretarium, quinque librarum auri condemnatione ferientur. Dat. viii. Id. Ianuar. Olybrio & Probino Cos.

OBSERVATA IN L. 16.

- | | | | |
|---|---|----|---|
| 1 | <i>Quare accusator subscribens libello non cogitur exprimere diem vel horam commissi delicti.</i> | 8 | <i>Quare in l. quoniam Alex. C. de adulter. exterius reus lenocinium marito obicit.</i> |
| 2 | <i>Subscriptio an ab inscriptione differat: quòd subscribens omnia qua scripta præcedunt, approbet: & quoad Talionem se obstringat.</i> | 9 | <i>Exceptio calumniae quando opponitur accusanti, ante vel post sententiam, explicatur l. 1. C. de calumniator.</i> |
| 3 | <i>Quòd Iurisconsultus ait accusatorem cauere debere, an pertineat ad onus dandi fideiussores.</i> | 10 | <i>Accusatus inuicem accusare volens quando super pari, aut minori, grauiorue, audiatur.</i> |
| 4 | <i>Pauper homo sed candidus an accuset sine fideiussores.</i> | 11 | <i>Condemnatus ob facinus num accusationem ceptam perficiat.</i> |
| 5 | <i>An in carcerem coniectus præterea in vinculis esse debeat, & ex vinculis causam dicere. Et qualiter fideiussores puniatur.</i> | 12 | <i>Iudices in quinque libras auri condemnati, non in quinque, æquis portionibus tantummodo eas soluant.</i> |
| 6 | <i>Qui accusatori crimen aliquod regerit, an se subscribat.</i> | 13 | <i>Dies, & hora libello non exprimitur necessario super delicto commissi, secus in opere futuro, quid de adulterio.</i> |
| 7 | <i>Mulier nandum recepta inter reos viro obicere lenocinium potest, non extraneus, & quòd lenocinij exceptio non sit</i> | 14 | <i>Non consules hodie libello inseruntur sed principe, & quando hoc operis auctor scripserit.</i> |

INTERPRETATIO.



† VI C V N Q V E agitur criminaliter siue sit publicum iudicium siue priuatum accusator apud acta tenetur subscribere. l. si. ff. de furt. l. 3. C. de ijs qui accus. non poss. hoc est tenetur postulationem edere, eamq; inscribere expressò crimine, de quo queratur. Item persona, loco, tempore, die quoque portecti libelli, non autem necessario dies horæue commissi criminis exprimeretur, propter fluxam hominum memoriã; ne videatur calumniari qui in die horæue defecerit. l. libellorum. ff. de accusat. † Vbi inscriptionis & subscriptionis mentio fit, eò quòd quidam sua manu inscribunt conceptam accusationem, & continuo subscribunt, cùm literas sciunt. tamen subscriptio in fine adiecta sufficit: quia subscribens omnia præcedentia approbare creditur. l. si quis ext. §. 1. ff. de edend. Et ex subscriptione non minus quam ex toto chirographo obligatio initur. l. si ego. §. planè. ff. de iure dot. atqui Accusator subscribens se obligat ad similitudinem supplicij. l. si. hoc tit. l. non prius. de calumniat. cap. tuæ de procuratorib. ita fit ne temerè profliant homines ad accusationem, quam inultam non sentiet, si incautè & fallaciter professi fuerint, Symmachus præfectus vrbis lib. 1. epistolarum DD. Valentiniano Archadio & Theodosio. AAA. cap. 49. prouisum est, inquit, ne quis temerè in alieni capitis discrimen irrueret, ni se prius idem poenæ sponcione vinciret. secundum hæc scita legum agens in rebus Africanus accusationem professus Campano & Higinio Clariss. viris violentiæ crimen obicit. continuo ut seueritas exigebat, reos custodia militaris dif-

S ii

simulata dignitate circumdedit. talio igitur minaciter impendet querulis, & eos prudentiores facit ad accusandum, cum perseverare teneantur usque ad sententiam. l. si cui. ff. de accus. † Caueant itaque singuli, quod crimen obiciant, inquit Vlpianus, & preterea perseveraturos se usque ad sententiam. vbi verbum caueant, id est, prouideant, licet non expressè sponderint, alioquin Turpiliano senatusconsulto notantur qui desistunt in totum ab accusatione. l. 6. ff. ad Turpil. vel caueat, id est, spondeant apud acta tabellioni stipulati, ut patet ex Symmachi autoritate. l. 3. C. de verb. signif. §. cum autē. de adoption. vel caueat, datis fideiussoribus promittant. l. 1. §. iubet. de coll. bonor. quia illico post subscriptionem datur fideiussor de lite persequenda naturaliter in criminali examine. l. 3. C. de iis qui accus. non poss. sed iudex ex causa temperare huiusmodi necessitatem poterit. l. 1. ff. de custod. reor. quæquidem in reo loquitur ut. l. diuus. 1. eod. sed ad accusatorem simili ratione transferri potest. l. si. hoc tit. C. l. 1. C. ad Turpil. quid enim si pauper sit accusator offensus, utique, impar dandis fideiussoribus? nonne erit iniquum vindictæ expertem arceri? † cum paupertas non impediat accusatorem suæ causæ sollicitum. l. nonnulli. l. seq. ff. de accusati. nec pauperem, moribus bonis locupletem & integræ vitæ respuerem accusantem pro aliena offensione homicidam aut plagiarium velut ex crimine publico. §. 1. de public. iudic. succurrit. l. si creditores. ff. de priuileg. credit. nam & hic diues est quoad exoluendam rationem in corpore. l. 1. §. si. ff. de pœnis. secus vulgò si pauper accuset tantummodo ut aduersario negotium faciat honoris sui securus dum alienum prodigit, quo casu seuerissima animaduersione plecteretur. l. 35. ff. de iniur. sed satius fuit ab initio repelli ab accusatione. Sanè quædo pauper accusatur, quo casu morum respectu reus est, nec bonos causari potest. aut carcerem sentiet, aut onus dandi fideiussores. nisi crimen atrox suspecto obiciatur, ut carceris molestia dignus videatur. d. l. diuus. ff. de custod. reor.

† Nec obest l. 2. C. de exhib. reis. vbi nullus debet vinciri in carcerem, priusquam conuincatur. quia non negat Imperator ibi quin accusatus carcere includatur, sed vetat conpedes vel alia vincula iniici nondum conuictis ultra carceris vexationem. l. verum est. ff. de verbor. sig. præsertim cum nec confessis omnibus sine delectu alia vincula iniiciantur ultra carcerem, pro delicti grauitate aut genere. l. si confessus. ff. de custod. reor. sordidæ autem personæ & seruiles ante confessionem ex vinculis causam dicent in capitali facinore. l. 2. ff. eo. l. lege. ff. ad Syllani. item ingenui & clari propter sceleris immanitatem. l. 1. C. de custod. reor. planè si condemnatio, ut sepe accidit, in multam pecuniariam exiisset. l. qui sepulchra. C. de sepulchr. viol. tunc fideiussores locupletes dicerentur pro rei qualitate ut. l. si verò. §. 1. qui satis. cog. ff. atqui fideiussor rei deficientis in pecunia multabitur, utique certa si promissa sit, sin minus arbitrio præsidis definienda. quinimo extra ordinem plectetur fideiussor, si non facilitate sed fraude intercesserit, ut fugam instrueret accusati. l. 2. C. ad Turpil. l. si quis ff. de custod. reor. profectò Dionysius Rex Siculus ut Tyrannus crudeliter in Damonem & Pythiam Pythagoreos ius dixit. nam cum alteri eorū diem necis destinasset, ut Tullius refert, & is ad componendos suos pœnates mœstos iuxta l. 2. C. de exhib. reis paucos dies obtinisset, alter vas factus sistendi amicum causa mori cogebatur, nisi venisset reus, ut contigit, demirante Dionysio. Interdum prudenter acciperentur à iudice fideiussores certissimi & diuites pro reo condemnato, qui ipse soluendo non videretur: interdum respueretur pro reo locuplete, qui profectò ut se à carcere sedulo eriperet, citius esset pecuniariam pœnam soluturus. d. l. 1. ff. de custod. reor. † Videamus an & ille ad pœnam talionis teneatur subscribere, qui accusatori crimen obicit excipiendo: ut quia de adulterio accusata mulier retorquet eidem lenocinium. vel is qui accusatur lege Cornelia iniuriarum, vel de sicariis ob illatum vulnus, asseuerat accusatorem prius non laesurum stricto gladio occidere voluisse reum. Et vulgò quidem dici solet non relatione sed innocentia purgari crimen. l. is qui. de public. iudic. vbi Bartolus latè disseruit, & nos aliqua in rubrica attigimus: ostendimusque hoc non obtinere, vbi reus accusatori regerit crimen quod probatum extenuat vim accusationis, & retundit aciem eiusdem l. qui cum natu. §. si libertus. de bonis lib. vnde putamus non esse necesse subscribere regerenti, nec aliud habetur in cap. super his. de accusati. vbi citra vinculum inscriptionis auditur semper excipiens non impunè tamen prorsus, si non probet obiecta aduersus eum quem fugillauit, ut à dignitate repelleret, & non subscribit: quia in pugna curiæ ut in quavis alia non videtur aggressor, qui telum salutis & defensionis suæ gratia portat. l. pe. ff. ad leg. Iul. de vi publ. eò magis quòd si id non probauerit, tamen de calumnia non teneatur. l. is qui aggress. C. ad legē Cornel. de sicar. nam si licet capitaliter accusatis quavis arte sanguinem suū redimere. l. 1. ff. de bonis eorum qui aut. sent. si quoque licet in leuioribus delictis gratis pacisci. l.

transigere. C. de transact. quantomagis licebit excipienti accusato in aduersarium tela forentia retorquere, & sibimet ita opitulari vel saltem latari colliso simul accusatore ut l. 2. §. si publico. ff. de adulter. vbi obiectum marito ab vxore lenocinium licet inter reos recepta sit & iussà refellere suspiciones, perficit, ut ipse simul damnetur sine alio accusatore. at extraneus adulter à marito accusatus non potest eidem exprobrare lenocinium, nisi antequam recipiatur inter reos, ut ibidem Vlpianus subdit & l. si maritus. 2. §. præscriptiones eod. † Et hoc fortè inductum est, ut in crimine occultè fieri solito diligentius prouideatur, uti in lucem celerius prodeat. l. 6. de iniurijs. ff. nam marito obijciens lenocinium fatetur probum adulterij sui, cuius participem affirmat accusatorem protinus. nec obest quod peremptoria exceptiones nò ut dilatoria ab initio iudicij sed ante sententiā vbi que opponi queunt. l. peremptorias. C. sententiā rescin. non poss. quia lenocinij exceptio nò perimit crimen, neque eluit vllò modo, sed solatium triste expectat ex simili clade aliena. nec puto aliud iuris seruari in muliere, quàm in extraneo accusato: tantum in eo est differentia, quod mulier lenocinium obijciens marito quamuis in totum non excusetur, tamen ratione dictante minuet supplicium delicti commissi, eo autore qui execrari debuerat, & sexus fragilitati cauere. at extraneum nihil releuabit hæc consideratio. ita intelligitur d. §. si publico. l. 2. de adulter. l. si vxor. §. iudex. ff. eod. † Nec obest l. quoniam. C. eod. nam hic pariter Alexander ab initio nimiam patientiam marito obiecerat, antequam inter reos reciperetur, sed quia super statu libertatis controuersiam patiebatur exceptio honesti lenocinij suspensa fuit, quoad finita questione status mox redintegraretur eadem exceptio contra maritum. † multum iuuat l. 1. C. de calumniat. vbi præsumur non esse dubium exceptionem calumniæ obiectam accusatori pertinere ad eiusdem depulsionem. itaque reus non auditur super illa, nisi antequam de causa iudicatum fuerit, tum quia suam iniuriā persequitur excipiens, tum quia ea exceptio pertinet ad facinus eluendum. si enim calumniatur accusator iam reus innocens detegitur. quare quolibet tempore ante sententiā exceptio eiusmodi admittitur, quamuis in pari crimine similitudinem supplicij expectante. l. neganda. C. de iis qui accus. non poss. Sed in diuersa videtur, non prius calumnia quæri quàm post sententiā reo absoluto. l. 1. §. sed non utique. ff. ad Turpil. ideo quod non omnis qui non probat, calumniatus intelligitur, si fortè iusto errore ductus accusauerit, in fausto exitu. l. 3. C. de calumniat. Quocirca ipse sic interpretor. l. 1. C. eod. ut post sententiā non possit puniri calumnia non ante coercita, dum de causa iudicatur. id est, non audiri reum querimoniam facientem de calumnia serò post suam absolutionem, nisi eam saltem pupugerit ab initio accusationis: quod enenit dum negat intentionem accusatoris cum calumniari sit falsa crimina intendere. d. l. 1. ad Turpil. ff. ergo de calumnia plenè acturus post sententiā debuit ante de illa fermocinari quicquam, & negare crimen non vlla ex parte confiteri. ut si mulier accusetur adulterij, debuit ab initio negare, pudicitia suæ pertinaciter stans, nò autem lenocinium obicere. quia post sententiā frustra queretur de calumnia, iam falsa ipsa crimine: sic si me accusas inflicti vulneris, & excipio de tua aggressione, quæ probata absoluo, non possum te calumniosum contendere: sicuti ego esse contendo interpretes illius. l. 1. somnio similia afferentes. † Cæterum quædo accusatus homicidij mutuo accusatorē increpat aliud crimen obijciens sacrilegij, verbi gratia, non pertinens ad sui lenimentum & propulsionem, tunc super pari vel minori non auditur. d. l. neganda. C. de iis qui accus. non poss. imò super grauiori l. 1. eod. nisi postquam absolutus fuerit iudicis sententiā præcedētibus semper vtrinque inscriptionibus. nam condemnatus amissa ciuitate vel libertate vel fama nò accusabit. l. qui iudicio. ff. de accusati. † nec me terret. l. is qui. ff. de public. iudic. vbi inchoatas delationes damnatus implet: quia ex implendi verbo solutio colligitur, nimirum dum parum aliquid desiderabatur ad conuincendum & peragendum reum qui quoque ab alio non perinde cōuinci posset atque ab hoc prius cōdemnato, perito & sciēte accusati scelera & indicia: ideoque in d. l. is qui. animaduerto permissum esse indulgēter & benignè delationes impleri. l. Arrianus. §. si. ff. de iure fisc. l. Publicia. §. si. ff. de pos. planè in l. 1. C. de iis qui accus. non poss. tenue vestigium supererat accusationis, nempe inscriptio, nondum tentata probatione, quæ impleteretur, nec causa contestata. nec ordinata, id est, nondum fideiussore præstito de lite penitus persequenda. nec reo custodito. l. 1. C. ad Turpil. si enim talia præcessissent, non prohiberem condemnatum postea implere accusationem: maximè nē vnius pœna alteri impunitatē afferat. l. si sequens. ff. ad Syllanian. l. quæ situm. ff. de testib. † Inscriptionem verò accusatoris & designationem temporis, quo scelus commissum dicatur, usque ad eò præmitti nefas est, ut iudex & consiliarij ei assidentes, qui ex officio secretarium ingrediuntur, id est, locum destinatum secretis iustitiæ in foro tractandis, vbi, inquam sediliā

sunt inferiora iudicium tribunali, sed altercantibus superiora, sicut me docuit Zeno in l. fi. C. vbi senatores. l. 2. de proxim. factor. scrinior. xij. C. quinque libris auri multentur, si hæc solemnita prætermiserint. simul itaque omnes præstabit quinque auri libras, non singuli: quia lex non distribuit quinas infligit. l. si pœnæ. §. si. ff. de condict. in deb. l. 1. C. si plures vna sent. condemn. l. si quis testamento. ff. de legat. 1. vbi interest, vtrum pluribus decem legentur, an dena: quia hoc casu singuli decem capiunt, & ita decem legatarij centum consequentur: quod non intellexit vsquam Accursius, obstinatè exponens dena pro viginti, & quina pro decem nugatoriè profecto in proæm. ff. §. hæc autem. l. qui texturini. de murilegul. lib.

13 xi. C. † Nihil mirum si temporis mentio in libello faciunda sit, namque plurimum aggruat vel eleuat crimina. l. aut facta. §. tempus. ff. de pœn. l. Gracchus. C. de adulter. vbi nox & calor excusant maritum qui occidit deprehensum adulterum. ergo auxit nox flagitium adulteri postquam impunè occisus dicitur. quia non sine delectu occidi debuit. l. marito. ff. eod. eod magis quod adulteri noctis tenebras captant scientes Martis & Veneris concubitum à Sole perditum. itaque mariti crimè adulteri indignitate leuatur & latebris quæsitis ac frequentatis, cum sæpe in meridie liceat adulterum maculare sicut iam ostēdi. d. l. marito. planè vbi scelus sine differentia prohibetur, vt furtum imò in diuitis persona odiosius est quàm in egeni ac famelici cap. 3. de furt. tunc nocte committitur scelestius quàm luce media. ergo & adulterium, quod sæpe gladij & homicidia comitantur. proinde furem nocturnum lex xij. tabularum permisit occidere cum clamore, non diurnum nisi in homicidam se transformasset gladio se defendens. l. 4. ff. ad leg. Aquil. ideoque bonum esset diem & diei Romani partem libello inferere, quamuis in d. l. libellorum. non coactè hæc præfigantur, quæ amplius in decursu causæ agitandæ proterunt explanari. nec obstat l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clam. vbi qui nunciat se opus extructurum aduersario, ne clam fecisse videatur, debet diem horamque molitionis suæ præfigere illi aduersus quem ædificaturus est, quia hoc ita comparatum est, cum in futurum opus aliquis molitur nec dissimulare potest sine pudore suo & aliena iactura suam voluntatem & quando incipere velit, nec causari obliuionem rei nondum factæ. secus in delictis iam patris: præterquàm quod, vt dixi, si quæ temporis appendix seu circumstantia libello prætermissa fuerit, commodè vsque ad sententiam demonstrabitur ab aduocato, iudice industrio saltem id efflagitante, iuxta forenses consuetudinem, quæ

14 pleraque adiecit vel obliterauit. † neque enim in libellis cõsulum vlla mentio sed principis imperantis hodie vsurpatur: sicuti Accursius percurrit commentarijs suis incumbens anno Christi. m. c. c. x x v i i. Friderico. sub ii. Cæsare Germanico, variarum linguarum perito, militaris gloriæ studio, splendidi munificentia omnibus amabili: sed non perinde felici ob simultatam & odium, quo exarsit in pontifices Rom. longa serie, potissimum quidem inductis Gnelphorum, atque Gibellinorum suorum, factionibus Italiæ perniciosis: & Bononiensi schola Patavium translata tanquam thesauro longe pretiosissimo in pontificis & sequacium inuidiam, qua se exercuit, donec à Maufredo filio notho insidiosè necaretur. nec vacat sigillatim res ab eo gesta percurrere præsertim hoc die, qui est xij. Calend. Martiarum, à salutaris Christi natiuitate anno m. c. c. c. c. l x x. infestata vrbe moribus bellicis sub Carolo. i x. Franciæ Rege pacatis rebus dignissimo. quoniam nunc

Vicina ruptis inter se legibus vrbes.

Arma ferunt: sequit toto Mars impius orbe.

Vt Virgiliani versiculis publicum dolorem oratione mea longe superiorem testatum relinquam, cælitibus nequaquam incognitum, vel flammaram globis in cœlum euehentibus, dum vici nobiles villæque hostiliter incenduntur, ciuilibus discordijs funestam cladem latè ducentibus.

Lex xvii.

Imp. Honorius & Theodos. AA.
Consulibus.

Accusationis ordinem iam dudum legibus institutum seruari iubemus, vt quicumque in capitis discrimen accersitur: non statim reus, qui accusari potuit, existimetur, ne subiectum innocentiam feriamus. sed quisquis ille est, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis

arri-

arripiat, custodia similitudinem (habita tamen dignitatis æstimatione) patiarur. nec impunitam fore nouerit licentiam mentiendi: cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicij. Nemo tamen sibi blandiatur obiectu cuiuslibet criminis de se in quæstione confessus veniam sperans propter flagitia adiuncti, vel pro communiione criminis consortium personæ superioris optans, aut inimici supplicio in ipsa supremorum suorum sorte satiandus, aut eripi se posse confidens aut studio aut privilegio nominati. cum veteris iuris autoritas de se confessos ne interrogari quidem de aliorum conscientia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem de conscientia scrutetur aliena. Dat. viii. Id. Augu. Raucenna. Asclepiodoto & Marimiano Coss.

OBSERVATA IN L. XVII.

- | | |
|--|---|
| 1 Quare & quando similitudinem custodiae accusator cum reo patiarur. | 6 Non sicut abolita est talio in rependendis iniurijs. ita in falso accusatore. |
| 2 Credulitas publicis personis, priuatis etiam, à lege plerumque reprobatur. | 7 Qualiter fiet, vt accusator reo dignior aut vilior similiter puniri intelligatur. |
| 2 Iudici minus imputandum, si fuerit credulus in preparando iudicio criminali quàm in sententia: Et quod vanae populi voces audiri non oporteat. | 8 Pluribus modis calumniam impunitam manere, maxime secuta abolitione. |
| 4 Similitudo supplicij calumniantem tenet, quæ in præuicatore aliter intelligitur. | 9 Nō est perpetuum vt calumniator simili pœna afficiatur, sed alijs modis. |
| 5 Talionis pœnam antiquis heroibus vsurpatâ, æquam quidem, sed obseruatu difficilem fore. | 10 Quatenus credendum reo socios criminis nominanti. quod etiam falso nominans diuinius plebatur. |
| | 11 An iudex sponte interrogare debeat reum custodatum de conscijs. |

INTERPRETATIO.



† VANDO aliquis de crimine capitali accusatur, iudici cauendum est, ne reum plus quàm actorem opprimat. Rationem hanc esse puto, quia quicumque alium accusat se illico & pariter reum facit quodammodo propter inscriptionem emissam, & talionem quam meruit, si probatione defecerit. ergo in pari causa par ius reddetur. l. illud. ff. ad legem Aquil. Quocirca custodiae similitudinem patietur accusator, nempe quandiu reo non est potior: secus vbiprimum reus suspicione laborabit vrgenti: & ideo verax accusator iam eminebit, nam quia in arbitrio iudicis situm est. quatenus quisque custodiatur, ac vinciat. l. 1. ff. de custod. reor. non debet dispares personas pariter præpedire custodia, vinculis, aut fideiussoribus. proinde in l. 2. C. de exhibend. reis, acer & circumspèctus iudex debet explorare accusati ius, vt tandiu pari cum accusatore fortuna detinere, donec repererit cognitio celebrata discrimen. hoc est, vt ibi interpretor, differentiam. nam simul atque causa cognita iudici innotuerit differentia inter reum & accusatorem, quod nimirum alteruter indicijs & non vulgari coniectura testimonio ueritate iuuatur, erga illum debet esse propensior, nec cum vulgò sic ratiocinari: reus factus est Titius, igitur improbus est. † Nec enim publicis personis aliquid magis est pestilens quàm credulitas. hoc expertus est Theseus Rex Hippolyti catti filij sui interitum procurans in simulatione audita Phedræ vxoris, quæ in sano amore priuignu ad cõcubitum potius illicere frustra tentarat. nota est similis historia de Iosepho & hera ipsius impudica Genesis cap. 39. similiter priuatis est periculosa credulitas, si nimia est, aut quis credat ei cui non expedit. l. §. sed si accepit. ff. de in rem verso. nam contrà vitari debet periticia, & credi conuenit bona fide aliquid nuncianti. l. 2. ff. quod fals. tutor. præterea discerni debet circa quid fiat nunciatio: † Iudici etenim non imputandum, si nunciatori fidè adhibeat aliquem deliquisse afferenti circa preparationem iudicij, vt scilicet ad se ducatur, &

custodiatur iudicatus. l. i. §. i. ff. de eo per quem fact. erit potissimum ne reo detur tempus & occasio fugiendi secus dum ob sententiam venietur. & hoc est quod hic vitandum amovemus, ne subiectam innocentiam feriamus. quippe cum incommodum re iudicata illatum rescircari nequeat. nam magis consulendum ijs est, quibus maius periculum intenditur. l. i. §. sed & si quis. ff. de Carbon. edict. & vanis populi vocibus non est haerendum nec credendum, siue noxium supplicio eximendum conclamaverit. siue innoxium cōdemnandum l. de curionum. C. de pœnis. vbi Accursius Pilatum præsidem provinciæ improbat merito. sed & populus innocentis desertor culpandus fuerat.

— Sed quid? vt Iuuenalis scribit satyra. x.

Turba tremens sequitur fortunam, vt semper, & odit

Damnatos.

- 4 † Iam uero hæc lex in ore omnium versatur propter pœnam calumniantium, id est, similitudinem supplicij, quod subiisset reus, si ex veritate conuictus fuisset. ne impunitam putent mentiendi licentiam. l. si. C. de calumniator. forte vetustissimis seculis non ita sancitum extitit. vnde apud Stobæum sermone. 40. Hippias asserens grauissimū esse facinus calumniā, queritur nulla lege puniri, cum fures inulti non essent. & cum amicitiam optimam possessionum ferentur calumniatores. vnde patet de domesticis susurrionibus eum loqui, non de publicis accusationibus maiore cum periculo prætextu iuris insidiariibus. Atqui præuaricator, qui vera crimina abscondit eius quem cœpit accusare, & corruptè in eius auxilium irāsfugit prodita causa sua. l. i. ff. de præuaricat. non subit per omnia pœnā quam reus incurrisset, si non fraude esset absolutus: sed eam quam ipsemet accusator pateretur, si crimen id patraisset, quod reo obijcere inceperat. l. pe. ff. eod. quare differentia est pœnarum accusatoris præuaricantis & rei aliàs condemnati, ex varia vtriusque dignitate & conditione. l. Pedius. ff. de incendi. & hac l. si. scio autem ego. d. l. pe. ff. de præuar. aliter intelligi ab interprete ibidem, sed non didici fallere lectorem. sed præterea non decet præuaricatorem puniri similitudine eius supplicij, quod ipse extenuare conatus sit: secus in caluniante, qui supplicium non tantum augere sed etiam crimen fingere tentauerit: ne miretur si sibi id accidat iure naturali dictante, quod alij fecerit. can. i. dist. 1. † Idcirco antiqui heroes Talionem in tyrannis puniendis libenter usurparunt: vt Hercules quando Busirim Ægyptium aris præbuit incendendum, quia ille hospites immolare consueuisset, de quo Ouidius in Ibin:

Frater vt Antai, quo sanguine debuit aras,

Tinxit, & exemplis concidit ipse suis.

Nam antè necauerat in Africa Antæum luctando, qui lucta exitiali hospites prouocauerat. ita Theseus Procrustum seuerissimè torisit, quia extensos lecto hospites statuta breuiores incudibus suppositis producebat, longiores autem præcidere solitus, teste Hygino, vt eodem insidiarum genere earum autores terreret Theseus, sicut Plutarchus tradit. & vti que nullum iudicium æquius est hoc, quod etiam Rhadamantus Cretensis Rex, ob id bonus habitus, olim exercuit, vt quisque patiatur quæ fecerit, quod tamen improbat Aristoteles Ethicorū lib. 5. cap. 5. non quia equum non sit, sed quod reddito sit difficile in eadem proportione. vt potè cum is xui magistratum percusserit, verius ipse interficiendus veniat, maximè si fuerit vilit percussor. l. sed si vnus. §. quædā. ff. de iniur. & cum homicida quod fecerit, pati debeat. l. 3. C. de episcop. audient. nemo dixerit eū qui veneno occidit, eodem perire debere: quia talis pœna exoleuit. l. aut damnus. §. i. ff. de pœn. idem ibi de telo seu sagitta dicitur. Quapropter visa est difficilis & dura Phauorino apud Aulum Gellium lib. xx. cap. 1. lex XII. tabularum talionem spectans: Si membrum, inquit, ruperit, è pacto talio esto. quia æquilibrium inueniri nequeat in eadem mensura, & impetu simili rumpendi, & quamuis Cæcilius Iurifconsultus ostendat, ex lege super iniuria pacisci licuisse, tamen parum proficit, quia iniurus nemo ad pactum adigeretur, cuius præcipua substantia consensus est. l. i. ff. de pact. denique nec pacisci liceret data pecunia in iniuria nō capitaliter vindicanda. l. trāsire. C. de trāfact. vnde per quam rarè pactio contingeret. & ideo tamen lex Moysi plauisset antea talionem, dentem pro dente, oculum pro oculo, animam pro anima, reperens exodi cap. 21. tamen antiquata est non modo sanciente Christo cœlum meditantibus legem dante, & ita impactam alapam æquo animo ferri docente Mathæi cap. 5. sed etiam iure politico humanam societatem componentē, §. pœna. de iniur. vt secundum gradum dignitatis vitæque honestatem æstimatio iniuriæ in eam, æqui iudicij arbitrio. † Et hæc quidem hoc modo se habent, cum de talione disputatur quoad iniuriam damnus illarum remediendum, non desunt qui idem existimant, cum de calumniatore vlciscendo ob falsam intentionem queritur: maximè ne terreantur accusatores metu talionis, & sic crimina impunita maneant cum pernicio

tie Reipubl. ob quam accusatoribus præmia præstituantur. l. 1. ff. de sepul. violat. l. 2. C. de Fals. monet. quod ego non puto: & laudo etiamnum legem Deuteronomij cap. 19. vbi mēdax testis reddi quæ fratri facere cogitauit, vt Daniel executus fertur cap. 13. aduersus senes impudicos pulchæ Susannæ insidiantes, idem ius civile passim obseruari præcipit, vt notat Accurs. in l. si cui. ff. hoc tit. vbi quamuis abolitam more subscriptionem notet Bartolus, nō ideo similitudinem aufert supplicij de qua hic, & Iustinianus in auth. nouo iure de pœna iudic. vbi qui detulit iudicem pecunia corruptum ius dixisse, nec conuicit, eodem modo punitur deportatione sicuti iudex si conuincatur. nec aliud quàm talionem commendat pontifex aduersus virum, à quo vxor adulterij postulatur cap. rux. de procurator. sed & Hesiodus in libro operum & dierum Iouem non meliore vindictæ genere vti cecinit:

Εργων αυτ' αδικων χαλεπην επεθηκεν αμοιβην. id est,

pro operibus iniustis duram reddit talionem siue commutationem. † At dicit aliquis, istam 7 sibi quoque videri iniustorum iustitiam, cum vix concurrat, vt accusator non sit dignior aut sordidior reo, & certum iam esse pro personæ dignitate aut obscuritate pœnas variari. d. l. Pedius. & hac l. si. Respondeo nihilominus similitudinē vigere supplicij: nec enim simile pro eodē explico, sed dum omnib. quæ vtrinque cōsiderari possint contributis accusator nihil minus luit quàm pateretur reus, nisi falsò extitisset accusatus. sic dicimus cotidie mandatorē & procuratorē immanis sceleris pariter puniri. l. v. §. eod. scilicet cum delectu personarum. l. seruos. C. ad leg. Iul. de vi. quare si sordidus sit accusator, & falsi clarū reū insimulauerit, itaque deportandum, ipse capite plectetur. l. i. §. si. ff. ad legem Cornel. de Fals. l. 2. C. vt intra cert. temp. si è diuerso accusator in dignitate sit constitutus viliorē reum falsò deferēs homicidij, vltra castigationem multam subibit pecuniariam: aut certè tanta multabitur pecunia, quantæ amisso ipsum seuerè excruciet. §. sed eadem. de public. iudic. si non falsum protulerit confidentia honoris. l. presbyteri. i. C. de episcop. & cleric. sed men ipsum impugno ex l. si. §. v. l. ionis. C. vbi senator. vbi cum accusator est paris dignitatis cum reo, in quem est calumniatus, non continud pœnam vulgarem patitur calumniæ, sed conuicitur super ea statuenda imperator, atque sic inter pares personas talio cessat. Respondeo ibidem à talione nō discedi, quia vel illa vel maior imponitur pœna ex causa. l. absentem. §. pe. ff. de pœnis. & quod plus est, iam id ipsum existit quo potius ac maius inuenitur. l. cum furti. ff. de in lit. iur. præterea lex non negat quin consultus princeps talionem exerceat, si æqualitas personarum patuerit in omnibus, quod etiam hæc l. si. innuit, dum similitudinē expetit custodit, sed habita dignitatis ratione.

† Sæpe verò admonui nō leuiter calumniæ aliquem esse condemmandum, nisi euidentis falsi 8 lacia deiegatur accusatoris falsum delictū alij obijciētis, adeo vt temeritate excusetur vtiūque. l. i. §. quæri possit. ff. ad Turpilian. etia in lite improba. l. destitisse. ff. de iudic. Secundò ratione amoris legitimi accusarum inflammantis, vt dum pater accusat Titium tanquam sicarium ob mortem filij: idem in matre, & vice versa in filio necem patris vindicari. l. si. ff. de public. iudic. l. calumniæ. C. de calumniar. & l. mater. eod. item ex necessitate officij, dum hæres Titium accusat, à quo se testator moriens ictum telo suspicabatur. d. l. mater in si idem dico quarto loco, si defunctus nihil quidem de suspitione sua pronunciarit, sed alia necessitas verisimilis impulit, nempè liuoribus veneni extrinsecus apparētibus, vnde oportuit patris medicū aut iugē famulum postulari. l. qui cum natu. §. si patris. ff. de bonis liberr. quinto cum accusatus in sui tutelam retorquet crimen in aduersarium, nec probat, idque impunè. d. l. qui cum. §. si libertus. sexto si abolitionem tempestiuè petierit accusator respiscens: ceterum hoc non habet locū re proprius, expendente me, in vera calumniā dolo facta sed facilitate. l. fallaciter. C. de abolit. nisi calumniator necem cognati persequeretur. l. 2. eod. petere namque abolitionem super falsa accusatione instituta consentiente parte omnino posset, licet reluctetur ibi Accursius. † Est præterea vbi calumniator deprehensus non vbi que si 9 mili pœna plectatur sed extra ordinem in l. 3. C. de ijs qui accus. nō poss. Accursius hic arbitratur hoc euenire propter absentiam accusati: sed ego non video cur absentia eius pœnā minuere debeat, quàm augeri æquius est l. absentem. §. pe. ff. de pœn. quare putem in d. l. 3. extraordinem puniri calumniatorē, id est, similitudine supplicij, arbitrio tamen iudicis comparante personarum dignitates, & delectū habete, tū in publicis præsertim delictis peiperā obiectis, tum in priuatis furti vel iniuriarū. l. 5. C. de calumniar. l. qui iniuriarum. ff. de iniur. vbi sicco actus Accurs. fatetur vti iam demonstrauit, hoc esse extraordinarium supplicium l. hodie. ff. de pœnis. nec dubium est etiam, qui calumniator vltra pœnā seueritatem forenses expensas infamis interea factus refundat. d. l. 3. & cap. calumniarum de pœnis.

† Quod subdit hic Cæsar, neminē reorū sibi blāditi decere, propterea quod in quest. cō. 10

fectus fuerit de alijs eiusdem criminis socijs interdum potentioribus, vt similiter impunitatem nanciscantur, æquissimum est: quoniam, si verum inspicimus, reus huiusmodi confessione non eluit crimen, sed amplificat cumulatè, adiungens sceleri admissio scelus noui falsæ accusationis. nam etsi liceat cuius redimere sanguinem suum paciscendo corrupto pactione aduersario. l. i. ff. de bonis eorum qui ante sentent. mort. non tamen cum tertij innocentis pernicie & calumnia potius reo liceret accusatorem sugillare impunè. l. qui cum natu. §. si libertus. ff. de bonis libert. quàm tertium, sicut defendendo seipsum licet iaculari lapidè in prouocantem non in tertium prætereuntem. l. scientiam. §. pe. ff. ad legem Aquil. sanè nec in quæstione de alijs confitenti facinus participantibus fides prorsus derogatur, si verisimilia prodiderit etiam contra suos accusatores, à quibus se delatum festinanter allegat, ne ipsi prius deferretur. l. i. §. cum quis. ff. de quæstionib. † Nouissimè ait lex hæc, non eas esse partes iudicis reum examinantis, vt de se confessum de alterius conscientia interroget: nisi inquit, Accursius, de illis, in quos extat præsumptio. quod ego sequor: putoque sic intelligi. l. prius. ff. ad Syllaniam, quia caret dubitatione, sit enim fasciculus quidam coniecturarum, vt saltem indicatus quæstioni subijciatur. l. vnus. §. in ea. ff. de quæstionib. tamen testimonia iuris prudentum, in quibus reus in aliorum caput à iudice prudenter interrogatur, longius prospiciunt, vt tunc reum percontetur iudex de conscijs & socijs aut mandante vt d. l. prius criminis, quoties crimen tale agnoscitur, vt sine socio vel instigatore non soleat perfici: sicut euenit in latronibus insidiosa loca petentibus, vt viatores spolient. l. prouinciarum. C. de ferijs. l. diuus. 2. de custod. reor. ff. idem contingit in moneta adulterinæ fabrica. l. i. C. de fals. mon. sic in illo qui maleficam artem incantamenti exercet. l. si. C. de malefic. vt saltem exploret quæstor à quo reus didicerit. l. pe. C. eod. & denique in quavis conspiratione contra principem, quam vix vnus tentat, auderet. l. i. C. de quæstionib. id probat mors Iulij Cæsaris primi imper. Rom. & Domitiani xii. Cæsarium postremi, cui libellum legenti Stephanus Domicillæ procurator interceptarum pecuniarum reus suffodit inguina, adiutus à Clodiano Corniculario, & à Maximo Parthenij liberto, à Saturio decurione cubiculariorum, & à nonnullis gladiatoribus non vti que melioribus. ita deo sapiissime placet impios impiorum opera vlcisci.

ABSOLVTO TITVLI ACCVSATIONUM commentario,

Subijcitur tractatus De pœnis damnatorum.

OBSERVATA.

- | | |
|---|--|
| 1 Pœnis criminum variari consuetudine, nec certa forma concludi. | 11 Deportatus à milite instituitur. & quis sit peregrinus. |
| 2 Quomodo accipiendum quod dicitur hodie, pœnis in arbitrio esse iudicium. | 12 Banniti unde ita appellantur. |
| 3 Pœnas in dubiis esse molliendas, non cum crimine est exempli mali, in vrbe celebri præcipue. | 13 Bannitum domo excipiens vt hosti auxiliâs punitur. Ad Furcam damnatio, & ad laqueum. |
| 4 Pœnarum capitalium & aliarum distinctio: quod pluribus pœnis simul aliquis puniatur: quid degradatio sit. | 14 Dissoluitur nodus l. pe. §. si de vari. ex extraord. cognit. quoad libertatem. |
| 5 An supplicio quisquam seruus fiat. quid sit damnari ad gladium, ad bestias. | 15 Adijcere potest iudex, vt deportatus fiat seruus, & quis deportaret. |
| 6 Fœmina vt viri exulat. quid de eo, qui in metallum datus restituitur. | 16 Libertina persona vrbe expulsa facile seruituti redditur. |
| 7 Relegati & deportati differentia: quod relegatus interdum deterior fiat deportato. | 17 Relegatio extenditur, vt ciuitatem auferat expressè. |
| 8 Relegatus amittes bona iudicio retinet actiones ciuiles & ius acquirendi. & præside prouincia deportare non licuisse. | 18 Exulum imagines & insignia eradenda: nõ relegatorum, nec ciuiles honores. |
| 9 Deportati verè sunt exules vt interdicti aqua & igni, testamentum non faciunt. | 19 Etiam à morte improbi damnari memoriâ, maxime si maiestas lesa. quid in muliere vel eius prole. |
| 10 Quatenus sibi vel fisco acquirant. | 20 Maiestatis crimen durius puniendum, & mitius ac diligentius indagandum. |
| | 21 Damnati morte citò puniendi. Quid si princeps |

- | | |
|---|--|
| 22 Pœna membri abscindendi unde fluxit in oculum pedem, manum: de pœna adulterij. | 27 An tempus, quo quis in carcere post sententiam detinetur, imputetur in tempus definitum exilio vel Galeris. |
| 23 An notanda facies delinquentis celo persimilis. | 28 Cum iudex tempus addit exilio, nec definit, quantum intelligatur. |
| 24 Vtra manus amputanda eligatur: & quid si altera sit omnino debilis. & de stateris clauo fixis. | 29 Carcer ob custodiam inductus privato iure nulli competat: & quod sit commentariensis officium: & de reis laxandis. |
| 25 Omnia elementa scelerosis præbent. pœnas. Quid de damnatis ad galeras seu nauigia regia. | 30 Quæ persona acerbius vinciantur. quid de muliere statuatur. Et increpationem iudicis pœna cuiusdam loco esse. item & turpitudinem facti satis illiciti. |
| 26 Carcer an ad pœnam perpetuò trahatur. | |

SERIES PœNARVM.



VONIAM homo diuinum animal & rationis particeps adeo dignitatis suæ sæpenumero obliuiscitur, vt corpus animumque flagitiorum proluuie scædet atque obruat, ideo tot pœnarum suppliciorumque genera legumlatores adinuenierunt, & nonnunquam tam dira & horrenda, vt mori inter beneficia poni possit. nec si mihi esset ferrea vox, vt cum Virgilio loquar: valeam omnes scelerum cõprehendere formas, nec sigillatim

Omnia pœnarum percurrere nomina possem.

† Potissimum quia consuetudo multas induxit, aliquas aboleuit, rursusque redintegrauit. l. capitalium ff. de pœn. & l. aut damnum. vbi gladio non securi animaduerti debet. olim autem nihil frequentius, inde præferantur magistratibus Rom. faeces virgarum cum securibus. l. proconsules. ff. de offic. proconsul. vt ligatæ secures vltionis tarditatem innuerent expedire Reip. teste Plutarcho. illic quoque subdit Vlpianus nec veneno fontes necari: tamen Athenis cicuta perijt Socrates, & alij plures antea eandè forpsentur, nescio an tam innocentes: nam ille vnus dei assertor. Ex omnibus tamen pœnis quæ mote ciuitatis vigent, nihil admodum pensi habemus, cum ex varietate eorum, quæ circumstantia vocamus, à iudicibus subinde varientur. l. aut facta de pœnis. ff. l. diuus pius. ff. de falsis. † Hodie, inquit Vlpianus licet ei qui de crimine extra ordinè cognoscit, quàm vult sententiam ferre vel leuiorem vel grauiorem, ita tamen vt in vtroque moderationem non excedat. l. hodie. ff. de pœnis. non tamen hic statuitur liberum esse iudicij absoluere vel condemnare reum, quem constat deliquisse, cum iudex mollior lege puniatur. l. seruos. C. ad leg. Iul. de vi. Accursius addit iudicem durius reo puniri, nisi puniat ex legum præscripto. l. 3. de sepulch. viol. C. itaque Vlpianus hoc vult, vt cum criminaliter incessitur reus, liberior sit iudex quàm si ciuilitè ageretur. sic vsurpatur extra ordinem agi. l. ff. de furt. l. si. ff. de iniuri. l. qui iniuriarum. eod. & quo magis à crimine negotium abest, eo magis ordinariû dicitur. l. 3. ff. de crim. expilat. hæredit. ergo liberrimus non est iudex in criminalibus causis cœrcendis, sed aliquot cancellis ipse quoque cœrcetur: sicut liberos dicimus homines ingenuos, ita demum nisi iure cohibeantur à faciendo quodcunque collibuit. l. libertas. ff. de stat. hom. primò igitur obsequitur iudex pœnæ à legibus præscriptæ. l. i. §. i. ff. ad Turpilian. nã ibi statim atque pronunciauit aliquem calumniatum, necessariò puniendum censet infamia & simili supplicio. l. nostris. & l. si. C. de calumniator. cæterùm dum sententiam pronunciat potest temperare legem, & ex facto rigorem iuris mitigare. adfit, inquit Horatius lib. i. Ser. m. Satyra 3. regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas Ne scutica dignum horribili sectere flagello. proinde ignoscit lex, quia facilitas induxerit accusantem non fallacia. l. pe. C. eod. vel lubricum ætatis. l. auxilium. §. i. de minorib.

† Secundò iudex cohibetur temperamento benignitatis, ne grauiorem ferat sententiam postquam ita visum est legi: puta cum de crimine quidem constitit, sed dubitari adhuc potest qua mente perpetratum fuerit. l. respiciendum. ff. de pœnis, sed & quando iudex ambigam proferet sententiam, mitiore interpretatione donabitur: vt si pronunciet vim factam, nec arma intercessisse ante constitit, sequemur in dubio legem priuatæ & inermis violentiæ. l. si præses. l. pe. ff. eod. sed metas legum excedet iudex, quando multis grassantibus exemplo opus est. l. aut facta. §. si. ff. eod. ita vt quod mala mente factum non est, grauius vindicetur quia exemplo perniciosum, & exitu infaustum pateat. vt si quis amatorum poculum

puellæ dederit, quam iusto coniugio deperit. l. 3. §. qui abortionis. ff. eod. l. 3. ff. de sicarijs proinde clarus amator deportabitur amissis bonis, at mediocri capite punietur, vilis autem suspendio, aut bestijs, ut olim, subijcietur. d. l. 3. §. leg. eod. atqui etiã clarũ & locupletẽ acci ba morte punire, si impudicos affectus incantamenti aut philtis puellẽ indidisset nõ nuptiatũ voro. l. eorũ C. de malefic. vsque adeo volubilis suppliciorũ actis consideratio ex causa, persona, loco, tẽpore, euentu, & alijs delictum comitantib. vel etiã sequentib. l. aut facta. ff. de pœn. nam & desertor militiæ si Romę apprehendatur, postea durius punitur quã si alibi. l. nõ omnes. §. desertor. ff. de re milit. idẽ di cerẽ de simili tã insigni vrbe & scelere, quasi impudẽtior sit, qui non verecundatur in regia ciuitate & celebri cœtu hominum.

4 † Nunc genera pœnarum nobis enumeranda sunt, inquit idẽ Vlpianus, quib. præsid. afficere quemquã possint. Et sunt pœnæ, quæ aut vitã adimant, aut seruitutẽ iniungant, ciuitatẽ auferant, aut exilium aut cœrctionẽ corporis cõtineant. l. si quis fortẽ. §. si. ff. de pœnis veluti fustii admonitio, flagellorũ castigatio durior ictu fustii, vinculorũ verberatio: aut damnũ cũ infamia, aut dignitatis alicuius aliquã depositionẽ, aut alicuius actus prohibitionẽ. l. 7. & 8. ff. eod. sæpe tamẽ pœnẽ huiusmodi geminatur vt cũ liber homo tenuioris tamen fortis ab ictu fustii relegatur: seruus flagellis cæsus in metallum datur. l. Pædius. §. 1. de incend. & olim morti additi prius virgis cædi soliti. l. pe. ff. ad leg. Pompei. de parr. c. l. si. C. de pagan. non tamen damnari quisquã potest, vt virgis verberibus necetur. l. aut damnũ. §. hostes de pœn. Quod attinet ad vitã ademptionẽ quã vltimã supplicii dicimus. l. vlt. ff. eod. cũ natura vnicã nascendi viã hominib. dederit, multiplicẽ moriendi ostendit in vniuersum capitalem pœnam mortis appellamus, quocunq; modo iudex morti addicat. l. 5. §. quid igitur. ff. de pœn. l. 1. ff. de requir. reis, vbi in absentem non irrogatur pœna grauis: puta, inquit in opus metalli vel similis, siue capitalis. vbi malẽ Accurs. exposuit capitalem pro deportatione de qua satis statim dixerat, cũ de ea quæ operis metalli similis sit loqueretur iuriscõf. Sed capitalis pœna in specie & valde propriẽ ibi sumitur. vt. l. 4. ff. de pœn. latissimẽ autem capitalem pœnam dicimus eam quoque, quæ existimationem lædit, aut statum deformat relegatione. vel aliter. l. licet. ff. de verb. signif. vt in l. 1. §. qui operas. §. capitis. ff. ad Tertulian. veluti, cũ prohibetur quispiam actu solito, aduocationibus verbi gratia fororẽ, ne formet instituta, ne pragmaticus libellos concipiat, neuẽ in archiuis publicis sedeat, vbi instrumẽta adseruantur & cõmentaria Reip. l. moris est. ff. de pœnis accedit degradatio senatorum & inferiorum magistratuum. l. 3. C. de offic. magistri officior. per se enim hæc ciuitatem non auferunt. l. 3. ff. de senatorib. de eadem infamiæ coniuncta traduntur formulæ in cap. 2. de pœnis lib. 6. iam & relegatio ad tempus fieri solita in insula, quæ nec libertatẽ nec ciuitatem auferit, existimationẽ offendit, id est, illæ sæ dignitatis statũ legib. ac morib. cõprobatum, qui ex delicto sic minuitur, vt alibi cõsumitur pœna duriorẽ. l. pe. §. existimatio. ff. de varijs cognition. Media autẽ significatio capitalis pœnẽ est, quæ cõplectitur tantũ vitæ amissionẽ aut solius libertatis, qualis in metallũ dãnatis infligitur, aut ciuitatis tantũmodo vt deportatis. l. qui dã. l. 2. ff. de pœn. accuratiũ hæc cõtinentur in l. 2. de public. iudic. nõ capitalia iudicia, inquit, sunt ex quibus pecuniaria aut in corpus aliqua cœrctio pœna est. vbi aliquã pœnam intellexit Accursius medicam, alioquin & mors & deportatio pœna aliqua est. sic aliquid sublatum dicimus, id est, permodicum, quod curæ non sit legibus. l. ex conducto. §. pe. ff. locat. capitalis pœnæ significatio igitur in specie capitur pro capitis ac vitæ periculo. l. quoniam. C. ad leg. Iul. de vbi publ. & in genere fustius: sic gladij animaduersio in specie à securi, telo seu sagitta, & laqueo, distinguitur. d. l. aut damnũ. de pœnis. non in l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de officio præsid. nam & reli vocabulo lex Cornelia gladium, fustem, ac lapidem, comprehendit. §. item lex Cornel. de publicis iudici.

5 † Qui morti addicebantur illico post sententiam, à qua non esset appellatum, serui efficiebantur, sicuti & ij, quos diximus libertatem amittere in metallum damnatos. l. qui vltimo. ff. de pœn. sed hoc durum visum est Iustiniano in §. quod autem. de nupt. col. 4. vbi neminem benẽ natum ex metalli supplicio fieri seruum permittit, nam etsi nihil faciant quod velint, tamen quia iure patiuntur, liberi manent. l. libertas. ff. de stat. hom. benẽ autem natum intelligit libertinum quoque Accursius in authent. sed hodie. C. de donati. inter vir. eò quòd omnes libertinæ sortis personæ habent hodie generale ius auctorũ anulorũ. §. si. vt liberti de ceter. col. 6. igitur ingenui existimatur saluo iure patroni. l. fin. ff. de iure auctor. anul. ideo Bartolum non sequor aliter sentientem: eò amplius quòd Iustinianus illico post §. quod autem libertum vel libertam decreto iudicis in seruitutem redactos fortẽ ob ingratitude. l. 2. & fin. C. de libertis, statuit adeo seruos videri, vt eorum matrimonia soluantur. quare aliud dicendum, si ex supplicio metalli seruire pœnæ acerbæ inceperint.

penis. §. si vero decretum. de nuptiis. col. 4. in auth. Sanẽ morti additi, si eidem Bartolo asseruntur, serui protinus fient, nec eripientur per d. §. quòd autem. vbi tamen Iustinianus fatetur se antiquas leges reprehendere: & in vniuersum fatetur neminem liberorum ex supplicio fieri seruum hodierna benignitate. idem dicendum de iis qui ad gladium seu gladiatorum ludum. aut ad bestias condemnari solebant. l. si quis mihi. §. si quis planẽ. ff. de acqu. hæred. l. aut damnũ. §. quicunq; ff. de pœnis. nec quicquam notius est quã ad ferrum damnatos vocari gladiatores ob scelus aliquod spectaculum sui præbentes. l. eius. §. si. de testam. quamquam primo liberi producti fuerint sponte sua à M. & D. Iunij Bruti patris funebribus ludis primo anno belli punicis, teste T. Liuii lib. xi. verẽ autem serui à dominis sine iudice ad pugnandum cũ bestiis dedi non poterant. l. xi. §. 1. ff. ad leg. Corn. de sicar. & quia si feliciter pugnasent damnati, euadebant mortem, hæc pœna secernitur à summo supplicio. l. quicunq; ff. de falsis sæpe recreabant populum Rom. robusti rei, & exhibendi Romã ex provinciis traducebatur cõsulto principe. l. ad bestias. ff. de pœnis. si fortẽ leonẽ vel aliam feram æquẽ immanẽ depugnare possent artificio vel viribus vel cõfortẽ gladiatorum. Sanẽ ad mortem damnatis magis hodie fauendum, ne serui videantur, cum ad libertatem maximam pergant, vinculis & carcere corporis animũ cœlestem liberaturi, præsertim cum eadem sit ratio eius qui in via properat, quæ est eius qui ad metam destinatã peruenit. l. qui mittuntur. §. si. ff. ex quib. caus. maior. nam nec olim libera mulier statim post damnationem futura morte adeo fiebat serua, quin libera pareret. l. imperator. ff. de stat. hom.

† Probatur præterea ibidem deportari solere tam fœminas quã viros, sicut etiam in metallum damnari. d. §. quòd autem. de nupti. col. 4. Cũ autem tria homines habeant libertatem, ciuitatem, familiã: tria hæc simul, damnati in metallum amittebant. l. si. ff. de cap. diminuit. l. intercidit. ff. de conditionib. & demonstr. vbi adeo seruus efficitur supplicij, vt reditum sperare non liceat, tamen si accidere possit beneficio principis propter spem, vt redeat seruii pœna ita affectus, & pœnæ met seruiens. l. quidem. ff. de pœnis. quare, inquit, pro non scriptum est, quòd illi legatur, nam fisco non acquiritur, qui damnati dominus nõ est. l. in metallum. ff. de iure fisco. quòd si seruus in metallum datus sit à iudice, in tantum mortuus videtur, vt si à principe restituitur, ad pristinum dominum non redeat, sed tunc sit fisci. l. frustra. C. de sentent. pass. l. generaliter. §. si seruus. ff. de fidei commiss. libert. qui in opus metalli damnantur. ab illis discrepat, quòd non ita seruilia verbera patiuntur, nec tam grauib. vinculis premuntur. d. l. in metallum. de iure fisco. l. aut damnũ. §. inter. ff. de pœn. accedit, quòd in opus metalli ad tempus quidem molliter damnantur. l. capital. §. diuus. ff. eod. † Sic quoque relegati ad tempus tantum damnari debent è diuerso, bonis non ademptis nec parte eorum. quia familiam tantum perdunt non libertatem aut ciuitatem, deportati autem, qui retenta libertate vtrumque amittunt, & bona simul, damnantur in perpetuum: tamen si iudex relegatis bona ademerit, statim inceptæ ipsius sententiæ. l. 7. §. ad tempus. ff. de interdict. & relegat. vbi nec bona omnia sed partem adimit, atque ita ad summum dimidium. l. nomen. §. portionis. ff. de verbor. signific. sic lex præluxit mihi opinanti. l. si. C. de postul. planẽ quoties partem bonorum adempturus est iudex, huic seueritati alteram adiungat relegationi conuenit. hoc est, vt similiter releger non ad tempus sed in perpetuum in insulam, seruans quicquid ciuili iuris est exuli. iam enim exul vocabitur hac amissione. d. l. si. C. de postul. l. 4. ff. de interdict. & relegat. idem sensit Paulus in l. 38. §. si quis. de pœn. & ita Plinius Iunior relegatũ Caluum proconsulem scribit lib. x. epistolarum, vel potius Traianus Cæsar. si existimat, inquit, se iniuria relegatum cũ per biennium agendi facultatem habuerit, neque id fecerit, atque in prouincia morari perseuerauerit, vincus mitti ad præfectos pratorij mei debet. extorris quoque dici poterit. l. si. C. de custod. reor. & iam exul. l. viij. de pollicitat. ff. sed hoc in genere fustiore significationis. d. l. 38. §. iudices. ff. de pœnis. vbi præles in exilium mittit, qui non deportat. l. 2. §. 1. eod. planẽ quinetiam omnia bona adimer iudex ex causa relegato in perpetuum, vt leniat exilium atque hoc beneficio ciuilia iura & ius bonorum acquirendorum imposterum adseruabit damnato. l. chirographis. §. si. ff. de admin. tut. l. 3. C. si pendunt. appellat. In eo tamen est durior causa relegati tam acerbẽ, vt ipso mortuo post interpositam appellationem à sententia exilij, quã eius qui simpliciter deportatur in insulam, vt bonorum ademptorum causa post mortem nihilominus discutatur. d. l. 3. incutit itaque penitus pœnam ipsam bonorum publicandorum iudex, ac durius quam lex: cuius ea est interpretatio, vt deportatus semper bona amittat, quamuis id sententia non exprimat. l. deportatorum. C. de pœn. vel si iudex pronunciet reum amittere ciuitatem. l. tutelas. §. si. ff. de cap. diminuit. † O admirandum legis consilium in æquitate attingenda: ita vt iuxta delictorum singulorum gradus pœnæ

ad stateram appensæ & congruentes reddantur. nam cum simplex relegatus bona ciuitatemque retineret, & quicquid ciuile videretur vt ius testamenti faciendi. l. 7. §. siue. ff. de interd. & releg. sed deportatus amitteret, inuenit lex relegationis genus à iudice explicandum tali temperamento, vt reus bonis quidem multaretur presentibus, ciuitate interim retenta, & acquirendi in futurum potestate, atque ideo actiones forenses & in totum iuris ciuilibus exercendi. l. si mandauero. §. is cuius. ff. mandat. ideo enim ibi is cuius bona publicata erant, commodè mandat aliquid suo nomine emi, & eo nomine actionem habet planè à iure ciuili iudiciario. §. 1. §. sed ista. de actionib. quia inquit quicquid post publicationem bonorum acquirunt mandans, non sequitur fiscum, nempe eo quod bona fuerant publicata ultra naturam relegationis ex sententia iudicis, vt antè ostendimus, non ex deportatione, quæ adimit ciuilia omnia, atque ita actiones, non contractus iurifgentium vel obligationes naturales, quæ ex his oriuntur. d. l. quidem. ff. de pœnis. l. eas. de capit. dimi. l. cum amplius. §. si. ff. de regul. iur. Inde licebat præfidi prouinciæ relegare non deportare, cum relegatio in pacatioris ac viciniore insulas destinaretur, nec extra terminos prouinciæ ac iurisdictionis. alioquin iudex Cæsare cōsulebat. l. 3. §. ij. quibus. ff. de leg. 3. l. 7. §. 1. sicut. de interd. vbi quoque putet ex D. Seueri epistola nouè factum vt præfectus vbi ob vrbis Rom. præstantiam deportandi ius habuerit: vel quia licet muneris vrbis nomen hæreat, tamen Italiam peruagatur eiusdem ex Augusti epistola. l. 1. de offic. præfect. vrb. Italix autem insula pleræque asperimæ exulibus conueniebant. l. insula. ff. de iudici. denique plus licuit præfecto vt qui in vrbe in conspectu, Cæsaris, minus potuit audere in reos præter æquum. † meritorè demonstratum est deportatos esse verè exules non relegatos. l. 4. ff. de interd. & relegat. l. 2. ff. de public. iudic. vbi aqua & igni interdicebatur olim exulibus, qui postea deportari cœperunt. §. deportatio. de nupti. in auth. col. 4. quoniam ignis & aqua duo potissima elementa fœderibus faciendis adhiberi consueuerant, vt matrimonio & solemnibus nuptiarum. l. pe. §. si. ff. de donat. inter. vir & vxor. eodem modo igitur iisdem elementis interdicebatur exuli, quibus vita humana maximè continetur tanquam segregata à societate humana, aut inter quosdam insulares homines deportatione versanti, vt postmodum vsitari cœpit, tamen non lenius esset prius supplicium inter homines versantis sed hominum carentis adiumento. l. 3. C. de apostat. his alludit Ouidius lib. 2. Tristium his verbis.

Adde, quod edictum quamuis immitte minaque,

Attamen in pœna nomine lenè fuit:

Quippe relegatus non exul dicor in illo,

Parca que fortunæ sunt tibi verba mea.

quamobrem licuisset Ouidio actiones intendere saltem dato procuratore. l. sed & si. §. 1. ff. ex quib. caus. maior. item testamentum condere. l. 7. §. siue ad. ff. de interd. & releg. cuius solemnia ciuilia sunt. l. 3. de testam. deportatus nihil horum faceret. l. eius. §. 1. ff. eod. l. 3. ff. de interd. & releg. Relegatis autem dies excedendi ab vrbe certi à iudice præstituebantur. l. 7. §. his qui. ff. eod. sicut & veris exulibus & aliis reis, qui aliquid mirius patiebantur relegatione temporaria in insulam: vt cum interdicitur alicui, ne intra vrbis territorium intra ve muros moretur, vel vt tantum moretur in patria aut in certis vicis. d. l. 7. §. solet. nam quamuis patria cuique chara sit & amœna, vnde Vlysses Homericus immortalitatem repudiatur, vt suam Ithacam inuiseret in saxis locatam, tamen nescio quid simillimum habet seruitutis non posse à certo loco discedere. l. 1. ff. de liber. hom. exhib. argumento est, quod postquam alicui locus ascriptus est, à quo non abeat, vt quoque in insulâ relegatis aut deportatis accidit: ne mortui quidem extra illum sepelientur. l. 2. ff. de cadaverib. punitor. † Planè deportati tanquam verè exules nihil bonorum post irrogatam pœnam nouè acquirunt sibi, solumque fiscum heredem habent. l. 2. de bonis prescript. C. ideo aperui in d. §. is cuius. l. si mandauero. ff. mandat. publicata fuisse relegati bona per iudicè, nō deportati per legè. l. deportatorū. C. de pœn. quia lex eo ipso quod quis deportatur bona adimit, nisi fortè aliquis dotem mulieris excipiat. l. sed si alia. §. si. ff. de bon. damnat. l. eas. de capit. diminut. sanè contrahere iure gentium deportato licebit, & dum viuunt sibi non nihil acquirere, & seruū habere, qui domū eat redeatque nunciaturus quid geratur, & nū spes super sit aliqua restitutionis. l. si deportati. ff. de legat. 3. sed hæc omnia lenitate aliqua sunt procuratoris fisci deportatū miserētis, & cōniuentibus oculis admittitur. l. 4. ff. de manumissio. qui patientia sustinet fragilia cap. pe. de supplen. negligentiæ & illud satis magnæ libertatis est, quod deportatus potest, si velit reuocare donationē vxori factā, vel silentio roborare pro ipsius proteruitate vel obsequio. l. res vxoris. C. de donati. inter. vir. necnō illud quod piè ipse in exilio aletur à suis liberis successione potitis. §. 1. in fi. de incest. nupt. col. 2. quod ego obseruauit & Accusf.

Accusf. sic factum est olim, vt plerique exules in otio & malis mediis ingenium excitantibus victu & facultatibus abunde supeditatis opera immortalia, exilij præclara monumenta, reliquerint. vt Olori Atheniensis filius Thucydides scriptor belli Peloponnesiaci: & Hermodorus Epheso exulans in Italiam autor fuit legum. xij. tabul. promulgandarū. l. 2. §. 1. ff. de orig. iur. vt taceam illum, cuius paulò ante memini, Ouidium ab Augusto Cæsare dānatum ob lasciuia carmina, & aliud causæ quam reticet, fortè quod Cæsaris filiam peramasse iactaretur, sic punitus æterna relegatione ad Geticam terram, in oppidum Tomos, vbi & obiit victurus memoria voluminum pertinaci. vt & Iuuenalis satyræ immodica licentia à Domitiano Augusto Pentapolim Africæ missus ac dānatus. si Suidæ credimus. ibi igitur ab amicis musas amplectentibus impunè aliud accepisset ad victum, non vero mox distraxisset vt l. 2. in quibus causis Colon. domin. accusf. lib. xi. C.

† Certè quia in insula sibi præscripta de potuit perpetuè moram facturis intelligitur, non video, cur ibi non domicilium habere possit, & quidem sui dominij, quandiu connuebit fiscus, & tam mobilia quàm immobilia ab eo possideri sinit, atque heredem institutum habeat, & clam recipiet, qui tamen ob deterrenda scelera egere meruerat. l. bona. ff. de positi. quidem in relegato id explorari iuris est multò magis. l. filij. §. relegatus. ff. ad municip. sed & eò loci vnde arceatur, domicilium habeat instructa domo in vrbe relicta & procuratore. l. eius qui. 2. §. si. ff. eod. atqui deportato aliquis incolatum adimet in insula, quia vocatur peregrinus. l. 1. C. de hæred. instir. id est, nusquā habens domum, sed nauigans quocunque, aut iter faciens, quærens vbi consistat. d. l. eius qui. §. p. Aulonius in Ecloga de vita humana.

Quod vita sectabor iter: si plena tumultus

Sunt fora: si curis domus anxia: peregrinos

Curadomus sequitur?

l. ciues de incol. lib. x. C. eò respexit lex Laconum, vt peregrini vrbe expellerentur, vt est apud Ælianum lib. historix variæ. 13. cap. 16. sed citra ignominiam hi pellebantur. vt & Athenis proprii eximijque ciues, qualis dux iustus Aristides ac Themistocles. eò tatum quod nimium autoritatis nacti arguerentur, & inuidiæ cedere iuberentur publicitus, indicto ostracismo à iorensum calculatorum nomine. Atqui, Romæ peregrinis morari licuit dato illis prætorè. l. 2. §. post aliquot. de orig. iur. Planè deportatus dicitur ad peregrinitatem redactus. l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vocand. cæterum hic Vlpiani locus admonet non ad quemlibet deportatum id pertinere sed ad aliquem: si, inquit, per pœnam deportationis patronus ad peregrinitatem redactus fuerit, puta, inquam, si cum vndique late fugerit, & ad certum locum venerit nudus exulque vt in l. tutelæ. §. si. de capit. dimi. l. exilium. de interd. & releg. eò loci amicis destituatur, vt sibi ædes non habeat: secus si humanè exceptus à ciuibus (quod multis exulibus contigit) larem tenuem sibi quoad viuet, constituerit accedente patientia principis aut ignorantia potissimum cum in d. l. ciues, nihil prohibeat peregrinum habere certum domicilium in alia quàm vbi peregrinatur, regione. scio peregrinum pro extero accipi: & peregrinum ab vrbe, quod rusticum sit dici. l. quemadmodum. ff. de supeli. leg. & peregrinos vulgò dici audio domicilio constituto alicubi interim in longinquam oram iter facientes, ad quam cum peruenerint hospites appellentur: quos Fridericus humanè excipiendos. iuber auth. omnes. C. communia de successi. vbi stari eisdem permittit: aut intestatorum successionem legitimis hæredibus, si fieri possit, deferri: alioquin piè erogari peregrini officium, inquit Tullius primo libr. offic. nihil præter suū negotium agere, minime que esse in aliena Reip. curiosū. nec distinguit, vtrum domo quauis careat, an alibi penates suos tantisper dimiserit.

† Bannitos huius ætatis exulibus conferimus penitus: quia vt exules quidam ciuitatem amittunt & bona vt deportati in perpetuum: quidam parte bonorum vel pecuniæ certa quantitate multati ad tempus exulant vel relegati (vt taceam quod Alciatus suo ma. te excogitat libro 2. Parerg. cap. 2. ab anno seu ab annatione deductum nomen, quâsi verò annuale tempus exuli primum mos taxauerit, quod vix relegationis nomen meretur cum verū exilium sit perpetuum. l. 2. de public. iudic. ff.) planè & Banniti interdum certa prouinciâ nonnunquam regno extorres fiunt. insula autem includi perquam rarè vidimus, sed vidido exularet cū n participibus & æmulis Bannitendis, postquam hoc verbo mos vti permittit, à Banno id fluxisse compertum est, id est à pœna certæ pecuniæ inflata delinquentibus, vt in legibus Longobardorum in tit. de raptu, Imp. Carolus: si defensor puellæ raptori cō-

fenstrit, Comes noster Fredam, id est, multam exigat: sponso vero legem suam componat, & insuper bannum nostrum, id est, inquit, lx. solidos persoluat. aut in praesentia nostra Comes venire faciat, & quanto tempore nobis placuerit, in exilio maneat: & illam foemina ei habere non liceat. & imperator Lotharius in tit. de exercitalibus. l. fi. Bannum depositionis armorum ponit. & Bannum imperiale cap. nos Federicus. tit. de statutis & consuetudinib. contra libert. eccles. in feud. vbi Bannitos quoque pro extorribus & exulibus nouè capi videas. quamuis ibidem Bannum quoque mille marcharum infligatur, personis, quæ libertatem ecclesie prauo more imminerent. vt liqueat Bannum non exilium sed multam pecuniae, atque à gradu honoris deiectionem aliquam. can. statuimus xv. q. 1. ceterum exilio puniti Bannitorum nomen nanciscuntur, ideo quod ipsi grauius multari soleant, nisi indictis exilij terminis à iudice paruerint, & grauius solito plecti. quia contumacia paulatim exaggerat poenam exilij. l. 4. ff. de poen. † Præterea & ij qui exules recipiunt domini, aut alibi occultant, Bannum sentiunt, & poenam, vt Iulius Paulus ostendit lib. 5. receprarum sententiarum tit. ad legem Iuliam de vi publica. vbi lege Iulia teneri quemlibet respondit, qui cum, cui aqua & igni interdictum fuisset, receperit, celauerit, tenuerit. quoniam Banniti vulgò diffidati censeantur aut Gazaros. C. de hæretic. maxime hoc patet in cap. 1. §. fi. de homicid. lib. 6. cuiusmodi fuere olim qui hostes iudicati sunt societatis humanæ seu Reip. §. si clericus. de pace tenend. & eius violatorib. in Feud. & omnes deportatis similes l. amissione. §. 1. ff. de capit. dimin. vnde ij, quorum hospitio recipiuntur, & occultantur, exilium pro modo fraudis sentiunt. l. Metrodorum. ff. de poen. apud Suetonium Nero cum legisset, à Senatu se hostem iudicatum, & quæri, vt more maiorum puniretur interrogauit, inquit, quale esset id genus poenæ, cum comperisset nudi hominis ceruicem inseri furcæ, corpus virginis ad necem cædi duos pugiones arripuit, mox distulit necem. vt obiter pateat furcæ supplicium suspensio non ita aptum, sed affixis fuisse d. l. capitalium. §. famulos. ff. cod. nam laqueo gulam stringere iurisperitorum seculo non licebat. l. aut damnum. §. 1. ff. cod. † Superest nodos aliquot dissoluere, quibus ea quæ de deportatis & relegatis tradidimus implicentur. ac primò de portatione videtur status condemnati quoad libertatem immutari nedum quoad ciuitatis amissionem. l. pe. §. si. ff. de varijs & extraord. cognit. vbi consumitur status alicuius magna capitalis diminutione, id est, inquit, cum libertas amittitur, veluti cum aqua & igni interdicitur, quæ in persona deportatorum euenit. sed putem hoc loco particulam, veluti, non subdere exemplum amissionis libertatis, potiusque id significare quod, sicut etiam, ita vt addat prædictis potius quam exemplum subiiciat, vt in l. Arescusa. ff. de stat. homi. l. si quis seruus. ff. de iniuri. & hoc verissimum est. nam dixerat Callistratus in d. l. pe. statum existimationemque hominis aut minui aut consumi: minui quidem relegatione infamiaue aliqua: consumi autem magna capitalis diminutione, id est, libertatis amissione, vel etiam aquæ & ignis interdictione qua sola ciuitas perditur non libertas. nam etsi hæc leuior poena sit, tamen sufficit ad consumendam existimationem, & propriè magna diminutio appellatur, vt maxima est illa quæ libertati obest. §. maxima & §. seq. de capit. diminut. l. 1. §. capitalis. ff. ad Tertull. sed necesse est eam quoque magnam esse, quæ sit maior vel maxima. l. vbi autem. ff. de verb. obligat. inde vis magna in l. 2. ff. de pericul. rei vend. eadem est cum ea, quæ sepius vis maior nominatur, vt vulgo scimus Accursius in d. l. pe. aliter intellexit adimi libertatem de portatione, non eam quæ seruituti contraria sit, sed facultati quiduis faciendi. vt l. 2. ff. de liber. homi. exhiben. sed quàm vanum hoc sit, ij sentient qui ibidem expendent de portationem merito à relegatione discerni, qua tamen pariter facultas liberi arbitrij extenuatur. l. 4. ff. de poen. nec quis dixerit libertatem adimi, sed minui relegatis, cum iurisperito.

† Adhuc videtur de portatio infringere prorsus ius libertatis naturalis in l. fi. C. vt nemo priuat. Titul. vbi prohibetur quilibet suspendere alienis rebus vela regia inconsulto iudice: aliàs censent ibi Cæsares plebeium reum maculari, clarum verò prohibendū deportandūque sciunt non solum ciuitate Romana, sed etiam libertate priuari ab omnibus iudicibus: igitur apparet deportatum libertatem vt bona quoque sua amittere. Sed magis est vt hæc lex velit de portationem leuiorem esse poenam, quàm vt tantum incuti debeat audaci vela regia suspendenti, ideo ob ea disceditur, vt in opus metalli vel in metallum amissa libertate damnetur. vt si restator leget Titio non solum quinquaginta denarios sed etiam centum. nam non eligit hæres vtrum præster sed centum exoluet, argumento est, quòd omnes iudices eius supplicij executores sunt. igitur à de portatione discessum est, quippe cum præfides prouinciarum ius deportandi non habeant. l. 2. §. 1. ff. de poenis. sed ad bestias præles quiuis damnabit intra suam prouinciam reū & ea poena vel simili seruum efficiet. l. 8. §. quicumque. l. ad bestias. ff. cod. † Etiamnum adest alius scrupulus ex l. & seruorum. in fi. ff. de stat. hom.

hom. vbi mulier expulsa ciuitate serua efficitur, quauis liberū infantem pariat, quem ante conceperit, aut vtero gesserit libera. at expulsa non liber aliter interpretari quàm deportatam in insulam, vel aqua & ignis interdictioni subiectam, quæ mulieribus quoque à iudice pronunciabatur. l. imperator. ff. cod. quare expulsam exposuit Accursius damnatam in metallum, satius fuisset dicere duplici poena affectam, id est, in insulam deportatam, ac in eadem metallis secunda, qualis est Anglia, pariter metallicis ministerijs seruire iussam vinciamque vt l. fi. C. de postlimin. reuersis. sed quia, vt dixi, expulsus ciuitate non libertate sed ciuili iure priuari solet. l. fi. ff. de legatio. quippe cum in insulam deportetur, qui ciuitate expellitur vt plurimum, vt contigit Cassio Longino iurisperito l. 2. §. fin. ff. de origi. iur. magis est, vt putemus in d. l. & seruorum. expulsionem ciuili seruire visam mulierem, eò quòd non esset ingenua sed libertina, rursus ancilla facta per ingratitude. l. 2. C. de libert. vel per de portationem magis noxiam libertinæ personæ quàm ingenuæ. adeo ex leui causa pristina seruitus facilius redintegratur, quàm nouè inducatur. d. l. 2. C. de libert. succurrit aperius. §. si verò decretum. in aurb. de nupt. col. 4. addamus l. fi. §. illud. C. de Iudæis. tam verò redeamus parumper ad relegationem, quam ostendimus familiæ tantum iura non libertatis ciuitatisue consumere. † Verùm ciuitatem quoque adimi relegatis fateretur Paulus, l. amissione. §. 1. ff. de capit. diminut. qui deficiunt, inquit, capite minuuntur, vt ij qui se in hostium numerum conferunt, & relegati, vtique vsque adeo vt ciuitatem amittant. vbi nescio quid balbutit Accursius fluctans in incerta interpretatione tripliciter. ibi tamen Paulus expressim explanat relegationis non eam esse vim, cum simpliciter profertur à iudice, vt cuiquam ciuitatem adimar aliter atque in solo nomine de portationis. l. fi. §. fi. C. de sent. passis diuersum assero contingere, si iudex relegans expresserit relegatis à se ciuitatis ius auferri hoc innuit particula, vtique, vsurpata pro ita demum. l. sed etsi lege. §. quod ait. ff. de petit. hæredit. §. certè. de rer. diuisi. & particula vsque adeo. §. ex maleficijs de actionib. antequam igitur relegatus amittat iura ciuilia, vsque adeo oportet illum esse relegatum, vt iudex id expresserit sententia, alioquin interpretatio communis & benigna fieret. l. fi. præses. ff. de poenis. atqui potest iudex hoc exprimere sententia licet dura contra naturam relegationis. l. 7. §. ad tēpus. ff. de interd. & relegat. quemadmodū itaque iudex cū liber, porrigit vim relegationis in de portationem, ita & hæc, si libeat, in damnationem metallicam, & deportari libertatem violat iusta ratione. l. fi. C. de postlim. è diuerso quoque dānato in metalli opus nihil cōminuit libertatis ineptus iudex: quia ad tēpus tantūmodo expressit. l. capital. §. diuus. ff. de poen. nihil vetat ergo alicui nominatim à iudice relegationem talē iniungi, quæ ciuitatē adimar. Aliter dico. d. §. 1. l. amissione. explicari, vt simpliciter prolata relegatio auferat ciuitatē quando scilicet incutitur pro graui crimine, quò aliquis hostis reip. vel principis declaratur, nam & hic perduellis dicebatur, deducto nomine à bello: quia cum eo bellam nobis sit. l. quos nos. de verbor. signif. l. fi. ff. ad leg. Iul. maieft. sicut Paulus ibidem commemorat. † Argu- 18 mento est quod ijs hoc pacto relegatis sicut & deportatis detrahuntur & deturbantur statua. l. eorum. ff. de poen. nam vt decet tam improbos homines abigi à ciuium consortio, sic eorumdem similitudinem. l. vellera. de vestib. olober. lib. xi. C. statua namque olim ponebantur in parenti publico quæ loco eius honori, quem referebant ob aliquod factum & facinus egregium. nec distractis bonis ipsius distrahi poterant. l. Aufidius. ff. de priuil. credit. & ignominia illata statua redundabat in suum exemplar, nempe in hominem, cui dicata fuerat. l. si statua. ff. de iniur. sed Demetrius Phalereus deiectis à populo Attico suis imaginibus se ipsum consolatus, at inquit, virtutem cuius gratia illas erexerant Athenienses, non euerterunt. domum quoque exulum ob dirum facinus destrui contingebat. §. recepratores. de pace tenend. inter subdit. in Feud. Sanè imagines non detrahebantur à conspectu publico propter simplicem relegationem, non magis vtique quam magistratus & honores ciuiles. l. amissione. §. fi. cum l. sequent. ff. de capit. diminut. idcirco nec insignia genulitia scutis pingi consueta, quia primum à laude militari inchoata increbuerunt, relegatus perdet, sed deportatus expers iurium ciuiliū, aut legatus ob delictum offensæ maieftatis leuiter, vt ob celatum receptumque hostem domo aliena, & sua dissimulatione. l. Metrodorum. ff. de poenis.

† Quoniam vbi plenum est læsa maieftatis crimen vel hæreseos, in tantum insignia & statua damnatorum deiciuntur; vt eorum damnetur memoria post mortem quoque velut in diuina maieftate hæretico errore læsa, ob quem memoria defuncti accusatur. l. Manicheos. authent. Gazaros. C. de hæretic. l. penult. C. ad legem Iul. maieft. vbi sortè Cassianus furor, dicitur similitudine Cassij, qui simili cum Bruto coniuratione Iulium Cæsarem in curia Rom. occidit. & similis Cassio quauis in ore hominum frequens verferetur, tamen

dignus habetur odio publico & indignus qui commemoretur, ut Erostratus Dianæ templo Ephesi incenso. refert. Curtius lib. 6. lege Macedonū cautum fuisse, ut propinqui eorū, qui regi insidias molirentur, vñ cum ipsis necarentur hanc verò legem ut acerbam se antiquas se gloriatur apud eundem Curtium libro 7. Alexander Magnus, ne cum scelestis infontes punirentur. idem prope fecisse videntur imperatores Arcadius & Honorius in l. sancirius. C. de pœn. vbi notos, propinquos, familiares, procul à calumnia submouent, si societate criminis non teneatur. & ideo Budeus in tit. ff. ad leg. Iul. maiest. l. 3. ait discessum fuisse ab acerba illa l. quisquis. quæ est eorumdem Cæsarū Arcadij & Honorij. C. eod. vbi in §. 1. filij reorum læsæ maiestatis degunt infames & sine factione testamenti. quodque plus est vtrumque rescriptum dirigitur Eurychiano præfecto prætorio, ut videre licet. neque vtrū sit posterius cognosci potest. vnde verisimile est Cæsares liberos quidem perduellium voluisse puniri nō cognatos vel familiares: quia liberi pene idem sunt cum patre. l. si. de impuber. C. itē quia sic terrentur perduelles, cum prævident liberos suos punitum iri, ac bis ita cruciari. §. si. de noxalib. sanè constar Stiliconē Socerū Honorij cum Eucherio filio cui impiè imperiū affectabat. occisum fuisse. id Paulus Diaconus scripsit. ergo lege Rom. necantur nulli propinquo- rum: sed liberi masculi, à quibus paterni exēpli meretur furor, infamia notati perpetua in- restabiles redduntur, filiabus vtrunque ignoscitur. d. l. quisquis §. 1. §. ad filias. C. ad leg. Iul. maiest. vbi eisdem non ignoscit Accursius, si matris flagitium contra principem argueretur nec iniuria. nam filia materno lateri iugiter assidentes facillimè matris fugunt vitia, & audaciā: masculi verò liberi pro sexus robore peregrè se penumero profecti parentū scelera exuunt, & si quæ imberberunt, sæpe euomunt: sicut interdum ab eorū virtute degenerant. & quia liberi pari corporis parentum cēsentur. l. 21. de agricol. lib. xi. C. partim ex eorū labe puniē- tur. l. iure de Fabricensib. C. eod. libr. nec abhorret illud Aristophanis in Ranis veratīs Leo- nis catulū ali in Rep. certè si alatur, nota aliqua agnosci debet, ideoque lex infamar perduel- lis filium. & illius damnat memoriā, ac quādoque nomē aboleri ut Cicero scribit Philippica prima corrigisse Romę decreto facto ne quis patrie gētis. M. Mālius vocaretur, propter vnus Manlij Capitolini scelus qui regnū affectauerat, ut de eodē Plinius retulit lib. 7. cap. 28. idē si ciuitatē aut prouinciā occupare quis contēdat vel prodere. l. pe. ff. ad leg. Iul. maiest. † Cæte- rum quoniam crimine læsæ maiestatis nihil excogitari potest scelestius. §. mitiores. de nupt. col. 4. in auct. prouidendū est, ne quis falsò pretextu calūniæ opprimatur, accusatore torquē- do nisi reum conuicerit. l. 3. C. ad leg. Iul. maiest. deinde ipsemet iudex sagaciter cuncta ri- matus non in occasione principalis venerationis sæuum examen adhibebit, sed in veritate. l. famosi. ff. eod. nam & persona spectanda est, inquit Modestinus, an potuerit facere, & an quid fecerit aut cogitauerit, & an sanæ mentis fuerit, ne lubricum linguæ in pœnam facile iudex trahat. l. vnic. C. si quis imperatori maledix. idque consulti simè ac humanissimè, à iu- reconsulio mox ab ipsis Augustis sancitum fuit, eò quòd iudices nonnulli, ut aliquid muneris à principe emungant, pernima diligentia vsi verius scelera committunt, quàm puniant velamento læsæ maiestatis. præsertim cum satis sit principi, si malè facere nequeant subdito maledicti. nihil enim tam peculiare est regie maiestatis quàm humanitas, per quàm solā dei seruatur imitatio. l. si. C. de donati. inter vir. ideo laudabilis extat vox Cæsaris Hadriani apud Spartianum, qui vni quē priuatus capitalem inimicum habuerat, factus deinde Imperator, euasisti, inquit, nec deferri à quoquā passus est. perperam igitur Senatus Rom. morti addi- xit Lutorium Priscum equitem ac pœtā clarū, quia carmen in Druſi Cæsaris egrotantis mor- tē edidisset, ut refert Diō lib. 57. quare senatus cons. fieri iussit Tiberius Aug. ne quis dānatus intra diē decimū necaretur. nō mirū in principe tā patiēte aduersus famosa carmina, ut sub- inde iactaret, in ciuitate libera linguas mentēsque liberas esse debere, teste Suetonio. † Sanè verò cum aduersus principē nihil peccatū obijcitur, non debet differri condēnatorum sup- plicii, etiā si eludēda pœnæ gratia illi iactēt se habere, quod pro salute regis habeant dicere: quia rē tā magnā randiu reticere nō debuerāt. l. si quis fortè. ff. de pœnis Igitur dānati vltimo supplicio velociter id subibūt, quoad fieri poterit. l. 1. C. de bon. proscr. Amplius dico accusa- tos & conuictos quamprimū condēnandos, ne attribus & suffragijs emittēt capitalē sententiā. l. cum reis. C. de pœnis. planè vno casu in xxx. dies sentētię executio differtur, cum sine causę cognitione à principe dicta est, cui nemo potest repugnare, audetnè contra consuetudi- nem iudiciorum suorum in vindictam procliuioril. si vindicari. C. eodem. interim autem rei postulati vinculis continebuntur, donec ira efferbuerit, & rei veritas innotescet, ut ibidem Gratianus, Valentin. & Theodosius iunior sanxere, accepta lege à Theodo- sio magno, ne locus misericordiæ aut pœnitentiæ, si causa exposceret, periret, ut scribit Rufinus lib. historię Ecclesiasticę. 2. cap. xviii. nam cum occasione ludo- rum Circensium in Thessalonica ciuitate, oborta seditione populus Bothericum Illyrij ducem

ducem occidisset, imperator certum magnūque numerum ciuim, aduenarum etiam, qui adfuerant, necari iussit: & ita Thessalonicam sanguine inundari contigit septem milibus ho- minum ferro absumptis, ut Theodoritus recensuit lib. 5. cap. 18. quamobrem obiurgatus à D. Ambrosio Mediolanensi episcopo. 30. dies ad supplicia damnatorum à Cæsare quolibet impostero Theodosius expectari lege lata edixit. idem Sozomenus tradidit lib. 7. cap. 24. Sidonius Apollinaris lib. epistolarū primo cap. 7. senatusconsulto Tiberij hunc triginta dierū numerum post sententiam reis indultum tribuit, sed ut iam demonstraui, Tiberius decē tan- tum dies præstituerat, non à sua sed à senatus sententia numerandos. † Membri recidendi pœna defluxit antiquissimè à lege Talionis, manum pro manu, oculū pro oculo reposcētis, de qua abundè tractatū à nobis in l. si. de accusari. §. pœna de iniur. Zaleucus autē Locresium legislator oculum effodi vtrumque iussit adulteris, ut prodidit Ælianus lib. variæ historiæ. 13. cap. 24. sed alia ratione, ut puro, nempe quia à visu amor improbus oriretur: ita punitur hac lege aliquis ea parte corporis, qua peccauit, ut seruis fugitiuis pede amputato. l. 3. C. de seruis fugit. Romæ quoque, teste Horatio Sermonum lib. 1.

*Accidit, ut quidam testes caudamque salacem
Demeteret ferro: iure omnes, Galba negabat.*

Non quia Galba in matronas arderet, ut Acron ibi putat & Porphyrio, sed quod pœna hæc publicè turpis aspectu esset. §. 1. quib. mod. tutel. finiat. pœnas autem palam infligi expedit in terrorem hominum & consolationem. l. capitalium. §. famosus. ff. de pœnis. atqui priuatim marito non permittitur quemuis adulterum occidere sed vitam tantum: nec hunc quidem nisi in flagitio deprehensum impetu quodam. l. marito. l. nihil. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. capi- te eod. ideo Galbæ sententia obrinuit, & Zaleuci exoleuit: tametsi non ignorem effoscos multis oculos regum & Cæsarum Byzantinorum iussu verius quàm iudicio. † Nam Magnus Constantinopolis fundator in l. si quis in metallum. C. de pœnis non permittit humanam faciem cœlestis pulchritudinis similitudine figuratā vlla inscriptione maculari, multo mi- nus igitur oculis priuari velut Sole gemino. nā Galenus in libro. 3. de vsu partium corporis humani, pro Sole in corpore hominis oculum ostendit, organum, inquit, lucidissimum in edito loco situm tamquam in specula. eodem verò homo cœlum suspicit præter cetera animalia, quæ natura prona & deteriora finxit propter illius eximiam dignitatem. l. iustissi- mē gloss. ff. de edil. edict. a deo ut hominem rectè aliquis *επανορθωτον*, id est. cœli specu- latorem appeller inde Perſius:

O curua in terras anima & cœlestium inanes.

Plato quoque in Timæo diuinissimum hominis membrum caput ad cœli rotunditatem, ut reliquorum princeps, esse formatum scripsit, & solum reliquo corpori præferendum nō am- biguè ostenditur in l. cum in diuersis. ff. de religioſ. vidi tamen infictas vrentes notas & stig- mata multorum fronti, qui monetam adulterinam cudissent cœlesti & politico iure penitus violato. vidi furibus auriculam vtramque aut alterutram iudicis sententia amputatā, tanquam clamoris substracto infundibulo, qui lex xij. tabul. non nisi cum clamore fur- res à rerum dominis occidi permittebat. l. 4. ff. ad leg. Aquil. quia manuum amputatione furibus Iustinianus detraxit auct. sed nouo iure. C. de seruis fugit. vbi Accursius enumerat locos quosdam eiusmodi pœnæ permissæ, ut §. coges. de mand. princip. col. 3. & vsurpatur sæpe aduersus eos, qui falsum instrumentum scripserint ex lege Rotharij Longobardi Regis rit. de ijs qui chartā falsam contra legem scripserunt: ut eis manus incidatur. † Nec aperit de vtra loquatur: ego arbitror de minus vtili in dubio pœnam incussam. l. si præses. ff. de pœn. nisi aliud iudex expresserit. proinde si quis haberet manum aridam aut deformem ampliato numero digitorum minuto, ea recideretur, quia & si oneri sit potius quàm vsui, tamen notat infamia, similiter ut si operatrix foret. & sat est è duabus rationibus legis alteram manere. l. liberorum. §. 1. ff. de ijs qui not. infam. argumento est auriculæ amputatio plus ignominie quàm detrimenti adferens. accedit, quod arbor est cuius radices viuere desierē, cū de pœna tractatur. l. 3. pe. ff. arbor. furt. cæsar. ideo nihil viuæ carnis cum arida manu auelli recidiuè o- porteret. Succurrit denique l. quæret. ff. de verbor. signif. vbi libera est mulier, cui libertas re- licta est, cū pepererit, si enixa fuerit infantem portentosum & vagitus inuitati. quamquā hic quoad successione in liberorū numero non sit habendus. l. nō sunt. ff. de stat. hom. quocirca puto remissius puniendū illū, qui debilē manū alteri rixandō excidit, quàm si integram arg. l. ædiles. 2. §. sed enim. ff. de edil. edict. namque pro manus solertia & artificio pœna iniuriæ cresceret. l. inde Neratius. §. idem Iulianus. ff. leg. Aquil. vbi de pollice pretiosi- pitatoris plurimi æstimando verba fiunt, puta, diligenti examine suscepto quatenus amif- sio digiti manum debilitaret. l. item Oſilius. ff. de edil. edict. sic etiam lingua di- fertissimi oratoris plaris fiet quàm vana & nugacis, quando & hodie linguæ rescisio

inter pœnas est eorum, qui aduersus deum blasphemias voces euomunt morte aliâ dignissimi iuxta grauitatem opprobrij. §. fin. vt non luxurien. contr. natur. col. 6. sed quia linguarum instrumento scelus emittitur, eodem priuari impios decet, thesauro alioquin optimo hominibus teste Hesiodo, si modo, inquit, parcè verba singula mensurer. & quia oratione vt ratione à brutis differt homo, si rationis oblitus vltimam linguam in nefas conuerterit, brutis non dissimilis fiet lingua omnino perditâ, sine qua etiam bruta quædâ valdè vitiosa putantur edicto ædilium. l. si cui. ff. de ædilit. edict. c. sui enim propterea minus idonea existimantur. Soler quoque scitari iustissimè aduersus gladios & alia facinororum instrumenta, quibus delinquens vltus est. hinc Lacedemone Ephori magistratus Terpandrum aliâ nobilem citharædum accusatum nouitatis damnarunt multa insigni & eius citharam clauo affixerunt. adeo ingeniosa est vis hominum in pœnis nouè inueniendis, quæ mortem inferant vel infamiam, maximè in eos qui stateris adulterinis vtentur & ponderibus falsis: vnde rei fiunt etiam ex lege Cornelia, & relegantur. l. pe. ff. de falsis. sed præstat eos extra ordinem puniri pro detrimento quod attulerint. l. annonam. §. si. de extraordin. criminib. multum enim interest, aurum ne an plumbum appensum fuerit, & an dolo vel incuria peccatum sit. vnde hodie solent stateræ quorundam reprobæ figi clauo in foro publico sicut Lacones teste Plutarcho, Citharam Terpandri fixerunt.

25 † Nec terra tantum benigna parens bonis compositisque hominibus consulens aduersus malos supplicia varia largita est, aëruè suspensio in clauo laqueis spiritu, & exitum querente, sed etiâ ignis durissima pœna in viui exustione furcæ posterior inuentione. l. capital. ff. de pœn. incēdiarijs accommodata, vt eodē elemēto, quo intra oppida propter inimicitias peccauerint excoquet immanitatē. §. incēdiarij. ead. l. aqua parricidas tandē haurit cum diro comiratu. l. pœna. ff. ad leg. Pomp. de parricid. Insuper hoc tēpore frequenter excipit mare dānos ad regias trirēmes siue ad galeras, vt vulgò vocāt, à corbe forsitam eminēte in summo malo instar galeri. sed galeas dixit pontifex in cap. 2. §. & quia. de sentent. & re iudic. lib. vi. illos plerique conferunt deportatis ciuilia duntaxat iura perdentibus: quibus non assentior, quia deportatis insula æternum clusis, bonis fisco addictis, minus mali contrigit minusque vexationis. nimirum remiges coacti, prorsus miseri, operam nauant iugem pro publicis expeditionibus non dissimiles ijs, qui in metallum aut in opus metalli dānabantur olim: similiter vinculis pressi. l. aut damnū. §. est pœna. §. inter. ff. de pœn. itidem pœnæ infami seruiunt potius quā principi. nisi quod vtrosque mos francus & lex Iustin. seruiturè subire nō patitur §. quod autē. de nupt. col. 4. pariter quoque seruilib. verberib. cœrcetur: à nauitis namq. mari ipso sciuorib. nihil aliud potest expectari. l. 12. ff. de iure fide. & tā hi quā illi ad tēpus dānationem quādoque subeunt sine seruitute, prius etiâ iure. d. l. capitaliū. §. diuus. ff. de pœn. bonorum ademptio insolidum aut pro parte in iudicium sita est temperamento. ita vt si in metallum damnatus tempore perpetuo cœperit pertinaci morbo laborare, & operi esse inutilis, possit laxamentum exorare, si necessarium sibi habeat, à quo recipiatur. l. in metallum. de pœnis. ff. addit ibi Modestianus hoc recipi, si modo iam decennium exegerit supplicij. hoc potius admitteretur in damnato remige modo hūc modo illuc cum nauigijs volitare. l. solū. ff. de rei vendicat. eo magis quod vix inuenire amicum potest, qui nauitas implacabiles exoraret. deterior igitur est damnato in metallū, propius insipientibus, mortuoque simillimus. l. intercidit. ff. de conditi. & demonstr. nec partem facturis cognatis suis in successione, nisi à principe quoad bona suscitaretur expressè. l. 1. C. de sentent. pass.

26 † Carcer adhuc inter pœnas inuenitur, atque vsurpatur. licet iuriscōsultus redarguat præfides prouinciarum, qui locum ad custodiam inuentum ad supplicium transferrent in l. aut damnū. §. solent. ff. de pœnis: si tamen vt in perpetuum delinquens ibi adseruetur decreuerint nec in §. si. ead. l. perpetua vincula recipiuntur nisi in seruo. l. incredibile. C. eod. vel in libero quidem, cum reprehensione tamen vt admoneatur iudex se id decernere non posse, sic tamen ne improbetur ipsius sententia vt in l. capital. §. diuus. ff. eodem. l. 7. §. ad temp. ff. de interdicit. & relegat. ergo qui ludendæ alex causâ vim intulit latumijs aut vinculis cœrcetur scilicet ad tempus. l. 1. §. fin. ff. de alex luf. non in perpetuum. & qui in inuidiam alterius imaginem Cæsaris protulisset. d. l. capitalium. §. ad status. † Præterea interlocutione iudicis iure ciuili carcer ad pœnam datur accusato & vehementer suspecto atrocis facinoris, vt interim molestia afficiatur. l. diuus. 1. ff. de custod. reor. ac sic dicitur ex vinculis causam dicere. l. 2. ff. eodem Cæsar libro 1. de Orgetorige loquens regnum suorum occupaturo: ea res, inquit, vt est Heluetijs per iudicium enuntiata moribus suis Orgetorigen ex vinculis causam dicere cœgerunt, damnatum pœna ignis sequebatur. quod si argumentis nullis prematur postulatus & inclusus, pœnis carceris perimī non

non debet. l. 1. C. eod. in tantum quoque carcer supplicio ascribitur, vt exulare ad tempus iussi exilio releuentur quādiu carcere inclusi vitæ auram amittunt. l. omnes. C. de pœnis. sat pœnæ interim subeunt: quare inclusionis tempus contribuitur exilio. non video idem sentiendum de damnatis in metallum, & sic seruire pœnæ iussis, quia carcer non auferit libertatem licet dici possit species seruitutis. l. 2. ff. de liber. homi. id est, similitudo quædam, vt fugisse seruo est species libertatis. l. quis sit. §. idē. ait. ff. de ædilit. edict. tam. d. l. omnes. prodesse damnato ad tempus in regia nauigia, si dura vincula in tetro carcere pertulisset. itaque pœna accipitur illic pro molestia, quæ sententiæ diffinitiuam præuenit. l. satis. ff. de in ius vocan. l. fin. §. fin. quæ in fraud. cred. ff. Cæterum iure postposito meræ pœnæ loco carcer recipitur tanquam viuorum hominum tumultus cap. quamuis. de pœn. lib. 6. siue in perpetuum siue ad tempus arbitrio iudicis.

† At dum tempus adiicit, nec explicat quantum per imperitiam, in dubio decennium 28 intelligitur pœnis coarctandis peculiare. l. siue. l. in metallum. ff. de pœn. nec obest quod ait Cæsar in l. seruus. C. eod. seruus, inquit, sub pœna vinculorum siue temporis præfinitione domino reddi iussus sententiæ præfidis prouinciæ, perpetuo vincus esse debet. quia, vt Bartolus existimat, ibi nihil temporis sententiæ continebat. aliter atque si iudex condemnasset seruum ad vincula carcerem in tempus nec hoc præstitisset. sed hoc displicet, quia satis ind. l. seruus. tempus adiectum fuerat, non tamen definitum: quoniam reddi iubebatur seruus domino, ergo extra vincula: ne reddatur elutoria sententiæ iudicis, si censet reddi in vinculis etiamnum existentem. quod alioquin semper euenit, vt in vinculis existens interim ad dominum pertineat. l. si prætor. ff. de iudic. d. l. aut damnū. §. si. ff. de pœn. proinde arbitror in d. l. seruus, perpetuo vincus esse debere seruum reddi iussum dominis ex sententiâ iudicis, id est, continuo. ita vt decennio quidem tantummodo vinciat seruus, sed sine interuallo exemptionis, ne villo die decennij liberetur. ita perpetuum pro continuo accipio. l. 14. ff. de seruitutib. Virgilius in Cyri.

Lentæque perpetuas fuderunt brachia pennas

† Igitur carcer ad custodiam inuentus traducitur ad pœnam vltra quod Ancus Martius 29 rex, qui Romæ illum prius ædificauit, cogitasset. at in questione non ita receptum est, vt aliquis damnari posset, vt in tormentis necetur. d. l. aut damnū, §. hostes. sed neque carcer priuato aduersus liberos homines citra maiestatis regie offensionem vbi fas est. l. 1. C. de priuat. carcerib. nisi per. xx. horas continuas testandi adulterij gratia. l. capite. ff. de adulter. atqui publicus commentariensis, qui in librum commentariumque sui muneris nomina inclutorum descripta habet, si è carcere quemque reorum effingere fuerit, pœnam subibit eam cui reus fuerat obnoxius. l. pe. de custod. reor. C. vbi distinxit Accursus. sed & eodem commentario describit singulatum delictorum. nomina, vt auditi in euidenti innocentia rei dimittantur. l. custodias. ff. de public. iudic. aut vt saltem iudex, reos lenioribus causis implicitis circa paschatis solemnia per indicias carceris relaxet. l. 3. C. de episcopal. audi. describer insuper idem custos solers iuxta. l. si. C. de custod. reor. nec hominum clausorum ordines ætatemque vincitorum. quia iuuenis vinculis strictioribus indiget quā senex imbecillus. l. si vt certo. §. custodiam. ff. cōmodat. sic etiam cum senex mitius agitur, vt in recisus 30 tēporis spatium relegatur, quoniam iuuenis. l. 1. ff. de term. mot. ergo & mulieri infirmiori subuenitur, ne includatur carcere squalenti, imo nullo pretius siue ob debitum ciuile siue ob crimen lege Iustiniani auct. hodie. C. de custod. reor. sed in criminis causa non ignoscit ei consuetudo, nec secernit eam à virorum cellulis, quod ex lege fieri præstitit. l. 3. C. eod. tantummodo vincula ac compedes non iniicit: nec curat vnam Caliam virginem Rom. datâ pro obside Porſenæ regi, quæ deceptis custodibus noctu, equum, quem fors dederat, arripuit, & Tyberim traiecit. cæterū prudētis Custodis erit aut verius iudicis vnus reos cōplures in variis carceris cellas distribuere, ne denuo coniurent, vel quædam effingent. l. 3. §. si plures. de re milit. Non omitto, seueram obiurgationem iudicis cum comminatione pœnæ loco haberi. l. 3. §. cognoscat. ff. de offic. præfec. vigil. maximè coram honestis viris homini pudenti factam. l. x. §. de plano. de offic. proconsulis. ff. idque apertius patet in l. 1. §. cum patronus. de offic. præfec. vrb. innuat iudex superciliosus præteritam culpam sibi displicere, sed tantisper tolerari nec impune fore, si ad facinus reditum fuerit & sic increpatio præteriti facinoris hortatur in futurum veniam desore nec infamiam. l. ob hæc. de iis qui not. infra. nisi apud viros honestiores, apud quos incurrit opinionem sinistra ita reprehensus. l. 2. ff. de obsequiis. vnde testimonij fidem lex eidem non auferet sed extenuabit. l. quæsitum. ff. de testib. minus verò notabit comminatio vel interlocutio, si causæ cognitio eam non præcesserit. l. verbum. C. ex quibus caus. infam. l. 4. C. commination. epistol.

Non omitto pœnam quandam pudoris ob factum illicitum, quod lex improbat, nec punit, nisi quatenus sit supplicij est ei qui patrat id quod lex oderit. l. 3. §. diuus. de sepulchr. vi. ol. l. si. §. si. de eo quod met. sic Lacedæmonij abolitione sententiæ damnarunt Clazomenios, qui iudicum sedes vt scribit Ælianus fulgine resperferant, decreto facto, quo cauebatur, licere Clazomeniis indecorè facere.

DE ABOLITIONE, INDVLGENTIA RESTITVTIONE, REORVM, ET QVIBVS ALIIS modis crimina sopiantur & supplicia.

OBSERVATA IN HVNC TRACTATVM.

- 1 Abolitione à principe impetrata sopiri crimina: & quid sit abolitio.
- 2 Diffinitiuu est sententia super abolitione nō interlocutoria: & quomplex sit abolitio.
- 3 Morte accusati aboletur crimen publicum & priuatum etiam, si lis non est contestata.
- 4 Si pro furto vel iniuria criminaliter agatur, tunc lis contestata non perpetuat à morte actionem.
- 5 Quando pro delicto publico pecuniaria pœna sit, an morte accusati extingatur saltem quoad lucrum turpe heredi auellendum.
- 6 Quot modis à morte perduret accusatio in reum vel eius heredem: & morte accusatoris abolitionem fieri. Quid de querela infamij testam.
- 7 Hominis abolitio publica est vel priuata.
- 8 Abolitio priuata cognitione iudicis data accusanti an rescripto regio instauratur.
- 9 Reis quoquo à Rege abolitionem indulgeri, etiam in falso.
- 10 Abolitio ad futura delicta vel accusationes non spectat. alia delicta lege permittent e nō dicentur.
- 11 Indulgentia principis liberando notat: sed post sententiam plus proficit.
- 12 Litera gratie in Gallia reis concessæ non prosunt sicariis impetrantibus, nisi veritate nitantur, & numero 14.
- 13 Cancellarius Maximus iure olim Questor appellatus. Quinam sint libellorum seu criminorum magistri.
- 14 Pro cade licet fortuita abolenda rescripto opus esse.
- 15 Quando princeps delicti gratiam facit, non auferit, id quod interest civili modo, accusatoribus legitimis.
- 16 An calor iracundia delinquentem aliquo pacto excuset, & misericordiam intemperantiam culpam.
- 17 Restitutio principis iam condemnatos iuuat.
- 18 Restitutus ab exilio vel alia condemnatione an bona & dignitatem recuperet, & quid sit dignitas hoc loco.
- 19 Restituito ad bona fructus non reddi post condemnationem.
- 20 Alienata per fiscum bona non auocantur ab emptoribus, nisi princeps expresserit. Itē abolitionem fieri delicti, mox rebus bene gestis.
- 21 Accusatio quoque miris modis crimina abolet, maxime si quis semet accusat, etiam mulier.
- 22 Si rogatus restituere incapaci se accuset, quā partem pro præmio accipiat.
- 23 Indigno ablata fisci sunt, non ab incapace nec in illo semper.
- 24 Pœna grauior prodest, & abolet infamiam & quis sit eius cognitio idoneus iudex. Tempore etiam delicta obliterari. & præterea miraculo.
- 25 Reo delatū iusiurandū auferit infamiam nec accusatore iurate in criminalibus obest reo.
- 26 Sed cum post accusatoris sacramentum sententia obest, infamat.
- 27 Non stat sententia lata contra iusiurandum reum absoluens.
- 28 Asylus & perfugium ad ecclesiam non impie sublatum fuisse.
- 29 Deprecatio rhetorum iuri civili congrua quid sit.

Quot Modis crimina & pœnæ adimantur.



† VIA supplicia in facinorosos homines inuenta sunt, non tam quia peccatum sit, quàm ne impofterum peccetur, factum est, vt delicta variis modis impunitatem naçta sopirentur, atque extinguerentur. autoritate potissimum principis, qui ob merita aliena vel ob propriam humanitatem diuinæ bonitatis imitatricem indulgere solet. l. i. ff. de constit. princip. l. si. C. de donati. inter vir. contingit itaque tanta lenitas reis ipsiis maxime, abolitione, indulgentia, vel restitutione. Abolitio, inquit Accursius in rubr. C. de abolitionib. est accusationis institutæ per sententiam interlocutoriam peremptio. Sed profecto nouimus lubricum esse locum datum

datum definitionibus, & vix esse vt aliqua pedem tutò figere possit. vt hæc declarat non comprehendens eam abolitionem, qua accusatio iustinetur, & differitur propter hilaritatem publicam cum iure repetendi reum intra xxx. dies à feriis. l. aut priuatum. l. si quis. ff. ad Turpilian. sed tamen humanitatis intuitu defendam Accursium clypeo Cæsarum in l. 2. C. de general. abolir. vbi indulgenter abolitione crimina extinguntur. quæ tamen intra dies xxx. rursus arcessere licet accusatione renouata. Cæterum insurgo, ac deinde si interlocutoria sententia causam tantum in iudicio præparat, diffinitiuu verò terminat abolitione vel condemnatione. l. dicere. §. si. ff. de recept. arbitr. non video quominus abolitio diffinitione iudicis, causa cognita, audituque partibus concedatur. l. 2. C. de abolition. l. si. ff. ad Turpilli. Accedit, quod ibidem illa solum abolitio retractatur, quæ perperam impetrata est, igitur aliàs manet, nec interlocutionibus iudicum aggregabitur, vt pote quæ pro ipsorum nutu & arbitrio commutantur. l. quod iussit. ff. de re iudic. non omitto, quod per abolitionem accusatus eximitur à reorum numero. l. hi tamen. §. si. ff. de accus. ergo per sententiam absolutoriam. nec obest quod à nouo accusatore argui potest ibidem: quia hoc receptum est, ne res iudicata diffinitiuè alij ob sit quàm ei, qui litigauit l. 2. C. de fide instr. sed mirè placet, quod abolitionem retulit ad crimina tantum accusatione agitata, non ad ea quæ commissa quidem, delationem nondum senserunt. d. l. 2. de gener. abolir. Abolitio autem quæ crimina extinguit interim vel perpetuo duplex est: altera legis, altera hominis beneficio concessa. & ea quæ legis est, tum reo, tum accusatori congruit. † Quotum quisque enim nescit rei postulati morte publicum crimen vnà interire & sepeliri. l. ex iudicior. de accusat. si modo ante sententiam diffinitiuam reus decesserit, vt ibi Modestinus explanat. exceptis insignibus quibusdam criminibus, quale est maiestatis, repetundarum, & hærescos. ibidem exceptis & ab Accursio amplificatis etiam ante susceptam accusationem libellique oblationem, vt iurisconsultus innuit similiter: non ommissa distinctione priuatorum delictorum, quale est furti vel iniuriarum, quæ tenacius hærent, nec morte accusati extinguntur, si modo contra ipsum lis semel contestata fuerit: ita ius civile heredem eius afficit. §. pe. de perpet. & temporal. actionib. si modo pro priuato delicto non criminaliter omnino agatur, præcedente libelli inscriptione, sed ciuilitè in pecuniam. l. fin. de priuat. delict. † ergo qui agit criminaliter, quia reum in maius periculum deduxit nempe capitis pro immani furto vel iniuria, eidem prodest hæredie eius in aliquo. l. interdum. 2. §. qui furem. ff. de furt. nisi post litis contestationem condemnationem successerit. l. ex iudiciorum ff. de accusat. quoniam tunc priuato facinus quoad accusationem sapit vt cunque publici potestatem. l. 3. ad Turpilian. ff. & cum accusator furis vel iniuriæ hominis non tam pecuniam famamue similiter lædendam priuato iudicio incessat quàm corporis coercionem, ipso perempto pœnam quoque corpori infligendam cum infamia sequace perimi æquitatis est. l. si pœna. ff. de pœn. † Ita ex diuerso si pro delicto publico pœna pecuniaria irroganda veniat, vt l. 2. ff. ad l. iul. de annon. vel in vi sine armis allata, dum tertia parte bonorum multatur reus. l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi priuat. sunt qui putent in pœnam pecuniariam, illico post litem contestatam ante sententiam moriente reo, hæredes ipsius teneri. quod Bartolo displicuit propter l. defuncto. ff. de public. iudic. vbi defuncto reo causa criminis extincta est. mox subdit Martianus: in quacunque causa criminis extincti debet is cognoscere, cuius de pecuniaria re est cognitio, id est, inquit Accursius, quando heres lucrum percepit ex scelere defuncti, licet id cum defuncto commoriatur, tamen turpe lucrum extorquetur heredi. l. vnic. C. ex delict. defuncti in quant. hered. l. cum falsi. ff. ad leg. Cornel. de fals. alioquin ille textus repugnaret nobis cum Bartolo existimantibus pœnam pecuniariam ex crimine publico irrogandam sicut & corporalem morte accusati perimi. perimitur vtique vtraque pœna indicenda legitime per iudicem, non autem controuersia lucri quod ex falso vel veneno per defunctum porrecto ad heredem peruenit. l. Lucius. ff. de iure fisc. vbi adeo hoc verum est, vt de bonis partis sceleratè etiamnum queratur post ream absolutam sed suspensa per appellationem sententia. ergo de crimine non cognoscitur reo mortuo, nec de pœna quæ ex eo descendit, sed de questu flagitioso. & hanc opinionem aperte probat. d. l. cum falsi. ff. de fals. Accedit, quod si de pecuniaria pœna ex publico crimine disceptari posset contra heredem, iam fere vana esset regula. d. l. defuncto. iubens cum reo emori crimina & supplicia ante sententiam. d. l. ex iudiciorum. de accusat. quoniam iudex pro crimine publico pecuniariam pœnam tunc infligeret, cum in corpus non posset, sicut è contrario recipitur. l. i. §. fin. ff. de pœn. vbi præterea est elegans testimonium Vlpiani demonstrantis in publicis iudiciis pecuniarias vsurpari. l. hodie. eod. m. maxime in locupletes personas & claras, mitius in corpore, sed grauius in ære plectendas, vt in l. i. diximus. † Igitur vt res tam ardua seriem habeat, mortuo 6

reus accusato non timebit heres eius litem pœnæ pecuniariæ sequacis, nisi, vt iam dictum est, in crimine maiestatis & similibus. Item exceptam ostendimus causam lucri scelere per testatorem quæsitum. tertio excipi potest reus ante sententiam mortuus sed pro conuicto & condemnato habitus. l. 2. ff. de bonis cor. qui ante sent. mort. de qua tractatum fuit in l. x. vbi ostendi nominatum à latronibus criminis participem, mox corruptorem delatoris, pro condemnato credi, secus si tantum corrupisset. l. eius qui. ff. de iure fisc. quarto cum reus præuertitur fatum mortemque naturalem conscientia eius delicti, propter quod lex vult à iudice bona fisco applicari. l. defunctis. C. si reus vel accus. decess. vt vidimus in l. xij. Quinto post sententiam quoque de pœna criminis iudicatur mortuo reo, qui appellauerat multatus expressè per iudicem in pecunia ultra relegationem secus si tacitè à lege pecuniaria pœna infligeretur. l. si. C. eod. l. 3. C. si pendet. appell. mors interu. Quid dicemus de querela inofficiosa, quæ accusatio nascens parente mortuo. l. si instituta. ff. de inoffici. testam. & pœnam non leuem infligit peccanti puta rupturam testamenti, cum cuiusque inter sit heredem pro suo voto habere. l. & quia. ff. de interr. acti. iam & pater pietatis immemor dicitur ea accusatione. l. 2. ff. de inofficio. & vix mentis compos. si non vetè furiosus, l. mater. d. l. 2. eod. Cæterum ita sugillatur pater à fato, quia non nisi morte valuit testamentum ideo viuus in ius vocari nequiuit maximè à filio in potestate. l. lis nulla. ff. de iudic. ergo quæ accusatio aliàs morte finiretur, tunc incipit. l. si verò non. §. si. ff. mandat.

Abolitio morte accusatoris contingens nouissima est ex legis dispositione. tunc enim postulate reo nomen rei aboleretur: ita tamen vt ex integro repetere reum alij liceat intra xxx. dies. l. libellorum. §. si. de accus. ff. vbi idem iuris est, si accusator peragere reum nequeat iustis suis occupationibus detentus aut præsidum. l. in senatuscons. §. pe. ff. ad Turpilian. delibani quædam huc pertinentia in l. 9. C. de accus.

- 7 † Hominis abolitio aut publica est, aut priuata: prior sit, dum principis vel senatus decreto indicitur ob publicam gratulationem vel letitiam, recepta forte ciuitate victis hostibus, aut ob honorem diuinæ domus. l. abolitio. l. si interueniente. ff. ad Turpil. vbi diuinam domum licet capere pro templo recens dedit alicui numini non sine cæremonia celebri. §. sacra. de rerum diuis. vel pro regis palatio. l. absit. de privilegiis dom. aug. xj. C. † Priuata abolitio itidem ab homine conceditur accusatori vel reo, nam si accusator iudici idoneo pro tribunali ostenderit se sine furo, sine calumnia, pro siluisse ad accusandum facilitate, credulitate, aut alio simili errore, nunc verò desistere matura pœnitentia, sine corruptela, sine precio per reum dato. l. 1. §. abolitio. ff. ad Turpil. vbi hanc cognitionem, de qua in l. 2. C. de abolit. præses delegare nequit, quia nimirum meri sit imperij in absolutione versantis. l. solet. ff. de offic. Procons. quam obrem cum perpenso iudicio concedatur huiusmodi abolitio, mox accusatio ab eadem persona instaurari non potest. l. mulier. §. si. ff. ad Turpil. nisi ex causa princeps permiserit. l. 1. C. de abolit. cuius est aduersus præsidum sententiam subuenire. l. 1. §. si. de quæstionib. ff. Sanè fallaci accusatori abolitio denegabitur, postquam sincera mentis homini tantum concessa est intra xxx. solemnes dies abolitionibus aptissimos ab instituta accusatione, quamuis reus non consenserit, postea verò non, nisi reo consentiente. l. si. ff. ad Turpil. l. 3. C. de abolit. modo non sit abominosum crimen maiestatis aut simile, quod nec rei assensu aboleretur, vt ibi apertius manifestatur. Reo etiam concedi abolitionem priuatam ab homine, vt à principe, publica quidem potestate freta, sed in priuati impetrantis vtilitatem, patet in l. si docueris. C. de fals. tamen Accursius intelligit illum textum in accusatore hærede, qui falsos esse codicillos fideicommissariis petentibus regerebat. † Cæterum in multorum reorum fauorem à principe abolitionem concessam generaliter perspicuè liquet in l. 1. C. de general. abolit. quæ abolitio propriè indulgentia vocatur l. si. eod. vt l. x. C. de senten. pass. nisi verbo restitutionis copuleretur. l. si. §. si. C. eod. illud liquet in l. Lucius. ff. ad Turpil. cum enim expediatur delicta puniri, profirique Reip. ac priuatis. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publican. nihilominus princeps remisit, benignè, ac indulgenter, condonat reus præterquam in crimine falsi vt in d. l. Lucius. cui tamen obest d. l. si docueris. C. de falsis. vbi Accursius diuinat principem ex certa scientia indulgisse falsi autori, & ita obliterasse nominatim facinus quodque magis vrget dubium est illud, quod ipse putat ibi Cæsares loqui in abolitione accusatori concessa, per quam nihil potest deleri criminis, quam quod legibus antiquis permetteretur ne specialiter quidem causa audita à præside. l. fallaciter. §. si. C. de abol. atqui iurisconsultus in d. l. Lucius. crimen falsi exceptit, idque in reo magis favorabili. l. favorabiliores. ff. de regul. iur. Sed adhuc angeo dubium, quod in d. l. si docueris. de accusati indulgentia tractatur, inuito Accursio & Doctorib. nam heres ab instatato resellebat codicillos à fideicommissario prolato quia illis onerabatur: sed reorum delictis

licitis publicè abolitis principis indulgentia adhuc ciuilitè fides scripturæ contra reum exanimabitur, cum liceat vtraque via experiri super falso. l. damus. C. eod.

Insuper quorsum accusatori profuisset indulgentia codicillos velut falsos repellenti, cum calumniari impunè liceat ei qui excipiendo aduersarium submouet. l. qui cum natu. §. si libertus. ff. de bonis libert. frustra itaque ius commune à principe impetrabitur generaliter vel specialiter. l. 1. de thesaur. lib. x. C. proinde eò descendendum est veritate prælucente, vt fateamur reis falsi indulgentiam principis prodesse, modo non extendatur vltra reatus metas, quas princeps præscripserit. neque enim æquum est beneficium principis à reis ad accusatores trahi & inde pendet euidentis explicatio d. l. Lucius. Vbi non dubitabatur, quin falsi postulatis principis indulgentia prodesset, sed dubium fuit, an accusatorem quoque amplecteretur, qui falsa crimina intenderat, & auebat ab accusatione desistere contra reum, qui fiducia iuris sui & veritatis optabat se peragi, & detegi calumniam: idè quod indulgentia sola principis non aboler notam, sed pœnam tantummodo aufert generali beneficio. l. si. C. de general. abolit. & sanctissimè responsum est in d. l. Lucius reorum abolitionem ad accusatorem non porrigi.

† Et hoc altera ratione: quia indulgentia Regis non extenditur ad ea crimina, quorum accusatio nondum mota fuit. l. 2. C. eod. at de calumnia nemo accusatorem ibi increpuit, nisi post principis indulgentiam crimine nato, id est, tunc demum desistente ignaui & fallaci accusatore. nunquam enim bonus princeps futuris delictis veniam concedet, ne inflammet ad peccandum. l. si vnus. §. pacta. ff. de pact. Quod si lex vel princeps permittat impostitum dolum vel necem, iam immunis est à delicto, qui permissu tali exequitur. l. minime. ff. de religiof. l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adul. vt liqueat abolitionem hanc legis dici non posse, quæ non delicta remouet, sed ne sint delicta impedit, præmio eadem potius quam supplicio cumulans. ne quis legis prætextu fallatur. l. 1. C. de iis qui veniam ætat. † Planè, vt iam dixi, indulgentia principis præterita respiciens, quos liberat, norat. scitumque fuit illud Claudij Cæsaris apud Suetonium, qui cum orantibus familiaribus dempsisset cuidam appositam notam: litura tamen, inquit, extet, poterat verò ipse princeps, si voluisset, non modo accusationis sed etiam decreti iudicis & sententiæ gratiam facere. l. 1. §. si. ff. de quæstionib. sed indulgentiæ verbum mollius est quam vt ignominiam aboleat. Vnde vulgò indulgens pater dicitur nimis benignus. considero præterea eum, qui suspectus criminis sententiam iudicis præuenit, & indulgentia principis frui tantisper gaudet, malè sibi videt conscientiam ad eò vt iudicium futurum reformidet, postquam verò damnatus fuit tunc indulgentem restitutionem prudens obsecrabit, non ignarus quanta patiantur innocentes præ malignitate testium, accusatorum, aut iudicum, vt innocentia miraculum Christus Maxi. edocuit. † Frequens est indulgentia Regis in Gallia erga homicidas insigni clementiæ argumento, quinimò & vindictæ legitima: vt potè cum ij qui cædem fecerint, expiationem eius supplices petant, nec prius exorent quam in veritate expresserint, quem, quomodo, quibus stimulis, necauerint. alioquin sensuri vim clausulæ, si preces veritate nitantur. l. si. C. de diuers. rescript. infructuosum namque ipsis rescriptum indulgentiæ fore non dubitè tacitæ veritatis, aut falsi per obreptionem expressi plenum. † Vt imperator illic minatur, admonens eius clausulæ rescripto inferendæ virum magnificum quæstorem, & magistris scriniorum, ac memoriales pragmaticos. vbi quæstorem oportune Accursius pro Cancellario exposuit. nam & Procopius lib. 1. de bello Persico de Triboniano Iustiniani assessore maximo loquens, ipsum à Romanis vocari scripsit, Latine iurisconsultum, sit pro Reip. bono criminibus exterminandis incumbere. nec dubium est Quæstorem parricidij fuisse appellatos in lege xij. tabul. præfectos rerum capitalium inquirendarum maximè homicidij. l. 2. §. & quia. ff. de orig. iur. nam & hodie Cancellario Maximo regni præsto sunt magistri libellorum idem cum scriniorum magistris. l. si quis inde proxi. sacror. scrin. lib. xij. C. quia similiter vtrisque licet summorum senatum tribunal & secretis interesse, necnon inferiorum quoties liberit. cum & principis regale consistorium ingrediantur. l. 2. C. eod. §. idè: que in 1. constit. C. † Proinde huiusmodi diplomata gratiam cædis facientia à maxima regis cancellaria manant, vel ab aliis in singulis senatibus constitutis, si crimen proclue sit ad veniam, idè quod casu fortuito commissum fuerit, aut dum aliquis se telo tuetur aduersus aggressorem. quia quouis pacto cæde commissa indulgeri oportet à principe, more Gallico: vel ad hoc certè vt exploretur an casus confictus sit vt l. diuus. ff. ad leg. Pompe. de parr. exciperem casus illos, quibus lex laudem ac præmium occisori proponit, vt superius dixi ex minimè. ff. de religiof. l. 1. & 2. quando liceat vnique sine iudic. vt si quis furem nocturnum mactet cum clamore, vel diurnum telo obuiantem. l. 4. ff. ad leg. Aquil. Aliàs certi ita

ris est legem impunita non relinquere homicidia fortuita: quia vltix quoque est delicto- rum ignorantia commissorum. l. 1. & 2. ff. de legib. vnde apud Græcos cædes casu facta ex- hio voluntario puniebatur, sicut Homeri testimonio probat iuris consultus in l. aut facta. §. euentus. ff. de pœn. non enim immunem à pœna decet esse delinquentem fortuito, vt corre- ctior fiat in futurum, & alij etiam metu periculi erat vtique exilium necessarium ab initio, vt oporteret domo patriaque excedere: sicarium ignorantem sed quoque gentium pro vo- luntate exulare poterat, donec à rege aliquo extero expiaretur. sicuti morem hunc recevit Placidus Lactantius interpret Statij lib. 1. Thebaidos, de Tydeo loquens Atoliæ regnum relinquente ob Menalippum fratrem casu occisum, dum venatur, teste Hygino.

Fraterni sanguinis illum conscius horror agit.

Donec ab Adrasto rege Arginorum purgaretur, meritò deprecator tenetur exprimere quò instinctu ac modò occiderit, vt à principe indulgeatur. alioquin si inquisitione aliter pro- betur, iudex præposteras preces reiiciet, & offerentem puniet gladio, vt quòd fecerit expe- ctet. l. 3. C. de episcop. audient aut aliter pro meritis & dignitate. l. 3. §. si. ff. ad legem Cornel. de sicar. nec erit quòd damnatus obstrepat, prætextu rescripti se circumuentum dicens, & in castes & sagesam inclusum, qui fugere poterat. l. 1. C. de iis qui veni. arat. impetr. quo- niam semet ipsum decepit subiticens veritatem: quare sibi imputet. l. 1. §. si. ff. quòd fall. ru- tor. quomodo enim medicari potuit princeps imploranti, cum vulnus delicti non ex verò cognouerit, nisi id omisum precibus fuerit, quo expresso quòd princeps indulserit. l. 1. C. si contra ius vel vul. nemo expensus hoc inspexit quàm iudices Athenienses, qui etiam præ- torium triplex habuere ad diiudicanda homicidia. nam qui meditarus aliquem occidisset, in Areopago causam dicebat: qui casu, in Palladio: qui autem fatebatur eadem sed reuo- cans in dubium iure an iniuria admisi. ser, in Delphino audiebatur, vt inquit Ælianus. quò in loco, teste Pausania, Theseus cum Pallantem eiusque filios res nouas molientes interfe- cisset, absolutus est. † Sanè etiam illi qui de industria occiderunt crebro in Gallia Gratiæ 15 principalis compores fuere, flagitium obruentes cumulo meritorum. l. 1. §. fin. ff. de constit. princ. sed ita ne sæpius peccanti ignosci deceat. quia pertinax, dæmonis perseverantia non hominis fragilitate nitatur. l. 3. C. de episcop. au. hent. Sic verò ignoscatur semper, vt so- pito crimine & pœna capitali ciuile remedium superesset legitimo accusatori, perinde ac si gratiosè cum reo princeps egerit quoad silentium procuratoris regij, non priuati accusato- ris iuxta l. si docueris. C. ad leg. Cornel. de fall. eigo quatenus accusatoris præcipui vel plu- rium æqualium interest, persecutio restat post indulgentiam. l. 3. §. si ad plures. ff. de sepulch. viol. nec quicquam notius est quàm beneficium principis alicui concessum non debere fle- cti in aliorum iniuriam, qui contradictori audiendi ventunt à iudicibus. l. impuberi. ff. de 16 administr. tut. l. nam ita ff. de adoptionib. † Cæterum solent ij, qui homicidij deprecationem porrigunt Regi multa congerere, quæ cumulata mouent ad clementiam. l. qui in provin- cia. §. 1. ff. de rit. nupt. singula verò principem non flecterent deprecatoribus: hi autem solent imprimis causari, se non proposito sed calore quodam crimen perpetrassè iuxta illud Pauli in l. quicquid. ff. de reg. iur. quicquid, inquit, calore iracundia vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quàm si perseverantia apparuerit iudicium animi fuisse. ideò que breui reuerfa vxor nec diuertisse videtur. qua in re diligens iudex examinabit, quæ causa caloris fuerit. præsertim cum ira sæpe augeat delictum magis quàm extenuet. l. lex Iulia. §. si. ff. ad leg. Iul. repet. & regula quæ dicit, quicquid calore iracundia fit, vel dicitur, sine perseverantia non esse ratum, non pertinet ad delicta, quoniam hæc etiam si rata non sint, vel si intercedant ir- rito conari, nihilominus puniuntur: vt dum quis duas vxores duxit. l. eum qui. ff. ad legem Iul. de adult. aut dum iniquo modio metit ut triticum, qui non est modius. l. Paulus. ff. de verbo. signifi. tamen pœna immunitatem non habet, nempe furti. l. si quis vxori. §. si maior. ff. de furt. ergo calor iracundia mulieris diuertentis à viro citra conuicium noxam gra- uem peccantis & repente pœnitentis, non separat coniugium, quòd si per calorem quisquæ conuiciatus fuerit in rixa, iam pœnitentia non delebit contumeliae pœnam, sed minuet po- stea, si recantraverit. l. aut facta. §. ex causa. ff. de pœn. debet enim saltem in aliquo puniri, vt tam ipse quàm spectatores fiant impostero cautiore, experti pœnam caloris precipitis, vt quidem censet. l. si non conuicit. C. de iniur. vt in legibus Longobardorum tit. de conui- tiis: si quis alium argam per furorem, inquit, clamauerit, & negare non potuerit, dixeritque, quòd per furorem dixisset, tunc iuratus dicat, quòd eum argam non cognouisset. & postea componat pro ipso iniurioso verbo solid. xij. est autem arga idem quòd vulgo cucurbita, teste Accurs. in c. r. §. item si quib. modis feud. amitt. itaque ira imperus cum perseverantia nullo modo delictum minuit: quia id sano iudicio ratum habuit ille qui pertinaciam de- clarauit.

clarauit. l. 2. C. si maior. fact. ratum habuer. quòd si post inconsultum calorem conuiciato- rem vel sicarium pœnituerit, tunc videndum esset, quis causam iracundia præstiterit: si enim contumelia affectus aut casus lacefferit prior, facile veniam assequetur alter, maxi- mè graui offensione accensus. quia difficile est iustum dolorem temperare, & si excesserit vindictæ modum, mitius punietur. l. si adulterium. §. imperatores. ff. ad leg. Iul. de adult. l. 2. C. de reb. cred. vbi peierans per genium principis periculo corporis non subiicitur, quia fuit calore percussus: tamè aliquo modo punietur. vt in l. de conuiciis in lege Longo- barda sicut iam memorauim. quòd si is qui prætextu iracundia excusatione seu lenimentu ali- quod pœnae postulat, sibi met causam impetus præstiterit, nihil se iuuerit: quia iratis vt fu- riosis ignoscimus: cum sapientes viri iram esse dixerint breuem insaniam, teste Seneca Stoi- co lib. 1. de ira. & benigna est lex dementibus sine iudicio peccantibus. l. aut facta. §. euen- tus. ff. de pœn. talis est furor in l. mater. ff. de inoffic. testam. Sed quando culpa casum præ- uenit atque furorem de fortuitis damnis quilibet obligatur. l. item si. §. si. ff. ad leg. Aquil. er- go videndum, ne sit calor inconsultus aut potius iusta ex causa bilem ciens. l. si filiam. C. de inoffic. testa. iuuat. l. in rebus. ff. commod. vt ij qui Halicacabi herbae radicem bibunt, vati- cinia callentes, vt furere videantur ad confirmandam superstitionem sicut ait Plinius. an non talis est magistratus calore vehementi hominem necari iubens in d. l. lex Iulia. §. si. ff. ad leg. Iul. repet. perperam enim tentat peccata corrigere, dum peccat. potius imitari debue- rat Socratem, vt est apud eundem Stoicum: cæderem te, inquit, si serue, nisi irascerer. itaque vera philosophia iuris exandescere iudicem vetuit, etiam contra reos quos malos putat. l. obseruandum. ff. de offic. præsid. itaque quòd dicitur in l. 13. §. 1. & §. que iure. ff. de iniur. ea quæ iure potestatis publicæ sunt non sapere iniuriam, non extenditur ad impetum iracun- diae omnis iudicij expertem, & iudice indignum, nisi culpa litigantis præcesserit. l. si is. ff. communi diuid. nam minuit vim noxiae & hæc sunt, quæ de principis indulgentia erga de- linquentes dicenda comperi, laudabili vtique, si modus adsit: ne incendat improbitatem, cum intempestiua misericordia nequaquam culpa vacet, ac reprehensione. l. si. ff. de custod. reor. vt bellissimè docet. D. Ambrosi. in can. est iniusta. 23. q. 4. adde. l. si hominem. ff. deposit. maximè in magistratu: neque enim sine causa gladium portat, inquit Apostolus, Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum facit ad Roman. cap. 13. & alibi scriptum est, non misereberis illius, & auferes noxium sanguinem. Deuteron. cap. 19.

† Transeamus nunc ad indulgentiam illam, quam quidem princeps concedit reis iam 17 condemnatis, vt exilibus remigio perpetuo damnatis, cum ademptione bonorum deportatis familiari. quæ indulgentia simul vocatur restitutio seu gratia facta sententiæ. l. tutor. l. si pater. C. de sentent. pass. l. 1. ff. eod. & videamus quas vires habeat: num penitus reponat ex- ulem reuocatum quoad bona, & dignitates, & fidem nempe testimonij. l. 3. §. lege. ff. de te- stibus.

† Puto, vt semel dicam, simplicem restitutionem nihil reponere in pristinam causam, 18 quam statum personæ, vt ciuilia iura omnia recuperet, & dignitatem ac famam. l. 1. §. an au- tem. ff. de postul. non autem bona, nisi principis rescripto id expressum fuerit. l. 2. ff. de sent. pass. l. 2. C. eod. & l. si ademptis. ad eam expressionem bonorum recuperandorum spectat. l. pe. eod. honores verò & magistratus minime recipiet, cum nec potestatem in liberos, quam pœna amiserat, recipiat. d. l. si pater. C. de sent. pass. nec obest Constantinus Cæsar in l. si. §. si. C. eod. vel d. l. 2. ff. eod. vbi dignitatem recuperat restitutus: quia dignitas ibi non intelligitur publicæ functionis sed priuati cuiuslibet hominis status ille. l. pe. §. est ima. ff. de variis & extraord. cogn. vnde & in domo boni patrisfamil. serui tractantur iuxta suam quique digni- tatem, adeo dignitas non semper publicum munus intuerit. l. sed & si quid. §. sufficienter. ff. de usufr. & haud scio an huc respiciat. l. falsi. §. 1. ff. de fals. vbi decurio ordine ad tempus motus falsi recitatione, postea dignitatem recuperat, puta, status integri, vt rursus decurio creati possit sicut quilibet plebeius honestæ conditionis, vt ibidem iurisconsultus subiun- git. vel si quis explicet dignitatem pro honore decurionis, vt in l. ordinae. ad municip. ff. di- cam non similem esse rationem remotionis ab ordine temporariae cum perenni exilio & bonorum publicatione. 2. ff. de decurionib. & satis est, si restitutio principis subleuet exules reuocatos, vt in ciuitate liberè degant, quamuis non omnia quæ amiserunt recipiant argu. l. tutori. C. de negot. gestis hoc maxime vsui fuit pacato Neruæ Aug. seculo, qui vt Dion scripsit, omnes reos factos impietatis in deos absolui edixit, & exules in patriam reduci: tunc enim D. Ioannes Apostolus, teste Abdia Babylonio, Ephesum rediit, vbi hospitium & a- micos complures habebat, ante à Domitiano in insulam Patmon deportatus, in qua Apo- calypsin vidit, vt refert Eusebius lib. 3. historiae Ecclesiasticae. sed multum aduersatur supra-

diēis. l. i. C. de sentent. passis, ubi Antonius Cæsar restituens Licinianum ab Opilio legato deportatum interpretatur vim verbi, restituo, ut ad bona & honores extendatur. Sed si ille Antonii locus plenus excutatur, probat aperte id quod sensimus, restitutioni non inesse honores & bona pristina, ideoque Cæsarem nominatim extendisse: ut autem scias, inquit, quid sit in integrum restituere, honoribus & ordini tuo & omnibus cæteris te restituo. nec verò princeps suimet interpretem egisset, nisi sciisset restitutionis non en amplificandum ultra significationem propriam, ut illud Neratij in l. si. de custod. reor. ff. si custodia, inquit, se precipitauerit, militis culpæ ascribitur, id est, castigabitur. ecce quia culpa necessarii non inducebat corporalem castigationem, autor legis semet interpretatur. sic in l. qui es des. ff. de incendio ruin. necatur qui ædes combusserit sciens: si verò casus, id est, inquit, negligentia, noxam sarcire iubetur & ibi etiam castigatio in dubio ad corpus refertur, ut iam attingit: aut si minus idoneus sit, inquit, leuius castigabitur.

- 19 † Sane verò quando expressim restituit princeps exulem ad bona, non tamen quoad stipendia & salaria medij temporis censetur redintegrasse si non expresserit. l. qui excubias. ff. de re milit. sed nec quoad fructus eorum à fisco perceptorum restituisse censetur auct. idem est. C. de heretic. ratio succurrit, quoniam iuste possedit fiscus ex sententia iudicis, & titulum aptum ad transferendum dominium nactus est. l. iuste. ff. de acq. possess. l. ingenuum. ff. de stat. hom. §. si. de offic. iudic. unde fructus sicut eius, cui bona addita fuere licet lucratiuo titulo. l. bonæ fidei. ff. de acq. rer. dom. nec disquisitio, utrum iuste iniustam sententiam iudex quoad exilium & publicationem bonorum: nam continet fructus sequentium bona. l. & ex diuerso. §. i. ff. de rei vendicat. nec dimoueor ab hac sententia per l. videatur. 2. §. in Fauiana. ff. de vsur. ubi dum patronus actione Fauiana, aut creditor Pauliana, reuocat alienata in fraudem suam, fructus simul recipit propter amplum restitutionis verbum. & utique fateor amplam esse restitutionis vim, eo loci ubi ratio naturalis minori xxv. annis læso subuenit. l. quod si minor. §. restituitio. ff. de minorib. atque ubi de fraude compescenda tractatur. l. 2. ff. si quid in fraud. patron. at nos disceptamus de fructibus bonorum fisco adiudicatorum sententia, quæ nusquam non iusta præsumitur. † Quæstionis est an exul à principe restitutus in causam bonorum possit quoque reposcere alienata: sed non est æquum profecto inquietari emptorem, qui à fisco comparauit ne ab alia quidem persona. l. i. ne fiscus rem quam vendidit. C. l. benè. C. de quadrienn. præscr. accedit, quod ex minor. xxv. annis restitutus æquitate naturali, cum nimium læditur, recuperare potest ea quæ cœmpria iam, emptor mox distraxit, sed re integra. l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de minorib. l. i. eod. igitur nec ille recuperabit alienata, cui contra sententiam iudicis subuenitur. l. i. §. an autem. ff. de postul. quod genus auxilij solimmodo sit à principe. l. i. §. si. de quæstionib. idcirco persuasum sit quod ostendimus paulo ante, regium beneficium alicui concessum in tertij iacturam non protendi, nisi nominatim etiam hoc rescripto insertum fuerit, ut refusa pecunia emptor reddat prædium. l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico. forte enim princeps bonum virum, & exulem de Republica benemeritum restituit: qualem M. Tullium legimus maximo Reip. Romanæ plausu & bono ab exilio reductum: & D. Io. Apostolum supra meminimus. forte autem mauult restitutos prædium maiorum suorum imaginibus illustre quam ingens pretium. l. si in emptionem. ff. de minorib. ideo princeps ab emptore auocabit illed, quod vendere coget, si animo sederit. l. xij. ff. de religiof. si autem id expressè rescripto restitutionis non caueatur, nihil sibi metuet emptor ab exule restituito ad pristina bona. sed arbitratu Bartolus fiscum huic pretium rei, quod accepit, reddere quatenus euasit locupletie. l. sed & si lege §. item si res. ff. de petit. hæredit. cui assentior, vel ad hoc saltem, ut cum tam crebras opiniones ad germanæ vetustatis limam non è perpõlitas induxerim, videar in aliquo grauem autorem miseratus, præsertim hic, ubi de clementia regia erga damnatos differitur. Non prætermittam eximium abolitionis genus ex Lycurgi Lacedæmonij legibus descendens, teste Suida, cum præclaro aliquo facinore gesto præteritam ignominiam remitti statuit. ut dum Aristodemus ordines militiæ deseruit Pyl. inde Trepidij cognomen nactus: deinde restitutus honori re benè gesta ad Plataas. quod forte respexit Martianus ob rem prosperè gestam abolitioni studens in l. vel ob. ff. ad Turpili. licet non diffitear ad gestam à principe traduci locum illum posse. sed & priuato reo auxiliatur Arrianus. l. non omnes §. si. ff. de re milit. §. si verò is, auht. de monach. col. i. & aperte in l. ipsius. C. lamil. hercisc.
- 21 † Animaduertendum est præterea crimina & pœnas adimi reis accusatione, quæ alioquin illa solet vindictæ tradere sicuti venena remedio sæpe sunt, ut aconium venenorum præsentissimum contra scorpios. id patet in l. milites. §. si. ff. de re milit. ubi pœna capitalis lenitur

lenitur mitiore, ideo quod pater filium obtulit iudici post desertionem, vel desertor semet ipsum. idem contingit in pleno crimine læsæ maiestatis. l. quisquis. §. si. C. ad leg. Iul. Maiest. accedit egregiè Imperator in l. i. de desertorib. xij. lib. C. An non etiam accusatio trahit ad se præmiū loco supplicij, quando hæres rogatus de restituendâ hæreditate ei qui capere non potest, ut deportato, vel hæretico, vel nato ex illicito coitu testatoris, si se deserat tertiam partem hæreditatis accipit. l. i. de iure fisc. ff. ubi Accursius. l. i. de iis qui se deser. x. C. ubi quoque vxor testatoris hæres dimidium consequitur iure singulari. sicuti à iure communi luxat, ut tam comiter audiatur mulier se accusans, quæ alium accusare non potest. l. ar diuus. ff. de iure fisc.

† Ergo. l. senatus. §. senatus. ff. eod. vult verò se ipsum accusanti dimidiam portionem hæreditatis tribui, hæredem spectat sui ipsius accusatorem, cum non est rogatus restituere cuiquâ fidei commissario. sanè si ipse fideicommissarius se deserat incapacem maluerit tempestinè post apertas tabulas illico, cum adhuc sperari posset rem fraudulentam occultabilem fore, præmiū tertij partis potius quam hæres lucrificat. l. edicto. §. extat. §. cum ante ff. eod. quod si nulla delatio inuenerit rogatum de tacito illicitoque fideicommissio hæredem, huic omne emolumentum aufertur, ut fisco tribuatur vsque ad vsuras. l. cum quidem. §. in tacito. ff. de vsur. † Quia indignum se fecit: & quæ ab indigno reuocantur, fisci sunt, non quæ ab incapace, sed remanent apud venientes ab intestato, ut ab eo qui damnatus in metallum extitit, qui capere nequit nec deportatus. l. 3. ff. de iis quæ pro non script. hab. l. i. C. de hæredib. inst. qui enim peccati pœnam luit facem labis obliterans, non tam videtur indignus quam miser. at indignus antè capax erat quam se modo indignum fecisset, fisci lucro. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficiof. sed & hoc compendium fisco quandoque præripitur à persona, cui testator consultum voluit, quamquâ indignus nequiter offendit. l. post legatum. §. amittere. ff. de iis quib. ut indig. l. pe. C. de legat. hæc omnia locum habebunt in singularibus relictis fraudulenter præstandis. l. ita. ff. de iure fisc. modo quasi caducum non fuerit. l. si. ff. de iis quib. ut indig. † Insuper ultra acculationem sui aliena accusatio leuat delictum & supplicium, si diutino quis tempore in reatu fuerit. l. si diutino. ff. de pœnis. siue reatus pro delicto capiatur, siue pro misero rei, id est, accusati statui. quia dupliciter reatus vsurpatur. l. si. ff. ad legem Iul. maiest. l. si. §. de illo. de bonis eor. qui ante sent. tum quia qui accusatur, sine pœna aliqua molestiæ non est propter carceris angustias vel dubium iudicij casum animo hærentem. l. diuus. i. de custod. reor. l. seruus. ff. de statu homin. si verò nondum est accusatus, potuit reus sceleris ad meliorem fugem transisse tempore, ut de. L. Sylla dictatore Valerius scripsit. is enim vsque quo ad quæsturam inuita mollis luxui & libidini indulgit, mox C. Marij & Cinnæ dominatum fregit. sed et leges salubres tulit, de falso, de sicariis, de iniur. si modo is est. l. Cor. Sylla, de quo in l. 2. §. deinde Cornel. de orig. iur. quid enim mutabilius homine quoad mores & animi habitum. §. sancimus. in auct. de monach. col. i. cum & corporis mutari similiter censetur. l. proponere. in si. de iudici. l. si non. §. libertus de condict. indeb. quare xx. annis falsi & aliorum scelerum præscriptio est. l. querela. C. de fals. ubi glossa quædam excipit. omnibus tamen temporis cursus inuentum præbet, postquam peccare desitum est. per seuerantibus enim augentur pœnæ. l. si. de comteatilib. xij. C. quia iteratio auget crimen. l. si. ff. de abige. & pœnam pariter. cum §. diuerso, virtus ut iustitia constantiam desideret, sanè ignorantia se delinquere diurnitas nõ obest. l. lviij. §. diuus. de ritu nupti. l. xxxvij. §. i. de adulter. Præterea pœna ipsa pro innocentia quadam habetur delinquentibus. l. quid ergo. §. pœna. ff. de iis qui not. infam. ubi pœna durior quam lex patitur, eluit infamiam ut si is qui multari parte bonorum debuit, seuitia iudicis relegetur. nam multa per se non inurit notam infamiæ. l. i. C. de mod. mult. quod si tam mitior pœna legis quam durior à iudice inflicta infamaret per se, tunc duriore nihil mitigatur infamiæ rigor: ut si fur non manifestus qui iure in duplum damnari debuit, damnetur in quadruplum tanquam manifestus. d. §. pœna. Quod si pœnæ furti durities non tanquam grauior peccet, sed tanquam penitus iniqua ideo quod, verbi gratia, Titius furti condemnatus fuit infons, cum alius rem subtraxerit, cessat infamia. l. si furti. C. ex quibus caus. infam. irrog. Quinetiam si furtum Titius fecerit, & pro pœna dupli pecuniaria vel quadrupli corporalem pertulit, tunc grauius in corpore infamiæ sentiet leuamentum. l. in seruorum. ff. de pœn. non enim iudex potest quicquam supra quam lex constituerit, cuius ipse minister est. l. ordine. ff. ad municip. §. i. de offic. iudic. Tamen duplex consideratio reluctatur huic doctrinæ imprimis quod pœnæ plurimum sunt arbitrariæ. l. hodie. ff. de pœn. secundò quod iudex in dubiis præsumitur rectè iudicasse. l. ad optium. §. i. ff. de in ius voc. cæterum dici potest,

vt ostendimus superius, dum d. l. hodie. enuclearemus, iudicem ex sententia iuriconsulti suo Marte circa pœnas liberè sentire, quando à lege expressa nõ sunt, quòd vix accidit: adò minutatim à lege secantur pro modo delicti quamuis extraordinarij, & pro personarum conditione. l. 1. §. ff. de effractorib. l. capitalium versic. non omnes. ff. de pœn. maxime cum nonnulli pro delectamento habeant infamari, alij exulare. l. 2. C. vt intra cert. temp. crimina. præterea quamuis sit ingens iudicis autoritas, ita vt ille æquissimè statuisse præsumatur, si cur debuit. l. pen. §. ff. de iustit. & iur. tamen si manifestè aberrasse à iuris linea deprehendatur, tunc lex quòd vna manu ablatum videt condemnato, reddit altera. l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. mandat. sed tertiò in dubium venit quisnam duriozem sententiam poterit rescere, cum iudex semel functus officio post sententiam diffinitiuam non possit iterum cognoscere de causa, nec quidem supplere nisi eodem die. l. Paulus. 1. ff. de re iudic. l. iudex. eo. & imputetur damnato, cur non appellauit superiorem: aut si iudex eiusmodi sit, ne appellationi subiaceat, est quòd pareat reus, nec succursum iri confidat rescripto principis. l. 1. C. de error. aduocator. Quid si dicamus à principe remedium sperari, non rescripto vtique quo sententia rescindi iubeatur. l. si. C. senten. rescindi non poss. sed quòd reus restituatur inquam sua innocentia fretus, non tanquam mero principis beneficio. l. 1. §. ff. de quaestio. vel si malit, supplicet apud supremum iudicem errore proprio allegato aut nequitia adueriarij, non iudicis. l. si quis. C. de precib. imper. offer. l. præfecti. ff. de minorib. Miraculum plerisque præfuit aduersus mortè instantem & infamiam: quando scilicet è patibulo erepti fuerunt ingruente subito vi cœlesti aut tempestate: aut fracto laqueo. vt cum apud Senecam lib. 2. controuersiar. cap. 3. vestalis damnata fuit ob incestum ad præcipitium, & deiecta è saxo euasit incolumis. nam miraculum ad vim numinis solliciti refertur, vt cum absque lingua loqui aliquos contigit. l. 1. de offi. præfec. præ. Afric. C. nisi culpa casuque potiusque prouidentia dei damnatum euasisse liquidò pareat. † Etiamnum delentur crimina iureiurando sicut transactione, cui simillimum est l. 2. ff. de iureiur. de qua dixi in l. x. de accus. proinde si iurauero me furem non esse, re deferente in iudicio, absolui. l. si duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. ergo pollentior est iusiurandum transactione: quia in crimine non sanguinolento nec publico pro confessione criminis est non pro reiectione. l. transigere. C. de transaction. l. quoniam. de iis qui not. infam. nisi gratis actor paciscatur l. furti. §. pactus. eod. ergo iniuriam passus si deferat iusiurandum, reo prodest. l. lex Cornelia. §. hac lege. ff. de iniur. planè ad obligandam innocentem è diuerso non est fas reo prodigere famam innocentiamque suam, & actoris arbitrio furem vel iniuriam iureiurando censeri. l. Marcellus. §. si cum l. seq. ff. rerum amotar. vt plenius explanauit dialogo. §. 4. † Excipio, si post iusiurandum sequatur sententia iudicis, vt absoluit, pro accusatore contra reum: quia tunc accusator nitens duplici vinculo iusiurandi & sententiæ iuxta illud prolata famosum facit reum deferentem l. nam postea. §. si damnetur. ff. de iureiur. non debuit quidem ita iudicari, sed tamen toleratur acerba contra reum sententia l. 7. §. ad tempus. ff. de interd. & releg. & hoc est quòd ait iuriconsultus in l. duobus. §. ff. de iureiur. cum qui iurauit sibi furtum factum non statim nancisci conditionem, quia sententiam iudicis mox expectat sine qua nec furti famosam executionem consequitur. Est post sententiam proinus dupli pœnam exiger. tum quia reus imprudens consensu præuenit sententiam, tum quia maturè excipere debuit ante quam pronunciaretur: de iureiurando in criminalibus contra reos non confirmando. igitur Accursius non debuit in d. §. si damnetur. afferre rationem, quare in causa famosa iusiurando actoris stetur contra reum, quia, inquit, iusiurandum pro veritate est. non enim licuit deferre vt actor iuret, sed si iurauerit, secuta sententia obtinebit. multò magis hoc haberet locum in iudicis famosis depositi, commodati, tutelæ, in quibus sola perfidia sugillat damnatum. l. furti. §. ff. de iis qui not. infam. non enim dolus simplex aut perfidia criminis nomine donatur cum effectu. l. si multi. ff. de publican. nisi improprie litem exigit. ff. de dolo.

† Prætermitto vulgarem intellectum. d. §. si damnetur. & mitificè commendatum, de reo scilicet qui iurauit se non esse furem, & tamen à iudice furti damnatus est: nam tam insulsam sententiam probare nequeo, nec sperare iudicem tam supinum, cuius error alioquin toleratur, cum in causa famosa reo plus æquo fauet, non dum auget pœnam. l. 3. C. ex quib. caus. infam. nec quaestram iureiurando liberationem ei dissentienti auferre potuit contra iuris manifestissimam dispositionem. l. si expressim. ff. de appellat. ecquis nescit dato iureiurando nihil amplius quaeri, nisi an iuratum sit. l. non exir. §. dato. ff. de iureiurand. etiam si liqueat peieratum, cum duo sacramenta intercesserint inuicem contraria, tum actoris, tum rei postea. l. duobus. §. fin. ff. eod. cæterum iudicis subsequens sententia

sententia non superabit iusiurandum, quamuis iureiurando posteriore prius vincatur, quia reo consensu oritur. d. l. duobus. §. ff. inuiti vtò damnatur. l. inter. §. 1. ff. de verbor. obligati. Quinimo est quodammodo sententia ex consensu sacramentum prolata alteri deferentis sponte l. 1. ff. quar. rer. actio non dat. quare ab eodem, qui iurandi conditionem detulit, furti aut alterius criminis postulator non poterit accusari denuo, qui semel iuratus gaudet.

† Non possum ius Asili quauis antiquatum præcurrere, cum ad honorem dei pertinuerit, vt testatur Romulus primus legislator vrbis Rom. in l. 2. ff. de orig. iur. Asylum enim alliciendæ multitudinis gratia primò aperuit, sano consecrato incertum cui deo, inquit Dionys. Halicarnaseus lib. 2. in loco sito inter arcem & capitolium inter duos lucos septo densis sentibus, vt esset per fugium supplicibus. nam diuinitatis cultu venerandum fuisse asylum verisimile est: vnde Lucianus in Ioue tragædo: tu, inquit, quemadmodum ij qui ad supplicium repetuntur ab aliquo, ad aras nobis confugisti. & ipsi luci non erant aliud quam nemora dijs sacra ideoque in mensuram agri non veniebant. l. id quod §. 1. ff. de pericul. rei vendit. Asylorum ius & morem aboleuit Tyberius Cæsar, vt de eo testatur Triaquillus cap. 37. sed renouatum fuisse patet ex Vlpiano in l. quis sit. §. apud. ff. de ædili. edict. vbi non putat fugitiuum esse illum seruum, qui ad Asylum confugit exemplo publico, vel ad Cæsaris statuam. posteriore quoque seculo increscente religione christiana in templis paruit tutela & præsidium crimine aliquo aut ære alieno laborantibus, ne corporali vexatione premerentur, non abstrahendi lætæ maiestatis periculo imminente, si quis abducere miseros tentasset. l. 1. & 2. C. de ijs qui ad eccles. confuger. rursus tandem rex Gallorum Franciscus. 1. Asili securitatem edicto substulit, videns impunitate tantisper inualecente virtutes obrui, & apertis Asylis delictis quoque fores aperiri. nam & laudatur rex Ezechias. 4. lib. regum. cap. 18. quod statuas confregerit, ac succederit lucos, & serpentem æneum à Mose excitatum salubrem suspicientibus à quouis serpente ictis in deserto sed eo prouectum, vt Israëlites eidem adolerent. cumque nullum tempus feriarum sit scelerosos homines à tormentis eripies, ob multorum salutem sperata numinis venia. l. pe. C. de ferijs, quare locus illis latebrâ dabit: an non deus imitatu dignissimus peccantem hominem paradiso expulit, & angelum è cælo Asylo alioquin optatissimo immortalium animorum: verum è minus hic loci dignitate se rueri debuit, quem audacia intoleranda ipse violauerat. l. auxilium. §. ff. de minorib. x x v. Et quia Triphonius ibi ait nullam esse adulterij pœnæ deprecationem minori xx v. annis, si fateatur: sciendum est deprecari esse aliquid finitimum indulgentiæ principalis. Deprecatione vtitur, inquit Cicero lib. 2. rhetoricorum ad Herennium, cum fatebimur nos peccasse, neque id imprudenter, aut fortuito aut necessario, fecisse dicemus, & tamè ignosci nobis postulabimus. si fortè plura officia extant nostra erga offensos vel rempubl. quam maleficia. si qua supplicantis virtus, aut nobilitas, aut spes iudicantem flectere potest. interdum à iure deprometur deprecationis causa: vt quia tutor malè versatus est in pupillari negotio, deprecatur prætextu officij, furti crimen à se amoliens. l. tres. ff. de adm. tutor. deprecationem in iudicium vnquam venire quidam negant apud Quintilianum lib. 7. cap. 5. & Cicero pro Ligario dixit coram Cæsare, nunquam antea se causas egisse hoc modo. ignoscite iudices: lapsus est: non putauit, ergo versatur deprecatio in Senatu, apud populum, vel principè sapius clementia sua de licita aliena delentem sine damno tertij. l. rescripta. C. de precib. imper. offer. & deprecantibus commissi veritatem narrantibus ignoscentem. l. 2. C. si contr. ius vel vtil. public. transfertur quoque deprecatio ad ciuilem cognitionem in l. fideiussor. res magistr. §. 1. de fideiuss. quia fideiussor errorem aliquem fatebatur suum: eoque pro conductore vectigalis se obligasset fito simpliciter, vnde ne pro vsuris cõueniretur, metuebat.

FINIS.



STEPHANI FORCATVLI
IVRISCONSULTI IN FEVDORVM
IVRA NOBILIS COMMENTATIVS.

Primo capite tractatur

De præstantia Feudorum & consuetudinis, & unde originem ducant.

NOTABILIA.

- | | |
|---|--|
| <p>1 Iura moresque feudorum quinque eximii
adminiculis firmari. & de imitamento
exemplorum ac iudiciorum.</p> <p>2 Consuetudo an rationi contraria recipiatur,
& quando legem superet, vel ab illa
superetur.</p> <p>3 Cur feudorū consuetudines potius quàm leges
dicatur, Mediolani potissimū, Longobar-
dorum velut in sede.</p> <p>4 An prisca Romanis feuda cognita fuerint,
& 12.</p> <p>5 Consuetudo mox scripta an lex fiat, eius au-
toritas.</p> <p>6 Falsò assignari ius non scriptum consuetu-
dini potius quàm legi lata.</p> <p>7 Quomodo iusta consuetudo legem iustam
aboleat, & è diuerso.</p> | <p>8 Mores an à consuetudine discrepent.</p> <p>9 Feudorum consuetudines vilegium censuris
quid palam in decretis Gratiani: & qui
feudorum auctores.</p> <p>10 Iurigentium ex multis moribus cōflato feu-
dorum originem deberi.</p> <p>11 Feuda fuisse instituta bellorum causa, &
primo temporaria fuisse ducibus quaque
ac Comitibus.</p> <p>12 Quod antiquissimis Gallorum, & postea
Romanorum, feuda in usu fuerint: & Vassalli
nominis origo.</p> <p>13 Rem meam mihi in feudum dari posse.</p> <p>14 Quare pactum legis commissoria in feudo
pignori dato reprobetur, & alijs in re-
bus.</p> |
|---|--|



† VIVS MODI fuerit id, quod Zeuxis pictor nobilis fecerit, quando Agrigentini tabulam in templo Iunonis Laciniaë dedicaret vulgò compertum intelligo. Quinque verò selegit eorum nudas virgines, ut id quod in quaque laudatissimum esset, penicillo & coloribus redderet. nihil secus mihi fecisse videntur Feudorum industrij compositores, ut ius absolutissimum præstarent. nam legem Romanam primo æmulati sunt: mox Longobardorum: necnon regni consuetudinem cap. 1. de feudi cogniti. quartò adhibuerunt auctoritatem Imperatorum aliorumque principum nullius maiestati subditorum cap. 1. §. cum vero. de ijs qui feud. dare poss. cap. 1. de vassal. qui contra instituti. Lothar. reg. Quintò veteres ex rebus ritè iudicatis colerem sanequã floridum duxerunt, qui morem quoque exornare solet cap. 1. de eo qui sibi vel heredib. l. cum de. ff. de legib. nec nos terreat, quod vulgò dicunt, legibus, non exemplis sententiam, esse iudicandam. l. nemo. C. de sentent. quia hoc attinet, ubi lex extat lata non ambiguit: verum ubi dubium emergit recens, iudicium pronuntiata æmulamur. l. §. de manumiss. vindict. ff. ita ut prudentiores insequamur, cum varia obseruatio apparet. §. si. de satisf. §. si. de success. frat. in Feudis Laudamentum passim vocatur lata in causa feudi sententia. §. 1. de controuers. inter episcop. Et quia

Et quia in feudorum tractu, ac, ut sic dicam, regione consuetudo, potissimum excellit. d. cap. 1. de feud. cogniti. Consuetudinem titulum ei inditum consulo putamus. quamuis alibi lex consilio prudentum edita dignior imitatu sit. l. 2. C. quæ sit longua consuet. † Sed hoc recipio ubi nouus casus accidit, qui vel legis vel consuetudinis similitudine definiti queat iuxta. l. non possunt. ff. de legibus. §. prædictis. quæ fuit prima caus. benefic. amitt. plane si consuetudo sit posterior, sine dubio legem domat, tacitè serpens in populo; & adeo grata cunctis, ut eam scribi necesse non sit. l. de quibus. l. imo. ff. eodem: quare sæpe legem duram obliterat vel mitigat cap. 1. de alienati. feud. §. apparet. in titul. hic finitur lex deinde consuet. Sane nonnunquam à ratione paulisper luxat consuetudo, ut in conuentione, ne filij ab intestato succedant. §. filij. de feud. defunct. conten. quia posterior consuetudo legi rationique detraxit: sicut prior, à lege superatur. l. 1. C. ne fideiuss. docti ubi lex vno icu legem aliam & morem iugulat. cap. nos Federicus. de statut. & consuet. §. fin. de alienati patern. feud. † Verum in Feudis frequentibus consuetudo victrix floret. 3 & ideo à potiori liber nomen eduxit, ut æs corinthium dicimus, cui aurum præciosius quidem inest sed quantitate inferius. l. hæres. §. fin. de legat. 3. iuuerit nos §. 1. in quibus caus. feud. amittat. ubi quàm fideliter se gerere debeat vassallus erga dominum, colligi magis potest ex moribus quàm ex legibus maxime cum Mediolanensis curia diu aliquid vsurpasset. d. §. fin. de alienat. pater. feud. hæc est quæ appellatur consuetudo regni cap. 1. de feud. cogniti, & tit. hic finit lex deinde consuetudin. regni. Ideo quod Mediolani fuit olim sedes reguum Longobardorum, quos Cornel. Tacitus Longobardos vocat in libro de moribus Germanorum, ubi penitus eos Germanicæ originis fuisse memorat. qui tandem imperante Iustino Iustiniani Aug. consobrino & successore in spem venere Italia potiundi, eamque spem fouerunt multo magis Iustino defuncto, cum contumelijs affectus Narfes Dux à Sophia Augusta, ut se vlsceretur, teste P. Diacono, Longobardos iam in Pannoniam erumpentes accinit, & ipsis Insulubrium oram tradidit. quoad Carolus Magnus circa annum Christi salutaris. 776. Desideriū regem Papiæ obsessum bello subegit rogatu Adriani Pape can. Adrianus dist. 63. ne miremur, si Gallia multas insolitasq; voces feudorū à Longobardis acceperit, aut eis dederit. † Inde ius Romanorū præ cōsuetudine Mediolanēsi parū ratur, 4 cū ne feudū quidem illis cognitū fuerit, prout cōstat ex castello agroque ad fruendū semper concess. d. §. si. in quib. caus. feud. amitt. tametsi necessitudo quædã nõ leuis seruaretur inter patronū & clientē. l. nõ dubito. ff. de captiui. l. 3. de vsu & habit. ff. id est, inter eum, què vulgò dominū dicimus, ut è diuerso clientē, in cap. 1. de alienati. feud. vocari pater vassallū, seu fidelē cap. 1. de cōrenti. inter domin. & fidel. inde clientelas deducimus pro asseclis optimatū l. 3. C. de offic. rector. prouinc. & clarius in l. vnic. ut nemo ad suū patrocini. suscipiat rustican. lib. xi. C. quo Leonis rescripto impostērū sapiusculæ egebimus, & ubi clientē aduocatū non respicit seu patronum forensē ut l. 1. C. de aduocat. diuersor. iudicū. † At licet feudorū consuetudines post modum in inscriptū volumē peruenerint, tamē respectu originis nõ scripto iuri tribuuntur. l. 1. §. si verò. de imponend. lucrati. descript. lib. x. C. §. venditæ. de rer. diuisi. & certū est feudorū iura sensim inualuisse, sine auctore, sed tacita populi assensione. & quo magis non extat moris memoria, eò magis tituli iusti loco habetur. l. hoc iure. §. ductus. de aq. cotidi. ff. l. si. ff. de aqu. pluui. sic legū primordiū non semel nascitur, tantū liquet eas scriptæ fuisse originis. adeo ut in l. 2. §. 1. ff. de origin. iur. vix ausit asserere iuriscons. Hermodorum Ephesū auctore fuisse legū xij. tabular. nec quisquã nouit auspiciem legis Tiriæ ac publicæ, quæ permittitur sequestro aliquid præmij collusoribus deponere, ut victori mox detur. l. 3. ff. de alex. luf. † Cæterum lex etiã iuris non scripti portio inuenitur, ut apud Lacedæmonios, quibus leges dedit Lycurgus literis minime mandatas sed memoriæ. idque innuit imp. in §. ex nõ scripto. de iure natur. ubi pro legib. vsurpari, explico, pro eo quod est, verè legum ritū. ut cum dicimus pro herede gerere. §. si. de hered. qualit. quis enim Lycurgi leges dissimulet, ad Apollinis inuentū relatas: can. Moyses. 7. dist. præsertim quib. epheborū exercitatio iniungebatur, ut Pausanias refert in Laconicis. & lex Plutarcho in vita Lycurgi innotuit, quæ aureus & argenteus nummus ferreo cederet, & exolesceret. sic apud Gallos quondam Druides Philosophi & iudices, ut Cæsar vidit, scripsitque lib. vi. de bello Gallico, suas præceptiones memoriæ tantū credebant, ut per manus traderentur posteris sine scriptura tamen Accur. si quãdo mores nominari videt in iure, exponit pro Laconū iure. l. 2. de vulgar. l. 1. ff. de curatorib. cum mores, qui tacitè in vulgum itreperunt auctore certo caruerint, potiusque populum ipsū auctore citent quàm quenquam è proceribus. Sed, inquit aliquis, malè suspicari fas est de consuetudine, quæ legem abigit & tollit consilio prudentiū facta. l. 1. de legib. ut quæ sit ratio summa in natura sita, prohibēs cōtraria iustis, teste Tullio lib. 1. de legib.

can. erit. 4. dist. Respondeo legem semper iusta videri quia talem esse oportet. l. pe. ff. de iust. & iur. d. can. erit. sic iudex dicitur quasi ius dicens ab Isidoro cap. forus. de verbor. signif. l. 1. de iurif. ff. tamen plerumque deprauatur errore aut malitia. l. 1. ff. de appellati. sic per multas leges duræ extiterunt & immanes. l. fi. C. de incest. nupt. l. fi. C. de infirm. pœnis cœlib. aut primò ad normam æquitatis late, progressu temporis iniquitatē attrigerunt. l. 1. C. de caduc. toll. vbi quod belli suaserat necessitas, pacis lenitas dehortatur. §. 1. in aurb. hæc constitutio innouat constit. col. 8. sed non est singulorum ciuium legem aut consuetudinem durā & impiam abrogare, imò solius principis. l. prospexit. ff. qui & a quib. §. fi. de alien. feud. l. imperatores. de pollicit. ff. ad quos puro spectare id quod iactatur, veritati cedere consuetudine can. veritate. 8. dist. quid enim si tempus aut locus duritiem legis dulcem expositio dicat, vt scilicet permultos deterreat à gliscensibus delictis. l. aut facta. §. pe. ff. de pœn. l. 1. C. ad legem Iul. repet. vnde Pittacus sapiens ebrios, quibus aliàs lex est benignior. l. omne. §. per vinum. ff. de re milit. duplici pœna multauit, sic notat Laërtius, quia in Mirilene insula complures temulenti deprehenderentur. † Non erit otiosum dispicere, an mores à consuetudine differant: quia Iulianus ait quicquid moribus & consuetudine inductum fuerit deficiente lege seruari. d. l. de quibus. ff. de legib. Varro utique apud Macrobium notat, motum esse in iudicio animi, quem sequitur consuetudo. & illic Iulianus ait consuetudinem esse id ius quod sit moribus constitutum. Verū alibi diurni mores consuetudoque confunduntur. l. diuturna. ff. de legib. §. ex non scripto de iure natur. & sic effectus morum, id est, consuetudo pro ipsis moribus vsuata capitur, vt acquisitio dominij, qui effectus est vsucapionis, pro ipsa vsucapione. l. 3. ff. de vsucapionib.

† Quominus autem feudi consuetudines vim legis habuerint, priusquam eas partim in Gallia desuetudo infuscaret, non dubito, saltem instar canonum, qui in Gratiani decretis autore carent, & palæ inscriptione donantur: quia vt latinis antiquum pro charo & venerabili sumitur. l. 1. §. filius. ff. de captiuis. sic palæon græcis, vt apud Homerum lib. 2. odyss. παλαιά τε πολλά τε εἰδώς, id est, antiqua multa que sciens. Lucianus hunc emulatus inquit, παλαιά τε μωρα τε εἰδώς, id est, antiqua & stulta sciens. vt indicet à stultis antiqua discrepare, nisi quis de viuo loqueretur, non de veterum sanctissimis institutis veritate ipsa cõmendandis. eò spectat illud Quintiliani lib. x. cap. 1. Enniū, inquit sicut factos veritate lucos adoremus, in quibus grandia & antiqua robora iam non tantam habent speciem quãram religionem. scio quãdam præ nimia antiquitate exolescere, & nugis anilibus adnumerari, sed non fuit ea mens Gratiani, vt autoritatem canonis & sensus titulo deteriore minueret. hinc feudorum volumen consuetudine prisca nobile vt & potestate legum claruit. quoniam quicquid imperator confirmat cuiusque autoris illud sit ratum est legisque potestate nititur. l. 1. §. sed neque. C. de veter. iur. nec quisquam fastidit Alpheni Vari doctissima responsa quod à futrina & calceis abiecto instrumẽto artis clausaque taberna, vt scribit Horatius lib. 1. sermonū Satyra. 3. Cremona relicta Romam ierit de iure responsurus feliciter, vbi præceptore vsus iurisprudente Sulpitio consul euasit, sicut Acron notat. nec Mantinens Nicodori constituta, quod è pugile legislator euasisset, repudiauere vt notat Ælianus. nos quoque amplectimur Oberri de horto & Gerardi Capagisti scripta & placita in feudorum tractatione tanquã ab vsu & à Cesaribus approbata, non enim magis ipsi tradiderunt quid alijs prudentibus videretur de re tota, quã noua suo Marte introduxerunt, consulti & prudentes dicti in cap. 1. si de feud. vassall. ab aliquo interpell. præcelluere enim autoritate & iudicio alijs feudorum autoribus sine nomine hæctenus relictis cap. 1. de feud. fœmin. cap. 1. hic finitur lex. planè hi duumviri feudales, quibus prudentiam facillè concesseris, iuris ciuilibus argutias ad fuisse non diffiteare, primores fuere curiæ Mediolanensis, vt constat ex cap. 1. & §. illud. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. vbi autor filium, ad quem solitus erat scribere, alloquitur. & Mediol. curiam vocat suam. §. 1. in quib. caus. feud. amitt. vbi Anselmo nomen fuit filio Oberri, ex cuius scriptis rudiusculis pro tempore, velut aurum ex sterquilinio valeas colligere, vt de Ennio dicebat Virgilius. adeo verò his viris tributū fuit, vt æquitate duce consuetudini restiterint: quod non nisi summo legumlatore concessum scimus cap. 1. an maritus succed. vxor. §. fi. de ijs qui feud. dar. poss. antiquarum igitur consuetudinē freti iuris dandi facultate, vt superius explicui.

Accedit, quod Lotharius imperator, sub quo Europa iure ciuili frui cœpit Gothorū irruptione antea reiecto circa annum Christi nati 1128. constituit nouè nulli licere vassallo feudum feudiuè portionē in scio domino alienare, vel pignori dare cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. vbi consuetudo aboleretur aliter permittens, atque obseruatio libelli partem feudi pro vili annua pensione alienare sinens cap. 1. de alien. feud. igitur in reliquis

reliquis capitalibus non reprehendens Lotharius feudorum constitutiones roborauit. l. cum prætor. ff. de iudic. præsertim quòd autor. d. cap. 1. de alien. Lotharij prohibentis nuperri- ma sanctione mentionem facit. Conradi quoque post Lotharium imperantis multa mentio est in tit. de lege Conradi & §. cum verò. de ijs qui feud. dare poss. nisi fortè hic Conradus antiquior extitit: duo enim eius nominis eū præcesserant. sed de Federico Conradum 111. sequente dubium non est, quin instar Lotarij feudi mores iuraque firmiter cap. 1. de prohib. alien. per Federic. multo magis Pontifex Romæ Alexander 111. Federico imperatori alioquin infensissimus Mediolanensibus odio suo, atramen feudi iura ex more seruari iubet, aut imperatoris cognitioni ad extremum referuari cap. 6. & 7. de foro cõpeten. taceo constitutiones Lotharij Romæ conditas ante vestibulum D. Petri, dicatas Eugenio Pontif. 111. lib. 1. feudor. tit. 19. propterea quod de ipsis dubitat Accursius illic: nec sine causa, cum Eugenij non Lotharius Aug. sed Conradus 111. æqualis fuerit, successor & getter Lotharij. At is qui Alexandro 111. successit Lucius 111. homagium fieri vetat pro re spiritali cap. fi. de regul. iur. tametsi in lib. 3. legum Longobard. inuenire licet Lotharium ad idem limen D. Petri Romæ tempore Eugenij capitula legum promulgasse, quorum illud est, ne mortuo Pontifice depre- dari liceat in vrbe Roma.

† Cum quæritur vnde originem traxerit feudorum fœdus & nobilis cõuentio, in qua res immobilis datur fruituro in perpetuū propter obsequia legib. moribusque cõstituta, in prò- tu est vt dicamus inde manasse vnde dominationes & veræ seruitutes ortæ agnoscutur, id est, à iure gentium. l. ex hoc. ff. de iustit. & iure, vbi bella quoque eidem iuri debentur. itaque propter bellorum præmia, vel vt benemeritis satisfaceret, vel vt imposterum ad arma pro patria gerenda homines accenderentur, feuda constituta sunt postquam præmijs ad virtutē quilibet inflammatur. l. 1. ff. eod. accedit quòd seruus inuestitur. §. personam per quos fiat inuestit. ideo iuris gentium est in ea parte in qua mirifica solemnitas desideratur. l. an inutilis. §. si. de accepti. l. ff. cap. 1. quid sit inuestit. & amplius mox dicam cõmodius etiam. non igno- ro id quod iam pupugi, plerosque feudum referre ad necessitudinem prisca patroni & clientis, de qua multa Dionys. Halicarnasseus lib. 2. antiquitarum. Romulus, inquit, cõ- mendauit patriciis plebeios oprione cuique data, vt horum quibus patronum sibi eligeret mos sanè antiquus Thessalis & Atticis vsurpatus, sed Romæ receptus in melius illi namque supercibe clientibus vtiebantur tanquam mancipijs vsque ad verbera. hos Athenienses vocabat Thetas ob ministeria: Thessali penestas exprobratione, inquit, fortunæ. bello enim captos fuisse inde constitit, ex quo prima fluxit seruitus. at parroni Romani id præstabant quod nomi- ni quadraret ruitonē & consiliū & propulsationē iniuriarum. vicissim clietes captos bello patronos adimebant, locabant inopū filias. nefas erat præterea alterutris accusare alteros, nisi lege productionis à rege lata teneri mallent. certè si quis huiusmodi officia vtrò citròque præstita consideret, accedet cursim meæ sententiæ. nec iuri Romano deberi dicer inimum tã- ti Fœderis, sed iuri gentium: postquam vbi que præmia ratione militiæ tributa intelliguntur, & inde feuda profecta sunt, vel reconciliationis incundæ causa. Tantopere, inquit Cicero lib. 1. officiorum, apud nostros iustitia culta est, vt ij qui ciuitates aut nationes deuictas bello in fidem recepissent, patroni essent more maiorum. & quamuis ager manucaptus ad victo- riam pertineat, §. item ea. de rei. diuif. l. Lucius. ff. de eui. tamè honoris & humanitatis gra- tia veteri possessori meliore fortuna digno prædia sua aut pars eorū permittebantur. l. item si verber. §. item si. ff. de rei. vendic. sicut Maroni Mantuanus fundus redditus est, qui Ario Centurioni cessaret, vt præmij gratia inter milites suos distribueretur iuxta l. in agris. ff. de acq. rer. dom. vbi liquet quomodo ager captiuus aut assignari soleret militib. victoriæ parti- cipib. aut ciuitati alicui destinari, vel partim vèdi. quod Iulius Frontinus affirmat in libro de limitib. inde illa cõtinentio definita apud Iosephū à Dauide lib. 7. antiquitatū vtrū ij qui impe- dimẽta seruarēt, præde partē equè acciperēt atque qui prelio dimicassent, quod more obti- nuit. nec dubiū est, quin Themistocles à patria ingrata per fugiens ad Persas, apud quos multa fortiter gessisset, tres ciuitates dono acceperit. Neanthes addit duas, haud dubiè ea lege datas, vt regiam maiestatem veneretur pro beneficio. ne quis putet res mobiles strenuis mi- litib. duntaxat donari solitas variorū gentiū morib. qui fuere ad res soli liberaliter erogatas extensis, ac simul prohibiti, si in fisci priuatorumque iniuriã munificentia potentioris viri resliret. l. 1. C. vt nemo ad suum Patro cin. suscip. rustican. xij. lib. Atqui tot mores vndique collecti & cumulatius gentiū perficiunt, vt expressè habetur in l. omnes. ff. de iustit. & iur. quod velim ab alijs perspectum fuisset qui cum primum morum mentionem au- diunt, nihil citius habent quã ius ciuile inuocandum: sed aliter ex Virgilio colliges lib. 7. Æneid.

Mos erat hesperio in latio, quem protinus urbes.

Albana coluere sacrum: nunc maxima rerum

Roma colit, cum prima moment in prelia Martens.

subiicit eum morem, qui paulatim adeo serpsit à natione in nationes, in bello indicendo, ritè verlati vtque legatis hostium indemnitas præstaretur iure quidem gentium. l. si. de legatione. ff. itaque cum ob causam belli vel ob consequentiam, feuda, patrocina, clienteleque inductæ fuerint, ad ius gentium pertinebunt, non ad Quiritum tantum. licet apud alias atque alias gentes non vno modo custodia fuerint. §. venditæ. de rer. diuif. & apertius in l. xix. ff. de captiu. nam & seruitus à bello orta est, & à mancipiis manu militari captis. l. libertas. ff. de stat. homin. tamen quisque fatebitur seruos ex ancillis nasci licet patre libero. l. & seruorum. ff. eod. † Sic feuda bellorum occasione inchoata, deinde in pace munificentia aliqua cæperunt institui, verum armorum intuitu facienda, inuestitura, ne profus degenerent à natua origine cap. i. de feud. fœmi. cap. i. de vassall. milit. qui arm. bell. vbi eo ipso se feudo miles abdicat, quod clericus factus cœlesti militia se dedicauit. non igitur Longobardorum recens natio, si vetustissimis illis comparatur, feuda inuenit: quinimo inuenta primum diminuit ac fragiliora reddidit, nisi serò post instaurasset. cum feuda pronutu domini reuocabilia fecisset, vel vita vassalli terminasset. §. & quia. de iis qui feud. dar. poss. deinde serius factum fuit, vt in Ducatu vel Comitatu filij succederent. §. si. de alien. feud. Duces namque & Comites proconsulum Rom. instar regio nutu subinde reuocabantur. l. meminisse. ff. de offic. Proconsul. l. si. C. de offic. magistr. milit. etiam Comes stabuli, qui in Francia Constabilis à stabulo & equitatus præfectura nūcupatur. l. i. de comitib. & tribun. lib. xij. C. atque versatilis hæc commutatio Ducum & Comitum ad Carolum vsque Magnū perseverauit Mediolanis moribus imbutū post victum regem Considerium. quamuis vetus illa clientela sine territorio obsequij plena perennis esset, quoad contigerit potentiorum auxilio tenuiores destitui vt Iulius Cæsar refert lib. 6. de bello Gallico, nec Budeus obtulit. scio quibusdam placere Hugonem Capetum vt conciliaret procerum animos ad potiundum procliuus regno Gallorum, deficientibus Caroli Magni posteris è reפורariis perpetuas reddidisse dignitates. ceterum constat Capetum prudentia felicitateque præditum, Capeto Latinorum rege Capys filio nulla virtute inferiorem, Comitem fuisse Parisiorū per manus accepto honore feudoque à patre Hugone Magno patiter Comite, & Roberti Comititis filio, atque Eudonis Comititis fratre, altero Roberto Comite Andegauensi geniti, vt fidelissimè annales testantur circa annum 891. à Christi salutiferi natiuitate & deinceps. Robertum autem antiquiorem non solum Comitem Parisiorum, sed etiam Marchionē Francorum vocatū tradidit Annonius lib. v. in Historia Franc. cap. 34. hoc est regni capitaneum cap. i. lib. i. Feudor. † Sed redeo ad Cæsaris locum vix scio an satis hæctenus intellectum, sub cuius cortice puto latere medullam feudi in rebus immobilibus consistentis & nondū plane cogniti, vt pote præposterè: quod non tam res accipiantur à vassallo quàm dentur, & addicantur iure proprietatis ipsi domino. ita vt res sua alicui in feudum migret in Gallia, inquit, non solum in omnibus ciuitatibus atque pagis partibusque, sed pene etiam in singulis domibus factiones sunt: earumque factionum sunt principes qui summam auctoritatem eorum iudicio habent. idque eius rei causa antiquitus institutum videtur, ne quis ex plebe contra potentiorum auxilij egeret. Suos enim opprimi quisque & circumueniri nō patitur: neque aliter si faciat vllam inter suos habet auctoritatem. subdit Cæsar in Gallia alterius factionis principes fuisse Heduos alcerius Sequanos, sed debiliores, quod magnæ essent Heduorum clientelæ. & paulopost: in omni Gallia eorum hominum qui in aliquo sunt numero atque honore, genera sunt duo: nam plebs penè seruorum habetur loco, quæ per se nihil audet & nulli adhibetur consilio. plerique, cum aut ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum, premuntur sese in seruitutem dicant nobilibus. in hos eadem omnia sunt iura quæ dominis in seruos. ecce qualiter clientes seu vassalli non fortunæ suas tantum, sed etiam personas potentioribus addicerent, vt in tuto esse possent aduersus aliorum impotentiam. & à protectoribus patronisque suis bona propria tenere fatebantur parati ad omne obsequium, non in Gallia tantum sed etiam in orbe Romano. vnde qui clientelis multis pollebant eò prosiliebant audaciæ, vt aduersus principem insurgerent, & tributa pendere obnegarent. ideo hoc genus feudi prohibuit Leo Aug. lib. xj. C. vt nemo ad suum patrocini. suscip. rustic. l. i. apertius Iustinianus in §. patrocini. de mandat. princip. col. 3. vbi nescio quid parum tempestiuè affert interpres de patrocinijs forensi & litium, non animaduertens feudum describi, vetitum illicito commercio in principis inuidiam, ne complures numero clientum stipati ceruices insolenter erigerent. quos vassallos

fallos vsus dicit & vassos antea, vt Imp. Carolus in lege Longobard. tit. no ad regem venientibus iniuria fiat, & aliis in locis frequenter. Sanè clientes vndique colligere fuerat olim in Gallia permiffum, cum non vnus prospero imperio sed varijs gubernatoribus regibusque subiiceretur. † Et cum sine fraude fas sit cuique suam rem desinere possidere, quæ retinet, & eam transferre in alium, quam interim conductionis iure vel precario tenere incipiat ismet qui dominum nouè sortitur. l. quædam mulier. ff. de rei vendic. & fatius est potiori violentoque viro, aut de quo dubitari possit, ne superet in iudicio proprietatis, si ad forum res venerit, prædium meum vili vendere vel donare ea lege, vt rursus ab eodem conductionem habeam vel feudi titulo, quam prorsus eo carere. similis prudentia describitur in l. si in emptione. §. rei suæ. de contrah. ff. & ideo in d. l. vnic. vt nemo ad sum. patr. Leo meminit venditionis, donationis, & conductionis. plurimum opitulatur his si aliquam. ff. de acquir. poss. † Hæc certè vera sunt, vt videlicet res futuri vassalli propria in dominum transferatur, ita vt rursus iure feudi ad dantem redeat, vel Oberti testimonio in cap. de feudo. dat. in vicem legis commissi. vbi vnus tantum casus excipitur eiusmodi constitutionis feudi cum scilicet pignori obligatur res alicuius pro certa summa pecuniæ creditori, si statuto tempore non luatur, ea creditoris sit: & eam, inquit, pro feudo habeat, nempe debitor conductione. l. si. C. de pact. pignori. igitur ius commune diuertim admittit sine dubio. nec mirum, cū debitor egentes pecuniis quæuis pacta assuant datione pignoris, illechi spe ple runque vana pecuniam alicunde faciendi intra aliquod temporis spacium, quocirca ebs cod. vt alibi dixi de l. si creditor. §. si. de distracti. pign. ff. sic reprobatu similis conuentionem. §. si. de capitano. qui cur. vendid. vbi eleganter vtrumque exprimitur.

CAP. II.

De feudi definitione, acquisitione, substantia, fidelitate, etymologia, distinctione, natura, & accidentibus.

NOTABILIA.

- | | |
|--|--|
| 1 Feudi succineta definitio. | reiuuando fidelitate consistat. |
| 2 An feudum pretio comparatur, vel sit vbi que gratuitum. | 11 Feudum francum an in iure inueniatur. |
| 3 In rebus immobilibus feudum constitui, quid de feudo cauena, vel camera, sentiendum, & de tessera. | 12 Recti feudi naturam perfectam pactione mutilam fieri. |
| 4 Penes quem dominium feudi resideat. | 13 Non potest conueniri, ne de feloniam aliquis queratur: & ob negligentiam feudo que priuari. |
| 5 An in feudo proprie vassallus vsus fructum habeat, cum transeat emolumentum ad hæredes. | 14 Quid dicendum de pacto, ne vassallus expellatur. |
| 6 Perpetuitas fruendi videtur hodie de feudi ipsius substantia. | 15 An pacta præter naturam feudi valeant in §. si. quid sit inuestit. & quis illa probare teneatur. |
| 7 Feudum Gardiæ & Castaldiæ temporarium merito fuisse, & saepe sine iurata fidelitate. & numero 18. | 16 An penso feudi adici queat, quid sint hostenditæ, soldata, & alia id genus, & quid hostem facere. |
| 8 Fidelitas tactis sacris iurabatur, sed excepta persona regis vel Cæsaris. | 17 Homagium vnde dicatur: item Oblia vulgaris & prædagium. |
| 9 In sacramento litem decedente sacramentales miro ritu adhibebantur duodecim. | 18 Vassallus, vt etiam dominus, non conuenitur ultra quam soluere possit, deducto negeat. |
| 10 Feudum vnde dici inceperit: & an sine in- | |

FEVDI definitio traditur ab Oberto in §. si. in quibus caus. feud. amitt. vt sit beneficium rei immobilis retenta proprietate concessa, vt vsus fructus in perpetuum in accipientem eiusque hæredes transeat, propter fidelitatem, quæ definitio mihi videtur instar philosophiæ aliarum increpare vanitatem, si modo nihil cauilemur, & singularim perpenfis verbis illam persequamur. Beneficium primo habet tanquam genus, vt ibidem ex Seneca Obertus memorat. nam in genere beneficium est actio beneuola gaudium tribuens capienti: quia inuito nemo confert bene-

ficium. l. inuito. ff. de regul. iur. nec debet inquiri cur aliquis nolit oblatam rem accipere. l. quia poterat. in fi. ff. ad Trebellian. inde oritur maxima utilitas vassallo, vt possit feudum respuere & refutare, si onerosum arbitretur propter seruitia fructum excedentia cap. i. si vassallus contra constit. Lothar. iam enim incipit non esse beneficium postquam eius tædet vassallum, secus quædiu eo sibi placet quamuis sterili. l. statua. §. si. de vsufr. ff.

† Verum huic sententiæ obsunt varia fevdorum capita in quibus vassallus pecunia feudum emittit. cap. i. de feud. gard. & castal. cap. i. de inuestitur. in marit. fact. nam & dum priuatur feudo vassallus iubetur eidem pretium quod à principio numerauit, restitui à domino cap. i. de natur. feud. vbi non pauca congerit Accursius: & mox obiicit cap. i. de feud. dato in vicem leg. commissor. vbi feudum amore & honore domini acquiri debet nõ prætextu pecuniæ. cæterum ibi non tractatur de domino designato accipiente pecuniam à vassallo sed de dante, improbata lege commissoria in pignore, vt iam ostēdimus cum verò dominus vendit feudum conuentione sanè quàm licita aliud iuris statuitur. nec reiciitur lege venditio: nec item propterea beneficium esse definit, quale appellatur quoque in cap. i. de inuestitur. de re alien. & apertius in cap. i. de benef. frat. prompta ratione, quoniam pretium tam modicum datur, vt vassallus lucrum magnum facturus sit, mista liberalitate cum venditione vera. l. si quis donationis. ff. de contrah. empr. hoc innuitur in §. si. de iis qui feud. dar. poss. vbi valuasores aliquid propter feudum acceperunt id est, modicum vt subicit pro pretio sic capitur aliquid, l. ex conducto. §. pen. ff. locat. l. i. §. item si. ff. ad leg. Falcid. nihil ementitum affero, quia cum vassallus promittat, dum emit, se præstaturum seruitium domino, obiecturumque corpus suum in domini defensionem, minoris emprutus creditur sine dubio, quasi pactum sit pars pretij. l. fundi. ff. de contrah. empr. l. si venditor. §. fin. de seruis export. Quod si obiciat nullum ergo feudum esse beneficium, cum vassallus remuneraturus sit dominum mille obsequiis non sine periculo belli adeundis vt tit. §. lib. i. feudor. Respondebo, periculum in incerto pendere an dominus aliquando belligeretur, vel vassallum adiutorem accersat, sed in promptu esse, fructum etiam videri æstimatione vassalli quamuis plus oneris suscipiat. d. l. statua. ff. de vsufr. accedit, quod donatio non propterea munificentia nomen amittit, quia vrbanè honestam remunerationem opperitur. l. i. §. i. ff. si mensor. fals. mod. §. adeo. de locati. vel quod pacta quædam in donantis gratiam adiuncta continet, quæ nisi donatarius seruet, ingrati pœnam subit. l. fin. C. de reuoc. don. sicut & vassallus. §. sed non est. quæ fuit prima causa beneficij. amittit. † Secundò rei immobilis sit mentio, ne quis putet in pecuniæ summa vsuris eius annuis feudum versari, re fungo quolibet fragiliore, & illustribus viris infructuosa: quibus lex tantum vsuras trientes, id est, in centenos nummos anno quouis nummos quatuor exigere permittat. l. eos. §. super. de vsur. C. quineriam milites veter negotiari. l. i. negotiatores ne milit. lib. xij. C. atqui feuda armorum causa inducta persuasimus, & in hac definitione tandem amplius ostendemus. Nihil oberit feudum cauena id est, ius percipiendi in singulos annos frumentum aut panem ex horreo principis vel alterius domini, de quo in §. si verò vassallus, quid sit inuestitur. nam hoc censetur immobile. §. si. de feud. cognit. vtrouique idem statuitur de feudo cameræ id est conclauis illius secretioris & fornicibus extructi, in quo regum thesauri cluduntur exemplo fiscij, & vacuati denuo replentur, vt perpetuitas quædam inducatur subrogatione rerum. l. proponebatur. ff. de iudic. cap. i. de notis fevdor. vbi pulcher. locus huc pertinens inspicitur. vnde Federicus August. multat pacis violatores centum auri libris cameræ suæ inferendis. §. si quis verò de pace tenend. inter subdit. & §. si. qui sint rebell. & quia cameratum opus instar cœli conuexum plerumque ad thesauros Regales reponendos extruebatur costili latere, laterculi nomen vetustius retinuit sub quæstoris cura. l. i. & 2. C. de offic. quæstor. vbi etiam erat scrinium rationibus scriptisque publicis dicatum sicut in æde Saturni tabulæ publicæ in ærario recondebantur, teste Plutarcho in problematis. d. l. i. sanè olim quoque pro comperto erat tales pensiones bonis immobilibus aggregari. l. i. §. exactio. C. de rei vxor. acti. cum cauena seu camera immobilis sit nunquam defecturos redditus fundens à principis vel Reip. facultate subinde instauratos suffecto frumento vel auro vel panibus ciuilibus vt in l. cum tabernam. ff. de pignor. l. si. §. præterea. C. de iure dot. & ego admodum puer scripsi de tesseris frumentariis Romæ distribui solitis, ita vt qui tesseram pro signo ostenderent, descriptos in eo panes vel triticum acciperent. & hoc ius percipiendi redditus emebatur à publico. l. sed & si suscep. §. i. ff. de iudic. vbi Budæus. nec obest quod ait Paulus in l. Titia. Seio. de legat. 2. legatum tesseræ in quantitate consistere non in corpore, ex quo sequitur mobile vt quantitatem censeri. Quoniam prouentus & perceptio frumenti mobilis est non ius principale perceptionis. vel aptius dico ibi pretium emendæ tesseræ in quantitate euidenter versari antequam ematur. quare si legatarius

tarius tesseram nactus fuerit aliunde viua testatrice, titulo quamuis lucratio, post eius mortem rursus eidem legatario pretium tesseræ præstabitur, secus postquam iam empta fuit tesseræ, & radices egit, cum inter rem & rei pretium multum interstit. l. ex pecunia. C. de iure dot. † Tertio adiecit Obertus proprietatem retineri penes eum qui dat feudum, cum vbi que dominus appelletur, & cum duo non possint esse domini eiusdem rei in solidum eodè momento. l. si vt certò. §. si. ff. commod. arqui vassallus non est dominus, cum seruitium exhibeat, & cum liberè disponere de feudo nequeat sine consensione eius à quo accepit. §. pen. de prohib. alienat. per Lothar. quod est contra potestatem veri dominij. l. in re mand. C. mandat. §. per traditionem. de rer. diuis. At dices nec posse dominum feudi ipsum auellere à vassallo sine causa cap. i. de natur. feud. fateor vti que, sed ex hoc magis probatur eius dominium, quod licuit rei suæ ab initio legem dicere, & rem transferre liberè pro obsequiis futuris. nam & rei commodatæ dominium retinemus, tamen ante finem vsus in quem concessa fuit, non licet eam intempestiuè reuocare. l. rei. ff. commod. l. in commodato. §. sicut eod. similiter de re locata dici conuenit. l. non solet. ff. locat. idem de perenni locatione quàm verius emphyteusim vocamus, vbi asserit iurisconsultus emphyteutam priuati alicuius hominis vel municipij non esse dominium, quamuis habeat in rem actionem. l. i. §. fin. ff. si ager vectigal. scio vulgò fingi vtile dominium in emphyteuta, inutiles penitus coniectura, forè propter vtilem in rem actionem. l. i. §. quod autem de superficiebus. sed hæc non sunt similia, cum vtilis ea sit actio quæ ex æquitate descendit vltra verba legis, ex quibus directa oritur l. 2. §. item Varus. de aqua pluui. at vtile dominium nec verbis nec sententia legis æquitatisue nascitur, cum iurisconsulti imitati Vlysem Homericum li. 2. Iliados illud habuerint in ore: *ὄχι ἀγαθὸν πολλοὺς κερναίαις εἰς κοίτην ἔσθω*. Hoc est. non est bonum multorum dominatus, vnus sit dominus. saltem pro solido. l. pen. §. pater. de Castrens. pecul. at fingere vtile dominium, est eludere legem & effectu priuare & fructuario insurgendi præbere materiam. Aded quidem vt princeps in suos emphyteutas dominium transferat, & ipse censu solito contentus dominio carere velit, abundè alia ditione refulgens, & in minutis dominari negligens l. fundi. l. vniuersi. de fundis patrimonialibus. lib. xj. C. proinde vassallo non rei venditio sed quasi in rem actio competat cap. i. vers. rei autem. de inuestit. de re alien. Et ed magis proprietatis residet penes dantem in feudo, quia in definitione † quarto loco habetur, §. vsufructum transferri in accipientem, qui propriè in rebus alienis consta. §. i. de vsufr. scio sanè vassallum ab vsufructuario vulgari distare, partim quia deterioris conditionis est, cum seruire obstringatur domino & lex præstare quæ sunt inserta in cap. i. de form. fidelit. non vsufructuarius, qui omnia impunè emolumenta fundi percipit. l. 7. ff. de vsufr. & verus dominus vix custodem adhibet finibus. l. si ita §. d. minus. de vsu & habit. partim melioris est conditionis vassallus vsufructuario: nam ædificium in agro positum hæredi suo in feudum minimè successuro auferendum relinquit, nisi dominus malit impendia molitionis refundere. §. pen. hic finitur lex deind. consuet. reg. sed fructuarius, vt fufius dicitur, ius nouè extruendi non habet inconsulto domino, nisi malit multari extructiois amissione. l. sed & si quid. ff. de vsufr. In alio quoque potior vassallus est, quod quinto complectimur definitione feudi, dum perpetuò fruiturus est sibi atque hæredibus masculis ac fœminis, si de illis in constitutione conuenerit. §. si. de success. feud. sed vsufructus ille obscurior ad hæredem non penetrat, licet hæredis in concedendo mentio fiat, quia ad vnicum tantum hæredis appellatio porrigitur ne inutilis sit proprietas domino semper abscedente vsufructu. l. antiquitas. C. de vsufr. periculi non imminet feudi domino, qui lucri ingentis vice ponit seruitium & reuerentiam à vassallo fruente præstandam. non immeritò, cum operæ hominum in fructu sint. l. fructus. ff. de oper. seruor. ita vassallus prædio, dominus vassalli obsequio, fruitur, tanto chariorè quàm personæ rebus præponuntur l. 2. de statu hom. ff. † Sed, quæso, exploremus an hoc sit de substantia feudi, vt perpetuò vsufructu in vassallum migret, cum non ita pridem omnia feuda ad nutum domini finem caperent, vel morte vassalli quemadmodum iam demonstraui. §. & quia de iis qui feud. dar. poss. Et magis est, vt hodie perpetuitas fruendi sit de substantia: quia non est mirum longè post aliquem contractum introductum suboriri nouam eiusdem substantiam: sicut patet in emptione & venditione substantiam in pretio nummario habente, postquam nummus publicè signatus est: olim verò satis erat pretium dari in rebus ponderis numeri aut mensuræ vt ostendi in dialogis, & iurisconsultus in l. i. de contrah. empr. Imperator in l. pen. C. de rer. permut. §. i. de testam. Minus obest, quod feudum à vassallo refutari potest, quoties voluerit exonerari seruitiis debitis domino cap. i. de vassal. qui contr. constituti. Loth. quia nihilominus destinatione fuit perpetuum, vt seruitus oneris ferendi. l. cum debere. de seruit. vrb. tamen is qui eam debet

potest columnam seu parietem seruillem pro derelicto habere ac refutare. l. & si forte. §. La-
beo. ff. si seruit. vendicet. addamus pro tenui auxilio l. i. ff. de iure doti. nemo enim nescit ob
feloniam offenso domino feudum finitum iri: sed alio voto institutum fuerat, vt scilicet
inter bonos viros bene ageretur sine offensa expectatione.

7 † Sanè vnicum feudū Gardiæ & Castaldiæ pertinax fuit in prisco more retinendo & an-
nua mutatione, nisi tempus longius in concedendo præstitutum fuisset cap. i. de feud. gard.
& castal. & hoc genus feudi antiquam substantiam retinuit, sicut emptio quædam fit vno
nummo id est, vilissimo pretio propter utilitatem contrahentium. idem in locazione, quæ
non simulatam exigit mercedem in pecunia. l. si usufructus. de iure dot. ff. l. si quis condu-
xerit. ff. locat. §. donare. qual. olim feud. alien. pot. ad eod. ratio clauus est in nauis substantiam
contractuum vehente. summa verò ratio est vt hoc feudum breui interciderat, ne quis cogat-
tur castelli sui atque ducatus fortè custodem aut dispensatorem habere, de quo cõperit dif-
fidere: verisimiliter enim fidelem vassallum huius notæ non eiiciet. quæ ratio in aliis feu-
dis cessat, in quibus vassallus seorsum fruatur suo territorio assignato. idem veteres in de-
posito in custodiam dato summam fidem desiderauerunt & sedulo reddi iusserunt domino
repositi. l. i. ff. deposit. ad eod. vt antè tempus possit repeti per dominum. d. l. i. §. si sic. idem
dicam in feudo gardiæ & castaldiæ, vt nimirum tempus non impediatur quominus dominus
citius repetat, si velit, nisi annale tantum cap. i. de pignori dat. feud. ergo adiectio temporis
erit in perniciem accipientis explicanda non in domini, vt in precario. l. cum precario. ff.
de precar. nam & precario tempus adiectum impunè legimus. l. in rebus. §. si. ff. eod. Verum
hoc solatij ibidem à lege datur accipienti, quod post tempus etiamnum creditur renouatum
precarium tacito consensu domini. idem, quæso, arbitremur in feudo gardiæ: quia scriptu-
ram feudum non desiderat cap. i. si de inuestitur. inter domi. & vassall. lis oritur: igitur post
annum redintegritur in annum proximum taciturnitate domini. l. qui ad certum. ff. locat.
quoniam, vt dixi, feudum castaldum dominus ipse sibi custodiet, improbum verò expellet à
palatio: nec restituet ei pretium si quod accepit, imputans vassallo quia prauiderat debuerat
naturam feudum expultricem singulari ratione. l. si quis domum. §. idem quærit. ff. locat. pro-
prium enim est homini prouidentia munus ratione duce quasi vaticinio. absque illa tamè,
ne quis miretur, futura quadrupedes pleræque præsentiant, & prædicunt. vt bos lingens
ungulas pedum posteriorum tempestatem indicans, & canis fodiens vtroque pede terram,
teste Arato cur autem lex præ ceteris clientulis malignantem castaldum præstringat, breui
attingitur in cap. i. §. si. de contenti. inter domi. & fidel. de inuestit. vbi citatur lex Longo-
bardorum in tit. de acquisitione Actorum regis, in quo Lotharius rex in l. si. concedimus, in-
quit, castaldis nostris (aliàs legitur gastaldiis) nostras curtes prouidentibus, vt si proprio
pretio res emerint, aut quolibet iusto contractu acquisierint, sicut lex illas res nobis con-
cedit, ita nos illis concedimus, si in seruitio nostro fideles inuenti fuerint. erat igitur castal-
dus actor seu procurator domesticus principis. l. si. ff. de offi. præsid. annua mercede non mi-
nima donatus aliisque prouentibus, sine territorio assignato. vnde gardia à feudo verò se-
cernitur. §. item si tit. si de inuestitur. feudi controuers. fuerit. maximè cum ex lege illa Lo-
thorij colligere liceat, castaldos regis durante functione nihil agri sibi quarere potuisse, nisi
rex expressè aliud indulisset. castaldi itaque nomen accipiebant ab aldibus parum ingenuæ
conditionis, imò semiseruilis, vt de semiliberis colonis ascriptiuis habetur in l. si. in quibus
causis coloni dominos accus. lib. xi. C. cum verò castaldi essent temporarij administratores,
ocysimè lucrum facere studebant non sine ciuium iniuria, sicut in magistratibus eueniebat
lege coercente. l. principalibus. l. seq. ff. de reb. cred. accedit lex Longobardorum tit. qua lege
aldiones vel aldibus viuere debeant, vbi Carolus Magnus August. aldiones vel aldianæ ea le-
ge viuunt in Italia in seruitute dominorum suorum qua Fiscalmi vel Lidi viuunt in Fræcia.
sed hæc nomina desuetudo obliterauit. atqui seruitus ibidem pro subiectione accipitur, quæ
non adimit libertatem sed onerat, vt apud Scæuolam in l. Caius. §. si. de alim. legat. sic domi-
natur quis vassallo, & eius exigit seruitium fidelitate plenum. §. si. in quibus caus. feud. amitt.
& passim alibi, sic puto quondam accidisse tamiacis. l. i. de prædiis Tamiac. li. xi. C. nam pe-
nè liberi erant, & redditus dominicos colligebant. dispensabant aldorum instar. Suidas uti-
que τὰ μὲν pro quæstore explicat, & quæstorum plerique mox dispensant prouentus & pe-
cunias. † Sextò igitur ob feudum requiritur iurata fidelitas tactis Euangeliis cap. i. de noua
form. fidelit. namque sacra rei tactus multum afficit deierantem, augetque sanctitatis vene-
rationem. cum paulò plus deliberet, qui tangit in testimonium eorum quæ promittit. l. pen.
C. si minor se maior. dixer. ca. i. quid sit inuestit. nam quamuis scripturæ propter deum factæ
sint, non Deus propter scripturas, vt D. Chrysoctomus ait can. si aliqua. 22. q. i. tamen terror
numinis

numinis per eas visibiles magis incutitur. l. xi. C. de iudici. vnde est illud poetæ lib. xii.

Tango aras, mediisque ignes, & numina testor.

Illo autem sacramento vassallus olim tacitè excipiebat personam regis vel Cæsaris quoli-
bet domino potioris, vt illic Obertus refert hodie verò expressè. §. si. de prohib. feud. alien.
per Federic. addè que nominatim se paratum custodire domini mentem, membra, honorè,
si non tantum ei subsit respectu feudi, sed etiam respectu iurisdictionis. §. si. qualiter iurare
debeat vassal. vbi verba hæc: non quòd habeat feudum, expono pro non tantum vt §. fur-
titiuæ de vsucapi. l. pen. ff. de annuis legat. † Et hæc utique in hunc modum se habere in iu-
re iurando promissorio ratione feudi accepti: at cum lis definienda veniebat, cõtemonia ma-
ior adiciebatur religioni, cum de tota re terminanda ageretur non de inchoanda tantum mo-
do, quippe cum iuraretur xii. sacramentalibus adhibitis. §. si quis se. si de inuestitur. inter do-
min. & vassall. id est, viris xii. selectis, qui asserant arbitrari se, cum qui iurat verum dicere
nec peierare, qui qualisue eligi debeant ponitur in §. sacramentum. de consuetud. rect. feud.
vnde Rhotarius Rex in lege Longobard. tit. qualiter quisque se defendere debet, lib. 2. si
qualiscunque causa inter homines liberos, inquit, euenerit & sacramentum dandum fuerit,
si vsque ad xx. solidos fuerit causa ipsa aut amplius, ad Euangelia sancta iuret cum xii. diis
suis, id est, inquit, sacramentalibus: ita vt sex illi nominentur ab illo qui pulsatur, & septimus
sit qui pulsatur & v. quales voluerint liberos tamen, sint xij. ecce quomodo sacramentales,
dij vocantur velut ad stipulatores more sacra scripturæ, vt Psalmo 81. ego dixi, dij estis &
filij excelsi omnes: ne quis inuideat diuinum nomen hominibus verum deum religiosè col-
lentibus, deòque simillimis, si boni fuerint. † Sanè feudo ineundo adiectum fidelitatis sa-
cramentum illi originem nomenque dedit. à fide enim deducitur: sicut fides, id est, dictorum
conuentorumque constantia & veritas, inde appellata est iuxta Stoicos, vt Cicero scripsit,
quia fiat quod dictum est. §. si. per quos fiat inuestitura alij à fœdere feudum malunt deduce-
re. vt qui nesciunt ab Ennio fœdera potius fidera appellata fuisse, quòd fidei faciendæ cau-
sa in bellis sedandis introducta sint. & fœcialis sacerdos à fide & faciando dici cõperit, vt
Varro putat, nec Feneftella tacuit, nisi, inquit in d. §. si. Obertus, ita sit acquisitum feudum vt
sine iuramento fidelitatis habeatur. vnde plerique norant, simulque demirantur, feudum a-
licubi inueniri sine fidelitate. Sed alijs placuit iuramentum quidem remitti posse, non re-
ipsa fidele obsequium, quos iuuo, quia remissa fidelitas pro sacramento fidelitatis explicari
queat cap. i. quid præceder. debeat inuestit. vnde feudum inuenitur sine fidelitate, hoc est,
iurata sed alioquin præstada ex natura feudi: vt iurifuradi gratia facta intelligatur non verò
fidei & seruitij. l. quæ sub. §. pe. de conditi. institut. accedit cap. i. qualiter domi. propriet.
feud. priuet. in si. & in §. vassalli de pace constantiæ, idè perspicuè innuitur. Vel fortè feudum
ex pacto sine iuramento fidelitatis inuenitur, nèpè quoddam, non temerè, sicut liquidò appa-
ret in §. est & alia. quæ fuit prim. caus. benef. amitt. nam feudum gardiæ vel castaldiæ cum non
pertineat ad rem militarem sed potius œconomicam, facile carebit solemnni sacramento, præ-
sertim cum annale sit, vt remediū ad manū habeat eiiciendi in fidem dispensatorem. succurrit
his c. i. de cap. Conrad. vbi etiam sine pacto fidelitas remittitur in nonnullis feudis: ergo pa-
cto longè facilius remittetur, nec generalis locutio fidelitatis expetitæ tanget feuda omnia
vt l. i. §. item emptio. de rerum permult. vbi contractus nomine suo illustres consensu solo
obligant, id est, præcipui, non comodatum vel depositum, & si qui alij re tantum obligant.
Aut tertio dico, ex pacto de non iuranda fidelitate remitti sacramento & promissionis ne-
cessitatem, ad hoc nimirum tantummodo ne eam renouari necesse sit in personam hæredis
dominici vti aliàs iure communi vassallus tenetur. equidem si sit miles intra annum & men-
sem cap. i. quo tempor. miles inuestit. per. sed tamen ex natua potestate feudi & ex vi nomi-
nis tenebitur erga dominum mitis esse, nec eum laceffere alioquin ex felonia priuabitur. &
erit huiusmodi feudum proprie, quamuis minus iuris ac seruitij habeat quàm reliqua cap. i.
in si. de feud. non habent. propr. feudi natur. hoc elegantiè Obertus ad veritatis amussim
perpensus scribit, me detegente, in cap. vnic. qual. domi. propriet. feud. priuet. vbi etiam
in feudo à quo abest sacramentum, potest reciprocè vassalli & domini quoque felonia in-
ueniri. † Itaque doctores comminiscuntur feudum quoddam liberum seu Francum, nisi
Francum vocent quasi minus obnoxium. vt vim priuaram dicimus eam quæ iner-
mis fuit respectu armatae magis publicæ. l. i. de public. iudic. nam si do castum in feu-
dum, pacto ne quid fidelitatis obsequiue præstetur, feudum est pictum non re vera.
sicut cum vendo domum sine pretio pecuniæ. l. insulam. ff. de præscript. verb. vel
potius instar imaginariæ venditionis pretio abscedente. l. imaginaria. ff. de re-
gul. iur. quia laxa est substantia siue essentia contractus: quo fit vt contractus ipse im-
Z

alium degeneret, & sic feudum transibit in donationem. nam & beneficium vocatur: & tunc profus erit liberalitas. l. vbi ita. de donati. caus. mort. ff. natura verò feudi lædi posset pacto. l. Lucius. ff. de pos. l. i. §. si conueniat. ff. eod. puta si pepigero ne vassallus intra annum & diem à morte mea petat renouationem feudi ab hærede meo, aduersus cap. i. de capitul. Conrad. vel ne moriens sine hærede masculo hæredi suo relinquat ius ædificiũ in feudo factum repetendi, aduersus cap. i. §. pen. hic finitur lex. deinde consuet. quocirca valet pactũ. vti feudum alienetur. d. ca. i. de feud. non habent. propri. natur. idem de pacto, vt filia succedant. §. si. quid sit inuestit. nisi pactum esset legis commissoria super re pignori obligata, vt iam tractaui. §. si. de capit. qui cur. vend. & rationem adduxi improbatã pactionis.

- 12 † Quinetiam conueniri potest, vt certa tantum seruitia vassallus præbeat. d. §. si. de capit. qui cur. vendid. & hoc feudum vocant non rectum, eo quod perfectum, dicatur rectum illegitima natura. §. si verò vassallus. quid sit inuestit. & rubr. de consuetud. recti feud. nec quicquam notius est quàm pacta quæ substantiã partem adimunt ex contractu, & ad minuendã obligationem spectant, prodesse, licet ex intervallo accedant contractui, vt si pars pretij detrahatur à venditione, in quo versatur eius substantia. l. pacta. ff. de contrah. empt. Quod si pacta adiiciant obligationi, ibidem Papiniano placet non proficere ad actionem, nisi incontinenti interponantur priusquàm contractus pro impleto habeatur: cum promptiores sumus ad liberandum quàm ad obligandum maximè circa feuda. §. ad hoc. tit. hic finitur lex deind. consuet. † Sed nec putem valere pactum incontinenti obligationem extenuans, si inuitaret ad delinquendum: vt si conuenerit ne ob feloniam feudum reuocetur. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. sicut enim dolus præteritus remitti pacto potest, ita imposterum non decet accendi. §. pacta. ead. l. feloniam autem dolum omnino continet aut facinus dolo atrocius. §. item qui. quæ fuit prim. caus. benef. amitt. vbi tamen ex textu collegit interpres, propter solam negligentiam priuari vassallum feudo, si fortè certiore cum posset dominum non fecerit inuitæ aduersus ipsum conspirationis mortiferæ, vt declinet periculum: quia talis negligentia in re ardua non caret fraude, & ferè assentione. vbi enim grauius periculum impenderet, ibi vigilandum est cautius & diligentius. l. i. §. sed & si quis. de Carbon. edict. ff. vt cū per desidia filius non redimit patrem ab hostibus captum. §. si vnus. in auth. vt cum de apel. cogn. colum. §. quia desidia comes est impietas, & gradatim ad dolum res peruenit. l. magna de verbor. signifi.

- 14 † Quid si stipulatus sit vassallus ne vnquam expellatur, vel incontinenti à contractu feudi pactus sit cum domino? putem nihilomagi impunitatem assequi euidentis feloniam: sed tantum vt mitius cum eo agendum sit, si fortè dubitetur à bono iudice an proteruitas expulsiõne digna sit. d. §. ad hoc. hic finitur lex deind. consuet. l. quarto. §. inter. ff. locat.

- 15 † Hactenus vidimus de pactis substantiam vel naturam feudi minuentibus, vt rectũ inde esse desinat. Quid si adiiciant aliquid, quod vulgò dicunt per accidens, & vt iurisconsultus ait, præter vel extra naturã contractus incontinenti. l. iurisgen. §. vt puta. ff. de pact. (nō enim ex intervallo prodesse pacta ad actionem) an ideo feudum rectum esse desinet: quod magis est, vt si pensio adiecta sit à vassallo vltra obsequium præstanda cap. i. de controuers. inter episcop. quippe cum liberationi plus faueat ius quàm obligationi, vt vidimus paulò antè. vnde si rectum desinit esse feudum diminutis ex pacto seruitiis, quamò magis exaggeratis, si fortè conuenerit, vt vassallus festis diebus cum vxore in ecclesiam vadat. §. si. qui d. sit inuestit. vbi omni facultate domino adempta probationis, vassallus potest se sacramento defendere. vbi ablatius absolutus conditionem facit. l. à testatore. ff. de condi. & demonstr. hoc est, si dominus probare nequeat: ei enim incumbit probatio qui aliquid allegat vltra naturam consuetudinemque feudi, vt mox subiungit Obertus speciem addens in filiarum successione. similis phrasis est in l. tutor. ff. de iureiur. nec dubium est dominum vix audiri, si pactionem turpem adiecerit & vassallo probrosam: vt si nudum eum vel nudam eius vxorem cœnare secum iuberet, sicut, teste Lampridio, coegit equites Rom. Hellogabalus Aug. sanè pactum duriusculum reciperetur. quia propter illud feudi fundamenta iacta sunt, modo mores publici non offendantur. l. si venditor. §. fin. ff. de seru. export. d. l. iurisgenium. §. prætor ait. de pact. præsumitur namque dominum sine illo pacto non contracturum. l. si. C. de pact. inter empt. ita deliciis eius lex indulget & affectioni. l. libertus qui. de bonis libe. maximè cum feudorũ reditus non in pensionibus sed in obsequiis lucri expertibus versetur.

- 16 † Quæstionis est obiter, an vltra seruitia domino liceat pacisci, vt prouentus aliqui siue pensio annua sibi à vassallo præstetur. scimus quidem in hoc multatos fuisse vassallos cum dominis ad regem bella mouentem non pergentes, vt xij. denarios penderet in modios singulos, in Theutonica tertiam partem annalis fructus c. i. §. similiter. de ca. Conrad. facta, inquit autor, solummodo computatione eius anni quo hoste faciunt. vbi nō dubito iã vt antea quin

quin hostem facere sit exercitum facere vel augere, vieta phrasi quali vtitur Anthonius lib. 4. de Historia Francorum. strenuus vir Carolus, inquit, hostem mouit Francorum in loco vbi Fluius Lippia decurrit & apertius cap. 57. quod illico sequitur ait, strepitu hostium & tubarum Carolus Auenionem oppidum inuasit. In Alemania autem vassallus domini belligerantis comes esse respuens, atque vbique locorum, fructuum præstat dimidium ex sanctione Federici. §. firmiter. de prohib. feud. alien. per fœder. verum hoc genus multæ propter culpam ignaui vassalli irrogabatur non ex aliqua conuentione. eò quod hostenditias non suppeditauerint, id est, auxilium dominis militiam petentibus pro Rom. rege præstari à vassallis solitum, vt illic Obertus enarrauit. & Federicus testatur posse vassallum eundo in bellum vel alium idoneum militem vice sua mittendo effugere eiusmodi præstationem. multumque interest an pendatur fructus domino, an verò alij rei præstandæ subrogentur. l. pretij. C. de resc. vendit. Planè pensionis pro feudo quotannis soluendæ mentio est in cap. i. de controuers. inter episcop. & vassall. cæterum ibi vassallo ipsi soluebatur non è diuerso, sicut diximus de feudo camera & cauenæ cap. i. de notis feudor. Nec tacet Suidas, dum explicat quid sit *νέμειν* inquilinos olim elegisse ciuem aliquem, more cogente, patronum eique soluisse vectigal quod inde diceretur *μετρίκιον*. nec soldata in solidorum numeratione posita primum, deinde in annonæ etiam, feudum putatur. §. si. quis dicatur. dux March. at retinet primæui ritus nomen, vt ibidem Marchio à mari, & sponsalia à stipulatione. l. 2. de sponsalib. ff. quæ tamen vltari desit. atque vt soldatæ sic æris nomen retinemus licet pro aureis nummis: quia primo ex ære signati feruntur. l. etiam. de verbor. signif. Hinc dicta pecunia à pecudum nota, autore Plinio. caperant autem vassalli rursus feudum alienantes ficta locatione vilissimam paucorum denariorum quantitatem exigere. cui fraudi obuiam itum est. §. donare. qualis olim feud. alien. in literis inuenio, inquit Macrobius, lib. i. Saturnaliorum cap. 7. quod cum multi occasione Saturnij Festi per auaritiam à clientibus ambitiosè munera exigent, idque onus tenuiores grauaret, Publicius Trib. pleb. tulit, vt non nisi cerei ditioribus missitentur. alio loco ego ostendi affem minimũ & mel oblatum patrono à cliente calend. Ianuarii, accedentibus dactylis palmarum inauratis, quod libr. i. Factorum Ouidius explicat, & Martialis lib. 8. attingit de phiala loquens aurea quidem sed gracili & vili, ad Paulum:

Hoc linitur sputo Iani cariota Calendis,

Quam fert cum paruo sordidus asse cliens.

nam vnus alius pensio mercedem non sapit. l. si quis condux. ff. locat. Dulcia tantum & honesta cliens tradit officiosè domino cap. i. de forma fidelit. hinc in Leuitico primitias mellis exigit deus. & Persarum reguli aurum Christo obtulerunt, atque vt regum precipuo regi † præstitere homagium, id est, seruitium vassalli perfectissimi, & iuramentum fidelitatis absolutæ. atque in lib. 4. consuetudinum Tolosæ tit. de feudis probatur in §. x. vsurpatum iam olim, vt vassallus domino summulam pendat, annuaria, quam obliam vocant, fortè ideo, quod non mercedis instar habeat sed pharmaci contra obliuionem: vt sic memor cliens se potiori subditum sed non ideo feudo priuandum quod diu obliam non soluerit, vt ibi dicitur. Homagium autem verbum est in Gallia frequentissimum in sensu fidelitatis dominis à vassallis præstandæ, fortè à verbo *ὁμῶω*, id est, iuro, quia iuratur fidelitas, & ad eam iurandam cogitur vassallus, aut arceretur à feudo. §. est & alia quæ fuit prim. caus. benef. amitt. par est enim græcorum verborum gallis vulgò vsurpatorũ vt Cæsar scripsit lib. vj. de bello gallico, quædam fragmenta adhuc superesse: quorum pleraque nos falsò barbaris ascribimus, vt pedagium. §. si. quis dicatur dux marchis pro vectigali receptum *παιδῶν*, id est, à pueris seu seruis à mangonibus mercimonij, frequentis loco trāsuectis. l. si. §. quoties. de publican. maxime in Gallia ante Francum Pharamonem regem seruitutis hominum hostem acerrimum. planè quin verbum *αἴρω*, id quod duco, græcis significet, dubitari desit æque ac latinis. pedagij verò nomine vsum Senecam inuenio & ad seruos duci solitos relatum lib. i. de tranquillitate vitæ cap. i. præstringit, inquit, animum apparatus alicuius pedagij, diligentius quam iam intra lares vestita & auro culta mancipia, & agmen seruorum nitentium. certè in d. §. si. ius pedagij percipiendi in signe feudale Obertus tradidit, vt hodie quoque vsurpatur, nec vulgari nobilitati congruit, atque homagij voce vsus est Lurius. l. i. pontifex Rom. Federici Augusti æqualis & amicus in cap. si. de regul. iur. vbi pro spiritualibus vetat præstari homagium ob labem simoniæ cap. ex diligenti. de simon. seruitium sæpe Obertus vocat, non id referens vtique ad dominium, sed ad honestas operas vt. l. cum hæres. §. Stichus. i. de statul. b. ff. quo verbo nihil magis vsurpatum Gallis, qui peius angue meram seruitutem oderunt.

18 † Vinculum hoc inter dominum & vassallum efficit, vt arbitrer neutrum ab altero creditore conueniri posse in solidum: paterno enim fraternoque iure sanctius vincuntur. §. si hic finit. lex deind. consu. deducetur itaque ne egeant. §. sed & si quis. de actionib. exemplo etiam coniugum, quorum alterum inopia premi alteri dedecus inurit, vt eleganter dicitur cap. i. de notis feudor. nec pacisci diuersum licebit propter reuerentiam quam debet domino vassallus. §. pe. de milite vassal. qui contum. vt vxor viro. l. alia. §. si. ff. solut. matr. sed non deducet dominus æs alienum instar donatoris iure singulari freti, ne propter liberalitatem suam egeat. l. ex hæred. §. si. cum l. seq. ff. de re iudic. cæterum vassallo non proprie donauit dominus, quin obsequia plena periculi bellici ab eo vicissim expectaret. nec curæ est illi an dominus incidat in periculum fortè dum non satisfacit creditoribus. §. si. de alien. paterni feud. quoniam domini vassallus est non pædagogus.

CAP. III.

Feuda præcipua qualia sint, vt ligium, Ducatus, Marchionatus, Comitatus: quid allodium, & feudum antiquum, & ab emphyteusi differentia.

NOTABILIA.

- | | |
|--|---|
| <p>1 Feudum ligium unde dictum fuerit primò in Gallia.</p> <p>2 Non solum imperatori conuenire feudum ligium, cum non sit solus mundi dominus.</p> <p>3 Sicilia regnum an Romani Pontificis ligium fuerit.</p> <p>4 E regalibus ligiisque feudis Ducatus est præcipuus: & ducis nomen regi Imperatorique conuenire. & .s.</p> <p>5 Duces regionum, Marchiones, Comites, olim temporales.</p> <p>6 Marchio unde dictus, cuius potestatis fuerit, & Limenarcha.</p> <p>7 Comites limitibus regnorum, mox iudicis, præ-</p> | <p>fecti: & Barones qua iurisdictione polleant.</p> <p>8 Allodium à feudo discrepare, eiusque appellatio.</p> <p>9 Quomodo à ligio differat, a scriptitij coloni in Gallia fuere. quid casa mæsimum significet.</p> <p>10 Antiquum feudum ite nouum, & utriusque probatio.</p> <p>11 Feudum repente antiquum fieri cõsensu domini.</p> <p>12 Feudum aduocatiæ beneficium verius dici: & unde ius Alberga gallicum manauerit.</p> <p>13 Emphyteusis origo, & cum feudo discrimen, ob pensionem potissimum.</p> <p>14 In Emphyteusi non magis quam in feudo inchoando scriptura requiritur.</p> |
|--|---|



E V D A quædam recedere decreuimus post definitionem, pauca quidem sed illustria: nam feudorum plebem aliis relinquimus, qui numero delectantur, nos pondere. † Primum occurrit ligium è Gallia oriundum, & in Lombardiam, cum victore Carolo Magno, vt sæpe diximus, translatum. dicitur enim ligium à lilio insigni Francorum, cum vassallus supremum haber dominum nullius superioris maiestati subditum vt Regem vel Imperatorem. & eo verbo vsus est Clemens V. Pont. Rom. cap. 2. §. rursus de re iudic. in Clementinis constitutionibus, quas edidit in consilio Viennensi in Gallia, vbi natus fuerat genere Vasconum pernobili. & eam tati fecit vt primus ab vrbe Roma curiam suam traduci fecerit euocatis Cardinalibus anno Christi M. CCC. V. vbi mansit Auenione, quoad sub Gregorio xj. equè Gallo Lemouico remigraret post annum septuagesimum. non mirum si Clemens gallus ligij patria voce vsus fuerit, lilij floris memor proceritate vt candor & supra omnes excellētis, qui quoniam vulgo liz appellatur, liziorum vassallorum nomen in Italia quondam reliquit, saltè in Lombardia. hinc Nicetas Græcus & serius scriptor Imperij Orientis lib. 7. de Imperatore Manuele loquens: nulla, inquit, fuit gens in Italia, in qua fidem sibi hominem non haberet, vt resciret cõiurationes maximè Federici Barberosse Augusti Germanici feudorum eximij cultoris, quo cum graui diffidio laborabat. subdit Nicetas, missum Anconam à Manuele legatum vt quosdam in sui amicitiam alliceret eorū, quos Lizios dicunt, οὗτοι λίζιοι φασίν, nempe vassallos, fœderatosque Federici Mediolanensibus infestissimi. accedit, quod sæpe in annalibus gallicis dominus Ligius legitur pro supremo, vt apud Gillium veterem scriptorem in epistola Philippi Valleij vj. regis ad Edouardū iij. Anglum qui liligero domino fecerat homagium aliquando & mox inconstanter sibi fieri petebat.

petebat, velut Franciæ regi ex filia Philippi pulchri edito, vnde se regem fore per sòmniū præfererat. † Proinde ligij hominis ac feudi nūcupatio satis ostēdit id quod alibi Pontifex ait, regem Gallorum non agnoscere dominum superiorem cap. xij. qui filij sint legit. vbi interpretis obstrepit nescio quid de facto non de iure, cū apibus suus sit rex & gruibus quoque can. in apibus vij. q. i. qui Hieronymi locus, si propius aspiciatur valdè oppugnat Imperatorem sibi mudi imperiū vendicantem in l. de precatio. ff. ad leg. Rhod. & cap. i. quomod. in lesa maiest. crim. proced. in feud. nam subdit prudens Hieronymus illic in qualibet ecclesia preesse oportere episcopū vnum. atqui innumeri sunt episcopi sicut & apū atque gruū greges atque duces. non enim sequitur toti mundo vnum regem sufficere, quod cuiuslibet genti regnare princeps vnus expediat. vnde in l. nō dubito. ff. de captiu. Proculus fateretur Romanorū subditos quosdā fuisse cliētes seu vassallos comiter obseruantes maiestatem imperij: alios verò populos liberos prorsus esse superioris expertes, & alios fœderatos seu socios, idque expressa conuentione ac fœdere cū Romanis percusso. ergo iure dictante seruando. l. conuentionum. ff. de pact. non facto ipso tantum, vel cõtumacia, vt imperij assentatores clamitant: ignari eorū quæ dixit Pomponius in l. v. §. in pace. ff. de captiu. & quæ statim diximus de imperatore Constantinopolitano aduersus Germanicū iurgate, postquam aquila biceps pingi cœpit in vexillis militaribus propter imperiū orientis ab occidentali separatum. ergo quod D. Antoninus ait in d. l. de precatio. se mudi dominum non obesse aliis regibus: quia satis est eum fuisse pro parte dominum. l. i. §. domini. ff. ad Syllani. obiiciunt l. i. §. cum autē. de vsucapi. trāsform. C. & similia testimonia, in quibus in omni orbe terrarū leges romanæ vigere atque præcipere asserunt vt rursus sub Imp. Antonino. l. si duas. §. i. de excus. tut. ff. namque id iactatorium loquendi genus imperatorū ed spectat, vt alio loco notauit, ne quis principum fuerit, qui Romano latius suam ditionē amplificauerit armis & felicitate. nec potest negari quin cotidie dicamus in omnibus aliquid obtinere, pro eo quod est, in præcipuis. l. 2. de bonor. poss. ff. §. i. de donat. & in l. i. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. omnia animalia soboli studēt procreandæ etiā in cælo, non tamen apes, nec phenix ad solis ortum nidificans volucris reliquis excellens. Denique principi Romano mundi imperium sibi ascribenti non crederem: nec enim iudicabit contra eos qui se pares affirmant, superiorū nescij. l. 4. de recept. arbitr. etiam si agro ampliore fruatur. autoritas tamen eadem erit, vt dixi de iis qui imperitasse feruntur orbi terrarum, hoc est, præcipuè præ cæteris regibus. vt Asyrij primū, deinde Medi, amplius Persæ victi à Macedonibus. nam vt Claudianus ait,

Subiicit Persen Macedo, cessurus & ipse Romanis.

Sic deus regna circumagat, à quo omne manat imperium. l. 2. de offic. præfect. præf. Afric. † Sicilia cuius regem Clemens Pontifex dixit esse Ligium hominē sedis Rom. hoc testatur toties mutatis regibus antiquis vsque ad Hieronē: mox à Rom. capta C. Marcelli auspiciis, quoad Augusto Constantinopolitano caperetur: post à Tancredo Nornano Gallo & posteris, donec Innocētius II. & deinceps pontifices Rom. ad sollicitudinē suam reges siculos reuocarūt vsque ad Urbanum III. qui pertæsus Manfredū Federici II. Augusti filium nothum, parricidio & aliis sceleribus in signē expulit, accito Carolo Franco D. Ludouici fratre Andegavorū duce, dum siculis ad defectionem sollicitatis descisceret. maximè Nicolai III. Pontificis instigatione, qui aduersus Gallos Petro Aragonio Manfredi genero studebat funebri exitu. nam sicuti Gallos omnes dato vespertini sacri signo sine delectu, vt sine ratione, trucidarūt. attamen vt patet in d. §. rursus. Pontifices adhuc existimarūt regnū Siciliæ feudi iure à se teneri, cū Robertus rex, de quo ibi differitur Federici filius, Clemētī v. suam coronā sponte accepto tulerit, vt se tueretur contra Henricum VII. Cæsarem, à quo imminutæ maiestatis reus accersebatur. ex quo edita est illa sanctio in feud. quomodo in lesa maiest. vt Robertus perduellis iudicaretur lata sententia capitali, quæ in d. Clem. 2. fufius recitatur, atque Pontificio iudicio irrita censetur. vt expressius in cap. 2. de re iudic. lib. 6. adeo non licet Imperatori quosque homines vassallos suos dicere, nec in causa propria cõtrouerfa statuere, nisi aduersus notoriè subditos. l. proximè. ff. de iis quæ in testam. delent. præsertim in feudo ligio quod regale vocatur cap. 1. de lege Conrad. vbi de feudo regali est locus plane regius, vt in cap. 1. de feud. march. vbi Marchionis & comitis feuda regalibus adnumerantur, sed potissimum ducis cap. 1. quis dicatur dux march. † Dux enim ab optima nota eligebatur propter nomen clarum nec rege indignum, cuius maxima laus est prudenter ducere exercitum. hinc Ouidius lib. 6. Fastorum de Tullio rege 6. Rom. per generum Tarquinium necato loquens:

An magis est verum post Tulli funera plebens Confusam placidi morte fuisse ducis.

Augusti enim & reges duces iis oris nationibusque præficiantur quæ summæ administrationis & arduæ viderentur, & armata custodia egentes ut liquet ex l. 2. §. 1. C. de offic. præfec. præ. Afric. ubi milites assignantur nunciatur duci præposito quid impenderet periculi circa partes Gallie seu Francorum, inquit, in quorum finibus Iustinianus Aug. nonnullis opidis poteratur nondum Francis Galliam tunc tenentibus Childeberto Lutetia imperitante, trium fratrum consortio. ex quo fœdus iniure cum Iustiniano Aug. sicut Procopius prodidit lib. 3. de bello Gothorum. † Iam verò admonui duces arbitrio regum à functione amoveri solitos ne dulcedine imperadi sibi arriperent dominatum ut de dictatore semestri legimus in l. 2. §. populo. ff. de orig. iur. & sero ducatus in feudum perpetuum transiit cum Marchionatu & comitatu. §. si. de alienati. feud. sic scripsit Annonius lib. v. historia Fracorum, Chorsonem à ducatu Tolosano remotum suffecto Vuilielmo à Ludovico Caroli Magni filio rege designato: quia incautè se intercipi ab hoste fuisset. quinetiã postquam feuda perennia esse cœperunt in ducatu & aliis regalibus illud obtinuit, ut in dubio à rege vel Imperatore concessa beneficij temporarij iure tantum conferrentur, nisi investitura sequeretur cap. 1. de feud. march. ita iure personali concessum ad hæredes non pertinebat. l. 3. in si. ff. de censib. In summam ducis nomen generale restringitur ad hanc dignitatem regali feudo præditam. non mirum, cum idem acciderit in nomine imperatoris, id est, exercitus summi ducis. l. libertas. ff. de stat. homi. & in nomine heredis dominum quemlibet olim significantis. §. si. de hæred. qualit. & denique in aliis innumerabilibus: ut puto in Marchione post ducem in feudis laudatissimo. qui, sicut comes, regni seu regis capitaneus nominatur cap. 1. de iis qui feud. dat. poss. † Dicitur Marchio ut notat Vadianus Pomp. Melæ interpres oculatus testis, à marlz, id est germanice à limite, cui quoque sed amplioris ditionis dux præerat. l. petitionem. C. de advocat. diuerfor. iudicior. unde etiam Marcomanus ille populos deducit. nam limitibus & territoriis ducatu angustioribus præficiatur stipatus militibus, qui limitanei inde vocabantur, agro castellisque observandis incumbentes, ne quid detrimenti regno accideret hostium consinium insidiis. quare immunitate fruebantur. l. si. de fund. limitroph. lib. xi. C. Castellani quoque, ut hodie, appellabantur. l. pe. eod. marchioni præterea limenarchæ subiciebantur, id est, portuum custodes in regni limite speculantes, ne quis regno fugeret, vel ingressu fraudem neceret. l. pe. ff. de seruis fugit. ut non immerito Obertus marchionem à marcha iuxta mare posita traxerit cap. 1. quis dicat. dux march. nam mare & flumina limitem regnis plurimum tribuunt. nemo hoc aperius docet quam Annonius eius temporis autor, quo eiusmodi vocabula usurpantur ut lib. 4. cap. 116. de Carolo Imp. scribens: ubi Aquisgranum conuenisse ait totius pene Saxonie comites cum marchionibus: & postea Herioldum per obsides firmatam incursione rupisse quoad Godefridi filij contractis copiis Francos adorti ad marcham & ripam Egidoræ fluminis traiecto eò castris exiunt & cap. 110. comites marchæ hispanicè trans Sicorim fluium in Hispaniam profecti, vastatis agris cum non modica præda regressi sint. scio alios à marca, id est, ab equo marchionem dici malle: adeo placet novitas & forte non deerit qui à marcha seu talento argenti cap. nos Romanus. de pace constant in feud. inueniendi studio extrahat, ob pretium tanti honoris quantum marchio sustinet.

7 † Comites igitur perinde ac marchiones seruandis limitibus præponebantur, sed minoris momenti. generalis verò mās comitū appellatio, nisi ex adiectione explicaretur. ut patet in comitibus palatii, stabuli scholarum. l. 1. de comitib. tribun. lib. xij. C. ubi à comitibus diocesū & à ducibus differunt, æquè tamē ad tēpus antiquitus præstituti. ducta voce à comitibus aulicis regis, qui eū quocunque sequebatur, & in comitatu eius erant non deliciarū sed militie gratia, si forrè procinctus moueretur. l. milites. §. missionū. ff. de re mili. l. pe. de milit. testam. Sanè Comites iudicij præfectos non ignoro, & delictorū castigationi nedum rei militari. §. si clericus. de pace tenend. & eius viol. & §. pe. sic accidit præfecto prætorio Casarum seculis. l. 1. ff. de offic. præfect. præ. eorum enim armis accessit iurisdicctio paulatim. Barones comitibus hodie proximi sunt, sed longo intervallo proximi à Cicerone nō vno loco visitato vocabulo, cuius magna mētio est apud Alciatū lib. 5. περρη. cap. 16. certè Euripides in Hippolyto coronato dixit εὐροδ βαρος, id est, auri pōdus significat etiã το βαρος grauitatē. at Barones magno præditi sunt imperio, addicte illis cōsuetudine mētu imperium ad animaduertendum in impios capitali sentētia. nec dubiū est quin consuetudo iurisdictionē omnimodā cōcedat exēplo legis. l. si. C. de emancipat. l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdicct. certè Bonifacius pontifex in cap. 2. de supplend. neglig. in inscriptione, Baronibus & Comitibus Portugalie præposterè videtur fecisse Barones præponens Comitibus, sed licuit ei augendo digniores postponere, sicuti in acie triarij milites viribus exploratis vltimi erant

erant ut crebro institutio in testamento. §. ante. de legat. & ducatus post. marchiam. cap. 1. de feudo marchi. ubi quoque comes promiscuè ducem subsequitur vario ordine. Non taceo comitem pro procuratore accipi, ut in tit. & l. 1. de quæstorib. lib. xij. ubi agit de comite sacrarum largitionum principis, vel rei priuatæ id est, patrimonij regij vel filci procuratore. l. 1. ff. de offic. procur. Casar. idque Theodorus lib. 3. histor. ecclesiasticæ cap. 12. indicat: cum Iuliano, inquit, prætor orientis ingressus fuit Felix quæstor thesauri imperialis & Elpidius procurator pecuniæ rerumque priuararum imperatoris. hunc vocare solent, inquit, Romani comitem thesaurorum & Theodosius Augustus in l. si. ut dignit. ord. seruet. lib. xij. C. comitem thesaurorum vel rei priuatæ à quæstorio visus est modicè secerne-re, & nihilominus eosdem persimiles fateri: fortè quod diuersa pecuniæ seruandæ perferrentur & dispensandæ, an tam vario regie fortunæ prouentu.

† Alaudium quod & alodium dicimus à feudo ligio & à quolibet alio differens, videtur nonnullis oriri à verbo, laudo, id est, nomino & in assertionem inuoco. ut emptor pulsatus iudicio ab alio laudat auctorem suum nempe venditorem à quo ius habet & cui noua tertij contentio denunciari debet. l. auctore. C. de euct. l. Herennius. ff. cod. ubi Budæus eruditus, & meliore coniectura dignus vir, sic ait de alaudio, quod, inquit, quicumque habet prædij eo iure laudare autorem suum nemini tenetur, ut qui nullum soli dominum agnoscat nec patronum, an vero laudare feudorum auctores pro nominare eò modo acceperint, & alaudium, pro eo quod est sine autore nominando vix scio, tamen passim laudū seu laudamentum pro arbitrorum iudicium sententia dicant cap. 1. constitution. feudal. Lothar. & cap. 1. de feudo sine culp. non amitt. præterea alodio Accursius euictionem non substat in cap. 1. de alodijs ubi alodium primo concessum fuit ecclesie ab vno autore, mox ab alio in feudum aliorum traductum, unde victrice ecclesia posterior qui feudi titulo accepit, de euictione ager contra concedentem cap. 1. de inuestitur. de re alien. fact. certè multo magis ecclesia ageret pro alodio concessa sibi, si antea feudi iure nexum fuisset contra auctorem suū. si enim auctor interpellatur iustissimè pro feudi inuestitura cum alienum detegatur, ut expressè habetur in cap. 1. & §. respondi si vassall. de feud. ab aliq. interpell. cur non eadem fides præstari debebit in alodio, quod liberum & ab omni seruitio immune promittitur, & sine vilo domino penitus: ita ut nec censibus publicis obstringatur. contra naturam vulgaris patrimonij, cuius functiones nec is quidem honestè recusat, cui princeps immunitatem à muneribus publicis dedit l. 3. de munerib. patrim. lib. x. C. dicitur itaque alodium, sine laudio, ut Budæus inceperat diuinare, sed laudium genus est seruitij subiectionem ac parendi necessitatem includens in homine, quem si seruum non dicas, liberum tamen nequeas affirmare, ut de colonis censitis fundo colendo ascriptis habetur in l. si. in quib. caus. colon. censit. domi accus. lib. xi. C. nec enim à terra, cui semel addicti fuerant, separari poterant inuito domino seu patrono, nec sine illa vendi aut peculij administrationem liberam assequi. sed in fundo residebant cum familiola iugiter, ut vitaretur dura sanguinis separatio. l. pe. C. commun. vtriusq. iudic. tales erant penestæ Thessalis è Bœotia vltro in seruitutem dati, & agricultura dedicati, pacto adiecto ne venire ultra regionem possent, teste Athenæo. & Ilotes Lacedæmonijs. vtrique tamen in dominos sæpe coniuurunt, ut refert Aristoteles in politicis lib. 2. cap. 7 πενέσται, inquit, Suidas, dicti à manendo quasi μένέσται: quod se dedidissent ea lege, ut facientes opus non male tractarentur, neue de regione Thessala excederent. serpsisse tamen fatetur id nomen parlatim in omnes, qui victi bello seruirent. ut & seruorum bello captorum in alios. §. 1. de iure person. propius accedit lex Longobard. Lotharij regis tit. de eo qui alij in viam ante steterit. si quis seruo, inquit, alieno aut ancilla, seu aldio vel aldia, aut liberto vel liberte, viam ante steterit, dominus eius componat solid. xx. pluscula supra attuli alodium attingentia, cum de castaldo disceptarem. proinde semiliberi homines, aldi que, ab alodio valde discrepabant, in quo possessor terra fruitur libera soli deo accepta non vlli mortalium: cum feudum legum saltem principi supremo agnoscat. unde fit, ut terra potius præsumatur feudalis quam alodialis. adeo ab immuni onerum alodio ius abhorret §. inter. si de feud. defunct. cōtent. sit inter domin. & agn. † ibidem præter ea ostenditur, naturam feudi talem esse ut communiter feminam abigar non autem alodium, si non aliter nominatim conuenerit. cap. 1. de feud. femi. illud non piger subdere ex moribus Tolosatum depromptum lib. 4. tit. de homagijs. §. 7. etiam in Gallia, saltè in tractu Tolosano, ascriptitios homines quondam extitisse, ibi enim cauetur seruatum in suburbijs & castellis & locis intra fines ciuitatis clusis, ut si homo ligius contrahat matrimonium cum libera muliere liberos inde genitos instar ramiacæ sobolis. l. 1. de prædij ramiac. lib. xi. C. de qua alibi dixi, non continuò sequi conditionem matris quamuis iure aliter constitutur in

ascriptitijs expresse. l. ne diutius de agricol. x. i. C. sed eius subdi dominio, ad quem pagus, siue (vt verbis prisca distorto vultu audiendis loquar) casalagium pertinet. à casa tamen siue tugurio deductum est rusticitatis indicio. l. pe. ff. de usufr. non pro vrbana domo & cap. i. de fratrib. de nouo benefic. inuest. sed hoc insubrum idiomate inuersum ibi existimo, sicut etiam domus pro familia tam vulgò quàm seridò vsurpatur, vnde Socratica domum dixit Horatius lib. i. carminum ode. 29. l. pater. l. pe. ff. de testib. vnde præterea colligimus legij nomen nõ tantum inspicere principem superiorem sed pro quavis feudali subiectione vulgò frequentari. ne tantum legibus dominetur consuetudo sed etiam verbis licet regijs. l. Labeo. ff. de supell. legat. nam, & mansum vulgò hodie nuncupatur à Ruthenis Gallis pagus ex casis aliquot sparsim sine muro coniunctis, ex quo feudum instituitur, cuius incrementum ad dominum iure communi spectat, si in curte aliquid sibi reseruauit. §. si quis de manso. si de inuestitura feud. controuerf. in alijs Gallia regionibus mansum, villa dicitur, vt apud Volcas, & in cap. i. de censib.

10 † Transgrediamur ad aliam diuisionem feudorum, quorum quoddam nouum est, quoddam verò antiquum seu vetus cap. i. qui testes sint necessarij ad nouam inuestit. nouam, inquit ibi autor, inuestituram dico, quando feudum primum quæritur nempe vassallo citra successione inuestito per inuestituram. verus autem successione acquiritur. ceterum antiquum appellatur etiam si paternum sit. §. si. de feud. march. licet paternum frustra videretur ab antiquo secerni aliquibus. §. hoc quoque de success. feud. cap. i. de vassall. decrepit. ætat. nam antiquum est quodcumque præcessit. l. i. §. si. si à parent. quis fuer. sic Virgilio lib. 4. Æneid. Sichæus Didonis maritus, quod Æneam præuenisset, antiquus vocatur dum describit de marmore templum.

Coniugis antiqui, miro quod honore colebat.

Sed vetus læpius feudum dicitur. §. i. per quos fiat inuesti. Vltra hoc quod vetus successione, nouum inuestitura acquiritur, in alio discrepant: quod in dubio feudum vetus præsumitur nisi diuersum à domino proberetur. & hoc ideo, vt arbitror, quod domino facillè fore lex putauit probare nouitatis originem extante multorum testium memoria de paribus curia selectorum vel scriptura. §. i. quid sit inuesti. & hoc obtinet quoties dominus & vassallus eque bona florent existimatione: alioquin probiori defertur iusiurandum. §. si. de success. frat. l. si. ff. de fide instr. vbi dicitur digniori plus fidei adhiberi. ex quo sequeretur domino semper iurandum, si velit, nisi vassallus probitate ditior sit morib. l. scire. §. pe. de tutorib. ff. Tertio vetus beneficium probatur etiam per externos testes excepta fœmina, quæ à feudo probando vt à testamento ar. etur. nouum requirit testimonium parium curia, quippe qui inuestitura præsto fuerunt. cap. i. qui test. sint necess. si modo dominus tanti sit, vt pares habeat in aula. §. quod autem de consuet. test. feud. Quarto, vt fufius dicitur alicubi, nouam pandit successionis viam solis liberis descendentibus ab eo qui inuestitus est, verus autem ad agnatos quoque à latere traducitur: vnde frater fratri succedit in hoc, non in superiori. §. si. de feud. march. ex quo non procedit alienatio feudi paterni nisi consentientibus agnatis cap. i. de alienat. paterni feud. adeo eis effectum est.

11 † Quinto feudi noui inuestituram nõ faciet minor, qui nõ potest legitimè bona sua administrare, quia alienare videtur: non si paternum tribuat cap. i. per quos fiat inuestit. nam in hac specie nihil ipse distrahit, sed vestigia maiorum suorum insequitur. l. 2. C. si aduers. vendition. pignor. & quidem necessario, nec enim abnegare posset renouationem inuestitura vassallo ipse domini hæres. Questionis est, an repente feudum iure antiqui valeat, si dominus feudum instituat quod antiquum vocet. Quod magis est, cum plus possit subditus consensus domini quàm lapsus temporis. l. nam satis. §. si verò. ff. quemadm. seruit. amitt. non obest. l. si fortè. ff. de castrenf. peculii. vbi donatum filiofamilias nomine castrensium peculij id quod tali peculio non quadret, & sine militari notitia præcedere, nihil immutat. quia veritas ibi mutari nequit, vt patri nihil detrahatur cui acquireret filius id quod castrense non sapit. planè cum antiquum feudum appellatur illico, nulli nocetur nisi domino qui plus poterat facere, si collibisset, id est, rem donare vel certè feudum constituere sine iuramento fidelitatis exigendo. §. si. per quos fiat inuestit. & hoc plus proderit cognatis vassalli successoris propter feudi antiquitatem confestim ortam: vt Hesiodus in Theogonia cecinit de Græcis, quas à partu canas fuisse ait *ὀκνετῆς πολιάς*, nam & pacto hoc fieri posset in cõcessione noui feudi, vt deficientibus liberis vassalli, agnati, non dominus succederet. §. si. de feud. march. cur igitur idem non præstabit appellatio antiqui feudi? cum in appellatiuis nominibus error non præsumatur. l. 4. de legat. i. vnde in verbor. signif. tempore laborarunt iurisconsulti maximè adiectiuorum l. vbi. ff. de verbor. oblig. & vtrique circa vetustatis significatum,

catum, nisi abusuè locutum autorem constiterit. l. non aliter. §. si. de leg. 3. accedit quòd è veterem nouum feudum efficitur ex cõuentione. §. si. an agnat. vel filius defunct. at magis naturale est, vt è iuvene aliquis senescat protinus quodquidem homini mærores sapissimè præstant: vt verò repubescat, vix celebris illa venefica Medea præstiterit.

† Si de feudo ecclesiastico aliquid dixerimus modo, vel de fœmineo, cogemur, mox in- 12 star aliorum molestè repetere idem, cum ad feudorum institutionem successionemque venietur. proinde transgredimur ad detrimenta quædam eorundem residua: quale est feudum aduocatiæ vel potius beneficium adiunctum aduocati officio, quamdiu is pro domino ornate & solerter patrocinium susceperit, vt probatur in §. publici. de pace tenend. & eius violat. quamuis enim feudum sit beneficium, sicut venditio est alienatio generali nomine censenda, attamen Federicus maluit vti generis nomine, vt ostenderet nõ propriè feudum esse aduocatiæ inermem instar castaldia ob mercedem annuam actori baronis concessæ cap. i. de feud. gardia. excepto quod gardia beneficium sui natura anno auferri potest: illic verò aduocati non nisi culpa aliqua inornati & insolentis hominis. cum in alijs feudis seclis requiratur pro felonica cap. i. vers. de illa in quib. caus. feud. amitt. ideo quod aduocatum decet ornatus eloquij & solertia ingenij, ne conuicietur, ne maledicat sed laudis iustæ audis turpe lucrum abhorreat. l. quisquis. C. de postul. sanè Lucius III. Pontifex gardia quodammodo comparare videtur aduocatiæ, vt quàm prohibet in ecclesiam exerceri: ne aduocati ius aduocatiõnis transferant in aliam personam, ne uè eius prætextu immoderata reditus exactio ne premanet, nec albergarijs cap. præterea. de iure patron. à quo verbo Franci ius Albergæ traxerunt in rusticos subditos exigendum, vt illic habetur. Sanè aduocatus mera ratione feudo nonnullò dignus censetur & costrensium fere peculio æquè ac si gladijs & vulneribus patriam defenderet. l. fori. l. aduocati. C. de aduocat. diuers. iudic. vetus quoque necessitudo patroni & clientis apud Dionys. Halicarnassum lib. 2. habuit vt cum nefas esset alterum ab altero accusari, vterque pro altero accusatoris exteti impetum popularet, & hanc particulam retinuit feudum aduocatiæ extra belli aleam, cui oratores vix sunt idonei artem in lingua ventosa gerentes, & plerumque in pedibus vt Demosthenes armatur dicendi facultate contra Philippum Macedonem regem. sed cum apud Cheroneam prælio Athenienses suos inclinatos videret, fuga sibi consuluit probrum eludens notissimo versiculo apud A. Gellium: *ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μάχησεται*. id est, vir fugiens rursus pugnabit. ergo sane propter fugæ exemplum potissimum à graui viro, iugulasset eum suadente iurisconsulto in l. omne. §. qui in acie. ff. de re milit. omifsis nugis, nec expectato iudice. l. si. C. quand. liceat vnic. sine iudic. suggererat vt hoc superiore anno exercerem aduersus aliquot rabulas ferendis intra urbem discordijs calumnijsque valde idoneos, sed cominus conferendis cum hoste manibus ineptos, à quorum pedibus nimium velocibus parum abfuit, quin vngues poplium tenus præciderem: hortatus interim vt feudo mero dignum. l. xix. §. si. de captiuis. ff. Monillos Socordes homines, quos pupugi, consulto tacco propter Furuium, quem non indignum emphyteusi iudico, id est, melioratione. † Sicut eam vocauit Iustinianus in l. si. C. de iure emphyt. à verbo *ἐμφυτεύω*, id est, infero: cum agri steriles primum inceperint dari gnauis cultoribus, vt fertiles redderentur & implantarentur. quæ ratio ad vrbana prædia mox traducta est authent. si quas. C. de sacrosanct. eccles. ex quo à principio tenuis pensio solebat imponi prædio emphyteutico, nullo augenda incremento. l. fin. C. de alluionibus nec è diuerso minuenda quantacunque pars prædij decreuerit. l. i. C. de iure emphyt. cum liceat emphyteutæ pro derelicto fundum habere. l. is cum. ff. de aqu. pluui. proinde origine emphyteusis à feudo discrepat: cum in hoc obsequium patrono seu domino præstitum extiterit à cliente seu vassallo propter mutuam amicitiam & defensionem, vt affatim antea à nobis traditum fuit. emphyteusis ergo vtilitate metitur negotium: feudum nobilitatis particeps officijs & armis cap. i. hic finit. lex. cap. i. de feud. dato in vicem legis commiss. nec obest quod nonnunquam præstari quotannis eas quas vocant oblias superius ostendimus, & cereos & nescio quæ friuola ab obliuione deducta quia obliuisci vassallum nefas sit, vt miles à mollitie nominatur quam nempè effugiat l. i. ff. de mil. test. nam ex eo colligitur non mercedis loco pendit sed indicio homagij sicut in ficta venditione antiquitus recepta. §. i. de testam. & hodie. l. si usufructus. de iure dot. ff. vnde consuetudo Tolosa tit. de feudis. §. xij. duos vel pauciores solidos vulgares in annos singulos pro feud. oblijs commemorat. at Pontifex pensionem regni seculi ingentem mille nummum notat cap. 2. de re iudic. libro 6. sed exiguum respectu regni fertilissimi. l. si verò. §. i. qui satisd. cog. l. sed etsi suscepit. §. penult. de iudic. nam nec modicus honor præstitus ab emphyteuta vltra pensionem domino feudum faceret. l. i. §. idem Pomp. ff. de-

pos. l. i. C. de rerum permur. vbi initium contractus promiscui inspicitur non sequela aliorum spectans, maxime cum liceat quicquam adijcere feudo & alijs contractibus vltra eorum naturam pacto ex continenti. §. fin. quid sit inuestitura. §. adeo. de location. vbi contractus emphyteuticus perinde valet atque si esset naturalis licet pactis appositis violetur eius natura, vt sensus eius loci re vera continet. l. Lucius. ff. deposit. secundò emphyteuta si cessauerit à solutione pensionis triennio, vel biennio in ecclesiam, cadit iure suo. l. 2. C. de iure emphyt. authent. qui rem de sacros. eccles. at vassallus nunquam tenetur seruitium offerre domino, nec in armis esse nisi interpelletur. §. licet. si de feud. defunct. content. sit inter domi. & agnat. interpellationis autem vice ponimus scientiam euidentem vassalli in præsentis domini periculo. §. item qui. quæ fuit prima caus. benefic. vt fufius recensebo. Tertio emphyteuta mortuo domino non tenetur adire ipsius hæredem nec ei assurgere, imò vassallus, vt renouetur inuestitura, idque intra annum & diem cap. i. cod. quarto feudum alienari nullo modo potest dissentiente domino cap. i. de prohib. alien. per Federic. atqui emphyteuta impunè alienat, si modo emendi conditione domino obrulerit bimestri spacio expectato. l. si. C. de iure emphyt. præterea feudum adeo personæ potius quam rei mutusest, vt imbecillitate corporis mutili aut defecti, vel sexus, amittatur cap. i. an mutus vel alias imperfect. feud. retin. quod de emphyteusi nemo dixerit. † Addunt alij in feudo non requiri scripturam si contractus aliter viua voce probetur cap. i. quid sit inuestit. sed in emphyteutico contractu requiri. l. i. C. de iure emphyt. sed aliter de hoc asserui in Dialogis cap. xix. cum nec Iustinianus emphyteutici instrumenti mentionem faciens id iniungat, sed obiter referat quod fieri consuevit in contractu simillimo emptionis & locationis, quorum neuter scriptura eget nisi inter curiosos. §. i. de obligati. ex consens. §. i. de emption. Itaque instrumenti ac stipulationis recordatio ad solitum fieri spectat non ad necessarium, vt in dote. l. si dotali. ff. solut. matr. denique commodius probabitur emphyteusis, in qua cuncta debitor triennio priuatur iure suo, quam feudum in quo nihil offert vassallus impunè domino, tamen diu otiosè steterit, nisi interpelletur, vt dixi certè inuestituræ scriptura per breue testatum requiritur, quoties pares curæ non illi faciendæ interfuerunt. §. si. qui testes sunt necess. ad nouam inuestit.

CAP. II.

De inuestitura faciendâ certis modis, & de seruo, de ecclesia, de minoribus ætate, de rusticis.

NOTABILIA.

- | | | | |
|----|--|----|---|
| 1 | <i>Sine inuestitura contractum feudi sequente feudum non consistere.</i> | 11 | <i>Consuetudo præcipuè docet quæ persona feudum ecclesiasticum instituam, vel antiquè in cognatos transferant.</i> |
| 2 | <i>Ius personale feudi simile non transit ad hæredes.</i> | 12 | <i>Differentia inter feudum ecclesiasticum & laicum.</i> |
| 3 | <i>Iure singulari hunc contractum duplex traditio subsequitur: & hasta concessio.</i> | 13 | <i>Quando viuens vassalli feudum concedat alteri, & quare.</i> |
| 4 | <i>Hasta traditio cur illico dominium & possessionem nõ transferat, vt clauium cessio.</i> | 14 | <i>Feuda etiam sacerdotibus ob militiam data.</i> |
| 5 | <i>Item gleba, puluere, pileo, sicut hasta, alijsque signis inuestire solitos veteres.</i> | 15 | <i>Si clericus ob feloniam feudo priuatur, nõ nocet successori.</i> |
| 6 | <i>Iure gentium introducta insigni inuestitura, proinde seruis esse communia.</i> | 16 | <i>An hodie vetitum sit clericis belligerare & feudis inuestiri: & an clericus sine miles crucifer partem faciat agnatis.</i> |
| 7 | <i>An seruus sibi dominouè quarat feudum: & an militet.</i> | 17 | <i>Impubes vel adultus an feudum capiat: quid de eorum tutoribus aut curatoribus.</i> |
| 8 | <i>Feuda ecclesiastica qualia sint: Quod Papa regna det, atque auferat.</i> | 18 | <i>Minor quando excusetur, si tempestiuè non petat inuestituram.</i> |
| 9 | <i>Idè iurifurandi gratiam facit vassallis, quod semper in religione versatur.</i> | 19 | <i>Quomodo iuret impubes feudo donatum.</i> |
| 10 | <i>An Papa diu nouum feudum instituit, liget successorum, & quando alienet res ecclesie.</i> | 20 | <i>Rustici an feudi capaces, & armis sint idonei.</i> |

POSTQVAM



† OSTQVAM contractus feudi perfectus est consensu inter dominum & vassallum, perfectè obligat ante inuestituram. §. est & alia. quæ fuit prima caus. benefic. amitt. deinde sequitur inuestitura, vt ibi dicitur: & post eam arctior nodus fit obligationis prius quam vassallus mittatur in possessionem. §. si facta. si de feud. defunct. content. sit inter domi. & agnat. quia missio in possessionem euanida est sine præcedente inuestitura cap. i. quib. mod. feud. contr. vbi quasi feudum retinet tantummodo is qui accepit, quoad vitæ ne perfido esse impunè liceat domino concedenti possessionem sine inuestitura. l. pecoris de seruit. rust. nam licet quilibet suis hæredibus acquirere videatur nec soli sibi. l. si pactum. de probati. ff. cap. i. de duob. fratrib. tamen lex non sequitur eius votum quando perperam interponitur, sed cum persona ius extinguit quod alias hæredem sequeretur. l. Caius. ff. de annis leg. Diuersum videtur dici in cap. i. de consuet. recti feud. vbi dominus alloquens vassallum designatum: vade, inquit, in possessionem illius fundi, & teneas illum pro feudo: nec alia inuestitura requiritur. idem si patente domino & seruitium accipiente diu vassallus fundum feudi nomine tenuerit. hæc omnia habentur ibidem pro inuestitura: nisi comminiscamur ibi tractari de feudo personali hæredem non secuturo: vel in posteriore casu præsumamus inuestituram præcessisse in dubio propter lapsus temporis, ideoque ibi defertur possidenti iusturandam, vt amplius confirmet quæ asserit. vbi autem liquido constat inuestituram minime præuiam fuisse possessioni, obicit regula quæ tradit omne feudum acquiri inuestitura, vel successione §. si. de feudi cognit. vel denique tempore, vt iam libauimus, & fufius dicitur. quare solo iussu eundi in possessionem feudi respectu non consummabitur feudum ad hæredes transiturum, nec si filij sint vel alij, qui sui hæredis locum nancisci possunt, quibus quidem faueretur, si dubium esset, an inuestitura præcessisset possessionem annalem feudi continuatam aspiciendæ domino. §. si. si de inuestit. inter domi. & vassall. lis oriat. sed in d. cap. i. de consuet. rect. feud. quisque sciebat inuestituram non præcessisse: † Ergo feudum appellatur ius hoc personale sicut seruitus illa quæ non est d. l. pecoris. de seruit. rustic. nec illi pares curiæ præsentis augent vim adipiscendæ possessionis sine inuestitura, vt puto, cum testium dignitas non sit loco solennitatis expetitæ. nisi coram principe celebratur actus. l. omnium. C. de testam. & cum etiam coram curiæ paribus auxia forma inuestituræ desideretur cap. i. quid sit inuestit. certè superuacua ibi præstitueretur sollemnitas hasta porrectæ per dominum vassallo, vel alicuius rei corporeæ quæ possessionem aliquam transfert, sed non perfectam. vt enim natura in maximis animalibus generandis diutius incumbit, ita vt elephanti, iuxta Aristotelem, in vtero partum gestent biennio, sic lex naturæ imitatrix in tanti momèti contractum solertius elaborauit. quippe quem ad tuitionem Reip. initum agnoscit propter armorum obsequium cap. i. de prohib. feud. alien. per Lothar. & quem nihil non prorsus nobile spirare decet scædere inuolabili, in quo non tam de rebus quam de personis quaeritur cap. i. an mutus vel alias imperfect. † Proinde sicut in venditione duobus temporibus bona fides emptoris vsu capturi requiritur. l. 2. pro emptor. ff. id est, tempus contractus & traditionis, propter eximiam frequentiam celebrariæ conuentionis & gentium societati commodissima, sed contractus reliqui traditioni bonam si dem concurrere tantum affectant: sic omnino feudum duplici possessione indiget, altera ficta & mysterij plena, dum vassallus inuestitur. nec dubium est quin à genere quodam vestis ornamentiuè corporis inuestituræ vox deflaxerit. quia reges primum cæperint vassallos veste aliqua donare, aut ornamento, vt annulo. l. argumento. §. ornamenta. ff. de auro leg. vt patet in cap. cum olim. de sentent. & re iudic. inde hasta porrigi institit: quia, vt Iustinus notat, lib. 43 Romanorum regum ætate ipsi reges hastas pro diademate habebant, quas inquit, Græci *οὐρανὸν* dixerunt. vel hasta data memorem faciebat vassallum pugnae militaris, in qua deesse domino laboranti scædissimum sit cap. i. quib. mod. feud. amitt. tit. §. † Sed quare hasta traditio vt clauium non transfert possessionem cum domino. §. item si quis. de rerum diuis. maxime cum hasta ad militiam feudumque tam pertineat quam clauis ad referendum fores horrei vel ædium? Respondeo idem iuris vtrobiq; statui: nam dominium transfertur clauibus traditis emptori, si apud horreum tradantur. l. clauibus. de contrah. empt. sic hasta si iuxta fundum feudalem exhibeatur vassallo. cum aspectu solo possessio rei spectatæ pro traditione & longa manu fungatur: & perambulantis vice. l. quod meo. §. si venditorem. ff. de acq. poss. l. pecuniam. de soluti. Vel forte clauis serarum appendices sunt, & earum ius sequuntur velut copulata. l. xvij. §. item cacabos. ff. de funde inltr. etiam si affixæ non sint. l. fundi. ff. de act. empt. ergo parte ædificium tradita videtur, cla-

vibus, & quidem non vltima, ædificium traditum videtur, licet ab sint ab eo contrahentes: sed in d.l. clauibus. non dubitatur de horrei dominio transferendo per clauium traditionem: imò de mercibus horreo inclusis.

5 † Quin prisco more forensi, vnica gleba allata de fundo, de quo iudicio in rem contro- uerteretur apud prætorem, ita litigabatur ac si totus fundus inspiceretur vt A. Gellius tradit lib. xx. cap. 9. qui mos antiquatus fuit. l. 2. de prætorib. & honor. prætur. lib. xij. C. & alibi à nobis enarratus atque integratus vtcunque: sed ad contrahendi non autem iurgandi vsum in cap. 2. de consuet. vbi modicum terræ fundi donati porrectum accipiendi ad possessionem transferendam si Pontifici Rom. credamus, sufficit. at apud Herodotum lib. 4. Darius Per- sarum rex Indathyrso regi Scytharum iubet per nuncium, vt ad se tãquam ad herum veniat terram & aquam adferens muner. Sic cum Apollo dedisset Sibyllæ Cumanæ, vt prius mori nequireret, quàm patriam terrâ Erithrææ insulæ reuiferet, ad eam sui ciues patria creta signa- tas misere literas, quibus inspectis illico obiit, sicut Seruius scripsit lib. vj. Æneidos. non spernendus igitur venit ritus ille extenuis rei corporalis concedendæ vel demonstrandæ, non magis quàm iactus lapilli nunciantibus opus nouum salubriter, ne possessionem trans- ferant in aduersarium. l. de pupillo. §. meminisse. ff. de oper. noui nunciati. quam nun- ciatio verbo tenus vtique transtulisset. denique Christus in terram expuit, & fecit lu- tum: ad sanandum oculos cæci nati Ioann. cap. ix. cum potuisset nutu solo idem prestare. proinde idem deus vassallis suis, præcipuis, id est, regibus can. quæ contra. viij. dist. c. cum feudum illud inclutum imperij in eos trãscribit iubet inuestiri vnctione, qua Samuele Pro- pheta exercebat Saul inauguratus est lib. Reg. i. cap. x. succedunt coronæ sceptraque, quo- rum vice hastas quondam vsurparas Iustinus memorat, vt paulo ante ostendi. & cum quia- la pileum præteruolans substulisset Tarquinio Prisco Romam eunti, suspensis leniter demis- sa alis, vt T. Linius dicit lib. i. ac mox reposuisset capiti, Tanaquil vxor eius regnum viro portendi intellexit, atque pileo iam eum inuestiri ditione post Ancum Martium regem quartum: vnde pilei impositio etiamnum in multis inuestituris vsitur vt olim pro iudicio datæ libertatis pileatis mancipiis. l. i. §. sed & qui. de latin. libert. C. nisi cum venderentur pi- leum ferrent, vt notat Gellius lib. 7. cap. 4.

6 † Certè nulla fuit gens quæ olim non aliqua inuestituræ insignia vsurparet. nec me mo- uet, si vspiam obliterata per desuetudinem fuerint. nam & seruitus personæ in Gallorum amplissimis finibus exoleuit: nec continuò desinit esse iurisdictionum. inde manauit, vt ser- uis inuestituræ capax sit. §. personam. per quos fiat inuestit. nec enim amittit ea quæ sunt iurisdictionum, sed quæ sunt à iure ciuili. l. quod attinet. de regul. iur. l. quidam. de pœnis. ff. sed quispiam contracta fronte hoc audiet, cum seruus possit hæres institui expectata ipsius vo- luntate in adeunda hæreditate. l. 3. C. de hered. inst. tamen solemnità testamenti sunt à iure ciuili. l. 3. de testam. ff. respondebo ipse seruum sibi vel alij testam. entum condere non posse licet figuras literarum exarare queat. l. seruus. ff. eod. quas nemo curæ habet præ voluntate testantis vel contrahētis. l. non figura. ff. de actionib. & sensus nudus eius quod fit in solem- nibus testamenti sufficit circa id operantibus. ff. de testam. l. qui testamento. §. si. atqui feu- dum per seruum quoque inuestitura facta transfertur. d. §. personam. sicut per liberum pro- curatorem, vt ibi explanatur. nec dubium est aliquem iurare per procuratorem in animam constituentis, vt fecit Federicus Aug. cum Henrico filio per Rodulfum cap. nomina. §. pe. de pace constant. can. optatum. dist. 100. vnde colligo tractari ab Oberto de feudo in seruum traslato, vel accepto ab eodem, alieno nomine, vt domino acquirat, cui contractus præce- dens profuit. & hoc ita, si modo serui conditio non ignoretur. alij malunt intelligi de feu- do in ipsius serui vtilitatem cesso: sed exēplum quod subditur procuratoris me aliò illexit.

7 † Queramus ergo quid dicendum si seruum et feudū datū fuerit, postquam ex contractu inuestitura sequetur scientis eum seruum esse & si alienus seruus fuerit, putem distinguen- dum, cui honor habitus fuerit ipse seruo an domino: vt priore casu valeat nequeat imò posteriore. d. l. 3. C. de heredib. inst. l. 3. §. 1. de legat. præst. nam feudum ob militiæ hono- rem inducitur, præterquam quòd nobilitatis aliquid semper secum trahit à plebeia condi- tione alienæ cap. 1. vers. ceteri. quis dicatur dux, march. atqui seruo militare capitale est. l. ab omni. ff. de re milit. sed fortè lege Iustiniani hodie desit esse capitale. quia aut seruus audet militare consentiente domino aut ignorante: vt illo casu seruus libertate donatus censeatur, hoc autem, reddatur domino. l. pe. qui militar. poss. lib. xij. C. & vtique æquum est seruum inconsulto domino militantem eidem reddi: ne se tam mala ratione possit sub- trahere & perdere cum damno domini. proinde seruo capitalis pœna infligitur non mor- tis naturalis sed atrocioris cœrcitionis, vt castigatus domino reddatur. l. i. §. cum seruus. ff. de iis

de iis qui deiecer. & scimus capitalem adiectionem aptari variè pro modo eorum quibus hæret. l. licet. de verbor. sign. l. hos accusare. §. omnibus. de accusat. ff. nam & si serui he- quitia domino innocuo atque inuito iacturâ ferre nõ debeat: nõ tamen tanti eum faciendâ vtilitas domini, vt publica emédatio negligatur. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publican. Cum autem ex consensu domini seruus, modo sit idoneus, militare incipit; nõ potest argui audaciæ: quia ante inuenitur liber quàm militet: vel certè eodem momento. d. l. pe. C. qui mil. poss. quinimo lex cursum præperat, vt libertas præuertatur militiam. l. quidam. de pecul. leg. ff. vnde multo magis feudum datur seruo à domino, præcedente tacitè libertate: quia non confestim vassallus militare tenetur, sed aliquando cum iubebitur. §. licet: si de feud. contentio sit inter domin. nec inuidendum est bellum seruis, cum bello Punico Romæ in numeros relati sint sponte cum dominis pugnatuti. vnde etiam Volones appel- lati fuerunt quia arma capere voluissent. & prælio Cannensî fusi ab Annibale Romani oc- to milia seruatorum emere maluerunt, vt se in ea tempestate tuerentur, quàm captiuos redi- mere. Idem fecit Cleomenes Lacon, ex seruis manumissis nouem milia conscribens, cum ciues mille & quingenti tantum superessent bello boni, vt tradit Macrobius lib. 1. Saturna- liorū. vel potius ideo manumissis dux ille creditus est, quòd militare eis permisisset. quip- pe cum quamuis militassent serui dissimulato statu suo, tamè re bene gesta libertatem me- ruisent, & accepissent vt in militia forensi. l. Barbarius. ff. de offic. prætor. à qua ad castren- sem optima est comparatio. d. l. pe. l. fi. C. qui milit. poss. nec obest l. 3. §. in bello. ff. de re mil. vbi secundus exitus militis strenuè rem gerentis non eripit eum supplicio, cum rem à duce prohibitam adorsus est: quia in exemplum fuit punièda proteruitas prohibiti in spe- cie, ne quippiã aunderet. seruus vero se pro libero gerens nemini exemplo est, vt in seruitute militet, cum pudens & latens sub digniore prætextu, palam liber habeatur & tandem cum feliciter pugauerit, ingenuis exemplum dat salutare vt contentur seruile decus superare inuictis animis. nec dubium est pœnas incuti vel præmia tribui, vt facinora terra cohibeã- tur, vel accendantur nobilia. l. i. ff. de iustit. & iur. l. i & 4. C. ad legem Iul. repetund. maxi- mè cum de remuneranda pietate serui erga dominū quæretur armis patefacta. l. i. C. quib. ex causis serui pro præm. libert. accip. planè cum princeps supremus feudum confert seruo non dubium est quin eum illico nobiliter & idoneum faciat. d. l. Barbarius In fi. de offic. prætor. l. quidem. ff. de re iudic. † Transgrediamur opportunè ad Pontificem Romanum & ad feuda ecclesiastica, eò lubentius quòd & ille summo nititur imperio, & seruum seruo- rum se inscribit deducto more à Gregorio primo, à doctrina & prudentia Magni cogno- numentum nacto, vt aiunt, fortè quod iuxta euangelicam præceptionem primus quisque Christi imitator ministrum se præbere debeat, vt docet interpres in præm. epistolar. decre- talium Gregorij. ix. sic Iustinianus vltimum seruorum dei se dicit. l. i. §. 1. de offic. præfect. prætor. Afric. similiter diaconus claræ dignitatis, inseruiens minister vocatus est ab Isidoro in can. clericos. §. leuitæ. xxi. dist. à verbo διακονέω Aristophanes in Auibus ας Βλακικώς διακονέω; id est, vt stupidè ministras. proinde seruus ille regibus imperans pontifex Romæ eisdem excommunicat, vt Innocentius Archadium. Aug. can. duo sunt. 96. dist. vel omni- no eos à regni feudique amplissimi fastigio deiicit cap. 2. §. si. de re iudic. lib. vi. sine dubio feuda instituit, & vassallos ligios habet vt antiquitus regem Sicilia, de quo satis multa superius tractauimus ex clem. 2. §. rursum. eod. tit. nec dubium est Martium aliquid ac planè feudo militari dignum sapere virum duobus gladiis fretum vt in exte. de maiorit. & obed. Ioannis. xxij. vbi quoque intra loca patrimonio sacro assignata, Iudices, capitaneos, officia- lesque constituit, atque intrusos expellit. & quoniam in omni feudo post inuestituram iuramentum fidelitatis præcipuum est velut nodus fœderis feudalis cap. 1. quid præcid. de- be. an inuestitur. cum pontifici collibuit, subditos liberat à fidelitate regum & hac arte Pipinus Caroli magni pater Childericum regem alioquin mollem & forti populo mode- rando imparè, vt annales testantur, abdicauit Franco imperio, consulto Zacharia Papa & assentiente, can. alius & can. pe. xv. q. vij. non quod propterea papa regum aliquem sibi vassallum esse arbitretur, quia præcessorem iustis de causis expulerit solutis sacramento subiectis, cum spiritalis potestas à temporalis discreta sit, nisi in iis in quibus vtrumque spe- cialiter quæ sit, sicut de Siculo regno dictum est can. cum ad verum. 96. dist. & can. quoni- am dist. x. † atqui iuramentū in regione numinis versatur. l. qui per. ff. de iureiur. ideoque à pontifice facillè soluitur. semper namque respectu dei iuratur, etiam si per salutem domi- ni iuratum sit, vt illic Vlpianus ait, sicuti cum Ioseph deiecit per salutem Pharaonis regis, Genesis cap. 42. etiam, inquam, si per canem iuraret, vt Socratem ferunt, vel per anserem vt de illo scripsit lib. 6. Philostratus. vel per caput suum vel domini, modo ita partibus pla-

cuiisset. l. 3. §. si. ff. eod. sine offensione publicæ receptæ religionis, sed aliqua superstitione peccari quæ plerumque à singulis recipitur, ne nominatim per deum iurent, qui tamen testis adest ubique, sicut omnia creauit. l. non erit. de iureiur. ff. cap. & si Christus. eodem. Hæc quidem non aliena sunt inuestituram describentibus, & à quibus fiat, ac quomodo iuxta se iusiurandum mox habeat à cliente deuoto præstandum, † sed redeundum est ad ipsum Pontificem, qui rectè feudum nouum instituit de rebus suis vel de rebus ecclesiæ. Sed de suis quoties voluerit potest feudum facere, cum cuius clerico idem liceat cap. i. de cleric. qui inuestitur. facit. cæterum de rebus ad ecclesiam pertinentibus dubitari merito poterit: cum Symmachus Papa statuerit, ne liceat Papæ prædium Ecclesiæ alienare, vel pro aliqua necessitate nec in usufructum dare, nisi domos immodica impensa sustentandas: viles autem repositi ab ecclesiasticis contra accipientes in omni prouincia. l. non liceat. xij. q. ij. tamen eludi potest Symmachi sanctissimi viri Clodoueo Francorum regi, quinto æqualis sanctio, quæ feudum quoque complectitur in perpetuo usufructu consistens cap. i. §. si. in quib. caus. feud. amitt. si quis dicat papam omnia præsumi iuste agere, nec à quoquam iudicari can. si Papa. xl. dist. quod intelligo, quandiu Papa concedens viuet. nec enim legem successori ut par pari dare potuit cap. innotuit. de electi. nec quidem Symmachus in d. can. non liceat. vbi tanquam optimus philosophus ostendit non licere Papæ alienare res ecclesiæ vel ex aliqua necessitate. sed tamen non obligat successorem. præterea aliqua necessitas debet intelligi tenuis. l. 2. de public. iudic. ff. & aliquid damni. id est, modicum. l. ex conducto. §. pe. ff. locat. hoc dico adiutus ratione: quia nisi ex necessitate urgente res ecclesiæ alienentur, sæpe ex privilegio damnum acciperet, quod admitti non debet. l. 3. §. si. de Carbon. edict. l. quod si minor. §. nõ semper. ff. de minorib. xxv. sic fundum dotalem alienari sinit lex Iulia pro vtilitate mulieris. l. si. ff. de iur. dot. Quid enim si ingens territorium esset ecclesiæ affectum sed finitimum sedi Romanæ hostibus, aduersus quos strenuo propugnatore opus esset: an non satius esset id feudo ascribere quam eo sine fruge potiri, cum episcopo idem permittatur cap. si. de feud. vbi in feudo nouo nihil secus Innocentius III. statuit, ratione generali subiuncta: ne ecclesia prorsus prædio careat, cum alicui laico id dare cunctatur, quod à potiori detinetur. & profecto idem innuit Symmachus, cum propter impensam sine reditu alienationem permisit. d. cano. non liceat. & cap. vt super. §. si. de reb. eccles. alien. nõ est. feudi nouitas odiosa sit ecclesiæ, tamen è duobus malis minus est eligendum. can. duo. dist. 13. † Præterea animaduertendum erit quæ personæ ecclesiasticæ, & cuius dignitatis, feudum dare consueverint cap. i. de iis qui feud. dar. poss. quod Accursius intelligit pertinere non ad noua feuda, sed ad vstitata antiquitus post decretum Urbani Pontif. cap. i. episcopum vel abbat. maximè si dubitetur, vel si certum sit prædia ad mensam ecclesiæ spectare. d. cap. vt super. de reb. eccles. alien. nouum itaque feudum fundabitur ab episcopo vel abbate tantum ex causa probabilis necessitatis, & cum solemnitate præscripta in authent. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccles. cap. i. de reb. eccles. non alien. lib. vj. quippe cum vetitum alienari in feudum concedi nequeat. §. sed etiam. per quos fiat inuestit. At feudi antiqui continuatio licita est, si forsitan feudum reuertatur ad ecclesiam, adeo vt cognatis honestis præsulis tribuatur, si ipsi videatur. d. cap. si. de feud. nec obest auth. quæcunque. C. de sacrosanct. eccles. vbi œconomus. non rectè eligit emphyteutam ecclesiæ de cognatione sua: quoniam de noua hoc intelligitur, quæ fauore cognati in fraudem ecclesiæ fieret sepe exigua pensione, vt patet ex §. emphyteoses. §. œconomis. de alienat. & emphyt. in auth. col. ix. qui verò eodem modo pergit feudum vel emphyteusum cognato dare quomodo antea consueuerat, fraudis immunis intelligitur, & alienatio tolerabilis vel potius suffectio quædam in prioris locum. l. pater filium. ff. de leg. 3. sicut etiam resectio fauorabilior est noua molitione. l. si. C. de iud. l. fundi. §. si. de acti. empt. alij malunt prælatum posse cognato feudum antiquum dare, non œconomum administratorem simplicem. sed profecto re vera prælatus minister est, vt paulò ante ostendimus ex fortuna serui seruatorum dei.

† Inde sequuntur non spernendæ differentie feudi ecclesiastici & laici quoad concedentes: nam si clericus contraxerit de feudo antiquo ecclesiæ cum Titio, & à promissione ipsum inuestiuerit, deinde mortem obiuerit ante vltiorem possessionem traditam Titio, exinanitur feudum, nec successor clerici cogitur sequi vestigia præcessoris. verum in laico secus est. §. si. quib. mod. feud. constit. §. si. qui successores tenean. nam laici ius hæc. t. firmius, quia heredem de sanguine suo habet, vel alium saltem qui lucrum capit ex successione. nec ei debet obstrepere à quo lucrum accipit, vt etiam notat Accursius. l. si ab eo. C. de liberal. caus. aliter ecclesiasticus successor, qui munifico Largitori bonorum ecclesiæ gratias agit, non

non episcopo præmortuo, cui ipse par est ca. innotuit. de electi. imò longè potior: quia hinculus viuus fortior est leone mortuo, vt ait Hebræus sapiens.

† Ex eodem fonte manat alia differentia: quòd dominus Laicus fore præuidens, vt vassalli sui fortè liberis agnatisque defecti feudum sibi propediem aperiatur, potest illud dare alij, captura effectum inuestitura cum tandem: sibi vel suo hæredi apertum feudum fuerit. at in ecclesiastico domino non perinde valebit, ex persona successoris, si non se viuo feudum ad eum reuersum fuerit, & inde possessio iam tradita vassallo designato. d. cap. i. qui success. tenean. §. moribus. si de feud. defunct. content. sit. Vbi additur vassalli viuentis consensum in ea re non requiri cap. si. de feudo dat. in vicem leg. commiss. cuiusquidem mors per alterum nouum vassallum captabitur, sicut tamen requiritur consensus eius de cuius successione pactum inuitur in l. si. C. de pactis: eo quòd vassallus non tam dominus est prædij quam perpetuus usufructuarius seruitij mole oneratus: idèd dominus conferet alij feudum impudè, expressa lege vt post mortem alterius ipse fruatur non purè in præsentia cap. i. de cleric. qui inuestit. siue laicus sit siue Clericus. Quare autem clerici inuestitura sola non prodest in proposito citra missionem in possessionem, ratio est quia clericus, vt dixi, non habet posteros hæredes, nec electos à se, sed necessarios aliunde accitos, eoque vulgò gratiores quò magis ignoti fuerint cap. ad decorem. de instituti. Adde ecclesiasticæ personæ cultum pietatis & iustitiæ magis quadrare quam plebeie. §. pen. de alien. feud. igitur feudi concessio vorum mortis alienæ captatorium complexa vtcunque in laico toleratur non in clerico. sic laici licet pactum inire de viuentis incertæ personæ hæreditate, si qua obuenerit. l. 3. §. de illo. ff. pro soci. non ita collatio recipitur de viuentis incertis imi beneficio cap. 2. de concess. præbend.

† Iam maturemus ad clericos feudum accipientes, quemadmodum eis olim licuit cum belli ratione feuda concederentur, vnde vassalli appellantur milites cap. i. de contenti. inter domin. & vassall. & cum clerici belligerarent, maximè ob Christianam religionem ab inuasoribus defendendam, vt Saluinus & Sagittarius episcopi Galli aduersus Longobardos pro Guntranno terrarcha anno Christi 569. aut circiter, vt est apud Gregorium Turonensem li. 4. Francæ historiæ tunc enim Longobardi feudorum architecti in Gallias irruerant. vix vquam enim antiquis in præliis defuere Sacerdotes Reip. amantiissimi: non ille quem occidit Aeneas Aeneidos lib. x.

*Hæmonides Phœbi Triuiæque sacerdos,
Insula cui sacra redimibat tempora vittæ,
Totus collucens veste, atque insignibus armis.*

Et nostra memoria Hippolytus à Medicis Cardinalis præfectus fuit militiæ Clementis vii. Romani Pont. aduersus Solimanum Turcam Hungariæ atque Austriæ infestissimum, felici admodum successu pro Rep. Christianæ:

† Et eò pertinet Conradi regis constitutio, vt si clericus feloniam committeret aduersus principem feudo multaretur, quoad viueret, sine clerici successorum incommodo ad quem feudum reuerreret. §. si. de capitul. Conrad. vt in l. peto. §. prædium. ff. de legat. 2. non enim rex feudum diutius derinebit, quàm is à quo per offensionem acquisiuit, cum exteri successoris pernicie. † Nec obstat clericis magnanimis illud Gregorij Papæ, si inquit, in morte Longobardorum miscere me voluisssem, hodie gens eorum nec regem nec ducem haberet. sed quia deum timeo me morti hominum miscere formido can. si in morte. 23. q. 3. vbi Nicolaus Papa prohibet episcopos militia occupari etiam contra piratas: quoniam hoc statutum est, vt delectus aliquis fiat, ne temerè sine causa urgente deseratur diuinum obsequium ex permissione armorum & laudatione. nam ibidem Leo Papa aduersus Sarracenos pugnaturus urbem egreditur, & milites inuitat ad pugnam, & sic iuuat consilio militiam præmio fruiturus. l. xix. §. si. ff. de captiuis. quis enim non laudauerit pontificem aut clericum desertæ duce aut milite Reip. subuenientem sine feriarum distinctione can. si nulla 23. q. 1. diuus. ff. de feriis. vnde liquet sacris dicatum tempus & personam propter necessitatem hostis repellendi licitè bello applicari. Insuper Papa à Comitibus nonnullis feuda accipiens alij sic nobilibus viris se non inuitus subiicit obsequiis, vel ad hoc vt plures ad claram erogationem prouocentur. & fas est potentiori se submittere can. petus 2. q. 7. l. est receptum. ff. de iurisdic. sed per alium seruire potest. l. quisquis. i. C. de episcop. & cleric. Verùm, inquiet alius, qualiter clericus feudo potietur ratione militia, cum iam feudum tenens eo priuatur, si clericus fieri cœperit vel religionis vorum subire. §. si quis per. si de feudo defunct. content. c. i. de vassall. milit. qui arma bellica deposuit. vbi miles Christi desinit esse miles seculi: tamen nemo nescit quantopere iuris adepti retentionem iuuenus præ acquisitione. l. 3. C. de pact.

Sed considerandum venit clericum in dubio bello abstinentem creati, & ipso facto initiationis semet ipsum abdicare armata militia nisi ipse pacto expresso aliud exciperet in voti exordio, sicut de feudo fœminæ dici solet, à quo huc dicitur argumentum cap. i. de feud. fœmi. ar. cum aliquis est clericus, & feudum accipit vel dignitatem ecclesiasticam, cui adnexum est, tunc aperte detegit quid sentiat. l. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de recepr. arbit. & ius quæsitum debilius est iure acquirendo, cum pendet ab arbitrio eius qui vtrumvis potuit liberè accipere vel refellere vt Paulus ibi docet, falsus sacerdotes dei sacris vacare oportere, nisi & profanis indulgere in re permessa simul voluerint, aut per substitutum bellandi peritum potius domino subuenire §. firmiter. de prohib. feudi alienation. per Federic. nec culpandus est clericus, qui feudum capit beneficio sancto copulatum, quod non tam ei quàm clericis longa seriè fruituris ascriptum censetur. l. annua. §. si. ff. de annuis legat. ex superioribus definiti potest quæstio, an feudo priuatur aliquis, qui sit clericus, ita ne cum fratribus succedat, vel ne agnatis aliis obsit. quod puto verius, si fuerit professus religionem aut sacra irrevocabiler. quia aliis locum fecit sine spe regressus. §. præterea. quib. mod. feu. amitt. tit. §. sed apertius in §. si. de feudo fœm. nec qui repudiat vt filius, postea vt agnatus admittetur ex l. i. §. quibus de success. edicto. ff. quia vt miles Christi prorsus seculi militiæque munus à se repulit non fratrum favore singulari. l. in plurium. ff. de acq. hæred. nec puto monasterio feudum cum persona applicari, vt possit, sicuti quidam putant perperam, feudo seruire per substitutum. quia cultrix est iustitiæ ecclesia præ cæteris in feudis cap. i. de alien. feud. nec recipere debet substitutos passim sine necessitate in obeundis militia periculis & homagiis domino præstandis, quæ quisque mauule ab honesto vassallo quàm à suspecto famulo excipere, sinon aliud suadeat necessitas. §. fin. quid sit inuestit. non est autem illa inspectanda quam sibi quisque voluntariè imposuit ex ingressu religionis. l. si fideiussor. §. i. ff. qui satisd. cogant. proinde idem dicendum esset in cruciferis militibus Turcicæ militiæ obiectis, nam & si armis incumbant tamen professi sunt se soli Christo militaturos: & limitata est eorum functio. can. Iulianus. q. 3. quinetiam si domino seruirent seculari, à propulsandis Turcis auocarentur extra votum, quo semel initiati fuerunt. & notum est diuina præceptione duobus dominis non bene seruiti cœlesti & populari. l. sed addes. §. fin. cum. l. seq. ff. locat. præterea è duabus militiis eligi vnica potest, ex quo cum à priore propter votū abire nefas sit, feudo miles crucifer priuaretur. l. §. qui milit. poss. lib. xi. c.

17 † In cuiuslibet personæ feudo ætas exploranda est siue dum concedit, siue dū accipit. imprimis namque si feudum nouum est, atque ita dum sit alienatio. l. si. C. de rebus alien. non alie. id prouidendum, venit, vt iustæ sit ætatis qui concedit, suis rebus administrandis idoneus: quia qui nequit alienare nec feudum incipere cap. i. per quos fiat inuestit. tamen possessione veram implebit noui feudi à patre instituti & mortuo post inuestituram: quia necessaria est cap. i. de cleric. qui inuestit. fecit, sicut tradere teneretur domum à patre iam venditam l. Polla. C. de iis quib. vt indig. multò fortius inuestituram faciet antiqui feudi & maiores suos imitabitur. d. cap. i. per quos fiat inuest. nec opus erit decreto prætoris in hac re. l. magis. §. si pupillus. ff. de rebus cor. qui sub tut. ergo adolescentis curatores per quos pupillo comparatur idem explebunt. l. 3. C. de in integr. restit. & iniussu prætoris inuestient veteres vassallos eorumque successores.

18 Non autem nouos facient quia feudo transfertur vsusfructus perpetuus. d. §. fin. in quib. caus. feud. amitt. vbi quoque feudum dicitur beneficium & liberalitas, ergo non licebit maiori ratione id audere. cum vulgaris morte accipientis desitutus vsusfructus arceatur à prædio minoris. l. 3. §. si ius. ff. de rebus eorum qui sub tutel. nec aliquid proficiet prætoris decretum, vbi minor aperte læditur, quin restituatur. l. si quidem. C. de præd. & aliis reb. mino. atqui in munificentia sua lucrifacere pupillus vel adolescens nequit. quia etsi prædium sterile sit, quod feudo nouo assignat, tamen liquet inde parum seruitij à vassallo nihili homine & ieiunum feudum capiente accepturum. l. pen. ff. eod. præterquam quod homagio honorifico non admodum marsupia inuemescent sed homines. † Sicut è diuerso feuda plerâque cò rediguntur, vt plus onerent vassallum quàm honorent, ac prosperent. vnde non potest minor feudum accipere quo homagium interim facere compellatur. §. si quis per. ver. si minor. si de feud. defunct. conten. sit inter domin. nisi doli capax efficiatur antea verò claudicat conuentio. quia dominus obligatur, non minor. l. Iulianus. §. si quis à pupillo. ff. de action. empr. cæterum doli capax restituatur si quidem læsionem alleget vt vidimus ex generali regula nisi cum per ignauiam pubes non petit inuestituram à domino intra annum & diem. §. præterea. de prohib. feud. alienat. per Feder. quod respicit ad feudum nouum. cum enim, vt opinor, aptus fuerit cautus iuuenis ad acquirendum feudum non debuit se ineptum præbere ad peti-

ad petitionem inuestituræ. Accursius autem existimat adolescentem contra incuriam restitutum iri à iudice: atque ita Federici asperam sanè constitutionem superuacaneam reddidit quia sine dubio minor feudo spoliatus se læsum queretur. meo tam iudicio, frustra: cum admonitus abundè fuerit feudi nomine à principio, quo fidelitas infertur. nam & si succurratur minori decepto dum militiam non acquirit. l. 3. §. si quid minori. ff. de minorib. tamen beneficij collati immemorem iuuari non decet, nec annis, vt nec facili rusticitate, excusati. l. venia. C. de in ius vocand. licet huic aliàs subueniatur vt serui. l. 2. §. si. ff. de iure fisc.

† Quamuis autem impuberi ignoscatur, si inuestituram non petierit. §. si quis decefferit. si de feud. defunct. conten. sit inter dom. tamen tutor consultissimè faciet, si eum iurare faciat maturè, capacem intellectus, vel etiam vix sentiètem quid agat. modo dominus eo contentus fuerit. l. qui iurasse. ff. de iureiur. nisi tutor pro illo iurare maluerit. præsertim cum hoc casu de periurio ancipiti non dubitetur sed de promissione verifimiliter seruanda impotenter per impubem vassallum, cum adoleuerit. l. 4. de in lit. iur. & interim quoque per subrogatum impuberi ad seruitia. d. §. si quis decefferit. † Nondum expleuimus condiciones hominum, de quibus exitari possit, an feudum dare possint nouum vel accipere. nam supersunt rustici, de quibus nihil definitur pro certo in §. ex eadem. de lege Conrad. sed tantummodo dicitur dominum posse feudum partim alienare etiam rustico, si vnà curiam suam alienet in scio vassallo, vt placuit Oberto, cui plerique refragabantur. vltèrius à me. l. i. vt nemo ad suum patrociniū recip. rustican. lib. xj. C. vbi inhibentur clientelæ rusticorum. verùm de his falius disseruimus, vt ostenderemus non in rei rusticæ inuidiam id à Leone Cæsare sancitum, sed ob multitudinem compescendam, quæ rure euocata ad vnus potentū audaciam adiuuandam publicis tributis derogabat. nam si antiquiora repetantur feudorum incunabula, exploratum est maximos olim regionum principes agriculturam tractasse, vt Isaac, & cum venisset in terram palestina collegit centuplum Genes. cap. xxvi. & Iacob filius ipsius pastor fuit eximius cap. xxx. citetur insuper Dux industrius Mago Carthaginensis, quem Plinius laudat, & Iunius Columella parentem vocat rusticationis, cuius octo & viginti volumina senatusconsulto in Latinum sermonem versa fuere. Itemque C. Fabritius Pyrho rege stans Italia pulso manibus, quibus hostes domuerat, vtinam incuruus tenuit, vt Curius Dentatus ex agricolis milites strenuos gigni, & minimè male cogitantes, nam quod gladij armaque auferuntur à rustico propterea multando. §. si quis rusticus. de pace tenend. & eius viol. ad belli vsu non respicit, sicut nec ad venationis: cum duellum illic permittat rustico Cæsar in §. si rusticus. & l. i. ff. ad leg. Iul. de vi publ. tantum prohibentur pergere in cultura rustici, quamdiu stipendia merent in ea prouincia, in qua ipsi militant nò in alia. ne dulcedine operæ à signis auocentur. l. milites. 2. ff. de re milit. nisi impletis stipendiis. aut nisi hæreditario iure, dum merent, ea consequantur. l. milites. 1. eod. quare feuda militiæ addicta iis bellissimè conuenient, si non vetet consuetudo, quæ in feudis dominaur personis ac rebus cap. i. de iis qui feud. dar. poss. cap. i. de feud. cognit. nec finit nobilitatem in feudo nouo institui inconsulto rege. §. pen. quis dicatur Dux March. de sexu feudis idoneo statim sum dicturus, cum de successione disputabitur.

CAPVT V.

De succedentibus in feudis siue mares siue fœminæ sint ex liberis. quid de ascendentibus, vel agnatis à latere: quid de prole illegitima.

NOTABILIA.

- | | |
|--|---|
| 1 Quare fœminæ in feudis non succedant. | 6 Feudum quamuis propriè sit fœmineum, redire studet ad masculos: quid si illud fœmina fundauerit. |
| 2 Fœmina dat feudum, nec accipit. | 7 Ad ascendentes vassalli non ibit feudum. |
| 3 Filij ex fœmina, licet armis polleant, à feudis arcentur. | 8 Quod feudum refutatum favore filij ad patrem superstitem redeat. |
| 4 Cum recipitur feudum pro maribus & fœminis si sub sit mas, non redit amplius feudum ad fœminas: quod ex pacto fœmineum fiet. | 9 Ad collaterales verò ibit successione antiquum tantummodo. & qualiter frater feudum participet quæsitum à fratre. |
| 5 Hæredis nomen in feudis solum continet filium. | |

- 10 Si communi fratrum periculo seu pretio acquiratur, quid iuris sit: & an sit ius accrescendi in feudo.
- 11 Feudi ususfructus an ad patrem vassalli spectet.
- 12 An filij fratrum in stirpes succedant, vel in capita.
- 13 Filiorum saepe deterior est conditio quam extraneorum.
- 14 Filius nequit repudiare hereditatem patris
- 15 Agnatus recuperat partem feudi alienatam, non filius.
- 16 Emancipatus filius succedit in feudo, non adoptivus.
- 17 Exheredatus a patre feudo simul caret.
- 18 Naturales tantum filij an in feudis succedant, saltem si legitimentur.
- 19 Quid dicendum de spurio in matris successione, vel in feudo novo.



† V C C E S S I O N E S feudorum inspecturos decet primum duos sexus fecernere: quorum alter feudi tantum capax est. nam feminae procul arcentur. §. hoc autem. de iis qui feud. dar. poss. ideo quod feuda ob militare obsequium domino & consequenter reip. toti defendendae potissimum inducta fuere. §. i. de prohib. feud. alien. per Lothar. vnde militis nomine passim vassallus intelligitur cap. i. de contenti. inter dom. & vassal. de inuestit. aut vassallo militis adiectio tribuitur eadem ratione cap. i. de vassal. milit. & cap. i. de mil. vassal. proinde cum re-

publica duobus vinculis firmetur, armorum & iudiciorum, vt Iustinianus praefatur in institutionibus, ad vtrumvis femina moribus inepta est. l. cum praetor §. pen. de iudic. ff. sed ad arma multo magis propter sexus fragilitatem, & meticulousam naturam mollisque, ita a militis duritie abhorrente. l. i. §. ff. de militar. test. † Vnde sequitur feminam feudum novum dare posse. §. feminam, per quos fiat inuest. quia dum tam ardua fundamenta iacit, cum beatus sit dare quam accipere, vt ait Apostolus, inuestit armis idoneum hominem, quorum ipsa exers censetur. nec est novum vt quis alij praebear quod ipse non habet. l. non est novum. ff. de acq. rer. dom. & oculus qui vider omnia se ipsum videre nequit. sic Dido regina Carthaginis regno Romae Imperium aemulatione diuturna fatigaturo initium dedit: septa armis solitoque alte subnixae resedit, vt poeta refert lib. i. Aeneid. tamen armata manu nihil memorabile gessisse legitur, vnde agnatos vassalli praefert lex filiae quamuis patre viuo inuestitae. §. hoc quoque de success. feud. vnde etiam frater fratri paciscens se feudum ei haeredibusque eius remittere, id recuperat ex integro, si mas fratri non agnascatur §. si. de feud. defunct. conten. † Quamobrem Accursius in d. §. hoc autem. miratur quare feminarum filij armis valentes simul a feudo excludantur, nec se rationem scire restatur: alij tamen eam adferunt quod nemo debeat, esse melioris conditionis quam is a quo ius habet. l. in iis officiis. §. ff. de regul. iur. certe mihi videntur rationes expeditae & naturales, si consideremus ex vitiato radice stipitem syncerum diu non manere, nec ex carioso stipite frondes lateas exire. vnde Adami labe omne genus hominum inquinatum fuit, aut verius labe vnus feminae Eue. & quamuis Amazones a Scythia Caspioque litore profecta: Asiam armis subegerint, & in victoriae monumentum Dianae aedem Luculentam Ephesi dedicarint vt Pomp. Mela prodidit, tamen breui euauere, fortuna felicitatem sexui inuidente. vt Penthesilea ab Achille occisa bello Troiano: & Camilla Volscorum regina ab Arunte lib. xi. Aeneidos. quae sola ratio male ominari iubet can. quaedam. 35. q. 3. cum exitus miser conatus mulieres sequatur. Quinetiam si de scalis gradum vnum subdlexeris, aegre poteris altius ascendere, sic postquam femina linea generis inter fuit, praepedit iter posteris etiam masculis. vnde licet ex voto aui haereditas ad liberos omnes gradatim peruentura sit, si tamen filius delatam recusauerit, toti posteritati viam pracludit. l. i. C. de iis qui ante apert. tabul. Accedit quod feudum olim temporarium & ab omni successione alienum, atque precarij instar ad nutum domini reuocabile, iam pridem perpetua concessione fulcitur. §. & quia. de iis qui feud. dar. poss. §. ff. in quib. caus. feud. amitt. sane, vt in Iphigenia dixit Euripides, perennitas quaedam sanguinis per masculam prolem quaritur Στὴ λοὶ γὰρ ὁ ἴκων εἰσι πᾶσι δ' ἐστὶ πρηνες id est, nam columnae domorum sunt liberi mares. nemo idem de filiabus dixerit nec de prognatis ex eisdem, nisi quoad tenuem a uorum maternorum retinendam memoriam sine nomine generis l. liberorum. §. ff. de verb. signific. l. i. ff. de iure immunit. qui locus Vlpiani, a genere, a familia, a posteritate vera, subtrahit feminam l. 3. eod. l. vacatio. ff. de munerib. licet alibi filiorum nomine vel vnica filia comprehendatur. l. Lucius in 2. §. fin. de legat. 2. atqui proprie mulier caput & finis est suae familiae: & qui ex filia mea nascuntur liberi, no-

men familiae meae non sequuntur, sed patris eorum, generi mei. l. pronuntiatio. §. ff. cum l. seq. ff. de verb. signif.

† Adhuc pro praecedente ratione infecti stipitis femine, adest id quod Obertus tradit, 4 quoties quis feudum recipit pro se & descendantibus masculis ac feminitis, relicto masculino ulterius feminae locum denegari: quoniam ex expressa conuentione fieri potest vt filiae succedant quamuis inermes. §. filia. de success. feud. sicut etiam vt clerici coelum armis sanctimoniae quietae inuasuri. vtrouique enim eadem ratio est cap. i. de feud. femi. nec dubium est ex pacto moreuē clericis feuda permitti, vt affatim superius tractauimus. §. ff. de capitul. Conrad. & per alium pugnatorem aptissimum armis seruari. §. firmiter. de prohib. feud. alien. per Federic. caeterum quamuis filius vassalli qui semel admissus est sororem suam & posteros eius perpetuo excludat, cum datum est feudum masculis & feminis ab eo nascituris, tamen si a principio sic detur duobus fratribus, & eorum soboli masculae ac femineae, si superstes sit filia alterutri paruum suum superabit, ne succedat quandiu extat fratris alterius proles, cui quilibet, inquit Obertus, censetur prospexisse cap. vnic. de duob. fratrib. a capit. inuest. modo viuo patre mas filius non decedat. l. ex facto. §. pe. ad Trebell. ff. nam ibi nomen haeredis ad liberos stringo, nec vt vulgus, latius capio. d. l. ex facto. §. ff. de alien. feud. vbi tamen † non haeredit tantum, sed legitimi haereditis mentio fit, ac nihilominus restringitur abunde a significato cuiusvis cognati. l. 3. §. de illo. pro loci. postquam in feudis solum filium respicit. §. & quia. de iis qui feud. dar. poss. & eo adducor maxime, cum feudum non ad quousque haereditas transeat, si non sint ex agnatione vsque ad septimum gradum, imo & deinceps in infinitum iure nouo. §. pe. de iis qui feud. dar. poss. vbi exterus haeres a domino repellitur agnatis deficientibus.

† Illud sciendum est, feudum tantopere coalescere masculis liberis, vt si ex pacto ad feminas transierit, tamen denuo ad masculos recurrat. vt dum filia vassalli patris feudum marito in dotem dedit, mox duobus filiis generis ex eo, quorum alter filias alter vero filium vnum vel plures reliquit, ad quos solos feudum peruenit cap. vnic. de eo qui sibi vel haeredibus suis mascul. eo magis quod in constitutione feudi prius masculis quam feminis destinatio fuit, tamen si feudum omnino femineum redire ad masculos conetur cap. i. de feud. femi. cum masculus militiam exercere per seipsum possit: femina vero non nisi per subrogatum & carbones extincti faciesque ignem facillime recipiunt, sic feudum quod a masculo ad feminas peruenit, vltro ad eundem nobiliorem sexum reuertitur, vnde ausim asserere filiam a filio non exclusum iri, si femina feudum instituisset vt in §. feminam. per quos fiat inuestit. & feminae concessisset, masculos descendentes non fore potiores: cum similis simili gaudeat. l. in arenam. de inoffic. test. C. & facile illi conglutinatur. l. in rem. §. item quaecunque. ff. de rei vendicat. † quantum praeterea momenti habeat in feudo voluntas fundatoris ex sequentibus apparebit. nam cum in eo sicut in 7 quavis alia successione, prima causa liberorum sit in infinitum praecedentibus & agnatis a latere. §. i. de haeredib. ab intestat. venien. col. 9. cap. i. de duob. fratrib. a capit. inuest. ad descendentes tamen non retroagitur feudum, aliter atque haereditas. quia siue antiquum seu paternum est, ad descendentes vadit recto tramite instar pilae in praecipitium. nisi suapte natura certis aui metis finiatur cap. i. de feud. gard. si vero nouum est, a filio inuestito redit ad dominum cap. i. de natur. success. feud. eo quod dominus filium iuuenem elegisse videtur tanquam armis aptiorem, quamuis tenellus fuerit atque aded impubes. l. ff. C. de testam. mil. hunc enim spes sequitur vt mors patrem. nec quicquam facit pietas naturalis in filij successione parentem equae admittens. §. i. in ff. de haeredib. & Falc. l. scripto. §. fin. vnde liber. quia in feudo in quo dominus ius sibi praecipuum proprietatis adseruat, non respicimus officium vassalli erga patrem, sed quo domini voto acceperit, ne inuitus alium vassallus habeat cap. i. de fratrib. de nouo benef. inuest. Er quoniam ius successione mutatur ex consensu domini constituentis feudum. d. cap. i. de natur. success. puto, si quidem patris contemplatione filio velut iuniori feudum datum sit, ad patrem mortuo filio reuerti. l. tali. §. ff. de iure dot. ff. maxime si etiam pater bella tractauerit. nam si feudum paternum intelligitur quod pater vassallus refutat, vt dominus filium suum inuestiat, non vero nouum cap. i. de vassal. decrepitae aet. iam constat inspiciendum in feudis, cuius personae respectu tribuatur.

† Insuper laudo illorum opinionem, qui putant feudum a patre refutatum favore filij itidem defuncto filio ad patrem redire, qui aduersus spem ordinemque naturae superuixit: ne & filio & feudo careat orbis senex. l. iure. ff. de iure dot. item quod, vt paulo ante persuas, libenter quiduis ad pristinum statum reuertitur. l. fundi. §. ff. de acti. emp. l. filio de liber. & posth. potissimum quoniam dominus & pater ea mente filio cesserunt vt

eadem pene personæ. l. si. C. de impuber. maximè in obsequiis huiusmodi. l. cum scimus de Agric. & censit. lib. xj. C.

9 ¶ Post descendentes iure communi succedunt fratres & deinde gradatim agnati cæteri, sed hoc in feudo paterno. Planè in nouo aliud iuris obtinet: quia reuertitur ad dominum, nisi per pactum aliter præstiniatur, vt ibi dicitur in §. si duo. cap. i. de fratrib. de nouo benefic. inuest. vbi addit Obertus nihil magis feudum communicari inter fratres, quod in eadem domo habitare perrexerint, sed fructus eius fore communes tantum sicut & impendia, quado alter solùm feudum acquirerat, licet armis equisque communibus. idem in hæreditate indiuisa retenta inter fratres habetur in l. si fratres. ff. pro soci. nec mirum est feudum non communicari, nisi pacto dominus consenserit, quauis vniuersorum bonorum coita sit societas: quippe cum communicatio sit quedam alienatio. l. i. & 2. eod. tit. at in alienatione generali feudum non continetur nisi nominatim exprimat. §. licet. in si. si de feud. defunct. content.

10 sit in **domi.** ¶ Excipitur tamè si feudum emptum fuerit de bonis communibus vel vtriusque nomine domino sciète, vel pulso hoste armis paribus, & pari periculo: vt Castor & Pollux gemini cum Idam & Lynceum Messenios superarunt, & sponsas eorum rapuerunt, cum dirione, vt scribit Hyginus. nam & emi feudum in definitione persuasimus, sed modico pretio adeo vt beneficiū etiam appellatur. Scientiā autem domini quæ consensum expressum habet requiro nec sola patiētia sufficeret, vt in tributoria. l. i. §. scientiā. ff. de tributor. nam nec emisse ex bonis communibus sufficeret vel vtriusque nomine in d. cap. i. nisi simul inhabitaret, vt Obertus subdit: quia inuestitura post contractum secuta vel homagium vtriusque nomine præstitum fidelem dubij interpretationem præbebit. alioquin dominus non cogetur vassallos plures recipere, præter animi sui sententiam. d. cap. i. de fratrib. de nouo benefic. inuest. nec curabit à quo pecunia profecta sit. l. ex pecunia. C. de iure dot. non oberit quod dicitur ius accrescendi inueniri in donatione facta à principe duobus sociis, ita vt altero sine hærede mortuo alterum sequatur tota liberalitas. l. i. si liberal. imperial. socius sine her. d. cess. lib. x. C. quia ibi princeps ita alienauerat munificè, vt nihil sibi iuris in rem translatam seruariet, sed dominus in feudo ius proprietatis sibi excipit. d. §. fin. in quibus caus. feud. amitt. l. in ædibus. §. donari. ff. de donat. Est & ibi singulare vt in conuentione stricti iuris portio accrescat etiam in titulo lucratiuo contra quod traditur in l. si mihi & Tiro. ff. de verbor. obligat. & hoc propter donantis excellentiam. sic in rebus donatis à principe Pater donatarij non capit vsumfructum non magis quàm in castrensibus. l. cum multa. C. de bonis quæ liber.

11 ¶ Vnde autem dicere patrem in feudo nouo filij non percipere vsumfructum siue illud armis quæsiuerit vt d. cap. i. de benefic. frat. quia castrense est. l. i. C. de castrens. pecul. siue ex contractu cum domino inito & inuestitura: cum ea lege videatur datum, vt ex fructibus arma equique comparentur & famuli comites militia: perinde atque si exprimeretur ne pater vassalli vtatur, fruatur auth. excipitur. C. de bonis quæ lib. alioquin in inuidiam patris retardaretur erga filium liberalitas. accedit, quod feudum & feudi inuestitura ob bella obeunda inducuntur, vt hasta declarat cap. i. quid sit inuestit. cap. i. hic finit. lex, vbi patet feudum propter militiam acquiri, ergo castrense sapit. l. castrense. ff. de castrens. pecul. quare feudo antiquo idem iuris tribuo propter primordium inuestituræ arma redolentis.

12 ¶ Nimium obliquè iter facere videremur in hoc tractu suscepto fraternæ successionis, si filios fratrum ommitteremus, quos scimus cum patruis in stirpes succedere, id est, omnes quotquot sint patris sui portionem duntaxat capere, non patruis ex æquatam. §. si. de hereditatib. quæ ab intest. defert. sed cum ipsi consobrini seu patruales succedunt patruo, & in eodem gradu consistunt, Azoni visum est eos debere potius in capita quàm in stirpes succedere. cum prius idem Iustiniano visum fuisset, vt scilicet fratris filij tantum iuris habeant quantum pater eorum, si viueret quando cum patruis succedunt auo non aliter. §. huiusmodi. de hæredib. ab intest. col. 9 in auth. & in §. si autem. cum ergo si patruales concurrant patruelibus, in capita venient ad successionem aui communis. atqui in priore specie patruus præferabatur fratris suis filiis tanquam proximior vno gradu. §. si plures. de legit. agnator. success. non hodie, cum nepotes ex filio quoad successionem aui patrem suum referant omnino, & ita in stirpes succedant cum patruo atque sic correctum est in eo solo ius antiquum, nempe quando filij fratris obuij sunt patruis. Vnde magis hæreo suscepræ opinionis Azonis, vt si in eodè gradu inueniatur nihil sit immutatū, & in capita veniāt, sicut duo fratris vnus filij similiter succedunt cū vno fratris alterius filio, nempe vt hæreditas in triētes diuidatur, & quisque suū capiat cū sint in pari gradu, nec liceat illis iure patrio venire sed in capita. l. 2. §. hæreditas. de suis hæred. ff. si enim in stirpes vocarentur, diuisio in duos semisses extitisset

extitisset perspicuè. quod si hoc locū habet in fratrum defuncti filiis, qui patruo succedunt in eodem gradu diuersum non debet statui, quando auo succedere conantur, postquam in d. §. si autem priuilegium appellatur ius datum nepotibus, vt cum patruis succedant in stirpes, qui antea prorsus reiciebantur velut ab auo remotiores patruo aui filio. Alterū quoque priuilegium subiungitur eorundem nepotum, qui sunt in tertio gradu, vt præferantur patruis aui de cuius hæreditate controuertitur in pari tertio gradu constitutis. d. §. si autem vers. illud. non quod patrem suum referant, sed quia descendentiū linea. fauorabilior est perennem aui memoriam redditura. l. liberorum. §. si. de verb. signific. cæterum qui Azoni obstrepebant, nimirum tribuebant repræsentationi patris per filios faciendæ; nec videbant hanc defectam inueniri in d. §. si autem. vbi frater defuncti æqualiter cum ascendenti bus iure nouo successuris admittitur, non fratris filij tanquam re vera gradu longiore distiti, & ad ius commune redacti, ne priuilegio gaudeant nisi contra solos patruos occurrentes. est enim quidem finis facultatum liberis dararum, ne vltra profiliant. §. si. de success. cognator. & quod amplius procedat, extenuetur. sicut in arboribus, trunci in frondes, hæc rursus in ramusculos ita gracilesunt, vt vim nullā habeant. quod ed commemoro quia Alexander II. can. ad sedem. 35. q. 5. pontifice Rom. digna scribens, quorundam non improbat sententiam qui duos fratres velut truncos ponant, vnde ramusculi cæteri oriantur. non longe abierimus: nam nec nepotes eo iure censentur quo patres eorum, quamuis ad paternam redigantur conditionem, & sub omni conditione impunè instituuntur hæredes. l. sed & si. §. i. ff. de hæredib. instit. denique fructus hæreditatis imputat in quartam Trebellianicam. l. iubemus. §. si. C. ad Trebellian. & circa nuptias si quæque persona patris sui vel matris suæ vice fungeretur, nemo licitè posset vxorem in infinitum ducere ex cognatione, cum id fas sit post quartum gradum cap. pe. de consanguin. & affinitat. Quamobrem fratrum filij vtrinque in capita succedent. nec oberit §. si vero neque. de hæredib. ad intest. col. 9. vbi agnati vltra fratrum filios in capita succedunt: ergo videtur ipsosmet in stirpes vocari: quoniam ibi Iustinianus perpetua serie loquitur de fratrum filijs cum patruo successuris, de quibus sermo institutus fuerat, non cum patruelibus. quia tunc ibidem seruari voluit numerum personarum. sic intelligitur auth. post fratres. 2. C. de legit. hæredib. vt interpretes præcipui, & quasi huius factionis duces asserunt, cuius ego vix valuasinus dici mereor. sed placet cum illis pugnare veri studio, in feudis maximè in quibus si mos vel lex Logobatda desit, ad ius Rom. recurritur cap. i. de feudi cognit. nec de filiis fratrum æqualiter distantium quicquam expressius sancitur in cap. i. vers. his verò. de success. frat. nisi quod a iure Baldus nescio quid vidisse in somnis de hac re in titulis feudorum extraordinarijs. sed ego nolo Falsi crimen committere, admonente, inquam, Modestino, ne constitutionibus nullo autore falsis vtat. l. si. ff. ad leg. Cornel. de Falsi.

¶ Filij, quos lex & consuetudo ad successionem primo loco inuitat, circa feuda plerumque sunt deterioris conditionis quàm agnati. vt cum pater deliquit lacessens ipso facinore alium quàm dominum. quia tunc feudum declinat in agnatos si sit antiquum, nam nouum veniret ad dominum: cum nondum benè egerit radices in personam primi vassalli. quod si feloniam esset ex delicto contra dominum admisso manans, & filius vassalli facinorosi & agnati excluderentur, vt dominus vltionem offensionis haberet. §. denique. quæ fuit prima caus. benefic. amitt. at quocunque modo vassallus feudo priuaret ex crimine vel in dominum vel in exterum, filio suo & ceteris descendenti bus viam præcludit cap. i. vassall. feud. priuet vt accidit in crimine læsæ maiestatis. l. quisquis. §. i. C. ad legem Iul. maiest. sed hæc similitudo nullius momenti est: nam & si per feloniam tenuis quædam maiestas domini immuatur, tamen non eadem ratio stat in delicto aduersus extraneum patrato, quo tamen casu filius æquè arcetur à feudo. Ratio potior igitur erit: vt vassallus cohibeatur à quouis flagitio, in quod facillè prorumperet si sciret feudum nihilominus ad filios suos deuolutum iri, quibus omnia bona ex voto acquirunt. l. nihil. ff. de bon. libert. sicut eisdem lege nature debentur non agnatis. l. cum ratio. ff. de bon. damnator. merito consuetudo quæ in feudis præpollat antiquauit in Gallia constitutionem Iustiniani in auth. bona. C. de bon. damnat. filius & parentibus agnatisque gradatim bona condemnatorum ob facinus, non fisco, adiudicantis. præfertim cum sæpe vassallus vltro se feudo abdicet, vt filius inuestiatur cap. i. de vassall. decrepit. proinde castigatur filius ob patrem, sed in bonorum successionem, non in pœna corpori infligenda. l. crimen. ff. de pœn. sic è diuerso pater pro filio feudum amittit, sed ita demum si filij procacitatem cœrcere cunctetur à domino requisitus. §. in super. de prohib. alien. per Federic. nam & tunc pater plus peccat in dominum vt pote cuius indulgentia iuuenis audaciam accendit, sed si deduxerit in vindictam, mitiori domino vtetur

- 14 ne videatur ad supplicium obrulisse filium. l. milites. 2. §. si. ff. de re milit. † Rursum in alio filij causa in peiore loco sita est quā agnati, quoniam filius patris vassalli hereditatem repudiare nequit recto feudo imò agnatus cap. i. an agnatus vel filius possit retin. feud. si paternū feudum sit. nam in nouo nihil sperat agnatus, vt ibi dicitur, licet sit frater cap. i. de benef. frat. ratio est, quia ad filium venit feudum tanquam ad heredem, vt patet ex feudi definitione. §. si. in quibus caus. feud. amitt. cum supra patefactum sit, heredem ad filium traduci in feudis, etiā si legitimi mentio fuerit cap. i. de alien. feud. & quemadmodū pater filio suo prae ceteris studet, ita manes eius indignantur admodum ab eo hereditatem fastidiri cum iniuria herede carētis §. licet. quib. ex caus. manumitt. non lic. iniuria verò inuisior est eorū, quibus impēsius fauor, cauitque, dum viveret. l. 3. §. vtrum. ff. ad Syllani. Præterea non est immanis feudorū consuetudo adigendi filium vnā cum feudo hereditati se immiscere, cum ius civile subducto feudi cōmodo solam hereditatem inuito ei olim afficeret vt necessario heredi, nisi prætor abstinendi postea facultatem ei dedisset. §. tui. de hered. qualit. Sic propemodū consultatur filio, vt ex consensu agnatorum & domini non grauātē nec damnosē subscripturi separet ab hereditate feudū. d. cap. i. an agnat. vel fili. Quod si agnati inexorabiles sint, vt adigant filium ad additionē periculosam vel ad feudi amissionem, adeat securē vtique factio prius inuētario. §. hinc nobis. de heredib. & Falcid. col. i. in auth. vel poterit filius benignē pacisci cum creditoribus, vt cum agnouerit paternam successionem ea contēti impofterum sint. facile enim persuadebit, cum agnatis succedentibus nihil plus hereditate sint contecturi nisi fructus feudi residuos. d. cap. i. an agnat. † Tertio inuenitur filius qui & agnatus potissimus est. l. filius. ff. de suis hered. b. ceteris magē neglectus in §. Titius. si de feud. defunct. content. vbi si vassallus pater carens filius partem feudi extero, partem agnato suo iam possidenti cōcessit, si agnatus non consensit dum alterā partē exterus acciperet, eam recuperare potest etiā non resulo pretio per vassallum accepto: secus de filio cōcedentis alienātis que dicitur: nā hic pretiū reddet vel patre mortuo vel viuo. ratio affert potest, quia pater semper consiliu capere præsumitur pro filiis & eis benē cupere: vnde lex ei permittit aliquid duriusculū in liberos statuere, suspicata vix à patre statutum factum ē ita. l. nec in ea. §. si. ff. ad leg. Iul. de adulter. mox videt lex patrem feudum alienantem pretium saltem adseruare filio non autem agnatis reliquis. vnde fit, vt filius cui verisimiliter pretium saluum erit, idem reddere cogatur, non quilibet agnatus si non alienātū consenserit. Sanē ex noua cōstitutione Lo: hanc filius nihil posset redimere, vt potest cum proportione alienati feudi sit priuatio eius cap. i. de vassall. qui contra constituit. Loth. reg. benefic. alien. sed nec procederet alienatio ex consensu domini agnatis dissentientibus in feudo paterno cap. i. de alienat. pater. feud. & sic patet alienationem feudi esse culpam in contemptum domini. §. si. quæ fuit prima caus. benefic. amitt. sed non talem quæ filium vassalli reiciat vt feloniam de qua in d. cap. i. si vassall. feud. priuer.
- 15 † Quæstionis est mihi indubitata, sed non prætereūda, an emancipati filij ad feudum admittantur: quod verius est, cum ex testamento patris iudicium nullis liberis derogare queat cap. i. de success. feud. at ab intestato sublata est differētia patriæ potestatis & emancipationis. §. nullā. de hered. ab intest. col. 9. in auth. deinde vbi ratio posteritatis militat sicut in feudo. d. §. si in quib. caus. feud. amitt. eadem differentia despiciatissima inuenitur. l. i. de iis qui ante apert. tabul. C. tertio soli inspicuntur filij masculi heredes scilicet legitimi cap. i. de alien. feud. id est, ex legitimo matrimonio geniti, ne quis capret verba, & neget legitimum seu civile vinculum superesse emancipato extranei loco habito. §. accedit. in fi. C. de rei vxor. act. quia prætor nō est passus naturæ veritatem obscurari, qui est viua vox iuris civilis & præco eiusdem. §. emancipati. de heredit. quæ ab intest. l. nam &. de iustit. & iur. ff. maxime in honorificis titulis cuiusmodi feuda censentur. l. emancipatum. ff. de Senatorib. & in iure naturæ legibus plausibili ante prætorem. l. si quis. de liber. agnos. ff. non omitto feuda militiæ destinata non admodum spectare patriam potestatem, cum miles etsi non soluat sacris paternis. l. errat. de re milit. lib. xij. C. tamen patrisfamilias iure censetur in castrensibus. l. i. ff. ad Macedon. nec pœnitet asseruisse feudi filio concessi vsum fructum ad patrem non pertinere, licet eum in potestate habeat. Quod si quis obiiciat feudum non peruenire ad cognatos, sed ad solos agnatos cap. i. de success. frat. Emancipato autem iura agnationis non retineri. l. non facile. §. pe. ff. de gradib. non valde commouebor: tum quia vulgaribus agnatis potior est. §. admonendi. de heredit. quæ ab intest. tum quia de iis qui nascuntur cognati Obertus ibi loquitur, non de iis qui fieri videntur vt emancipatus mas & ex mare progenitus. l. legitimus. ff. vnde cognat. non enim dissimulat prætor eum re vera agnatum esse. l. i. §. fin. tabul. testamen. null. extab. vnde cum filius emancipatus hereditatis paternæ capax sit, erit & feudi: quia ab hereditate per filium

filium ægerimè ditellitur cap. i. an agnatus vel filii defunct. l. fratres. C. de inoffic. testam. licet in adoptiuo aliter sit volucris figmento iuris ciuili accitis. §. adoptiuus. si de feud. defunct. content. ita Papinianus in l. fideicommissum. ff. de conditionib. & demonstrat. nec si vassallus ex filia nepotem adoptasset in fraudem agnatorum & legis, vt in l. pe. §. omnia. C. de adopt. l. contra. ff. de legib. † Itaque cum illic probetur indiuisam esse causam feudi & hereditatis, sequitur filium à patre exheredatum à feudo procul repelli. eò magis quòd veteres animaduertentur causas exheredationis & priuationis feudi pariter incedere. §. prædictis. quæ fuit prima caus. benefic. vnde si quis aduersetur huic opinioni eò quòd ordinatio nulla testantis remouet à feudo filios. d. cap. i. de succ. feud. regeram ego, non testamento priuari exheredatum sed suo delicto efferato in patrem, quare qui bona mente exheredatur expers sceleris feudo potietur. l. xii. §. si quis nō. ff. de bonis libert. iuuat superiora, quòd domini & vassalli mutua necessitudo est ac perfimilis cap. i. qualit. domin. propriet. feud. priuer. at vassallus dominum iuuare debet in bona causa etiam contra filium proprium. §. si. hic finitur lex. quanto magis execrari debet vassalli filium iustis rationibus odiosum & cuiuslibet successori postpositum per patrem, etiam fisco. §. exheredatos. de heredib. & Falc. in auth. col. i. † Non plus dubitationis est in naturalibus tantum & spurij, ne succedant: cū feudum à principio comparatur vassallo & heredibus eius legitimis, id est, filijs cap. i. de alienat. feud. idque militiæ subeundæ gratia, vt toties diximus, & erit obuium sapientissimè: atqui leges quæ martios homines in venerem propensiores sensere, in militibus plus quàm in paganis eam detestantur. l. 2. C. de donati. inter vir. l. miles ita. §. mulier. ff. de milit. test. sed audiamus Obertum: naturales filij licet postea fiant legitimi, ad successionem feudi nec soli nec cum alijs admittuntur. §. naturales. de feud. defunct. content. ratio est, quia simul atque nati sunt à lege spernuntur, nisi fierent legitimi per subsequens matrimonium, quod retroagitur, & liberi seu soli seu cum alijs nati creduntur legitimi, & verisimiliter causam dedere veris nuptijs. l. cum quis. de natural. C. liber. legitimatio autem quæuis alia non potest præstare talem effectum in feudo semel defecto, sicut nec in clerico qui post modum religionem deseruit cap. i. de feud. fœmin. sed nec legitimatio ex matrimonio prosiliens, si ad morganaticam contrahatur certis pactioibus de quibus in cap. i. de filijs nat. ex matrim. & de eo fusius dicitur. nec distingo vtrum postea feudum acquisierit quàm fuerit legitimatus, an antea ex naturali iam euasisset in legitimum. nō quod dubitè, quin princeps valeat retrahere per rescripti sui funiculos vim legitimatorem, ad tempus præcedens natiuitatem naturalis filij. l. 2. ff. de natalib. restit. sed quod hoc genus beneficij à principe concedi oporteat cum consensu eorum quorum interest, vt aperte patet in l. si. ff. cod. ergo dominus feudi consentire debet ultro, & agnati quorum interest cap. i. an agnat. vel filius defunct. l. nec auus. C. de emancipati. l. nam ita. ff. de adopti. præterea cohibenda est via militibus. ne vaga libidine oblectati respuant nuptias vel illi nimium indulgeant quò agnatos arceant susceptis liberis ementitis. nec enim soboli sed parenti lex exardescit & frænum iniicit. l. si. C. de natur. liber. nisi, inquit Accursius in d. §. naturales nominatim in rescripto ad feudum obtinendum legitimentur, vt accidit Mutinæ. sed profectò expressio illa non potest abolere iniquitatem rescripti domino agnatisque nocituri. d. l. si. ff. de natalib. restit. licet pro milite. l. impuberi. ff. de administr. tutor. forte non vidit nec rescuit Accursius assensionem domini vel agnatorum, vel agnatos nullos obstitisse, nec reclamasse dominum, vel naturalem ingenio viribusque præstantem planè legitimis, facinus præclarum è republica gessisse, agnatosuè obstitisse imbelles & nihili viros. hæc omnia, meo iudicio, principem mouere possunt, vt naturalem feudo idoneum efficiat cui competitor ignauus resistit. l. generaliter. §. spurios. ff. de decurionib. magis namque elucescit virtus imbecillitate aduersariorum. inde est illud Sophoclis apud Stobæum: οὐδὲν ὄρθος τοῖς γνησίοις ἀδένει. ἀπαν τὸ γνηστὸν ἐν γνησίων ἐχει φύσιν. id est, nothus tantumdem valet quantum legitimus: omne quòd bonum est legitimam habet naturam, siue, inquam, arma siue iura quoque spectemus, vt in præcipuis Romani imperij fundatoribus, Aenea scilicet & Romulo rege. §. i. vt præpon. nomen imper. col. 3. in auth. quorum ille falsò Veneris, hic Martis filius, iactatur poetarum rescripto. ecquid vsquam sol vidit illustrius aut fortius Carolo Martello Caroli Magni auo, quem Pipinus non ille rex Francium Zachariæ Pontificis assensu factus, de quo in can. alius xv. q. vi. sed præfectus palatio ea Alpiade concubina sustulerat Papini posterioris regno inaugurati parentem inuidiosissimum.

Matri superius aut alius naturalis tanto minus succederet, siue legitimis extantibus, quia nobilitatem sapit feudum. §. pe. quis dicitur dux march. l. si qua. C. ad Officiam. siue deessent legitimi, quia pudor magis decet fœminam quàm virum, non sine rubore, naturali tã

um prole fratrum, vt notat. Accurf. in l. palam. §. quæ in. ff. de ritu nupti. sed hæc omnia ex voluntate dignitatēque personarum definiti tutius est. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebelli. & l. hæredib. §. si. eod. cum Romulus rex spurio fuerit, & Theseus Athenis, autore Plutarcho. Si verò quis dubitet de feudo nouo, spurio concedi possit, adeat iuriconsultum id definitum, ac spurio blandientem tanquam culpæ nescio in l. spurij. ff. de decurion. iuri namque sat legitimum est quod apparet arduum, etiam si ex incestu nascatur, vt ibi dicitur, in gratiam fortè Romuli, Quiriniuè, ex Rhea vestali progeniti.

CAP. VI.

De filio nato ante patris nobilitatē, de lege Salica, Morgana, de matrimonio & pactis circa illud, de legitima portione, de primogenitis, de successione ex pacto, de ingratis liberis.

NOTABILIA.

- | | |
|---|---|
| 1 Filius ducis vel regis natus ante patris dignitatem an post natus præferatur. | 8 De iure primogenituræ eximia pleraque. |
| 2 Salica lex qualis fuerit, à quo primum inducitur in Gallia. | 9 Nepotes defunctorum ex filio primogenito patronos suos excludunt. |
| 3 Morganatica legis caput & aquitas. | 10 Hæreditas recepta consuetudine liberis datur ex conuentione. |
| 4 Quid est quod dicitur à iure natura cum feris communi descendere matrimonium. | 11 Hæredis institutio irrevocabilis in pactis matrimonij facta, non absque ratione. |
| 5 Morgani pactum, vt liberi nascituri quantitate circa pecunia contenti abeant, legitima non obest. | 12 Si mulier in contractu matrimonij bona sua liberorum respectu donet, quatenus reuocet. |
| 6 An è feudis liberorum legitima detrahatur. | 13 Pactum inducens votum captanda mortis quando probetur, saltem in feudis. |
| 7 An liberi prioris matrimonij sequentes superent. | 14 Ingratitudo reuocat donationem ob causam matrimonij. |



† EHEMENTER agitata est disceptatio de filijs natis antequam pater opimum ducatus vel comitatus feudum adipisceretur, an admittantur cum reliquis. cum patri ex testamento nihil liceat statuere cap. i. de success. feud. ne pro sua quidem anima ecclesiæ largiri postremo illo iudicio, quando moriens cælum aduolare debet suis opibus factis gradu, non aliena iactura. §. donare. qualis. olim poterat feud. alien. vel ad hoc, ne in ecclesiam nunquam desitiram rem transferat cum domini incommodo. §. i. de alienat. feud. atqui quoad intestati successione, sentio. idem de regis filijs editis antequam pater rerum potiretur, de quibus nihil ausim dubitare, si ad regnum vocentur successione legitima. quia promiscuè regios appellauero filios etiam natos antea. eò quod lex naturæ consanguineos inuitet ad sceptrum vt ad reliquas hæreditates l. si. C. quor. bonor. vnde pater non tam videtur nouè ius regni acquisiuisse quàm seruasse, & detexisse antiquum & hamatum familiæ suæ serie vetusta sanguinis. vnde legitima successiones appellantur propriæ, quæ ita obueniunt. l. 3. §. de illò. ff. pro soci. quasi non fortunæ beneficio imputentur sed legis naturam æmulantis. Si verò fortuna patrem ad regnum prouexerit, vt Agathoclem Siciliae dominantem ex patre figulo, & è gregaria militia in tribunum electo, quoad potentioribus trucidatis insulæ vniuersæ imperaret, sicut Iustinus tradidit. tunc putem habere locum Bartoli sententiam liberos que ante dignitatem natos non succedere, nec regis videri filios in l. 2. §. in filijs. ff. de decur. quàm alibi sæpe commendat in filijs. decurionum, inquit Vlpianus, quæstio est vtrum is solus decurionis filius esse videatur, qui conceptus & natus est ex decurione, an verò & is qui antè natus est quàm pater decurio fieret. & quidem quantum pertinet ne fustibus castigetur, & ne in metallum detur, non nocet plebeio patre esse natum, si postea honor decurionis patri eorum accesserit. quo testimonio cur sibi placeat Bart. non video non magis quàm illo eiusdem iuriconsulti in l. moris. §. parentes. ff. de pœnis. vbi perspicuè prodest filio superueniēs patris decurionatus, magis iuuaret eum l. quicumque, de

de principibus agent. in rebus libro xii. C. vbi cum olim filij geniti à parente militante in schola agentium in rebus patris dignitati essent obnoxij, non tamen ij qui nascerentur patre iam ampliore potestate donato. quippè qui liberrimè iugum excuterent pristina paternæque functionis licito iure quaesita. leg. si cohortalis. de cohortalibus libro xii. C. idem statuit Iustinianus de filijs decurionum in leg. fin. de decurionibus libro x. ex his omnibus simul iunctis constat dignitatem obortam patri prodesse susceptis antè liberis, sed non per omnia: vnde ad successionem nihil commodè trahi queat. non enim sequitur, filium priuandum solio paterno quod ante huius fortunam solem aspexerit, quod filius decurionis antè editus propter patris altiore honorem curia obstringi non desinat: cum in hac necessitate curiali honor non contemendus versetur. leg. v. de vocati. muner. & cum honor quiuis publicus habeat secum necessitatem honorato imminentem. leg. munus. ff. de verbor. signification. sed lenitur onus muneris fertilitate decora, vt in læto & pingui aruo. ex quo aliud iuris obtinet in liberis eorum qui sponte fiunt decuriones. leg. fin. de ijs qui spont. publi. munera sube. libro x. C. vt centum & quinquaginta aduocatorum in summo pratorio filijs. leg. cum aduocatio. C. de aduoc. diuers. iudicum. erant enim priuilegia certa concessa singulis pratorijs. leg. ijsdem. leg. nemini eodem. nec illis obfuit præuenisse honorem patris natiuitate patri ac numini potius quàm sibi imputanda. sanè filio consequenter auferre regnum propterea quod prius nascatur quàm parens ditionem nactus fuerit, asperrimum est sicuti senatorium splendorem. leg. §. ff. de senatoribus. vbi senatoris filius dicitur is etiam qui antè natus est quàm pater senator legeretur. nec simile est id quod aiunt qualitatem adiunctam verbo secundum verbi tempus explicari. leg. in delictis. §. i. ff. de noxalibus. est que interesse inter militis testamentum & id quod à milite factum est. leg. Titius. ff. de milit. testam. quia ea quæ subinde immutantur nihil commune habere possunt cum coniunctione patris & filij immutabili. leg. ius autem. ff. de pactis. maximè cum non tantum lege dictante sed etiam penè natura eadem sint persona. leg. fin. C. de impuber. & alijs substitut. & demum cum regna & quicquid acquirit pater filijs suis acquisisse naturali voto præsumatur. leg. nihil interest. ff. de bon. liberr. quare in d. l. Titius subdit Marcellus, ex sola voluntate militis testamentum ante militiam factum roborari. voluntatem verò patris accipio eam quam habere licitè debet, vt filios susceptos secum nobiliter. vt ibi: non facias alijs quod tibi non vis. id est, quod nolle debes. leg. 4. ff. de legatis. 2. ecur non paria faciet cum filijs à quorum honore & dignitate ipse vicissim nobilitatur & mirifica lætitia perfunditur. §. generaliter. constitutio quæ de dignit. col. 6. in authent. imò potius vice versa filium pater demerere tenetur. leg. scripto. §. fin. ff. vnde liber. nec quicquam scelestius est quàm filio lugubrem esse lætitiā patris. legebit enim, si non fiat particeps. itaque imperator sanctissimè statuit, nefas esse inuidere filijs patronos honores. leg. si senator. de dignit. libro xii. C. vbi expressè de natis ante senatoriam dignitatem verba fecit, eosque clarissimos vocat, quos paulò ante priuatos vocauerat: quia tales antea existerant non dum senatore. nec video cur ibi tantopere æstuet Accursius cum mutato effectu soleat adhuc pristinum nomen residere. leg. insula in fin. de acquir. rerum domi. ff. & miles appellatur expleta militia atque nondum inchoata. l. in fraudem. §. testamentum. ff. de milit. testam. adiiciatur ex abundantia. l. si cognatis de rebus dub. præcipuè cum fauores prorogari tam expediat quàm odiosa iura restringi in tractu eiusmodi. leg. imperialis. §. his illud. C. de nupt. vbi tamen interpretes nobis in proposito non assentitur, eò quod scenicæ matris filia posteaquam mater ad meliorem frugem se receperit, eger principis tescripto protus tamen imperabili, ad eluendam maternæ labis maculam inspecta natali die. sed hoc non afficit filium eius qui rex factus est, vt pote quem priuata patris conditio nullo modo inquinauerat, & aptum inuenerat fortuna ad participandum decus patri accrescens: quia vt ait Horatius, fortuna non mutat genus. nec Tarquinio Prisco regi quinto Rom. obfuit pater Demarathus Corinthius mercator sponte exul, vt domesticam tyrannidem effugeret, de quo in leg. 2. §. 1. ff. de orig. iur. sed nobis aduersatur alter Demaratus patiter exul, Lacedæmonio regno exutus, & in Persidem profugus. is apud Herodotum lib. 7. vt iniret gratiam Xerxis regi Dario parenti successuri, Lacedæmone sic vsurparum memorauit, vt filij tantum post nati quàm pater regnare cæperit, reges fiant: quia de eare Xerxes contendebat cum fratre Artabazane, quem Darius priuatus ex Gobrys filia sus-

ceperat : ceterum potior Xerxes euasit, nec mirum, quoniam ex Atossa natus fuerat Cyri illius filia, quæ Persis libertatem pepererat, & penes quam potentia omnis erat. nec æquum fuit maternam ditionem ad fratrem, licet maiorem natu, ex alia vxore patri editum transcribi, alioquin si merè paterna esset acquisitio, filij à matre minus clara sublati alijs nobiliore progeneratis minimè postpouentur, nisi pacta in contractu matrimonij habita derogassent cap. 1. de filijs natis ex matrim. ad Morganaticam contract.

† Vbi legi Salicæ ascribitur tam dura pactio mitigata tamen latentibus æquitaris venis vt docebimus, vbi de Salica lege nonnulla attulerimus, quam copiosius in historijs explanamus. Salicam legem à salijs Francis, appellatam accepi quorum meminuit Ammianus Marcellinus libro xx. rerum gestarum & lib. etiam xvii. nempe à Salijs Martis sacerdotibus à saltu nomina ducta habentes, armæque, vt scribit Ouidius libro 3. Fastorum. circumfertur quoque Vlpiani fragmentum non ignobile aut alterius iuriconsulti vetustioris in titul. qui hæredes institui possint, louem Tarpeium, & Martem Gallicum, hæredem scribi permittens. proinde Pharamon rex, qui ducente deo Francorum ductauit exercitum ad occupandas Gallias, à victoria memor armis acquiri regna, legibus conseruari, ex iurisperitorum consilio legem tulit Salicam in varia capita diductam, postmodum auctam à posteris regibus, potissimum à Carolo Magno qui subactò Desiderio Longobardorum rege, vt iam docuimus, eam legem trans Alpes propagauit temporis iniuria occultatam. nisi quòd in libro 3. de legibus Longobardorum titul. de capitulis legis Salicæ, idem Carolus rex Franciæ & Longobardiæ can. in synodo lxxiii. distinct. in hunc modum loquitur. admonemus, vt capitula quæ præterito anno legi Salicæ omnium consensum addenda censuimus, iam non vltius capitula sed tantum leges dicantur, imo pro legibus Salicis teneantur.

† Et quia Morganus non vltimus inter scriuitorum seu libellorum magistros Pharamoni regi Franciæ primo aſſederat anno à Christo nato ccccxv. accidit, vt lex Salica Morganaticum caput noménque complecteretur in d. cap. 1. de filijs nat. ex matrim. ad Morgan. vbi quidam habens filium ex nobili coniuge, hac defuncta cum altera minus nobili consuetudinem habuit. moxque hortante conscientia eandem sibi despondit, lege dicta, vt nec ipsa nec filij eius plus habituri sint ex suis bonis quam certam pecuniæ quantitatem expressam illico in contractu matrimonij. quòd pactum adeo proficit ex lege Salica, vt filij ex tali copula progeniti licet legitimi in feudo non succedant vlllo modo, in reliquis bonis succedant, si tamen filius legitimus ex priore vxore non supererit. non sine acerbitate aliqua nec sine ratione Morgano doctissimo digna. quia sic eueniet, vt pater fiat procliuor ad ducendum legitimis nuptijs concubinam, vt fiant liberi legitimi, si intelligat prius editis ex vxore nobiliore minimum detractum iri, quos iustissimè peramat, velut splendida castaque matre natos nec non primogenitos. alioquin eueniet, vt in verito concubitu perseveret, si quis nimium strinxerit, vt in leg. imperialis. C. de nupt. præsertim cum lex concubinatum permiserit, si modo mulier obscuræ fortunæ fuerit. leg. 3. ff. de concubin. eò pertinet quòd Oberus refert de vxore posterius ducta sed minus nobili quam prior coniunx extitisset, quæ obijt: cum viua illa nefas esset pellicem ei inducere leg. fin. §. fin. ff. de diuort. sanè nec fas est iure diuino vlla cum muliere congregi præterquam coniugio. can. nemo. 32. quest. 4. sed non quiduis illicitum lex civilis vlciscitur. leg. 3. §. diuus tamen. ff. de sepulcr. sed quod inciuiliter factum extitit, reuocatu quoque inciuile putat. leg. fin. §. fin. ff. de eo quòd met. caus. viol. §. de illa. in quibus caus. feud. amittat. solennis itaque ritus nuptiarum sacra quadam vi abolet labem. non enim coniunctione tantum corporum versatur sed in diuinitate. l. 1. de rit. nuptiar. can. omne. 27. quest. 1. † Nam quòd ait iuriconsultus maris & fœminæ coniunctionem, quam matrimonium dicimus, à iure naturæ cum feris communi descendere. l. 1. §. penult. de iustit. & iur. non eò spectat, vt perfectio matrimonij iuri naturæ tribuatur sed descensus quidam & prouocatio. sicut maxima flumina ab exilibus fonticulis manant aucta subinde aquis confluentibus sic profecto cœlitus increfcit vulgaris corporum coniunctio, quæ sola homines gignit reipubl. §. 1. de nupt. col. 4. & feudis capiendis idoneos d. §. naturales. si de feud. definit. conten.

† Quòd verò asseritur morgánico iure inoleſcente olim factū, ne liberi quos matrimonij subsequens fecit legitimos nisi decem libras vel aliã summam de bonis perternis duntaxat haberent,

haberent, non eò pertinet vt supplementum legitimæ non accipiant ex l. omnimodo. C. de inoffic. test. quia festiuos sibi liberos locupletare pater liberè potest præ alijs ex alia vxore sublaris, citra tamen offensionem legitimæ portionis. §. illud. de nupt. col. 4. in authent. & quamuis lex vel consuetudo permittat coniugibus pacisci de successione liberorum, non tamen permittit derogare creditoribus paciscentium. l. debitorum. C. de pact. est autem filius creditor parentum in legitima. §. 1. de trient. & semiff. idque ratione naturali & ciuili. l. cum ratio. de bonis damnat. saltem confestum atque pater mortuus est. l. cum quæritur. C. de inoffic. test. ideoque postponitur alijs creditoribus parentis tanquam prioribus, vt qui cum eo viuo negotiati sunt. l. Papinia. §. quarta. ff. eodem vt amplius docui dial. 36. Ergo in d. cap. 1. de filijs nat. liberi secundarum nuptiarum legitimo subsidio potientur ex bonis paternis, vel ad hoc ne patri nobili dedecori sint, neue legitimatio vmbra tenus illis proſit, cum interim debitum legitimum auferat sicut nec dandæ libertati adijci pactio potest, quæ reuera eandem comminuat. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quar. rerum act. non adt.

† Et licet feudum ad huiusmodi liberos salica lege non perueniat, tamen non dubito quin ab eodem legitimam portionem deducant, vt se alant exemplo aliorum qui feudis inepti sunt. §. fin. episcop. vel abbat. feud. dar. maxime quia si matrimonio contrahendo pactio addatur, ne liberi nascituri patri ab intestato succedant, non efficiat, ne in feudo possint succedere, à cæteris bonis alienis. §. filij. si de feud. defunct. content. ergo facilius pacto parentum liberi excluduntur à reliquo patrimonio quam à feudo cuius forent capaces ratio subdi potest: quia cum pactio esset ne ab intestato succederent filij ià è diuerso ex testam. vocari potuissent. l. ex eo de testib. l. 3. §. penult. ff. pro soci. nec adiecit. eod. atqui in feudis testam. dispositio nihili est cap. 1. de success. feud. vnde ad feudū cõuentio nõ extēdeur, cum in d. §. filij ratione careat, ergo non potest satis arctari interpretatione aduersus consuetudinem. l. quod verò. ff. de legibus cum lex resistat. l. si fratres. §. idem. 2. ff. pro soci. ceterum refragatur. d. cap. 1. de filijs natis, vbi filij, quos ex secunda coniuge natos matrimonij sequēs legitimos fecit, impunè succedunt in alijs bonis quam in feudo non extantibus. prioribus liberis à feudo autem omnino arcentur miser. est autè ratio diuersitatis quoniam in d. §. filij si de feudo defunct. ex vnica vxore supererant liberi, quibus nihil ignobile poterat exprobari. secus in sanctione salica vbi ex humili concubina post defunctā vxorem illustrè edicti fuerant filij. planè feudo nihil est iucundius quam nobilitas. §. pe. quis dicatur dux march.

† Adhuc vrget vehementius quòd in d. tit. si de feud. defunct. cont. sit, Oberus notauit in §. mulier. de ea muliere quæ habēs feudū deceſsit superstitib. ex duplici matrim. liberis: obtinuit, inquit, filios prioris matrimonij tã in feudo quam in cæteris potiores esse. quòd repugnat iuri ciuili. d. §. illud de nupt. in auth. & superuacuum ostēdit pactū legis Salicæ, si absque illo thori prioris filij posteriorib. anteponuntur. denique repugnat quòd d. §. filij, feudū causa secernitur à bonis residuis. non omitto etiam inhumanū esse, priore matrimonio generatos sine delectu alijs præferre qui forè ingeniosiores existunt: & propter indolē, cum plus cœli obtineant, plus etiam soli promerentur. cumque sene iam parente in lucem venerint maiori ope indigent. & iam supra ex Herodoto ostendimus in regno Persico Xerxem præpositum Arrabazani fratri ex priore Datij patris communis vxore edito. vnde turba interpretum certatim vociferatur aduersus Oberti sententiam in d. §. mulier. & sine sine ipsi autorem obiurgant, vt sine causa. quia nimirum non intelligit ille prioris coniugij filios esse potiores quoad quantitatem bonorum, sed circa minutas quasdam accessiones in pari causa, inquit Paulus, possessor potior habetur. l. in pari. ff. de regul. iur. quia ex eo transfert onus probandi in aduersarium. §. pe. si de inuestitur. inter dom. non autem est potior in iure proprietatis, si reuera aduersarius fuerit dominus quia iustitia vult suū cuique restitui. l. officiū ff. de rei vindicat. tamen antiquiores & primogeniti liberi excellent, vt communia instrumenta eis potius credantur, vt feudi renouatio seu inuestitura quam patre mortuo filij à domino petere tenentur cap. 1. quo temp. mil. inuestit. petere deb. sapius ab antiquissimis quibusque postuletur. l. si. ff. de fide instrum. cum enim fratrum concordia in lubrico sit, eorum maxime qui non vtrisque parentibus agnoscuntur, expediuit limites inter eos præstitui & ordinē conseruari certa lege. l. cum oportet. C. de bonis quæ liber. nec enim sunt omnes instar Calliæ, qui Athenis magister militū creatus Theophilo fratri antiquior, vt Stobæus scripsit ratum honorē deferri maluit, què sequente anno cum laude adeptus est. † Sanè ius primogenituræ quondam plurimi factū fuisse constat: propterea Iacob illud aſtutē cõparasse.

à fratre Esau Genes. cap. 25. ac mox patris benedictionem meruisse & faustitatem nec in regno ac ducatu aliquid vsurpatur clarius. sed & in pactis matrimonij popularium plerumque adiungitur ut opima pars bonorum primogenitum sequatur. quo casu si filius primogeniti nepotem patri reliquerit, pueri patrum, id est, primogeniti frater, repellitur, ex quo emergunt tragiciæ in nepotes adolescentulos conspirationes: ut Clotarij, qui post res vij. Franci. imperavit in Clodomiri fratris duos filios. nam tertius vitam redemit latebris monasterii, te te Annoni. iure vero legislator ille Lacedæmonum Lycurgus commēdatur qui Polydectæ fratris natu. maioris filium sibi met præposuit, cum posset regnum indiptici præertim assentiente pueri Charilai matre, quæ dum rex moreretur vterum gerebat, ut Ptoarchos tradidit. nam patruus nec verbis nec sententia statuti vel pacti venit primogeniti appellatione, tum quia verè secundo fuit genitus, tum quia primogenito cuique deferatur successio, ut libero, ipse gignat, & æternitate aliqua anum designatum donet artificio propaganti. §. i. de nuptiis, col. 4. in auth. nec obest quod nepos non fuit auo primogenitus factus enim non sufficit quod patris præmortui locum subdit. l. posthumorum. ff. de in iust. rupt. testam. cap. 1. de success. frat. in feud. & cum hic nepos cum patre suo aui primogenito eadem pene persona fuerit. l. si. C. de impuber. & aliis subst. ius quod ab eo per manus accepit, numquam perdidit. nec obest quod nepos remotior videtur quàm patruus: quia nepoti latis est, quod illi proximus vel potius conglutinatus fuerit qui primogenitura excellebat: & cuius perionam per omnia representat, licet in vtero sit dum pater moritur. l. qui in vtero. ff. de stat. homi. & in publicis honoribus, velit, nolit, equitur paternam, cōditionem, ut vidimus. l. si. de decurion. lib. x. C. statim utique cum nascitur, ut Lycurgus sac-tissimè seruauit imitatu dignissimus.

10 † Quod verò conuetudo sibi tantum assumpserit autoritatis circa pacta matrimonij in feudi. propter feriem nobilitatis conseruandam. d. cap. 1. de filiis natis ex matrim. mirabiliter nullus, qui intellexerit licere iisdem pactis hæredem facere filium primogenitum in totum vel ex certa portione, aut alium è liberis. nec tantum inter nobiles personas sed & inter p. cberas, tamen si ius ciuile non admodum refragetur, nec mos antiqui communis matrimonio & testamento. ut enim mater familias propriè dicebatur ea vxor, quæ cōmp-tione in viri manum veniebat, ut Bœnius explicat lib. 2. Topicorum locum Ciceroni rhe-toris explanans à forma generis, ita testamentum fiebat frequenter per æs & libram simu-lata emptione §. 1. de testam. nec Imp. in l. hæredita. C. de pact. conuent. prohibent hæ-reditatem inter liberos pacto dari, sed inter extraneos successores scriptos, quibus testamē-tum est necessarium. durum certè est hoc liberis tribui, sed tamen indulgendum eò quod aliàs successio ad eos vltro deuolueretur. l. i. C. de iis qui sib. al. lib. non tamen negatur in d. l. hæreditas. quin possent parentes pœnitere, si qua pactione nepotes futuros destinarent hæredes, ut in l. si. sed nobilis. C. de pact. sapiebat enim veratilis testamenti naturam so-la morte firmendam.

11 † At conuetudo Gallica vltius progressa pactum, quo incontinenti à contractu ma-trimonij, vel sponsus vel sponsa, aut alter utrius lib. hæredes futuri designantur, immu-tabile fore patitur, nisi alio ù liberorū portionem legitimā præodat: tunc enim restringi-tur. l. si mater. C. de inoffi. donation. nam & donatio simplex eodem modo angustaretur.

Qui quidem mos pacta de hæreditate conuelli non sinens plenus æquitatis est, ne decipi-antur coniuges ex vtriusque parte. quippe qui plerumque ad matrimonium contrahendum prouocantur, ut liberis consulant tuto, non liberalitate volucris, non ignari quantæ fallaciæ instruantur ad illiciendo homines ad coniugium. l. pe. de iure dor. ff. quapropter veteres ex sola pollicitatione nedum ex pacto consensum duorum habente pro dote actionem de-dere. l. ad exactionem. C. de dor. promiss. quia ob tale pollicitationes vera sequi matrimo-nia cognouerant, sicut alibi incrimis pollicitatio obligat, quæ causam dedit emendo de cuius velocitate vel ætate multum promittebatur. l. ea quæ. ff. de contrah. empt. nec raro ducitur mulier locuples à nobiliviro, ut saltem maternæ diuitiæ ad ipsos perueniant.

12 † Cæterum illud per quàm iustam existimo, ut intra modum dotis suæ mulier retinere possit quæ bona sua donauit futuris ex priore matrimonio liberis, siquid ipsa viro super-uixerit. l. 2. ff. de pact. dotalib. l. quauis. C. de pact. conuent. facile namque profiliuit ad do-nandum liberis futuris ex eo matrimonio, quod indiuiduum existimauit, cum præter opi-nionem marito super res fuerit, iuuenis adhuc, & pudicitæ consultara secundis nuptiis. si enim propter agnoscendam sobolem donatio perfecta reuocatur. l. si vnquam. C. de reuoc. donat. cur non reuocabitur saltem intra dotis æquabilem quantitatem propter ipsiusmer donantis necessitatem? de qua si cogitasset non tam profusa liberalitate bona primis liberis imper-

impertiuisset: nec ita detraxisset sequentibus. nec debui n est in conuentionibus plurimū pollere animum contrahentium. l. si. C. quæ res pig. oblig. post. nec oberit quod aiunt pa-rentes plus se ipsis diligere sobolem. l. isti. ff. de eo quod met. caus. quia hæc hyperbole fa-cilè ex eo eluitur, quod mulier denuo nuptura, & sibi & soboli futuræ studet: quinimo iam susceptæ, ne in famæ discrimen veniat in viduitate ingrata permanens. hæc eadem in patre vigere liquet auth. pater. C. de donat. ante nupt.

† Quod si quis superiorem institutionem hæredis in pactis dotalibus à ratione alienam 13 putet, quod inducat votum captanda mortis, iam sciat & hoc licere cum eius consensu, de cuius successione agitur. d. l. si. de pact. C. quamuis hæredem præstinet, sed è liberis, non aliter. l. stipulatio hoc modo. ff. de verbor. oblig. quid enim est aliud hæredem face-re quàm dominum. §. si. de hæred. qualit. l. his verbis. ff. de hæred. instit. ar. liberi iam fe-re viuo patre dominium habent rerum, in quo eodem mortuo perseverant. l. in suis. ff. de liber. & posthum. nec dissentit l. pactum quod dotali. C. de pact. sed tantum ostendit pactum quo filia cohæres fratri dabatur in contractu matrimonij mutari potuisse à patre, & nullam produxisse obligationem ratam, si pater postea recantasset ut d. l. si. eod. ut in donatione inter coniuges. sed præstitit consuetudo ne patri liceat desciscere, & sic nobi-liorem generum sortiri, maximè in feudis, quæ non valde spernunt pacta votum mortis alienæ inducentia. §. moribus. si de feud. defunt. content. cap. si. de feudo dat. in viceni leg. commiss. redolent enim semper aliquid militare, ut & ibidem miles vassallus appel-latur propriè inde pacta hæreditaria clementius tolerantur. l. licet. C. de pact. † Nec 14 est quod fingamus impium fore filium, si præsentia à patre reuocari non posse quod se-mel donatum fuerit pactis dotalibus: quoniam imo idcirco reuocabitur, & frangeretur marmorea quævis donatio, & multo magis institutio, quod impietas ingrati filij emer-serit. l. si. C. de reuocand. donation. filio namque donatum fuit non truculentæ beluæ, qualem se mox præbuit. & eò procliuus extorquetur munificentia, quod plenior erga immerentem extiterit. l. 3. §. vtrum. ff. ad Syllan. sic nepotes luent pœnas criminis pater-ni, non corpore sed subtracta successione, præ cæteris agnatis cap. 1. si vassall. feud. pri-uet. cui defer. qua de re antea rationem perspicuam nos adduximus.

CAP. VII.

Salica lex Francis Romanisque communis num ad ducatum extendatur, de muliere armis idonea: & de descendantibus ex ea. atque de feudo dotali, vel propter nuptias dato. tum de pluribus hæredibus vassalli vel domini.

NOTABILIA.

- | | | | |
|---|--|----|---|
| 1 | <i>Salica lex Romanorum amula nulla regna præterquam Francorum mulieribus subduxit.</i> | 8 | <i>Vassallus confert pecuniam pro dotanda do-mini filia.</i> |
| 2 | <i>Eadem lex non pertinet ad ducatum seu comitatatum: & fratris vterini tantum mi-nimum respectum haberi.</i> | 9 | <i>Mulier an se dote ex feudo quo fruitur. & an vxori maritus imops aliquatenus suc-cedat.</i> |
| 3 | <i>Mulier armis assueta an feudis apta sit: nec contemni legibus quæ raro accidunt.</i> | 10 | <i>Donatione propter nuptias maritus in feudo vix facere potest.</i> |
| 4 | <i>Feudum nouum an foeminis concedatur, na-tura timidis, sed per procuratorem seruitu-ris: quid in feudo franco.</i> | 11 | <i>Mulier an nouum vassallum possit mari-tum facere.</i> |
| 5 | <i>Quid de feudo dato, ut si mas desit vadat ad foeminam: & denique quid si mas natus mox obierit.</i> | 12 | <i>Plures feudi successores an præstent domino seruitium: & an sit hoc diuiduum.</i> |
| 6 | <i>De filia ex mare genita: quod agnata qui-dem sit. tum masculi præstantia.</i> | 13 | <i>Iuramentum fidelitatis à pluribus hæredi-bus vassalli omnino præstatur: quid in feu-do regali.</i> |
| 7 | <i>An pater feudum in dotem iure det filia.</i> | 14 | <i>Quid de multis domini hæredibus, an sin-guli exigant seruitium.</i> |



† ALICÆ legis eximium fuit caput Pharamone rege promulgante, ne qua fœmina Francorum regina esse veller. quæ alibi non recipitur: non utique in Hispania, Anglia, Lusitania, vel Sicilia Hispanis nunc subdita propter Petrum Aragonium, cui Constantia Manfredi regis à Carolo Franco Diui Ludouici fratre superati & necati filia nupsisset. nec debuit contemni fœmina à Siculis Cerere antiquissima regina ac prima legumlatrice tumentibus. sed libuit Franco æmulari Rom. imperij regimenta, quibus nisi masculus nemo inaugurabatur: ita vt

Augusto Cæsari priuignus Tiberius successerit. sed hic coactus fuit Iuliani Aug. filiam vxorem habere, teste Suetonio. reliqui non idem obseruauerunt: nam cum principem armis & iudiciis præesse deceat, qualis fuit Romulus l. 2. de orig. iur. & Iustinianus. §. 1. de hæredib. & Falcid. col. 1. virilique aptior censetur masculus, maxime more Romano. licet fœminæ natura non inuideat animi iudicium. l. cum prætor. de iudici. ff. sicut nec mos Gallorum præcellētibus mulieribus, non modo reginæ iurisdictionem nactæ cap. dilecti. de recept. arbitr. nec reliqua feuda excepto regno lege salica subducto. quæ profuit Philippo vj. Valensio Carolū Philippi pulchri Regis fratrem sibi parentem ostētanti cōtra Edoiardum iij. Angliæ regem pulchri filia Isabella natum: cuius tamen frustra solatur manes Polydorus libro xix. Annalium, vbi, de more, genti de qua scribit assentatur, & legem salicam vnquam exordium aut vigorem habuisse diffiteretur?

† Sanè in Ducatu aut Comitatu filia filio postposita agnatos longè post se relinqueret ex voto communi parentum liberis studentium, vbi feudi institutio mares fœminasque participare permittit, cap. 1. de duob. fratr. à capite inuest. sic Alfonso D. Ludouici frater ducta Iana Comitissæ Raimundi nouissimi filia ditionem Tolosatam recepit. sic Robertus eiusdem Diui filius natus minimus Borboniorum, heroidem Beatricem coniugem sortitus. sic decreto senatus Parisiensis anno 1341. mense Septembri. Carolus Bloisius Comes Ducatum Britoniam obtinuit succedens Ioanni ratione Ianæ vxoris Guidone patre genitæ, Ioannis Ducis fratre, aduersus Io. Donfortium Comitem ac fratrem, sed vterinum, iunioremque, defuncti Ducis propinquitate & sexu potiore nixum, & consuetudine Britonica à Gillio historico adducta, mares extollente: tamen in proposito iunctura esset fœminea. §. similiter. de capit. qui curi. vendid. vbi mas ex fœmina præpollerit sexui deteriori sed obfuit visio imbecillum vinculum ab eadem matre tantum procedens & nuda cognatio. §. pen. de success. frat. l. fratres. C. de inoffic. test. vbi patet quàm non curent iura fratres vterinos, quibus aliquantulum resistitur ab aliquo competitore. nihil mirum itaque si Philippus Rex Franc. cui tantopere salica lex, mascula planè, succurreret senatui interim subscripserit & fœminæ successioni, atque Bloisium hilariter inuestiuerit. Nam vt constitit superius inermes fœminas aut in armis parum fortunatas feudis naturaliter censerit ineptas sed aptas allodiis optimis & liberioribus, pro quibus bella non adeuntur. §. inter. si de feud. defunct. content. sit inter dom. videamus quid sentiendum, si quando liqueret fœminam virili spiritu & marita indole præditam domino præferri cupere, aut agnatis domino potioribus contra filiam. d. §. inter. nec est otiosa disputatio, quia licet Theophrastus dicat contemni à legislatore ea quæ bis aut semel accidunt. l. quoniam. ff. de legib. tamen laudator legislator propter curiosam solerriam, si quid sanxerit, vt de hermaphrodito vtrū sit testis in testamento. l. repetundar. in ff. de testib. & de insula marina nouè eminentis. l. insula. de acq. rer. dom. sicut de Delo & Rhodo legitur, occupantis iure domini futura. ergo potius lex respicit frequentia. l. nam ad ea. de legib. quare non spernit ea quæ raritate & miraculo sui plus oblectamenti præ se ferunt. §. 1. vers. sextum. de consulib. col. 4. in auth. quinimo strenua mulier res est non infrequens, vt iam de Amazonibus Asiam latè domantibus visum est, aliàs nec quicquam laudaretur Hercules quod Hippolyte viæ balteum abstulisset. nec in celebri expeditione Alemanorum Duce Conrado III. Augusto in Hierosolyma quicquam fuit mirabilius cohorte mulierum, vel potius æquitaru muliebri viriliter armato vt tradit Nicetas lib. 7. de rebus gestis Manuelis Imper. Constantinopol. vbi victoriam insignem Christianorum describit. vt taceam Ianam Gallicam puellam Anglis exitialem, & ab eorum infestissimis gladiis regnū afferentem soluta obsidione Aureliani oppidi sub Carolo vii. Rege. sed non tacebo notatum à me locum Vlpiani sexum non discernentis à masculino fœmineum, cum quæritur de numero liberorum, qui bello assumpti patri profunt ad tutelæ excusationem. l. bello. ff. de excus. tutor. idcirco cum ibi in obsidione vel in acie puella interempra parentem iuuet, cum que instar viri si transfugerit ad hostes plectatur. l. xix. §. transfuga. ff. de captiu. cur non in feudo obtinendo ipsa sibi proderit victrix & valens? denique si iura virum effœminatam oderunt

oderunt. l. cum vir. C. ad leg. Iul. de adult. quare mulierem virili mente manūque claram nõ viri loco habebimus? Ex quo est illud Ennij:

Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres

Illeque virgo viri.

Nam Clœlia virgo Porfens regi Hetruriz inter obsides à Romanis data, noctu traiecto Tyberis fluuio eques ad suos rediit, mox hosti reddita & ab hoste denuo suis, statuam equestrem in foro meruit, vel in sacra via, vt mauult T. Liuius lib. 2. neque enim hosti tantum fidem fregerat, quod priuato militi licet & aufugere. l. nihil. ff. de captiu. sed Reip. etiã à qua obsidis titulo data extitisset. l. 5. de pact. ff. ideo reddi eam decuit regi virtutem muliebrem demiranti & remuneranti. quem imitari in feudis permitrendis conuenit: nec sexui adeò detrahere, vt insidiemur virtuti, cumque mulier pignus militare satis firmum in proposito visa fuerit Hetruscis ac Quiritibus, præiudicatum intelligitur à belli munis & præmiis iniustissimè illam arceri, licet obses à pugna absit. l. postliminium. §. si de captiu. vbi nihil interest cuiusmodi naturæ sit homo qui vsui fuerit militiæ, consilio, vel aliis modis. sic & mulier comprehenditur. l. hominis. de verbor. signific. eò magis quòd muliebri consilio, manu aliena, bella quædam satis auspicate gesta sunt. sic Theodora perfecit, vt in insigni seditione mora Constantinopoli Iustinianus fugæ iam accinctus propter Hypatium à furente populo Imperatorem designatum, fortiter restiterit: postquam audiuisset ab amante vxore, pulchrum esse vel in sepulchri elogio Imperatorem inscribi, teste Procopio lib. 1. de bello Persico. ex quo illa in arduis æquali honore cum viro donatur. §. i. iusurand. quòd præstat. in auth. col. 2. & de eadem virgine illustri pluscula impostum dicemus.

† Sciscitor nunc appositè, an feudum nouum sic institui possit, vt fœmina seruitium ipsa præstet, quod scimus in armis potissimum versari. nec ignoramus pacto licet contra feudi naturam standum esse cap. 1. de feud. fœm. cap. 1. de feud. non habent. propr. & magis est, vt feudum quidem sit fœmineum: nec mulier vel sequaces de posteritate tale iusurandum amplius præstare teneantur, sed per substitutum defungi possint obsequio, ne peritium frequens incidat propter exemplum paucarum bello vtilium. §. quia verò in auth. vt sine prohib. matres. col. 7. imputetur domino stipulanti aliquid incongruens & contra sexus naturam. l. si stipulata. ff. de donati. inter vir. eò magis quòd iuxta philosophos mulieres frigide naturæ timidiores sunt, & ideo repente audaciores præstare nequeunt tandem id quo leuiter iuratae sponderunt, sic excusantur cap. 1. quo tempore miles inuestit. per. ideo dabunt militem procuratorem suffectum ad obeunda pericula. §. similiter. de lege Conrad. multò magis à militia immunis erit mulier in feudo Franco, id est, seruitij experite. §. si. per quos fiat inuestit. de quo nihil amplius adferam, cum in feudo definiendo disquisitum sit: nec putem feudum sine aliquo homagio in vlla persona subsistere.

† Transgrediamur igitur ad feudum quod ego libenter dixero androgynon seminatis naturæ. cum sic datur, vt deficientibus masculis migret ad fœminas simili obsequio & amissione obstringendas. §. pen. si de feud. defunct. content. sit inter domi. & indagemus an si filius, qui sororem impedit suam (præfertur namque masculus) interdicat rursus in fœminæ personam reuirescat. de qua re sic Obertus. §. si. episcop. vel abbat. si quis eo tenore feudum acceperit, vt eius descendentes masculi & fœminæ illud habere possint, relicto masculino vltèrius fœminæ non admittuntur. Vbi Accursus secus putat, si masculus à morte patris subito decesserit ob. l. posthumus. ff. de iniust. testam. vbi nihil prorsus de eo qui mortuo patre sed viuo. quare perinde habetur atque si nunquam extitisset: non si postea breui obierit, vt probò ex l. Lucius. ff. de iure fisc. quamquam aliis rationibus: illiciar in Accursij sententiam & crebra interpretum turba explosam: & primò quia non pareat locus fœminæ in feudi successione donec masculus superest. ca. 1. de eo qui sibi vel hæredib. suis masculo quo loco idem interpret quoque fretus est, animaduertens, opinor, particulam, donec, tractum habere temporis quo masculus potius fuit feudo, mox fœmina filia post mortem patris excluso patruo & aliis agnatis. Ratio additur secundo ex cap. 1. de duob. fratrib. à cap. inuest. vbi in eadè specie frater vassalli repellitur: quia vnusquisque hæredibus ex recta linea descendentes censetur consuluisse, si modo feudum fuerit semel semifœmineum. Nec denique frater debuit esse instrumentum sororis eiciendæ, vt faueat patruo aduersus parentis verisimile votum & iuris splendidam rationem, quæ sororem inter agnatos dinumerat perspicuè in §. ceterum. de legit. agnat. success. si quis perspicax, imò etiam Luscus, Iustinianum ibi perlegerit. Præterea videre licet substitutum hæredem à matre infantis superari, si tamen ipsa morte vel etiam repudiatione subtrahatur sit, substitutionem instaurari. l. si. C. de instituti. & substit. nempè agnatis postpositis, quòd si quis dicat filium semel interuenisse sufficere; vt

in perpetuum excludantur fœminæ. d. §. si. episcop. vel abbat. fatebor vti que si posteri ex filio linea recta superfuerint, non vt domino vel alij locus fiat. d. cap. 1. de duob. fratr. à capit. nec me mouerit. l. filiusfamil. §. cum quis. de lega. 1. vbi cum relictum est Titio si Seius hæres vel legatarius sine liberis decesserit, fat est ad expellendum Titium, si liberi Seio superstites sint, etiam exheredati: nam iuuat hoc opinionem nostram, vt postquam quoquo modo masculus è medio recesserit, fœminæ de quibus expressim actum fuerat in feudi exordiis vocentur ante dominum. vel agnatum. §. filia de success. feud. quia concepta fuerat conditio, si liberi defecissent: at in d. §. cum quis. non si defecissent liberi accersebatur fideicommissarius, sed si prior rogatus restituere liberos non substulisset: quos quidem post se habuit & reliquit. & facta pro infectis non habentur vtrouique, vt in auth. se & si quis. C. de secund. nupt. excusandos tamen existimo veteres iurisperiti, qui se consulentibus aliter respondisse gloriatur: non enim in mea scripta incidere, digni equidem meliore iudicio.

6 † Spero fore vt superiora iter stratum æquiratis silice præbeant ad id quod solet ambigi, cum feudum constituitur vt perueniat ad descendentes ex masculino, an ad filij filiam pertinere possit. cum enim exploratum sit eam agnatam esse patri licet sexus alterius. d. §. ceterum. de legit. agnat. success. feudi capax censetur, quod agnatione tantum delectatur, quantum à nuda & omnino fœminea cognatione abhorret cap. 1. de success. fratr. non distensere antiqui propter eiusdem Augusti auctoritatem in §. item vetustas. de hereditatib. quæ ab intest. deferunt. vbi pater quanti fecerit vetustas neptem ex filio incepturam quidè nouam familiam, si nupserit. l. familia. de verbor. significat. sed interim iunctam patri & per patrem auo masculino, secus atque nepos ex filia. l. lege. §. huiusmodi. C. de legit. heredib. hic enim cognatus est illa verò agnata. & amplius ausim asseuerare masculum ex tali nepte ortum completi feudum ita datum, vt perueniat ad posteros masculi filij: quia cum senectus neptis admissa fuerit, præteruerecundum duco prolem ex ea respuere, cum macula sit quauis ex fœmina cap. 1. de eo qui sibi vel heredib. vt non modo ex masculino matre interiecta descenderit sed etiam præualuerit sexu. inde Thales gratias deo agebat, quod homo nõ brutum, quod vir non mulier genitus fuisset, tertio quod Græcus. Hoc quidam tribuunt Soerati teste Laërtio sic masculus ex fœmina succedit mediata, vt aiunt, hoc est, ne deterioris conditionis sit: quemadmodum auus excludit matrem quando pater occurrit in medio. l. æquisi. §. fin. ff. ad Tertyll. ne auus patre inferior. inueniatur. & hoc vltra iuris ciuilibus argutias mera dicitur iustitia cap. 1. an marit. succed. vxori in benefic.

7 † Hæc de fœminis dixerimus, quas indotatas relinquere acerbum esset & parum è republica. l. 1. ff. solut. matr. sequitur itaque inquirendum an doti feudum dicere liceat. & aiunt in patris persona non licere. §. donare. qualiter olim poter. feud. alien. quod quidam referunt ad feudum æstimatum dotis causa, & sic alienatum & viro addictum l. quoties. C. de iure dot. at qui feudum alienatio illic odiosa describitur ab Oberto, & sapè alibi, sed hæc ratio fragilis admodum est: nam nihil magis prohibetur mulier vendicare dotem æstimatam l. in rebus. C. eodem quia non simplex est alienatio sed dotis causa, in qua modo vir modo vxor, aliter atque aliter creditur dominari. d. l. in rebus. vel neuter potius. §. 1. quib. alienar. licet. in Institut. accedit quod gener filij loco est, & socer, patris. l. quia. ff. solut. matr. quare tolerabilis esset alienatio in filium & quidem sexu præualentem ipsimet naturali filia vassalli soceri. Ratio ergo potior sit quare in dotem non detur feudum à patre: quia dos vera est proprium filia patrimonium l. in eum. ff. de religiof. & ei cedit pro legitima portione in bonis parentis debita. l. quoniam. 1. C. de inoffic. testam. planè cum de feudo queritur fœminam reiicimus naturaliter. §. filia. de success. feud. non ergo fas sit fœmineum illud effundere vassallo nisi dominus nouè consenserit, vel potius agnati, quia de feudo antiquo tractatur. §. pen. qualiter olim poter. feud. alien. Quid ergo, remanebit ne sine dote filia, quæ nec vulgò opifex esse solet, nec ali poreft aliunde, nec denique potest innupta sine pudicitia periculo manere. ex qua vna ratione fit, vt res alienari alioquin vetita impunè distrahantur ex parentum voto. l. mulier. §. penu. ff. ad Trebell. nisi. vt ibidem innuit Vlpianus, tanti fructus ex feudo legerentur, vt respondeant doti pro nobilitate coniugum constituenda, quædo scilicet nihil habet amplius pater in fortunis suis quàm feudum, & necessitate urgente ex eo filiam dotare adigitur cessante fraude. l. qui liberos. ff. de rit. nuptiar. l. quæro. de iure dot.

8 † Addo id quod volunt omnes optimæ notæ doctores, vassallum teneri inueterata consuetudine pro doranda domini filia pecuniam aliquam contribuere: quod officium in elocanda clientis filia vicissim seruatum Romæ Dionysius Halicarnasseus tradit lib. 2. etiam tunc cum sine prædio necessitudo talis vinciretur. nec dubium est vassalli & domini partem pietatem iure iniungi cap. 1. qualiter domin. propriet. feud. priuet. quocirca dominus improbè

probè reclamet vassallo filiam doranti mediocriter sine versutia, vt explicui. multominus agnati detegentes sœuitiam, si puellam egere curent sanguine coniunctam, quàm humanè magis de suo dotare debuerant l. cum plures. §. si. ff. de admin. tutor. proinde quod dictum est in d. §. donare. feudum in dotem donari non potuisse, intelligitur, si alia facultates superant: vel si feudo solo vassallus foueatur, non dabit in dotem, puta, prorsus, sed tamè pro portione legitime liberis debita. vt cum socius non definit esse dominus rei communicatæ. l. si tibi areæ. ff. de præscr. verb. id est, in totum sed pro parte tantummodo. l. 1. pro soci. similiter in l. 1. §. cum dos. de collat. dot. ff. multum pro dote puellæ pugnabit quamuis aliàs inhabilis si feudum luculentum sit, cuius fragmento legitima commodè corradì queat. §. fin. episcop. vel abbat. vel dos fungens vice legitime & alimonie. sed prudentes cognati curabant de suo patrimonio dotem pendere, si nolint quicquam de feudo decedere. nec obest quod ceteris creditoribus agnatus non tenetur nisi de fructibus. ca. 1. an agnat. vel filius defuncti. quia præterquam quod mulier creditrix omnino futura est à tempore mortis paterne, suadet pietas ratioque naturalis, ne esuriat cum alij successione paterna locupletentur: neue periclitetur de pudicitia. propterea fit vt dos viuo parente ipsi præsteretur, quamuis secus in legitima. præterea in d. cap. 1. Obertus loquitur de agnatis tunc succedentibus, cum vltra feudum hereditaria bona supererant, ex quibus dos dici potuisset apertissimè, & hæc de dotanda per patrem filia sufficient. † Cum autem se ipsam elocat, & marito dat dotem, nihil vendat feudum dotale fieri cap. 1. de eo qui sibi vel heredib. ratio paratissima est: quoniam feudum deficientibus masculis ex pacto factum fuerat fœmineum: nec quicquam prohibet quominus mulier quicquid habet doti destinet. l. nulla. C. de iure dot. in super feudi fœminei natura ad filios ex eo matrimonio leniter illabetur cap. 1. an marit. succedet vxori in benefici. & his non extantibus ad filias: maritus verò non succedet vxori, vt ibi dicitur, nisi consensu domini inuestiatur ipsemet maritus, vt etiam probatur cap. 1. de inuestitur. quam Titius accep. vbi quoque feudum doti applicatur sed fœmineum: non ita si rectæ naturæ censeretur cap. 1. de inuestitur. in marit. fact. Sed quid foret iuris, si consuetudo iubeat maritum superstitem lucrari dotem, veluti Tolosæ seruatur? aut si idem pactione rata cautum fuerit vt in l. si pater. ff. de pact. dotalib. licet desit ex connubio soboles, num ita iniussu domini mulier feudum alienabit in maritum, cum iure aliàs prohibeatur alienatio. d. §. donare. qualiter. olim poterat feud. alien. nam & iure vir coniugi succedit ab intestato cognatione deficiente. l. 1. C. vnde vir & vx. non ramen in feudo, sicuti diximus. quare patet ei parum faueri in re verita, id est, in alienatione, cum in permissa, id est, in successione tantopere ipsi derogetur. nec prodesset ordinatio alia ex testamento cap. 1. de success. feud.

Sanè si maritus esset pauper superstes vxori locupleti, quæ nihil aliud haberet in bonis præter feudum eximium, quartam lege miserante concessam illi darem auth. præterea. C. vnde vir & vx. sed in fructibus feudi, si sufficerent primùm, deinde supplerem pecunia, cum rem indiuisam manere expediat, quoad eius fieri potest. §. eadem. de offic. iudic. vt in ducatu & marchionatu. §. præterea. 2. de prohib. feud. alien. per Federic. vel si consensum sit, vt vim hæredum feudum in solidum seruetur. §. omnes. si de feud. conten. sit inter domin. & agnat. & licet Obertus de solis loquatur fructibus in d. c. 1. an agnat. vel filius defuncti. tamen si nihil vltra prædium feudale restet, pecunia supplebitur portio: ne indecorum sit nobilissimæ & ditissimæ mulieri indignum maritum superesse, & à benè tractati matrimonij fide alienari. c. 1. de natis feu. quo loci ratio hæc adducitur. idem in viro præmoriante statuitur. §. quia verò in auth. vt liceat matr. & auia col. 9. sapissimè enim clarissimi viri obscuriores mulieres iustis nuptiis sibi sociant vt Assuerus rex puellam Esther præpedisequis omnibus Vasthi reginæ merito repudiata speciosam & indole amabili præditam libr. Esther c. 2. & M. Cato Cenfor Salonij vassalli sui filiam amissa priore vxore duxit.

† Consequenter dubitatur, an maritus possit constituere donationem propter nuptias in feudo: quod omnes sentiunt, vt Curtius refert, propter æqualitatem dotis & donationis propter nuptias auth. æqualitas. de pact. conuent. C. sed profectò inde manifesta refilit inæqualitas mihi displicens supra modum, quia fateor equidem iure, cui consuetudine aduersari Accursius docet, inter coniuges dotis & donationis æquam Lancem adhiberi in mutuis constitutionibus quoad quantitatem & acquisitionem: quid tum? nam iam vel per uicacibus persuasi, nihil feudi pro dote inconsulto domino alienari in virum, sed tantum dari eidem desultorio domini genere morte vxoris auellendo, si non supersint liberi ad quos feudum perueniet fœmineum. ergo in d. c. 1. de inuestitur. quæ Titius accep. feudum sic transfuit ad maritum, vt fructus in dotis onera traduceret. l. pro oneribus. C. de iure dot. nusquam è diuerso legere queas fructus donationis ante nuptias ad vxorem pertinere. quia nec subit onera matrimonij, sed ipsa potius inter onera numerari solet. Hinc Antiphanes apud Stobæum.

ὅτι καὶ ἐν τῷ βασιλευσίνων τῶν φερτίων
ὁ νόμος γινώσκῃς ποιεῖται πολλὴν φερομένην

11 Id est, nullum est onus grauius verè quàm vxor ferens dotem multam. † Quamobrem licet mulier feudum in quo succedere nequit, quia bella plurimum nescit, vt iam diximus, fundare valeat. §. fœminam. per quos fiat inuestit. non continuò in dotem sic feudum inuestit, vt maritum nouum vassallum habeat, cui vt subdit & pareat omni iure morèque comparatum est? & inferiori domino seruire, in feudis maximè, præposterum est. 3. eadem. de lege Conradi.

Inferior matrona suo fit, Priscæ, marito:

Non aliter sicut fœmina virque pares.

12 Vt dixit Martialis. nec valet conuentio inter coniuges contra reuerentiam bonis moribus receptam. l. alia. §. si. ff. solut. matrim. idè velabantur olim in nuptiis fœminæ, vt se subditas viris verecundæque agnoscerent. can. fœminæ 3. o. q. 5. sed posse mulier viro sic feudum dare. ne indigna sexui ordinique seruitia præberet, vt in feudo quòd Francum appellant. §. fin. per quos fiat inuestit. vt l. 3. §. si. ff. de decuri. † Postquàm de successione actum est, disquirere decet de pluribus successoribus, quales plerunque ab intestato accidunt ca. 1. de success. feud. an omnes domino sacramentum fidelitatis præstare teneantur, nisi velint feudo carere ex cap. 1. quo tempor. miles inuestit. per. & obtinuit, vt omnes iurent, maximè si indiuisum feudum manserit. §. omnes. si de feud. defunct. content. nisi, vt ibidem habetur, feudum penes vnum residet: alioquin feudo diuiso magna iniuria afficeretur dominus, nisi à singulis exigeret homagium. quia eorum portiones efficiantur liberæ præterquam vnus. accedit, quòd hic solus eneruatis sectione feudi viribus satis incommodè onera Martia subire posset. §. 1. de prohib. alien. feud. per Lothar. l. 2. de omni agr. desert. lib. xj. C. quocirca licet feudum diuidatur, tamen seruitium stat indiuiduum quia in facto consistit. l. stipulationes non. ff. de verbor. oblig. ita singuli hæredes in solidum, obligantur, sed vno perfectè exhibente tale obsequium quale defunctus exhibere cõsueuerat, satisfactum est, reliquæque eximit, & actionem contra ipsos habet pro impendiis cõmunib. l. hæredes. §. in illa. ff. famil. hercisc. nec oberit l. Seio. ff. de annuis legat. vbi iussus præstare tribus operæ & fenos aureos accipere, duobus ex æptis potest tertio eã præstare duob. aureis acceptis: quia labor & pecunia recipiant diuisionè. Respondeo ibi tractari de vno qui pluribus hæredibus operari tenetur, vt præmiũ capiat: nos de pluribus vni obnoxii loquimur, ne scilicet pœnã incurrant. & hoc pluriũ factum protus est indiuiduum, hoc est, nisi consummatum nulli proficit. l. si is qui ecce. §. quædam. ff. ad leg. Falc. præterea diuisio pecuniam respiciens perfecta est, sed si factum respiciat, potius est quædã restrictio, quia min⁹ operabitur Seius pro vnico hærede quàm pro tribus. sic dicitur diuidi aquæ seruitus, id est, restringi l. aquam. quemadmod. seruit. amitt. & dicitur seruitus esse pars, id est, totum discretum. §. è contrario. de inuestit. de re alien. facta in summam aut partes consentiunt quibusnam hæredum pro omnibus præsto sit domino ad obsequia, & tunc bene est: si minus, iudex eligit vnum pro reliquis, ne singulos interpellare dominus cogatur, vt sibi auxilietur iuxta §. licet. si de feud. defunct. & ne onerosum sit ei pluri quàm profuturum, si à singulis hæredibus exigat, qui deinceps alios atque alios hæredes habere possunt. l. 3. §. 1. ff. de alim. leg. l. quòd si nolit. §. si plures. ff. de ædil. edict. dilucidius hoc describitur in capit. quanto. de censib. ab Innocentio III. Pontifice. † In Iuramento autem fidelitatis aliud statuo: quia rarò præstatur, & circa exordia videlicet inuestituræ. idè què hæredes omnes iurabunt domino, sicut asserui: vel vnus iurabit in animam constituentium cap. nomina. de pace constant. aut domino consentiente iurabit pro cohærede affectione socia. l. videamus. §. curatores. ff. de in lit. iurand. In feudo consuetudine in diuiso nihil erit dubij, vt olim in ducatu & similibus. §. præterea. 2. de prohib. feud. alien. per Federic. quia solus seruit potiori, qui solus dominaturus est reliquis, & quocunq. modo ad vnum hæredum feuda peruenient solida. d. §. omnes. si de feud. defunct. contentio sit.

14 † E diuerso quando plures sunt hæredes vnus domini, vassallus non tenetur singulis seruire. An autem iuramentum fidelitatis præstare debeat, & admonere reuerenter, vt vnus eligatur successorum cui seruiatur, in d. §. præterea queri solet: cæterum purem iuramento non offendi vassallum: quia nec vitæ nec impendij periculum subit vt in seruitio. tunc enim tantummodo læditur cum plures dominos vix vnquam concordēs accipit, vt innuitur ibi à Federico August. propter procliuem hominum ad dissentendum facilitatem. l. item si. §. fin. ff. de recept. arbitr. est enim omnis potestas impatiens consortis: & quicquid delirant reges aut duces in caput subditorum traditur. l. fin. ff. de rer.

de rer. diuis. vbi vix paucis diebus duos fratres reges Roma perculit. verum iuramentum fidelitatis pluribus non nocet: quia semel tantum ab initio & leui opera illico perficitur, vt in satisfatione. l. xij. ff. qui satisf. cog. alius priscorum addit rationem hanc, quod vassalli interest pluribus dominis iurare. quod, inquit, à pluribus defendetur: sed sine ratione, quia ab eo tantum defendendus veniet, in quem tandem confluerit proprietates feudi, vel ius imperandi vassallo vt suppetias ferat. nec enim defendetur hic ab eo domino, cui non vicissim opitulabitur: cum mutuum sit vtriusque auxilium cap. 1. qualiter dominus propriet. feud. priuet. atqui vni tantum obsequi tenetur, vt liquet in d. §. præterea. de prohib. alienat. per Federic. conueniant igitur hæredes effecti domini, cui potissimum pareatur ne se inuicem impediãt. l. huiusmodi. §. si. de legat. 1. sicuti de pluribus hæredibus vassalli existimandum est.

CAPVT VIII.

De temporis præscriptione in feudis. quòdque feudum armis acquiratur & incipiatur. de fructibus & eorum diuisione. & de incrementis prædio feudali obuenientibus.

NOTABILIA.

- 1 Temporis cursu feuda acquiri, & fieri loco tituli lucratiui sufficientis.
- 2 Quare feudum camera seu cauena paucis pensationibus probetur.
- 3 Allegans contractum pignoris in feudo an transferat onus probandi in aduersariũ, qui diu possedit.
- 4 Insurandum vassalli feudum asserentis an sit loco longi temporis. & cum lex ait nullam esse præscriptionem non excludi longæviam.
- 5 Domino similiter prodesse usum xxx. annorum: & an scientia eius contra quem præscribitur, desideretur.
- 6 Intra quantum temporis vassallus petat inuestituram vel eius renouationem.
- 7 Negligentia militũ durius vindicatur quàm priuatorum. & de facilitate curiæ Mediolanensi: circa illorum moram.
- 8 Etas, absentia, mors, vassalli dant excusationem eidem vel hæredibus.
- 9 Inimicitia domini gliscens vassallum excusant: item eiusdem subsequens lenitas.
- 10 Consuetudine Tolosatium cessationem vassallo non nocere, vt in censuali contractu.
- 11 Armis feudum inchoari. & vassalli mali feudum alij rectè concedi.
- 12 Vetustatem dominari ditionum finibus. & contra potentiores in feudis pleraque iure tolerari.
- 13 Fructus feudi ad quem spectent vassallo mortuo, habito delectu temporis quo is moriatur.
- 14 Necessitudo feudalis sanctior quàm cognationis, & ferè quàm coniugij.
- 15 Quare diuisio fructuum Martio mense item Septembri animaduertatur.
- 16 Mortuo Episcopo ad quem prædiorum fructus & alij redditus pertineant.
- 17 Incrementa feudorum vtrum dominum vel vassallum hæredemue sequantur.
- 18 Edificium positum à vassallo mox defuncto cuius sit, si filios non reliquerit: quid de agro adiecto: quid etiam de seruitute.
- 19 An imponat feudo seruitutem vassallus.
- 20 Seruitus malè imposita migrat in ius quoddam personale.

NON sine causa Pindarus appellauit tempus omnium rerum patrem: nihil enim non generauit noui, nihil antiqui non occuluit, vt & natura temporis curriculos sursum versum nouas formas inducens, & nouæ legis ope indigens. §. sed quia. quæ fuit prima caus. benefic. amitt. certè post inuestituram & successionem accedit tertio tempus, & se feudi iactat opificio: si fortè triginta annis aliquis prædium velut feudale possederit, & domino seruiet, se tempore tueri potest, licet inuestitus non fuerit. §. si quis per. si de feudo defunct. content. sit inter domin. & agnat. vnde tẽpus à lege præstitutum est loco inuestituræ, & loco tituli iusti per quem plurimum soleant feuda institui, id est, spe seruitij futuri, & amore honorèque domini cap. 1. de feud. dato in vicem legis commiss. & sic quadã liberalitate digna nobilibus viris. aut verius dixerò titulum re ipsa interuenire, nempe lucratiuum donationis præsumptè, inquam, pro-

pter patientiam domini: quiquidem titulus mirificè iuuat præscriptionem. l. pe. C. de præscript. long. tempor. quamuis lucriatiuus merè sit, vt ibi probatur & in l. si ego. §. i. ff. de publici. quãtò magis in feudo, vbi domini munificentia non est sine remuneratione hominij. Accedit quod in d. l. pe. tantum. x. anni vel xx. requiruntur ad acquirendam rem quamlibet, puta decem inter præfentes. ergo satis durè cum vassallo agitur in feudis, cum xxx. annos ad præscriptionem desiderent præfente interim domino, cui seruitium exhibebatur. sed nobilitas feudi & grauitas maiori eget tempore, vt suppleatur titulus, deinde inuestitura valdè solemnitas cap. i. quid sit inuestit. & tertio possessio tradita verè ab inuestitura discrepans. cap. i. quib. mod. feud. constit. vbi obiter notamus apertum assensum domini feudi possessionem permittentis sine præuia inuestitura, & mox sine lapsu temporis xxx. annorum feudum non consistere, nisi commentitium, quod ad vassalli hæredes non penetrat. contra nouissimam feudi naturam. §. cum vero. de iis qui feud. dat. poss. magis enim elaborat lex circa id quod scit perpetuum, quàm quod breui æuo finiendum præquidet, & hoc faciliùs tolerat quamuis impolitum. l. in hoc. §. si conueniat. ff. communi diuid. l. 4. ff. de seruit. rustic.

† Et hinc volo vt quisque animaduertat feudum camera seu cauena affici vassallo qui à domino pensionem auri vel frumenti acceperit bis vel ter: eò quòd non tanti momenti est quanti reliqua, nec possidetur perfecte, sed quasi. §. si verò. quid sit inuestit. & quamuis pensio annua rei immobilis vice fungatur, tamen in re consistit mobili pecuniæ vel annuæ in horreum inclusæ in feudo & l. i. §. exactio. C. de rei vxor. act. quæ ad alimenta vassalli accedit, & idcirco aliquot præstationibus secutis roboratur. l. quædam. ff. famil. herciscund. vbi hoc probatur aperte, quàm in l. i. C. de fideicommiss. vbi de testamento agitur. tamen illic Obertus ait vassallo iurandum esse nisi domino referre malit conditionem super feudis gracilibus camerae siue cauena, quorum nomine pensione biennio saltem positus fuit & seruitium, vt arbitror, vicissim præstitit vt in d. §. si quis per. si de feud. defunct. content. † Sed videtur xxx. annos non sufficere solummodo ad præscriptionem in cap. i. de vsu Mediolanens. vbi cum quidam tanquam vassallus totis xxx. annis quietè tenuisset prædium, interpellabatur à filio domini repignerare parato, & in pignus datum fuisse affirmante: quare iurare tenetur possessor feudum re vera extitisse, ac præcessisse inuestituram, quod admodum abest ab effectu, quem temporarij dedimus, sine sacramento & sine alia inuestitura. quod si dicamus hoc ita comparatum, quia filius domini allegabat pignoris contractum, iam eueniet vt quilibet eundem alleget, vt eludat vim præscriptionis xxx. annorum: ac vt sic oneret iureiurandi necessitate aduersarium, quæ plerisque formidolosa est præsertim post longi temporis decusum. l. quæ sub. ff. de condit. institut. cum potuerit obrepere obliuij. quamobrem existimo in d. cap. i. de vsu Mediol. pignus non sine colore allegatum: quia consistit pecuniam domino datam fuisse, & sic in dubio pignus eliciebatur. nam etsi non sit omnino dissentaneum à natura feudi vt dominus pretium capiat cap. i. de natur. feud. tamen est insolitum & satis ignobile. d. cap. i. de feud. dat. in vicem legis committit. sic pignus potius quàm venditio coniecturam trahebat, nisi vassallus sacramento illam obliteret.

† Adhuc instat pugnaciter, quod vbi sacramentum adiicitur non expectatur tricennale spacium sed annale tantum in gratiam vassalli, qui tenuit feudum patiente domino. §. si si de inuestit. inter domi. & vass. lis otiat. cap. i. de consuet. recti feud. nam id temporis agnatio taciturno alibi pariter nocet. §. præterea. quib. modis feud amitt. ne quæri possit de feudo alienato. §. Titius. si de feud. defunct. conten.

Respondeo hoc habere locum quando initum fuit feudum sine pecunia, & sic dubitari non poterat vtrum pignoris an venditionis contractus præcessisset. aliter autem si vassallus benignè possiderit. xxx. annis, se tuerit solo tempore, & assensione domini sine iureiurando. si autem anno tantum vel plusculis citra tricesimum, supplet iurans intentionem suam & obtinet. planè videtur dominum nulla præscriptione iure suo fraudari si fortè vassallus feudum audacter alienauerit. §. præterea. de capitul. Conrad. vbi Accursius hunc nodum soluens nullam intelligit longi temporis. x. vel xx. annorum secus in tricennali. l. si. C. ne de statu defunctor. ita vt dictio nulla, non omnia perneget. §. si. de codicill. apertius. l. qui liberis. de vulgar. ff. sic ego laboranti Accursio auxilior.

† Hæc omnia ego transferrem ad domini cõpendium, si fortè triginta annis vsus fuisset re feudali tanquam penitus libera, ita vt nec iniunxisset seruitia nec accepisset, sed fructus prædij vassallo patiente annali curriculo: deinde iurasset in re dubia non in comperta. si verò xxx. annis etiam sine sacramento, vt diximus. d. §. Titius. si de feud. defunct. vbi anno

vertente

vertente exclusio iuris sequitur: & magis fauemus libertati recuperandæ ope temporis quàm quærendæ seruituti. l. 4. §. si. de vsucap. ff. nam species seruitutis est ita dominari, vt alius ex re tua lucrificiat: & lucri loco ponitur te hoc eximi onere. l. si tibi. §. si. ff. de legat. r. feuda etenim sunt, nec nascuntur: ideo gaudent primæuam naturam recipere, vt res quælibet. nam & auiculæ inclusæ caueis quamuis lautius solito saginentur, quiduis tentant, vt se possint manumittere, nolo huc adducere. l. si vnus. §. pactus. in fi. de pact.

Nec in xxx. annorum præscriptiõne quicquam curamus scientiam vel ignorantiam eius contra quem præscribitur, secus in annali. §. si. qualiter olim poter. feud. alienar.

† Gustato semel temporis effectu pergemus in eodem suauiter, & percuntabimur intra quantum temporis vassallus designatus inuestituram petere debeat in feudo nouo, vel renouationem eius quando dominus mortuus est: vel vassalli hæres à domino. & constat annum & diem præstitutum cap. i. quæ fuit prima caus. benefic. amitt. alioquin cadit iure suo cunctator seu arrogans. sed tamen annus & mensis dari videtur in cap. i. quo tempore miles inuestit. peter. deb. vbi doctores vt fulciant labem hanc, aiunt de milite non de priuato vassallo quæri, cum nulli sit priuilegijs innumeris scaterere militiam. Ego vero aliud scio atque assero: nam miles in feudis pro quouis vassallo capitur simpliciter vt cap. 2 & 3. eod. cù feuda propter seruitia militaria instituta fuerint cap. i. quib. mod. feud. amitt. vt toties demonstrauimus. † Accedit, quòd retardatio obsequij debiti & irreuerentia magis afficit militem quàm priuatum: nec aliud bellantibus magis congruit quàm cultus & obediendi propentio erga superiorem, & solemnitas sacramenti. vnde scripsit M. Cato ad Pompilius Imp. exercitus Romani, ne suum filium honestè dimissum rursus in castris remanere pateretur, nisi eum secundo sibi obligaret militiæ sacramento, vt Cicero retulit lib. i. officiorum & qui ad edictum non respondebant milites, olim capite puniebantur, hodie paulò mitius. l. 4. §. qui post. ff. de re milit. id est, quoties dux edixerat, vt quisque militum coiret certo loco in suos numeros: nec alia vocatione egebat, vt in mora constitueretur. l. si is cum ff. commu. diuid. ne quis putet inuerti oportere literam illic, vt quidem fecit in summam quælibet contumacia militi aduersus ducem capitalis erat. l. omne. §. contumacia. ff. de re milit. ergo & aduersus dominum, quem in bellum comitari tenetur, seuerius punienda venit quàm in priuato negotio: ingratus etenim illi censetur. d. cap. i. quæ fuit prim. caus. vbi refert Obertus Mediolani curiam indulgentius statuisse, ne videlicet anno & die mora vassalli plecteretur multatione feudi. sicut etiam traditur in cap. i. de capitul. Conrad. semper enim clientulis Mediolanenses remissi fuerunt, vsque ad reprehensionem cap. i. de alienat. feud. & hoc fuit eorum operis, vt mensum supra annum cliens haberet ad petendam inuestituram. d. cap. i. quo tempor. mil. sic namque eum locum intelligo. verum Federicus Ang. illos sequi dedignatur, & anno ac die metam petitionis conclusit. §. præterea. i. de prohib. feud. alien. per Feder. † Nisi minor annis xiiij. esset vassallus, vt ipse ait, & incuriam taxat ac negligentiam. ex quo minorem xxv. annis sine dubio in integrum restituendum arbitror licet ibi interpretes nutent, dum ignorantiam quadam non adiuit tempestiue dominum vel eius hæredem. l. 4. §. si. ff. de re milit. excipitur præterea iusta absentia, mors quoque vassall. in promptu hæredem non habentis, vel hæredis procul necessario degentis. l. Pantonijs. ff. de acq. hæred. nam hæredis hæres non habet annum integrum, sed quod anno cæpto deficit l. cum in antiqu. C. de iure deliber. tamen rigore iuris temporato ignoscitur ei, & laxatur tempus. l. si. C. si pend. appellat. mors intercess. eò respicit autor in d. cap. i. quo tempor. mil. dum mortis meminit, quæ nimium inperiosa ex improviso diligentissimos quoque intercipit, ita excusationem affert militi. l. non omnes. §. qui captus. de re milit. vel nobis ad stipulante Vlpiano. l. oratione. §. si. de feriis.

† Item inimicitiarum ratio subditur excusans vassallum in d. cap. quo tempor. mil. inuest. hoc est si enim sine causa oderit vir potens & audax, vt Henricus V II. Aug. Robertum Siciliæ regem, ideo excusatum à Clemente pontifice cap. 2. §. nunquid. de sentent. & re iudic. sicut in §. vassalli. de pace constant. in feud. vbi nihil moræ exprobratur vassallis, si tempore induciarum, vel flagrante bello, Casari seruitia non exhibuerint quia sine magno periculo infensum dominum adire non licet. Idem sentio, si dominus nusquam appareat, ita vt volens obsequi auidè, commodè non possit. l. cum quidam. §. si pupillo. ff. de vsur. Item si post annum & diem dominus vassallum humanè reciperet: quia offenso licet ignoscere non sine gloria. l. furti. §. pactus. de iis qui not. infam. l. post diem. ff. de lege committ.

Idem quoque sentirem, si antequam dominus declarasset se feudum propter vassalli moram reuocare, vassallus ingenti aliquo conatu domino profuisset, & ita domini clementiam promeruisset. l. in ipsius. C. fami. herci. in quo illud cõsiderabitur, an antea alijs in obsequiis

Dd iij

domino prestò fuerit, & an recenti facinore se purgauerit ante multum temporis. d. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. nec temerè licet damnare militem ignauia aut infelicitatis, vt fecit C. Marius consul Rom. questus, quod sibi in Africa asperum bellum gerenti quæstor L. Sylla obligisset molliculus: à quo tandem ipse iusto Marte fractus legitur, vt est apud Valerium & apud Suidam. Lycurgus Spartæ legem tulit, vt præclaro facinorè aliquo fas esset ignominiam abolere: quæ lex profuit Aristodemo desertis Pyli ordinibus, postmodum verò ad Plateas re benè gesta in integrum restitutus est.

10 † Postremò putem consuetudine Tolosana impunè cedere vassallo, si mortuo domino ab hærede eius inuestituram renouari nõ postulet, vel è diuerso si hæres vassalli dominum post annum & diem non adiuerit, nisi admoneatur vt veniat, & suis partibus obsequij fungatur. quia etiam si per triginta annos nihil homagii seu exigui canonis, quas oblias vocant, præstiterit, nec feudum amittit, nec præscribit contra dominum vt in tit. de feudis cap. x. explicatur. sicuti pontificum sanctio admittit in contractu censuali cap. constitutus. de religiof. domib. nisi quis malit cõsiderare more Tolol. nihil de inuestituræ serò petita vindicta remitti. sed de seruitijs & pensuiculis postea domino exhibendis, quibus ius lenius & benignius inuenitur, quippe quæ per dominum posci debent, vt vassallum moræ arguat. §. licet. si de feud. defunct. cont. atqui in d. cap. i. quæ fuit prim. caus. inuestituram sponte vassallus offerre tenetur, & dominum compellere quasi securè feudi fundamenta iaciat vel instauret, si non velit eodem multari nec consuetudo derogabit iuri de quo nihil nominatim cautum seruatum è legitur. l. quod verò. ff. de legib. Quare sit, vt non inuitus subscribam eorum sententia, qui non sinunt annis xxx. ex more feudali labentibus præscribi aduersus ecclesiam fulram longiore spacio iure communi instar Reip. auth. quas action. C. de sacrosanct. ecclesiis, nam communia solent à priuatis administratoribus negligi & publica & sacra, ideo lex eis mirificè auxiliatur. vnde vice versa ecclesia libertatem solidam feudi non recipiet contra vassallum citra annos xl. cum sit cultrix iustitiæ cap. i. de alien. feud. & iure eo libenter quod in alios statui desiderat.

11 † **Q**uarto loco feudum statuitur armis, sic innuitur cap. i. de benefic. fratris. quando, in hoitem regis pugnans quis ipsum expulit, & victo vassallo suffectus est. potuit namque terram primo occupanti rex donare propter scelus vassalli proterui deum vel principem lacerantis, sed saluo iure supremi domini vt in cap. si. §. statuimus. de statut. & consuetudinib. in feud. vnde videtur magis continuari feudum quàm nouè institui. vel potuit rex certæ tantum personæ donare terram alterius subditi improbi armis expellendi cap. i. de fratrib. de nouo benefic. inuestit. nemo sapius hoc exercuit quàm Bonifacius VIII. Pontifex fiducia domini, quod in reges & Cæsares sibi ascribemat. nam nec ignouit Philippo Pulchro Fræcorum regi, sed per legatos homagium ab eo exegit renuentisque regnum proscripsit, prout dictabat bilis pietatis illita coloribus. quinetiã Federico Augusto deteriora fecit cap. 2. de re iudic. lib. vj. vbi multum queritur de pensione non soluta ratione regni Sicili, quod D. Petri patrimonium peculiare vocat, dignum vique nauta cælesti & præcipuo, cum vndique mari alluatur. Armis quoque victricibus feudum acquiri putarem, si princeps aliquis strenuus alium deditione eiceret sicut cum vassallus statim superauit. nam qui victo paruerunt multo magis parebunt victori. l. xiii. ff. de diuers. & temporalib. præscript. iuxta fœdus clientelæ inchoatæ. l. non dubito. ff. de captiu. vt si regnum singulum bello alicui quæreretur, pontifici Rom. homo diceretur ligius, quemadmodum alibi diximus: cum sit continens insula Italiæ modico freto distincta. l. notionem. §.

12 1. de verb. signif. ergo pars Italiæ. l. insula. de iudic. † Sed profectò consuetudo vetus dominatur, si dubitetur quo territorio quibusuè finibus vlla terra orauè includatur, nec certa definitio præscribi potest. cap. cū sint. de decim. maxime in regnis & feudis ingentibus, quæ vi armorum & iure mucronis in alias atque alias manus perueniunt. hinc tota disputatio Iulij Cæsaris lib. i. de bello Gall. cum Ariouisto è Germania ab Aruernis Sequanisque accito cū magnis copiis vt contra Hedduos itidem Gallos auxilio esset, vt accidit, sed multum calamitosa victoria: cum Ariouistus rex illis tertiam agri partem ademerit: cumque Cæsar allegaret Arueruos olim à Q. Fabio Max. superatos, & ideo iustius esse Romanorum in Gallias imperium vt antiquius, gladio tãdem rem definiti oportuit velut arbitrio fortunæ, vel dei potius à quo omnis victoria & imperiũ circumagitur. l. 2. C. de offic. præfec. prætor. Afri. sicut in priuatorum duellis seruatur iure Longobardo. §. si de alien. patern. feud. sed hoc dicitur humanum iudicium. §. si rusticus. de pace tenend. & eius viol. nempe respectu diuinioris, de quo ibi interpret non pauca attulit desuetudine iam pridem obscurato planè in feudorum tractu, quia nihil non bellicum redolet, multa dissimulanda veniunt dominis, si quando

quando vassallus ab alio expellatur. cui resisti non potest, quid longè deterius contingat cap. si. de feud. vbi hoc prudenter horratur Pontifex. alias verò exprobrari posset domino regi vel Cæsari, quare maturè vassallum suum non iuuerit, quem sciret bello ab alio pulsari: vnde genus quoddam felonix & amittendi iuris sui incurrisse videretur, cum mutua vice succurrere debeat, nisi proprietate priuari malit. §. domino si de feud. defunct. content. † Posteaquam modos quatuor feudi concedendi percurrimus, id est, inuestituram, successionem, tempus, & arma denique, vtilitas sequitur vassallum, quem feudi definitio vsu fructu non desituro potiturum declarauit. Idcirco dubitatur vassallo mortuo ad vtrum fructus feudales pertineant, si eos dominus vna cum prædio reuocet, eò quod vassallus absque liberis masculis decepsit: an magis sequantur agnatum aut alium hæredem vassalli in feudo nouo, vel in antiquo si agnatus defuerit, qui lege vocante succedat cap. i. de successione. frat. de qua re sic definitur. §. his consequenter. tit. hic finitur lex deind. incip. consuet. vt si contingat feudum ad dominum reuerri, & post Calendas Septembres vsque ad Martias vassallus obiuerit, semestres illi fructus sint domini, sin autem à calendis Martij ad principiũ Augusti, tunc ad hæredem vassalli spectent fructus omnino. quidam tamen, inquit Obertus, quocunque tempore anni decedat, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere, & hi hoc ita asserbant, quia fructus pendentes pars fundi esse videntur. l. fructus. 2. ff. de rei vindicat. nec pertinent ad bonæ fidei possessorem, qui est loco domini. l. qui scit. §. præterea. ff. de vsur. nec dubito quin concessi nouè feudi fructus ad vassallum pertineant. l. si pendentes de vsufruct. qui verisimiliter propter imminentem fructuum collectionem se se obstrinxit grauioribus seruitijs, instar emptoris pluris ementis prædium, eò quod fructibus iam plenus sit. l. Iulianus. §. si fructibus de actio. empt. tamen vulgò sequimur superiorem distinctionem: quamuis iuri Rom. horum opinio consentanea magis appareat, sed à consuetudine superato. itaque quamuis vltima scripta sit in contextu non ideo seruatur vt in §. similit. de capit. qui curi. vendid. & §. si. de eo qui sib. vel heredib. Quo fit, vt demirer interpretes precipui nominis ausos affirmare post Septembrem illico fructus vindemiæ & deinceps oleæ ad vassallum spectare, non ad dominum nisi pro sequenti anno, non pro illo quo vassallus moritur, qui fundum laboriosè coluit. cum, vt aiunt, fructus non respectu temporis quo leguntur sed pro ratione. annuæ culturæ debeantur. l. diuortio. §. non solum. ff. solut. matr. nec vident fructuarij illius iure fragili nitentis fructus fieri in d. l. si pendentes. & tamen aliena prouenerant diligentia. præterea dum ipse moritur primo mense Septembris, non relinquit vindemiam hæredi suo, cum tamen toto anno vineam foderit, putauerit, propagauerit, atque fortè iam uvas legerit nondum factò vino. l. si vsufructuarius. ff. quib. mod. vsufr. amitt. non enim omnes tractatus iuris ad hanc rem accomodati pari iure censentur, vt pote quorum singulis ratio dispar subsit vt in d. l. diuortio fructus dotis maritus capit soluto matrimonio ex fundo dotali pro portione anni, & pro rata temporis quo pertulit onera matrimonij ita vt antea lectos in dotem auctam vertere debeat. l. dotis fructus. ff. de iure dot. nihil hoc habet simile cum domino feudi, qui prædium laudabili munificencia vassallo concessit cap. i. de feud. dar. in vicem leg. † Idcirco non debet inuidere ei qui quam fructus prædij sui. cum vassallus liberos non relinquat, sed exterum hæredem vel agnatum coactis lachrymis moerentem. nam M. Caro in oratione cõtra Lentulum apud Censores habita, vt A. Gellius notat lib. v. cap. 13. testimonium patroni pro cliente aduersus cognatos recipit, non è diuerso & Sabinus iurisconsultus ibidem clientem necessarijs omnibus prætulit atque affinitibus: tantum abest vt ipsi æquari possit coniugum aliquis tunc cum solutũ est matrimonium, & dos ad vxorẽ reuertitur vt rursus nubere cõmodius possit. l. i. ff. solu. matr. quod si morte dirimatur idem iuris quidem erit. l. i. §. cumque ex in fi. C. de rei vxor. act. cum non extantibus liberis causari onera matrimonij maritus nequeat. l. si is qui. §. abi dos. §. seq. ff. de iur. doti. meritò itaque causam suam mulier præfert omnibus successoribus etiam liberis proprijs. l. 2. de pact. dotalib. idque quandiu viuit. mortua quoque auellit dotis emolumenta viro, in quem nec proprietatem re vera transtulerat. l. in rebus. C. de iur. dot. nec fructus, nisi vt ipsa simul eorum esset particeps. quare quod dicitur in cap. i. de notis feudor. assimilari necessitudinem feudalem coniugio, non vetat quin arctius tenetur vassallus domino, à quo irrevocabiliter feudum & eius prouentus omnimodo accipit. proinde etiam atque etiam strictius deuincitur benemerenti. leg. 3. §. vtrum in fin. ff. ad Syl. lani.

Sed quia alibi de fructibus copiosè discepto, nunc quærà libèter à doctorib. vel ab ijs qui dediscere ea quæ maledocti fuere, recusant: nunquid nõ purè iniquius esse feudum domino adiudicari calendis Martijs morte vassalli liberis defecti, cum in herbis frumeta sint & quæ-

dam legumina læta spe, arque interim vassalli hæredem messe tota locupletari, & ita fructus pendentes à prædio separati cuiusquidem pars quædam sunt, quàm post inceptum Septembrem pendentes vvas & olias postea feudo suo coherere, & dominum sequi: maximè, per Iurisprudenciam, cum vassallo imputari possit, cur non hæredi suo prouiderit potius quàm domino morte opportuniore, sicut colono intempesiuum factum imputatur. l. si merces. §. conductor. ff. locat. at, dices, ridiculum istud est: cum mors inopina cunctos inuolet, nec magis illam villo tempore quàm loco possis excludere, huic ego: ergo cum mors tam dominos quàm vassallos, opprimat ex improviso, vtrique boni cõsulere debet quicquid alea attrulerit, cum reciproco versetur periculũ. l. de fideicomisso. C. de transact. l. emptorẽ. §. si. ff. de acti. empr. nec nouũ est, vt morte intempesiua alterius lucrũ aliquis consequatur. l. diem. ff. locat. & vtrique sine villo labore vel industria. quocirca semestri reditu vassallus cum domino fructus feud. partitur. & illi Martius propter hæredis curã destinatur, huic vero Septem- ber, ideo particula vtrique includit Augustum mensẽ de qua ne dubitatio superesset Ober- tus id amplius referat in versic. si verò post Augustum, nec rarò solet includere. l. 2. ff. de ijs qui notan. infam. l. 1. §. si. de verb. oblig. illud autem manauit ab. † antiquissima ratione vel verius controuersia, cum alij mundum martio mense creatum asseueret propter herbarũ & florum pubem, alij Septembri propter fructus maturos & perfectionem operis diuini: il- lis opitulatur quod annus olim fuerit decem mensium à martio incipiens. vnde septimò in- ditum Septembri nomen: & quod tunc sol primum arietis signum in circulo cœli Zodiaco ingrediatur. denique quintus ab hoc fuerat Quintilis, inquit Ouidius lib. 3. Fastorũ, nunc est mensis Iulius plura omitto, quæ modo non minus videretur infructuosa quàm explosa à no- bis doctorũ hactenus approbata sententia super diuisione fructuũ in feudis. sanè eò de cursũ est ab omnibus, vt fructuarius fructus relinquat hæredi suo iam perceptos à colono pro rata temporis, quo durauit vsufructus in prædium alienum licet tardius solui deberet pẽsio pro re ditibus à colono, & quidem mortuo fructuatio, quo viuo colonus iam fructus cõgerat, & ita illi prorsus afecerat eosdem sedulitate sua, tum segetes, tum vvas inclusas, vsque ad calend. Octobres: cum pensio mercedis ex pacto Nouembribus ratam soluenda veniret: has verò mors fructuarij præcesserat. l. defuncta. ff. de vsufruct. cum, vt dixi, de pendentes nihil hæredi debeatur. aliter si annua præstatio relicta sit, quæ transit ad hæredẽ legatarij mor- tui post annum semel inchoatũ. l. à vobis. de annuis legat. idem in stipulatione. l. xvij. §. fin. de stipul. seruator. † Igitur si episcopus moriatur, vel alius sacris addictus cum reditu, fructus pendentes ad hæredes eius non pertinebunt, sed ij qui à conductoribus iam percepti sunt: cum similis fuerit fructuario. quin potius in perceptis nihil iuris heredes habebunt, sed pau- peres vel fabrica ecclesiæ, quoniam defunctus, instar dispensatoris fuit ex consilio Martini Papæ agnatos episcopi reijcientis can. episcopus x. q. 2. & in concilio Carthaginensi pauperũ procurator appellatur episcopus seu canonicus can. episcopus xi. q. 1. ita vt in foro illis li- tigare queat, non sibi. ergo defensor facit domini loco est. quodammodo etiam procurator, quia paulò plus est can. si. xij. q. 1. idque, dum res pauperum officiosè administrat, non dum eos expoliat. l. qui fundum. §. tutor. ff. pro empr. ideoque aduncum baculum ferre con- suevit, vt se pastorem intelligat non lupum grassatorem. cum officij sui negligens, propter quòd emolumenta accipit, beneficio priuari mereatur cap. 1. de vassall. mi. qui arm. bell. can. clericos. §. episcopus xxi. dist. sanè clerici de ijs bonis quæ sibi à moribus suis vel artificio non vetito prouenerũt aliud quàm ab ecclesia, liberè testari possunt cap. quia nos de testam. nũc de omnib. promiscuè quæstis testantur, per me illis licet, vt possim meliora feudis prescri- bere impostum, non emori, dum pontificia autoritate fulcior: & dum pauperibus opes suas restitui nimis studeo iuxta l. 2. C. de episcop. & cleric. quin potius sacerdotibus opulentis benè consulo, vt eò diuturniores sint ipsis fortunæ, quò iustiores.

17 † Videamus quid sentiendum de incrementis feudũ, an sint ipsius vassalli vel hæredum eius, an potius domini ad quem feudum reuertitur: quòd magis videretur. imo amplius, vt viuo vassallo incrementum non sit eius sed dominum sequatur, nisi expressè vassallus sibi pepigerit fore vt incremento simul potiretur. §. si quis de manso. si de inuestitur. feud. con- trouers. fuer. si modo, inquit, dominus in ipsa certè aliquid reseruauerit sibi alias, vassallo accedet quicquid increuerit. quàm distinctionem probò in incremento extrinsecus apparẽ- re fortuitu, vt quia insula in medio flumine predijs feudalibus finitimo eminuit, secus in latitante. liber enim Celsi iurisconsulti verbis vti, qui exemplum alluionis posuit in litem si. §. sed si insula. ff. de vsufr. proinde alluionis adiectio vassallum prosperabit tantisper dum viuet, & hæredem, ipsius ad dominum si quãdo ad illũ feudũ redierit. † Quid verò di- cemus de incremento oborto opera vassalli, vt quia in fundo nobili pratorium impensè ex- truxit, vel fontem procul deduxit, vt irriguum & fecundiorẽ faceret: tunc patiatur melio- rationes

rationes auferri, aut soluat pretium. §. si vassallus. hic finit. lex deinde incip. consuet. idem dico si pretio seruitutem acquirat, inquit Obertus ibidem, licet nonnulli frustra obstrepant. primò itaque loco de ædificio disceptemus quia in l. xix. ff. de vsufr. dicitur in ædificatum ab vsufructuario nec tolli ab eo nec refigi posse. sed nihil obest: quia eiusmodi vsufructua- rius prouiderere potuerat morte sua saltem ius suum finitum iri. l. si quis domum. §. idem quarit. ff. locat. sed vassallus fretus vsufructu perpetuo non id debuit prouiderere, sed proli- suæ masculæ æternum cauere: quæsi præter opinionem caruerit, feudum ad dominum re- uertitur, cum sit nouum, deductis factis à vassallo meliorationibus & hæredi applicatis. scio in hac re trepidare Accursium: sed nos rei veritate firmamur. Nam quòd obijci potest imputadum vassallo quod in re aliena sciens prudensque ædificauerit, huc nõ pertinet. quia si vsufructum habet perpetuum impunè ædificat in eo instar domini, cum liceat ei, inquit Obertus in §. è contrario. de inuestitur. de re alien. fact. rem meliorem facere non deterio- rem, vt & emphyteutæ auth. qui rem. de sacros. eccles. & quidem multo magis quàm colo- no paucorum annorũ. l. dominus. §. 1. ff. locat. accedit, quod vassallus ædificat vel vineas no- uas instituit ex verisimili consensu domini, qui latatur, cum videat vassallum auctiorem & idoneiorem aliquando futurum ad impendia milia non minima, propter prædium pretio & cultura excellens. non enim aliò respicit feudi redditus cap. 1. de prohib. feud. alien. per Loth. sic non officit. §. certè de rer. diuis. & eò procliuor sum in hanc sententiam, quòd vassallus & emphyteuta comparantur bonæ fidei possessoribus. l. qui scit. §. pe. ff. de vsur. vel potius sunt plus quàm bonæ fidei possessores, cum quandiu fungantur ritè suo munere, ab ipsis prædium non auellatur, at bonæ fidei possessor domino vero reposcenti nihil habet quòd obijciat. l. officium. ff. de rei vendic. quod si tam magnificè extruxisset vassallus, vt do- minus propter tenues, facultates non posset luere sumptus ædificij, vel de illo tam operoso non potuerit cogitare, non puto omnes prorsus restitutum. l. in fundo. ff. eod. eò propen- sius quòd necessitudo vetus domini & vassalli idem suadet, nec modicas impensas curabit iudex. l. omnino. ff. de impens. vtor enim exemplo coniugij circa feuda cap. 1. de notis feu- dor. vbi quoque indecorum est egètem videre illum quem prius amicum coniugemque ha- bueris. & Cræsi Lydorum regis fortuna satis declarauit nihil opulentia volubilius esse.

Et hoc locum habet, vbi sine offensione reuertitur feudum ad dominum, secus putem si ob feloniam vel alienationem à vassallo admissam, quia & hac dominũ continere censetur. §. si. quæ fuit prima caus. benef. amitt. id probò ex d. auth. qui rem. C. de sacrosanct. eccles. vbi de emphyteuta ecclesiæ agitur expulso propter nõ solutam pensionem biennio. ergo verius idẽ obtinebit in feloniam commissã contra dominum laceratum & ecclesia seueriorem. §. pe. de alien. feud. Planè si vassallus non in solo fundi aliquid melius molitus esset, quòd eum pre- tiosorem faceret, sed à latere prædium aliud adiunxisset, quod rursus à feudali sulco vno fa- cilè secerni posset, durum credo hoc domino quanuis offenso lucriferi. §. è contrario de in- uestitur. de re alien. nam nec additum feudo prædium homagium domino deberet, sicut nec eadem nobilitate censeretur, postquam nec inuestitura, nec successione, nec tempore, nec ar- mis denique nititur. §. pe. quis dicat. dux march. nec sola vnus voluntas in feudo pollet, li- cet aliter in l. prædij. §. Titio. de legat. 3. propter morientium imperiosas voluntates, quoties suum quicquid largiuntur.

Transendum est iam ad eas adiectiones in feudum factas à vassallo quæ, vt Obertus ait, nequeunt per se subsistere, vt seruitus d. §. è contrario de inuestit. de re alien. vbi eam addi- cit domino, ad quem feudum reuertitur, non agnatis vassalli defuncti. sed cum tempera- mento, vt arbitror, sumpto ex d. §. si vassallus. tit. hic finitur lex, vt si vassallus emisset ser- uitudinem dominus refundat pretium hæredibus eius: si verò gratuita pactio vel legato lucratus fuerit, nihil à domino reperatur, à quo æquè gratis feudum acceperat, vt pluri- mum assoleat cap. 1. de feudo dat. in vicem leg. & vltro ei donaturus præsumitur. l. si verò non §. inde Papinian. ff. mandat. & seruitus libentius hæret feudo, cum sit qualitas. leg. quid aliud. de verb. signif. nec per se subsistit sine subiecto, licet temporis cursu tenere eam velimus. l. si aliena. §. 1. de vsucap. ff. at cum empta vel permutata est, id quod pro ea impensum est pretij vel estimationis corporeæ consideratur. leg. quia qui ff. de vsufr.

† Sed an seruitutem imponere possit feudo vassallus, qui perpetuò id habiturus est? & magis est ne possit, quin etiam satis benignè cum eo agatur, si non priuetur feudo, cum tali alienatione contempserit dominum. §. fin. quæ fuit prim. caus. benef. nam alienat is qui seruitutem imponit, sicut & qui quæstiam amittit leg. Iulianus de feud. dotali. ff. leg. fin. C. de rebus alienis non alien. cæterum vassallus ex consensu domini seruitutem prædio rectè constituet vicinis etiam nocituram, qualis est via vel itineris:

nec mouet me quod vsufructuario non opitulatur proprietarij consensio in ea re. l. sed & si quid. §. si. cum l. seq. ff. de vsufr. quoniam vassallum ipsiusque successores ius perenne sequitur, quale amant seruitutes prædiorum. l. foramen. de seruit. vrb. neque in diem certam vel incertam constituuntur. l. 4. ff. de seruit. alioquin extinguuntur cum persona, vt ibi enucleauit penitus. atqui vsufructus cum eadem perit velut in diem incertam, mortis saltè, datur. sed seruitus vsufructuario innoxia rectè prædio imponetur assensu domini, qui eandem perpetuo tuebitur, qualis est altius non tollendi. l. nisi. ff. de vsufr. quia neutri tollere licuit. l. 20. æquissimum. §. inde Nerua. ff. eod. † Certè quæuis seruitus vtriusque voluntate imposita prædium omnino onerans illico degenerat in ius personale morte acquirentis desitutum: sed tantisper dum viuit ei tolerabile. vt perfidia viterur eorum qui quatenus possunt permittunt. d. l. 4. de seruit. l. per fundum. de seruit. rust. itaque nomen seruitutis inditum fuit eiusmodi iuri: quæ tamen effectu vero caret. l. pecoris. ff. eod. vt in l. insulam. ff. de præscr. verb. l. sic intelligi iubeo. d. l. sed & si quid. §. si. de vsufr. iuuat aliquantulum §. si. de capitul. Conrad.

CAP. IX.

De apertura feudi ex feloniam vel negligentia & alijs modis. & de bello in quod sequi dominum vassallus debeat iusto vel iniusto. & de desertione eiusdem interdum excusabili.

NOTABILIA.

- | | |
|--|---|
| <p>1 Quando dicatur feudum aperiri domino: & quod partim culpa partim defectu hominis, ac quandoque simul, aperiatur.</p> <p>2 Agnatis quoque feudum, quemadmodum domino, ex delicto aperi.</p> <p>3 Felonia & alijs præterea modis aperturam fieri licet vassallo sint liberi: quid sit feloniam, & quam sit odiosus proditor.</p> <p>4 Feloniam à domino etiam committi, & unde dicta fuerit: atque cur Oberto egregia dicatur.</p> <p>5 Pro leuiore culpa priuationem non fieri: & temeritati ignosci.</p> <p>6 Quare negligentia vassalli puniatur, & qualis, vt secreti pariter reuelatio, alibi impunita.</p> <p>7 Si non seruentur pactiones feudo instituendo adiectæ quamuis superuacua, priuatur vassallus.</p> <p>8 Quod si cesset vassallus à solutione pensionis feudo nonnunquam adhibita, instar emphyteusos, an priuetur.</p> <p>9 Quando obligetur vassallus comitari dominum in bellum euntem, seposita iusti belli vel iniusti distinctione: & quod iustitia bel-</p> | <p>la induxerit.</p> <p>10 Regis prudentia plura dissimulat vindictæ postcetera, ne maior tumultus increseat, Justiniani Aug. exemplo ac periculo.</p> <p>11 An bellantem dominum vassallus quocunque sequi cogatur, cum differentia offensionis vel defensionis, & rursus de belli iusti vel iniusti delectu.</p> <p>12 Dominum in prælio deserere feloniam sapit: quid in rixa priuata, vel in scelere deprehensum.</p> <p>13 Mutulus aut ex vulnere iam non amplius auxiliari domino valens excusatur, vel si mortiferè vulnerato non adsit, qui fuerint Soldurij in Gallia.</p> <p>14 An salutem domini vassallus sicut seruus præferat, & filium suum iniuriam domino offerat.</p> <p>15 Contra se ipsum & contra omnes num iuuat bello dominum, & maxime si dubitetur de belli iustitia.</p> <p>16 Quid si dominus in prælio derelictus à vassallo perinde euaserit, an similiter vassallus priuandus veniat.</p> |
|--|---|

APERIRI feudum domino dicitur, quoties ad ipsum reuertitur, à quo vel à cuius maioribus infantia quædam originemque accepit, vt cum vassallus decedit sine hærede mafculo vel sine agnatis, nempe in feudo antiquo: nã in nouo dominus agnatos post se ceterum pascibus relinquit, vt ad nauseam vsque inculcatu est superius cap. 1. de clerico qui inuestitur. fecit. §. morib. si. de feud. defunct. content. sit inter domi. & agn. eod. modo aperitur offensa aliqua si fortè, verbi gratia, vassallus feudum alienet cap. 1. in si. apud quæ vel quos feud. corruerit. definiat. vbi erat illicita alienatio

natio contra prohibitionem Lotharij, vt tandem sensit Accursius & quod adicitur in textu vassallum sine hærede decessisse, ex abundantia adiectum est, quasi duplici apertura concurrente, cum altera sufficeret vt in l. liberorum. §. 1. ff. de iis qui not. infam. & hoc erit frugiferum intellectu, si prius alienet vassallus, mox mortem obeat sine hærede, vel hæres eius postea orbis similiter obiuerit, dum ipse vassallus viuis non pulsatur à domino ob contumeliam inconsultè alienationis non vulgarem. §. si. quæ fuit prim. caus. nam dominus eligeret ex qua causa malit sibi pandi fores feudi, saltem priorem obiiciet: atque culpam (nisi malit defuncti manibus ignoscere) exprobrabit. l. qui iniuriæ. ff. de furt. atque ita, hercule, consequetur, vt feudum recuperet, nec soluat hæredi vassalli impendia ædificij in prædio feudali positi aut alterius meliorationis, eò quod laceffuit dominum defunctus auth. qui rem. C. de sacros. eccles. aliter atque si sola morte de reduct. feudo disceptaretur. §. si vassallus. hic finit. lex deinde incip. consuet. hæc veteres mecum libenter fassi fuissent, si quidè apertè illis innotuissent ex his cõmentarijs. † Tertio aperitur feudum domino pleno delicto vassalli, quod dominum incescit. nam si alium quàm dominum vassallus delinquens læserit, agnatos sequitur feudum, atque iisdem æquè dicitur aperiri cap. vnic. si vassall. feud. priuetur cui deser. non soli igitur domino apertura congruit, sed præterea cuique in quem redundat commoditas.

† Sciendum autem est aperiri feudum varijs modis quamuis vassallus filios reliquerit. nempe feloniam, alienatione, quæ & ipsa non nihil offensa sapit sicut dixi. Item inficiatione deinde refutatione & persona casu aliquo seu defectu iuxta titul. an mutus vel aliàs imperfectus feud. amitt. Feloniam voco delictum in signe aduersus dominum commissum, vel aduersus agnatos, aut exterum aliquem cap. 1. an ille qui interfecit frat. vbi ad feudi priuationem requiritur autor delictum, quod ita detestemur vt in curia esse, vassallo non liceat. sicut si hominem tradiderit: nam & ipsa proditio inuisa est iis quibus prodest. vel certè si proditio ametur, odio est ipse proditor, vt testatus est Aug. Cæsar de Rhymetale rege Thracum, qui ad se ab Antonio transfugerat, teste Plutarcho. nec est quicquam notius quàm in milite proditionis labem probrosam maximè cenferi. Felonia † tertio vice versa est delictum contra vassallum à domino commissum cap. 1. qual. domi. propriet. sed vtunque improprie. §. si. si de feud. defunct. content. sit. Ergo feloniam proprie est infidelitas cum violatur sacramentum. §. si. de alien. patern. feud.

† Felonia verò verbum Gallicæ originis crudelitatem notat. nam felonem Galli crudelem dicunt ideo quod nõ quæuis offensa repellit vassallum à feudo, nisi insignis sit, & vt Oberus ait, egregia, vulgoque pro non mediocri habita cap. 1. vers. de illa. in quib. caus. feud. amittat. vbi Zalius laborat, vt egregium pro præcipuo tam in laudè quàm in vituperium vsurpari demonstrat. cum autor ipse figuratè se loqui patefaciat, vt ita dixerim, inquit, ostendens egregiū aliàs sceleribus non cõuenire proprie, vt nec beneficiū, cum pro fraude iacturæque capitur. l. inter. de furt. vbi beneficio furis res abest & ne quis peruerteret veterè lectionem, eodè modo videbit sumi in l. ex damni. §. 1. de damno infec. idque ab eodè Vlpiano, nec reuente Accursio, qui beneficiū pro maleficio exponens addit. l. fratres. C. de inoffic. test. cum enim verba felicitis significationis delictis iniuriisque adiunguntur, necessariò degenerant.

† Proinde egregia ingratitude causa insignem & contumeliæ plenam significat, cum pro leui non amittat feudum vassallus: cum pro qualitate personarum. præterea iudex de ea re statuere debeat, procliuor semper ad absoluendum quàm ad condemnandum. §. ad hoc. hic finit. lex deinde consuet. nam quantò est clarior dominus, quantòque vassallus inopia & obscuritate domus magis premitur, tantò crescit vindicta legis exacerbatæ. l. sed si vnus. §. quædam. ff. de iniur. l. aut facta. §. persona. de pœnis. planè iniuria vassalli in dominum atrocior est quàm alterius nullo beneficio obstructi. l. capitalium. §. omnia. ff. eod. acerbum enim est lædi ab eo à quo officium accipi decuisset. nec aliud puto innui in d. §. ad hoc. sed tantum compesci superbiam, commune nobilitatis malum, vt ait Sallustius in Jugurthino, non ego, ne pro leuibus noxijs audiantur domini feudum reuocaturi. nam & temeritati ignoscitur & sola iudicis admonitione coercetur. l. 1. §. quæri. ff. ad Turpilian. quod si plus quàm temerarius fuerit vassallus aduersus dominum, poterit aliter multari arbitrio iudicis manente feudo. §. in summa. de iniur. vt verbi gratia, si manum extulisset perterrens dominum quasi vapulaturum. l. item apud. ff. eod. nam Prometheus, qui Ioui fucum fecerat ossibus adipe candido tectis, vt est in fabula, alius è culina salignis virgis eiecisset non Caucafo monti alligasset, ne pœna crimen centum vlnis egrediretur. Ex quo permirum est, vassallum ob solam negligentiam priuari feudo. §. item qui. quæ fuit prima caus. benef. amitt. non enim certiore fecerat dominum, cum tempestiue posset, de insidijs exitialibus contra ipsum instructis, & quæ postmodum secuta sunt

cum perniciose personæ dominicæ vel facultatum. & quidem ita nunciatio faciendâ fuerat, ut liceret impendenti malo occurrere celeriter. l. aut qui. §. i. quod vi aut clam. ff. † Cur autem negligentia adeo seuerè hic puniatur perinde ac fraus, in causa fuit vassalli ipsius sacramentum & promissio solemniter de ea re nominatim facta, ut si quidem sciuerit moliri aliquem damnatum domino, sedulo nunciaturum. cap. i. vers. ego iuro. de noua forma fidelit. ita ut non sufficiat abstinere à malo, nisi fiat id quod bonum est. §. pe. de form. fidelit. aliter si furem sciuerit alicubi celari, qui rem tuam subtraxit, nec detego, dummodo ipse non celem. l. i. §. qui furem. ff. de furt. impunè hoc facio. laudandum, si tibi indicassem, à theologis & philosophis, qui hominem homini prodesse oportere norunt lege quadam naturæ, sed non ciuili necessitate. quoniam nulla peculiari necessitudine tibi deuincior præter generalem humanitatis. ergo in patre & liberis seruaretur aliud. l. qui liberos. ff. de rit. nuptiar. vbi otium redarguitur & damnatur. sic à D. Ambrosio laudatur Moyses, qui Exodi cap. 2. dum vidisset Hebræum iectum ab Ægyptio contumeliose, hunc interfecit: cum quisque à socio iniuriam propulsaret teneatur cedere quodam humanæ coniunctionis. cap. non in ferenda 23. q. 3. multa alia in vassallo puniuntur, in ultra in reliquis personis, ut si secretum domini arduæ scilicet rei reuelauerit iniussu eiusdem. §. pe. de noua form. fidel. sed alius vix puniretur, cum socio imputandum veniret, quod arcanum deposuisset apud plenum rimarum hominem. l. socius socio. ff. pro socio. Quare similiter feudum amittit qui domino coniurationem non detegit, & perfidiæ luit pœnas ex culpa sola, quæ quoties præcedit ingens damnus, damni censetur opifex, si potuit obistere. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad leg. Aquil.

† Præceteris causis ob quas feudum amittitur, excellit illa, cum vassallus hoc seruitium facere recusat, propter quod obtinuit beneficium. §. sed non est. quæ fuit prim. caus. beneficium. ita demum si expedit domino vassallum accersiri: nam imperioso sine ratione impunè non parebitur. §. si. de feudo sine culp. non amitt. sic video iure comparatum, ut donatio reuocetur, si donatarius pactiones appositæ iuxta eam non seruet. l. si. C. de reuoc. donati. quod porrigo ad eas pactiones, quæ feudo adiciuntur ultra belli causam, & ut semel dicam ultra contractus naturam, qualis est, ut vassallus uxorem comitem sibi ducat dum rebus sacris operaturus sit. §. si. quid sit inuestit. quia sine illa pactione fundamenta feudi iacta non fuissent. l. si venditor. §. si. ff. de seruis export. per se verò talis conuentio fomento firmi contractus destituta vanitatisque plena reiiceretur. l. pe. ff. de pact. quia alibi contendimus societatem quandam coiri feudo, & coniugium. §. i. de notis feudor. aut vinculum longè dignius fraterno. §. si. hic finit lex. l. verum. ff. pro soci. ergo infamia comitabitur vassallum perfidum. l. si. C. ex quib. caus. infam. irrog.

† Quid si præter militiæ obseruantiaque causam pensionem vassallus promiserit, nec soluat triennio, num instar emphyteutæ priuatur. l. si. C. de iure emphyt. nam & feudo pensionem accedere superius ostendimus, sed more magis quam scripto iure feudali. eoque ventum Tolosæ, ne vlla mora licet longissimi temporis vassallo feudum extorqueat, cui obiter incumbit onus Oblis, ut vocant, obliuioni nimirum renitentes, soluendi. nam principaliter feudum in nobili obsequio consistit, non in vili denario vel soldata. §. pe. quis dicat. dux march. contra vero emphyteutis accipientem locupletare tantum contendit opimis redditibus. sed præterea emphyteuta nobilioris domini, id est, principis, plus iuris habet & plus indulgentiæ si cessauerit in canonis solutione quam alius quislibet. l. si. de fundis patrim. lib. xj. C. non ab re in d. §. sed non est. Obertus scripsit iustiorum nullam esse causam feudi perdendi, quam si vassallus seruitium promissum non præstiterit, de pensionis emolumento securus. nec video cur primarij doctores inter antiquos, textum illum ad pensionem quoque spectare putauerint longè profecto à seruitio distantem, nec feudis satis familiarum. Quinetiam si concedamus seruitij nomine comprehendere pensionem, iam vassalli res in tuto erit, licet totis xx. annis vel pluribus non soluat eam. quippe qui nunquam seruitium præstat domino, nisi rogatus ab eodem. §. licet. si de feud. defunct. conten. aliter atque in emphyteusi. l. 2. C. de iur. emphyt. nam dies vltima triennij in mora inexorabili constituit debitorem. Denique iuuat vassallum tardius soluentem, quod Bonifacius Pontifex aliquin satis iracundus & qui, ut ante dixi, regem Francorum Philippum Pulchrum diris execrationibus persecutus est, & pro regno Siculo in contentiones maximas cõtra Federicum Aug. venit, nihil tamen huic obiecit in cap. 2. vers. posset. de re iudicat. lib. vj. nisi quod ob pensionem nouenni cessatione & hoc amplius dilatam posset etiam meritò reprehendere ex particula, etiam, satis innuit alias rationes affatim subesse, quare regno Siciliæ priuandus venerit, & hanc solam reprehensione potius quam multa quacunque dignam censeri: cum pleraque reprehendantur iure, quæ nihilomags puniuntur. l. 7. §. ad tempus. ff. de interdict.

interdict. maxime in feudis. §. ad hoc. hic fini. lex deind. consuet.

Modò descendimus in certamen, & in mediam aciem irumpimus, de bellis acturi & in iis ipsis vt cumque exercitati, fortè paulò plus quam quisquam eorum qui de feudis scripserint, adeo tepidè multa tradidere, vt solent qui à cœna hostes quosuis ad focum vel in hortis deambulando superant, lingua nimirum strenui. & quia nouere vassallum in bello iusto domino subuenire oportere non in iniusto cap. i. hic finitur lex tori sunt in belli iusti causis describendis. † Nec definiunt generaliter, omne bellum videri iustum quod ab eo geritur, qui superiorem non agnoscit, sicut ego assero & ibi Obertus indicat, tunc iusti iniustique belli discrimen faciens cum rex est superior, à quo subdit vassallum bannitum restitui posse. sed si rex Franciæ belligeraret, nemo suæ ditionis quicquam præter eius voluntatem debet inquirere: tum quia in causa propria ipse iudex existit. l. proxime. de iis quæ in testam. delent. tum quia occasio rapienda est in re militari feriarum experte. l. diuus. ff. de feriis. *ὅτι ἐστὶν ἐν πολέμῳ δις ἀμαρτάνειν*, id est, non licet in bello bis peccare: inquebat Lamacus apud Stobæum, dum præfectum manipuli reprehenderet occasione non seruientem, sed promittentem se meliora facturum. proinde dum de belli iustitia disputaretur consultando, rex sæpe interciperetur, nec vnquam regni metas amplificaret, vel antiquas tueretur. accedit, quod rex iuste semper agere quiduis præsumitur habita relatione ad id quod facere eum expedit. l. pe. ff. de iustit. & iur. & placitum eius publicum præsertim pro lege est. l. i. de constit. princip. vnde excusat. D. Augustinus iustos milites sub impio principe merentes, sub cuius consilio autoritateque belli ratio infidet à nemine amplius disquirenda can. quid culpatur 23. q. 2. quod testimonium veteres quoque inducere interpretes, sed ad regem supremum non vt decuit retulerunt, neque ad belli originem ex iure gentium deductam. l. ex hoc. ff. de iustit. & iur. quando bellum incepit contra ferinos quosdam homines societati humanæ infestissimos & tyrannide immani eandem opprimentes, ex quo Mars græcè appellatus fuit *ἄρης*, *ὁ δὲ πρὸ ἀρήγειν*, hoc est, succurrendo, vt notat Philo Iudæus in libro de legatione ad Caium Aug. Quinetiam bella diuinitus excitantur in vltionem scelerum, vt pestis bellica interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam dei præcepta non reuocant, vt Gregorius Pontifex scripsit ad Francorum reginam Brunichildem. can. si quos. 23. q. 4.

Cæterum Christiani milites stipendia fecere permulti sub Iuliano Augusto apostata, qui alioquin aduersus veram pietatem fuit acerbissimus, adeò vt ciuibus cultum cœlestem sectantibus impunè iniurias fieri sineret: vestrum est ferre cum afflictamini iuxta dei vestri præceptum, inquebat ipse. vt Socrates narrat lib. 3. historiæ cap. 14. sed cum contra Christianos belligeraret tunc pij milites agnoscebant imperatorem cœli, vt D. Ambrosius retulit. can. Iulianus xj. q. iij. quibus accedit, quod domino excommunicato vassallus non parebit. d. cap. i. hic finit: lex vsque adeò religioni pij viri nihil non tribuunt. Itaque, vt ad institutum redeam, vassallus in bello iusto cogitur præsto esse domino, cui licet mouere præcinctum Imperatore vel rege suo permittente, vel ex consuetudine. quod in Gallia vix locum haberet non magis quam antiquitus in imperio Rom. l. vnic. vt armor. vsus infcio princ. & maiestatis læsæ reus erat, qui delectum tyronum aliorum uè militum conquisitionem habuit, exercuit, bellum uè gessit, iniussu principis l. 3. ff. ad leg. Iul. maiest. ratio est, quia bellum gerere necessitatis est, vt pax acquiratur, inquit D. Augustinus can. noli. 23. q. i. vnde solet bellum iure feciali in dici hostibus, eò quod iustitiam declinent, & pergant proteruè atque iniuriosè insurgere vel laceffere. l. hostes. ff. de capt. & Deuteronom. cap. xx. iubetur dux belliantè obsidionem ciuitatis hostilis eidem offerre pacem. vnde Carthaginenses Q. Fabio legato Romanorum obtulere duas tesseras, quarum altera notam belli haberet, altera pacis, vt vtram mallet eligeret: sed is vtramque substulit, dicens offeretes potius debere eligere prouocantibus Romanis. l. 2. §. deinde Q. ff. de orig. iur. atqui si duo Comites Duces uè in regno velint exercitum comparare simul hostiliter pugnaturi, iam offendunt regem cuius iudicio lis possit dirimi cap. i. apud quem vel quos controuert. & cuius est propter bellicam expeditionem tributum exigere cap. i. quæ sint regal. & hoc expressim definitur in §. si. vers. si ministeriales. de pacè tenend. & eius violat. vbi pro conditione vassallorum arma inuicem spirantibus mutua clade, indices à rege dantur, cuius persona excipitur in omni iure iurando fidelitatis cap. i. de noua form. fidel. ideòque diligenter expendendum est quatenus dux aliquis vel comes maiestatem regiam venerari teneatur. l. non dubito. ff. de captiu. † Succurrit, quod prudentia regum illa est, vt offensiones multas dissimulent ab iis nobilibus illatas, quibus satis pro arbitrio ius dicere ac imperare nequeunt, vt Federicus Aug. mitis erga Opizonem Marchionem. §. sententiæ. de pacè constant. adeò vt in §. vassalli.

ignouerit illis vassallis, qui belli tempore homagium non præstiterant, & inter repugnantes steterant communem fortunam aliorum ciuium secuti, feudum nihilominus retinentes. multa namque satis aspera tolerantur inconsulto principe, cum tumultus aliter sedari non potest. l. qui eadem. ff. ad leg. Corn. de sicar. vt merito dixerit Publius Syrus: feras, non culpes, quod mutari non potest. nam non posse id quemquam dicimus quod sine damno assequi nequit. l. ædiles. 2. §. ff. de Ædil. edict. ita Pontifex in cap. si. ver. alia conueniet vassallo, qui feudum quoquo modo recuperet, quod Ecclesia à potentiore extorquere nequibat. metuendum namque regi supremo venit, ne dum subditi de venia desperant, vel ad hostem transfugant, vel ipsi hostes se præbeant, & inuicem dimicare desinant, vt commune malum vltionis regis iustèque euitent. sicut Iustinianus Cæsar ipsemet expertus est Constantino poli, vbi populus in duas factiones sectus, Prasinam scilicet viridi colore nitentem, & Venetam violaceo, tandem è spectaculi lætitia in seditionem irrupit. cumque à magistratibus asperè coerceretur, quo ab exitiali turba desisteret, potius vnà coit, & aduersus Augustum conspirauit, ac Hypatium quendam, vt Procopius tradit, ex Anastasij Cæsaris progenie imperatorem conclamauit tanto ardore, vt de fuga Iustinianus cogitauerit ægrè à Theodora coniuge retentus, ac mox ereptus à Mundo Erulorum Duce & Belisario, cæsis hominum xl. milibus, si Zonara creditur. & hæc ante nos paulisper libauimus, ipsi Theodora gratantes iudicibus quoque ad iustitiæ normam fabricandis intentissimæ, vel viri ipsius testimonio in §. hæc autem. vt iudic. sine quoq. suffrag. col. 2.

† Questionis est, quousque vassallus expeditionis comes domino ad bellum eunti esse debeat. quid si dominus Alexandri Magni indole præditus orbem terrarum velit subigere, & per eum vagari, excusabitur utique vassallus à iuriscōsulto exemplo liberti è prouincia quidem Romam eunti ad præstandas operas, sed non vt per orbem terrarum cum patrono vagetur. l. quod nisi. ff. de oper. seru. præterea est pugna suspectior quæ ad offendendum initur non ad defendendum. cap. i. hic finit lex, deind. conuet. & vbiunque iniuste bellum dominus facit, vt ibidem dicitur. Sed alius dicit defensionis speciem esse hostem tempestiuè in suo solo superatum ire, ne in nostrum incurseratque occurrere in tempore potius quam post exitum vindicare ferre lentissimo. l. i. C. quando lice. vnicuique. Sed profectò quo vertat in hac specie, ignoro: cum vassallus iuret se ad futurum bellum, quæ sciuerit iuste illatum iri à domino quamuis ad offendendum, simul atque requisitus fuerit. §. pe. de noua for. fidelit. necnon iuriscōsulto de hoc exitate nec regulam inueniente. l. Mænia. §. vxori. ff. de annuis leg. verendū enim est, ne si iustitiæ articulos exactè scrutemur, vassallis simus iniquissimi, si forte volint iniustitiā belli domino potētissimo obicere. & nemo nescit quid Pythio Lydorū ditissimo quinque filiorū parēti cōtigerit. is sumpta fidutiā, quod Dariū Xerxis regis Persarum patrem aurea platano ac vite donasset, & hunc duobus milibus talentū argenti, auri verò signati ampliore numero, vacationē militiæ vni filio petiit. ne cum reliquis cōtra Græciā iret. vnde regis infensū iussu adolescens mediū discissus apud Herodotum legitur. & hoc maxime erit metuendū, si spectemus ius Romanorum, qui non alio iure freti quam viriū & potentia orbē pene totum subegerunt à Romuli tuguriolo exorti. ita vt in cōcione Pompeius Magnus cognomentum hoc nactus victa prorsus Africa, gloriatus sit se Asiam imperio mediā reddidisse, vt Plinius cōmemorat, quæ antea procul exitisset. nec D. Antoninus in l. de precatio. ff. ad leg. Rhod. vbi se mūdi dominū iactitat, alio titulo se subnixū dixerit quā viriū & fortunæ dei nutu dispensatæ. proinde Cicero. i. Offic. at belli, inquit, æquitas sanctissimè Feciali pop. Rom. iure præscripta est. ex quo intelligi potest nullū bellū esse iustū, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciātū sit & indictū. ecce qualiter ad iustitiā belli indicationē non causam expetit, vt olim Hebræi fecerāt causati innoxii transitū à se solummodo posci per terrā Amorreorū. sic enim excusatur à D. Augustino can. si. 23. q. 2. sed profectò hæc rectā per alienū agrum nulli ferre licet nisi iure impetratæ seruitutis. l. qui Sella. ff. de seruit. rust. quod iuriscōsultus sine dubio ad exercitiū pertinere existimauit. periculū enim est, ne ditioni alienæ inclusus hostis præpotēs non faciliè discedat, præsertim cū longius dominādī libidine trahatur. † Grauis censetur felonia, si vassallus dominū in prælio constantē dimiserit non mortuū nec mortiferè vulneratum. quare feudū amittit cap. i. quib. mod. feud. amitt. vnde sequitur multo magis defendi oportere dominū in rixa priuata, vbi minus est periculi & sumptus, vel si à latronibus circūueniatur. l. omne. §. ff. de re mil. atque cum quiduis defensionis possibilis eidem præstare teneatur, & tutam, vt sic dixerim, tutelam cap. i. de forma fidelit. vbi etiam incolume commemoratur & honestum, ne si fortè dominus per iniuriam alteri materiam tuitionis dederit iuxta l. vt vim. de iustit. & iur. vassallus qui vider dominum vapulare culpetur: cum dominus prauitati suæ expensum ferre debeat damnum

num quod accepit & contumeliam. adeo vt ne damnum quidem accepisse videatur. l. l. quod quis ex. ff. de regul. iur. ca. i. hic finit lex deind. conuet. vbi in bello iniusto impunè vassallus dominum non sequitur vt vidimus. ergo deprehensum in adulterio illum à marito iustum dolorem exequenti offendi vassallus patietur. l. si quis. §. si maritus. ad Syllani. cū in sacramento fidelitatis deum testem assertorēque iustitiæ induxerit non scelerum, quæ specialiter promissa obligationem non continerent. l. non dubium C. de legib. quare improbatum à Tullio C. Blossius, qui tanti fecit Tib. Gracchum illum, qui seditione infestauit Remp. & famam suam ac vitam, vt quicquid hic vellet sibi faciendum putaret. & sciscitanti nunquid etiam si voluisset face Capitolium accendere: nunquam ille, inquit, veller, sed volenti parerem: quod quidem mox fecit, comes furoris Gracchanæ, vel dux potius, & amicitia inconsultæ improbus autor. l. lata. in si. de verbor. signifi. ff.

† Querit interpretes in d. cap. quib. mod. feud. amitt. an excusetur vassallus si tunc in prælio dominum deseruerit, cum illi iam vsus esse non potest, mortuus, aut grauiter sauciatus. dubio caret hæc res cap. si. de feud. sine culp. non amitt. vbi satis est vassallo si circa dominum laborauerit quantum potuerit in conflictu: & æger immunis est ab accusarione, si non succurrerit. d. l. si quis. ad Syllanian. quanto magis ille qui succurrēdo pro viribus ægritudinem incurrit. l. i. §. pen. ver. quid si. ff. ad Syllan. nisi velimus integrare veterum Germanorum mores, de quibus Corn. Tacitus: iam verò, inquit, infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem principi suo ex acie recessisse.

Et hoc utique ego exercerem libenter ac laudarem sed pleræque laudi sunt, quæ nemo inuitus facere cogitur. l. i. §. licet. ff. de pericul. & commod. rei vendit. addit rationem Accursius, quod nihil imputatur vassallo, cum dominus iam moriturus fuisset. l. si plures. §. fin. ff. de pos. sed hæc ratio fallax est in re militari, vbi protegere miles præpositum debet omnino si possit. l. omne. §. si. de re mil. ff. & l. 3. §. si. ff. eod. conari itaque miles tenetur. & diuinare in confertissima acie illum vel illum esse moriturum non perinde licet. imò moritur, quia molliter deseritur. l. i. §. tulisse. ff. ad Syllan. magis iuuat, quod fas est vassallo in pugna dominum mortiferè vulneratum deserere, cum æquè illi moriendum veniat ex letali vulnere d. cap. quib. mod. feud. amitt. sed hoc merimur ex domini non ex vassalli persona, vt superiore specie, in qua de vassallo grauiter saucio disceptabamus. Et consuetudo ambiguum liquidè interpretabitur, vt in militibus deuotis Galliæ Aquitanicæ, Soldurij dicuntur apud Iulium Cæsarem lib. 3. de bello Gallico: qui iis quorum amicitia se dederant adeo fideles manebant, vt potius mortem sibi ipsis consciscerent quàm patronis superesse vellent. dicerem soldari fidelis nomen inde fluxisse, nisi à solidorum stipendij militaribus Obertus dici maluisset, vt ostendi paulò antè cap. 2. nec tacet Athenæus lib. 6. cap. 6. Celticum Regem sexcentos fideles quondam habuisse ciues, qui Soliduni patrio more dicerentur, quod Græcè vora exequentes significat, vna cum regibus viuere atque mori solitos.

† Querit ibi Accursius. an vassallus debeat domini salutem suæ præponere, eo quod, si possit, à morte liberare ipsum adigitur. §. si. de alienat. patern. feud. sed & seruus quoties domino auxilium ferre potest, non debet salutem suam antepone. l. i. §. eodem. ad Syllani. verū eò itum est vulgè, vt nobilior conditio sit vassalli quàm serui, qui in patrimonio domini est, & iure ciuili pro nullo habetur. Sed mediū fidius ratio iuriscōsulti de seruo subiecta ad vassallum iustissimè transfertur: ne, inquit, cæteri serui credant in periculo dominorum sibi quemquam consulere debere. alioquin namque eueniret, vt vassalli se extra tale iactum componerent, causari in pari causa subimet potius quàm periclitanti domino audiuisse. nā illud, dilige proximum sicut te ipsum. quo apertè sui amor cuique iniungitur præcipuè, non obtinet in feudo sic dato vt commori pro domino oporteat, & à fato perenni laude viuere: §. i. de excus. tutor. maxime cum dominum iuuare vassallus obligetur contra omnes excepto antiquiore domino, etiam contra fratrem, patrem, & denique contra filium cuique chariorè seipso. l. isti. ff. de eo quod met. caus. nam & filium iniurium domino sistere tenetur, aut priuatur feudo. §. in super. de prohib. feud. alien. per Federic. sed hoc requirentè domino, alioquin non oberit filio procacitas viuo patre commissa. §. quæstum. de cap. qui curi. vendid. sanè offerente sponte sua filium patre dominus erit mitior exemplo regis. l. milites. 2. §. ff. de re milit. & merito in filium offensorem domini exandescet pater, ne videatur inimico domini se copulasse, exitiali malo quinque testibus probando cap. i. quot testes sunt necess. ad proband. feud. ngratitud.

† Ideoque in vtramque partem disquirat Accursius, an vassallus contra se ipsum bellum gerere pro domino teneatur, vt à se met tutum reddat eum quem aduersus alios tueri promissit. l. frater. §. porro. ff. de condict. indeb. nec ignoscit filio dulcissimo, & solum excipit

antiquiorem dominum. cum inter pares locus foret gratificationi, si omnes pariter iuuare nequiret. l. si quis. §. si cum omnes. ff. ad Syllan. ceterum hæc ratio parum vrget: quia licet excipitur dominus antiquior tantummodo, tamen rex licet iunior ac recentior semper subintelligitur exceptus cap. 1. de noua form. fidelit. imò etiam vassallus ne in se ipsum castrensia arma magis, paret quam forensia. l. 1. de edend. C. nec dominus debet expectare opem in eum armatus, à quo succurri sibi postulat. l. amicis. §. Lucius. ff. de excus. tut. & cum iurans vassallus fidem que suam contra omnes obstringit, excipit loquentis personam, pro cuius vtilitate feudum accipit. l. inquisitio. C. de soluti. Et hæc locum habent vbicunque dubium esset, an bellum esset iustum vel iniustum potius, cum sit par ratio defensionis inter dominum & vassallum. §. si. de forma fidelit. vnde in dubio fauendum ei est qui se plus alio tuetur, cum natura quisque sibi amicus sit, vt ait Plato lib. 5. de legibus, & quisque experitur. proinde cum neuter alterum laedere debeat, non putem vassallum sui ipsius obliuisci oportere, vt domini meminerit, si non apparet vter alterum aggressus sit. l. scientiam. §. si cum. ff. ad leg. Aquil. nam nescio quomodo in casu dubio pro illo bene suspicamur, qui aggredienti obstiterit. l. 1. §. cum arietes. si quadrup. pauper. feciss. hoc tertium membrum belli ancipitis, id est, iusti vel iniusti, quod frequentissimum omnium est, interpretes prætermiserunt.

Duo verò vtrinque satis diligenter expendunt, vt vel bellum iustum sit à vassallo illatum, vel iniustum. si iustum: Marte suo currat, eò quod dominus ipso iure proprietate feudi priuandus sit offendens atrociter vassallum. d. §. si. de forma fidel. cap. 1. qualit. domi. propriet. feud. priuet. neque autem debet vassallus temerè insurgere armaue arripere, & ad publicis morum deos inuocare, sed offensione legitima. §. in quib. caul. feud. amitt. quod si bellum iniuste intulerit, iam à feudo procul abigetur dominum offendens, quem defendere debuerat, & vitam pro illo prodigere. Sed quando è diuerso dominus incipit vassallo nocere, & e protectore fieri aggressor iniurius, dissoluit sacramenti vinculum. l. qui seruum. de verbor. oblig. cap. petitio. de iureiur. quoniam nimis vulgatum est, non reprehendi violentiam, quæ lege permittente fiat.

† Sed quidnam statuemus, si vassallus dominum in bello dimiserit molliter quidem & probrose, sed tamen dominus saluus euaserit, an nihilominus feudo priuetur: quod vulgò magis placet, eò quod in d. cap. 1. quib. mod. feud. amitt. feudo spoliatur qui vel dominum dimiserit. nec requirit petiisse. sed hoc non valdè persuadet. quoniam dimissus potest videri non dimissus, & facta pro infectis habentur, cum exitus non fuit infelix. l. 1. in si. ne quis eum qui in ius vocat. ff. l. 1. de iis que in testa. delent. verius ergo iuuerit doctores cap. si. de feud. sine culp. non amitt. vbi tunc feudo demum spoliatur vassallus, si dominum in prælio dimiserit, & cum eo non laborauerit, si ponerit. l. omne. §. si. de re milit. ff. & hoc vrgenti ratione, vt sint imposterum cautiore vassalli reliqui, ne se lepores præbeant dum leonibus æquari debuissent, & manu clamoræ saltem terrere hostes domini. l. 1. §. eodem. ff. ad Syllan. Quid quod in bello qui facit aduersus præfecti mandatum vel prohibitionem, capite punitur, tamen si bene cesserit audacia vel ignauia. l. 3. §. in bello. ff. de re milit. vnde excusatur scuitia Manlij Torquati, qui filium occidi a lictore iussit, licet spolia referentem à Geminio Metto duce Tusculanorum, quod iniustus dimicauerat, satius ducens se carere filio quam republ. disciplina militati. l. postliminium. §. filius. ff. de captiu. & eiusmodi opinio liquidò probatur in §. si vnum. in aurb. vt cum de appell. cognosc. col. 8. vbi pater captus ab hostibus feliciter euaserat, tamen filius, qui eum neglexerat, nihilominus exheredari potest, nec me absterret ab hac sententia. d. l. 3. §. fin. de re milit. vbi qui præpositum deseruerit in acie, eo occiso demum capite punitur, non ergo eo incolumi: quia respondeo non quidè capitis plecti supplicio, ceterum feudo multati.

C A P. X.

De feloniam domini in vassallum, item de illo redimendo, de cucurbitatione, de iniustitia alterutrius, de bannito vel excommunicato aut faydoso: de accusatione, patrocinio, & testimonio, prohibitis.

N O T A B I L I A.

Quamuis

- 1 Quævis feloniam committat in vassallum dominus tamen in disparibus correlatiuis parius non esse: & cur feudorum domini, seniores vocentur.
- 2 Ad captiuum vassallum redimendum an conferat dominus, aut contra.
- 3 Cucurbitatio grauis est feloniam species, vel lusus turpis cum puellis ad dominum pertinentibus.
- 4 Quid si cum sponsa domini rem habeat vassallus, vel cum illius uxore iniusta, vel in concubina, vel vidua.
- 5 Quo sensu capitur iniustitia per quam priuatio feudi sequitur.
- 6 Si dominus iudex vel comes in vassallum super re extrinseca perperam iudicet.
- 7 Propter iniustitiam domini licet non bannitus fas est vassallo deprædari.
- 8 Cum ob culpam vassalli tertius irritatus nocet domino, quid iuris existat.
- 9 Bannito seu dissidato impune negat vassallus seruitium.
- 10 Bannum quid significauerit prisco significatu, & ribannum equitum Gallorum edicto euocatorum à duce suo.
- 11 Fayda in lege Longobard. quæ sit, tum fayditi, faydosi: & quæ persona faydam leuent.
- 12 Qui semel ignouit iniurioso non renouat

inimicitiam, & vassallis culpam ac scelus cum laude domini remitti, vt filiis vel libertis.

13 Si pendente domini excommunicatione feudum vassallus alienet: & quod excommunicatio antiquissima pœna Gallorum fuerit: & an iure militent Christiani sub rege Barbaro.

14 Si vassallus vendit feudum, quandiu exulat dominus, illo mox restituito an puniatur.

15 Cur bannitus non amittat ea quæ sunt iurisdictionum, à quo etiam bella prouenire & feuda, & tamen ius perdat vassallo pro feudo imperandi iure militia.

16 Plurima causæ subsunt, quibus feudum adimitur vassallo non expresse à iure.

17 Vassallus domini accusator feudo priuatur: quid in delatore, vel denunciatore.

18 Quid si dominus iuste accusetur ob facinus, præter illa quæ in regem vel republ. committuntur.

19 An ab alio accusatum vassallus tueri obligetur, & vice versa. & an aduocato ei esse liceat contra suum dominum.

20 Testimonium dicere an possit in dominum reum, vel potius peierare, vt celet eius flagitium.



† O N S T A T ergo officia domini & clientis vltro citroque præbita humanitate commendati, & in omnibus vicem rependere debere alterum alteri, vt dicitur. §. si. de form. fidelit. itaque C. Cæsar Pont. Max. in oratione quam pro Bythiniis dixit hoc principio vsus est: vel pro hospitio Regis Nycomedis, vel pro horum necessitate, quorum res agitur, refugere hoc munus non potui. nam neque hominum morte memoria deleri debet, neque clientes sine summa infamia deseri possunt, quibus etiam à propinquis nostris opem ferre institimus. refertur ab A. Gellio lib. 5. cap. 13. quare feloniam perinde committit dominus vassallo laesivito vel deserto, vt è diuerso cum ipse ab eo offenditur vel destituitur cap. 1. qualit. domin. propriet. feud. priuet. innuit tamen Obertus non admodum propriè hanc dici feloniam in §. domino si de feud. content. sit inter domin. & quamuis in omnibus debeat vassallo dominus recipere subuenire ac multò magis à malo & iniuria abstinere d. cap. 1. de for. fidelit. vbi aliter faciens perfidus censetur instar aduocati præuaricantis, tamen dubitat nemo, quin vassalli reuerentia erga patronum præstari pronior debeat quam expectari. nam inæqualibus personis æqualia, sunt inæqualia, sicuti rectè à Platone dictum est lib. 6. de legib. scimus nos quoque patris & filij mutuam amicitiam & opem à iure doceri. quia & ille filius quandoque fuit, & hic se patrem fieri desiderat. §. hæc autem. in aurb. vt cum de appell. cogn. coll. 8. tamen fatemur plus deferri honoris patri quàm filio. nec vlla lege veritum puro quominus fraudator filius emancipatus doli actione pulsatur, non contra. l. non debet. ff. de dol. nec. opinor, pater veniam peter edicti prætorij, vt illi in ius vocet quem progeniuit. l. venia. C. de in ius voc. & quod vulgò dicitur in correlatiuis idem iuris constitui, vt inter emptorè & venditorum. l. 1. de cupress. lib. xj. C. fallax inuenitur in vtrouis cum diuersa ratio alicubi deprehenditur. vt quia venditor corporis certi minus obstringitur quam emptor quantitatem vndique daturus. l. ex empto. ff. de action. empti. nec si pater & filius se correlatiue habent, continuò vtriusque eadem causa est. nam sæpè potior est causa filij circa ius succedendi. l. scripto. §. fin. ff. vnde liber. de quo libentius dico, quia eadem est eius ratio cum vassallo & domino. §. prædictis. quæ fuit prima caus.

benef. amitt. & certum est dominum vocari seniore licet vassallo multo iunior fuerit. §. si. apud quem vel quos controuers. & eodem lib. i. feudor. tit. 5. quoniam seniori personæ iura plurimum honoris & fidei tribuunt. l. si. ff. de fide instrum. l. semper. ff. de iure immunit. ex quo Lacedæmones publicum consilium senum nomine dignabantur, vt notat Tullius li. de diuinatione. proinde si dominus iusto bello offendere quemquam ex finitimis vel aliis velit, tenetur ei præstare esse vassallus, & secretum ipsius silentio obserare. §. pen. de noua form. fidel. nec è contrario vassallus accersit dominum, vt se iuuet bella mollementem non defendendi sed offendendi gratia, parum enim honorifice dominum habebit, qui ipsi imperabit, vt accedat comes expeditionis. in quo discernendo multum pollebit iudicis circumspecti prudentia. §. ad hoc. hic finit. lex deind. consuet. cui confido postquam doctores neglexerunt non habito personarum delectu, quem ibi Obertus commendat. eccui notissimum non est grauiorem fieri iniuriam inferioris in superiore, & augeri pœnam, si subditus in potentiorum ceruicem erexerit. l. prætor. §. atrocem. ff. de iniur. l. capital. §. omnia. ff. de pœnis.

† Videamus, quid si vassallus in bello captus fuerit, & redimi possit, an dominus contribuere cogatur, vel vice versa ille pro captiuo domino. quod veteres pro comperto habent: cum Obertus meminerit inclusi domini à vassallo adiuuadi, & liberandi, si possit. §. ite si. quæ fuit. prima caus. benef. quanquam ibi libenter dixerim de domino incluso carcere potius tractari vt §. causas. in auth. vt cum de appell. cog. sed magis viget ratio in captiuo, qui de anima nedum de corpore periclitatur, sic autem redemptionis id operatur quod sanguis Christi. vt ait D. Ambrosius can. aurum. xi. q. 2. nempe si à Turcis aliusuè barbaris redimatur. accedat §. prædictis. cod. tit. vbi causæ excludendi vassallum formantur instar earum quibus filius à patris successione reicitur: quarum illa non vltima est, si patrem captiuum filius non curat liberari. §. si vnum. in auth. vt cum de appell. cog. coll. 8. ausim præterea affirmare potius in vassallo vel domino hoc obrinere belli quodammodo societatem inuentibus: vnde vt manu animoque promptiores existant in prælio, par est spem redemptionis proponere. verè namque Apollodorus ait apud Stobæum, vix ad senectam peruenire militem, cui omnia benè successerint nisi sit timidus. quare lex militem multis cumulauit priuilegiis, sed pluribus captiuum eundem, vt fictio postliminij & legis Corneliæ restantur, quæ ea simulant, quibus natura rerum superatur.

† Ingens est causa feudi amittendi, si vassallus dominum cucurbitauerit. non tamè adeò, vt in curia manere ei fas non sit, vti animaduertit Accursius in ca. i. de vassall. qui contra costit. Lotha. vel si cum filia vel nuru aut nepte ex filio coierit, aut saltem turpiter iuserit. §. item si quib. mod. feud. amitt. idem si cum sorore domini, si in ipsius domo maneat, inquit Obertus. quæ tamen verba putat Accursius esse superuacua: nec vidit eadem reperi. §. rursus. quæ fuit prima caus. benef. vbi tunc in fraterna domo puella dicebatur manere in capillo & comam pandere, cum nuptiis velari consueuisset luteo flammeolo, estq; vitta rubra & candida caput cingere pudoris indicio ca. feminæ. xxx. q. v. nec dubium est ex cuiusq; domicilio augeri iniuriam. l. lex Cornelia. ff. de iniur. maxime stupri. l. quod ait. ff. de adulter. cum autem foror iam locata est matrimonio, magis ad maritum eius quàm ad fratrem contumelia pertinet. impleuit namque puella sororis etymum, quæ quasi seorsum nascitur, separaturque à domo in qua nata est, & in aliam familiam transgreditur, vt dicebat Labeo Antistius iuriconsultus turpiter ludere intelligitur cum muliere, qui manum in sinum vel alium secretiorum locum indiderit vt lib. 2. legum Longobard. tit. qualiter quisque se defend. l. si quis amodo.

† Quod verò de vxore adulterio per vassallum polluta dico, pertinet ad sponsam, iurèque Romano suppletur ne matrimonium violetur nedum spes qualiscunque matrimonij. l. si vxor. ff. de adult. vbi idem est in iniusta vxore & in concubina. cum non soli Atridæ suas vxores ament, nec soli pro rapta vxore bellum susceperit, vt ibi ex Homero Vlpianus recensuit. vnde meritò arguit pro iniusta vxore accusationem adulterij rectè institui: cum id apud poetam pro Briseide captiuam nobili Brysæ Mæsiorem sacerdotis filia, vt tradit Hyginus, Achilles, à quo abducebatur, dixerit. ergo erat iniusta vxor, id est, illegitima, sed talis tamen quæ vxor fieri posset securis nuptiis, sicut alibi edocui. l. filius. §. si quis eo. de libe. & posth. l. eos qui. de rit. nupt. ff. sæpè enim minor xij. annis ætas iustas fieri nuptias vetat interrim, spe tamen fouet. In concubinam quoque quisque affectu ducitur, & iure extero accusat adulterium non iure mariti. d. l. si vxor. §. si quis vxorem. eò quod concubina ex obscuro loco eligitur, vel quæ antea quæstum corpore fecit. l. 3. de concubin. ff. quæ tamen pro matrona est, si ex vulgari vita in manum mariti venerit, vt coniunx Osee iussu diuino copulata. d. l. si vxor. vers. sed & in eodem modo vassallus querelam instituet contra dominum mecum tanquam atroci affectus iniuria. l. si adulterium. §. liberto. ff. de adulter.

Quod

Quod si cum vidua domini stuprum vassallus commiserit, æquè multabitur feudo. nam & defunctis fit iniuria. §. licet. quibus ex caus. manumitt. potissimum hac de re anguntur manes viri, quamuis honestè secundo nupserit mulier. §. quæ verò. de nuptiis. col. 4. in auth. quare in turpi amore longè grauius lex exacerbatur. adeò vt diuissimè sacerdotes, quibus olim coniugem habere licuit, abstinerint à viduis laicorum: donec Paphnuntius Episcopus oppidi supra Thebas, celebs alioquin & castus, suaserit, (ne nimium stringendo à sacris rebus deterrentur) vt & viduas impunè ducerent, teste Suida. licet iuxta Apostolum primam fidem irritam fecerint. can. de viduis. 27. q. 1. sed tamen lege permitte, vt deterius quippiam euitetur, nempe turpis consuetudo.

† Latissimè patet illa causa priuandi à feudo vassallum, si quis domino suo iustitiam facere noluerit. §. illud. quæ fuit prim. caus. benef. vbi Obertus satis fuit negligens in re explananda: eò quod ibidem restatur se de eadem alio libro ad filium scripsisse. atque ideo vagatur per multa exempla: quia vt iustitia omnem virtutem in se complectitur, vt ostendit Aristoteles lib. 5. Moralium ad Nicomachum, ita obuiare illi multis modis contingit: cum procliuor sit humana conditio in vitium. vnde Accursius relinquit exempla inuestiganda lectori industrio, postquam vnum ipse attulit, in vassallo qui in ius vocatus à domino non venit: atque id reprobatur nisi, inquit, de feudo disceptetur, ne res in vno iudicio agitata in alio præiudicium faciat. ego vero non ausim eiusmodi exemplum refellere, & feudo priuare vassallum, si iniusta lite vexari sineret dominum, quamuis super feudo instituta non fuisset. sed cum delectu, puta si euidenter constaret iuste à domino pulsari vassallum nec sibi in iudicio, modo etiam de re non parua ageretur. §. ad hoc. hic finitur lex deind. consuet. nam vt non debuit vassallus metu litis & periculi ius suum indefensum relinquere quod defensione dignum putat addubitans. l. illud. de petit. hæred. ff. §. si. de lege Conrad. vbi sola fraus inulta non est: certè qui non venit in iudicium dolo non caret præcraftinans, præterquam quod iudicem contemnit. vnde iudici licet in causa fere propria dicere ius. l. si quis ex aliena. ff. de iudiciis. & propter obstinatam contumaciam ex primo decreto actorem possidere iubere cum emolumento fructuum. l. Fulcinius. §. si. ff. quib. ex caus. in possess. eat. proinde vno ictu duo incurrunt vulnera vassallus contumax in re alia quàm feudali: quoniam de feudo nemo dubitat, nam irreuerens est iudici deinde domino, quem vexat sumptibus repetitæ vocationis in iudicium, & molestiis ac dilationibus. sicut è diuerso dominus iniuste compellens vassallum in forum, ipsum vexat. l. de pupillo. §. si is cui. ff. de oper. noui nunciat. & si multum distet tribunal à domicilio vocati, latet vocationi iniuria. l. iniuriarum. §. si quis per. ff. de iniur. quæ multum abest ab illa indemnitate, quàm domino vassallus debet honestè de sua iustitia, vt ait Obertus cap. 1. de form. fidel. & vicissim vassallo dominus cap. 1. qualiter dominus proprius.

† Quare si dominus sit iudex vassalli, non modo quia de feudo queritur, sed etiam quia territorio & eius iurisdictioni in reliquo patrimonio subest vt in §. si. qualiter iurat. debeat vassallus tunc dominus proprietate multabitur, si modo iniuste iudicauerit. sicut reges in parua ditione olim facere consueuerant. l. 2. ff. de orig. iur. & comites ac duces, vt Comes stabuli de quo l. i. de comitibus & tribunis lib. xij. C. vbi etiam de comitibus prouinciarum singularum agitur. nam ille hodie Conestabilis dictus in Gallia successit præfecto prætorio rem militarem gubernanti & præterea iudicis summis præposito. l. 1. ff. de offic. præfect. prætor. quinetiam Cæsar Federicus in cap. 3. §. item statuimus. de statut. & consuetud. aufert iurisdictionem ei, qui tertio requisitus clerico iustitiam facere denegauerit. ita demum, inquam, dominus propter iniustitiam iure suo cadit si in re liquida, in perspicua lege, iniquus fuerit, & in re non mediocri, nec causari queat prætextum iuris controuersi. l. cum prolatis. ff. de re iudic. & ita expressè sumitur iustitiam facere negligens: ac præterea tanquam pacis violator punitur. §. iudices. de pace tenend. inter subdit. nam pax quiesque à Pindaro in Pythiis iustitiæ filia dicitur. & nos hodie nimium experti sumus iustitia neglecta ianuam sceleri & angori aperiri. Ergo quod male iudicauit dominus iudex in negotio extra feudum, in feudo illi præiudicat, licet rei iudicatæ stetur propter eius auctoritatem. quia lex æqua aliter punit eum qui aperte ex iniquitate lucrum fecit. l. si fideiusor. §. in omnibus. ff. mandat. & l. 2. §. si. ff. de condic. ob turp. caus. cum l. 3. C. ad leg. Iul. reper. sanè in §. vassallus. si de feud. defunct. cont. fit. multum interest vtrum vassallus celet rem feudalem quam tenet, an aliam quamlibet: quia hoc modo feudum non amittit, cum tanquam priuatus celet. in iudiciis verò censor publica persona est. §. pe. de Actuli. tutor. & sub prætextu muneris longè iatèque grassari potest, si odio vel gratia corruptus fuerit. l. 2. §. initium. ff. de orig. iur.

7 † Quanta vehementia lex infectetur iniustitiam domini necnon vassalli, Obertus patefecit in §. si. de milit. vassall. qui contumax est, vbi si dominus ingrediatur auctoriter feudum, & possideat, admonetur reuenter à curia sua, vt restituat possessionem. quod si recuset admonitus, ibitur ad maiorem iudicem, cui nisi paritum sit, licebit, inquit, iustitiam facere nolenti vim facere & deprædare. sic enim ingenuè loquitur verbo prope duriore quàm sit ipse dominus. ibi nescio quid subdit Accursius de domino Bannito, qui spoliari ab obuio quoque potest. nam, inquit, si copia iudicis adesset vassallo, iam ius sibi diceret in causa propria, vnde rem amitteret, & præterea lege Iulia de vi publica armata, vel de priuata, reus esset. §. recuperandæ. de interd. ita Accursius transfert ad vassallum, de quo in specie Obertus loquitur, id quod omnibus in vniuersum competit, cum bannitus ab omnibus repelli debeat velut hostis reipublicæ. §. si clericus. de pace tenend. & eius violat. l. amissione. §. i. ff. de capit. dimin. Cæterum lex permittit vassallo prædas agere in dominum, nec propterea iure suo cadet, maxime si incontinenti vim vi retrulerit, & fortior vicerit expulsiorem. l. 3. §. eum. ff. de vi arm. sed etiam ex longo interuallo: quia impune vim affert violento vassallum contemnti, nec minus iudicem admonentem vt respiciat. cum lege permittente id faciat. l. Gracchus. C. ad legem Iul. de adult. præcipue si à potioribus læta dicatur iustitia. §. necessitatem. in auth. vt iudic. sine quoqu. suffrag. col. 2. vbi sine iudice in eos sæuitur. quantò æquius præceptum iudicis armis iuuatur aduersus proteruum restitutioni iniunctæ non parentem. l. qui restituere. ff. de rei vendic. nec vis est vlla vel iniuria in iuris executione. l. iniuriar. ff. de iniur. lex ergo, vt aiunt, erit in manibus, & venenum veneno expellit, vt solent medici cum ex viperina carne concinant salubre antidotum. itaque contra prædonem vel alioqui improbum & peruicacem terræ occupationem concedunt iura. §. statuimus. de statut. & consuet. in Feud. sic medicari sunt plerique populi aduersus luem tyrannidis aliena inuadentis: vt Siculi contra vtrumque Dionysium, patre interfecto, pulso autem filio. sic Tyberium & Caium Gracchum perdidit lex agraria lata, ne vlli liceret plus quingentis agri iugeribus possidere, in inuidiam potentiorum: nec profuit clarissimis fratribus Africani nepotibus velamentum legis non sibi sed plebi consulentis, quominus mactarentur, & per seditionem bona direptioni præberent. vnde Licinix alteri eorum nuptæ dos omnino disperit. l. in iis. ff. solut. matrim.

8 † Et hic pulcherrimus Iaboleni locus referentis dotem culpa mariti amissam resarciri oportuisse ex sententia. P. Mutij admonet, vt idem sentiamus in vassallo, si forte culpa domini & contractis inimicitis iniuriam patiat, vel dominus vassalli culpa, qui potentem vicinum laceffuit. l. si merces. §. culpæ. ff. locat. præsertim cum toties ostenderit coniugium videri necessitudinem feudalem. cap. i. de not. feudor. & eodem iure censerit cum improbitas accusatur. §. prædictis. quæ fuit prim. caus. Sanè verò damna pleraque alieno vitio vicinis inferuntur, vt sentere Mantuani ciues cum Cremonæ ager Iulio Cæsare interfecto per Octavianum successorem victoremque assignatus fuisset veteranis militibus, ex quo Mantuæ quoque ager accessit eis non sine Virgilij querimonia Ecloga ix. nec dubium est quin dominus & vassallus inuicem damnus amoliri debeant, & tutum præstare cap. i. de form. fidelit. & ab iniusto bello temperare contra externos cap. i. hic finit. Lex deind. consuet. quinetiam si eadem alterutrius culpa alter magnam iacturam passus fuisset, is qui ingentis damni causam præstitisset iure suo caderet tanquam ingratitude participes. l. fin. C. de reuocand. donationib. §. præterea. quæ fuit prim. caus. benef. amitt. ed magis quòd ibidem non tam dolus requiritur quàm culpa, id est, negligentia ad repulsionem vassalli: sic namque culpa exponitur. §. præterea. quib. mod. re contrah. iuuatur quicquid supra diximus de vassallo vel domino iracundum hostem irritante. l. si is cum quo. ff. comm. diuid.

9 † Soluitur autem vis Sacramenti à vassallo præstiti interim quandiu dominus à rege bannitus fuit ne eum militiam euntem comitatur cap. i. hic finit. lex. nam regia auctoritas semper excipitur promittenti fidelitatem cap. i. de noua forma fidelit. nec est periurus, qui causam habet non parendi ob superioris imperium. l. fin. ff. qui satisf. cogant. ed quòd bannitus proprie dicitur diffidatus in vsu feudorum, id est, hostis reip. §. Gazaros. de statut. & consuetud. l. amissione. §. fin. de capit. diminuti. ff. † illic quoque Federicus imperator infligit bannum mille marcharum violatori immunitatum ecclesiæ. d. cap. 3. de statut. §. i. vt patere possit bannitos dici cœpisse exules à multæ genere, sicuti alibi differuimus: cum & veri exules, id est, deportati, bonis amissis à ciuitate expellerentur

pellentur. l. 2. de public. iudic. ff. l. deportatorum. de pœnis. C. sed spes erat restitutum eos iri rescripto principis. l. intercidit. ff. de condit. & demonstr. at hoc descendit opinor, quòd in Gallia conuocari belli causa equites iactamus, idque bannum & ribannum vulgò dicimus, cum nobiles feudo fulti coeunt, vt à præfecto recenseantur alias ægrè multandi. hinc in legib. Longobardorum lib. i. tit. de exercitalibus extat lex Caroli Magni. si quis, inquit, liber homo contempta iussione nostra cæteris in exercitu pergentibus domi residere præsumperit, plenum Eribannum secundum legem Francorum, id est, lx. solidos sciat se debere componere. & rursus: quicumque liber homo in hostem bannitus fuerit, & venire contempserit plenum eribannum componat lx. solidorum: quæ multa quàm grauis esset mox ostendit, subdens summa deficiente Bannitum propter eribannum seruum fieri principis, quoad id persoluat pro quo nexus extiterit. sed morte obnoxij seruiturem quoque mori iure verò Romano qui miles ad edictum tribunum ducisue non respondisset, grauius puniebatur. l. 4. §. qui post. ff. de re milit. vbi prisco iure tanquam proditor libertatis perenni premebatur seruitute: deinde militiæ statu mutato lenitum est supplicium. Sed pexus aliquis Tullij imitator rosas loqui solitus nauſcabit, dum verba hæc Franca Longobardauè audiet in mediis foris interim frequentata, nec videbit Decemuiros in xij. tabulis obſoleta consulto inseruisse, & in multa antiquitus indicenda ouem masculino genere vsurpasse prætores, vt Varro apud Gellium refert: quando citatus neque respondit neque excusatus est, ego ei vnum ouem multam dico. † itaque curiosos illos è media iuris prouincia banniam, & quò magis irriterem, donec factum euomant, saydosos nominabo. ed libentius, quòd in archiuis publicis nonumta quædam legi vetustate sua commendabilia, in quibus saydosi seu sayditi hominis fortunæ regi partim applicabantur. saydam pro inimicitia exposuit Accursius in §. hoc autem in si. de iis qui feud. dar. post. & Curtius id recoxit: sœmina, inquit, non potest leuare saydam, id est, inimicitiam quàm dominus habet cum hoste suo. sed inimicitiam intelligo ex aliene audaciæ flagitio contractam, & expiandam pœnis legitimis. ita ferè Rex Rhotarius lib. i. legum Longobard. tit. de plagis & compositionibus. l. in omnibus. vbi testificatur se maiorem solito multam induxisse pro homine vulnerato, vt sayda, id est, inimicitia deponeretur. subditque id quod obiter noto, mortuum intra annum hominem ex illo vulnere obiisse censerit. haud dubiè si vulnus fuerit mortiferum. l. ait lex. ff. ad leg. Aquil. non si per incuriam obeat. l. 1. C. de emend. seruo. Planè rex idem alibi in tit. de successione lib. 2. statuit occiso homine cui supersint fratres alij solum naturales, alij legitimi, legitimis duntaxat abiudicari pretium compositionis propter saydam deponendam, id est, inquit, inimicitiam pacificandam. sic extantibus masculis filie non possunt ipsam saydam leuare vt etiam notat Accursius. §. fin. an mutus vel aliàs imperf. adeo vt parentes ipsi præferantur tit. de homicidio liberor. lib. i. l. si quis Longobardus, vbi parentes vulgi gallici more dicuntur agnati cap. i. quemadmod. feudum ad filiam pertin. Sanè ed ventum fuit vt saydosi vocarentur homines arma vetita ferentes priuato iure vlturi iniurias, vnde magna seges scelerum, si non defendendi animo protinus qui laceffitur, se vlscatur. l. scientiam. §. pe. ff. ad leg. Aquil. inde Imper. Carolus Magnus in tit. de saydosis in l. 1. & 2. increpat eum qui pro sayda pretium accipere noluerit, sed magis eum qui post pacificationem alium occidisset, & manum vltricem ei amputari iubet, banno dominico persoluendo. † inhumanum est enim venie spem adimere offensori & inter mortales immortale odium alere. l. furti. §. pactus. ff. de iis qui notant. infam. vel vindicta iudici legem sequenti committenda est. ex quo infero dominum posse condonare vassallo culpam quæ aliàs feudum auellit exemplo patris erga filium exheredabilem, vel domini in seruum improbum. l. in ipſus. C. famil. herciscund. maxime, vt ibi habetur, si merita sequentia pristinam offensam oblitterent. ergo Accursius in cap. i. apud quem vel quos controuers. feud. rectè exposuit verbum, debet, pro potest. cum ibi dicatur reuocari debere feudum, & seniori addici ex alienatione. vel melius sentio ante verbum debet intelligi, si is qui laceffitus est velit vti iure suo, non quod ei incumbat necessitas, etiam si ipſo iure fieret reuocatio. l. filio. ff. de iniust. testam. sic ponitur verbum, debet, in l. qui petitorio. ff. de rei vendic. clementiam autem domini diuinæ bonitatis imitricem quisque laudabit. l. imperialis. C. de nuptiis. sine filci præiudicio in asperiore scelere. l. iurifgentium. §. si paciscar. de pact. ff.

† Excommunicato præterea domino morem gerere seruireque vassallus ante absolutionem non tenetur. d. cap. i. hic finit. lex deinde consuet. nam excommunicatis fidelitas non seruatur, & Põtifex eam interim dissoluit, vt deo potius quàm hominibus pareatur can. pe.

& si. xv. 4. vi. sic enim celerius respicient domini, si se iure deserui ab hominum adiumentis intelligent. proinde Druides prisca Gallorum sacerdotes & philosophi de omnibus publicis priuatisque iudiciis cognoscere soliti nihil supplicij melioris excommunicatione inuenerunt. Si quis, inquit Iulius Cæsar lib. vj. de bello Gall. aut priuatus aut populus eorū decreto non fletit, sacrificijs interdicitur. hæc pœna apud eos est grauissima. quibus ita est interdictū iij numero impiorum, ab iis omnes decedunt, aditum eorum, sermonem, defugiant ne quid ex contagione incommodi accipiant: neque iis petentibus ius redditur, neque honos ullus communicatur. hæc ille. vnde potest colligi altera ratio cur vassallus non comiteretur dominum in bellicam expeditionem à sacris reiectum: quia serpit vis excommunicationis in eos qui excommunicatione participant, & facilius, si opitulētur deserto ab ecclesia cap. significauit de sentent. excommunic. & cap. inter. vbi excipitur is qui ex causa necessitatis consuetudine excommunicati vitur. at verò necessitatem vassallo lex subtulit, vt pœna sit domino inter homines versari, & eorundem carere suffragijs, atque quodammodo in vrbe exulare, vt de apostatis qui Christianam fidem denuo polluentes ad profanos ritus remigraverunt dicitur in l. 3. C. de apostat. cuiusmodi Romani ducebant eos, quibus aqua & igni interdixissent velut elementis ad vitam valde necessarijs, antequam deportatio in insulam videretur. l. 2. §. 1. ff. de pœn. vnde est quod miremur à D. Ambrosio non improbari milites sub Iuliano Aug. merentes, eidemque fidem datam seruantes quandiu christianos non impugnabant can. Iulianus. xj. 4. 3. nam Iulianus Christi sacris initiatus egregie fuerat: & ideo tonsus monastico se dicarat inilituto, lector etiam factus Nicomediæ, vt Socrates scribit in historia lib. 3. cap. 1. sed comprimunt mortuo Constantio irrupit in imperium Rom. è Galliis profectus, vbi demum militauerat, non modo Christi fidem abiecit sed etiam studiosissime infectatus est, teste Sozomeno lib. 3. cap. 2. cæterum prudenter fecere christiani, qui sub eo militauerunt, ne si periuri fuissent ipsum magis exacerbarent, manu promptum ducem: & vt interea christianis reliquis armati commodius subuenirent, aut eisdem ignoscerent vt illic docet D. Ambrosius. & interpres addit excommunicatione non aboleri prorsus sacramentum vassalli domino præstitum, sed suspendi quoad dominus restituatur, vt satis patet in d. cap. 1. hic finitur lex deind. consuet.

14 † Ex quo disquiri solet, an vassallus vèdens feudum eo tempore quo exulat dominus, qui deinde à principe restitatur, propterea feudū amittat velut concepto retrorsum domino, si sciens vèdiderit, aut aliter alienauerit vt cap. 1. de cōtrouer. inter domi. & emptor. & placet prorsus amittere, quia dominū contēpsit eo tēpore quo ei subuenire debuerat, postquā talis necessitudo rātopere à iure & more laudatur, & cōparatur cōiugio. d. cap. 1. de notis feudor. vbi indignū est videri dominū egentē, quē coniugem amicūque professus antea vassallus fuerit: & exēplo coniugū neuter ab altero plus exigit quā facere possit ære alieno deducto nec verò coniugū exilio soluitur. §. deportatio. de nuptijs in auth. col. 4. atque qui amicus est, diligit omni tempore, & frater in angustijs comprobatur, vt ait Hebrus sapiēs. hinc laudatio Sulpitiæ, quæ Lætulum Crustionem virum suum à triumviris proscriptum clandestina fuga, teste Valerio lib. 6 in Siciliam secuta est, quasi se vnā prosciberet nec obest l. 1. ne fiscus rem quam vendit euinc. lib. x. C. vbi emptor non debet inquietari super re à fisco semel vendita, nec si minor xxv. annis restituatur, cum res iam integra non sit. l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de minorib. quia in feudo vendito vituperamus vassallum, cum in re incerta certū se domini amicū præbere debuerit, & de restitutione domini potius quā de feudi distractione cogitare. l. nec nos. C. de postlumin. Sanè si tam triste exilium pateretur dominus, vt pœnam secum traheret, aliud statuerem quā in deportatione delenda rursus. l. si. §. si. de senten. pass. C. sicuti in damnato in metallum accidit, qui propterea seruus pœne nominatur, & verbera seruilia quodammodo suffert. l. in metallum. de iure fisci. ff. quales sunt damnati ad galeas regias: sic enim nauigia lōga vocat Bonifacius in cap. 2. §. & quia. de re iudic. & flagris pro arbitrio nauitæ immanis cæduntur, si modo perpetuo perpeti remigium debeant ex sententia iudicis: & non minus re ipsa seruiunt, quā diutissime moriuntur, nec spes est fore vt restituantur verisimiliter. l. intercidit. ff. de condit. & demonstr. quare si præter opinionem restitutio contigerit, non reprehenderetur vassallus, qui non diuinavit. l. si putator. ff. ad leg. Aquil. tamen si à principe sæpe ita dānari restituantur. l. 2. C. de senten. pass.

15 † Sed, quæso, cum bella sint à iure gentium. l. ex hoc. ff. de iustit. & iur. & deinde cum bannitus seu deportatus non amittat quicquam eorum quæ sint iuris gentium. l. quidam. ff. de pœnis, cur in bellum non comitabitur dominum pro feudo, quod quoque à iure gentium esse contendit instar cæterorum contractuum? An quia bello odiosa est infamia etiam exilij tenuis præteriti. l. 4. §. ad tempus. ff. de re milit. vel quòd quamuis bella sint à iure gentium, tamen

tamen est quoddam ius militare singularum gentium non omnium, atque ita ciuile est. l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. maxime cum de puniendis flagitijs militaribus quaeritur. ean. ius militare. i. dist. proinde bannitus ab eiusmodi iure exultat nec feudi munia obire potest, nec inter homines liberè versari, maxime in curia domini, vnde feudi priuatio alitur cap. 1. an ille qui interfec. fratrem domin. † Plures causas feudi amittendi persequuntur 16 interpretes quā ego attigerim: & plures hominū improbitas malo facto generabit, quas licebit expressis aggregare, si in vtrisque eadem ratio vigeat. l. illud. ff. de leg. Aquil. aut si magis vrgebunt quā illæ, quæ ab Oberto exprimentur in tit. quæ fuit prima caus. benefi. amitt. vbi in §. prædictis. censet ab exhæredandi filij, vel à dissoluendi matrimonij causis exempla sumere. nam & Solon noluit legem Athenis ferre in parricidas, quòd non putaret tam sceleratum fore, vt sanguine patris vel filij sese macularet, & Medæ scæuitiam in liberos paruulos fabulis adnumerabat, sed cum emerferit atrox facinus. l. non possunt. ff. de legib. nec odia extendere solemus, quòd veritum est in l. cum quidam. ff. de liber. & posth. sed magis fauorem egregium. nam et si odiosæ pœnæ sint, & ideo extenuandæ interpretatione. l. penult. ff. de pœn. tamen cum terrorem incutere decet graffantibus criminibus, tunc fauor summus Reip. qui in puniendo versatur, vltra priuatorum vtilitatem, omne odium abolet. l. licitatio. §. quòd illicitè. ff. de publican. vel potius pœnam inflictam fauori ascribit, expultricem nimirum malorum quæ animum contaminant, vt bona & fauorabilis videri possit, quoties iure & merito adhibetur in vtroque seculo, in dubio autè mitior præfertim in feudis eligitur. §. ad hoc. hic finitur lex deind. consu.

† Quamobrem cum fas sit ptendere feudi priuationes ex rationis similitudine, dici so- 17 let vassallo perniciosum fore, si in re graui testimonium aduersus dominum dixerit, perinde ac si accusauerit, vt Accursius quoque contendit in §. item si quæ fuit prim. caus. benefi. amitt. vbi vassallus delator extiterat, atque ita domino ingens dispendium attulerat: vtrumque enim requiritur sicut in exæredatione filij secus in accusatione, quæ sola filiū repellit non expectato dispendio illato. §. causas. in auth. vt cum de appell. cognoscit. col. 8. ergo accusatio à delatione secernitur vt in l. pe. C. de ijs qui accus. tamen si hæc verba confundantur sapiēsimè, vt cum dicimus neminem sine accusatore dānari. l. rescripto. §. si quis. ff. de munerib. tamen certum est ex inquisitione sponte facta per magistratum perspicacem damnari scelestos. l. congruit. ff. de offic. præf. vbi ex fama vel notorio ipse ad purgandā malis hominibus regionem profuluit, vel ex alicuius ciuium denunciatione, quæ non habet inscriptionem eius qui defert instar accusationis. l. si cui. de accusati. ff. sed admonitionem tantum, vt puniat post probationes inuestigatas, si velit, citra talionis metum denuncianti imminentis cap. super his. eod. tit. pontifice id edocente, si modo nunciator assistet ijs, quæ notoria vulgò asserit. l. vi. §. nunciatores. ff. ad Turpili. & huc spectare arbitror quòd dixi ab accusatione in proposito delationem separari, Iustiniano Augusto & Oberto autoribus: vt delatio quæ generaliter patet, & accusationem complectitur alioquin, & cum ea confunditur in l. mulierem. vers. milites. ff. de accusat. pro denunciatione simplici capiatur, cum ibidem iurisconsultus mulierem deferentem in causa annonæ fraudatæ exaudiat, quæ nunciatrix dicitur in l. si. ff. ad legem Iul. de anno. minus itaque noxia est nunciatio vassalli cōtra dominum quā solemnis accusatio, si modo re ipsa iactura insignis delicti non sequatur, quippè qua secuta nunciatio seu delatio apud magistratum vel fiscum facta vt in l. i. ff. de iure fisci, feudum extorquet vassallo improbo.

† Sed an accusatio vassalli iusta faciat vt conuictio domino æquè feudum applicetur? an 18 verò sola vassalli calumnia punienda est, quod Accursius existimat, & sequaces permulti, cum nocentum delicta innotescere oporteat. l. eum qui. ff. de iniur. Ego verò non puto, nisi dominus vel pater principi Reipublicæ insidietur. §. causas. vt cum de appell. cognosc. l. minimè. de religiof. tunc enim impune accusatur pater à filio, dominus à vassallo. quineriā cum præmio macatur, in alijs autem personis per dominum offensis damnouè affectis, licet publicum crimen sit, id est, à quolibet accusari dignum. §. i. de public. iudic. vt homicidium, adulterium, & falsi, vel peculatus, facinora, non remerè vassallo accusante vindicantur. nam & si expediat nocentum crimina detegi, non tamen quolibet accusante, quia nec filius contra parentes, nec libertus contra patronum, auditur nisi suam persequetur iniuriam vel damnum. l. qui accusare. l. hi tamen. de accusati. ff. idem quis merito in vassallo statuat, quippè quem deuinctiorem domino sciet quā parenti filio. §. fin. hic finitur lex in feud. nec ignorabit à domino lacesitum vassallum vicissim posse contendere, vt dominus proprietate priuetur cap. 1. qualiter domin. propriet. præterea si crimen læsæ maiestatis exceperis, vex serui lel domestici funesta aduersus dominum postulatam reijcitur, &

caput audax gladio amputatur. l. pe. C. de ijs qui accus. non poss. atqui cliens inter intimos & familiares habetur. l. 2. §. si. cum l. 3. ff. de vsu & habit. adeo vt dominus, qui olim patronus vocabatur, saltem post patrem in officijs locum reuerentiæ obtineret, vt est in oratione. M. Catonis apud Censil. in Lentulum sicut A. Gellius tradit lib. 5. cap. 13. vbi quoque subditur frustum quoddam ex C. Cæsaris oratione, patrociniū pro cliente seu vassallo patronis incumbere asserentis: sicut vassallus quoque rorum & honestum domino procurare & præbere adigitur iureiurando cap. 1. de forma fidelit. † Ergo, inquit, in mala causa illum non defendet in iudicio: ne ad malorum hominū tuitionē bona eloquentiæ conuertat. imò verò multitudo vult, probat consuetudo, fert humanitas teste Panetio, cui subscripsit Tullius lib. 2. officiorum, vt nefarius & impius defendatur: iudicis, inquit, est semper in causis verum sequi, patroni nonnunquam verisimile, etiam si minus sit verum defendere. vnde aduocatus vassallus contra dominum in causa periculosa feudum amitteret, cum instar reli & lorica habeat forensis oratio, & propulset vulnera aut infligat. l. aduocati. C. de aduoc. diuersor. iudicior. non decet igitur lādere hoc prælio, quem armato protegere tenearis obiectu corporis cap. 1. quib. mod. feud. amitt. in i. nec obest quòd patroni filius aduocationem suscipiens contra libertum reum ab alio factū non amittit ius succedendi, cum ipse non accuset: quia non talis necessitudo est inter libertum & patronum vt alter alterius aduocatus esse teneatur, vel armis dimicare ac vitam exponere, vt diximus. addamus vassallum domino, & è diuerso, tenere sacramento bene cupere domino, contumeliā, amissionem honoris, arcere, consilium præbere, impedire denique consilia inita contra tam necessariam personam cap. 1. de noua form. fidelit. qua fronte igitur lingua eloqui venenis instructa accusatori aderit contra dominum, pro quo magis impune præuaricaretur? nam & aduocatus vtunque eius pro quo verba facit intentionem approbat. l. si. ff. de inofficio. test. illic prorsus vbi qualitercunque approbare vetuit lex sicuti Paulus ibi aperit, si modo in facto non errauerit. l. inter de rei vendicat. vel si necessitate publici muneris non excusetur, cum sit fisci aduocatus. l. §. aduocatum. ff. de ijs quib. vt indig. ex quo sequitur in alijs aduocatis id genus excusationis non recipi. nec verò causari possunt se coactos à iudice ex l. nec quicquam. §. obseruare. ff. de offic. preconsul. quia non tam stolidus futurus est iudex, vt credat alicuius causam aduocato obstricto & amico eius, contra quem orare expediat, ita vt colludere possit. † Multominus liceret vassallo testimonium dicere contra dominum accusatum d. l. §. his vero. ff. de ijs quib. vt indig. l. qui cum natu. §. si tamen. ff. de bonis libert. aduocatus enim non ipse accusat, sed alienam intentionem exprimit. d. l. qui cum. §. si patroni. at testis quodammodo iudicandi origo est, cum iudices ex probatis ferant sententiā vel repugnante conscientia, ne malo exemplo sit idem testis & iudex in eodem negotio. can. de manifesta. 2. q. 1. l. 2. §. mirabile. C. de verer. iur. itaque illicit testis iudicem magis quam aduocatus venalem eloquentiam palam habet. Dionysius Halycarnassensis lib. 2. expresse notat commune vtriusque, patroni videlicet & clientis, fuisse, ne accusare alteri alterum liceret, neque testimonio premere. & M. Caro apud Gellium: testimonium, inquit, aduersus clientem nemo dicit. quòd puto verum, licet cogatur à iudice audaci, maxime cum de milite militariuè causa agatur in feudis, & cum miles inuitus testis esse nequeat. l. viij. ff. de testib. vnde si violentus iudex perperam cogerit, impune peierabit lege permittente vassallus: vt Attilius Regulus, qui iurauerat Carthaginem se rediturum. l. v. §. si. ff. de captiu. sic è duob. malis minus eligitur, idest, periurium, si proximo impia crudelitate alioquin noceatur. can. duo mala. xij. dist. nouimus quidem illud Periclis Atheniensis rogati ab amico, vt in eius causa litēque falsum deierat: Δεῖ μὲ συμπαράσταν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μὲ γὰρ θεῶν, idest, oportet me amicis subuenire, sed vsque ad deos. verum id obrineret, vbi amicus peierantis testimonio adiuuaretur ad alicuius cuius oppressiōnem non ad defensionem proprii capitatis, vt videtur ab Augustino. distingui can. ne quid. 22. q. 2. accedit, quòd iam antea vassallus sibi legem dixerat antiquiore iureiurando, ne quid incommodi domino afferret, neque allaturis assentiretur cap. 1. de noua form. fidelit. ergo opituletur ei, ne detrimentum patiarur, non autem vt inferat alijs, si quid mihi creditur tanquam testi, quoad fieri potest: minime perfido lectoribus ergo quòd dicitur nihil dolo fecisse videri qui iussu magistratus aliquid facit. l. non videntur. §. qui iussu. ff. de regul. iur. non excusat vassallum: quia et si pareat iudici imperanti testimonium dicere contra dominum, tamen quale dicat in suo habet arbitrio.

CAP. II.

De alienatione feudi prohibita: quid de parte regni, de iure prelationis, de pignoris datione, permutatione, & alijs. de inficiatione, refutationeque à vassallis facta, de corporis eorumdem defectu.

- 1 Alienatio feudi ipsi domino prohibetur, & quando permittatur sine consensu vassalli.
- 2 Donatio Constantini Imp. Romani in syluestrum Papam quatenus approbetur.
- 3 Regna sæpe diuisa commodè inter plures successores iustis rationibus.
- 4 Cur princeps toto se abdicet imperio legitime, & tamen partem distrahere nequeat, ita vt plus possit, non id quod est minus.
- 5 Dominus alienator feudi non ideo proprietate priuatur, & cur sic statuatur.
- 6 Dominus vendens curiam suā in dubio feudum non creditur alienasse.
- 7 Quare magis alienatio vetita sit vassallorum quid sit in libellū concessio, & libellus quando fiat.
- 8 Quid sentiendum dum alienatur vel refutatur feudum in fauorem agnati proxime alijs successuri. quid si sit feudum vauum.
- 9 An ob necessitatem urgente ere alieno vassallus impune feudum alienet.
- 10 Ius prelationis domino seruari vassallo vendente: & feuda Gallis vulgò esse alienabilia.
- 11 Quid si vassallo condemnato à iudice fieri solutionem necesse sit, vel decreto actorem mitti in possessionem.
- 12 Quid etiam si multa soluenda veniat ex delicto patri accusatrici, vel fisco, regique delictis puniendis intento.
- 13 Vt valeat alienatio scientiam vel ratihabitionem domini sufficere.
- 14 Improbare potest pro parte alienatio vassalli vel firmari.
- 15 An alij vassallus feudum tradat vel, vt aiunt, subinfuedet.
- 16 Feudum à vassallo pignori dari perquam raro potest.
- 17 Sed an permutari ab eodem valeat.
- 18 Quid de illo qui alienauit, nondum tamen tradidit.
- 19 Frustra redimitur feudum, quòd semel alienatur.
- 20 Inficiatio vassallo feudum aufert: & multiplex pena mendicari iure inducta.
- 21 Quid si vassallus celet aliam domini, & quid sit celare.
- 22 Refutatione vassalli feudum domino aperiri.
- 23 Non admittitur intempestiua refutatio vel dolosa.
- 24 Improperia refutatio vassalli non vergit in domini utilitatem: & refutare videri qui onus rei rejicit.
- 25 Dum feudum antiquum refutetur, an ad filios gradiatur.
- 26 Post refutationem etiamnum manet feudale vinculum vtcumque inter dominum & clientem.
- 27 Casu seu defectu corporis muti, caci, surdiue, feudum aperiri: & an liceat seruire per substitutum.
- 28 Erga imperfectam personam feudum noui iure institui quid sentiendum de antiquo.
- 29 An fatius sit mutilas personas ex feudi nutrirri prouentibus quam hoc eas concedi vel relinqui.
- 30 Si miles bellando mancus fiat, non debet eò feudum auferri.

NOTABILIA.



† LIENATIONE amitti feudum diximus, & quidem tam sæpe, vt verear ne lectorē tædeat præ fatietate. verum eius discutiendi gratia prius de domino alienatura tractabimus, eò magis quòd vassallo nobilior est, sed tamen feudum non temerè alienare potest. nam ex lege Conradi factum est, vt sine consensu vassalli dominus non alienet feudum nisi distracta simul curia principali. §. ex eadem de lege Conrad. vbi Accursus docet multa per vniuersitatem rectè distrahi quæ non separatim. l. quædam. ff. de acq. rer. domin. l. in modicis. de contrah. empt. ff. sed illic tot agitur fluctibus definitio huius rei apud Obertum, vt nutare perpetuo videatur. nam in fi. d. §. ex eadem. innuitur ita demum cum curia impune inclusum beneficium alienari & indistinctè, modo non alienetur in inferiorem & obscuriorè vassallo ipso, verbi gratia, in rusticum pecuniosum, de quo ibidem satis apertè dubitatur, nisi pro parte tantum alienaretur: quia venditori eo casu totius fieret recognitio: & quisque

dedignatur inferiori domino assurgere: imò etiam pari. l. 4. ff. de recept. arbitr. et si sit afinus, vt notat Accursius in l. hæres per. ff. de acq. hæred. ideoque per seruum hæreditarium hæreditatis nihil acquiri posse præsertim cum nihili homines fortuna ludente paulò alicui euecti plerunque intoleranda arrogantia insoleant, audituri illud Flacci: *Quamuis superbis ambules pecunia, fortuna non mutat genus.* proinde nec sine curia feudum inuito vassallo alienabit in inferiorem vel illi æqualem, sicut habetur in d. §. ex eadem. modo igitur in superiorem transferatur, nihil querimoniarum vassallo superest, modo, inquam, pro eodem feudo plures dominos habiturus non sit. §. firmiter in fin. de prohib. feud. alien. per Feder. vbi, vt obiter admoneam, videtur prima facie iniungi, ne dominus sine voluntate vassalli feudum transferat. idque generaliter prætermittitur distinctione emptoris inferioris æqualisue aut superioris, sed certè non existimo ego eam reprehendi: quia vassallus præsumitur consentire in superiorem se, cum nihil illi deperat tali alienatione. l. pater filium. ff. de legat. 3. & velle eum iura coniiciant, qui velle tenetur. l. neminem. ff. de legat. 2. ¶ Vnde nonnullam vim accipere potest donatio Constantini Cæsaris in Syluestrum Pontificem Rom. illius, inquam, Cæsaris, qui veneranda Christianorum fide Romanum munivit imperium. l. diui. C. de natural. liber. cuius in Papam munificentia describitur in palæa Constantinus, distinct. 96. idest, in canone sola antiquitate conspicuo, nam vt superius demonstraui, Græcis idem *παλαίον* antiquum significat, vt antiquum latinis venerabile. l. x. §. filius. ff. de captiu. nec considero ibi consensisse eiusmodi donationi populum quorsum enim? cum iam potestate exutus esset, translata videlicet in principem. l. 1. de constit. princip. ff. sed quòd in superiorem seipso Cæsar transcripserat Rom. ditionem Byzantij imperatoris. quis enim res sacras non præferat reliquis, quarum omnino sol Lunæ, animus corpori, præferri debet cap. solita. de maiorit. & hoc innuit Iustinianus imp. §. si uimus de non alien. aut permutand. rebus eccles. vbi imperium & sacerdotium non multum inter se differre fatetur, & ab imperialibus munificentijs abundantiam facultatum in ecclesiam promanasse. vnde in trophæo erecto in Alpibus Honorij Octauij Augusti talis fuit inscriptio, teste Plinio libro. 3. cap. 20. Imp. Cæsari Diui Fil. Aug. Pontifici Maximo vt liqueat reges ipsos sacerdotis dignitate gauisos, quòd Isidorus retulit can. clerof. §. Pontifex. dist. XXI. nec deinde dubium est Carolum Magnum regem Gall. mox Imperatorem Rom. ratam re ipsa habuisse Constantini liberalitatem ac postea Ludouicum Pium eius filium can. ego dist. LXIIJ. planè si in pietatis usus tot reditus sedi Romanæ dedicati conuertantur iuxta optimorum principum placita (quòd vt tandem fiat, deum obsecro) non erit eidem inuidendum. & si quisquam inuiderit, sciat difficile esse regibus iugum legum imponere & ipsis perferre: ¶ cum necessitas ipsa sæpe suadeat regna ingentia diuidi, quòd facilius gubernentur. licet feuda excellentia qualis est ducatus vel marchionatus secari prohibeantur. §. firmiter in fin. de prohib. feud. alienat. ne labentibus annis crescente sobole in minutas ditionis atomos redigantur. sed tamen Constantinus ille Magnus cum produxisset imperium ab vltima Britannia ad Indos, id diuisit in tres liberos suos: ita vt Oriens vni, alteri occasus cederet, & mediæ regiones tertio, vt refert Eusebius in vita eius. postea Theodosius æquè Magnus Orientem Arcadio filio cum Roma noua assignauit, teste Zonara, sic enim Constantinopolis appellatur l. 1. §. Romam. C. de veter. iure: Honorio autem Occidentem cum veteri Roma: vtriusque autem Augusti edicta & leges in Codice Iustiniani passim leguntur. an fortè quòd diuisio tantum facta fuerit causa commodioris gubernationis, non vt geminum videretur imperium, vt in l. Caius. §. si. ff. de legat. 2. sanè filij Clodouei quinti Francorum regis, primò Christi sacris imbuti, sic regnum diuiserunt, vt Childoberto Lutetia, Clorario Suefiones, Clodamiro Aurelianum, & Theoderico notho Mediomatrices, obtigerint, aduersus §. naturales. si de fund. defunct. content. plerunque suadet pacis ratio atque alius fauor, vt regni portio quædam alienetur: vt dum Philippus Pulcher rex Franc. Isabellam filiam nuptum locaret Edouardo I. Anglorum regi anno Christi M. CCC. III. doti duxit Aquitaniam prouinciam, non absque rationis prætextu, quòd ea controuersa esset antea, & quòd eo fœdere reliquæ Galliæ Anglus præsumptum ius dimitteret vt in cap. si. vers. alia. de feudis, vbi Innocentius. III. Pontifex penè sic fieri suadet in feudis quæ agrè in fide retineri aut recuperari possunt præ aliena potentia. non aliter tamen maxime iurata fuerit regni alienatio, vt ab Honorio III. Pontifice Rom. rescriptum est in cap. intellecto. de iureiur. cum in ea specie sacramentum aduersus publicam securitatem intercessisse existimetur.

¶ Permirum alicui videbitur & aduersus. l. XXIJ. ff. de regul. iur. licere id quòd plus est rei, cum non liceat minus, idest, regni partem distrahere liberè, cum liberrimè se abdicare

toto

non parua latronum manu prædam in agrum Lauiniensem fecerant, Romulo pœnas exigente: eò crebrius quod Lammiorum legati res repetituri violari contra ius gentium dicerentur, vt D. Halycarnassens lib. 2. prodidit. & Romulus ipse fratri sanctitatem murorum violanti non pepercit. l. si. ff. de rer. diuis. vt aliquid plus legi latæ quàm sanguinis necessitudini tribueret.

¶ Cum quæritur, an expressus domini consensus requiratur, vt impunitatem alienandi vassallus habeat, Accursio placet in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. vbi permissionis dominicæ mentio fit, sufficere tacitum consensum vel scientiam: idem respondi de facto consultus, quia scientia domini sine alio titulo prodest in feudis vt totum ius præscriptione tollatur. §. si quis per. si de feud. defunct. cont. quantò magis vt seruat iure domini res transferatur? & imputatur ei qui scit, tacet, nec repugnat in iis quæ sibi nocitura existimat. l. 2. §. fin. ff. solut. matrimo. deinde si parui temporis negligentia instar ignorantie domino non nocet. §. si. si de inuestitur. inter domin. & vassall. lis oriat. igitur scientia vera nocitura sit. Nam licet iniurius videatur vassallus alienans inconsulto domino. §. si. quæ fuit prim. caus. tamen iniuria remittitur dissimulatione & patientia. §. si. de iniur. Instit. & semel remissa non reuocatur iure ad animum. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. Quocirca cum in delictis vt in aliis negotiis ratum habens id quod peperam gestum est, sit mandantis loco. l. 1. §. sed & si cum. ff. de vi armat. dominus resciens factam alienationem atque approbans aliquando, queri rursus non potest: maxime cum liceat cuique iuri impugnandi renunciare. l. filio. ff. de inust. testam.

¶ Sanè licebit domino vel totam alienationem temerè à vassallo factam improbare, vel pro parte tantum: quia pro parte vassallus alienans ea sola priuatur. cap. 1. de vassall. qui contra constit. Lothar. & eadem est ratio finis ac principij. l. in actionib. de in litem iurand. & in quibusdam negotiis pro parte peccari potest. l. 4. §. Cato. de verbor. obligat. interea quoque opinio vassalli ac pudor oneratur si partem alienet qua multatur. §. illud. quæ fuit prim. caus. benef. cuiusmodi nota est in l. 2. ff. de obsequiis. ergo quod dicitur in d. §. illud. vassallum qui partem alienauit feudum retinere, ad partem incolumem respicit, in qua nihil peccauit. vt cum dixit iuriconsultus flumen ex vno latere prorupisse, id est, pro parte. l. adeo. §. insula. de acq. rer. domin. sic hæres, id est, pro parte. l. 2. famil. hercisc.

¶ Sed an vassallus vassallum sibi facere alium possit, ac in feudum rursus concedere & inuestire, dubitari possit, cum hoc ipsum sit alienare. §. sed etiam. per quos fiat inuestit. sed tamen permittitur quamuis post Lotharij asperrimam prohibitionem, vt liquet cap. 1. vers. si verò qualiter olim poterat feud. alien. vbi tamen fraus omnis prohibetur, & sincera recipitur concessio à vassallo faciunda nempe in militem idoneum. §. si vassallus. vers. beneficium. si de feud. defuncti content. nam & si domini fauori hoc concedatur, vt se inuito vel infcio nihil alienet vassallus, tamen in eiusdem domini odium ingens hoc priuilegium traduci non oportet. l. 3. §. finge. ff. de Carbon. edict. atque eiusmodi alienatio vassalli domino commodissima est, vt potè cum posterior vassallus obnoxius fiat non tantum ei à quo feudum accipit, sed etiam superiori domini sui domino. §. illud: de prohib. feud. alien. per Federic. sic euenit cum conductor ædium eas deinde alij locat. l. solum. §. solum. ff. de pignor. action. modo in licitos & consuetos usus transferat. l. æquis. §. si. ff. de usufr. ideo libelli contractus vetitus fuit, per quem vassallus pensunculam exigebat à suo vassallo vel colono potius securus militiæ, siue in curte domini haberet feudum siue alibi. §. si quibus mod. feud. amitt.

¶ Ibidem prohibetur pignoris datio vt l. si. C. de rebus alien. non alien. & apertius §. 1. de prohib. feud. alienati. per Federic. vbi nec pro parte quidem vllum commercium recipitur cum debitor qui rem pignori vel hypothecæ dedit obrutus fasce aris alieni dum ad luendum veniet cogatur sæpe vendere. Nec, vt puto, dabit pignori feudum vt arma & equos compareret, vt dominum in bellum sequatur, si deinde dominus ratum non habuerit, sed ex feudi fructibus satisfiet creditori qui non debuit ignorare eius quo cum contrahit conditionem cap. 1. an agnatus vel fili. defunct. l. qui cum alio. ff. de regul. iur. & satius est semel vassallum retardari quàm sensim feudum comminui, si semel pignori detur quoad in alienationem proficiat iuxta l. 4. ff. de pignorat. act. l. oratio. ff. de sponsalib. Sanè verò benignè agerem cum vassallo, si ingens feudum pro paruo ære obligasset, vt facilis esset repigneratio quia tunc modica alienatio sequeretur particule fundi, pro qua tantum puniendus veniret. cap. 1. de vassall. qui contra constit. Lothar. Interdum vassallo præ-

sus ignoscere, si perspicue intelligeretur de feudi redditibus corradum summam posse illico, qua solueretur obligatio pignoris. l. si quis in §. si ff. de pignor. acti.

17 † Videamus an transigere liceat vassallo: & quia transactio aliquo dato, vel promissa sit. l. transactio. C. de transact. distingui solet, vtrum vassallus feudum retineat, vt tunc valeat pactio, qua nihil domino deperit: an vero feudum transferat aliquid accipiens, vt tunc irrita fiat & ita intelligantur cap. i. de controuers. inter vass. & alium. vbi excipitur fraudulenta transactio, & procul reiicitur. Attamen in §. si vassallus in si. si de feudo defunct. contentio sit inter dom. aperte approbatur transactio in qua vassallus quicquam accepit feudum interim dimittens. nec id quod accepit feudi instar habetur licet iudicium ventuari dominus ignorauerit. ceterum putem hunc locum accipiendum, dum eo iudicio non disceptatur de summa feudi sed de quibusdam accessionibus, quibus amissis feudum nihilominus vassallus retinet, siue det pecuniam vt à lite discedatur siue accipiat ab importuno vexatore. quod saepe accidit cum actor se vincendum prauidet, & litis audacter à se instituta impendia luiturum nam cum aduersarius feudum auellere tentat à vassallo, dominum certiorum fieri necesse est Oberto & aliis sapientibus hortantibus cap. i. si de feudo vassall. ab aliquo interpell. aliàs sententia vel transactio nocitura esset vassallo soli non domino. l. de vnoquoque. ff. de re iudic.

18 † Permutare non licet vassallo: cum sit eadem ratio permutationis, quae venditionis. l. sciendum. §. pe. ff. de aedil. edict. sic, licet ratione alia, domino quoque ipsius cambium reiicitur cap. si quis. quo temp. miles inuestitu. perer. verbum est sane puridum sed auro permutari dignum propter usum Gallorum: ideo vassallus difficiliter cambiet. nam & accepta pecunia numerata permutatio erit, si non vt pretium detur, sed sine consensu vendendi, qui omnes conuentiones quocumque dirigit. l. 3. de actio. nib. vt euenit in lita. de iure dot. l. cum ij. §. pe. de transact. ff. & ita in dialogis explicui. l. si. ff. de condict. caus. dat. Item vbiunque permutatio permittitur vtilitatis gratia casu singulari, tunc eum praecedat potiorum diligens inquisitio auth. item sibi. C. de sacros. ecclesi. quocirca domino offerri debet, vt exquirat quatenus profutura sit feudi permutatio.

19 Quod si vassallus feudale praedium, quod inconsulte vendidit. nondum tradiderit, magis est vt ei ignoscatur: quia dominum non trahit. l. traditionib. C. de pact. & voluntas sine effectu offensae non admodum contumeliosae impunè illi cedit. §. si voluerit de capitano. qui curi. vendid. licet fatear consensu perfici contractum, ne fas sit poenitere. l. necessario. de periculo. rei vendit. sed conatus ille & consilium non adeo turpe est vt poenam sufferat non magis quam in locatione consensu solida. l. qui autem. ff. de iis qui. not. infam. Inde, vt i suspicor, inferet aliquis feudo ex permutatione tradito non puniri vassallum priusquam vicissim aliquid acceperit: cum in hoc contractu licet datum condicere ex causa non secuta. l. §. i. ff. de praescrip. verb. saltem ex solo capite poenitentiae. l. 3. §. i. ff. de condict. caus. dat. quod si quis obiciat pignori dantem, feudum amittere, quamuis liceat refusa summa à contractu abire, & feudum recipere pignoratina actione cap. i. de prohib. feud. alien. per Federic. nam qui pignori opponit non modo praedium dat, sed etiam accipit pecuniam.

† Quod si alienatio consumetur traditione feudi. non prodest vassallo recuperasse, non equidem magis quam in deposito, in quo summam fidem veteres desiderauerunt. l. i. ff. de posit. §. si rem depositam. ead. l. quia deponen. fidem probat, & sequitur, amici à quo circumueniri nefarium sit & similiter feudum à fidelitate origine accepit. §. si. per quos fiat inuestit. ecquomodo pristinum ius recipiet recuperator feudi semel distracti contemptu lacessent dominum, cum nec è milite factus clericus denuo rediens ad militarem sectam feudi compos efficiatur. §. pe. de feudo foemin.

20 † Persequamur reliquas causas feudi aperiendi, quarum non vltima est inficiatio alienatione peior. nam non modo transfert iniussu domini feudum sed etiam prorsus auferit, & radicitus euellere tentat vnde iure quoque Romano auctori suo inulta non est, cumque privilegio spoliatur. l. si dubitat. §. i. ff. de fideiuss. si modo vassallus. dolo malo iam nulla dubitationis probabili causa excusabilis neget id quod possidet feudi iure ceteri. §. si. de lege Conrad. at verò potuit interdum obrepisse obliuio, longo fortassis tempore non interpellato à domino ad obsequium praebendum. §. licet. si de feud. defunct. content. cum sit res valde lubrica memoria vnde veniam meretur si fraudis expert fuerit, quamuis facti proprii oblita. l. peregrè. ff. de acq. poss. l. sed & si. me. ff. de condict. indeb. multo magis in alieno facto, si vassallo haeres accitus sit. §. sed tamen. de vscap. cap. i. de controuers. inter domin. & empt. dubitanter ergo respondenti venia parata est. §. si vassallus fide feud. defunct. coten. nam qui

oro possit imperio postquam superiorem se dominum non agnoscit. nam in inferiore seculus constitutum didici. l. legatus. ff. de offici. praesid. ita cum penes senatum populūque Rom. summa esset potestas, vltro se omnes magistratus functione priuarunt. l. 2. §. & cum placuisset. ff. de origi. iur. ita Maximianus & Diocletianus deposuere imperium priuata sorte contenti, vt libro 9. Eutropius scripsit in historia Rom. compendio: quibus Constantius & Galerius successi sunt, vt Bonifacius Coelestino. v. cap. i. de renunciati. libro 6. nam cum princeps supremus se imperio abdicat bono successore dato, nihil deperit Reip. saepe etiam commoditas publica augetur. at dum in frustra dissecat ditionem alienatione, euenit vt membra regni intercedant, & militaria seruitia deserantur cap. i. de prohib. feud. alienat. per Federic. l. 2. de omni agr. desert. lib. x. i. C. proinde licet alicui plus, non autem minus, cum dissimilis ratio impulerit, vt cum rem communem impunè vendo. l. falsò. C. de communium rerum alien non verò seruitutem indiuiduam impono. l. 2. ff. de seruit.

† Videamus an dominus alienans feudum suo Marte, proprietate priuetur: quod non potest, quia tantum contractus redditur ipso iure nullus cap. 2. quo tempor. miles inuenit. idque Baldo visum est, merito opinor. nam cum pro non facto contractus habeatur, extra poenam est. l. ea quidem. C. si mancip. ita fecerit alien. vt manumitt. praesertim cum facinus non admodum tetrum appareat. l. i. §. Otilius. ff. ne quis eum qui in ius vocat. aliter in maioribus flagitijs, vt si quis duas vxores duxerit. l. eum qui. C. de adulter. sunt enim turpitudinis & audaciae varij gradus. l. in actionibus. ff. de ijs qui. not. infam. quocirca vassallus alienator inscio domino priuatur feudo, quia ipsum contemnere videtur. §. fin. quae fuit prima caus. benef. aliter sentio, si dominus alienet; quia inter tam. dispares personas à iustitia distributiva abhorreat, si quis par obsequium desideret: vt ecce (quoniam crebro dictum est hoc foedus coniugio assimiliari maxime in causis amissionis. §. praedictis. eodem titul.) vir & vxor socij sunt. l. i. ff. de rit. nuptiar. attamen maior est offensa in maritum quam in vxorem. l. palam. §. quae in. ff. eodem. vbi Accursius adnotauit, nec quisquam de ea re dubitat. nec obest, quod dominus eisdem causis proprietate mulatur, quibus vassallus feudo. §. domino. si de feud. defunct. content. quia ibi ostenditur in domino vix feloniam proprie appellari, siquidem vassallum offenderit nempè iniuria atroci quae in alienatione feudi, quam lex irritam facit, nequit inueniri. † Attamen odiosa vtrunque est, ideo interpretatione restringitur: adeo vt si dominus curiam vendiderit, non continuo censeatur feudum vendidisse cap. i. de capitano. qui cur. vendid. multominus in generali alienatione vassalli. §. in generali. si de feud. defunct. cont. quippe cum quilibet praesumatur in re communi sua parte vti, non abuti aliena. l. merito. ff. pro soci. ceterum ex pretio meriti facile possimus animum contrahentium; an curiam venditam feudum sequatur. l. i. ff. de reb. dubi.

† Delibata itaque vassalli mentione, videamus qua ratione Lotharius ei feudi alienationem interdixit, & quatenus: quia, inquit, milites exhausti facultatibus seruire senioribus suis non poterant, nec curabant cap. i. de prohib. feud. alien. per Lothar. lubrica namque res est pecunia plus argento viuo, atque in ludum & comestationes facile disperditur, cum res soli pudor disperdere veret. vt ex redditibus earum arma equique, non semel tantum sed quoties expeditio militaris iusserit, comparari queunt pro defensione Reip. vnde prohiberet Lotharius omne commercium feudi sine domini assensu, siue totius partis. ita vt ne in libellam quidem fas sit concedere, quod & Federicus confirmauit cap. i. de prohib. feud. alien. per Feder. nam antiquitus licebat dimidium feudi alienare inscio domino libelli tamen titulo cap. i. de alien. feud. modo in ecclesiam non transferretur nunquam scilicet mortuam cum euidenti domini incommodo feudum hoc pacto nunquam recuperaturi, at verò libellum fieri dicebatur, cum ita transcriberetur feudum, vt accipiens à vassallo eidem vilem pensionem duorum denariorum praestaret. §. donare. qualis. olim poter. feud. alien. vnde oriebatur duplex malum: alterum quod ex tam exiguo reddito suppeditari nequebant arma equique bello gerendo apta: alterum quod vassalli clam pretium feudi accipiebant palam verò pensionem accedebant. & illud accedebat denique, quod inuito domino ibat feudum ad eius manus qui forte iniustus & iniustus domino foret, quod nec in emphyteusi lex recipit. l. si. C. de iur. emphyt.

† Ceterum non dubito quin paternum feudum in primum agnatum liberè vassallus alienet specie potius refutationis, eò quod ad illum feudum sponte inuenit. l. i. cap. i. de alien. pater. feud. vt in leg. i. C. de ijs qui sibi ascrib. etiam post Lotharij.

Federici que sanctionem. §. sed etiam. per quos fiat inuestit. quamquam hic aliàs in d. cap. 1. vsque ad eod alienationem vetuerit, vt nullo tempore præscribi patiatur. proinde feudum nouum alienatum ad dominum illico reuertitur. §. si. quæ fuit. prim. caus. benef. si verò est antiquum venit ad agnatos vassalli, qui non consenserint, vel ratum habuerint. d. cap. 1. de alien. patern. feud.

9 † Sed quid de alienatione necessaria dicemus, si fortè mole æris alieni obruatur, quæ magis premere solet quàm vllus lapis Tantali? constat quidem olim partem feudi huius vendere, sed non hodie cap. 1. qual. olim poter. feud. alien. idque æquum puto, vt saltem adeatur comiter dominus à vassallo inopiam suam detecturo, & veniam coactæ alienationis petiuro, & demum exploraturo an sibi simili pretio feudum retinere expediat, vt in l. si. C. de iure emphyt. † Nam vbicumque licita est alienatio feudi vel necessaria, dominus habet ius prælationis, nisi refutauerit, vel à tempore scientiæ anno vertente tacuerit. §. porro qual. olim poter. feud. alien. quod in Gallia frequentissimum est, vbi feuda instar patrimoniorum alienantur promiscuè. nec dubium est hac in re consuetudinem præpollere cap. 1. de feud. cognit. nisi lege antiquetur vt in l. dudum. C. de contrah. empt. vbi agnati quoque ius prælationis habuere aliquando: & passim renouatum est ex §. Sed etiam. Per quos fiat inuestit.

11 † Quòd si vassallus condemnatus esset à iudice magna pecunia, & propterea feudum executio sententiæ inuaderet, non continuò priuaretur: quia iudicia feruntur in inuitos. l. inter. §. 1. de verb. oblig. & subuenitur ei qui iubente iudice parere tenetur necessariò, non illi qui vltro necessitatem incurrit. l. si fideiussor. §. 1. qui satisd. cog. ff. nam

Necessitas, cuius cursus transuersi impetum

Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt,

vt apud Macrobius dixit Laberius à C. Cæsare victore in scenam prodire iussus, excusat l. 2. C. de patrib. qui fili. distax. modò culpa non præueniat diram necessitatem, vt iam artigi l. quemadmodum. §. idem Labeo. ff. ad leg. Aquil. vt si vassallus per contumaciam nolit cauere de damno infecto alij, qui ideo mittitur in possessionem prædij feudalis ex secundo decreto: si modo commodè cauere possit. & certum est ex primo decreto non transferri dominium vel vsucapiendi conditionem, sed tantum rædium contumaci. l. si finita. §. Iulianus. §. si de vectigalib. ff. de damno infect. de quo dixi dialogo xix. ergo is qui possidet ex secundo decreto, illa iure domini, vassalli assuetos prouentus capiet. nam & ibi Accursius idem in feudis quod in vectigali prædio vel emphyteutico respondit. nec tanti faciendi est reuerentia debita domino, vt propterea iuri publico derogetur, & detur anfa malignandi impunè vassallo: nec ex ea dominus fiet locupletior præ illo cui nocetur, licet Barr. repugnet, eò quòd videat vassallum ob culpam insignem feudo quidem multari, sed id, vt ipse ait, non offenso addici. sed magis aut domino aut agnatis iuxta distinctionem cap. 1. an ille qui interfecit frat. domin. Planè facile est ei, qui ex decreto iudicis possidere feudum vult, mederi domino, rationibus, quæ dominum comitantur, vt videlicet dominus ipse feudum capiat. tanquam à vassallo refutatum & habitum pro derelicto, & caueat deinde aduersario. l. euenit. de damn. infect. nam & alienatio in refutationem libenter degenerat cap. 1. de alien. patern. feud. & cum hoc modò necessaria est præter legem, recipitur. l. 1. ff. de fundo dotal. aut imputet sibi dominus, cur se vassallo ita moderatum præstiterit. quia penè nouum vassallum consensione sua videtur accipere, cum eum suum in possessionem mitti, cui obuiam ire facile potest.

12 † Quòd si ex delicto vassalli bona eius fisco applicanda veniant, tamen feudum vulgò negant accedere, cum ad dominum vel ad agnatos reuertatur, prout delictum illum vel exteros pupugit. d. cap. 1. an ille qui interfecit frat. domin. quod sine dubio verum esset, si multa quædam inflicta esset vassallo, quæ satis ex aliis bonis colligi quiret, cum feudum eximatur ab alienatione licet generali. §. in generali. si de feud. defunct. cont. sit sed si vassallus nihil præter feudum haberet, verendum esset ne non aliquid fisco applicaretur cum multæ ex delictis compendij regalis sint cap. 1. quæ sint regal. at in omni sacramento fidelitatis excepta videtur persona regis cap. 1. de noua forma fidelit. §. fin. de prohib. feud. alien. per Federic. nec cuiusquam magis interest infidos & scelestos puniri quàm principis, cui salus Reip. potissimum credita est. l. 3. ff. de offic. præfecti vigili. quæ in puniendis illis maximè versatur. l. licitatio. §. quòd illicitè. ff. de publican. vnde necatus à plebe traditur Tadius rex Sabinorum, quem Romani regni consortem Romulus fecerat, quia sexto demum anno non esset passus amicos aliquot suos puniri, qui cum

non

qui dubitat ignorantis loco est. l. si. C. de cond. indeb. alias sicut os quòd mētur occidit animā, vt habetur Sapient. 1. ca. ita occidit feudū. §. vassallus. si de feud. defunct. cont. Vbi à pœna Oberius eximit eum qui non patefacit domino fraudè alterius vassalli inficiatoris, vel qui aliā rem domini celat: quia nō cōtinuò feudum aperit, cum de ipso non sit menturus: nec pœna egreditur limites delicti tum alibi tum in mendaciis. §. illud. 2. de trient. & sem. iss. col. 3. vbi qui conuentus à creditore communis debitoris negat se huius rem possidere, si mox cōuincatur, possessionem eius rei amittit, in aliā quamuis ius suum persecuturus, vt in eandem cuius possessione multatus est vt l. si. ff. de rei vendic. planè vassallus plus possessionis nudæ commodo perdit per inficiationem, quia irreuerens est in dominum, cui assurgere debuerat. & omnia delicta acerbiora ab iis putantur, quos lex nobis deuinxerit strictius. l. capitalium. §. omnia. ff. de pœnis.

† Quòd verò dictum est, vassallum impunè celare vel non patefacere aliam rem domini, sic demum verum est si non de ea fuerit interrogatus: ita vt non propriè celare videatur, sed magis non indicare & non reuelare sponte sua vt in l. 3. §. fin. ff. quòd vi aut clam. variè enim id verbum vsurparur dum silentio & incuria facinus regit: sed propriè celat interrogatus & mendax cap. 1. si de inuestitur. inter domin. & vassall. is oriat. adhæc apud iuriconsultum idem notatur. l. qui vas. §. qui furem. ff. de furt. & apud Ciceronem lib. 3. officiorum ex Diogenis Babylonij persona loquentem: aliud est celare, inquit, aliud tacere: neque ego nunc te celo, si non dico quæ natura deorum sit. nec quicquid tibi vtile est, id mihi dicere necesse est. cæterum & inuidum silentium vassallum argueret improbitatis, si sciret domino iacturam grandem patrimonij impendere, nec sedulo deregeret. §. item qui. quæ fuit. prim. caus. benef. amitt. quia offendit eo ipso dominum, & suum fidelitatis sacramentum. §. ego iuro. de noua forma fidelit. amoliri namq; debet omnes machinationes aduersariorum domini, licet circa ipsum feudum non versentur. arque ita deierat.

† Refutatio nunc se se offert domino iridem feudum addicens, quòd vassallus respuit. 22 olim hoc genus reiiciendi feudi vix admittebatur ca. 1. qualiter olim feud. alien. inuito enim domino non reddebatur beneficium, sed postea receptum est cap. 1. de vassall. qui contr. cōstit. Lothar. nam & si maximè delinqueret vassallus, plus feudi amissione non puniretur domini solius respectu. quamuis refutans aliquando laceffat dominum seruitia prædiorum emolumentis præponentem, impunè faciet. hoc pacto nimirum semet vltro vassallus vlcisitur, tamen si certa seruitia domino sponderit vt §. si. de capit. qui cur. vendid. & licet fatear in feudo non esse pœnitentiæ locum à perfectione. §. si facta. si de feud. defunct. content. non magis quàm in venditione, nisi vtriusque consensus intercesserit eorum qui contraxerunt re integrā. l. 1. C. quando liceat ab empt. disced. sed ei fas est pro derelicto habere quiduis. qui onus subire tenetur contemplatione alicuius prædij siue rei, & ita se exonerare ac domino proficere. l. prætor. §. si. ff. de damno infect. maximè cum seruiturè debet. l. & si fortè §. Labeo. si seruit. vendic. ff. vbi Labeo respondit ei qui debet seruiturè oneris ferendi, & sic pariterem seruiturè rescindi, fas esse ipsum domino derelinquere, cum res non persona seruiat. ar. in quies, in feudo igitur aliud statuendum, cum persona seruire magis videatur. Fateor vtrique, sed seruit persona rei respectu, quia dimissa infestari nequit, nisi quatenus de indultria vel ignauia deteriore fecisset. l. cum fructuarius. cum l. sequ. ff. de vsufruct.

† Præterea si refutatio in fraudem domini facta fuisset nempè intempestiua, domino iustum bellum procinctum mouente, ne cogatur in bellum comitari iuxta sacramentum fidelitatis, vt fertur fecisse Vlysses simulata insania & damnata in l. obseruare. ff. de curator. furios. non auscultarem ei, non plus quàm Palamedes Dux Græci exercitus, vel iuriconsultus. in l. 4. §. qui post de re milit. Quòd si non perspicaci prudentia Palamedes ille

Istius percepser malitiosam audaciam,

Fide sacratum ius perpetuò falleret

Vt dicebat Accius in Aiace. l. actione. §. Labeo. ff. pro soci.

Insuper si vassallus post commissam feloniam immanem vellet renunciare feudo, vt magis vltro celsisse crederetur quàm expectare notam iuris, non audiretur. l. is cum quo. de aqu. pluui. nam nec facinorosis libera mortis facultas permittitur à iudice. l. aut damnus. §. 1. ff. de pœn.

† Et hæc de expressa veraque refutatione dicta sint, quia altera est impropria, vt cum vassallus feudum transfert in agnatum, qui in paterno proximè successurus foret cap. 1. de alien. patern. feud. Item cum vassalli agnatus renunciat feudo nondum delato in gratiam agnati alterius, & omnino refutat non tamen in fauorem domini cap. 1. de eo qui finem fecit agnat.

Denique puto abundè videri refutasse feudum, qui pertæsus est seruitia ei apposita. nam luctum spernere creditur qui commodum illi adnexum reiicit. l. proinde. ff. de reb. cred. cap. 1. de vassall. milit. qui arm. Addo tandem non esse veram refutationem à vassallo factam, vt dominus filium eius inuestiat cap. 1. de vassall. decrep. etiam enim antea vassallus omnia bona sua verisimili desiderio liberis suis acquirat præsertim feudum, §. si. in quib. caus. feud. amitt. idè què tale feudum paternum censetur non verò nouum, quòd semper refutatione ad dominum reuertitur.

25 † Planè antiquum refutatione liberis prius deferri Zasius & alij asserunt: quòd mihi vix constar, cum in d. cap. 1. de vassall. decrep. expressim lex refutationi dicta esset, vt ad liberos transcriberetur, perinde ac si non expressa conditione aliud statueretur. & pater recusans ac repudians viam præcludit posteritati suæ defuncto charissima. l. 1. C. de iis qui ante apert. tabul. accedit, quòd ieiuna videtur refutatio à vassallo facta acquisitionem filio eius continens vel nolente domino. l. Iulianus. ff. si quis omiff. caus.

26 † Tanta autem est necessitudo inter vassallum & dominum vt post refutationem vestigium aliquod sui relinquat, saltem ne offendat dominum, quem iam defendere non obligatur. §. si. de vassall. qui contra constit. Lotha. quippe cum honestum illi iuratus promississet cap. 1. de forma fidelit. at refutans feudum tanquam inutile beneficium, satis dominum contempsisse videtur, nisi offensionem leniret feudi recepti compendio. interim ergo caueat vassallus, ne temerè rursus eundem irriter, pristini officij recordatione obstrictus, vt docet Accursius.

27 † Superest casus seu defectus corporis in vassallo, vt feudum aperiatur cap. 1. an mutus vel aliàs imperfect. sanè vbi verba auctoris intrinsecè rimabimur aliud sentire intelligitur: mutus & surdus, cæcus, claudus vel aliter imperfectus etiam si sic natus fuerit, totum patrum feudum retinebit Obertus, Gerardus, & multi alij: Quidam tamen, inquit, dicunt eum qui talis natus est, feudum retinere non posse: quia ipsum seruire non valet. Sic dicimus in clerico, & in fœmina & in similibus. ecce qualiter feudum retineri posse ab huiusmodi personis asserit, eò quòd ipsis multò magis per substitutum seruire licebit quàm eis, qui bello per corporis soliditatem interesse licet, qui tamen dant substitutum &, vt sic dicam, per procuratorem sunt valentissimi. §. firmiter. de prohib. feud. alien. per Federic. & dum stipulor ab aliquo id quòd fieri per ipsum nequit, per alium explere poterit, vt me docuit Venuleius. l. continuus. §. si ab eo. ff. de verbor. oblig. vbi non nihil commodè attulit Accursius. sed ea lege recipio substitutum, vt is à quo datur obligatus sit, si quid perperam patretur. l. 1. de præposit. agentium lib. 12. C.

28 † Ex quo fateri necesse est rectè concedi mutò, cæcò, aut aliter imperfecto, & mutilo, feudum. eò potius quòd talem videns dominus noui feudi institutor gratiam ei facere creditur. l. ea quæ. ff. de contrah. empr. quòd si feudum antiquum sit, perseverabit in mutum aut cæcum, vt dominum, vt magistratus. l. 1. §. quamuis de postul. l. qui furere. de stat. homin. sic in impubere filio relicto à vassallo, pro quo seruiet alius. §. si quis decefferit. si de feud. defunct. content. non enim in feudis electa est industria personæ vt in l. inter. ff. de solut. cum vassallo & hæredibus eius destinetur. quamquam fateor impuberi nullum exprobrari defectum, cum omnes & ita nascamur, nec obmutescenti dum moritur, adducor. l. cui deus. ff. de ædil. edict. proinde in d. cap. 1. an mutus vel aliàs imperf. posterior opinio illorum, qui dixere feudum à muro surdo claudòe minimè retineri exemplo fœminæ vel clerici. exhibatur, & vt nihili res commemoratur quamuis posterior vt §. ad hoc. hic finit. lex deind. cõsuet. nec iquantur exemplo clerici, quia spontè non aduerso casu sit inhabilis cap. 1. de vassal. milit. qui arm. bellic. deposu. quocirca illius miserta est, lex non huius l. si fideiussor. §. 1. qui factid. cog. ff. fœminæ etiam parùm opitulatur: quia finis sit paternæ familiæ. l. familiæ. ff. de verbor. signifi. atqui mutus, surdus, cæcus, liberis suis masculis nomen domus vnà cum feudo rectè dabunt, cum nuptias iure celebrent. l. mutus. ff. de iure doti. feudum autem nouum à sciente prudentèque domino in clericum fœminaque recipi tempestiuè ostendimus.

29 † Quòd itaque alibi habetur mutum prorsus & sic surdum simul, vt plurimum. l. discretis. C. qui testam. facer. poss. feudum non retinere sed hoc ad dominum reuerti: atque si feudum magnum sit, ex eo mutum ali. §. si. episcop. vel abbat. vel ad eum pertinet qui non dat substitutum, vel ad illum qui spe sobolis destituitur, & priuatam calamitatem in perniciem reip. rei que militaris conuertere non debet: vel certè Oberi Gerardique sententiæ repugnat æquè admodum, vt patet factum est superius, idè amplectendæ. tamen si textus subiungat. d. c. 1. an mutus surd. quosdam diuersum putare: fateor, sed mala ductos coniectura vt l. 1. §. si. ff. de eo per quem fact. erit. §. si vassallus hic finit. lex deind. cõsuet.

† Quòd

Quod si mutus pugnare adhuc posset amissa manu, vel mutus surdusque, nullum alium peterem, qui pro ipsis belligeret, nec pro impubere, qui fortè propter generis splendorem copias duceret L. si. C. de testam. milit. maxime si in bello id vitij contraxisset cum in eodem mortuis eorumque cognatis tantopere fauceatur. §. 1. de excus. tut. atque vt alij imposterum alacrius in prælia confertòsque hostes irruant, & muti plerique Martem manu non lingua metiti sunt, & claudi etiam, eò ad fugiendum ineptiores. sic M. Sergius à Plinio commemoratur clarus: & debilis miles amissa sinistra manu. multis præliis, dextram sibi ferream fecisse, & æquè feliciter pugnasse, quæstus eleganti oratione, cum in prætura sacris arceretur à collegis suis, à quibus, me iudice, arceri non debuit, quæ seruasset. L. amiciff. §. si. de excus. tutor. ff. nam & quamuis interdicitum sit seruis militari dignitate, L. si. qui milit. poss. lib. 12. C. non iis tamen qui propter militiæ causam serui facti fuerunt, bello scilicet capti dum strenuè dimicant, quos iura potius priuilegiis & honoribus prosequuntur naturali æquitate, vt ius Postliminij & lex Cornelia testantur, L. in omnibus. L. seq. ff. de captiu.

CAPVT XII.

De actione ex contractu feudi nascente, & de pœnitentia in eodem: de probatione, de testibus, instrumentis, iureiurando, de iudicibus, de paribus curiæ, de laudamento.

NOTABILIA.

- 1 Quanam actio nascatur ex contractu feudali ante vel post traditionem.
- 2 Condictio ob causam competit aduersus vassallum non seruientem, sed tantum ex capite causæ non secutæ: & an sit conuentio nominata.
- 3 Olim semper licuisse pœnitere in feudo ei qui dederat: & pro eo in rem agi similiter.
- 4 Emens scienter à vassallo feudum non habet de euictione actionem, quamuis promissa fuerit.
- 5 Vtrum dominus ab emptore feudum vendicat potius quàm in personam agat.
- 6 Interdicta pro feudorum possessione concessa.
- 7 Quot modis feuda probentur, & qualibus testibus, exclusa fœmina.
- 8 Pares curiæ maxime idonei testes, quorum vbi est penuria, ex ratione loci alios admitti.
- 9 Præsumptio an pro domino magis quàm pro vassallo militet: & an allodialis res in dubio putetur.
- 10 In obscuris possessori fauet præsumptio, & pro recta natura feudi.
- 11 Probatio sit literis seu breui testato: quid sit testatio, & breues.
- 12 Iureiurando multum probationis inesse in feudis, adeò vt nec illud retractetur quod supplenda probationis causa deferretur à iudice.
- 13 Diuinum iudicium vomeribus ignitis & feruente aqua fieri solitum vetusto ritu.
- 14 Regem esse supremum iudicem, vel Imperatorem nequaquam mundi dominum, eumque de feudo ligio primum, vel de alio ex appellatione, ius dicere.
- 15 Pares curiæ quales fuerint, & qua origine, cuiusque fraternitatis eorum censetur sodalitiū.
- 16 Pares inter dominum & alium vassallum iudicant, & quod cliens contra dominum agat in iudicio salua reuerentia.
- 17 Vassalli contra exterum acturi iudicem ordinarium adeant: secus si inter se disceptent, cum eos esse vassallos non dubitetur.
- 18 Quid sit dominum vassallo cuiuspiam garenti dare, quid laudare, & laudamentum iudicum.



VONIAM vulgò verèque prælitum est neminem sibi ius dicere posse, aut rem amittere. l. pe. ff. ad legem iul. de vi priuat. nisi quatenus lex permittit ob nimiam securitatem eius qui legem negligit. l. 1. C. quando liceat vnic. siue iudic. vsque adè vt permittat vassallo agere prædas in dominum. §. si. de milit. vassal. qui contru. est: Idcirco videamus qua actione pro feudo experiamur. Et si quidem stipulatione feudum promissum sit, ex illa agatur: quia firmat omnes contractus licet innominatos. l. ex placito. C. de rer. permut. vel nominatos qui re sola fiunt. nam ex sola stipulatione agitur. l. cum enim. ff. de nouati. vel dubios lege roboratos recenter, vt donationem olim euandam solo

Hh

consensu, hodie ex lege conditione firmatam, sed validius stipulatione. l. si quis. §. si. C. de donari. Si vero stipulatio non interuenierit sed sola promissio, feudum non produxit actionem sine traditionis specie aliqua, id est, sine inuestitura, quæ præcedit possessionem cap. i. quib. mod. feud. constit. cap. i. quid sit inuestit. & eo minus solo consensu obligat, quod, ut vtrouque patet, duplex traditio feudi moribus desideratur tum alibi vnica, vel ficta tantum, sufficiat. l. i. §. pe. ff. de acq. poss. Quamobrem pro feudo datur conditio ob causam domino contra vassallum seruire cunctantem cap. i. de feud. sine culp. non amitt. Licuit quidem domino eundem expellere. §. sed non est. quæ fuit prima caus. benefic. cæterum licuit quoque mitiore actione vti. l. ea lege. C. de condit. ob caus. l. si. ff. de furt. At dicit quispiam, non mirandum hoc cum & in venditione celeberrima conventionum conditio ob causam competat. l. cum te. C. de pact. inter empr. verum ibi erat prius venditio substantiam integram habens, consensus, rei, & pretij. estque præterea adiectum pactum, cuius contemplatione res venierat: nos vero loquimur de feudi solo contractu instar do ut facias. nam datur prædium ob homagium & seruitia. §. si. in quibus caus. feud. amitt. vnde ex implemento nemo negauerit actionem præscriptis verbis, cum causa sub sit. l. iuris gentium. ff. de pact. & cum ad repetitionem feudi dati competat conditio. l. v. §. i. ff. de præscr. verb. planè illud singulare est in feudo, quod ei qui impleuit conditio causa data permittitur ex capite tantum causæ non secutæ, non ex altero pœnitentiæ. §. si facta. si de feudo defunct. content. Licet ibidem quod interfuisset aduersarij dominus pœnitentiæ ductus præstare velle. sic euenit in transactione innominata prorsus sed litium finitarum ratione fauorabilis. l. quamuis. C. de transact. l. cum proponas. 2. C. de pact. secus in aliis defectis nomine contractibus. l. 3. §. i. ff. de condit. caus. dat. si pecuniam. eod. Quinimo videtur feudum elegans nomen cum effectu habere: quia si dominus polliceatur inuestituram vassallo renuenti & legitimè interpellato, hunc tanquam ingratum reiicit. Respondeo ibi stipulationem interuenisse ab initio. Nam præcessisse solidam conventionem ibi necesse fuit, cum dominus offerret inuestituram vassallo postea. deinde vassallus, cui pœnitere licuit, nihili faciebat se ingratum dici feudi respectu, quod spernebat.

3 Verustius quoque fuit quolibet tempore pœnitere domino soli, non vassallo, priusquam tantæ leuitati Conradus Aug. mederetur. §. & quia. de iis qui feud. dar. poss. sed talis pœnitentiæ ex parte dominorum communis est plerisque nominatis cõventionibus de grege nobilium, vt mandato, precario, deposito. Quod si feudum traditum penitus fuerit, nemini insuper dubium est quin in rem quoque actio detur tam domino quam vassallo aduersus omnem possessorem & dominum met. l. i. §. si. cum l. seq. si ager vectigal. ff. præsertim cum potior sit conditio vassalli æternum fruētis quam emphyteutæ pensionem præstaturi aut expellendi si triennio cessauerit. l. 2. C. de iure emphyt. quod in feudo non obtinet, quoniam vassallus seruitia non redditus pendit, nec nisi rogetur, cum domino scilicet necesse sit, d. cap. i. de feudo sine culp. Itaque rei vindicatio efficax erit domino contra emptorem feudi à sciente vassallo distracti cap. i. de controuers. inter domi. & emptor. nam si ignorans feudale esse prædium alienasset, id reciperet. §. si vassallus. si de feudo defunct. content. nec electio iam superest emprori, vtri malit restituere: sed bona fide dictate emptor pretiū, & si quid sua interfuit ab incauto comparasse, recuperabit, venditor verò rem. l. bona. ff. de act. empr.

4 Quocirca cum lex excipiat bonæ fidei emptorem indemnem fore vt cap. i. de prohib. alienat. per federic. is qui sciens feudum à vassallo emerit, pretium perdet, nec compellabit de euictione venditorem, vt ibi Accursius notat iuxta l. si fundum. C. de euict. vbi tamen excipitur quoties venditor euictionem nominatim promissit, nempe in re quæ penitus priuata est. atqui in feudo aliqd sentiendum putat, merito prorsus. nam alienatione feudi iniuria sit domino. §. si. quæ fuit prim. caus. benef. amitt. sed magis reipubl. cuius tutela necitur duplici vinculo legum & armorum cap. i. de prohib. feud. alien. per Lothar. vnde in pari causa turpitudinis potior erit venditor quam emptor de euictione agens. l. in pari. ff. de regul. iur. Ita tamen vt venditori mox à filco pretium extorqueatur, qui malè parta sorbet, gaudet puniri autores contractus reprobi. l. Lucius. de iure fic. l. mercatores C. de commerciis huc spectat d. §. si. quæ fuit prim. caus. benef.

5 Si quæras vtrum dominus vendicat feudum ab emptore, an actione personali petat: dicam electionem illi tribui: quia cum sacramento fidelitatis tutum & honestum illi vassallus promiserit, dum inuestitur cap. i. de forma fidelitatis perperam alienauit. vnde licet pacto non transferatur dominium. l. traditionibus. C. de pact. tamen mira sedulitate retroagitur eodem ad dominum, vt in pacto additionis in diem, & legis commissoria, si eorum pote-

state pristinus dominus vti malit, non si negligat opimum legis remedium. l. 2. l. post diem ff. de lege commiss. vnde conducere poterit, vt docui ex cap. i. de feudo sine culp. non amitt. nec dubium est quin actio in rem sit præstantior: quia arbitraria est, atque ided bonæ fidei imitatrix instar simiæ. §. præterea de action. vt patet, quia in ea iurabitur in litem aduersus eum qui dolo deserit possidere. inde congeries condemnationis magna sequitur. l. qui restituere ff. de rei vindicat. potissimum in feudi tractu, in quo iuriurando plurimum ad stipulamur argumento illius ætatis qua feuda inoleuerant robore eximio vt pote Deum afferentis, insigni reuerentia & pietate amabili. §. si. si de inuestitur. inter domin. & vassall.

6 Quocirca cum sæpe dominium difficiliter probatu sit quam possessio, proinde lex hortatur vt possessoriis primùm remediis experiamur, atque ita leuemur à probationis falce, competere interdita pro feudo possidendo cap. i. si de feud. defunct. & tum domino tnm vassallo assiduo fructuario proderunt. l. si. ff. vt possid. & in re obscura possidenti deferretur conditio iurandi cap. i. de contenti. inter domin. & vassall. de inuestit.

7 Superest igitur inuitante materia, vt probationum modos enucleemus, testibus, literis, & iureiurando, constitutos. & hi tres simul modi comprehenduntur in cap. i. quid sit inuestit. Testes verò masculos intelligimus duntaxat. §. si. qui testes sint necess. ad prob. vbi patet arceri fœminas à tantæ molis contractu, quem tamen inire possunt. nam & feudum primò conferunt, & dum collibuit, recipiunt. §. pe. per quos fiat inuestit. cap. i. de feudo fœm. sed & fœmina liberè testamentum adolescentula. l. qua ætate. de testam. ff. in eodem autem testis non admittitur. l. qui testamento. §. mulier. eod. nec in diuortio. l. nullum. C. de diuort. l. nullum. C. de diuor. At non sicut in vtroque horum duo testes non sufficiunt iure. licet aliter more multarum regionum falso fabricando accommodato. ita in feudo ad probandam inuestituram plures duobus desiderantur cum in ore duorū vel trium in feudis potissimum stet omne verbum, Christo teste mirifico dictante Matthæi cap. 18. quod perinde est, atque si dixerit duos testes sufficere. cum in disiunctiua alteram partium veram fore satis sit præsertim in hac phrasi. §. si verò. quid sit inuestit. l. qui libertinis. ff. de oper. libert. non induco. l. vbi ff. de testib. propterea quod id apertissimè probatur in cap. i. de not. feud. & §. si quis se. si de inuestitur. inter. dom. & vass.

8 Quo ex loco deinde colligo, non temerè quoscunque testes rogari ad inuestituram sed pares curiæ, si modo non procul absint pares: vel secundo si clericus inuestiat. nam in hac specie exteri sine delectu testificantur cap. i. eod. tit. Sed pares falsi ac fallaciæ expertes magis putantur. d. cap. i. §. idcirco. de not. feudor. vel ex dignitate, vel quod in eadem conditione qua vassallus sint, & compares dicantur. §. si. de allodi. & hæc obtinent in noua inuestitura: quod si verus renouetur, vt assolet, cap. i. quo tempor. mil. tunc testes quique obuij sufficiunt cap. i. §. pe. qui testes sunt necessar. nam firmius hærent quæ iam olim fundata fuerunt. vnde fit, vt ad conuincendam vassalli ingratitude quinque testes integræ opinionis producantur, cap. i. quot testes sunt necess. ad proband. feud. ingrat. Sed in vniuersum vbi penuria euidentis est testium eximiorum, alij audiuntur testificantes verisimiliter cap. i. de not. feudo. l. quæsitum. ff. de testib. & consuetudine Tolosana in eod. tit. articulo. 8. testes domestici idonei sunt in gratiam eius qui domi iniuria affectus fuit.

9 Sanè quia in toto iure is qui fretus est aliqua præsumptione transfert onus probationis in aduersarium, vt amba luctentur, quoad alterutra superet. l. si chirographum. ff. de probati. l. non est. ff. de eo quod met. caus. idcirco vtile est cognitu, quando præsumptio pro domino vel pro vassallo militet. vt cum aliquis contendit rem feudalem esse quam aduersarius possidet, & insiciatur: nam libera præsumitur, prout fuit iure gentium diuisis dominiis, donec seruitutes eodem iure constituerentur prædiis. aded vt in re mea quiduis impune faciam cum damno vicini nisi æmulatio mala detegatur. §. si. de vsu & habit. l. i. §. denique de aqu. plu. nec enim nascitur feudum, sed fit inuestitura, aut successione post inuestituram perseuerat. §. si. de feud. cognit. proinde incumbit onus probandi domino, cui victori prorsus res adiudicatur, vt vlciscatur insiciatorem. §. si. de lege conrad. Quamobrem omne prædium præsumetur allodiale & immune à censu alterius domini præterquam principis cap. i. de allod. & cap. i. quæ sint regal. nam præcipuum regiæ potestatis est censuum & tributorum exactio. l. si. C. line censu vel reliq. allodium autem in proprietate consistit nulli domino obnoxia, nisi iurisdictionem excipias, vt alibi demonstrauit ex d. cap. i. de allod. quippe qui in loca communia & occupanti cedentia iuris dicundi auctoritate censetur. l. littora. ff. ne quid in loc. publi.

Illud commune est feudo cæterisque causis ac negotiis, quod in obscuris inclinamus possessorem versus, & pro illo bene coniciamus antequam diuersum probetur, aut sub sit aliquid

quod iudicem moueat, vt melius de petitoro suspicetur §. sacramentum & §. si. de consuet. rect. feud. Vt si constet feudū esse, sed dubitatur quale sit, in re dubia rectum iudicabitur natura vulgari sultum, non aduentitia, cap. i. de controuerf. inter Episcop. multa namque aduici solent præter naturam feudi à vassallis præstanda vel leuiora quàm feudi natura exigat. §. si. quid sit inuestit. §. si. per quos fiat inuestit. i. i. C. de iure emphyt.

II *Secundo*, dixi probationem fieri inuestituræ veteris vel nouæ literis, quæquidem nihil addunt substantiæ obligationis, sed prosunt ad retinendam fugicem hominum memoriam l. 4. ff. de pignorib. nec tantum probatio constiterit instrumento diffusio, sed etiam compendiaro, & breui testato instructo duorum saltem parium testimonio cap. i. quid sit inuestit. quoniam breuitas chartelæ non officit contractibus l. si aliquid C. de donati. quod si pares desint, exteri breue testatum satis illustrat in vtrius inuestitura, vsu mediolanensi receptiore, cap. i. qui testes sunt necess. ad prob. inuestit. §. item si vassall. si de inuestit. feud. corrouer. restationem vocant iurisperiti eiusmodi scripturam l. in sponsalib. ff. de sponsalib. non solum §. i. ff. de oper. noui nunciat. accedat. l. Lucius ff. de iis qui notant. inf. & breues seu breuia dicuntur scripturæ fori seu negotiorum summatim ea complectentes: Lampridius in Alexandro Seuro Aug. eum notarium qui falsum causæ breuem in consilio Imperatorio retulisset, inquit, incisus digitorum neruis, ita vt nunquam posset scribere, deportauit l. si. §. i. C. de appellari. nam & in d. cap. i. quid sit inuestit. vers. quod si iurare. exterorum testium dicto fides plurima tribuitur.

12 *Quamobrem iam superest vt de iurciurando probationis vim habente dicamus*: quia qui iurat, sit testis in causa propria partis aduersæ consensione: imò etiam iudex etiam sit l. fin. C. de fideicommiss. maxime quod in feudis mirifica iurandi solemnitas plerunque adhibetur cum xij. sacramentalibus iuranti ad stipulantibus, vt iam declarauit §. sacramentum. de consuet. rect. feud. sæpe etiam iudex defert iurandi conditionem, vt ibi eleganter aperitur, nempe ei cuius fidem ad peierandum minus propensam suspicabitur, nec lego in feudis tractari tale iurandum, quod ad suppleendam probationem spectat, licet iure Romano aliter obseruetur, si antiqua instrumenta emerferint, quibus possit conuinci periurium l. admonendi ff. de iurciur.

13 Inuenimus & aliud genus probationis diuino iudicio exercitæ, & victoriam secum trahentis, in §. si rusticus. de pace tenend. & eius violator. vbi si miles rusticum de violata pace pulsauerit, & manu sua iurauerit, inquit, quod non voluntate, sed necessitate hoc fecit, de duobus vnum rusticus eligat: an diuino, an humano iudicio innocentiæ suam ostendat, aut septem testibus idoneis, quos iudex elegerit, se purget. Accutius diuinum iudicium interpretatur, cuiusmodi ipse vidit passim frequentari, ix. vomeribus ignitis candentibus humi serietim positus, quorum vnum homo qui periclitatur manu correptum eo vsque perferrebat, donec ad vltimum peruenisset singulas perambulans, vt Germanici annales amplius ostendunt, cuius iudicij fiducia pleni Leo Papa mentionem facit in can. omnibus §. fin. 2. q. 4. ad Carolum Magnum scribens, & Stephanus ad Maguntinum Episcopum in can. consulti. vbi ferri candentis vel aquæ feruentis suspecta est probatio. & idem Carolus Aug. in lege Longob. tit. de partiticiis lib. i. l. penu. Quando aliquis negat se occidisse oropinquum, ad nouem vomeres ignitos, ad iudicium Dei, inquit, examinandum accedat. at iudicium aquæ feruentis tale fuit, vt si manus immersa lebeti feruentis aquæ exureretur, pro conuicto reus esset, sicut Imp. Lodoicus tradit in lege Longob. tit. de monomachiis l. si quis ex leui.

14 Si demum iudices feudorum requiramus, imprimis occurret Imperator seu rex superioris expers. neque enim mundi totius vllus est Dominus, vt pater, cum multæ fuerint gentes fœderatæ Romanis sibi latissimum imperium vendicantibus æquali iure, l. non dubito. ff. de captiu. multa iisdem formidabiles, cum quibus pacem fecisse gauisi fuerint, vel inimicitiam sine victoria aluerint l. v. §. in pace ff. eod. l. 2. C. de offici. præfer. prætor. afric. nam quod habetur in l. de precatio. ff. ad legem rhod. imperatorem esse mundi Dominum, eo spectat, vt partis equidem maioris sit Dominus, l. i. §. Domini. ff. ad syllanian. accedit quod licet Imperator in subditos ius dicat, l. pen. de iis qui in test. delent. non tamen in eos dicet, qui se pares asserent, & viriliter renitentur. l. 4. ff. de recept. arbitr. proinde iudicabit in vassallum, quem subesse in confesso est, non in eum qui iugum excutere feliciter potest, vel alium agnoscit Dominum sublimen vt Pontificem Roma. in clem. 2. §. nos quoque de sentent. & de iudic. vbi Clemens V. se Siciliæ regis ordinarium iudicem dicit potius quam Germanicum Imperatorem, qui in eiusmodi regem iurisdictionem seuerissima notione assumpserat. sed non nostrum est inter heros mirificos lites tam arduas componere, ad eam Thraſymachum apud

Platonem lib. i. de republ. qui ius id esse contendit quod conducatur potentiori, siue imperet rex, aut populus, aut optimates. nam imbecillioribus potentissimus quisque fert leges secundum quas iudicare oporteat. Quod si de feudo controuersia sit inter capitaneos, maximos vtrique, Imperator cognoscet cap. i. apud quem vel quos controuers. feud. nam Marchio & Comes & similes vt Dux æque ligio feudo insignis capitaneus in proposito dicitur cap. i. de iis qui feud. dar. poss. alibi quoque Obertus ait, si inter capitaneos regali beneficio inuestito lis fuerit Imperator seu rex definiat: si inter valuasores coram paribus curiæ terminetur cap. i. de lege conrad. Secundo agnosceret imperator inter Dominum & vassallum ex appellatione, si pares dicantur iniquè iudicasse, cap. si. quo tempore mil. inuestit. pet. Tertio, quando nondum appellatum extitit, sed pares nolunt iurare nec coguntur prout iuris est de sinceritate testimonij sui, tunc dominus & vassallus tendunt ad imperatorem, & causam apud eum exponunt cap. i. si de inuestit. inter domin. & vassall.


Quinam autem qualesve olim fuerint pares curiæ, valde dubitari audio, præsertim in 15 Gallia, in qua historiæ Græcis narrationibus assimilata passim mentionem parium faciunt: & serius principium vsus imaginem eorum retinere studet, non absque ratione propter antiquitatem originis ante Francorum Gallia potitorum tempora repetitæ, quando strenuissimus quisque Dux ac Celta nobilissimus circulari mensa utebatur, vt ostenderet conuiuas æquabili auctoritate censerit: medium tantum locum principi rerum gestarum gloria claro tributum legitur apud Athenæum libro dipnosophistarum 4. cap. 13. vtrunque assidebant virtutis & nobilitatis splendore præcipui, non modo inter se habiti pares, sed etiam cum suo regulo conciliandæ amicitia nominis dulcissimi lenitate studioso: sicut Iul. Cæsar milites suos appellabat commilitones, idque renouauit D. Trajanus l. i. ff. de milit. testa. vt desinant mirari aliqui scriptores Carolum Magnum paribus gaudentem, quique eorundem vsus in subactam Longobardorum oram transtulit. vnde in feudis talia parium extrin vestigia: & confratres appellantur inuicem cap. i. vers. hæc omnia. si de inuestit. inter domin. præterea Rom. Pontifex Cardinales suos fratrum æquabili nuncupatione dignatur Clem. 2. §. nos quoque de sentent. & re iudic. nec video cur Budæus patricios nescio quibus pares contulerit in l. fin. ff. de Senatorib. siue patricios intelligat eos, qui à vetustissimis Senatoribus à Romulo institutis descenderat, de quibus ibidem iuriscōsultus loquitur: siue eos qui Cæsaribus Constantinopolitanis parris dignitate fulti astiterunt, vix vtrique plures, sed ferè singuli l. si. de consulib. lib. xij. C. sed alibi hoc amplius consutandum differo: si interim admonero inter fratres ius societatis parilis interesse l. verum ff. pro soci. ceterum ea erit subditorum moderatio, vt tanto amplius se submittant principi, quanto eum comem humanumque nacti fuerint.

Et quia decet omnes homines parere legibus etiam eorum excelsos autores l. digna. C. de 16 legib. si quando inter dominū & vassallum lis de feudo oriatur, siquidem domus eius tantæ nobilitatis est, vt pares habeat, ij cognoscent: nec enim præsumuntur domino aliquid detracturi, cui fidelitate obstricti sunt: nec vassallo consorti, cum sibi tantumdem periculi impendere præuideant cap. i. de controuerf. feud. apud par. termin. vbi docet Obertus quid statuendum, si dissenserint dominus & vassallus in parium approbatione. nec dubito suspitione notabiles pares reiici posse auth. si verò C. de iudic. inde illa eligendorum parium occasio ab Oberto non prætermittenda: sicut nec reuerentia, qua salua, vassallus contra dominum in iure subsistit, si fortè quicquam parum ex bona fide factum asseueret, exemplo filij emancipati vel liberti, cap. i. de milit. vassall. qui contum. l. non deber. ff. de dol. nisi adeò proteruum se dominus præbuerit, vt prædari lex vassallo impunè permittat, vt illic dicitur, & nos iam ante explicuimus.

Vnde ad controuersiam transgredimur, quam vassalli inter se concitant: quia exploratum est ius commune vigere, si vassallus ab extero pulsetur, vel si se defenderit nempe coram ordinario iudice cap. i. de controuerf. inter vassall. & alium de benefic. nam dominus in vassalli sui gratiam crederetur plus æquo procliuis arbiter. proinde si disceptent in iudicio duo vassalli de feudo quos esse vassallos constitit, tum domini cognitio est §. pen. de prohib. feud. alien. per federic. Si verò dubium sit, quia disceptent duo vter vassallus habeatur, non vter potior, iudicis ordinarij cognitio esto vel arbitri partium consensione electi cap. i. de inuestitur. in marit. fact. maxime cum alter vassallus se de nouo beneficio inuestitutum asserat, alter tanquam de paterno contendit. in dubio enim dominus inuestituræ à se factæ optulabitur, de eius euictione obstrictus cap. i. an apud iudic. vel curi.

18 Atqui, vt Obertus alibi ait, cum duo vnum producant inuestitorem, si possidenti dominus guarentizare voluerit sine fraude, ipse obtinebit: nisi aduersarius contra aliquid induxerit cap. i. de lege corrad. guarentiam vero Franci euictionis periculum vocant, de qua tenetur is qui rem tradidit, quemquidem qui accepit laudat, id est, nominat atque inuocat tanquam iuris sui autorem. l. herennius. ff. de eucti. vbi nobiles grammatici multa laudari digna congerunt: nos vero hinc deducemus laudamentum, id est, iudicium feudale, & quicquid laudatur statuitur ab arbitris tanti momenti in cap. si. quo tempor. mil. inuestit. quia cum domini primum cœpere iudicare inter suos vassallos de feudo, si potius præstitere guarentiam, in quem ius voluntasve propendebat, & ei feudum controuersum addixere autores laudati, atque vnà iudices. d. cap. i. de lege conrad. l. 2. C. de in litem dand. tutor. Accedit, quod laudare idem est quod approbare. l. 2. §. pe. ff. ad vellei. & quidem ita approbare, vt inuestitura illico sequatur. vnde illud Leonis pontificis honoris gratia Ottonis i. Theutonum regis: non consecratur Episcopus, nisi à supradicto rege laudetur & inuestiatur, can. in Synodo 63. dist. hinc vulgò repit Laudimium, emphyteutæ mercedula præstanda domino, cui nouè subesse incipit: & allodium expers cuiusuis pensionis & obsequij, vt abunde relatum à me superiùs magis quàm approbatum memini, nec recolo. securus etiam aliarum quæstionum quæ ad feudorum iudices pertinent, & ab aliis scriptoribus parua rei magnum volumen edere conantibus anxie explicatarum, & si quid scio insuper obscuratum nube defuetudinis magistratui ordinario fauentis recepto more, cuius nutu iurisdicctio quæuis circumagitur. l. si. C. de emancip. potissimum in Gallia Regem vnum salubriter venerante. & iam piget me scrutari diutius veterum circa feudorum proprietates animaduersionem atque studium, vt pote quos dominorum loco reuereor: nec boni clientis est, domini occultiora secreta vulgare. §. si. de noua form. fidelit.

FINIS.



INDEX TOTIVS OPERIS COPIOSISSIMVS, QVO QVICQVID NOTATV DIGNVM facillimè reperiri poterit. Prior numerus partem primam vel secundam: Alter ipsarum partium singulas paginas: Tertius ipsos numeros in paginis ex singulis rerum capitibus notatos, certissimo ordine commonstrant.



Abolitio quid sit, & quomodo per eam à principe impetrata sopitur crimen. 2. 159. 1. & 2.
Abolitio quatuorplex sit, & an sententia super ea sit diffinitiva, an interlocutoria, ibid. 2. & 160. 7.
Abolitionem non spectare ad futura delicta, ibid. 161. 10.
Absens annotatus ilico post annum, non auditur quoad bona, quæ sunt à fisco auellenda, etiam si postea redeat, 2. 108. 6.
Absentem quare lex non sinit damnari, 2. 116. 1. & quomodo ad domum absentis fieri debet citatio, ibidem 2. & quomodo euocari possunt absentes extra territorium degentes. 3. possunt & requiri & annotari, ibidem. 4.
Absens quando citra annotationem damnari potest, ibidem, 117. 5.
Absentium causas ubique audiri sine mandato. 2. 138. 2.
Abdicatio filiorum à Grecis capta & à Romanis usurpata, tandem abrogata est. 2. 72. II.
Abdicare se magistratu vel honore suscepto iniussu principis nemo potest: At Princeps id potest tam civilis quàm ecclesiasticus, 1. 284. 5. & 6. & 2. 37. 12. & 2. 255. 4.
Abigens qui à stabula abducit pecus, cur magis punitur, quàm qui è sylua 1. 384. 2.
Acceptilatio in forma deficiens, valet vt pactum, non sic stipulatio obligatoria, 1. 21. 1. & 4. quod explicat ibidem. 5. & 6.
Aceti & vini acidi differentia, & virtutes quædam aceti, 1. 441. 3.
Accidens an magis inspicienda sit quàm natura, in volucribus, & quando natura censetur mutari in feris, 1. 481. 2.
Actio cōfessoria & negatoria pro seruitutibus com-

petenter, non ex verbis affirmatiuis vel negatiuis, sed ex modo concludendi pro seruitute, vel pro libertate considerantur. 1. 44. 4. & 5. & 8.
Actiois cōfessoria, interdicti quod vi aut clam, & noni op. nunciationis differentia, ibidem 7. & 8.
Actio utilis quot modis capiatur, an detur contra mentem legis, an contra mentem hominis. 1. 148. 1. 2. & 5.
Actio utilis datur in subsid. in l. j. C. de act. vbi & contractus est innominatus. 1. 150. 3. & datur ubique citra cessionem, vbi subest aequitas, vel agentium voluntas. Directa vero non transit nisi mandetur. ibidem & 4.
Actio directa in quibus differt, vel confertur utili, & an in sola actione neg. gest. utilis non differat à directa. 1. 151. 2. & 3.
Actiones & iudicia esse iuris civilis, & non iuris gentium. 1. 183. & 184. 1. 2. 3. & 4. nec vim actionis debere obligationi. 5. ibidem.
Actio quid sit explicatis singulis definitionis partibus. 1. 211. 1. cum seq.
Actiois nativæ & dativæ an vera sit differentia, & non esse, sed cum datur, nasci. 1. 214. 1. & 2. 3.
Actio in factum generalior est actione præscrip. verbis. & tamen vocatur quandoque præscrip. verbis. 1. 215. & 216. 4. 6.
Actio de peculio quando sit annalis. 1. 245. 5.
Actio civilis quando præiudicat criminali, & contra 2. 223. 8.
Actio civilis sicut & criminalis dupliciter intelligitur. ibidem. 9.
Actio in factum quàm magistratus muncipator contra contumaces intentare poterat apud præsidem provincie. ex l. 4. §. j. ff. de dam. infic. 1. 251. 7.
Actiones populares an publicam respiciant utilitatem. 1. 287. 14.
Actus legitimi qui sint, & quando recipiunt diem & conditionem. 1. 291. per totum dialogum. 121.

INDEX.

Acta forensia, & apud acta edere. 2. 120. 4.
Acta coram uno iudice an contra reum probent coram alio iudice. 2. 136. 7.
Accusatio quid sit, & an à delatione differat, an retorquens crimen, vel obijciens crimen testi, dicatur accusare. 2. 84. 5. & 6.
Accusare qui possunt, & an valeat accusatio ab inhabili intentata. 2. 88. 15.
Accusatus semel nunc rursus accusetur, si collusio accusatoris detegatur. 2. 89. 17.
Accusare non potest seruus vel domesticus. ibidem. 18.
Magistratus durante officio, non debet accusari, & quomodo, & qui fuerunt Archontes Atheniensium. ibidem, 19.
Accusatores quosdam ceteris præferri. 2. 99. 38.
Accusatores plures an simul admittantur contra unius criminis reum. 2. 110. 1.
Accusator temerarius, quomodo dicatur nullam subire penam in l. j. §. quari. ff. ad Turpill. 2. 112. 11.
Accusatus semel an amplius post latam sententiam accusetur, & quid si in idem crimen incidat. 2. 121. 1. & 2.
Accusatione pendente ab uno instituta, quando ab alio accusari potest reus, si abolitio interuenierit, vel exemptio. ibidem.
Accusatus semel furti, amplius non vexabitur criminaliter. 2. 121. 4.
Accusato num liceat quouis modo sanguinem suum redimere, an iudicem corrumpendo, vel carcerem in quo includitur, effringendo. 2. 127. 5. & quo modo intelligenda sit. l. 2. ff. de bon. eorum qui ante sunt mor. ibidem 6. & 7.
Accusatore nõ colludente, sed transigente, an reus ab alio accusari possit. 2. 130. 2.
Accusatus reus transgens in re dubia super capitali crimine nec pro conuicto habetur, nec actor pro calumniante. ibidem. 3.
Accusare quomodo quis cogitur, ibidem. 4.
Accusans alieno nomine, an usquam audiatur. 2. 138. 3.
Accusator subscribens libello non cogitur exprimere diem vel horam commissi delicti. 2. 139. 1. & 143. 13. *Subscriptio an differat ab inscriptione? & quod subscribens contenta in scripto omnia probat.* ibidem. 2.
Accusatoris camio quam præstare debet, an intelligatur de satisfactione seu cautione fideiussoria. ibidem. 140. 3. & an boni & integri mores accusatoris licet pauperis excusent eum à datione fideiussoris. ibidem 4.
Accusatus in carcerem coniectus, an in vinculis etiã debeat esse, & ex vinculis causam dicere. ibid. 5.
Accusatus iniucem accusare volens super pari, minori, vel grauiore crimine, quando auditur. ibid. 141. 10.
Accusationem ceptam an quis perficere possit, postquam ipse est condemnatus ob facinus. ibidem. 11.

Accusator quando similem custodiam cum accusato debet pati, & quare. 2. 143. 1.
Accusato reo socios criminis nominanti quatenus sit credendum, & quod falso nominans sit durius plectendus. 2. 145. 10.
Accusatus reus an à iudice spontè interrogari debeat de suis complicibus. ibidem. 11.
Accusatio sui ipsius multum inuat ad criminis & pœna imminutionem. 2. 164. 21. & 22.
Adulterium innumera alia facinora ad se trahit, & velus grauisimum peccatum in pœna locum secundum obtinet. 1. 352. 3. & cur grauius vindicatur in muliere adultera quam in viro. ibidem. 4. & an ut de adulterio, sic & de raptu prohibeatur transactio. 1. 353. 5.
Adulterium etiam in apibus vindicari. ibid. 354. 8.
Ætas quomodo in iure accipitur. 1. 497. 4.
Æs auro commissum separari hodie per artem posse, antiquitus non potuisse. 1. 84. 3.
Ætates hominis stellis comparata. 1. 316. 32.
Equitatem præferendam rigori, & quomodo hoc sit intelligendum. 1. 333. 108. & 2. 8. 3. 4. & 5. ubi quando iuris scripti & equitatis interpretatio pertinet ad solum principem tradit.
Equitas in omni iure principatum obtinet apud iudicem vel legislatorem. 2. 48. 3. *equitas laqueis legum inest.* ibidem. 5.
Equitas à semetipsa tollitur, & quomodo. 2. 70. 5. *equitas lege munita potior est quamvis alia.* ibid. 6. *equitas non est ubique locorum eadem.* 71. 7.
Affectiois ratione damni estimationem augeri. 1. 395. & 396. 2. & 3. & quomodo hoc sit intelligendum. 397. & 398. 4. 5. 6. & 7.
Albescens cœlum quid sit in iure. 1. 418. 3.
Alienationis prohibitio in contractu comprehensa, an impediatur translationem rei alienata dominij. 1. 384. 5. & 385. 7. & 8. ubi latè rem persequuntur.
Alienatio feudi prohibetur ipsi domino, & quando permittitur sine consensu vassalli. 2. 233. 1. *Alienans tamen feudum dominus non ideo proprietate sua priuatur, & quare cum vassallus alienans iure feudi priuetur, ibidem.* 235. 5. *nec simplici venditione curia sua creditur dominus feudum alienasse.* ibidem 6.
Alienatio feudi cur vassallo prohibetur & quid sit concessio in libellu, & quando fiet libellus. ibid. 7.
Alienatio feudi pro parte cur prohibeatur, cum toto regno se possit princeps abdicare. 2. 235. 4.
Alienatio feudi ubicumque permessa est vassallo, dominus ius prelationis habet. ibidem. 236. 10.
Alienatio an concessa sit vassallo, ubi condemnatus est quid soluere, nec aliunde habet quod soluit, vel si multam soluere debet ob aliquod delictum fisco vel Regi. ibidem. 11. & 12.
Alienatio ut valeat, scientia vel ratihabitio domini sufficit. 237. 13. & pro parte probari vel improbari potest à domino. ibidem. 14.

Alienati

INDEX.

Alienatio feudi & traditi redemptio an pro fit vassallo ad euitationem priuationis feudi. 238. 19.
Alimentorum appellatione extra penum quid veniat. 1. 427. 2.
Alimentorum nomine quando mercedes præceptorum veniunt, ibidem.
Alimentorum nomine non contineri medicinam, ibidem. 429. 6.
Alimentorum causam summis magistratibus cura fuisse, & an alimentis venalibus magistratus possit pretium certum præstitueri, & alia multa circa alimenta, tractat. cap. 29. 1. 466. ubi ostendit cur iuri accrescendi non sit locus in alimentis coniunctim legati.
Alimentorum multa esse privilegia ostendit cap. 30 1. 467. 468. cum seq.
Allodium à feudo discrepat, & unde dicatur. 2. 183. 8. & quomodo differt allodium à ligio, de ascriptiuis colonis in Gallia, quid sit casa vel mansum, ibidem 9.
Alius, alia, aliud, esse dictionem qua sæpe in oratione subaudienda & tacitè intelligenda sit. 1. 472. 1. 2. 86. 7.
Ambigua verba que dicantur. 1. 355. 2. & quando pro non scriptis habentur, & qua sunt captatoria, ibidem, 3.
Amoris virtutem tradit. 1. 337. 338. 1. & 3. & 339. 4. 5. & 6. *Amoris gaudium incertum.*
Amoris diffinitio. 341. 1. & 342. 5.
Amorem esse contractum nominatum, & innominatum. 1. 344. 1. & 3.
Amorem furori obnoxium, & velut morbum facere locum redhibitionis: & an amans possit testari vel amicam instituere heredem. 1. 348. 2.
Amor causa magnorum scelerum. 1. 349. 5.
Amores esse duos caelestem & vulgarem, & an vulgari isti amor tanquam prodigo sit bonis interdendum, ibidem. 350. 9.
Amatoria quatuor statua, 1. 351. 1.
Amorem similem esse possessioni, & iisdem modis acquiri & amitti, quibus & possessio. 1. 387. 1. 2. 3. & seq.
Amorem iudicis & præfecti prætorio munere fungi, 1. 399. 1. *Amorem habere iurisdictionem, ibidem,* 400. 5.
Amare desinentes ex seruis fieri libertinos, non ingenuos, 1. 406. 1.
Amor & affectio iudicis quando viciat iudicium, 1. 410. 5. ubi distinguit honestum amorem à venereo.
Animus redeundi, quomodo deprehendatur in feris & volucris, 1. 484. 2.
Annotari persona, non bona, rectè dicitur. 1. 117. 4.
Annotatis propter absentiam debitores eorum prohibentur aliquid soluere, bona tamen fide, & non in fraudem fisci soluentes liberantur, ibidem, 6. ubi denunciatio eis facta ne soluant, constituit eos

in mala fide, excipit crimen læe maiestatis, in quo talis denunciatio non requiritur, & cur accusatus magis suis debitoribus potest soluere, quam sui creditores sibi, ibidem.
Annulorum ius, & quibus competeat, & eius effectus, 1. 393. 6. & de annulorum usu ad signandum, de annulo doctorum, & annulo sponsationis, ibidem, 7.
Anser Capitolij an iure militari potuerit testari, an ob Anseris morsum agi possit lege aquilia, & de aliis ad Anseres pertinentibus, 1. 496. & 497. 2. 3. 4. & 5.
Anseres magis terrestrium quam aquatiliu vel aëriarum rerum nomine venire, 497. 5.
Antichristi obligare seruitutes quid sit. 1. 239. 1. & quid significet antichristis.
Apum natura, & quomodo earum dominium acquiritur, & quandiu retinetur, & quandiu censentur habere animum reuertendi. 1. 482. 2. & 3. & de hirundinibus, ibidem, 3. 4.
Appellare debitorem iniuria facienda causa quomodo quis dicatur, ubi appellare significat denunciare alicui ut soluet. 138. 5. 6.
Appellare pro alio morti addicto cui libet est permisum, & quare, 2. 109. 9.
Aqua de mari semper duci potest, non sic de fluminibus, 1. 191. 5.
Aquam deducere, riuos deducere, 1. 192. 1.
Aqua superflua & caduca quid sit. 1. 372. 3. ubi & qui sint aquarij.
Aqua origine interdicti maximum supplicium pati existimati sunt apud veteres. 1. 447. 1. in locum huius pœna successit deportatio, ibidem & 2. 150. 9. & 10.
Aque & ignis adhibitio maximum matrimonij coniunctionem præferbat, 1. 147. 2.
Aqua esse maximum & necessarium usum, ubi multa de ea adfert, ibid. 3. 448 & de Nili aqua, & quod sit venalis, ibid. 4. ubi & de aqua calida hieropolitana, qua horti & vinea irrigantur.
Argentum pustulatum, non postulat, legendum & quid sit pustulatum argentum, 1. 23. 7.
Argentum putum quid sit, ibidem, 9.
Argenti & pecunie differentia, taxato Cicerone in Topicis, argentum cum pecunia numerata consumdente, 1. 93. & 94. & latius. 327. 84.
Armorum qualitas & genus ostendit percutientem habuisse animum occidendi, vel non habuisse, ubi de percutiente alium calce, claua, aut cucuma agitur. 1. 71. 4.
Armorum & legum miram esse in republica bene composita coniunctionem 2. 119. in fi. 1.
Ars pro dolo usurpatum 1. 73. 4.
Artes liberales & earum usum ordine percurrit, 1. 326. 81. cum seq.
Arto definitio, 2. 9. 7.
Arte iuris contineri verã philosophiã & quomodo

INDEX.

ibidem. 9. 10. 11. cum seq.
Ars iuris quandoque supplenda iudicis arte, ibid.
 12. 17.
Ariem quam quisque exercet, scire debet, 2. 67.
 11. in fin.
Asyli ius & perfugium ad ecclesiam an recte sublatum, 2. 167. 28.
Assassini mercede locantes operam ob crimen perpetrandum durissime vindicandi. 115. 8.
Assessores quinam sunt, an habeant iurisdictionem, & num consilio perperam dato obligentur, 1. 144. 145. 2. & 8.
Assessores ideo fuisse institutos, ut praesidibus prouinciarum iuris saepe imperitis, quod iuris esset, ostenderent. 1. 409. 5.
Astrologiam iurisprudencia seruire, ut & ceteras artes, eleganter docet, 1. 331. 100.
Aucupari in alieno fundo prohibitum non facere aues ibi captas suas, contra comm. opinionem tenet. 1. 478. 3.
Aucupium seu accipitrium non fuisse priscis inco- gnitum. & an possit instar piscationis prohiberi certis personis, & certis temporibus. 1. 479. 1. & 481. 1. ubi ait principem posse aucupij aut vena- tionis usum edito prohibere.
Auis appellatio quid contineatur, an apes sint vo- lucres, & quid de vespertilio, 1. 472. 1. 2. 3.
Auam prius exstitisse quam ouem, ibidem. 473. 4. ubi de phanice subdit.
Auibus ut & brutis aliis instat quadam aequitatis semina, & quomodo, ibidem. 474. 2. ubi de Ci- conia.
Auium triplex diuisio, & cur aquila principatum auium obtinet, 147. in cap. 3. 1. 2.
Aues quadam incolis infesta & iniuriosa, quales sunt grues, sturni & corui, quae sementem popu- lantur, & de isto bello quod pygmei hoc nomine indicit gruibus. ibidem. 477. 4. & 5. & quando ob multitudinem auium remittenda est pensio co- lon. ibidem.
Auem vendens, an pullos vendidisse credatur. 1. 483. 6. & in eodem loco 3. 4. tradit de natura & qualitate pauonum & columbarum.
Auium nominibus prouincias saepe denominari, 1. 491. 4.
Auis surrepti crimen an deleatur poenitentia, ibid. 494. 2.
Aues fugientes an sui furtum faciant, & fugitina- rum auium poena, ibidem. 3.
Auium an abigeatus fieri possit, & qualiter pu- niatur, ibidem. 495. 5.
Auariorum species, & an legatis auibus debean- tur, 1. 498. 1. ubi de chore instruenda, & de galbano. & 499. de cuppis, beronibus, capsis, & qualis agit. Auarij usufructu legato, quid con- tineatur, ibid. 4. & quid sit auis morticina.
Aurum, & cur excellit, & aurum obrium quale

fit, 1. 24. 4. & 5. Aurum & argentum illicitum, ibid. 6. Aurum coronarium quid sit, & an induci a principe debeat, 1. 414. 7.

Balnearij fures cur grauius puniti sint, 1. 73. 5.
 Balneum nymphaeum, quid & quale, 1. 371. 2.
 Banniti nostri temporis unde appellentur, & quibus comparentur, 2. 151. 12. Bannitum domo exci- piens, velut auxilium dans hosti punitur, ibidem. 152. 13. Bannito seu diffidato domino vassallum impune negare seruitium, & quid significauerit Bannum in prisca lingua, & ribannu, 2. 229. 9. 10
 Bannitus cur non amittat ea quae sunt iuris gentium unde bella & feuda prouenerent, & tamen ius per- dit vassall. imperandi pro feudo iura militiae, 2. 230. 15.
 Bartolum & sui ordinis iurisperitos non esse contem- nendos 1. 9. 32. Bartolum laudat, 1. 324.
 Bellum esse indicendum hostibus, & quomodo, 1. 317. 38.
 Bella iuris gentium, & an sint saecris communia 2. 35. 1. Bellum iustum esse Rege auspice, & quo- modo, ibidem. 3.
 Beneficium principis an simul sit & priuilegium, 2. 54. 4.
 Beneficium principis an sit late interpretandum, ibidem 5. quando transit ad haeredes eius cui con- ceditur, ibidem. & 6. ubi interpretandum est sine prauidicio alterius. an liget successorem concedentis, & quod non confirmat moribus Galliae, ibidem. 7. nec semper concedentium esse beneficio principali, ibidem. 8.
 Beneficia principum quomodo sint plenissime inter- pretaanda, ibidem. 10.
 Bibliotheca appellatio, an locus ubi libri reponun- tur, contineatur. 1. 463.
 Biga, quadriga & huiuscemodi nomina desinunt esse vno deficiente, non sic chorus familia, collegij, his similia 1. 412. 1.
 Bini, trini, quaterni, & similia adiectiua numero- rum, non duplicant numerum, ut Accursius & alij putarunt, sed simpliciter significant in singulos annos, 1. 55. 5. & 328. 90.
 Bonam fidem duobus modis sumi, 1. 219. 1. & sub- inde de contractibus bonae fidei & stricti iuris, & quid sit strictum ius. 2. cum seq.
 Bonum an sit idem quod utile, & quando sit idem quod aequum, 2. 11. 13.
 Bonum omnium usufructu legato, venire & res quae usu consumuntur, contra Ciceronem in Topicis, 1. 95. 2.
 Bona a muliere in contractu matrimonij respectu li- berorum donata quatenus reuocari possunt. 2. 204. 12.
 Busta facere, & instar facere differunt, 1. 10. 32.

Caducum quid sit, 1. 194. 2.
 Cacus

INDEX.

Cacus an possit esse index, & quid de surdo. 1. 399. 400. 3.
 Calumniari accusator non ideo dicitur, quod reus est iudicio absolutus. 2. 110. 2.
 Calumniatorem pluribus modis & casibus manere impunitum. ibidem. 145. 8. 9.
 Cancellarius quis, & quinam sint libellorum seu scrimiorum magistri. 2. 161. 13.
 Caput etiam a corpore secretum verum facit sepul- chrum ubi conditur, non sic ubi solum corpus, 1. 11 35.
 Capitis iactatio per luxuria vitio ascribitur, 1. 196. 2
 Captatoria verba & voluntas, & quid sit captare, 1. 356. 3. 4. obiter conciliatis. 2. legibus pugnan- tibus.
 Carcer priuatus prohibitus aduersus liberos homi- nes. 2. 157. 29.
 Carmen famosum quando puniri ceptum est. taxato Cornelio Tacito. 1. 138. 4.
 Caupones an impune miscere possint vinum fugiens vel deterius meliori, & sic mistu videri. 1. 442. 7
 Causa inaudita quid sit, & quando inaudita causa quis puniatur, & quid sit inducta causa, 1. 182. 1. 2. 3.
 Cautio Mutiana quid sit, an habeat locum in contra- ctibus, & cur magis in testamentis quam in contra- ctibus procedat. 1. 208. 1. 2. 3. ubi an in contra- ctibus saltem bonae fidei desideretur?
 Cautiones variae, nunc pro responsis prudentum, nunc pro dispositionibus testatorum, & iudicialis pro- missionibus. 1. 400. 5.
 Cellarius quid sit, & quid perennis aqua. 1. 427. 1.
 Cella, doliarium, & horreum quae sint. 1. 459. cap. 24.
 Cenotaphium quid sit, explicato loco Virgilij, & re- uecto intellectu Alciati. 1. 8. 27. 18.
 Censitores qui dicuntur, 1. 188. 2.
 Ceres prima legum inuentrix ante Moysen. 1. 5. 14.
 Cernere quid sit, & quid cretio. 1. 193. 1.
 Certamina sacra in iure, quae quot fuerunt, 1. 412. 4. & de premiis coronatorum in certamini- bus, 413. 6. & de certamine desultorio, ibidem. 415. 10. & de disci ludo, 12.
 Certi casus qui sint, in l. vn. C. de sent. quae pro eo quod in Bartoli opinione refutata. Certum quid si- gnificat in iure, 1. 101. 1. 2. & 6.
 Certos esse casus alios praeter contractus, emptionem- que & venditionem non semper continere certum casum 1. 104. & 105. 1. 2. 3. Imo quandoque cer- tum & incertum diuerso respectu contineri. 4.
 Et certus casus potest esse ex parte venditoris, in- certus ex parte emptoris. ibidem, 106. 5. & in- certorum casuum regulas quasdam subdit in. 6.
 Cibi appellatione & potum interdum venire, 1. 43. 6.
 Cicero notatur tanquam non adeo iuris peritus, 1. 93. 1. & 95. 1. & 5. & 327. 83.
 Circulatores quinam sint, 1. 197. 4.

Citatio an fieri possit die feriata in honorem Dei. 1. 181. 3.
 Ciuitates quomodo dicuntur iuris gentium, quomo- do iuris civilis 2. 42. 26.
 Ciues & incola qui sint, & quomodo differunt, & quid sit colonia, quid municipium, 2. 23. 4. & 7.
 Clandestina delicta nunc grauius puniuntur mani- festis. 2. 95. 30.
 Clericis an hodie vetitum sit militare, & feudis in- uestiri. 2. 191. 16.
 Clientes & vassallus idem significant, & quomodo in offerenda feudi recognitione, carotam siue cari- cam palingrum perdulces fructus calendis Ianua- rij domino offerebat. 1. 451. cap. 17. 1. & 2.
 Clientem a domino conseruandam, & cognatis assi- nibusque in officio praefendum, ibidem. 3.
 Clipeus & scutus insignia antiquitus esse impicta & inserta, contra Alciati, 1. 423. & 424. 7. 8 & morem insignia sic insculpendi insignia a re mili- tari & bellica gloria originem sumpsisse, ibid. & de poena utentis falsis & illicitis insignibus.
 Cogitationis an sit aliqua poena, & quam varie spe- ctetur cogitatio. 2. 93. 25.
 Cognatio & necessitudo personarum vel excusat, vel saltem minuit poenam delicti. 1. 76. 1. 2.
 Coloniae & municipij differentia, & quid sit colo- nia rustica. 1. 251. 2. & 2. 23. 7.
 Columbarium an quis in suo praedio libere adificare possit. 1499. 5.
 Combustio corporum inhumatione recentior, & de utriusque ratione. 1. 10. 32.
 Commentariensis a commentario principis in quo no- mina Comitum proconsulum vel legatorum descri- bebantur, cui qui praesint, dicebatur commenta- riensis, 1. 145. 3.
 Comites praesidium, proconsulum & legatorum prin- cipum fuisse duplices. 1. 145. 3.
 Comites iudicum corrupti a reis quomodo teneantur & puniantur, & quomodo ex eorum delicto iu- dices ipsi obligantur. 2. 126. 1. 2. & 8.
 Commune a publico quomodo differt. 1. 188. 4.
 Communionem rerum prosperarum esse non potuisse, & necessario ad distincta dominia esse peruentum. 2. 38. 15.
 Condemnari neminem sine accusatore, quomodo di- cimus. 2. 85. 7.
 Condemnari vel damnari capitis non posse seruum, quomodo intelligitur. 2. 105. 3.
 Condemnati iudices in quinque non in quinque libras auri, aequis portionibus multam soluunt. 2. 141. 12.
 Condictio indebiti quomodo ad aequitatem natura- lem refertur, & cur in ea non veniunt usura. 1. 236. 5. 7.
 Constitenti aduersus seipsum vel alium, non esse teme- re credendum. 2. 134. 8.
 Coniuncti re & verbis an concursa partes faciant: an ab initio, & quid sit proprie coniunctum, quid

INDEX.

Separatim legare. 1.154. 1.2.3.4.
 Coniuges eiusdem esse religionis expedit. 1.373. 5.
 in fi.
 Coniuges, socios, & fratres non conveniendos ultra
 quam fasere possint. 1.390. 1.
 Conserere manus in iudicio quid sit. 1.317. 39.
 Consuetudo sepeliendi mortuos in civitate, an iure
 civili obtineat. 1.8. 16.
 Consuetudo quomodo vincit legem. 1.320. 57.
 Consuetudo est iure scripto antiquior. 2.51. 9. con-
 suetudo legem confirmat. ibidem 10. & tempore
 cuius non sit memoria extra controversiam firma-
 ta, & an sufficiat brevius tempus. ibidem. 11. &
 12. & ibidem 13. diffinit consuetudinem esse ius
 non scriptum tanto tempore à civibus servatum ut
 eius non extet memoria.
 Consuetudines contrarias inter se, simul tamen iustas
 esse posse, & quare. 2.61. 5. ubi lesbidam plum-
 beamque regulam in iure recipiendam exemplis
 docet locorum. 6.
 Consuetudo quando legem superat, vel à lege supera-
 tur. 2.169. 2. & 170. 7.
 Contractus nominatus, quomodo abusive & impro-
 prie sumitur, & quomodo verba olim largè sum-
 pta, hodie strictè usurpantur. 1.114. 1.2. & 4.
 Contractus omnes indistinctè esse iuris gentium, con-
 tra com. 1.169. 1. cum seq. vide 2.43. 30. & 31.
 & quasi contractus esse iuris civilis. ibidem. 32. 33.
 Contractus nullus & irritus potest à partibus ap-
 probari. 1.272. 5.
 Contractus seu conventionis dignitas ex nomine col-
 ligitur. 1.344. 1. in fine cum 2. Contractus inno-
 minati unde censentur. 345. 4. & quando ex eis
 actio præscriptis verbis & de dolo nascitur. 346.
 & 347. 5. & 7.
 Contractus cur legitimi, vel bonæ fidei dicantur. 1.
 497. 5.
 Contumax quisnam verè nuncupetur, ut damnari
 queat, & quando excusatur, siue reus, siue accusa-
 tus fuerit. 2.110. 3.
 Contumacis definitio, ibidem. 111. 4.
 Contumax an repente fiat, qui vocatus primo respo-
 det se non iturum ad iudicem. ibidem. 7. an pur-
 gari possit contumacia, ibidem. 8.
 Contumax appellans non auditur, ibidem 112. 9.
 Curcubitacionem esse gravem feloniam. 2.226. 3.
 & quibus modis committatur. 4.
 Coniucium quid sit, an differat à maledicto, & quod
 in bonam partem saepe accipitur. 1.135. 1.2. & 3.
 Coquus an sit nomen artificij, an officij. 1.463. cap.
 27. ubi de autoribus coquinariæ institutionis.
 Corruptens saepe levis punitur quam vel iudex
 vel consiliarius quos corrumpit, & qua pœna pu-
 niatur. 2.127. 3. & 4.
 Credulitas cavenda tam publicis quam privatis per-
 sonis. 2.143. 2. & 3.
 Crimina publica non capitalia, & privata cur ma-

gis admittuntur pactionem quam transactionem.
 1.351. 2.
 Crimina ab hominibus inulta saepe peste vel aliter
 puniri à Deo. 2.83. 1.
 Crimina quatuor modis persequenda. 2.85. 7.
 Crimen duobus in locis simul commissum, an ad unum
 magis quam alterum pertineat, an ad utrumque,
 quo ad multam vel pœnam irrogandam? ibidem.
 92. 24.
 Criminum divisio quadruplex. ibidem. 94. 27.
 Crimen pluribus legibus punitur, una tantum accu-
 satur. 2.121. 3. & levia crimina non egent inscri-
 ptione, sed probatione. 2.136. 6.
 Crucis signum demonibus terribile. 2.2. 5. in limi-
 ne testamentorum exorari solitum, & humi pingi
 prohibitum. ibidem.
 Cucuma quid sit, quid labrum. 1.72. 6.
 Cupressus arbor sepulchralis cur prohibetur cadi. 1.
 4. 9. & 10.

D.

Dammare ad furcas quid olim fuit, & quod
 iureconsultorum seculo non licebat laqueo
 gulam stringere. 2.152. 13.
 Damnati morti, an & quando sunt citò puniendi.
 ibidem 154. 20 & 21.
 Decem menses partui olim præstitutos, & quare, 1.
 418. 5. & quod septimo mense partus sit per-
 factus. 419. 6.
 Deceptio ultra medium iusti pretij cur & quomodo
 rescindit venditionem, & an venditori tantum,
 non emptori succursus sit, & qua actione, & in
 quibus contractibus remedium. l. 2. C. de rescin.
 vendit. habet locum. 1.221. 222. 223. 224 & 225.
 per dialog. 100. 101. & 102.
 Decipere se invicem an & quomodo licet contrahen-
 tibus. 1.224. 6.
 Deceptus ultra dimidiam partem iusti valoris rei in
 transactione, an habeat remedium. l. 2. C. de rescin.
 ven. 1.225. 1. & 2.
 Decreta cur latinè interponi iubentur. 1.323. 69.
 Decurionum origo, & potestas Duumvirorum. 1.
 251. 3. ubi tradit quomodo ex Decurionibus eli-
 gebantur, & quomodo à defensoribus civitatum
 differebant. ibidem. 4.
 Duumvirorum potestas, & an ius multandi ha-
 berent. ibidem. 252. 6. & 7.
 Definitiones in iure fieri secundum quod esse debet,
 non secundum quod est. 1.74. 3. in dialogo 29.
 Delicta extraordinaria quæ sint. 2.56. 31.
 Delictum tam committi quam probari posse per scri-
 pturam. 2.135. 3.
 Dena, bina, aliæque similia nomina, quid propriè si-
 gnificent. 1.55. 5. & 328. 90.
 Deportatus, cur ex testamento militis capere possit
 magis quam ex testamento pagani. 2.41. 23.

INDEX.

Deportatos verè esse exules ut interdictos aqua &
 igne. 2.150. 9. & quatenus sibi vel fisco acqui-
 rant, ibidem 10.
 Deportationis vel relegationis pœnam posse augeri
 vel minui per sententiam iudicis. ibidem. 152. 14.
 15. 16. & 17.
 Depradari an liceat eum, quem licet occidere. 2.13.
 21.
 Deum esse invocandum in ipso initio legum conden-
 darum, idque Iustinianum non prætermisisse. 2.2. 2.
 Dei nomen an instrumentis sit primò inscribendum
 & proponendum. ibidem. 4.
 Diæcesis & provincia differentia, contra Alciatum
 1.143. 3.
 Difficile perinde habetur, ac si effici non possit. 1.
 432. 4.
 Digestorum nota cur sit gemina littera. ff. 1.6. 15.
 Ditis causa facere, quid sit, & non legendum dicitur
 causa. 1.25. 3.
 Divitibus quam egenis plus credi. 1.25. 4.
 Divortium quid sit, quid repudium, & quod neu-
 tro matrimonium nunc soluitur. 1.391. 3.
 Documenta pro seris scripturis accipi. 2.135. 3.
 Dolus an dant causam contractui reddat contractum
 nullum, & an dolus incidens faciat rescindi con-
 tractum. 1.219. & 220. 3. & 6. ubi contra com-
 munem tenet.
 Dolum esse bonum aduersus hostem & latronem. 1.
 495. 4.
 Dominus an conferre debet ad redimendum vassallum
 captivum, vel ex diverso vassallus pro captivo do-
 mino. 2.226. 2.
 Dominium acquiri, & retineri dominium quam
 possessionem. 1.176. 5.
 Dominium reum non esse apud solium principem,
 sed earum tantum quæ sunt sui patrimonij, fisci,
 vel tributorum. 2.38. 16.
 Dominium utile an sit aliquod, & an sit in vassallo
 & præstribente utile dominium, quod negare vi-
 detur vassallo & emphyteuta. 2.39. 17. & 18.
 & 175. 4.
 Dominij acquirendi modo suon dominia esse iure ci-
 vili fabricata. ibidem 19. & 20.
 Donatum simpliciter à muliere nuptura viro, in-
 telligitur in dubio dotis causa datum. 1.96. 6.
 & ob ingratitudinem rescatur ob causam ma-
 trimonij facta donatio. 2.205. 14.
 Donationi perfecta, nulla insunt conditiones nisi le-
 galis illa conditio, si liberi nascantur donatori, &
 cur lex ab initio statim rejicit hanc conditionem,
 1.265. 1.
 Donatoris tamen ex arbitrio & voluntate pendere,
 an voluerit ob liberos supervenientes revocare istam
 donationem, nisi quatenus de legitima sua portione
 filij queri possunt. ibidem.
 Donatio facta à patre iam habente liberos non po-
 test eorum prætextu revocari; nec ante eorum nati-

uitatem facta, si non eos, sed extraneos postea fece-
 rit suos heredes, ibidem. 2.3.
 Donatio facta extraneo potest revocari in totum ob
 liberos postea natos, facta vero alicui ex liberis pro
 legitima duntaxat revocatur. ibidem. 667. 6.
 Donationis inter virum & uxorem, & inter patrem
 & filium vis & potestas, & an huiusmodi do-
 nationibus dominium retrahatur, & quid ope-
 retur retractio dominij cum multis aliis ad hanc
 rem pertinentibus. 1.299. 1. 2. 3. & per totum
 dialogum. 24. 7. & 360. 5. ubi de donat. inter
 virum & uxorem.
 Donatio cur non obligat donatarium, & quod do-
 minus propter reciprocum officium & utilitatem
 permutat magis quam donat. Donationis ad anti-
 dora effectus, & an pactum promissæ evictionis
 obliget donantem, & multa alia hac de re. 1.303.
 1.2. 3. 4. 8. & per totum dialogum. 125.
 Donatio inter coniuges promissa olim calendis Mar-
 tij. 1.36. 7.
 Donatio non obligat accipientem, mutuum obligat,
 & quare. 1.475. 4.
 Donationem propter nuptias maritus vix potest fa-
 cere in feudo. 2.209. 10.
 Donatio Constantini Imperat. in Sylvestrum Papam
 quatenus approbatur. 2.224. 2.
 Dotis promissio in genere facta an valeat. 1.341. 8.
 cõciliata. l. j. C. de dot. promissione. cum l. cum post.
 §. gener. ff. de iure dot.
 Dotis repetitio an patri competit, filia decedens in
 matrimonio relicta liberis. 1.359. 2.3.
 Duces Regionum, Marchiones, Comites, olim fuisse
 temporales. 2.182. 5. unde dicantur, & quam
 iurisdictionem Barones habeant. ibidem. 6.7.
 Duella an sint de iure civili, & an sit fas in duello
 victum occidere. 2.36. 6.

E

Ebrietas incusatur licet mitius puniendâ sit. 1.
 349. 5. ubi de ebrietate amoris.
 Ebrietate commissa grauius punita lege Pittaci, &
 quomodo ea lex sustineri possit. 1.438. 3. ubi de
 malis quæ ex ebrietate nata sunt, & quod ebrietas
 sit voluntaria quædam amentia. ibidem.
 Edere quid sit, & quomodo quis dicatur perducere
 aduersarium ad album. 1.402. 8.
 perducere ad magistratum vel iudicem.
 Edictum perpetuum à Saluo Iuliano collectum, &
 quid continebat. 1.32. 5.
 Edictalis & decretalis bonorum possess. differentia,
 & decretum hodie non esse necessarium. 1.33.
 1.2.3.4. cum seq.
 Electrum est aurum cum argento confusum, tertiam
 metalli speciem ab auro & argento distinctam con-
 ficiens. 1.94. 2. ubi subditur es Corinthium, & si
 ex ære & auro mistis fiat, non venire auri appel-
 latione.

INDEX.

Elogium quid sit, & cur pro testamento caperit v-
 fari. 1.297. 1.
 Emendicatum suffragium quid sit, 2.135. 1.
 Emphyteusis contractus unde dictus, 1.52. 4.
 Emphyteusis an differat à vectigali, 1.52. 5.
 An donare possit rem emphyteusicam non requi-
 sito domino, ibidem. 53. 7. an scriptura necessaria
 sit in contractu emphyteutico. ibidem. 54. 9.
 Emphyteusis origo, & cum feudo discrimen, ob pen-
 sionem potissimum. 2.185. 13.
 Emphyteusim non magis quam feudum requirere
 scripturam ab initio. ibidem. 186. 14.
 Emptionem olim fuisse sine pecunia numerata, &
 pecuniam numeratam, seu nummum non iure gen-
 tium, sed iure civili introductum esse, 1.116. 117.
 1.2. non tamen pretium, sed formam pretij esse lege
 inuentum, ibid. 4.
 Emptionem rei suae an dissimulari quandoque possit.
 1.247. 11.
 Error iuris an impediatur bonam fidem, 1.235. 3.
 Error in corpore venditionem & stipulationem vic-
 ciat, non iudicium, 1.270. 4.
 Error in materia rei promissae an viciet contractum,
 1.271. 1. 3. & an viciet error circa qualitatatem
 conditionis hominis, vel in qualitate rei pretiosa.
 & an error pretij viciet, ibidem. 273. 8. 9. cum
 seq. unde etiam 366. 5.
 Error communis siue facti sit, siue iuris, ius efficit,
 & quomodo. 2.61. 3.
 Etymologia quid sit, & quando non sit locus etymo-
 logia. 1.67. 1. cum seq. & 168. 6. 8.
 Excipiendo regeſta seu obiecta contra accusatorem
 crimina à reo an requirant subscriptionem.
 2.140. 6.
 Exceptio lenocinij quando potest ab uxore marito
 obijci, & an ab extraneo obijci etià possit. 2.141. 7. 8
 Exceptio calumniae quando opponitur accusanti, ante
 vel post sententiam. 2.141. 9.
 Excepta in venditione emptor non potest petere nisi
 consentiat venditor. 1.441. 4.
 Excommunicationem esse antiquissimam penam Gal-
 lorum, & an excommunicato domino teneatur vassa-
 lus morem gerere ante absolutionem. 2.229. 13.
 Exempla pernicioſa, quantumvis sit bonus animus,
 esse cauenda, 2.129. 10.
 Exheredatio, sicut & legitima, à iure naturali, gen-
 tium & civili est. 1.90. 3.
 Exheredatio non adimitur peculium, 1.246. 7.
 Exilium & deportationem esse eadem, eo quod depor-
 tati sunt vere exules. 2.150. 9. & quod aqua
 & igni interdiceretur olim exilibus, in quorum
 locum deportati successerunt, ibidem, & in 16.
 Exilibus bannitis huius aetatis penitus esse conse-
 rendos 2.151. 12.
 Exulum imagines, statuas & insignia eradenda,
 non relegatorum. 2.153. 18.
 Expensum ferre, quid sit, 1.475. 5.

Extremum iurisdictionis quid sit, & quid sequen-
 tia, 1.248. 249. 4. 7. & 8.
 F.
Fasces in l. duum virum, C. de decurion. non
 pro fascibus virgatis, qui à licitoribus praesere-
 bantur pro consoli, sed pro alio quouis honore sumi,
 1.252. 5.
 Fato praesesse Deum, nec probari iureconsultis, eorum
 sententias qui fato omnia regi aiunt, 1.7. 23. 24.
 Faemininum genus an quandoque contineat mascu-
 linum 1.488. 2.
 Faemina non succedunt in feudis, & quare, cum ta-
 men possunt dare feuda, & quare. 2.194. 1. 2.
 Faemina armis assueta, an feudis sit apta, non con-
 temptis his quae raro accidunt. 2.206. 3.
 Fera etiam mansueta, quandiu habet animum re-
 uertendi, non fit capientis. 1.5. 11. loquitur de
 cervis albis.
 Fayda, fayditi, & faydosi, quae sint in lege Longo-
 bardica, & quae persona feudam tenent. 2.219. 11.
 Felonia ne teneatur vassallus pacto conueniri non po-
 test. 2.178. 13. & quid de pacto ne expellatur
 vassallus. 14.
 Felonia quid sit, & quam odiosus sit proditor.
 2.219. 3.
 Felonia unde dicta sit, & posse eam committi etiam
 à domino feudi contra vassallum. ibidem. 4.
 Feloniam sapit deserere dominum in praedio, & quid
 si in rixa priuata, vel in scelere deprehensum de-
 serat. 2.222. 12.
 Feloniam, quam dominus in vassallum committit,
 non esse per omnia similem ei, quam in dominum
 committit vassallus. 2.225. 1.
 Felonia grauis est cucurbitatio, vel lusus turpis cum
 puellis ad dominum pertinentibus. 2.225. 3. &
 quid sit cum sponsa, vel cum iniusta domini uxo-
 re, concubina, vel vidua, ibidem. 4.
 Feudorum quinque aduincula. 2.168. 1.
 Feudorum consuetudines cur potius quam leges di-
 cantur. ibidem. 169. 3.
 Feuda an prisca Romanis fuerint cognita. ibidem. 5.
 Feuda an ex hoc deserunt esse consuetudines, quod
 postea scriptis mandata sunt, ibidem. 5.
 Feudorum consuetudines vi legum censeri. 2.170. 9.
 Vbi quid palea in decreto Gratiani, & qui feudorū
 autores.
 Feudorum originem iurigentium deberi, ibidem. 171
 10. feuda fuisse instituta bellorum causa, & primo
 fuisse temporaria Ducibus, ac Comitibus. ibidem.
 172. 11. Feuda in usu fuisse antiquissimis Gallorum
 & postea Romanorum, & vassalli nominis origo,
 ibidem. 12. & quomodo rem meam accipere possis
 in feudum. 173. 13. & cur pactum legis commissio-
 nis in feudo pignori dato reprobatur, ibidem. 14.
 Feudi definitio, ibidem. cap. 2. 1.
 Feudum an debeat esse gratuitum, an pretio possit
 comparari, 2.174. 2.
 Feudum

INDEX.

Feudum in rebus immobilibus constitui, & quid de
 feudo cauena vel camera sit sentiendum, & de tes-
 sera, ibidem. 3.
 Feudi dominium penes quem resideat, & ne utile
 quidem dominium esse apud vassallum contra com-
 muni opinionem, ibidem. 175. 4. sed quandam
 speciem ususfructus, ibidem. 5. & an de feudi
 substantia sit perpetuitas fruendi, 6.
 Feudum Gadae & Castaldiae temporarium merito
 fuisse, & sepe sine iurata fidelitate, 2.176. &
 180. 18.
 Feudum unde dici coeperit, & an sine iuramento fi-
 delitatis consistat, ibidem. 177. 10.
 Feudum Francium an in iure inueniatur, ibid. 11.
 Feudi recti naturam perfectam pactione fieri muti-
 lam, ibidem. 178. 12.
 Feudo priuari quis potest ob negligentiam. ibid. 13.
 Feudis an pensio adijci queat, & quid sit hostendi-
 tia, soldata, & alia id genus, & quid hostem fa-
 cere, ibidem. 16.
 Feudum ligium unde dictum fuerit primo in Gallia,
 2.180. cap. 3. 1.
 Feudum ligium non soli Imperatori conuenire, &
 quare, ibidem. 2. & an regnum Siciliae Romani
 Pontificis ligium fuerit, ibidem 3. & ex feudis
 Regalibus ac ligis Ducatum esse praecipuum,
 ibidem. 4.
 Feudum antiquum & nouum, & vtriusque pro-
 batio, ibidem. 10. & quid feudum repente
 sit antiquum consensu domini. 11.
 Feudum aduocatus beneficium verius dici, & unde
 ius Albergae Gallicum manauerit, 12.
 Feudum duplici possessione indiget, & de hasta por-
 rectione. 2.187. 3.
 Feudum an quari possit per seruum domino, 2.188. 7
 Feuda ecclesiastica qualia sint, & obiter de Papa.
 189. 8. 9. 10. an & quatenus possit nouum feu-
 dum instituere, aut aliter alienare res Ecclesiae.
 Feudum Ecclesiasticum à quo institui nouum possit,
 vel transferri antiquum ex consuetudine prae-
 ceptum docetur, ibidem. 190. 11.
 Feudi Ecclesiastici & prophani seu laici discrimina,
 12. & 191. 13.
 Feuda etiam Ecclesiasticis personis ob militiam dari
 solita, ibidem. 14.
 Feudum ob feloniam personae Ecclesiasticae vassalli
 quatenus reuertitur ad dominum, ibidem. 15.
 Feudorum an impuberes vel adulti sint capaces 192.
 17. & quando minori succurritur si tempestiue
 non petat inuestituram. 18.
 Feudo pro maribus & faeminis accepto, si mas subit,
 prorsus excluduntur faeminae, nec ad eas amplius
 redit, & quare, 2.195. 4.
 Feudum quamuis sit faemineum studet tamen redire
 ad masculum, & quid si faemina illud fundauerit,
 ibidem. 6.
 Feudum ad ascendentes vassalli non ibit, ibidem. 7.

Feudum refutatum fauore filij ad superstitem pa-
 trem redire, ibidem. 8.
 Feudum antiquum & paternum tantummodo ad
 collaterales transit, & quomodo frater feudo à
 fratre suo quaesito participat, 196. 9. & quid iuris
 sit ubi communi fratrum periculo seu pretio qua-
 situm est feudum, & an ius accrescionis sit in feu-
 do, 2.196. 10.
 Feudi ususfructus an ad patrem vassalli filij famil.
 pertineat, ibidem. 11.
 Feudum nouum ubi ad faeminas pertinet, an per
 procuratorem aut substitutum ea praestare possit,
 quae feudum requirit, 2.207. 4. & quod ubi
 feudum ad faeminas veniit mare deficiente vel na-
 to mox obeunte, ibidem. 5.
 Feudum constitutum ut veniat ad descendentes ex
 masculis, an ad filiam filij peruenire possit.
 2.208. 6.
 Feudum an in dotem filiae dare possit pater, ibidem,
 7. & 8. & an mulier se ex feudo dotare possit, vel
 maritus mops quatenus uxori succedat, 209. 9.
 Feudi si plures sint successores, an praestent omnes ser-
 uitium domino, & an hoc sit diuiduum, 210. 11.
 & an iramentum.
 Fidelitatis sit à pluribus heredibus vassalli omnino
 praestandum, & quid in feudo regali, ibidem. 13.
 At si plures relinquat heredes dominus, vassallus
 non tenetur singulis seruire, ibidem. 14.
 Feuda cursu temporis acquiri, quod loco tituli lu-
 cratiui sufficit. 2.211. cap. 8. 1. & cur feudum ca-
 mena seu cauena paucis pensioibus probatur, ibi-
 dem 2. & an allegans contractum pignoris in feu-
 do, transferat onus probandi in aduersarium qui
 diu possedit, ibidem. 3.
 Feudi domino etiam prodesse usum 30. annorum, &
 an scientia eius contra quem praescribitur, deside-
 retur, ibidem. 5.
 Feudum armis constitui & inchoari, nouo vassallo
 creato in locum prioris iure expulsi, & eiecto de
 feudo. 2.214. 11.
 Feudum quando dicitur aperiri domino, quando a-
 gnatis vassalli, & quibus ex causis aperitur, 2.
 219. 1. 2. 3.
 Feudi amittentia plurima subsunt causa, etiam iure
 iam expressa, 2.231. 16.
 Feudum aperiri domino refutatione vassalli, 2.234.
 22. & intempestiuum vel dolosum refutationem
 non admitti, 23. nec improprium eius refutati-
 onem cadere domini utilitati, & quomodo refu-
 tare videtur vassallus 24.
 Feudum antiquum refutatum an ad filios transeat,
 2.240. 25.
 Feudale vinculum an maneat post refutationem in-
 ter dominum & vassallum, 2.240. 26.
 Feudum aperiri ex casu seu defectu corporis muti,
 caeci, surdiue, & an per substitutum liceat seruire.
 2.240. 27.

INDEX.

Feudum novum concedi potest surdo, muto & aliis imperfectis personis, & an veteri retinere possint, ibidem, 28.
 Feudum an relinquendum sit mutilis & imperfectis personis, vel an tales persona nutrirı debeant ex prouentibus feudi, ibidem, 29.
 Ferrum ab umbris & genijis timeri, & pro gladio accipi, 1.70. in dialogo 27. 1.2.
 Fictio legis Cornel. & iuris postliminij, & quo iure introducuntur, & in quibus differunt, 1.173. 1.2. & 3.
 Fictiois duo extrema à Bartolo inuenta confutat, & fictiones esse iure introductas, ubi dicitur aequitas, non ubi extrema, 1.178. & 179. 1.2.3.4.
 Fingit aequitas id quod penitus impossibile est secundum naturam, quia non egemus fictione ubi veritas viget, 1.321. 61.
 Fidelitas tactis sacris iurata, sed excepta persona Caesaris vel Regis, 2.176.8.
 Filius an sit creditor in legitima, & quare dicitur suus haeres patri, & an filius suus usucipiat titulo pro herede, 1.89. 1.2. & 90.4. & 2.203.5.
 Filius quid acquirat patri, & an exheredato auferantur aduentitia 1.238. 5. & 240. 8.
 Filium praeferrı debere aliis, in magistratu patris adipiscendo, 1.401.7.
 Filij ex matris persona etiam armis pollentes à feudis arcentur, 2.194. 2.
 Filij fratrum an in stirpes succedant vel in capita, 2.196. 12.
 Filiorum saepe deteriorem esse conditionem quam extraneorum, 197. 13. & 198. 14. ubi filius patris vassalli hereditatem feudo retento, repudiare non potest, & 15.
 Filius emancipatus an feudo succedit, non sic adoptiuus, 198. 16.
 Filius exheredatus feudo simul caret, 199. 17.
 Filij naturales an succedant in feudo saltem legitime, ibidem, 18. & quid sit de spuris in matris successione vel in feudo nouo, 19.
 Filius Ducis vel Regis natus ante patris dignitatem an post eam natus praefatur, 2.200. cap. 6. 1.
 Finium vel terminorum agrorum violatores grauius puniendos, 2.42. 28. & 29.
 Fisci aduocatus ab Adriano Imperatore primum institutus fuit, & in Gallia praecipue rerum criminalium instituit, 2.92. 23.
 Flumina publica & priuata, & quomodo censitarum loco sunt, & quot efficiunt fluum priuatum, 1.187. & 188. 1.2.3. & in flumine tria consideranda esse, 5.
 Flumen constat ex aqua & alueo, ut homo ex animo & corpore, 1.189. 1. & an usus fluminis praescribi possit, ibidem, 2.
 Flumina esse quatuor orientia è paradiso voluptatis quoru Nilus est vnus, & de Nilo pluri, 1.448.4.
 Focariae suae militem non posse donare, 1.377. 1.

Folius, clauis, & gleba in symbolum recognitionis olim accipiebatur, 1.26. 5.
 Fori contentionem esse quandam militum, 1.316. 34.
 Formare seu informare contractum idem significare, 197.198. 1.2.
 Fornacalia sacra & fornacarius, 1.437. ubi & de Episcopis, qui panibus & aliis humano victui necessariis praesuerint, ut legitime venderentur, 5.
 Fortuita delicta an puniantur, 1.16. 7. Cur in terminis motis hoc habet locum, 2.402. 4. prope finem.
 Fribusculum quid sit, & unde dictum, quid diuortium, & repudium, 1.391.3.
 Frugem & fruges non idem significare, 1.434. 1. & fruges à glandibus differre, ibidem, 2. & fruges sola frumenta & legumina esse, 3. & legumina ex usu doctorum à frumentis distingui, 435. 4.
 Frumentum generale nomen est, far, triticum, hordeum, & alia qua tenet arista, 1.435. 436. 1.3. ubi de auena & oriza subdit.
 Fructus naturales tantum non industriales venire in conditione indebiti, & quare, 1.235. 236. 1.6.
 Fructus quos facit suos fidei possessor, ibidem, 2. & an ante litem contestatam reddantur, ibid. 4.
 Fructus naturales & industriales quinam sint, 1.452. 453. per totum caput 18.
 Fructus quando dicantur percepti, ibidem 3. ubi & de silua cedua subiungitur.
 Fructus feudi ad quem spectant vassallo mortuo, habito delectu temporis quo is moritur, 2.215. 13.
 Fructuum diuisio in re feudali quare mense Martio & Septembris animaduertatur, ibidem, 216. 15.
 Fructus & alij redditus praediorum ad quem pertineant mortuo Episcopo, ibidem, 16. & an incrementa feudorum dominum vel vassallum, haeredemue eius sequantur, ibidem, 17. & ad quem edificium positum à vassallo mox defuncto pertineat, si filios non reliquerit, & quid de agro adiecto, & de seruitute, ibidem, 18.
 Fumum non esse vendentium, & quid sit fumum vendere, 1.498. 1.
 Fundi instructi, fundi & instrumenti, & fundi cũ instrumento legati differentia, 1.97. 3.
 Furiosus cur non puniatur ob delicta, an exheredari vel puniri possit ob crimen ante commissum, cur sit plus quam absens, quantum differat à mente capto, & de duplici furore, 1.83.84. per totum dialogum, 33.
 Furti definitio Alciato notata, explicatur, & semper vel fit, vel fieri debet iniusto domino, 1.74. 1.2. 3. in dialogo, 29.
 Furtum manifestum cur grauius punitur, ibidem 7. 8. 10. de furto per lancem & licium, & quid sit licium, quid lanx, furtumque iure naturali esse prohibitum contra Alciatum, 11.
 Furem an & quando liceat occidere, & quando nostrum

INDEX.

nostrum ab eo possumus auferre, 2.112.6. & 7. & num licet occidere latronem, 1.213. 11.
 Furtum iuri natura oppositum, 1.322.64.
 Furti actio an pro aue, vel pro auo competat, 1.493. 1.

G.

Galli cur decima hora noctis cantent, ubi de horis multa ad leges pertinentia, 1.489. 1.
 Gallinaceus, qui alterum gallinaceum in pugna occidere, an noxae dedi debeat, 1.491.5.
 Gemmis, seu lapidibus pretiosis legatis vasa gemmea debentur, non sic marmoribus legatis vasa marmorea, & quid de crystallo & myrrhino, 1.277. 1.10. & 365. 4. ubi de onchiris, myrrhinis, & aliis huiusmodi vasibus subiungit.
 Gemmea & gemmata vasa differunt, ibidem, 4. in fi.
 Gemmarum & lapillorum differentiam, tradit, 1.377. 7. ubi & de margaritis subdit.
 Genus quomodo praecedit, & quomodo sequitur in eadem oratione speciem, 1.56. 1. & 2.
 Generationem liberorum pulchram rem esse, 1.342. 5.
 Glandis nomine quid apud veteres, & quid nunc apud Iureconsultos venit, & de interdico glande legenda, 1.449. cap. 15. per totum caput, maxime 3. ubi subdit quod ante Cererem communis fuit veteribus alimonia.
 Granis non esse praestitendum pretium à Decurionibus, ne annonae fieret carior, 1.436. 3.

H.

Hasta porrectio quomodo in feudi inuestitura sit introducta, 2.187. 3.
 Hasta traditio cur non ut in venditione traditio elauium non transfert possessionem cum dominio, ibidem, 4.
 Haeres testamentum ex quo adimit hereditatem, non potest impugnare, 1.41. 10.
 Haeres quatenus ex dolo defuncti tenetur, 1.487. 4. ubi de fabula Aesopi de Lupo & Grue.
 Haereditas institutio fit, si dicat testator, Titius sit rerum mearum dominus, 2.40.21.
 Haeres representat defunctum, ut & legatarius vniuersalis qui pro herede est, 2.77.4.
 Haereditis nomen in feudis solum filium continet, 2.195. 5.
 Haereditis institutio irrevocabilis in pacto matrimonij facta non absque ratione, 2.204. 11.
 Haereditatis consequenda quatuor esse remedia, 1.58. 3.
 Haereditas ex recepta consuetudine liberis ex conventionione datur, 2.204. 10.
 Hermaphroditum non facere tertiam speciem, qui

potentiores in eo sexum sequitur, 1.374. 9.
 Homagium unde dicatur, & quid eo contineatur, 1.26. 5. & 2.179. 17.
 Hominis praeter ceteris animantibus dotes & praerogativa, 2.20. 8.
 Homicidium casu fortuito admissum, Graeci voluntario exilio punierunt, 1.415. 416. 12.
 Homicidium etiam fortuitum non aboletur in Gallia sine principis rescripto, 2.161. 14.
 Honoris gratia concedere, quid sit, 1.50. 5. & 2.24.7. in fi.
 Hydrantas non habere immunitatem, & quinam sint hydrante, 1.449. 9.
 Hydromantici qui sint, in eodem capite, 448. 5.

I.

Ignorantia iuris an & quatenus non toleretur, 1.317. 50. & 2.66. 10. 15.
 Ignarum & nescientem non temere dandum indicem, ex iniquo Paridis iudicio, qui Venerem Palladi & Iunoni anteposuit, 1.409. 5.
 Ignarus & nesciens litteras an possit esse iudex, ibidem, & quid sit scire litteras.
 Ignorantia iuris non est probrosa negotiatori vel rustico, sed imperitia opificij sui, 2.67. 11. in fi.
 Ignorantia apicum iuris an impunis sit legum doctori, ibidem, 12.
 Ignorantiam iuris non nocere damnum vitanti, ibidem, 13.
 Ignorantia circa solutionem vectigalis, cur non excusat, ibidem, 12. in fi.
 Ignorantia non excusat motorem terminorum, sicut nec aliter saepe delinquentem: & cur in terminis amouendis non excusat furem? 2.102.4.
 Ignorantiam, qua facillime simulari possit non excusari, ibidem.
 Ignoscens semel iniurioso non potest renouare inimicitiam, & laudi domino tribuitur, quod culpam & scelus remittit vassallis, 2.229. 12.
 Illata in fundum conductum non esse tacite obligata pro pensione, illata in aedes esse, 1.47. 1. & 4.
 Illata & inuecta non obligantur locatori aedium pro pensione domus, nisi illata sint, ut ibi perpetuo maneant, 1.485. 4.
 Imaginaria venditio vel transactio qualis sit, 1.228. 6.
 Imperium merum & mistum apud solos proconsules & praesides in provinciis, & non apud magistratus municipales fuisse, 1.250. 1. & an sit apud solum principem, 1.476. 3.
 Imperium merum & mistum quid sit, quando delegari potest mistum imperium, & qua causa non possunt delegare, 1.285. 286. cum sequent. in dialogo, 120. 78. cum seq.
 Imperator quomodo habet iura pectoris sui scriinis inclusa, 1.309.4.

INDEX.

- Imperator an debeat esse Christianus,* 2. 2. 6.
*Imperatores duo simul quando inceperunt, & cur
 diu appellati sint.* 2. 36. 9.
*Imperatorem vel principem se posse abdicare impe-
 rio, magistratui inferiori id non perinde licere.* 2.
 37. 12.
Impubes feudo donatus quomodo iurat fidelitatem.
 2. 193. 19.
*Incontinenti fieri quando dicitur, quando ex inter-
 uallo.* 1. 199. 5. & 6.
*In custodia adicula que dicantur, & cur mitius
 furtum in eis admissum coercetur,* 1. 384. 3.
*Indebiti solutio obligat sine consensu, & sciens sol-
 uendo etiam ignoranti videtur donare,* 1. 229. 1.
*Indebitum sciens ab errante accipiens, furtum facit,
 ibidem, 2. & 3. ubi an conditio indebiti detur
 contra furem?*
*Indebiti solutio ab errante facta quasi contractum
 ex tacita obligatione quomodo efficit, ibidem 230.
 Indebitum ex chyrographo intra biennium solutum
 non repetitur, ibidem, 6. ubi hoc explicat.
 Indebitum errore facti solutum quando repetitur. l.
 Cum quis. C. de iur. & fac. ignor. 1. 233. 4.
 Indicare, arguere, & nominare confectum sceleris,
 quid sit, 2. 88. 14.
 Indicia indubitata probationis loco esse.
 Indigno ablata fisco addicuntur, sed non semper,
 ablata ab incapaci non fiunt fisci. 2. 165. 22. 23.
 Indulgentia principis non tollit infamiam. 2. 161. 11.
 Indulgentia per litteras Regis fidei concessa in Gal-
 lia, non prodest impetranti, si tacuerit veritatem
 facti, ibidem, 12.
 Indulgentia principis non aufert legitimis accusato-
 ribus id quod civili modo sua interest, ibidem.
 162. 15.
 Informare contractum quid sit, 1. 197. & 198.
 1. 2. & 3.
 Injicere terram, quid sit in iure. 1. 4. 5.
 Iniustitia, per quam privatio feudi sequitur, quo
 sensu sit accipienda, 2. 227. 5.
 & quomodo iniustitiam exercere contra vassallum
 dicitur dominus, ibidem, 6.
 & quando ob domini iniustitiam licet vassallo vim
 facere domino. 2. 228. 7.
 Inquisitio quid sit, & quomodo dif-
 fert ab accusatione. 2. 86. 8. & ad
 quos iudices pertinet decernere de inquirendo.
 ibidem, 9.
 Iurare per gentium vel per salutem principis, quid sit
 1. 403. 3.
 Iuramentum amoris seu veneris non esse. ibid. 405. 5
 Iuramenta proprie superstitione facta, & facta re-
 ligione publice reprobata. 1. 35. 1. 3. & 6.
 Iuramentum promissorium producere obligationem
 multis docet. 1. 127. 1. 2. & 3.
 Iuramentum confirmat pactum de succedendo iure
 civili, pactum de non succedendo firmat,
 ibidem. 2. 3.
 Iuramentum an impediatur rescissionem contractus se-
 cundum l. 2. C. de rescin. ven. 1. 222. 5.
 Iurari semper intelligitur respectu Dei, etiam si per
 creaturam iuretur. 2. 189. 9.
 Iurisperitencia ac iustitia seu virtutis discrimen. 2.
 66. 9. & quomodo versatur circa diuinas res.
 10.
 Iuris perito septem liberales artes utiles esse, 1. 326.
 81. cum seq.
 Iuriconsulti cur sacerdotes dicantur. 2. 10. 11.
 Ius naturale quomodo sit mutabile. 1. 392. 5. & 2.
 69. 2. cum seq.
 Ius esse constitutionem hominis reliquis potentioris,
 & quomodo. 2. 4. & 5. 4.
 Iustum, & utile principi id demum censendum,
 quod subditis sibi populis sit profuturum, ibid. 6.
 Ius quomodo dicitur ars equi & boni, & quod ius-
 titia est iuris scopus. 2. 7. 2.
 Ius naturale quomodo intelligitur cadere in bruta.
 2. 18. 2. 3. 5. & 10.
 Ius naturale triplex, scilicet commune homini cum
 Deo, cum brutis, contra Vallam, & cum homine.
 1. 91. 92. 1. 2. & 3. Ius gentium, ibidem, 93.
 5. & ius natura est firmum. 1. 334. 114.
 Ius sibi dicere quando unicuique licet. 1. 212. 5. 9.
 ubi discutit quando ex conventionem partium licita
 est manus iniectio, & in seq. rem prosequitur.
 Ius dicere, & ius reddere idem esse, & ad solum ma-
 gistratum pertinere. 1. 284. 6. Ius dare, dicere,
 reddere, & praeesse iurisdictioni. 2. 75. 19.
 Iuris civilis origo, progressus & tempora, 1. 314. 23.
 cum sequentibus, ubi soli, luna & quinque stellis
 errantibus ius adaptat.
 Iuris professoribus licere merces capere. 1. 316. 31.
 Ius civile cur commentari prohibuit Iustinianus in l.
 2. C. de vet. iur. civ. & cur postea contrarium fa-
 ctum sit. 1. 324. 75.
 Iurisdictionis originem esse caelo esse, eamque Regibus
 datam. Iurisdictionem a Rege in magistratum
 transire, & quomodo. Iurisdictionis in genere quid
 sit, iurisdictionem habere necessitatem, & quomo-
 do, quid intersit an quis delegatam habeat an or-
 dinariam iurisdictionem, vis iurisdictionis simpli-
 citer, quid sit gladij potestas, quid mistum & me-
 rum imperium. hac cum multis aliis ad hanc rem
 pertinentibus traduntur. 1. 282. cum seq. per to-
 tum dialogum. 120.
 Iurisdictionis contentiosa causa in foro pro tribunali
 plerumque examinantur voluntaria iurisdictionis
 in quolibet permisso loco. 2. 78. 19. 20.
 Iustitia perfecta excellentiam, nec iusto iustius in-
 ueniri posse. 2. 4. & 5. 1. 2. & 3.
 Ius dare est legem ferre. 2. 7. 1.
 Ius dicendum esse secundum ius scriptum, & ius ip-
 sum scriptum pro bono & aequo habendum esse iu-
 dici. 2. 8. 4. & 5.
 Iuris*

INDEX.

- Iuris & iustitia artem solam omnium perfectam
 esse, ibidem. 6.
 Iura naturalia an mutantur, 2. 23. 5.
 Ius civile an sit aequitas constituta, & quid sit. 2.
 53. 1. 2.
 Ius utrum in natura & veritate, an in opinione
 versetur 2. 60. 2.
 Iurium omnium cum arbore comparatio. 2.
 62. 8.
 Ius esse nomen aequivocum & plura significare, sed
 praecipue aequum & bonum. 2. 69. 1.
 Iustitia quomodo in voluntate consistit, & quomo-
 do suum cuique tribuit. 2. 64. & 65. 1. 2.
 7. & 8.
 Iustum virum, cui omnes virtutes adsunt, constan-
 tia maxime decet. 2. 64. 3.
 Iura sanguinis an pacto vel capitis diminutione di-
 rimi possint. 2. 72. 12.
 Ius suum cuique quomodo tribui potuit ante ius gen-
 tium. 2. 73. 14.
 Ius necessitudinis quid sit. 2. 76. 1.
 Ius non scriptum falso assignari consuetudini potuit
 quam legi lata. 2. 170. 7.*

L.

- L**ana colorata qua dicitur, & quid sit de lana
 succus. 1. 383. 384. 1. & 4.
 Laudamentum quid sit. 2. 168. 1.
 Lapis Chermes & sarcophagus corporibus mortuo-
 rum adhibiti quid operantur. 1. 9. 32.
 Lapidis pretiosi a vulgaribus lapidibus discernuntur
 in iure. 1. 274. 18.
 Latine loqui quid significet. 1. 323. 68.
 Lecti appellatione qua continentur, & de stratis a-
 pud veteres lecti. 1. 463. ubi an veteres coenabant
 accumbentes, an sedentes discutit.
 Legatus hostium iure gentium non est pulsandus nec
 violandus. 1. 3. 3. & 442. cap. 10.
 Legatus & orator pro eodem sumitur, & de habitu
 & insignibus legati, ibidem. 4. & 308. 1.
 Legatum quomodo differt a donatione causa mortis.
 1. 253. 2. & 3.
 Legati dominium transit in legatarium a morte te-
 statoris, si illud non repudiet. ibidem. 254. 4.
 Legati & fideicommissa differentia. ibidem, 6. 8.
 Legatum facilius adimitur, quam relinquit, &
 quare, ibidem, 7.
 Legata per omnia exaequata fideicommissis quomodo
 ibidem, 9.
 Lege agere quid sit, & quae legis actiones.
 1. 186. 2.
 Legitima an alio quam institutionis titulo relin-
 qui possit, & quando confertur. 1. 87. & 88
 1. & 5.
 Legitima an detrahatur a feudis. 2. 203. 6.
 Legum origo & earum series. 1. 5. 12. 13. cum seq.

- Leges 12. tab. eburneas primum, deinde areas fuisse,
 1. 6. 17. leges Solonis ligneas, ibidem, 18.
 Legis definitio & triplex eius significatio, 1. 14.
 & 3.
 Leges & bonis & malis esse latas, 1. 16. 6.
 Lege agere quid sit, & legis actiones, 1. 186. 2. 3.
 Legis anima est ratio & aequitas, 1. 312. 16.
 Lex acerbi quid tolerat ad vitandum acerbius, &
 servit loco & tempori, ibidem. 313. 17. & 18.
 Legum omnium & constitutionum cur ratio reddi
 non potest, ibidem, 20. & 2. 62. 4.
 Leges 12. tabellarum quomodo omnium antiquissi-
 ma sunt, 1. 314. 23. & earum acerbitas in poena
 talionis, & poena dissecandorum debitorum, 24.
 Leges pro rerum & temporum opportunitate luna
 ipsa mutabiliores, ibidem, 70.
 Legem Rhodiam dominari mari & quomodo. 1.
 368. 3.
 Leges ad musicam latae, 1. 403. 1.
 Lex etiam tyrannidis tempore improbe promulgata
 abroganda est a legitimo principe. 2. 1. 1.
 Lex iniqua fucum aliquem aequitatis accipit, rela-
 tione habita ad id quod decet esse. 2. 1. 1.
 Leges pias quandoque ab impiis principibus esse la-
 tas. 2. 5. 4.
 Leges fuisse praestitutas iuris nomine, antequam ius
 in artem redigebatur, 2. 7. 1.
 Lex Regia quana fuit, & qualem potestatem prin-
 cipi contulit, 2. 37. 11. 12.
 Lex mediocritatem cum aequitate sectatur, 2. 48. 1.
 Lex an sit consuetudine antiquior, ibidem 9. & con-
 suetudine lex approbatur ut diu vigeat, ibid. 10.
 Lex laudatur qua raro accidentibus est edita, ibid. 6.
 Lex quid olim proprie fuit, & cur sit rei publica
 sponso, 2. 57. 14. & 15. ubi ait consultum viro-
 rum prudentum principem respicere.
 Lex plurimum roboris accipit a principe, quando fa-
 ctis ipsis eam approbat, nedum verbis. 2. 59. 24.
 Lex desuetudine tollitur, non aequitas. 2. 72. 9.
 Libelli familiae in l. servus urbanis de legat. 3. intelli-
 guntur rationes & commentaria familiae, 1. 459.
 cap. 23.
 Libellus usurpari pro nummis in l. iudices, C. de epi-
 scop. aud. ibidem ex Plauto. ibidem in fine cap.
 Libellus accusationis qualis diu fuit, 2. 92. 22.
 Libellis & instrumentis hodie non consules, sed prin-
 cipes inferi. 2. 142. 14.
 Libellus feudalis quid sit, & quomodo per libellum
 feudum datur, 2. 235. 7.
 Liberos in conditione positos esse in dispositione, con-
 tra alios tenet, 1. 120. 1. cum sequentibus.
 Liberos post deportationem patris conceptos pro non
 conceptis, vel ab alio conceptis haberi. 1. 124. 4. 5.
 Liberi an felicitas sint matrimonij, 1. 359. 3.
 Liberi an & qui cogi possint ad contrahendum ma-
 trimonium, 1. 376. 3.
 Liberos esse in sacris patris, & qua sint patris sacra,
 Kk ij*

INDEX.

vel sacra familia, 2.77.3. & 5. & an exheredati sint in sacris, ibidem, 78.6.
 Liberi prioris matrimonij, an sequentis matrimonij superent sobolem, 2.203.7.
 Libertatis definitio explicata, 2.29.3.
 Lingua abscisso quando facit rem vitiosam, ut locus sit redhibitioni ex edictio edicto, 1.486.2. & 3.
 Lingua lubricum non facile trahendum in panam, sed in ciuitate libera lingua & mentes debere esse liberas, 2.164.20.21.
 Linum iudicum incombustibile, 1.10.32.
 Litis nomen proprie respicit civiles causas, 2.136.8.
 Litis contestatio non perpetuat actionem post mortem rei contra quem furti vel iniuriarum agitur criminaliter, 2.159.4.
 Litorum iurisdictio penes quos sit, 1.188.6.
 Locus a coniugatis non est semper necessarius, contra Ciceronem & Quintilianum, 1.96.97.1.
 Lucus religiosum indicat locum, 1.4.7.
 Luxuria quid sit in iure, 1.196.3. ubi luxuriose vivere mulier dicitur, quae laetius & splendidius uiuit.

M.

M Agne tabulas fuisse positas a M. Sempronio Iureconsulto, 1.11.37. ubi & de herbis multa ad ins pertinentia subdit.
 Magistratus est lex loquens 1.312.14. & 2.59.23. & 24.
 Magistratus secundum leges, non de legibus indicare debet, ibidem, secundum allegata & probata debet iudicare, ibidem, 15. & 2.74.17. in fi.
 Magistratus qui sint maiores vel minores, & de praefecto vigiliis, 2.91.20. & an & quales magistratus possint accusari durante magistratu, late tradit, ibidem, 90.19. an in civili negotio conueniri possint magistratus, 21.
 Magistrati obediens quando in delicto excusetur, 2.114.4.
 Maiestatem armari legibus recte dici in praemio instituit, 1.11.36.
 Maiestatis crimen durius puniendum, sed mitius & diligentius indagandum, providendumque iudici, ne quis falso praetextu calumnia opprimatur, 2.154.20.
 Mancipium & manceps, unde dicantur contra Valiam, 1.57.5. & 6. & 2.31.9.
 Mandati fines excedens in pretio rei emptae an habeat actionem ad recuperandum reliquum, 1.407.1. in fi.
 Mandatum rei turpis an obliget mandantem, & quid in societate & aliis negotiis, 2.113.1. an obliget simul & mandatarium seu procuratorem, ibidem, 2.
 Mandans an in delicto obligetur, procuratore fines mandati excedente, ibidem, 114.5.

Mandatum testatoris heredi factum ut accuset homicidam, morte eius non finitur, 2.138.6.
 Manifestum seu notorium pro se afferens, quatenus leuetur onere probandi, & quantam vim notorium obtinet in probatione, 2.118.3. & 4.
 Manifestum vel notorium an egeat probatione, & quot modis notorium seu manifestum appelletur, & an confessio vel sententia faciat notorium, ibidem, 5. & 6.
 Manus regia quid olim fuerit, 1.277.3.
 Manus potestatem significat, 2.31.8.
 Manumissio non prorsus libertatem redintegrat, quam seruitus omnino abstulerat, 2.29.1.
 Manumissionem magis inclinare in filium, quam in seruum, 2.31.8. & manum in iure significare potestatem, ibidem.
 Maris dominium quomodo pertineat ad principem, 1.368.4.
 Materia quam forma maiorem esse defectum, 1.21.2.
 Matrimonij amorem perfectissimum, matrimonium esse rem sacram, a quo iure descendit, & qui sunt eius effectus, 1.372.4.5. & 6. in fi. & 375.2.
 Matrimonium indiuiduam coniunctionem & societatem continere, 1.390.1.
 Matrimonium diuinitatem redolere, 2.19.6. & quomodo descendit a iure natura communi omnibus animantibus, 2.202.4.
 Medicus qua actione ob imperitiam suam male secundo vel aliter perperam curando teneatur egrotto, & quam actionem habet pro salario, 1.487.4.
 Memoria iureconsulto cur adeo desiderabilis, 1.322.66.
 Memoria perduellium & lesa maiestate tam humana quam diuina damnatorum etiam post mortem damnatur, quomodo hoc sit, & quare, 2.153.19. & 20.
 Metalli appellatione, alumen, calcem, sulphur, & similia venire, 1.23.2.
 Metropolis ciuitas quanam sit, 1.144.4.
 Milites quando iure militari testari possint, tribus regulis explicatur, 1.496.2.
 Militum negligentiam erga superiores durius vindicari, quam aliorum, 2.213.7.
 Militi qui in bello factus est mancus vel mutilus non debet feudum auferri, 2.241.30.
 Minax an a metnente cui minatus est, occidi possit, & an minas passus teneatur fugere, 2.28.10.11.
 Minor 18. annis an possit iudicare, 1.401.6.
 Monetam fabricans, an poenitentia secuta debeat scilicet, 2.94.26.
 Monopolium prohibitum quid sit, 1.455. ubi de pena eorum qui monopolium concinnant, & qui dicuntur Dardanarij.
 Monumenta quaedam & sepulchra Iureconsultorum, & quomodo seruata sunt a putredine, 1.9.42.
 Mores belluinos perinde haberi, ac si nulli essent, 2.60.1.

INDEX.

60.1.
 Mores an a consuetudine discrepent, 2.170.8.
 Mortem sibi consciscere non licere, & iure, & exemplis probat, 1.381.6.
 Morte accusati aboleri crimen publicum, & priuatum etiam, si lis non sit contestata, 2.159.3. & quot modis durat accusatio contra reum vel eius heredem, ibidem 6.
 Morte accusati an extinguatur poena pecuniaria pro delicto publico irrogata, ibidem, 5.
 Morte accusatoris abolitio contingit ex legis dispositione, ibidem, 166.
 Morgantica legis caput & aquita, 2.202.3.
 Morgani pactum, ut liberi nascituri certa quantitate pecuniae contenti abeant, non obesse legitima, ibidem, 5.
 Mulieres cur citius pubescunt & sapiunt quam viri 1.363. Cur non possint esse testes in testamento, ibidem, 364.3.
 Mulier an possit esse pugil iudex vel postulatix in foro, 1.414.8.
 Mulier an feudum ab ea primum institutum dare possit sic in dotem, ut maritum nouum habeat uasfallum, 2.210.11.
 Mulieris appellatione an ueniat uirgo 1.57.4. contra sententiam Valle.
 Mulierem nec naturaliter nec civiliter ex fideiussione obligari contra Accursium & Bart. 1.234.7. & 364.2. in fi.
 Multa quomodo olim dicebatur contumacibus, & quomodo a penali iudicio differebat, 1.249.5.6.
 Multandi ius competere Duumuiris cum delegata haberent iurisditionem, contra Bart. 1.250.8.
 Multam inflictam iudex potest propter inopiam condemnati minuire, non sic poenam, ibidem, 253.10.
 Multam obscuris & inopibus minorem irrogant iura quam nobilibus & diuitibus, 2.103.7.
 Multa cui sit applicanda, & quis habet ius multandi, ibidem, 8.9.
 Mundi dextras partes in meridie esse positas, 1.2.1.
 Mundi dominos esse quatuor, & quomodo sint, 1.260.1. & 2.
 Muros ciuitatum, ut & iura, sancta esse & inuolabilia, & an impune transcenduntur muri ad propulsandos hostes, 2.42.26.27.
 Musica vis, & similitudo quam habet cum legibus, 1.411.1.
 Mutuum quando consistit inter duos fratres, 1.241.2. & quando alia obligatio inter eos sit, & an eorum respectu pater creditor & debitor censeatur, ibidem, 242.7.
 Mutuum contrahi inter patrem & filium, & si emancipatus filius patri soluit, non repetit, 1.245.1. & pater ex mutuo similiter obligatur filio, nec emancipato solutum repetit, ibidem, 2.46.5.
 Mutua pecunia ex causa peculiari recte datur filiofam. & ex ea obligatur, 1.241.2.3. & 245.4.

Mutuum per solutionem magis quam per speciem quomodo sit, & quid sit ire in creditum, 1.446.1.2. & functionem in genere recipere, ibidem.
 Myrrha, Smyrna, & myrrhinum quid, 1.348.6.
 Myrtus arbor topiarij apta, & de opere topiario, 1.354.8.

N.

N Ardum purum, pisticum, aut spicatum, 1.377.6.
 Natalem defunctorum diem veteres coluerunt, & legatum de aliquo faciendo natali die relictum, esse perpetuum, 1.9.30.31.
 Natura & dauia actionis vanam esse distinctionem, 1.214.1.2.3.
 Natura contractus quid sit, 1.104.7. & 2.44.31. in fi.
 Naturalem obligationem solam sine civili esse inter patrem & filium, & quare, 1.137.1.2.
 Necessitudo feudalis sanctior quam cognationis, vel coniugij fere coniunctio, 2.215.14.
 Necromantia & Necromantici unde dicantur, 1.12.40. & de vi magiae & carminum, 41.42.
 Nepotes defunctorum ex filio primogenito patruos excludere suos, 2.204.9.
 Nili ageres esse duplices, & quare, 1.448.4.
 Nimia solertia & ultra mediocritatem reprobat in contractibus, 1.223.2.
 Nives colare cur solebant veteres, unde & columbarium dictam, 1.461.4. ubi de uasis niualibus.
 Nobilitatem dignitatis a patre, nobilitatem generis & sanguinis etiam a matre posse descendere, 1.44.5.
 Nobiliores an lenius puniri debeant in corpore quam ignobiles, 2.103.5.6.
 Nobiles, si illustres sint, per procuratorem accusant, & defenduntur in causa criminali, & quomodo, 2.138.7.8.
 Nomen quid sit, quae sint incerta nomina, & quid sit accipere nomen, 1.216.217.1.2. & 5.
 Nomen saepe imponi ab effectu contrario, 1.357.7.
 Nomen saepe imponi non inuentori, sed primo uenti, vel promulganti, 1.409.5.
 Nominis similitudinem effectum similem saepe facere, 1.490.3.
 Noxae dedere quid sit, an noxa sit caput quod nocuit, & an noxae dedantur mansucta & fera animalia, 1.491.6.
 Numerum septimum & eius in iure usus, 1.329.92.
 Nummos de corio fuisse cusos olim, 1.117.3. nummos non natura sed lege ac instituto fuisse excogitatos, ibidem, 4. in fine. & ideo esse iuris civilis, non iuris gentium, 2.45.34.
 Nunciacionis noui operis, & interdicti quid vi aut clam, differentia, 1.495.1.

INDEX.

Nunciari nouum opus an possit propter seruitutem rusticam? & an urbana quans rustica rei sit magis subueniendum? & nunciacionem noui operis non esse actionem. 1.257.258. 4.5.6.8.

Nunciatio quid sit in criminalibus, quod non eget subscriptione, & qua sit eius virtus, 2.87.10.

Nunciatores publici & privati, & an nunciare potest qui prohibetur accusare, ibidem, 11. & an nunciator possit esse testis in eadem causa, 88.12.

Nundinas à iure gentium originem traxisse non tamen sine rescripto principis poni posse, 2.45.35. & cur à Romanis sunt instituta, 2.67.21.

Nuptiarum secundarum usus, & pene mulierum intra annum luctus nubentium, cur prohibeantur lege tales nuptiae, & quomodo dictum Apostoli secundas nuptias permittentis sit accipiendum, 1.278. 1.2.3. cum seq.

Nuptiales faces quae, & quod à iure natura (quod primarium vocant) descendunt nuptiae: quomodo à secundaria expositae sunt & consummatae, 1.373. 6. in fi. & 375.2.

Nuptiis ignem & aquam adhiberi solitis, & quare, 1.374.8.

Nuptias sine patris consensu nullo iure consistere, 1.375.1.

Nuptia celebrandis, colus cum fusa & stamine virginis Romanas nubentes quare comitabantur, 1.383.1.

O.

Obligaciones omnes praeter passivissimas esse iure gentium contendit, & civilem obligationem in iure saepe usurpari pro civili & naturali simul, 1.170. 4. & 2.46.37.

Obligatio quomodo ex literis nascitur, & quanam sit, 1.71. 1.2.46. 41.42.

Obligatio naturalis sola sine civili cur sit inter patrem & filium, 1.137.1.

Obligacionem civilem non potuisse priorem esse contractui, unde nascitur, 2.46.38.

Obligaciones omnes à civilibus contractibus vel quasi oriatis, ciuites esse, ibidem.

Obligacionem ex transactione natam esse civilem, ut transactio ipsa civilis est, ibidem.

Obligacionem tam civilem quam naturalem nasci ex contractu civili, vel quasi civili, & quomodo, ibidem.39.

Obligacionem civilem dici solum naturali copulatam, ibidem.

Obligacionem civilem euanesce sublatam naturali, ibidem.

Occidere seipsum iure civili non fuisse prohibitum, at iure diuino & naturali id non est permissum, 2.131.1.2.

Occidere seipsum cum alterius damno, ne iure quidem civili licuit, ut in seruo & milite statutum est, ibidem, 2. in fi. & 3.

Occidentis se ob criminis conscientiam bona fisco ad-

dicuntur, ablata testamenti factione, ibidem, 4. & quomodo hoc intelligendum sit, 5.

Occidens seipsum, praesumitur in dubio id vitae ratio non sceleris conscientia fecisse, ibidem, 132.6.

& quid interest, si se occidat quis ante accusationem, an postea, 7.

Occidens se post accusationem, an verè censetur crimen fateri, ibidem, 8.

Occidens seipsum qui praesto est, nec impedit, an enadatur impunis, ibidem, 9.

Officiali magistratum nunciandi crimina commissa, non esse temere credendum, & officium pro officiali seu ministro officij saepe usurpari, 2.118.1.

Officialium relationibus quando iudex credere possit, 2.135.2.

Oleam esse arborem sacram, paciferam, & castitatis cuiusdam praesulem, 1.442.1. cap.10.

Olea, etiam si nondum radices egerit, stirpem incidens arborum furtim casarum tenetur, ibidem, ubi de talea oleagina, & de poculis oleaginis.

Oleam immaturam plus olei reddere quam maturam, & quare, ibidem, 443.2. conciliatis l. pen. ff. de usufr. leg. & l. si seruus seruum. §. si oliuam. ad legem Aquil.

Oleum omphacium ex immaturis oliuis expressum, ibidem, 3. & quid sit omphacium.

Olea unus duntaxat ramus ceteris laetior, nisi rescindatur, totam efficit aridam & inutilem, ibidem in fine.

Olei conficiendi totam rationem, variamque instrumenta tradit, ex h. sed addes §. illud ff. locati. 1.444.1. & 2. quid sit trochlea, succula, & cetera instrumenta ad exprimendum oleum necessaria, ostendit. & in fi. quid sit oleum virgineum.

Oleo legato cibarium venit, non voluptuarium, 1.445.1. quia ea non sunt ex olea.

Olei certa quantitatis debitor, an praestatione olei alterius generis liberetur, 1.445.2.

Omnis, dictio saepe restringitur, 2.18.4.

Operarum nomine promissarum etiam iuramento quando contrahitur obligatio, 1.127.128. 2.3. & 4.

Opus facere proprie dicuntur, qui ruri operam dant, & quid sit exercere agricultores, 1.430.3.

Orbis Romanus, vel Hesperius quis sit, & an exulans à patria Roma manere possit, 2.24.9.

Orixa an hodie veniet nomine frumenti, 1.436.4.

Oua gallinis supposita conterens, an de pullis teneatur, 1.479.2. elegans, 9.

Ouum geminos vitellos habes, potest duos pullos pro ducere, ibidem. ubi & de oui praestantia.

Ovis mutuum commodè contrahi, ibidem, 480.4.

P.

Pactum, quomodo contra substantiam contractus valet, & quid sit substantia natura, & accidens

INDEX.

Pactum quomodo sunt contra effectum contractus, & quid sit pactum transformatum, 1.19.1. & 2. quomodo pactum sit declaratum, 1.20.5.

Pactum de futura successione factum de voluntate eius cui succedatur, ratum est, l. vlt. C. de pact. & ea ratione substitutionis, alioqui ob metum capti à de mortis non valitura, iure approbantur, 1.131.132. 5.6.7.8. & 9.

Pactum nudum non parere actionem, & quo modo hoc intelligatur, 1.158.159. 1.2. & 3.

Pactum nudum non esse ex quo nascitur actio, nec fieri posse ut sit pactum nudum, unde actio nata est, 1.160.161. 1. & 2. & quid sit nudum, ibidem, 3. & 4. & an pactum vestiatur consensu, 5.

Pacta duo nuda producant actionem, & quare, 1.163.1. & 2.

Pactum quomodo informat, & quae pacta informant contractum, 1.197. & 198. 1.2. & 3. quomodo legem dant contractui, & quid si incontinenti, quid si ex intervallo apponantur, ibidem, 4. 5.6.

Pactum iuxta contractum positum, censetur pars ipsius contractus, 1.200.1. & informat etiam stipulationem cui apponitur, ibidem, 3. & 4.

Pactum incontinenti positum quas parit actiones, & quando ex eo resultat innominatus contractus, 1.202.1.2. & 3.

Pactum in continenti appositum quando non parit actionem, 1.204. & 205. 1.2. & 3.

Pactum de non petenda etiam à civili obligatione liberare contra Accursium, sicut & per iuramentum veramque obligationem tolli contendit, 1.231.7. & 8.

Pactio nuda debitum sufficere compensationi faciendae, 1.233.3.

Pactum & pactio an differant, & an à pace descendunt, 1.341.342.7.

Pacta conuenta, & quid significent, 1.408.3.

Pacta cum hoste mita an seruanda, 1.420.3.

Pacta praeter naturam feudi an valeant, & quis illa probare teneatur, 2.178.15.

Pactum inducens votum captanda mortis quando probetur, saltem in feudis, 2.205.13.

Palmae natura, & cur dicatur palmarium, 1.451. in cap.17. 1. de carota & carica.

Panes civiles, seu annonae civilis, quid sit, 1.436.5.

Parricidij poena, singulis eius partibus explicatis, quid sit cullens, quid virga sanguinea, quid mors, & cur vipera, canis, gallus & simia insuuntur cum parricida, 1.85. per totum dialogum, 34.

Pastorum latrocinia quibus rationibus puniendi veniant praeter ceteris, 2.130.5.

Patens delinquentem, cum vetare iure valuerit, an teneatur, 2.116.9.

Pati facinus ab alio fieri, & autorem esse facienti, sunt diuersa, 2.132.9. & an serui ac fa-

mulu non impediens praecipitium dominorum sine impunes, ibidem.

Patria potestas sacra & diuino nexu copulata, 1.41. in dialogo, 15. & 2.

Pater & filius an sint eadem persona, & an civile aliquid sit inter eos vinculum, 1.237.7.

Patria parendum esse ut parentibus, 2.23.4. ubi de ciuibus & incolis subdit, & an patria magis sit deferendum, quam parentibus, ibidem, 25.10.

Pax iuris gentium quo fine sit, 2.36.5.

Pecuniam numeratam iure civili magis quam iure gentium esse introductam, supra in dictione nummos.

Peculium quid sit? & quomodo extra seruos, vel filios accipitur, 1.133.1. & 2.

Peculium non aufertur filio exheredato, legitime aufertur, & quare, 1.246.7.

Peculium filio permissum efficit, ut non sit locus exceptioni Macedoniani Senatusconsulti, 1.241.2. & 245.4.

Peculium filij non sequitur fiscum publicatis patris bonis, quomodo hoc procedat, 1.246.8. & 2.106.8.

Peculium adimere potest pro suo arbitrio pater, & nihilo minus relinquit filium obligatum eis cum quibus contraxerat, 1.247.9. non sibimet, quia naturalis sua obligatio ademptione peculij extinguitur, ibidem, 10.

Peculium non adimitur domino vel patri, damna to seruo vel filio, 2.106.5.

Penus quid sit, ex eius diffinitione, 1.427.3. & an condimenta ciborum penus contineat muriam videlicet garum, & huiusmodi, ibidem. Penus an generaliter legata, an specialiter, puta penus esculenta, quid intersit, ibidem, diffinitione alia subiecta & explicata.

Penus appellatione an veniant medicamenta, ibidem 4. & 6. & quid sit promerciale, ibidem 5.

Penus nomen esse omnium generum, & quorum cibaria complectatur, explicata Mutij definitione, 1.439. & 430.1. & 2.

Peremptorij edicti 30. dies praestitutos per l. ad peremptorium ff. de Iud. ita ut singulis tribus edictis 10. dierum interualla tribuantur, non mutari per Iustinianum, contra Accursij & aliorum opinionem, 2.111.4.

Periuirij poena lege 12. tab. humana & diuina, 1.405. & 406.9.

Peterandi verbum, & ad promissa & ad asserta inreuerando pertinere, ibidem.

Permutationem cum pecunia signata esse posse, 1.118. & 119. 1.2. & 3.

Persuasio obligatur quamuis persuasus idem delictum alias esset commissurus, 2.115.7.

Philosophia vera & non simulata, 2.9.6.

Philosophi perfecti, ibidem, 11.12.

Picturae quando, & cur cedit tabula, 1.380.3.

INDEX.

- Pignus iudiciale & conuentionale*, 138. 4. *ibidem*.
In creditu ire vel possidere, 5. *In assem vendere*, 7.
Pinus seralis arbor, 1. 9. 32.
Plures pœnales actiones concurrentes, quando & quomodo una consumit aliam, 2. 222. 5. & 6.
Plurima crimina ubi ex uno & eodem oriuntur facta, quando pluribus actionibus possunt accusari singula, ibidem, 4.
Plura delicta quando cumulari possunt in eodem accusatoris libello, 2. 124. 12.
Plura delicta ex diuersis factis manantia separatim accusari possunt, ibidem, 125. 13.
Plures in eodem libello accusari posse, nisi de adulterio, & quare, ibidem, 15.
Plures reos non iure accusari duobus aut tribus variis libellis, ibidem, 16.
Pistrinum quid sit, quid pistorum & de eorum collegiis, 1. 437. 7.
Placitum principis ut legis habeat vigorem, quale debet esse, 2. 5. 4. & 37. 13. *ubi quid sit nomen placiti*.
Plus & minus diuersam speciem non faciunt, l. ult. ff. de fini. inst., 1. 100. 6.
Pœnas grauiores saepe legibus infligi, ad terrorem facinorosorum, 2. 83. 2.
Pœnam quandoque infligi sine accusatore, & sine iudice, ibidem, 4.
Pœnam extraordinariam non excludere seueriorem, maximè circa fines publicos & limites motos, 2. 102. 3.
Pœna & multa quatenus differant, 2. 104. 11.
Pœnales actiones plures concurrentes quomodo dicuntur alia aliam non consumere, 2. 122. 5. *ubi rem examinat. & in 6. ubi fratris occisor homicidij conuictus, potest adhuc parricidij accusari, ratio colligitur ex 7. ibidem. facit etiam*, 2. 148. 4.
Pœnas criminum consuetudine variari, 2. 147. 1.
Pœna quomodo intelligantur hodie esse in arbitrio iudicum, ibidem, 2.
Pœnas in dubio esse molliendas, ibidem, 3.
Pœnarum capitalium & aliarum distinctio, ibidem, 148. 4. & *quid sit degradatio, ibidem*.
Pœna vel supplicij seruus, an quis fiat, & quid sit damnari ad gladium, ad bestias, ibidem, 5.
Pœna exitij etiam in feminas cadit, ibidem, 6.
Pœna membri abscindendi & cuius membri, 2. 155. 22. & an in facie pœna sit imprimenda, ibidem, 23. *pœna abscindenda manus, & ultra manus, ibidem*, 24. *ubi & de pœna linguæ excindendæ blasphemorum*.
Pœnas scelerosis infligunt omnia elementa, ibidem, 25.
Pœna damnationis ad triremes, vulgò, ad galeras, ibidem.
Pœna carceris, & an sit de iure civili, ibidem, 26. 27.
Pœna temporalis, tempore non expresso à iudice, in dubio intelligitur decematis in exilio, ibidem, 157. 28.

- Pœna grauior prodest & abolet infamiam, & quis sit eius rei idoneus iudex. Item pœna minuitur ex diuturnitate reatus*, 2. 165. 24.
Poculum amatorium, philtrea & incantationes iure prohibita & punita, 1. 348. 1. *in si. cum* 2.
Pollicitatio quid sit, & quando producit obligationem, 1. 125. 1. & 126. 4.
Pomi appellatione quid veniat, 1. 450. in cap. 16. 1. & 2.
Populi an sint aliqui morum vel legum expertes, & quales sunt Atlantes & Anglia in Africa, & an ferini populorum mores pro lege fuerint, 2. 60. 1.
Popularis actio pro certis delictis indulgetur, 2. 98. 34. *In populari actione dari procuratorem, & quid in causa sepulchri violati, ibidem*, 35.
Possessorium est remedium consequenda hereditatis ex testamento, l. ult. C. de edicto d. Ad tol. non ab intestato, 1. 58. 3.
Possessio unde dicta sit, & an res mobiles proprie possidentur, 1. 167. 2. & 3. *ubi ostendit immobilia primum possideri cepisse, & ideo primam & antiquissimam nominis originem in etymologia inspicere: & cur à parte corporis magis, quam ab animo nominetur*, 1. 388. 4. & *an iuris magis quam facti sit possessio, ibidem*, 6. & 7.
Posthumum suum & alienum, eorum differentias, & varia de his iure tradit per totum serè dialogum octauum, 1. 27. & 28.
Postliminium quo iure introductum, & quæ ad illud requirantur, 1. 173. 2. & 3.
Postliminium omnia restituit præter possessionem, & cur dominium magis quam possessionem restituit, 1. 177. 1. & 2.
Potest, verbum, saepe usurpari, pro verbo, debet, 1. 488. & 489. 3.
Pratum unde dicatur, quæ sint flumina aurea, & de mulierum diligentia, 1. 383. 1.
Præcarij natura, an tempus ei præstigi possit, & quando hoc conducit accipienti, 1. 18. 4. & 2. 176. 7.
Præcepta 3. iuris sub uno honeste viuendi præcepto facile contineri posse, & cur explicite tria ponantur, 2. 65. 4.
Præcipitij pœna legibus 12. tab. introducta & postea abrogata, 1. 400. 4.
Præfecti prætorij potestas, & eius prerogativa, quod ab eius sententia non appellatur, & de appellatibus & precum oblationis seu supplicationis differentia, 1. 399. 2.
Præiudicium an necessario fiat ex condemnatione vel absolutione, 2. 123. 10.
Præiudicium duobus modis capi, ibidem, 124. 11.
Premia iustitia, & quibus debeantur, & an sceleratis premia sint danda, 2. 12. & 13. 18. 19. 20.
Præses prouincie generaliter & specialiter sumitur, & quomodo differt à Proconsule, 1. 141. 1. & 2. cum seq.

Præsidentes

INDEX.

- Præsidios prouincie quomodo à proconsularibus distinguebantur*, 1. 489. 3.
Præsumi magis contra eos, qui ex morte occisi compendium sunt consecuturi, quam contra alios, 2. 136. 4. *in si.*
Præter, quando excipit in oratione, quando addit, & cuius potestatis sit hæc dictio, 1. 205. 1. *cum sequent. in dialogo* 93. *ubi & de dictione, Nisi*, 3.
Præteritionem filij nascituri magis tolerari, quam filij iam nati, 1. 31. 1. & *quomodo hoc procedat*.
Prætor legem iuuat, supplet, corrigit, imitatur, enarrat, & quomodo, 2. 57. 18. *Prætorium ius quomodo sit viua vox iuris civilis, ibidem* 19. & *quando edictum prætoris ex annuali cœpit esse perpetuum, & quorum auctoritatem deinceps obtinuit*, 20.
Præuaricator quando potest publico iudicio damnari, 2. 99. 37.
Primogenitura iura & eximia quedam, 2. 203. 8.
Principi soli licere condere legem, à quo responsa prædictum, edicta prætorum & senatusconsulta suam potestatem habent, 1. 484. 1. & 2. 37. 13. & 2. 56. 13.
Principem mitius agere in transferendo rerum suarum dominio, & perfectius, quam priuatos, 2. 38. 16.
Principis solius sententiam vim legis habere, 2. 57. 16.
Præiudicium quid sit, & unde dicta, 1. 14. 4. & *quando perpetuum faciunt ius singulare*, 2. 53. 3.
Præiudicium an fortius sit iure communi, 2. 55. 9.
Præiudicia parte olim à veteribus concedebantur, facilius postea à Regibus, ibidem 56. 12.
Procurator accusari cur non admittitur in iudiciis capitalibus, & an admittatur, ubi delictum punitur relegatione, 2. 107. 1. & 3. & *uti absens tutor suspectus arguitur*, 4. & 5.
Procurator pro reis absentibus & accusatis intercedit, quando absentes damnari possunt, ibidem, & 7. & 8. & minus admittitur procurator pro reo, quam pro accusatore in causis publici iudicij, ibidem, 1. 37. 1. & *non male accusat procurator, si reus id patiat, ibidem* 138. 5.
Prodigis an ipso iure sit interdictum bonis? an iudicis decretum etiam in manifesto prodigo sit necessarium: tutius esse ut iudicis decretum interponatur. & decretum sic interpositum retroagere, rescinderè que prius dispersa, 1. 350. 9.
Promissa non esse adeo scrupulosa & præcisè seruanda, ut tetrum aliquod & non tolerandum facinus perpetretur, 2. 61. 4.
Prorogari iurisdictio potest de tempore ad tempus, de re ad rem, de persona ad personam, non de loco ad locum, 2. 75. 22.
Proventus & perceptio frumenti, quomodo censetur res mobilis vel immobilis, 2. 174. 3.

- Publica utilitas restringit potestatem domini, quominus liberè possit re sua abuti*, 1. 441. 1. & 443. 1.
Publici iuris varia significatio, 2. 14. 2.
Publica crimina vel iudicia cur sic appellantur, 2. 98. 36.
Publicatio bonorum semper sequitur mortem naturalem, vel deportationem criminosis iure digestorum, 2. 132. 5.
Purpura & murex quæ sint, & unde nascuntur, & de concha & vnionibus, 1. 456. & 157.

- Q**uestioni quare fides certa non adhibetur, & quare à tenerimo & timidissimo incipit questio, 2. 133. & 134. 4. & 5.
Questionis habenda sententiam non esse diffinitiuam, ibidem, 6.
Questio plus iusto acerba reddit iudicem culpabilem, ibidem 7. & *de genere questionis quod mala mansio olim dicebatur*, 9.
Quanti eam rem esse appareat, interesse non respicit, sed rei aestimationem solummodo, 1. 99. 3.

- R**aptor cur minus puniatur quam fur, 1. 76. 8. & 2. 95. 28.
Raptus pœna etiam mulierem posse coerceri, post Accursium, 1. 374. 9.
Raptor an ducere possit quam rapuit, 1. 376. 4.
Ratibatio, in maleficiis quando exequatur mandato, quid de laudatione, & an in adulterio, 2. 115. 6.
Reatus dupliciter usurpatur, 2. 165. 24.
Reo delatum iusjurandum, an tollat infamiam, ibidem 166. 25. & *quomodo hoc sit intelligendum, ibidem* 26.
Refutare feudum quid sit, quando & quomodo fieri potest, & quid operetur, 2. 235. 8. & 239. 22. 23. 25. & 26.
Regum contractus & conuentiones firmiores debere esse quam aliorum, 1. 421. 3.
Regum creatio, & regum imperium sub 2. Consulibus Romæ, 2. 36. 8.
Regna saepe diuisa commodè inter plures iustis rationibus, 2. 234. 3.
Regulam, si non valet quod ago ut ago, explicat, 1. 22. 7.
Regulam quatuor sumi modis, & dici cause coniunctionem magis quam cause coniunctionem, explicata eius diffinitione, 1. 262. 1. *cum seq. & 264. 7. 8. & Regulam Catonianam esse veteris iuris regulam magis quam nouam Catonis legem, ibidem*, 9.
Regulam quomodo confirmat exceptio, ibidem 263. 5. & 264. 10.
Relegatorum & deportatorum differentia, & quando relegatus fit deterior deportato, 2. 149. 7. *vide etiam* 8. & 9.

Ll

INDEX.

Religionis & superstitionis differentia, & unde vtraque dicatur, 1.36. 6.7.8.
 Religionem esse iuris naturalis, necdum iuris gentium, 2.22. 1. Iuri tamen civili plurimum debere, 2.
 Relativum, qui, non restringere, sed declarare precedentia, 2.80. 1.
 Restitutio principis iam condemnato iuvat, 2.163.
 17. & an bona & dignitates restituat, ibid. 8. an restituat etiam ad bonorum fructus, 164. 19. an ad alienata per fiscum, 20.
 Retractus ius, seu dissolucendi contractum, more gallico competere, & esse legi veteri congruum, & alia ad hanc rem pertinentia, 2.78.79. 8.9.10. cū seq.
 Retractui non esse locum ubi res venditur alicui ex cognatis, licet gradu remotissimo, ibidem 80. 13. Idem etiam in aliis certis casibus, 15.16.
 Reus, reatus dupliciter accipiuntur, nunc crimen, nunc accusationem significantia, 1.370. 8. Inter reos recipi quomodo aliquis dicatur, 2.88. 16.
 Ripa quid sit, de arboribus in ripa positis, & quis praeferatur in talibus arboribus, & quod ripa semper cedit proximo praedio, licet, via publica intercurrat, 1.192.193. 2.3.5. & 6.
 Ripa etiam prodest venditori praediorum ad mensuram, ibidem, 4.
 Roma quomodo sit communis patria, 2.24.8. & 1.497. 2. in fi.
 Romanum imperium à vulture ceptum, à gallina gubernatum, ab ansere servatum fuisse, & unius Regis imperio, 1.495. 1.
 Roseta rosaria, Rhodanus color, & Iris herba, 1.410. 6. & 7.
 Rustici an feudorum capaces sint, & armis idonei, 2.193. 20.
 S.
Saccharum priscis incognitum, & ubi gignitur, 1.427. 3. non venire mellis appellatione, utrunque tamen venire appellatione penus, vel alimentorum, ibidem.
 Sacrum quid & quale sit, 2.14. 3.
 Sacramentales miro ritu duodecim numero adhibitos esse in sacramento litem decidente, 2.177. 9.
 Sacrilegi à furibus discernuntur, & quid si auferatur aliquid sacrum de loco profano, 2.96.32.
 Saccularij qui sint, & quod Conarij nonnunquam dicantur, 1.73. 3.
 Sententiam etiam in servos natura prohibet, 2.30. 6.
 Salem sacris & apud antiquos infideles, & apud Christianos solum adhiberi, & utilitates salis plurimas esse, à sale salarium dictum, ut à solo salarium, 1.454. in cap.19. ubi & de salinis.
 Salica lex qualis fuerit, & à quo primum inducta in Galliam, Salica lex nulla regna praeter Francorum mulieribus subduxit, 2.206. 1. Salica lex non pertinet ad Ducatum seu Comitatum, nec fratris uterini habetur ratio ubi feudum ad feminas transit, ibidem 2.

Salsamentum & salgamum quid sint. ubi & quid sit embamma, muria, lacerti, thymus, & alia, ibidem 455. cap.20.
 Satyrus & lex Satyra, 1.344. 10.
 Saeculum aureum fuisse sine legibus, & quando id fuit, 1.16. 6.
 Seneschalli Gallia quibus comparantur, & unde dicantur, 1.143. 1. 2.
 Senectutis causa matrimonium antiquitus solui potuisse, & quare, 1.392. 5. ubi sexagenariorum nuptias prohibitas fuisse notat lege Iulia & Papia.
 Senectus quando iuventuti praefenda est in honoribus, 1.439. 2.
 Sententiam ipso iure nullam non egere appellatione, sed querimonia, 2.74. 18.
 Sententiam ob defectum solennitatis nullam potest idem Iudex vel eius successor reformare, non ubi valet sententia, sed iniqua est, 2.113. 12.
 Sententiam latam contra iusiurandum rei non valere, 2.166.27.
 Sepeliendi defunctos cum ornamentis simplicitas veterum, 1.10. 32.
 Sericum, & arbores sericum ferentes, 1.422. 6. & sericas vestes viris, non foeminis esse iure prohibitas, ibidem.
 Servitutum urbanarum & rusticarum differentia, & de actionibus pro servitutibus, 1.43.44. 1.4.
 Servitutem nominari rustici vel urbani praedij à dominante praedio, & aream esse urbanum praedij contra Alciatum, ibidem 2. & 3. & cur ab dominante praedio potius quam à serviente, ibidem.
 Servitutem querenda aqua & mox ducenda rectè constitui, repugnantibus legibus conciliata, 1.256. 1. in aque ductu tria consideranda, ibidem 2.
 Servitutes an & quae pignori obligari possint, 1.259 ubi usufructum & habitationem posse, vsum non posse dicit, 2.
 Servitutes urbanae an obligari pignori queant, ibid. 3. & quid de rusticis, 4.5. & 6. ubi & cur servitus non potest locari, & quomodo sit intelligendum.
 Servitutes esse in bonis nostris, contra Accursium, & alios, ibidem 7. & quid sit in bonis & ex bonis, 8.
 Servi ascriptitij, originarij, censiti, novitij & veteratores, 2.33. 15. & 16.
 Servitus an cognationem auferat & quomodo, 2.73. 13.
 Servi non defensi in accusatione non amittit dominium eius dominus, quod infirmum negligendo amitteret, 2.105. 1.
 Servus in capitalibus defendi potest per procuratorem, & quare, ibidem, 2.
 Servus omnibus legibus publicorum iudiciorum accusari potest, excepta vi privata, & severius punitur quam liber, ibidem 3. & 4. & an pecuniaria poena cadat in servum, 7.

Servus

INDEX.

Servus parens domino, etiam in atroci delicto mitius punitur, 2.114. 3.
 Servi iure tantum civili pro nullis habentur. servorum delicta grauius vindicantur, 2.133. 1. & 2.
 Siligo & siliginarius, auena & oriza quae sint, 1.436. 2.3. & 4.
 Sitona quinam sint, & de polline & pistino, & an sitona sordidum oleant munus, sicut excoctores panis & confectores pollinis, 1.436. 6.
 Spadones, castrati, Thlibia, quae sint in iure, & quid de his iura sanciant, 1.486. 1.
 Specum mysteris magicis aptam describit, 1.12. 38. & 39.
 Sponsio in definitione legis, & sponsonem facere, 1.16. 8.
 Stationarij milites quinam erant, & qualem habuerunt potestatem, 2.120. 2. & 3.
 Statutum esse legem municipalem, & à quo legitime condi possint statuta, & an ex patientia principis robur eis accedat, quomodo sint interpretanda eorum verba, & quid in contrariis statutis sit sentiendum, 2.60. 7.9.10.11. & 12.
 Stella errantes cur dicta, 1.314. 25.
 Stellionatus crimen unde nomen accessit, & quid sit stellionatus, 1.72. in dialogo, 28. 1. & 2. & 473. 3. & 184. 2.
 Stellionatus & falsi differentia, ibidem. & 2.97. 33. ubi querit an infamet.
 Sterilem mulierem non amittere dotis privilegium, 1.392. 4.
 Stipulari alteri quando licet, 1.148. 3.
 Stipulatio quare continuam requirat responsonem, Item an stipulatio causam requirat, & quomodo dici potest praepostera, 1.163. & 164.3.4. & 5.
 Stipulationem esse iuris gentium, & unde dicatur, & ex stipulatu actionem pro re certa vel incerta dari, 1.165. & 166. 1.2.4. & 3. vide etiam 325. 28.
 Stipulatio unde dicatur, & ex quali stipite deriuatur, 2.202. 4.
 Stragula, stratum, stramentum, instratum, pallium, huiusmodi quid significet, 1.431. cap.4. 1. ubi an stragula vestis sit pallium. De stramento & stramine incumbaturis auiibus subijciendo, 1.498. 2.
 Substitutionis quot sunt species, & compendiosam substitutionem esse speciem per se separatam, contra Bart. 1.63. 1.2. ubi & de verbis directis, obliquis & communibus subdit, 3. & 4.
 Substitutionem directam & fideicommissariam, obiter declaratis, l. Centurio. ff. de vulg. & l. precibus. C. de impub. & alijs subst. explicat. 1.65. per totum dialog. 25.
 Substitutio reciproca quot substitutiones continet, 1.69. 2. quando pupillarem continet, quando non, ibidem 3.70. 6.
 Substitutio pupillaris tacita an excludat matrem,

& quid de expressa, 1.80. 2. & pupillarem require ut impubes sit in potestate patris testamenti tempore, ibidem 3. & Catonis regulam non pertinere ad pupillarem, in eodem dialogo 31.7. 81.
 Substitutio exemplaris an possit fieri impuberi, an à matre fieri possit, an exheredato? 1.81. per totum dialogum 32. 1.2.5. Item exemplaris per interualla respicienti an fieri possit, ibidem 3. & 4.
 Substitutionem reciprocam non aliud quam comprehensio aliarum, i. vulgaris & pupillaris, & quot sunt species substitutionum, 1.274.275. 1.2.3. cum sequentibus.
 Substitutionem quasi esse inter coniunctos heredes, ibidem, ubi alia ad substitutionis materiam pertinentia tractat per totum dialogum 118.
 Successio legitima proprie est ab intestato, & priscos homines liberos & cognatos tantum ordine habuisse heredes, & cur postea libera permissa fuit testandi facultas, 2.40. 22.
 Sulcus & porca quid sit agricolis, 1.435. 4.
 Summarie & de plano cognoscere, & per libellum expedire quid sit, 1.180. 181. 1.2. & 4.
 Suspectus semel criminis atque absolutus, si relabatur violenta praesumptione damnatur, 2.136.5.
 Sylvarum custodia penes quem sit, 1.347.1.
 Symphoniaci & Thimelici qui sint, 1.410. 1.
 T.

Tabellio & servus publicus an sint idem, 1.218. 3. & 4.
 Tabellio fidei publica munus, & vim testis habet, 2.420. 4. in fi.
 Tacens an consentire dicatur, 1.126. 3.
 Talionis poenam antiquitus usurpatam, equam quidem, sed obseruatu difficilem fore, 2.144. 5.6. ubi ait non sublatam poenam similitudinis supplicij in calumniante accusatore, quamuis subscriptionis ad poenam talionis non sit seruata.
 Tergiuersator desistens ab accusatione varie punitur, & quid si accusandi tempus praestituatur, 2.112. 10.
 Terminos agrorum ad lites dirimendas pertinere, & ideo qui eos mouet, extra ordinem puniri, 2.101.1.
 Tessera frumentaria quid erat, 1.436. 4. & 2. 174. 3. ubi quomodo censetur mobilis & immobilis res.
 Testamentorum tria genera sigillatim explicantur, & quid venit testamenti nomine, 1.39. 1.2.3. 4. & 5.
 Testamentum cur dicatur iuxta voluntas, 1.40. 8.
 Testamento, quomodo disponitur de rebus quarum dominum morte amissurus est testator, & quod tempus mortis, & tempus post mortem differunt, 1.297. 2. & 3. & cur testando permissum est libera & reuocabili voluntate patrimonium erogare, ibidem, 298. 7.
 Testamento transfertur dominium iure civili pensi-

INDEX.

penitus. 2. 40. 21.
 Testamenta originem accepisse à iure civili, ibidem, 22. sic & codicillos, ibidem in fi. & 24.
 Testamentariam successionem non proprie dictam esse legitimam, & quare, ibidem.
 Testamenti vsum inductum fuisse à Solone apud Athenienses, ibidem prope finem. 22. & 24.
 Testamentum militis non esse de iure gentium, sed maxime de iure civili, ibidem, 23.
 Testamentum iure militari an anser capitolij facere potuerit, ubi multa de testamento militis scitu digna. 1. 496. 2.
 Testes an sint de substantia testamenti. 1. 40. 7.
 Testes de rei pretio deponentes qui audiuntur, 1. 221. 3.
 Theatrum & eius partes describit, 1. 412. 2.
 Thesaurus quid sit, & quomodo queri non potest in alieno agro, 1. 134. 4. & 5. & 333. III. ubi conciliat, l. 3. §. ult. ff. de iure fisci, cum §. Theauror. instit. de rer. diuis.
 Tractatus de futuro, quomodo pertinere potest ad iudicem, 2. 88. 13.
 Transactio nulla super delicto impedit vindictam publicam, 1. 353. 5. & quare transactiones super delictis non irrogantibus poenam sanguinis prohibentur, ibidem. transactionem super crimine falsi non esse prohibitam, quamuis interdum capitale non sit, ibidem 7.
 Transactio an & quando fieri potest de alimentis ex testamento vel ex contractu petitis, & quando pratoris decretum sit necessarium, 1. 464. & 465. per totum caput 28.
 Transactionem esse nominatam conuentionem, esse largè & strictè sumptam. 1. 112. 1. & an pro ea competat condictio ob causam, ibidem, 113. 5. & 6.
 Transactionem non posse rescindi per l. 2. C. de rescin. ven. 1. 227. 1. & 2.
 Transactionem permissam in criminibus capitalibus, excepto adulterio, & cur excipitur, non in criminibus non capitalibus, 1. 351. 1. 2. & 3.
 Transmissio hereditatis non adita non fit ad heredes instituti, legati fit transmissio ad heredes legati, & quare sit ratio differentie. 1. 193. 3.
 Transmittunt liberi testatoris ad descendentes non aditam hereditatem, siue sint in potestate, siue non sint, ibidem, 4. non sic parentes non aditam hereditatem filiorum, ibidem 4. & 5.
 Trebellanicam non posse prohiberi, falcidiam posse, & qua sit rationis differentia, 1. 109. 1. 2. 3. & 4. & an valeat argui à falcidia ad Trebellanicam, ibidem, III. 5. nec impediri Trebellanicam, etià si testator iubeat omnem vel totam hereditatem restitui, 6.
 Triclinij appellatione quid venit. 1. 463. cap. 26. & de lectis in eo stratis, ibidem.
 Triticum, & quot sunt eius genera. 1. 435. 1. ubi

triticum esse speciem frumenti, siliginem verò tritici.
 Turpi ex datum quando dicitur, & cur in pari turpitudinis causa vincat possessor, 1. 294. 295. 2. 3. & 4.
 Turpe lucrum aufert fiscus, punito crimine, nisi turpitudine lege vel more toleretur, & quod Solon primus constituit, impunes esse meretrices, & cur non turpiter accipiant, ibidem, 6. & 7.
 Tutela definitio aliter quam vulgò explicata, 1. 152. & 153. 1. cum seq. ubi ostendit vim non esse aliud quam potestatem eo loco, nec resoluti in adiectiuum ut Accursius & Bart. voluerunt.
 Tutor propria nomine subscribit, sed alieno accusat. 2. 138. 4.
 Tyrocinium seu rudimentum militia edere quid sit, in l. quod emittandi, C. de condict. ob turpem causam 1. 244. 1. & 3.

V.

Vasa penuria qua sint, ubi dolia, amphoras, seruis, portulas, fiscos, sigillatim explicat, & alia subiungit, 1. 460. cap. 21.
 Vasa an cedant legata penu, distinguit, ibidem 2. & an damnum illatum emptori vel conditori vasorum, ob eorum vitium, rescire debeat venditor vel locator, ibidem, 3.
 Vasa concinnatoria qua sint, ibidem 4. & quid sit concinnare, & de vasis nivalibus, escariis, & aliis.
 Vassallus, ut etiam dominus, non conuenitur ultra quam facere potest, deductiue egeat. 2. 180. 18.
 Vassallus conferre pecuniam pro dotanda domini sui filia. 2. 207. 8.
 Vassalli insurandum asserentis feudum an sit locus longi temporis, & an lege dicente nullam esse prescriptionem, excludatur longaua, 2. 212. 4.
 Vassallus intra quantum tempus petat inuestituram vel eius renouationem, ibidem, 2. 3. 6.
 Vassalli atas, absentia, mors dant excusationem eidem vel heredibus suis, ibidem 8.
 Vassallum excusant inimicitie domini gliscetes sine iusta causa, vel domini clementia subsecuta, ibidem, 9. nec nocere vassallo cessationem, ex consuetudine Tholosatum. ibidem, 10.
 Vassallus an imponat seruitutem feudo, & an seruitus malè imposita migrat in ius quoddam personale, ibidem, 217. 218. 19. & 20.
 Vassallum non priuare feudo pro leuiori culpa, & ignoscendum esse temeritati, 2. 219. 5.
 Vassalli negligentia quando & qualis punitur, & quare, & quod ob non seruatas pactiones feud. instituendo licet superflue adiectus priuatur feudo, 220. 6. & 7.
 Vassallus an si cesserit in solutione pensionis feudo quòdoque adiecta instar emphyteusis priuetur, ibid. 8.

INDEX.

Vassallus quando obligetur comitari dominum euntem in bellum, seposita iusti vel iniusti belli distinctione, & quod bellum iuste indictum sit, 221. 9. & 122. 11.
 Vassallus mutilus, aut ex vulnere non valeat inuare dominum, excusatur. 223. 13. ubi de solduriis Gallie, & Equitania ex Cesare in commentariis: & an vassallus sicut seruus domini salutem suam debeat proponere, ibidem, 14. & an contra seipsum & contra omnes dominum inuare teneatur, 15. & an vassallus priuandus sit feudo, si dominus ab eo derelictus in praelio, nihilominus euaserit 224. 16.
 Vassallus propter domini inimicitias, vel dominus propter inimicitias vassalli laesus, quomodo possit agere, 2. 228. 8.
 Vassallus vendens feudum durante exilio domini, an domino restituto, puniri possit, 2. 230. 14.
 Vassallus dominum accusans priuatur feudo, & quid si eum deserat vel denunciaret, 231. 17. & quid si dominum iniuste accuset ob facinus, nec in Regem, nec in rempublicam commissum, ibidem. 18.
 Vassallus an tueri obligetur dominum ab alio accusatum, & dominus vassallum, 232. 19. & an in dominum possit dicere testimonium reum, vel potius peuerare ut celet eius flagitium, ibidem, 20.
 Vassallus magis praesumitur consentire domino alienanti feudum superiori, 2. 234. 1. in fi. & 2.
 Vassallus an alienare seu refutare feudum possit in fauorem agnati proxime aliter successuri. 2. 235. 8. & an ob necessitatem vigente are alieno id impune facere possit. 236. 9.
 Vassallus an alium sibi vassallum facere possit, 237. 15. & an feudum pignori dare possit, ibidem, 16. vel ab eo permutari, 238. 17. & quid si alienauit nondum tamen tradidit feudum, 18.
 Vassalli inficiatio feudum ei aufert, & multiplex poena mendacij iure introducta, 20.
 Vassallus quando dicitur celare rem domini, & quid si celet, ibidem, 239. 21.
 Venditione prohibita, an prohibetur pignoris datio, 1. 115. 5. & 6. ubi conciliat, l. j. §. cam rem. ff. qua res pig. ob. cum l. quorum de pignor.
 Venditio & emptio antiquissimus contractus, & olim sine nummo celebratus, 1. 116. 1. 4. 5. ubi late rem persequitur in 1. & 2. 45. 34.
 Venditori in dubio fauetur in rerum electione, & in accessione rei vendita, 1. 269. 2. & 3.
 Venditio simplaria, quid sit, 1. 331. 103.
 Venditionem, quo ad consensum & rem que uanet, esse iuris gentium, quo ad pretium in pecunia numerata nunc consistens, esse iuris civilis, 2. 45. 34.
 Veneris argumenta & signa, 1. 356. 5. & 358. 1.
 Veneris lac appellari vinum.
 Venus caelestis & eius comites, 1. 362. in cap. 8. 1.
 Veni & aeris salubritatem procurandam esse à ma-

gistratu, 1. 431. 3.
 Verba non esse rigide accipienda, sed variè sumi, & sic interpretari debere, ut locus postulat, & ubi media sunt & indifferentia, explicari debere secundum qualitatem subiecti tractatus, 1. 136. 4. & 5.
 Versicoloria & varicoloria quomodo in iure dicuntur, 1. 376. 5.
 Vespertilionem non esse auem, & quid in iure significet, vespertilionem non esse. 1. 472. 3.
 Verustatem in feudis dominari & in ditionum finibus, & contra potentiores iure pleraque tolerari, 2. 214. 12.
 Vindictam alioqui sumendam de vassallo prudentia Regis saepe dissimulandam, exemplo Iustiniani Augusti. 2. 221. 10.
 Vinctus appellatione & vestitum contineri, contra Grammaticos, 1. 431. 1. & pro ratione & qualitate persona, nunc plus, nunc minus continetur vinctus appellatione, ibidem 2.
 Viui solo vento non posse, & sine vento non omnino, ibidem 3.
 Vinctus nomine ea omnia comprehendere, sine quibus difficulter & incommodè viuatur, ibidem 4. ex voluntate tamen contrahentium posse verbum, vinctus restringi, & à vestitu separari, ibidem 5.
 Vinctus appellatione an veniat stragulam, & quid sit stragula, stratum, & stramentum, 1. 432. cap. 4. 1. ubi de instrato, pallio & toga. Vinctus appellatione an veniat lectus, & quid lecti nomine intelligatur, ibidem, 2.
 Vidua, quandiu manet in eodem statu, representat defunctum maritum, & eius retinet honores, 1. 281. 11. in fi.
 Vim vi repellere iura sinunt, & aliquando iubent, 2. 26. 1. & hoc fuisse prius iure natura introductum quam iure gentium, ibidem 2. & an ultio pro defensione capiatur hoc casu. 3. & quomodo moderamen inculcata tutela adhiberi debet, 5. 6.
 Violato magistratu an vis iure inferri possit, ibidem 28. 9.
 Vim priuatam ab armata discrepantem esse publicum crimen, & vim publicam sine armis frequentari, 2. 99. & 100. 39. & 4. ubi crimen unicum pluribus legibus puniri docet.
 Vindemiarum lex quam, 1. 441. 1.
 Vinum spurcum vel spurcatum quid sit, ibidem, 442. 5. & quando vinum dicitur corrumpi, 6.
 Vinum non dicitur quod non est ex vinea, nec oleum quod non ex olea, 1. 445. 1. nisi consuetudo regionis aliter statuatur, ibidem.
 Vini laudes, & incommoda quae ex abusu eius nascuntur, 1. 437. & 438. 2. & 3. & vini plura genera, 4. vinum doliare, & vinum pendens, & quid sit vinum diffundere, quid picare dolia, ibidem, 5.
 Vini appellatione quid veniat, & quando dicitur

INDEX.

vinum vetus, 1.439. 1. Item 3. an defrutum
vel sapa vini appellatione veniat, & quid de pas-
so. qua nomina exponit. & quando mulsum, defru-
tum & passum fit valentius. 4. & quid de
Cydonio & Licho, an vini appellatione continean-
tur, 5. per totum caput 8.
Vini duo precipua vitia. 1.441. 2. ubi vini acidi
& mucidi utilitatem vnā refert.
Vini & aceti differentia, ibidem 3. unde fit ut non
contrahatur mutuū, ubi conuenit, ut pro vino
acetum reddatur, ubi & alia vide exempla.
Virorum non feminarum esse, leges condere, 1.15.5.
Vitis centurionum quid sit, & de cura veterum, ne
quid vineis adiunctum vitium sustinendarum
seruandarūque causa adimeretur, veluti peda-
menta, ridica pali, 1. 437. 1. ubi vitem mediam
ponit inter arborem & fruticem.
Vocatio in ius olim sine iudice petitoris arbitrio fieri
solebat, 1.247. 2.

Voto filiusfam. & seruus non obligantur, & quare,
1. 379. 2.
Vtus & abusus an sint contraria, 1.95. 3.
Vtucapio cur in causa peculiari non interrumpitur
in seruo possessore per captiuitatem domini, 1.176.
2. & quod necesse est peculium hoc casu constitu-
tum fuisse seruo ante domini captiuitatem,
ibidem 3.
Vtucapionem esse vtilem & iustam, 2.11. & 12.
14. & 15.
Vtura centesima quid sit, & unde sic dicta, 1.325.
79. & 328. 89. & 90. ubi & de trientibus
vsuris agit.
Vua Duracina cur ita dicatur. 1.451. in cap. 16.2.
Vulpem impune occidi ut aggressorem, 1.494. 4.
Vxor iusta & iniusta, 1.354.9.
Vxorem marito iugiter operari debere, & quod ha-
bet à marito profectum videri. 1.383. 1.

FINIS TABVLÆ.

Extrait du Priuilege du Roy.

PAR priuilege du Roy est deffendu à tous Libraires, Impri-
meurs, & autres qu'il appartiendra, en quelque forte & ma-
niere que ce soit, d'imprimer, vendre ou distribuer aucunes
œuvres de *M. Estienne Forcatel, Docteur Regent en la faculté
de Droit ciuil en l'uniuersité de Tholozé*, sinon au Libraire, ou Imprimeur
qu'il aduifera & choisira & aura charge & puissance: & ce iusques au
temps & terme de six ans entiers & consecutifs apres la premiere im-
pression, qui sera faicte de chacune desdictes œuvres, sur peine de con-
fiscation des liures imprimez par autres, & d'amende arbitraire, ainsi
qu'il est plus amplement contenu esdites lettres de Priuilege sur ce don-
nées à Paris le treiziesme iour de May, l'an de grace, Mil cinq cens soi-
xante & douze.

Par le Roy en son Conseil,

Signé MORIN.

Acheué d'imprimer pour ceste premiere impression, le 12. Mars 1595.